Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
H
4
NAPOLI

Digitized by Google

ANNALES ECCLESIASTICI FRANCORVM,

Auctore CAROLO LE COINTE Trecenſi, Congreg. Oratorij D. N. IESV-CHRISTI Presbytero.

TOMVS SECVNDVS.



PARISIIS.
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DC. LXVI.

CHRISTIANISSIMO

LVDOVICO XIV.

FRANCORVM NAVARRÆQVE

REGI.

SISTVNT *ſe Maieſtati Tuæ*, REX CHRISTIANISSIME, *Clodouei Magni ex Clotario filio Nepotes, Pronepotes & Abnepotes, innixíque præclaris facinoribus, quæ copioſiſſimam ac nobiliſſimam ſecundo huic lucubrationum mearum Tomo materiam præ-*

buere, ſperant ſe non minùs Tibi placituros quàm Anteceſſores, quos anno priore in conſpectum Tuum productos ſingulari prorſus Benignitate ſuſcepiſti. Clodoueum, quòd inter totius Orbis Dynaſtas ſolus olim Catholicus extiterit, fatentur authorem eſſe inſignis admodum prærogatiuæ, quâ Reges Francorum ceteris præferuntur. Sed ius illud, quod ab ipſa Clodouei Regis conuerſione repetitur, aſſerunt à ſe validiſsimè confirmari apud exteras nationes, quarum Reges ſibi vel Generos vel Sororios adſciſcunt, vt eos vel ab Idololatria vel ab Hæreſi reuocent.

Charibertus Bertham filiam Edel-

bertho Cantuariorum Regi collocat. Hinc ſequitur non Cantuariorum modò ſed omnium Anglo-Saxonum ad Chriſtianam fidem acceſſio. Dirutis Idolis Cantuarios imitantur Orientales Saxones & Nordanhumbri [1], *Nordanhumbros Orientales Angli Occidentaléſque Saxones necnon Middelengli* [2] *ac Mercij, Mercios Meridiani Saxones, Occiduos Saxones Vecta Inſula. Chriſto ſic aſſeruntur Anglo-Saxonum Reges cum vniuerſa gente, ſpe ſucceſsûs adeò proſperi ex nuptiis Berthæ primùm atque indubitanter enatâ.*

1. Septentrionales Angli trans Humbrum amnem in Deiros & Bernicios diuiſi.
2. Angli Mediterranei.

Vt Charibertus Idololatriam in Britannia per Filiam, ſic & Hære-

ſim in Hiſpania per Sorores extirpat Childebertus eiuſdem Chariberti Nepos ex Sigiberto Fratre. Sub Leuuigildo Rege Vviſigothorum Ariano gemit Hiſpania. Ingundis Childeberti Soror Herminigildo Leuuigildi Filio nubit, Fidemq́ Orthodoxam in Palatium Regum Vviſigothorum introducit. Coniugis piiſſimæ ſuaſionibus Herminigildus fit Catholicus, Hæreticiq́ Patris immani crudelitate Martyr euadit. Richaredus alter Leuuigildi Filius ab Hæreſi paterna recedit, fraternæq́ Pietatis memor Catholicam Fidem amplectitur, neophytum in Orthodoxa Religione confirmat Vxor Clodoſinda, Ingundis antè laudatæ So-

ror. Hæreſi ſic proſtratâ, de Vviſigothis totaq; Hiſpania triumphat per Sorores Childebertus.

Nobiliſsimis hiſce Trophæis perilluſtres prodeunt Maiores Tui, REX INVICTISSIME, *ductiſq; in triumphum Britanniâ & Hiſpaniâ, quarum alteram excæcabant tenebræ Gentilitatis, alteram tabes Hæreſeos fœdabat, non tantùm probant à Clodoueo Magno, qui nuncium Idolis cum gente Francorum remiſit, ſe minimè degeneraſſe, ſed & palàm prædicant longo poſt Clodouei ætatem interuallo ab ipſius Clodouei Proneptibus Reges Angliæ ad Chriſtianam, Reges Hiſpaniæ ad Catholicam Fidem perductos fuiſſe.*

Nec ipſi Childeberto, cuius Sorores Hæreſim Arianam in Hiſpania profligant, ſua deeſt trans Rhenum gloria, nam Regni ſui Prouincias haud paucas, quas ægrè fert adhuc paganas eſſe, veræ Fidei radiis illuſtrandas curat. Tanto quoque negotio non ſegniter incumbit Agnata Ragintrudis. Hæc Theodobaldi Francorum quondam Regis Soror, Theodone Marito cum Boioariis ad Religionem Chriſtianam conuerſo, non minorem laudem apud illos populos in vltimis Franciciæ ditionis limitibus ſibi comparat, quàm Ingundis apud Hiſpanos, apud Britannos Bertha. Quin & aliud accedit decus, ídque eximium. Agilul-

phus Longobardorum in Italia Rex potentiſſimus errores Arij reſpuit, Catholicæq; Legi ſe ſubdit permotus hortationibus Theodelindæ Coniugis ex eiuſdem Ragintrudis proſapia oriundæ.

Sunt hæc inſignia beneficia, REX AVGVSTISSIME, *quæ Gentibus circùm poſitis præſtiterunt Anteceſſores Tui, confiduntq; lectu & auditu Tibi non iniucunda fore, quamuis præſtantiora mediteris. Glorioſum ſibi reputant, à Te vinci; indecorum, ſe totos à Francis non ſciri. Suos de vicinis Nationibus Triumphos quò magis prædicant, eò faciliùs ac celeriùs amicitiam ſocietatémque Orientalium Populorum præſagiunt*

Tibi Tuæq́ Genti conciliatum iri cum maximo Chriſtianæ Orthodoxæq́ Religionis & præſidio & incremento.

Seculum agitur iam decimumquartum, ex quo Cæſarum Panegyriſtæ [3] *palàm affirmarunt* nihil eſſe clauſum Francis, quò nauigiis pateret acceſſus. *Celeberrimi rerum Hiſpanicarum Scriptores ingenuè teſtantur Chriſtianas Europæ Prouincias à Regibus extra Europam dominantibus* Regiones [4] Francicas, *incolasq́ generali nomine* Francos *ab Indis appellari. Directæ tamen hactenus in Orientem naues à Regibus Angliæ, Portugaliæ, Sueciæ, Daniæ; ab Ordinibus*

3. Eumenius in Panegyrico Conſtantij Cæſ.

4. Ita vocauit Helena Regina Æthiopum in literis ad Emanuelem Regem Portugaliæ, quas Damianus à *Goës* Eques Luſitanus integras deſcripſit in libro *de Fide, Religione, Moribúſque Æthiopum*, illuſtrauitque hac ad

Confœderati Belgij; ab omnibus ferme Principibus Europæis, quorum ditiones ad Oceanum ſitæ ſunt; nulla prorſus à Rege Francorum. Res penè ſupra fidem, tot Populos iter in Orientem ex Europa ſuſcepiſſe, eoſq́ ab indigenis, quibus nomen Francorum à multis retrò ſeculis notum erat, Francos vocatos eſſe; ipſos verò Francos in natali ſolo quietos ad hæc vſque tempora reſediſſe, nec ad parandam Claſſem eâ prouocatos eſſe famâ, quâ ceteris Europæ Gentibus per totum Orientem longè præſtant.

marginem notatiunculâ, *Indi & Mahometani ferè omnes, Chriſtianos Europæ generali nomine Francos vocant.*

Ad hoc opus verè Regium Francicoq́ Nomine digniſſimum, Te, LVDOVICE REGVM CHRISTIA-

NISSIME, *Deus Optimus Maximus reſeruauit, quasq́; Tibi Victorias adhuc adoleſcenti conceſſit, à Te haberi voluit indicia ſuæ voluntatis haud obſcura. Maiores Tuos ab eo negotio deterruerunt bella penè aſſidua, cùm extera, tum inteſtina. Tu feliciter vtraque in ipſo ætatis flore confeciſti. Auito Regno pacato ac dilatato, de Turcis in Hungaria mox triumphaſti, totúmque Orientem famâ Tui Nominis impleuiſti. Tuas laudes celebrauit in Aſia Rex Perſarum, ſuorumq́; hoſtium formidoloſiſſimum à Te profligatum eſſe adeò lætatus eſt, vt Indos finitimos remotioresq́; Populos cauſa tantæ exultationis latere*

nequiuerit. Hæ Nationes iucundiſſimos erumpent in plauſus ad appulſum Francicarum Nauium, inauditâ prorſus vrbanitate ſuas exponent merces Negotiatoribus, quos nouerint è Tuis Regnis aduentaſſe, nec adſcito vel adulatorio vocabulo ſed proprio natiuoq; Francos appellari. Verbis explicare nemo poteſt voluptatem, quâ mentes audientium afficiet rerum à Te geſtarum fidelis enarratio. Quid enim illuſtrius atque excellentius commemorari vel excogitari poteſt? Domeſticos tumultus mirâ compeſcuiſti Manſuetudine, diuturnum cum exteris Gentibus bellum incredibili geſſiſti Fortitudine ac Felicitate, nobiliſſimas

Victorias in Regionibus valdè diſſitis reportaſti, Franciam ſpatioſiſſimis auxiſti Prouinciis, Sociis Tuis tutiſſimo fuiſti præſidio, Turcas Germaniæ iam imminentes debellaſti, Mauros ad Africæ littora naualibus attriuiſti præliis, eoſq́ docuiſti Francorum impreſſiones, *vt Auguſtorum Encomiaſtes* [5] *olim pronunciauit*, inſtar decumanorum fluctuum eſſe, quorum ſecundus priùs occupat, quàm prior ad oppoſitos obices fractus ſit.

5. Libanius in Panegyrico Conſtantij & Conſtantis Augg.

Auditâ tot prodigiorum ſerie, nemo non obſtupeſcet Orientalium. Omnes, vt Francos reliquis Europæ Populis anteponunt ex traditione per manus à Maioribus ac-

cepta, ſic & cunctis Regibus, quibus hactenus Franci paruerunt, multò illuſtriorem Te prædicabunt. Præ ceteris Chriſtiani ſummis Te laudibus extollent, aſſerentq; ſperandam à Te vno propagationem Fidei Chriſtianæ per Orientem, vt antiqua compleantur Vaticinia[6]*, quæ, Proauorum ſuorum ætate, de Gentibus quibuſlibet Europæis perperam explicata eſſe confitentur, Franciæ Francorumq; nominibus ad vniuerſam Europam omneſq; Populos Eupæos extenſis.*

6. Oriturus è Regionibus Franciscis Rex quiſpiam, qui aboliturus vniuerſum Barbarorũ & Maurorum genus, &c. Damianus *à Goés.*

Præter Eccleſiæ dilatationem per Occidentem, Anteceſſores Tuos, quorum Acta, REX CHRISTIANISSIME, *in lucem hoc emitto Vo-*

lumine, plurimùm commendant virtus bellica quâ glorioſos ſibi comparant Triumphos & ſingulare ſtudium quo cunctos Ordines Regni ſui complectuntur. Varnorum Regnum ac Nomen penitus delent trans Rhenum in Germania; Longobardis trans Alpes in Italia regnantibus annuum imponunt Tributum; miſsis in Hiſpaniam copiis ſuperatiſque Pyrenæorum montium iugis Reges collocant in ſolio Vwiſigothorum[7]*; vt amicitiam ſocietatemq́ ineant, Vrbes munitiſsimas magnamq́ pecuniæ vim ſponte oblatam ab Imperatoribus accipiunt. Nec exteris negotiis adeò impediuntur, vt domeſtica negligant. Sanciunt*

7. Siſenandus auxilio Francorum factus eſt in Hiſpania Rex Wiſigothorum, anno Chriſti 631.

ciunt Leges, quibus ius cuique dicatur, bonorum protegatur innocentia, prauorum flagitia puniantur. Impenſiſsimâ curâ non tantùm ſtudent, vt Eccleſiis Epiſcopi præficiantur eruditione ac pietate præſtantes, & à talibus Pontificibus habeantur Synodi, fiantq; Synodalia Decreta, ſed & Regias edunt Conſtitutiones, in quibus & Canones à Præſulibus conditos recitant, & grauiſsimas pœnas decernunt aduersùs eos, qui Sacerdotum Præcepta violare præſumpſerint.

Hæc ad decora Geſtorum Tuorum, REX GLORIOSISSIME, *non accedunt, ſolertiamq; non exprimunt quâ Populum à Deo Tibi*

commiſſum moderaris, magna tamen ſunt atque illuſtria, ſi cum Hiſtoriis aliarum Gentium compararentur. Quin & ſpero fore, vt Tibi gratam acceptamq́ faciant partem hanc Operis à me ſuſcepti, quâ Maieſtati Tuæ meam gratitudinem obſeruantiamq́ iterum teſtatas eſſe ſummoperè cupio.

CHRISTIANISS. MAIESTATI TVÆ

Deuotiſſimus ac fideliſſimus Cliens & Subditus CAROLVS LE COINTE, Congregationis Oratorij D. N. IESV-CHRISTI Preſbyter.

Lutetiæ Pariſiorum, anno 1666.

REGES FRANCORVM.

TABVLA PRIMA,

A Priamo vſque ad obitum Clotarij I.

PRIAMVS Rex Francorum, anno 382.

MARCHOMIRES Rex Francorum, anno 389.

FARAMVNDVS Filius Marchomiris, Nepos Priami, regnare cœpit anno 417. obiit anno 426.

CLODIO poſt patrem regnauit anno 426. obiit anno 446.

MEROVEVS patri ſucceſſit anno 446. obiit anno 456.

CHILDERICVS regnum ſuſcepit anno 456. obiit anno 481.

CLODOVEVS regnum iniit anno 481. factus eſt Chriſtianus anno 496. obiit anno 511. Reliquit quatuor filios, qui paternam hæreditatem in quatuor partes diuiſerunt.

THEODORICVS Rex anno 511. obiit anno 534.

CLODOMERES Rex anno 511. vitam clauſit anno 524.

CHILDEBERTVS Rex anno 511. obiit anno 558.

CLOTARIVS Rex anno 511. totius Franciæ Monarchiam obtinuit anno 558. obiit anno 561.

THEODOBERTVS R. an. 534. obiit anno 548. (filius Theodorici)

THEODOBALDVS II. Rex an. 548. ob. an. 555.

THEODOBALDVS I. Rex anno 524. deſiit viuere an. 526.

GVNTHARIVS Rex anno 524. deſiit viuere an. 526.

CLODOALDVS R. an. 524. regnum amiſit an. 526.

REGES FRANCORVM.

TABVLA SECVNDA,

Ab obitu Clotarij I. vſque ad annum Chriſti DCXXXII.

CLOTARIVS I. obiit anno 561.

- **CHARIBERTVS** R. an. 561. obijt an. 567.
- **GVNTCHRAMNVS** R. an. 561. obiit anno 593.
- **CHILPERICVS** Rex anno 561. obijt an. 584.
  - **CLOTARIVS II.** Rex anno 584. totius Franciæ Monarchiam obtinuit anno 613. obijt anno 628.
    - **DAGOBERTVS** Monarcha anno 628. partem Aquitaniæ Chariberto fratri dedit an. 629. iterum Monarcha factus eſt an. 630. deinde Sigibertum filium, vt initio Tomi 3. probabimus, Auſtraſiæ Regem præfecit an. 633.
    - **CHARIBERTVS II.** Rex an. 629. obiit an. 630.
      - **CHILPERICVS II.** Rex anno 630. obijt eodem anno.
- **SIGIBERTVS** Rex anno 561. obiit anno 575.
  - **CHILDEBERTVS II.** R. an. 575. Guntchramno patruo ſucceſſit a. 593. obiit a. 596.
    - **THEODOBERTVS II.** R. an. 593. obiit anno 612.
    - **THEODORICVS II.** R. anno 593. fratri Theodoberto ſucceſſit an. 612. obiit an. 613.
      - **SIGIBERTVS II.** filius Theodorici II. natu maximus, Rex an. 613. extinctus eſt eodem anno.

ANNALES

ANNALES ECCLESIASTICI FRANCORVM.

AGATHIAS apud Francos in more poſitum affirmat, vt filij patribus in regnum ſuccedant, παῖδες, inquit[a], ἐκ πατέρων τὴν βασιλείαν διαδεχόμενοι. Sermonem de nonnullis Francorum Regibus inſtituit, quia Theodobertus & Theodobaldus Clodouei Magni filius ac nepos Italicis ſe rebus immiſcuerunt. Orditur ab obitu Clodouei, quem Chlothoæum Χλωδοαῖον appellat, & eius hæredes, donec ad vnum Chlotharium filiorum natu minimum Monarchia totius Franciæ deuoluatur, ita recenſet. Mortuo Clodoueo patre, quatuor filij, Theodoricus ſeu Theudericus, Clodomires ſeu Chlothomerus, Childebertus ſeu Childibertus, & Clotarius ſeu Chlotharius, in quatuor partes regnum partiuntur, διενείμαντο τέτραχα τὴν βασιλείαν. Chlothomeri regnum fratres eius inter ſe diuidunt, ἐς τοὺς ἀδελφοὺς ἡ ἐκείνου ἀρχὴ ἐμερίζετο, non quidem, vt Græcus ille Scriptor exiſtimat, quia Chlothomero nullus eſt filius, οὐ γὰρ δὴ παῖς αὐτῷ ἐγεγόνει, ſed quia filij Chlothomeri paterno regno per vim ſpoliantur à patruis, vt ex Gregorio Turonenſi[b] & ex aliis Francicis[c] Auctoribus conſtat. Theodoricus moritur Theodoberto ſeu Theudiberto, filio ſuo, relinquens[d] Principatum, καταλιπὼν Θευδιβέρτῳ τῷ υἱῷ τά τε ἄλλα ἀγαθὰ, καὶ μὴν δὴ καὶ τὸ τῆς ἡγεμονίας ἀξίωμα. Sublato è viuis Theodoberto ſuccedit Theodobaldus ſeu Theudibaldus eius filius, quem tametſi iuuenem admodum atque adhuc ſub magiſtri cura conſtitutum patria lex ὁ πάτριος νόμος

I.

[a] Lib. 1.

FŒMINÆ NON SVCCEDVNT IN REGNVM FRANC.

[b] Lib. 3. c. 18.

[c] Geſt. Regg. Franc. c. 24. Fredeg. hiſt. epitom. c. 30.

[d] Agath. l. 1.

AN. CH. 561. ad regnum vocat, διαδέχεται δὲ τὴν ἀρχὴν Θευδίβαλδος ὁ παῖς, ὃς δὴ ἔτι καὶ νέος ἦν κομιδῆ, καὶ ἔτι ὑπὸ παιδαγωγῷ τιθηνούμενος, ἀλλ' ἐκάλει γε αὐτὸν εἰς τὴν ἡγεμονίαν ὁ πάτριος νόμος. Eadem lex [a] post Theodobaldi mortem ad iuuenis hæreditatem vocat Childibertum & Chlotharium qui genere proximi ſunt, Χιλδίβερτόν τε καὶ Χλοθάριον, ὡς δὴ καὶ πρὸς γένους ἐγγυτάτους, ἐπὶ τὸν κλῆρον τοῦ παιδὸς ὁ νόμος ἐκάλει. Chlotharius tamen vniuerſas Theodobaldi ditiones occupat, totâque Franciâ poſt obitum Childiberti potitur, ἅπασα δὲ ἡ τῶν Φράγγων κράτησις ἐς μόνον Χλοθάριον κατερρύη, quia Childibertus filias tantùm relinquit, ἐν θυγατράσιν ἐγηρακὼς μόναις, nec ei proles eſt maſcula quæ paternum regnum obtinere poſſit, παῖδές τε αὐτῷ ἄρρενες οὐκ ἦσαν οἱ τὴν ἀρχὴν διαδεξόμενοι. Idem Agathias à morte Childeberti tranſit ad terræ motum, qui factus eſt ſub idem tempus, ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, in variis Imperii locis, vt Beryti in Phœnicia, & Alexandriæ vbi tunc commorabatur legalium ſtudiorum causâ, παιδείας ἕνεκα τῆς περὶ τοὺς νόμους. Hinc aduerte Scriptoris ætatem, qui calamo manum admouit, cùm Francia penes Clotarii filios erat. Atque ex illa obſeruatione nota Græcum Auctorem, cùm procul abeſſet à Francia, non ſolis exemplis, quæ mortem Clodouei ſecuta ſunt, ſed aliis longè vetuſtioribus, quæ ipſam Clodouei Regis ætatem antecesſerant & ab exteris Gentibus non ignorabantur, inductum fuiſſe, vt adeò conſtanter adeóque magnificè loqueretur de lege Francorum, quæ ſucceſſionem regni fœminis interdicit. Gregorius Turonenſis [b] genus Regum Francorum non altiùs repetit quàm à Chlogione ſeu Clodione Clodouei proauo, alii ducunt à Faramundo Clodionis patre, nos à Priamo auo ipſius Faramundi. Filiarum, quas illi Reges genuerunt, nulla regnum paternum aut eius partem ſuſcepit. Deſunt Hiſtoriæ, quæ nobis exhibeant patrem, auum, maioréſque Priami. Nomina quidem neſcimus, ſed eos Reges fuiſſe patet ex variis rerum Romanarum fragmentis, quæ Francos Regibus ſemper paruiſſe demonſtrant, vt Tomo ſuperiore diximus. Legem igitur Francorum, ſeu patriam Francorum legem, ſecundùm quam, teſte Agathiâ, filii patribus in regnum ſuccedunt, antiquiſſimam legem exiſtima congenitam ipſimet Genti Francorum, apud quos regnum ſemper hæreditarium fuit, nec vnquam ceſſit fœminæ.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR.

[a] Agath. lib. 2.

[b] Lib. 4. c. 9.

II. Clotarius Rex Francorum, cuius obitu priorem Tomum Annalium clauſimus, ex tribus vxoribus, vt Gregorius Turonenſis [c] teſtatur, octo liberos ſuſcepit; ex Ingunde Guntharium, Childericum, Charibertum, Guntchramnum, Sigibertum & Chlotſindam; ex Aregunde Chilpericum; ex Chunſena Chramnum. Ante patrem obierunt tres filij, Guntharius, Childericus & Chramnus. Patri ſuperſtites vixerunt quatuor filij, Charibertus, Guntchramnus, Chilpericus, & Sigibertus, filiáque Chlotſinda. Filiæ nullum ius ceſſit in paternam hæreditatem. Patri ſucceſſerunt quatuor filij,

[c] Lib. 4. c. 1.

CLOTARIO I. SVCCEDVNT 4. FILII.

Charibertus, Guntchramnus, Chilpericus & Sigibertus. Anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quinto natus eſt Sigibertus omnium minimus. In lucem editus eſt Chilpericus, antequàm Clotarius ſibi ſociaret Guntheugam relictam Clodomeris fratris, cuius cædes cum anno Chriſti quingenteſimo viceſimo quarto coincidit. Chilperico & Sigiberto ſeniores erant Charibertus & Guntchramnus, matrem enim habuerunt Ingundem à Clotario nondum dimiſſam. Annum igitur ætatis ſuæ circiter quadrageſimum, cùm Clotarius Rex obiit, agebat Charibertus, vndequadrageſimum Guntchramnus, duodequadrageſimum Chilpericus, Sigibertus viceſimum-ſextum. Quatuor hi fratres exequias patris ſui regiâ munificentiâ curarunt, *quem quatuor filij ſui*, inquit Gregorius Turonenſis [a], *cum magno honore*, ex villa Compendio * vbi ſpiritum exhalarat, *Sueſſionas deferentes in Baſilica ſancti Medardi ſepelierunt*. Idem Clotarius in vita [b] ſancti Medardi dicitur *honorificè ſepultus ante ſancti Medardi altare in Eccleſia quam ædificare cœperat.*

AN. CH. 561.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR.

PATREM SEPELIVNT.

[a] Lib. 4. c. 28.

* Compiegne.

[b] Ap. Sur. d. 8. Iun.

III.

Chilpericus poſt patris funera theſauros qui in villa Brannaco erant congregati, accepit, & ad Francos vtiliores petiit, ipſóſque muneribus mollitos ſibi ſubdidit. Et mox Pariſius ingreditur, ſedémque Childeberti Regis occupat. Sed non diu hoc ei licuit poſſidere. Nam coniuncti fratres eius, eum exinde expulerunt. Et ſic inter ſe hi quatuor, id eſt, Charibertus, Guntchramnus, Chilpericus atque Sigibertus, diuiſionem legitimam faciunt. Dedítque ſors Chariberto regnum Childeberti, ſedémque habere Pariſius; Guntchramno verò regnum Chlodomeris ac tenere ſedem Aurelianenſem; Chilperico verò regnum Chlothacharij patris eius, cathedrámque Sueſſionas habere; Sigiberto quoque regnum Theodorici, ſedémque habere Remenſem. Huc vſque Gregorius Turonenſis, libro quarto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Francorum, capite manuſcriptorum Codicum Bellouacenſis * & Corbeienſis * decimo-quinto, cui reſpondet in editione vulgata caput eiuſdem libri viceſimum ſecundum. Quantùm differentiæ inter prælaudatos Codices & editionem vulgatam interſit, explicuimus ad annum Chriſti decimum-ſeptimum [c] ſupra quadringenteſimum, ibíque necnon in aliis [d] locis ſæpè probauimus plus auctoritatis prænominatis Codicibus ineſſe quàm editioni vulgatæ ſeu Ducheſnianæ. Liber quartus hiſtoriæ Gregorianę in editione vulgata complectitur capita ſex & quadraginta, in ſupradictis autem Codicibus capita duntaxat ſex & triginta, in illis enim Codicibus non reperiuntur decem hæc capita editionis vulgatæ, quintum, ſextum, ſeptimum, vndecimum, duodecimum, decimum-quintum, decimum-nonum, triceſimum-ſeptimum, triceſimum-octauum & quadrageſimum-tertium. De quinto, ſexto & ſeptimo diſſeruimus ad annum Chriſti quingenteſimum [e] quinquageſimum-quartum; de vndecimo, duodecimo & decimo-quinto ad annum Chriſti quingenteſimum

REGNVM INTER SE DIVIDVNT.

* de Beauuais.

* de Corbie.

[c] Num. 10. & ſeqq.

[d] An. 544. n. 101. a 545. n. 9. 19. & ſeqq. a. 555. n. 23. & ſeqq.

[e] Num 5.

AN. CH. 561. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR.

[a] quinquageſimum-quintum; de decimo-nono ad annum Chriſti quingenteſimum [b] quadrageſimum quintum; de ceteris agemus infrà ſuis locis. Vt enim in ſuperiore Tomo ſic & in hoc Gregorius Turonenſis purus putus à nobis allegabitur, id eſt, non qualis hactenus typis editus prodiit, ſed qualis in prædictis Codicibus manuſcriptis exhibetur.

[a] Num. 13. & ſeqq.
[b] Num 9.

IV. A morte Clodouei Magni, cuius regnum quatuor filij diuiſerunt, ad obitum vſque Clotarij Primi, cuius hæreditatem quatuor quoque filij ſuſceperunt, interceſſerunt anni quinquaginta. Quo temporis interuallo Francia plurimùm aucta eſt. Theodoricus Clodouei filius Thoringiam ſubegit anno Chriſti quingenteſimo triceſimo. Alij duo filij Childebertus & Clotarius nepóſque Theodobertus Burgundiam in ſuam poteſtatem redegerunt anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quarto. Iiſdem Francorum Regibus, quorum amicitiam expetebat, ditiones Gothicas inter Alpes & Rhodanum ſitas Vitiges Rex Oſtrogothorum ſponte ceſſit anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-ſexto. Theodoricus & Clotarius Luteuam * in Septimania Wiſigothis eripuerunt anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-tertio. Iiſdem Wiſigothis ac Sueuis in Hiſpania debellatis, Childebertus & Clotarius Vaſconias cum Cantabria ſubiugarunt anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo ſecundo. Vt igitur poſt Clodouei mortem, ſic poſt obitum Clotarij quadripertita fuit Francia, ſed in vtraque diuiſione non iidem fuerunt regnorum fines, quia filij Clotarij præter ditiones, quæ Clodouei quondam fuerant, alias ſuprà recenſitas inter ſe diuiſerunt.

* *Lodéue.*

V. RVSTICVLA RAPITVR.

Sub exitum huius anni, Ruſticula, quæ quintum vitæ annum vix expleuerat, à Cheraonio rapta eſt. Qua de re ſic in eius vita Florentius Preſbyter. *Cùm eſſet virgo annorum quinque, rapta eſt à viro quodam nobili, nomine Cheraonio. Cúmque eam ad domum ſuam perduxiſſet, genitrici ſuæ eam obtulit nutriendam, vt cùm ad legitimam perueniſſet ætatem, ſibi eam matrimonio copularet. Sed ille, qui non dormit, neque dormitat in æuo, qui cuſtodit Iſrael, reuelauit Spiritu ſuo ſancto beatiſſimæ Liliolæ Abbatiſſæ Monaſterij, quod ſanctæ recordationis nobis Arelatenſis Cæſarius Papa fundauit, vt peteret à venerabili Siagrio Epiſcopo qualiter agere deberet apud glorioſiſſimum Gonderanum Regem, vt intra ſepta Monaſterij faceret eam introire.* Anno ſequenti narrabimus Ruſticulæ aduentum atque introitum in Monaſterium Arelatenſe. De Siagrio Epiſcopo, quem Liliola conſuluit, hîc ſufficiet notaſſe, quòd Auguſtodunenſem Pontificatum in ditionibus Gonderani ſeu Guntchramni geſſit, & Epiſcopatum priùs adeptus eſt, quàm Brunichildis à Sigiberto Guntchramni fratre in vxorem expeteretur.

AN. CH. 562.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. I.

ANNVS
CHRISTI 562.
CHARIBERTI R. I.
GVNTHCRAMNI R. I.
CHILPERIC. I R. I.
SIGIBERTI R. I.
INDICTIO 10.

ANNVS Chriſti quingenteſimus ſexageſimus-ſecundus in Faſtis cenſe- I.
tur poſt Baſilij Conſulatum viceſimus-primus, currente Indictione decimâ. Chariberti eiúſque fratrum, qui poſt Clotarium patrem regnarunt, primus hic annus à nobis numeratur. Apud Auctores enim illius ætatis, annus, quo quis in regnum alteri ſuccedit, non attribuitur vtrique, ſed ei tantùm qui dominabatur cùm primus menſis annum aperuit, itaut annus poſt Baſilij Conſulatum viceſimus, quo Marius Clotarium mortuum tradit, habeatur annus vltimus Clotarij Regis, & annus qui proximè ſequitur, & in eiuſdem Marij Chronico viceſimus-primus poſt Baſilij Conſulatum collocatur, Chariberti fratrúmque Regum primus notari debeat.

Francia, cùm Charibertus eiúſque fratres paternum regnum ſuſceperunt, II.
per Germaniam, per Galliam, per Hiſpaniam dilatabatur. Trans Rhenum in Germania, præter ditiones, quæ Clodoueo quondam paruerant, amplectebatur Thoringiam. Cis Rhenum in Gallia comprehendebat omnem Galliam, ſi ſolam Septimaniam nec integram excipias. Vltra Pyrenæos montes in Hiſpania Vaſconias & Cantabriam complectebatur. Sed paulò poſt imminuta eſt: Luteua enim Ciuitas Septimaniæ rediit ad Wiſigothos, & ambæ Vaſconiæ cum Cantabria Regibus Francorum parere deſtiterunt.

FRANCI.

De Luteua teſtis eſt Synodus Narbonenſis, cui cum Migetio *Eccleſiæ Ca-* III.
tholicæ Narbonenſis Epiſcopo, Sedatio *Eccleſiæ Catholicæ Biterrenſis* * Epiſcopo, Boetio *Eccleſiæ Magalonenſis* * Epiſcopo, Pelagio *Eccleſiæ Nemanſenſis* * Epiſcopo, Tigridio *Eccleſiæ Agathenſis* * Epiſcopo, Sergio *Eccleſiæ Carcaſſonenſis* * Epiſcopo, interfuit ſubſcripſitque *Agrippinus de Ciuitate Loteua in Chriſti nomine Epiſcopus*, regnante tunc in in Septimania Reccaredo Wiſigothorum Rege, vt hæc ipſius Concilij præfatio declarat. *In nomine Domini noſtri Ieſu-Chriſti. Anno feliciter quarto regni Domini noſtri glorioſiſſimi Reccaredi. Regis, Narbone, Migetius, Sedatius, Benenatus, Boetius, Pelagius, Tigridius, Agrippinus & Sergius, Epiſcopi Galliæ Prouinciæ.* Apud Ioannem Plantauitium in Chronologia Præſulum Lodouenſium ſeu Luteuenſium Agrippinum immediatè præcedunt Deuterius & Edibius, quorum ille Concilium Aruernenſe primum ſua ſubſcriptione roborauit anno Chriſti quingenteſimo triceſimo quinto, hic Concilium Pariſienſe tertium anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo. Nam quamdiu Luteua fuit in poteſtate Francorum, Luteuenſis Epiſcopus interfuit Synodis in Francia celebratis, Epiſcopóque Bituricenſi Aquitaniæ primæ Metropolitæ ſubiacuit. Eâdem verò Ciuitate ſub imperium Wiſigothorum reuerſâ, Luteuenſis Epiſcopus iterùm ſubfuit Narbonenſi Metropolitæ, ſubſcripſitque Conciliis habitis in regno Wiſigotho-

A MITTVNT LVTEVAM.
* de Beziers.
* de Magalonne.
* de Niſmes.
* d'Agde.
* de Carcaſſonne.

AN. CH. 562. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. I.

thorum, in Septimania videlicet & in Hiſpania. Lege ſubſcriptiones Synodorum. Agrippinus Luteuenſis Epiſcopus anno quarto Reccaredi Regis interfuit prædictæ Synodo Narbonenſi & Toletanæ tertiæ, Narbonenſi ſubſcripſit *de Ciuitate Loteua in Chriſti nomine Epiſcopus*, Toletanæ tertiæ ſubſcripſit *Ciuitatis Lutubenſis Prouinciæ Galliæ Epiſcopus*. Decreto Gundemari Regis ſubſcripſit *Leontianus* ſeu Leontius *Lutobenſis Epiſcopus*. Anno tertio Siſenandi Regis, *Anatholius Luthuenſis Eccleſiæ Epiſcopus* Concilio Toletano quarto ſubſcripſit. Anno ſecundo Chintillani Regis, idem Anatolius ita ſubſcripſit Concilio Toletano ſexto, *Anatolius Eccl. Lotenenſ. Epiſc. ſubſc.* vel, vt habet editio Garſiæ Loayſæ, *ego Anatolius Eccleſiæ Lutubenſis Epiſc. ſubſcr.* Firminus Lodouenſis Epiſcopus, vt Plantauitius [a] ex Nomenclatura Guidonis obſeruat, Synodo Narbonenſi cum aliis Septimaniæ Præſulibus interfuit, vt ex illis duo delegarentur ad octauum Concilium Toletanum, quod anno quinto Receſſuinthi Regis celebratum eſt. *Giſibertus Diaconus agens vicem Anſemundi Epiſc. Lotoebenſis* Concilio Toletano decimo-tertio ſubſcripſit anno quarto Eruigij Regis.

[a] Num. 11.

IV. Par eſt ratio Vaſconiarum & Cantabriæ, quæ Franciæ acceſſerunt anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo ſecundo, & ab ea diuulſæ ſunt poſt Clotarij Regis obitum. Singulis Vaſconiis ſuus erat Epiſcopatus, Auſtrali Calagurritanus, Boreali Pampilonenſis, Cantabria pertinebat ad Lucenſem. Concilio Bracarenſi * ſecundo, quod Erâ ſexcenteſimâ-decimâ, ſeu currente anno ſecundo Mironis ſiue Ariamiri Sueuorum Regis, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo, celebratum eſt, ſubſcripſit *Nitigiſius Lucenſis * Eccleſiæ Epiſcopus*. Anno quarto Reccaredi Wiſigothorum Regis, cùm Sueuorum in Hiſpania regnum à Wiſigothis iam deletum eſſet, Concilio Toletano tertio ſubſcripſerunt Pantardus *Eccleſiæ Catholicæ Bracarenſis Metropolitanæ Galliciæ Prouinciæ Epiſcopus*, tam pro ſe *quàm pro Nitigiſio Epiſcopo Ciuitatis Lucenſis*, Lilliolus *Pampilonenſis Eccleſiæ Epiſcopus*, Mummius *Calagurritanæ * Eccleſiæ Epiſcopus*, necnon Agrippinus *Ciuitatis Lutubenſis Prouinciæ Galliæ Epiſcopus*, de quo ſuprà. Non opus eſt conſulere ſubſcriptiones plurium Synodorum. Ex ſolis enim ſubſcriptionibus præcitatæ Synodi Toletanæ tertiæ conſtat Luteuam Septimaniæ Ciuitatem, Vaſconias & Cantabriam Prouincias Hiſpaniæ, quas Reges Francorum filij Clodouei ſubiugarunt, à Francorum Imperio poſteà diſtractas fuiſſe. Confirmat hanc ſententiam Fredegarius in ſuo Chronico [b], Siſebodum enim Wiſigothorum Regem, quòd Cantabriam ſuis ditionibus adiunxerit, ita commendat. *Prouinciam Cantabriam Gothorum Regno ſubegit, quam aliquando Franci poſſederant.* Deinde hæc proximè ſubiungit de Francione, cui Francorum Reges adminiſtrationem Cantabriæ commiſerunt. *Dux, Francio nomine, qui Cantabriam in tempore Francorum rexerat, tributa Francorum Regibus multo tempore impleuerat.*

VASCONIAS ET CANTABRIAM.

* de Braga.

* de Lugo.

* de Calahorra.

[b] Cap. 33.

V. Quibus temporibus Franci Luteuam, Vaſconias & Cantabriam in ſuam poteſtatem redegerint, oſtendimus ſuis locis, quibus verò temporibus amiſerint, haud adeò facilè probari poteſt, quoniam apud antiquos Auctores altum eſt ea de re ſilentium. Id proculdubiò contigit, antequàm Sigibertus Rex Francorum Brunichildem Athanagildi Wiſigothorum Regis filiam in vxorem duceret. Wiſigothi, quibus Clodoueus Rex Francorum Turonos Prouinciæ Lugdunenſis tertiæ Metropolim, vniuerſam Aquitaniam, Toloſam & Vceciam Ciuitates Prouinciæ Narbonenſis eripuerat, nullum contra Franciam bellum mouerunt quandiu Clodoueus in viuis ſuperſtes fuit, licet ſe tot Prouinciis ac Ciuitatibus ſpoliatos ægrè admodum ferrent, illóque mortuo ſtatim in Aquitaniam irruperunt, & auitas poſſeſſiones ſibi nuper ablatas conati ſunt recuperare. Non aliter ſe geſſerunt, vt Francis adimerent Prouincias & Ciuitates, quas in Septimania & in Hiſpania occuparant filij Clodouei, nam quamdiu quis horum vixit, pacem cum Francis coluerunt, ſed Clotario, qui poſtremus omnium obiit, è viuis ſublato, nouum mox bellum aduersùs

AN. CH. 562.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. I.

eius hæredes, vt aliàs aduerſùs Clodouei filios, concitarunt, vocatis etiam in ſocietatem Sueuis, ad quos olim Cantabria pertinuerat. Regnabat tunc apud Wiſigothos Athanagildus, apud Sueuos Theodomirus, quem Gregorius Turonenſis [a] Charraricum vocat. Luteuam & Vaſconias recepit Athanagildus, Theodomirus Cantabriam. Extincto Sueuorum Regno, Cantabria venit in poteſtatem Wiſigothorum, vt ex ſubſcriptionibus Concilij Toletani tertij regnante Reccaredo celebrati iam allegatis patet, à Wiſigothis tranſiit ad Romanos, poſtremò rediit ad Wiſigothos auſpiciis Siſebodi Regis. Obſeruamus haſce viciſſitudines Cantabriæ, quia pleraſque Fredegarius attigit [b] eodem capite quo Prouinciam illam ſub poteſtate Francorum fuiſſe ſic aſſeruit. *Siſebodus Spaniæ ſucceßit in Regnum, vir ſapiens & in tota Spania laudabilis valdè, pietate plenißimus. Nam & aduersùs manum publicam fortiter dimicauit, Prouinciam Cantabriam Gothorum Regno ſubegit, quam aliquando Franci poſſederant. Dux, Francio nomine, qui Cantabriam in tempore Francorum rexerat, tributa Francorum Regibus multo tempore impleuerat. Sed cùm à parte Imperij fuerat Cantabria reuocata, à Gothis, (vt ſuprà legitur) praeoccupatur, & plures Ciuitates ab Imperio Romano Siſebodus in littore maris abſtulit, & vſque fundamentum deſtruxit. Cúmque Romani ab exercitu Siſebodi trucidarentur, Siſebodus dicebat pietate plenus. Heu me miſerum, cuius tempore tanta ſanguinis effuſio fitur! Cuicunque poterat occurrere, de morte liberabat. Confirmatum eſt regnum Gothorum in Spania per maris littora vſque ad Pyrenæos montes.*

[a] Lib. 1 de mirac. S. Martin. c. 11.
[b] In Chron. cap. 33.

VI. Chaibertus Regnum adeptus, Vltrogotham Childeberti patrui relictam eiúſque filias ab exilio reuocauit, in quod à Clotario deportatæ fuerant. Extant apud Fortunatum [c] verſus, quibus id probatur.

[c] Lib. 5. Carm. 3.

LAVS CHARIBERTI R.

Charibertus adeſt, qui publica iura gubernans
Tempore præſenti gaudia priſca refert.
In tantum patruo ſe prodidit eſſe ſequacem,
Vt modò ſit tutor coniugis iſte nepos.
Qui Childeberti retinens dulcedine nomen,
Eius natarum eſt frater & ipſe pater.
Quæ benè defenſa placido moderamine Regis
In conſobrino ſpem genitoris habent.

VII. Eodem carmine, quod prolixius eſt, Charibertus ob iuſtitiam & peritiam linguæ Latinæ plurimùm commendatur. Laudatur etiam à Gregorio Turonenſi [d], quòd ob reuerentiam quâ Sanctum Martinum Turonenſem olim Epiſcopum proſequebatur, tributum Turonenſi populo remiſerit. *Poſt mortem Chlotharij Regis, Chariberto Regi populus Turonenſis ſacramentum dedit, ille cum iuramento promiſit, vt leges conſuetudinéſque nouas populo non infligeret, ſed in illo quo quondam ſub patris dominatione ſtatu vixerant, in ipſo hic eos deinceps retineret, neque vllam nouam ordinationem ſe inflicturum ſuper eos, quod pertineret ad ſpolium, ſpopondit. Gaiſo verò Comes eiuſdem temporis accepto capitulario, quod anteriores ſcriptores fecerant, cum exacta prauitate ad Regis direxit præſentiam, oſtendens capitularium, in quo tributa continebantur, ſed Rex ingemiſcens ac metuens virtutem ſancti Martini, incendio tradidit, aureos exactos Baſilicæ ſancti Martini remiſit, obteſtans vt nullus de populo Turonico vllum tributum publico redderet.*

[d] Lib. 9. c. 30.

VIII. Idem Auctor meminit Synodi Santonenſis in qua Heraclius Preſbyter, Epiſcopus Santonenſis creatus eſt, remoto Emerio, qui Clotarij Regis imperio abſque Metropolitani conſenſu ordinatus fuerat, atque inde coniicimus Concilium illud, cui nulla temporis nota præfigitur, celebratum fuiſſe ſtatim ab obitu Clotarij Regis, cùm Charibertus in Principatu primum adhuc annum ageret. Synodo præfuit Leontius Epiſcopus Burdigalenſis, Aquitaniæ ſecundæ Metropolitanus. *Leontius*, inquit Gregorius [e], *apud vrbem Santonicam congregatis Prouinciæ ſuæ Epiſcopis, Emerium ab Epiſcopatu depulit, adſerens non canonicè eum fuiſſe huic honori donatum. Decretum enim Chlothacharij habue-*

SYNODVS SANTONENS.

[e] Lib. 4. c. 26.

AN. CH. 562. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 1.

rat, vt abſque conſilio Metropolis benediceretur, quia non erat præſens. Quo eiecto conſenſum fecere in Heraclium tunc Burdegalenſis Eccleſiæ Presbyterum, quod Regi Chariberto ſubſcriptum propriis manibus per nuncupatum Presbyterum tranſmiſerunt. Qui veniens Toronus, rem geſtam beato Eufronio pandit, deprecans vt hoc conſenſum ſubſcribere dignaretur. Quod vir Dei manifeſtè reſpuit. Igitur poſtquam Presbyter Pariſiacæ vrbis portas ingreſſus Regis præſentiam adiit, hæc effatus eſt. Salue, Rex glorioſe, Sedes enim Apoſtolica Eminentiæ tuæ ſalutem mittit vberrimam. Cui ille, numquid, ait, tu Romanam (corruptè *Turonicam* in vulgatis exemplaribus) *adiſti vrbem, vt Papæ illius nobis ſalutem deferres? Pater, inquit Presbyter, Leontius tuus cum comprouincialibus Epiſcopis ſalutem tibi mittit, indicans Æmilium (ſic enim vocitare conſueuit Emerium in infantia ſua) eiectum ab Epiſcopatu pro eo quòd, prætermiſsâ Canonum ſanctione, vrbis Santonicæ * Epiſcopatum ambiuit. Ideóque conſenſum ad te direxerunt, vt alius in loco eius ſubſtituatur, quo fiat vt dum tranſgreſſores Canonum regulariter arguuntur, Regni veſtri potentia annis prolixioribus propagetur. Hoc eo dicente, frendens Rex eum à ſuis conſpectibus extrahi iuſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium protrudi præcipit, dicens, putaſne quia non eſt ſuper quiſquam de filiis Chlothacharij Regis, qui patris facta cuſtodiat, quòd hi Epiſcopum, quem eius voluntas elegit, abſque noſtro iudicio proiecerunt? Et ſtatim directis viris religioſis, Epiſcopum in loco reſtituit, dirigens etiam quoſdam de Camerariis ſuis, qui exactis Leontio Epiſcopo mille aureis, reliquos iuxta poſſibilitatem condemnauit Epiſcopos, & ſic Principis eſt vlta iniuria.*

* de Saintes.

IX. Qui ſeueriùs in Clotarium Regem inuehuntur, aiunt Leontio iuſtam depellendi ab Epiſcopatu Emerij cauſam fuiſſe, quòd is non à Clero & populo electus ſed Regis voluntate Cathedram adeptus, ac ſine Metropolitani conſenſu fuerat ordinatus.. At ex Gregorij textu, à quo totius controuerſiæ iudicium pendet in Emerij electione vel probandâ vel improbandâ, non colligitur Cleri ac populi ſuffragia defuiſſe, Clotarius ea tantùm de re vituperari poteſt, quòd Emerium abſque Metropolitani conſilio benedici voluerit, neque etiam quo factum excuſaret caruit prætextu, cauſatus enim videtur abſentiam Metropolitani, verùm rogare potuit per literas Leontium, vt Emerium pro cuius electione Clerus ac populus conſpirauerant, ſe abſente in Epiſcopum ab Epiſcopis comprouincialibus conſecrari fineret, in eóque ſolùm Rex deliquit, quòd illas obſequij partes erga Metropolitanum non impleuit.

NON PROBATVR AB EVFRONIO EP. TVRON.

Quæ poſt Clotarij mortem in Synodo Santonenſi Chariberto Rege inconſulto geſta ſunt à Leontio, laudare numquam voluit Euphronius Epiſcopus Turonenſis, vir eximiæ ſanctitatis, cuius nomen in tabulas Eccleſiaſticas relatum fuit pridie Nonas Auguſti. At ſi Leontius zelum æquo feruentiorem adhibuit, ne ius Eccleſiæ ſuæ Metropolitanæ vel leuiſſimè imminutum videretur, Charibertus in eo culpâ non caret, quòd Heraclium Presbyterum excepit ludibrio, & Epiſcopos qui Emerium depoſuerant acerbiùs vexauit. Hymnus ad hæc fortè tempora pertinens, cùm Leontius à Chariberto Rege exagitabatur, apud Fortunatum [a] extat de ipſo Leontio veluti rediuiuo, qui cùm propter abſentiam mortuus omnium ſermone circumferretur, & comitia de nouo Præſule ſubrogando iam haberentur, ex improuiſo ſuperueniens, partium ſtudia ſtultitiámque incredibili plebis gaudio diſcuſſit, eóque cumulatiorem hanc populo lætitiam fecit, quòd eâdem luce, quâ olim Pontificatum inierat, ad Sedem ſuam rediit.

[a] Lib. 1. c. 16.

X. Porrò in præcitato Gregorij textu, quem Hadrianus Valeſius in præfatione Tomo ſecundo rerum Francicarum præfixâ iam emendauit, nonnulla occurrunt obſeruatione digna. Regnante Chariberto Sedes omnes Epiſcopales vocabantur Apoſtolicæ, & quarumlibet ſedium Epiſcopi dicebantur Apoſtolici, nominéque Sanctitatis honorabantur. Exemplum non longè petemus à Gallomagno, qui circa hæc tempora promotus fuit ad Epiſcopatum Trecenſem, & Concilio Pariſienſi poſt annos vndecim ſubſcripſit. In antiquitatum Tricaſſinarum promptuario, quod Nicolaus Camuzatus publicauit, extat

SEDES EPISCOPALES DICVNTVR APOSTOLICÆ.

AN. CH. 562. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SICIB. RR. F.

tat Hiſtoria ſeu Vita ſancti Winebaudi Abbatis, in qua primus eius aduentus in ciuitatem Trecenſem ita deſcribitur. *Audiens beatus vir Gallomagnus Tricaſtinæ vrbis Epiſcopus famam beati Winebaudi, quæ perſpicuè diuulgabatur in populo, illicò cum feſtinatione reuerentiſſimum Lectorem ad virum venerabilem direxit, quem tertiana typhus incommodis grauiſſimis perurgebat. Vir ſanctus Vvinebandus* * *pertimeſcens intrinſecus, & cogitans ne magnitudo Pontificis ſe non ad propria reuerti permitteret, ait, frater mi, non audeo renuere iuſſionem Pontificalem, ſi Sanctitas ſua permitteret me ſeruum ſuum ad propriam cellulam remeare. Deniqua fidentiſſimo merito ad eum peruenit.* Et paucis interiectis, eiuſdem Winebaudi prouectio ad Abbatis dignitatem ita ſubiicitur. *Petiit vir ſanctus Pontifex, vt ad Baſilicam ſancti Lupi ad ſeruiendum ſanctimonia ſua continuis orationibus dignaretur promoueri. Eodem itaque tempore Audericus iam dicta Baſilica Abbas deceſſit, poſt cuius deceſſum ſacra fratrum laus omnium voce vnâ conclamat ad prædictum virum Apoſtolicum, vt venerabilem Vvinebaudum, quem in Leuitici vel Sacerdotalis honoris gradum, benedictione ſacrâ ſummo apice ſublimauerat, ſuis obtutibus mererentur adipiſci Abbatem.* In illa narratione Epiſcopo Trecenſi, qui Metropolitano Senonenſi tunc ſubiacebat, atque etiamnum ſubiacet, præter nomen Sanctitatis, titulus viri Apoſtolici tribuitur. Priſcis temporibus Epiſcopi paſſim *viri Apoſtolici* vocabantur dicebantúrque *vicem Apoſtolicam miniſtrare.* In prælaudato promptuario antiquitatum Tricaſſinatum legimus ſanctum Frodobertum Abbatem floruiſſe, *cùm apud præfatam vrbem Trecaſſinam Ragnegiſilus Pontifex vicem Apoſtolicam miniſtraret.* Et apud Marculfum [a] formula Præcepti ſic inchoatur. *Ille Rex, viro Apoſtolico illi Epiſcopo.* Epiſcopi olim etiam dicti reperiuntur Domini Apoſtolici. Godeſchalcus Diaconus de ſancto Lamberto Traiectenſi Epiſcopo ſic in eius vita loquitur. *Ipſe verò Dominus Apoſtolicus, capite & humeris & toto corpore, niue contectus*, &c. Clodoueus Rex auus Chariberti poſt bellum Gothicum ad Epiſcopos Regni ſui literas direxit, in quibus eos Beatitudinis titulo ſic affecit. *Euuntiante famâ, quid actum fuerit vel præceptum omni exercitui noſtro, priuſquàm in patriam Gothorum ingrederemur, Beatitudinem veſtram præterire non potuit.* Eoſdem vocauit *Dominos Sanctos* ac *Papas*, & Epiſcopalem vniuſcuiuſque Cathedram *Sedem Apoſtolicam* nuncupauit. Prædictas enim literas Epiſcopis ſic inſcripſit. *Dominis Sanctis, & Apoſtolicâ Sede digniſſimis Epiſcopis, Chlotouechus Rex.* Eaſdémque literas, quas ſuo loco recitauimus [b], clauſit his verbis. *Orate pro me, Domini Sancti, & Apoſtolicâ Sede digniſſimi Papa.* A Clodouei ſtylo non recedit apud Marculfum [c] formula Indiculi, cuius initium tale eſt. *Domino Sancto, Sedis Apoſtolicæ dignitate colendo in Chriſto Patri illi Epiſcopo, ille Rex.* Huc etiam ſpectat titulus Apoſtolatûs Epiſcopis per illa tempora tribui ſolitus. Extant [d] literæ ad Nicetium Epiſcopum Treuirenſem cum hoc exordio. *Humilitati meæ corona veſtri Apoſtolatûs veniam dare dignetur.* Extant [e] & literæ Childeberti Secundi Regis ad Domitianum Epiſcopum, in quibus hæc leguntur. *Beato Apoſtolatui veſtro venerabiliter ſalutis officia perſoluimus.* Quamuis autem ætate Chariberti Regis Epiſcopales quæque Sedes dicerentur Apoſtolicæ, tamen hic titulus præcipuè dabatur Metropolitanis. Inde factum, vt hactenus editio Gregorij vulgata probaretur, in qua hæc phraſis *tu Romanam adiiſti vrbem*, vitioſè ſic efferatur *Turonicam adiiſti vrbem*, quaſi Heraclius Burdigalenſis Preſbyter Charibertum Regem Pariſiis ſalutarit Sedis Apoſtolicæ nomine, Leontiúmque Epiſcopum Burdigalenſis Eccleſiæ Metropolitanæ per Sedem Apoſtolicam deſignarit; Charibertus verò, cùm Leontiom odiſſet, ſciréque ex vrbe primatia Sanctonum, vbi conuentus habitus fuerat, Pariſios iter haberi non poſſe per vllam Ciuitatem Metropolitanam ſi Turonenſem exceperis, per ludibrium ſtatim petierit ab Heraclio, an adiiſſet Toronos, vt ſalutationem deferret Eufronij Epiſcopi, qui Sedem Apoſtolicam ſeu Metropolitanam Turonorum obtinebat. Verùm Sedes Romana iampridem per excellentiam dicebatur Apoſtolica, nam beatus Hieronymus, cùm ſcriberet aduersùs Vigilantium

* *Vinebauld.*

[a] Lib. 1. c. 5.

[b] a 508. n 45.

[c] Lib. 1. c. 6.

[d] Tom. 1. coll. Hiſt. Franc. pag. 865.

[e] Ibid. pag. 868.

AN. CH. 562. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. I.

rat, vt abſque conſilio Metropolis benediceretur, quia non erat præſens. Quo eiecto conſenſum fecere in Heraclium tunc Burdegalenſis Eccleſiæ Presbyterum, quod Regi Chariberto ſubſcriptum propriis manibus per nuncupatum Presbyterum tranſmiſerunt. Qui veniens Toronus, rem geſtam beato Eufronio pandit, deprecans vt hoc conſenſum ſubſcribere dignaretur. Quod vir Dei manifeſtè reſpuit. Igitur poſtquam Presbyter Pariſiacæ vrbis portas ingreſſus Regis præſentiam adiit, hæc effatus eſt. Salue, Rex glorioſe, Sedes enim Apoſtolica Eminentiæ tuæ ſalutem mittit vberrimam. Cui ille, numquid, ait, tu Romanam (corruptè *Turonicam* in vulgatis exemplaribus) *adiſti vrbem, vt Papæ illius nobis ſalutem deferres? Pater, inquit Presbyter, Leontius tuus cum comprouincialibus Epiſcopis ſalutem tibi mittit, indicans Æmilium (ſic enim vocitare conſueuit Emerium in infantia ſua) eiectum ab Epiſcopatu pro eo quòd, prætermiſsâ Canonum ſanctione, vrbis Santonicæ * Epiſcopatum ambiuit. Ideóque conſenſum ad te direxerunt, vt alius in loco eius ſubſtituatur, quo fiat vt dum tranſgreſſores Canonum regulariter arguuntur, Regni veſtri potentia annis prolixioribus propagetur. Hoc eo dicente, frendens Rex eum à ſuis conſpectibus extrahi iuſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium protrudi præcipit, dicens, putaſne quia non eſt ſuper quiſquam de filiis Chlothacharii Regis, qui patris facta cuſtodiat, quòd hi Epiſcopum, quem eius voluntas elegit, abſque noſtro iudicio proiecerunt? Et ſtatim directis viris religioſis, Epiſcopum in loco reſtituit, dirigens etiam quoſdam de Camerariis ſuis, qui exactis Leontio Epiſcopo mille aureis, reliquos iuxta poſſibilitatem condemnauit Epiſcopos, & ſic Principis eſt vlta iniuria.*

* de Saintes.

IX. Qui ſeueriùs in Clotarium Regem inuehuntur, aiunt Leontio iuſtam depellendi ab Epiſcopatu Emerij cauſam fuiſſe, quòd is non à Clero & populo electus ſed Regis voluntate Cathedram adeptus, ac ſine Metropolitani conſenſu fuerat ordinatus.. At ex Gregorij textu, à quo totius controuerſiæ iudicium pendet in Emerij electione vel probandâ vel improbandâ, non colligitur Cleri ac populi ſuffragia defuiſſe, Clotarius ea tantùm de re vituperari poteſt, quòd Emerium abſque Metropolitani conſilio benedici voluerit, neque etiam quo factum excuſaret caruit prætextu, cauſatus enim videtur abſentiam Metropolitani, verùm rogare potuit per literas Leontium, vt Emerium pro cuius electione Clerus ac populus conſpirauerant, ſe abſente in Epiſcopum ab Epiſcopis comprouincialibus conſecrari ſineret, in eóque ſolùm Rex deliquit, quòd illas obſequij partes erga Metropolitanum non impleuit.

NON PROBATVR AB EVFRONIO EP. TVRON.

Quæ poſt Clotarij mortem in Synodo Santonenſi Chariberto Rege inconſulto geſta ſunt à Leontio, laudare numquam voluit Euphronius Epiſcopus Turonenſis, vir eximiæ ſanctitatis, cuius nomen in tabulas Eccleſiaſticas relatum fuit pridie Nonas Auguſti. At ſi Leontius zelum æquo feruentiorem adhibuit, ne ius Eccleſiæ ſuæ Metropolitanæ vel leuiſſimè imminutum videretur, Charibertus in eo culpâ non caret, quòd Heraclium Presbyterum excepit ludibrio, & Epiſcopos qui Emerium depoſuerant acerbiùs vexauit. Hymnus ad hæc fortè tempora pertinens, cùm Leontius à Chariberto Rege exagitabatur, apud Fortunatum [a] extat de ipſo Leontio veluti rediuiuo, qui cùm propter abſentiam mortuus omnium ſermone circumferretur, & comitia de nouo Præſule ſubrogando iam haberentur, ex improuiſo ſuperueniens, partium ſtudia ſtultitiámque incredibili plebis gaudio diſcuſſit, eóque cumulatiorem hanc populo lætitiam fecit, quòd eâdem luce, quâ olim Pontificatum inierat, ad Sedem ſuam rediit.

[a] Lib. 1. c. 16.

X. Porrò in præcitato Gregorij textu, quem Hadrianus Valeſius in præfatione Tomo ſecundo rerum Francicarum præfixâ iam emendauit, nonnulla occurrunt obſeruatione digna. Regnante Chariberto Sedes omnes Epiſcopales vocabantur Apoſtolicæ, & quarumlibet ſedium Epiſcopi dicebantur Apoſtolici, nominéque Sanctitatis honorabantur. Exemplum non longè petemus à Gallomagno, qui circa hæc tempora promotus fuit ad Epiſcopatum Trecenſem, & Concilio Pariſienſi poſt annos vndecim ſubſcripſit. In antiquitatum Tricaſſinarum promptuario, quod Nicolaus Camuzatus publicauit, extat

SEDES EPISCOPALES DICVNTVR APOSTOLICÆ.

tat

AN. CH. 562.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 1.

tat Hiſtoria ſeu Vita ſancti Winebaudi Abbatis, in qoa primus eius aduentus in ciuitatem Trecenſem ita deſcribitur. *Audiens beatus vir Gallomagnus Tricaſſinæ vrbis Epiſcopus famam beati Winebandi, quæ perſpicuè diuulgabatur in populo, illicò cum feſtinatione reuerentiſſimum Lectorem ad virum venerabilem direxit, quem tertiana typhus incommodis grauiſſimis perurgebat. Vir ſanctus Vvinebandus * pertimeſcens intrinſecus, & cogitans ne magnitudo Pontificis ſe non ad propria reuerti permitteret, ait, frater mi, non audeo renuere iuſſionem Pontificalem, ſi Sanctitas ſua permitteret me ſeruum ſuum ad propriam cellulam remeare. Denique fidentiſſimo merito ad eum peruenit.* Et paucis interiectis, eiuſdem Winebaudi prouectio ad Abbatis dignitatem ita ſubiicitur. *Petiit vir ſanctus Pontifex, vt ad Baſilicam ſancti Lupi ad ſeruiendum ſanctimoniæ ſuæ continuis orationibus dignaretur promoueri. Eodem itaque tempore Andericus iam dicta Baſilica Abbas deceſſit, poſt cuius deceſſum ſacra fratrum laus omnium voce vnâ conclamat ad prædictum virum Apoſtolicum, vt venerabilem Vvinebaudum, quem in Leuitici vel Sacerdotalis honoris gradum, benedictione ſacrâ ſummo apice ſublimaueras, ſuis obtutibus mererentur adipiſci Abbatem.* In illa narratione Epiſcopo Trecenſi, qui Metropolitano Senonenſi tunc ſubiacebat, atque etiamnum ſubiacet, præter nomen Sanctitatis, titulus viri Apoſtolici tribuitur. Priſcis temporibus Epiſcopi paſſim *viri Apoſtolici* vocabantur dicebantúrque *vicem Apoſtolicam miniſtrare.* In prælaudato promptuario antiquitatum Tricaſſinarum legimus ſanctum Frodobertum Abbatem floruiſſe, *cùm apud præfatam vrbem Trecaſſinam Ragnegiſilus Pontifex vicem Apoſtolicam miniſtraret.* Et apud Marculfum [a] formula Præcepti ſic inchoatur. *Ille Rex, viro Apoſtolico illi Epiſcopo.* Epiſcopi olim etiam dicti reperiuntur Domini Apoſtolici. Godeſchalcus Diaconus de ſancto Lamberto Traiectenſi Epiſcopo ſic in eius vita loquitur. *Ipſe verò Dominus Apoſtolicus, capite & humeris & toto corpore, niue contectus*, &c. Clodoueus Rex auus Chariberti poſt bellum Gothicum ad Epiſcopos Regni ſui literas direxit, in quibus eos Beatitudinis titulo ſic affecit. *Enuntiante famâ, quid actum fuerit vel præceptum omni exercitui noſtro, priuſquàm in patriam Gothorum ingrederemur, Beatitudinem veſtram præterire non potuit.* Eoſdem vocauit *Dominos Sanctos* ac *Papas*, & Epiſcopalem vniuſcuiuſque Cathedram *Sedem Apoſtolicam* nuncupauit. Prædictas enim literas Epiſcopis ſic inſcripſit. *Dominis Sanctis, & Apoſtolicâ Sede digniſſimis Epiſcopis, Chlotouechus Rex.* Eaſdémque literas, quas ſuo loco recitauimus [b], clauſit his verbis. *Orate pro me, Domini Sancti, & Apoſtolicâ Sede digniſſimi Papæ.* A Clodouei ſtylo non recedit apud Marculfum [c] formula Indiculi, cuius initium tale eſt. *Domino Sancto, Sedis Apoſtolicæ dignitate colendo in Chriſto Patri illi Epiſcopo, ille Rex.* Huc etiam ſpectat titulus Apoſtolatûs Epiſcopis per illa tempora tribui ſolitus. Extant [d] literæ ad Nicetium Epiſcopum Treuirenſem cum hoc exordio. *Humilitati meæ corona veſtri Apoſtolatûs veniam dare dignetur.* Extant [e] & literæ Childeberti Secundi Regis ad Domitianum Epiſcopum, in quibus hæc leguntur. *Beato Apoſtolatui veſtro venerabiliter ſalutis officia perſoluimus.* Quamuis autem ætate Chariberti Regis Epiſcopales quæque Sedes dicerentur Apoſtolicæ, tamen hic titulus præcipuè dabatur Metropolitanis. Inde factum, vt hactenus editio Gregorij vulgata probaretur, in qua hæc phraſis *in Romanam adiiſti vrbem*, vitioſè ſic effertur *Turonicam adiiſti vrbem*, quaſi Heraclius Burdigalenſis Preſbyter Charibertum Regem Pariſiis ſalutarit Sedis Apoſtolicæ nomine, Leontiúmque Epiſcopum Burdigalenſis Eccleſiæ Metropolitanæ per Sedem Apoſtolicam deſignarit; Charibertus verò, cùm Leontium odiſſet, ſciréttque ex vrbe primaria Sanctonum, vbi conuentus habitus fuerat, Pariſios iter haberi non poſſe per vllam Ciuitatem Metropolitanam ſi Turonenſem exceperis, per ludibrium ſtatim petierit ab Heraclio, an adiiſſet Turonos, vt ſalutationem deferret Eufronij Epiſcopi, qui Sedem Apoſtolicam ſeu Metropolitanam Turonotum obtinebat. Verùm Sedes Romana iampridem per excellentiam dicebatur Apoſtolica, nam beatus Hieronymus, cùm ſcriberet aduerſùs Vigilantium

* *Vinebauld.*
[a] Lib. 1. c. 5.
[b] a 508. n 45.
[c] Lib. 1. c. 6.
[d] Tom. 1. coll. Hiſt Franc. pag. 865.
[e] Ibid. pag. 868.

AN. CH. 562. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 1.

hæreticum, tréſque diſtingueret Patriarchatus, Antiochenum per Eccleſias Orientis, Alexandrinum per Eccleſias Ægypti, Romanum per Eccleſias Sedis Apoſtolicæ paucis verbis ita delineauit, *quid facient Orientis Eccleſiæ, quid Ægypti & Sedis Apoſtolicæ?* Ad hanc poſtremam obſeruationem alludit Gregorius Turonenſis in Codicibus Bellouacenſi & Corbeienſi, laudatis à Valeſio. Heraclius Presbyter Burdigalenſis Charibertum Regem ſalutat nomine Sedis Apoſtolicæ; Charibertus, cui plurimùm diſplicet Leontius Epiſcopus Sedis Metropolitanæ Burdigalenſis, Apoſtolicæ ab Heraclio nuncupatæ, Sedem Apoſtolicam interpretatur Romanam, quærítque ab Heraclio, vtrùm Romam profectus ſit, vt ſalutationem ab Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ ſeu Romanæ deferret.

EPISCOPI DICVNTVR PAPÆ.

Pari ratione nomen Papæ quod omnibus Epiſcopis primùm commune fuit, poſteà frequentiùs attributum eſt illuſtriorum Sedium Epiſcopis ac tandem ſoli Romano Pontifici. Cùm Charibertus apud Francos imperabat, quilibet Epiſcopus dicebatur Papa, & illa Papæ ſignificatio, cuius exempla iam protulimus nec repetimus, trecentis annis viguit poſt ætatem Chariberti Regis, vt patet ex ſcriptis ſancti Eulogij Presbyteri Cordubenſis qui nono ſeculo floruit, tamen Charibertus dum Heraclium alloquitur, interrogátque an veniat Româ, & Papæ illius vrbis ſalutem deferat, innuit Epiſcopum Sedis Apoſtolicæ ſeu Romanæ per exochen Papam vocari iam ſolitum, quamuis Papæ nomen ſoli Romano Pontifici reſeruatum non legatur ante tempora Gregorij Septimi, qui, prout Baronius in notis ad Martyrologium Romanum quarto Idus Ianuarij teſtatur, Romæ Synodum habuit aduersùs ſchiſmaticos, vbi ſtatuit inter alia plura, vt Papæ nomen vnicum eſſet in vniuerſo Orbe Chriſtiano, nec liceret alicui ſeipſum vel alium eo nomine appellare.

XI. ROM. SEDES PER EXOCHEN APOSTOLICA.

Antequàm Charibertus regnaret, vſu iam receptum erat apud Francos, vt Romana Sedes per excellentiam Sedes Apoſtolica vocaretur. Exemplum habes in tertia Synodo [a] Aurelianenſi ſub Childeberto Chariberti patruo. *Metropolitanus à comprouincialibus Epiſcopis, ſicut decreta Sedis Apoſtolicæ continent, cum conſenſu Cleri vel ciuium eligatur, quia æquum eſt, ſicut ipſa Sedes Apoſtolica dixit, vt qui præponendus eſt omnibus, ab omnibus eligatur.* Item [b]. *Nullus ſeruilibus colonariiſque conditionibus obligatus, iuxta ſtatuta Sedis Apoſtolicæ, ad honores Eccleſiaſticos admittatur.* In quarta Synodo [c] Aurelianenſi ſub eodem Childeberto Rege. *De qua ſolemnitate*, nempè Paſchæ, *quoties aliquid dubitatur, inquiſita vel agnita per Metropolitanos à Sede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur.* In quinta Synodo [d] Aurelianenſi, regnante eodem Childeberto. *Nefariam ſectam, quam auctor malè ſibi conſcius, & à vino ſanctæ fidei Catholicæ fonte diſcedens, ſacrilegus quondam condidit Eutyches, vel ſi qua quæ à venefico ſimiliter impio ſunt prolata Neſtorio, quas etiam ſectas Sedes Apoſtolica ſancta condemnat, ſimiliter & nos eaſdem cum ſuis auctoribus & ſectatoribus execrantes, præſentis conſtitutionis vigore anathematizamus atque damnamus.* In ſecunda Synodo Aruernenſi, quæ ſub Theodobaldo Rege poſt Aurelianenſem quintam celebrata Canonem Aurelianenſem proximè citatum repetiit integrum, laudauítque hoc Breuiario. *Nefarias ſectas ſacrilegi Eutychetis & Neſtorij, quas ſancta Sedes Apoſtolica condemnat, nos quoque cum earum auctoribus & ſectatoribus pariter anathematizamus.* Exempla vetuſtiora ſuppeditare poſſunt antiquiores Synodi Gallicanæ, ſed iis ſuperſedendum duximus, quia non ſunt habitæ ſub Regibus Francorum, Annaléſque Eccleſiaſticos Francorum non autem Gallorum ſcribendos ſuſcepimus. Apud Marculfum [e] Chariberto Rege multò recentiorem extat formula Indiculi generalis ad omnes homines, in qua Romanus Pontifex non Papa ſimpliciter aut Papa Sedis Apoſtolicæ, ſed Papa Romanæ Sedis Apoſtolicæ nuncupatur, vt diſtinguatur ab Epiſcopis aliarum Sedium, qui dicuntur in eadem formula Domni Apoſtolici. Textus talis eſt. *Domino noſtro, Orthodoxo Romanæ Sedis Apoſtolicæ, à Deo inſtituto, illi Papæ, vel omnibus Apoſtolicis Domnis & Patribus, ſeu Abbatibus, vel Deo dica-*

[a] Can. 3.
[b] Can. 26.
[c] Can. 1.
[d] Can. 1.
[e] Lib. 2. c. 49.

AN. CH. 562. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 1.

tis in Cœnobiis degentibus, necnon & illuſtribus viris, Patriciis, Ducibus, Comitibus, vel omnibus Chriſtiani cultûs diuinam religionem ſectantibus, ille peccator viliſsimus omnibus in Domino præſumo mittere ſalutem. Ad deſignandum Papam in generali indiculo, qui complectebatur omnes Epiſcopos, non ſufficiebat nomen Sedis Apoſtolicæ, quia cuilibet Epiſcopali Sedi titulus Sedis Apoſtolicæ tribuebatur, & quilibet Epiſcopus dicebatur Epiſcopus Sedis Apoſtolicæ. Apud Auctorem, qui poſt Marculfum vixit, & chartas poſtremis Caroli Magni temporibus datas exhibuit, extant veteres formulæ, quarum decima, quæ *Tractaria pro itinere peragendo* inſcribitur, hoc habet initium. *Dominis ſanctis & Apoſtolicis Sedibus allocatis Epiſcopis, Abbatibus & Abbatiſsis, & omnibus in Chriſto Patribus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis & Decanis, vel omnibus in Chriſto credentibus & Deum timentibus, ego in Dei nomine ille, ac ſi indignus peccator, vltimus omnium ſeruorum Dei ſeruus, Epiſcopus videlicet, ſiue Abbas, de Ciuitate illa, vel de Monaſterio illo, vbi pretioſus ille Martyr ſeu Confeſſor Chriſti humatus in corpore requieſcit, ſalutem vobis perennem in Domino deſtinare curauimus.* In eadem formula (quod obiter adhuc notandum exiſtimamus) Epiſcopi vocantur ſanctiſſimi Patres, & titulo Sanctitatis ita cohoneſtantur. *Propterea cognoſcatis, ſanctiſsimi Patres, has literas, vt quando ad Sanctitatem veſtram venerint, meliùs ei*, nempè peregrino, *credatis.*

XII. ROM. EP. PER ANTONOM. PAPA.

Nomen etiam Papæ, priuſquàm Charibertus Regnum ſuſciperet, per antonomaſiam à Francis Romano Pontifici præbebatur, vt conſtat ex epiſtola Leonis Epiſcopi Senonenſis ad Childebertum Regem Chariberti patruum, quà deprecatur ne Meleduni * in Diœceſis ſuæ parochia, vbi nunquam fuit, nouus fiat Epiſcopus. *Gloria veſtra*, inquit, *optimè debet & credere & ſcire, quia ſi contra ſtatuto Canonum quicumque Epiſcoporum ſine conſenſu noſtro Mecledone Epiſcopum voluerit ordinare, vſque ad Papæ notitiam vel Synodalem audientiam, tam hi qui ordinauerint, quam qui ordinatus fuerit, à noſtra erunt communione diſiuncti.* Poſt ætatem Chariberti multis ſeculis in Francia viguit hic vſus, vt quilibet Epiſcopus Papa vocaretur. Id docent apud Marculfum [a] duæ formulæ. Vna eſt reſcriptionis ad Epiſcopum. *Domino ſancto, meritis Apoſtolico, in Chriſto deſiderabili, Domino & fratri illi Papæ, ille peccator Epiſcopus.* Altera eſt commendatitiarum literarum ad Epiſcopum notum. *Domino venerandiſsimo illi Papæ, ille.*

* *Melun.*

[a] Lib. 2. capp. 43. 44.

XIII. LEONTIVS EP. BVRDIGAL. CONSTRVIT ECCLESIAS.

Emerius, cuius cauſam hic examinandam ſuſcepimus, Epiſcopatum Santonenſem obtinuit, rediitque paulò pòſt in gratiam cum Leontio Metropolitano, nam eius precibus idem Leontius Baſilicam ſancti Bibiani Santonenſis quondam Antiſtitis ab Euſebio ipſius Emerij deceſſore cœptam perfecit, vt Fortunatus [b] docet his verſibus.

[b] Lib. 1. c. 12.

Digna Sacerdotis Bibiani templa coruſcant,
Quo ſi iuſta petis, dat pia vota fides.
Quæ Præſul fundauit ouans Euſebius olim, S. BIBIANI.
Ne tamen expleret raptus ab orbe fuit.
Cui mox Emerius ſucceſsit in arce Sacerdos,
Sed cœptum vt ſtrueret, ferre recuſat onus.
Qui precibus commiſit opus tibi, Papa Leonti,
Cuius ad hoc votum iugiter inſtat amor.
Vltrò tale decus tibi ſe ſeruauit agendum,
Nec niſi tu fueras, qui loca ſacra dares.

XIV.

At non ſancti Bibiani tantùm inchoatam Leontius perfecit Eccleſiam, ſed & Baſilicam ſancti Eutropij primi eius Sedis Epiſcopi collapſam reſtituit, vt aliud eiuſdem Fortunati ſubſequens indicat [c] Carmen.

[c] Lib. 1. c. 13.

Quantus amor Domini maneat tibi, Papa Leonti,
Quem ſibi iam Sancti templa nouare monent. S. EVTROPII.
Eutropitis enim venerandi Antiſtitis aula
Corruerat ſenio dilacerata ſuo.

AN. CH. 562. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 1. XV.

Nudatáſque trabes paries vacuatus habebat,
Pondere non tecti ſed malè preſſus aquis.
Nocte ſopore leui cuidam veniente miniſtro,
Inſtauratorem te docet eſſe ſuum.
Pro mercede tui meruit magis ille moneri,
O felix, de quo ſit pia cura Deo! &c.

Ex illis Fortunati Carminibus colligere eſt Leontium in agro Santonico, quo delectabatur, diu commoratum fuiſſe, præſertim cùm nec eſſet extra fines Aquitaniæ ſecundæ, nec procul abeſſet à Metropoli Burdigala. Idque annotandum hoc loco videtur eò diligentiùs, quòd Boſcius & Surius qui vitam ſancti Machutis ediderunt, illum cùm à ſuis Diœceſanis Aletâ pulſus fuiſſet, in vrbe Santonica benigniſſimè à Leontio Epiſcopo ſuſceptum conſentiunt, ſed prior Leontium intelligit Epiſcopum Santonicum, cuius meminit Flodoardus [a] in Concilio Remenſi ſub Sonnatio ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum quintum, poſterior Leontium interpretatur Epiſcopum Burdigalenſem Metropolitanum, qui non exceſſit annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum ſeptimum; atque inde oritur ingens controuerſia circa numeros annorum, quos Machutes, Samſon, Maglorius, aliique coæui, ipſi Machuti familiares, vixerunt. Libenter aſſentimur Surio in Notis ad vitam ſancti Machutis, & Leontium qui Machutem à Sede pulſum fraternæ ſocietatis ſolatio apud Santonas recreauit, exiſtimamus Epiſcopum fuiſſe Burdigalenſem Metropolitanum, quem ſuprà laudatum à Fortunato diximus. Circa hæc igitur tempora Machutes * Aletenſis Epiſcopus in Aquitaniam profugit. *Per ſcandala impiorum expulſus à ſuo Epiſcopatu*, inquit Sigebertus apud Surium [b], *apparato omnis profectionis commeatu, collecto quoque fideli Monachorum diſcipulatu, longo nauigationis exacto curſu, tandem potitus Aquitaniæ regionis portu, & deueniens ad partes Santonicæ vrbis, primò omnium interrogandum eſſe putauit, ſi illis in locis vigeret ritus Chriſtianitatis. Reſponſum eſt ei id, quo nihil potuit audire gratius, paßim ibi feruere religionem Chriſtiani cultus. Perrexit quærere, quis ibi Epiſcopali præſideret Cathedræ, & lætà audiuit aure Leontium Eccleſiaſticæ prouiſioni ſuperintendere, virum diuina ſapientia & humanæ ſcientia præditum dignitate. Ipſe exultans, quòd arriderent ſibi prima optata proſperitatis auſpicia, ſpem concipit ex rerum conuenientia, quòd de cetero omnia ſibi cedere debeant ex ſententia. Electos ex ſuis legatos fidenter ad Epiſcopum dirigit, locum ſibi ad habitandum ab eo concedi humiliter expetit. Plenus ille ſpiritu prophetico, gaudebat animo ſe diuinitus viſitari, procurato fraternæ ſocietatis ſolatio, exertáque hilariter manu liberalitatis ſuæ, tribuit ei locum habitationis congruæ.* Idem Auctor filiam Comitis Santonici, quæ grauiter ac periculosè ſerpentis ictu laborabat, curatam ſubditâ Machute, *qui aquam exorcizatam benedixit, ex ea folium hederæ perfudit, folium loco vulneris ſuperpoſuit.* Quemadmodum autem propter Machutis præſentiam Santones multa beneficia ſunt à Deo conſecuti, ſic Aletenſes propter eiuſdem Præſulis abſentiam multis ærumnis attriti gemuerunt, donec ſceleris admiſſi pœnitentiâ ducti Pontificem, vt rediret, miſſâ legatione flagrantiſſimè rogarunt, *vir pius* in procinctu ſui ſeceſsûs *execratus illam peßimam generationem, intulit illis maledictionem quia elongauerant à ſe benedictionem*, ſic loquitur Auctor iam citatus. Boſcius ex membranis Floriacenſibus rem eandem obſeruat. *Pro multis*, inquit, *ac vehementibus contra ſe ius ſque diuinum ſibi irrogatis offenſionibus, infenſus populo Britannico beatus Machutes, excommunicationis & maledictionis notam inflixit generationi illi nequam. Cuius maledictionis & anathematis inualeſcente causâ, ipſa terra cum hominibus cœpit confundi ac retrolabi, gradatímque quaſi ad interitum & nihili præceps ferri. Siquidem & hominum alij effecti ſunt contracti, alij leproſi, alij quidam excæcati, nonnulli languoribus grauibus & diutinis exeſi & luridi facti, totiúſque ſoſpitatis & requietionis egeni, diu admodum excruciati & penè exanimati ſunt. Nonnulli verò in eiuſmodi ærumnis vitam mi-*

[a] Lib. 2. c. 15.

EXCIPIT HOSPITIO S. MACHVTEM SEDE PVLSVM.

* *Malo Enceſque d'Aleth en Bretagne.*

[b] Die 15. Nou.

ſeram morte clauſerunt. Terra verò nihilominùs ſterilis & impotens germinandi vel AN. CH.
procreandi fruges, omniúmque generum in fructificando vel procreando inefficax 562.
extitit fructuum & pomorum.

Leontius Burdigalenſis Epiſcopus non tantùm in Diœceſi Santonica, vt CHARIB.
diximus, ſed & aliis in locis multas Eccleſias erexit in honorem beatiſſimæ GVNTCH.
Virginis, ſanctorúmque Nazarij, Dionyſij, ac Vincentij Martyrum, necnon CHILPER.
Martini Confeſſoris. SIGIB.

De templo beatæ Virginis teſtis eſt Fortunatus [a] hoc verſu ad eundem RR. t.
Leontium, XVI.

Ecce beata ſacra fundaſti tecta Maria. ERIGIT ECCLESIAS.

Sanctus Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, biennio priuſquàm moreretur, vt in eius vita legitur Auctore Paulino Amanuenſi, *Sancti Nazary Martyris corpus, quod erat in horto poſitum extra ciuitatem, leuatum, ad Baſilicam Apoſtolorum, quæ eſt Romana, tranſtulit.* Sacræ reliquiæ per diuerſas orbis Chriſtiani regiones poſteà diſperſæ ſunt, pars earum tranſlata fuit Ebredunum *, vbi cùm ob frequentes barbarorum incurſus obliuione ſepultæ fuiſſent, contigit vt iterùm inuenirentur, eáque re compertâ Gregorius Turonenſis [b], quia neſciebat id quod Mediolani ſub Ambroſij Pontificatu primùm contigerat, Nazarium Ebreduni paſſum putauit. Æquum erat, vt ſanctus Nazarius Ebreduni, id eſt, in Metropolitana ciuitate Alpium Maritimarum coleretur, illam enim Prouinciam olim adierat, Chriſtianæque fidei radiis illuſtrarat. *Nocte*, inquit apud Surium [c] Auctor vitæ, *viſa eſt mater Nazaria adeſſe, & eum hortari, vt obiret Gallia Ciuitates, & in eis deiiceret ſemina veritatis. Ille autem, vt ei à matre dictum fuerat, venit Meliam (eſt autem ea vna Galliæ Ciuitas) & omnes, quos conueniſſet, deducit ad Dei cognitionem, & apertè prædicat pietatem.* Gallicana Ciuitas, quam omnium primam ingreſſus eſt in ipſo Galliarum limine, non Melia ſed Cimellus in Codice manuſcripto [d] Bibliothecæ San-Victorinæ prope muros Pariſienſes appellatur. Vni ciuitati conuenit vtrumque nomen, imò plura, nempè Cimela, Cimelum, Gemella, Mela, Cemela, Cemelenum, Cemelenium, Cemenæum, Cemenelio, Cemenelo, Cimela & Cimera, de quibus nos ad annum Chriſti quingenteſimum triceſimum ſextum [e], cùm Vitiges Oſtrogothorum Rex amicitiam Francorum expetiit, eiſque Prouinciam Alpium Maritimarum aliáſque ditiones in Gallia ſponte ceſſit. Nazarius à Dinobao Meliæ ſeu Cimeli Præſide idololatra ſub cuſtodia detentus eſt aliquandiu, deinde liber dimiſſus Temerum ſe recepit. De illius itinere déque Temeri ſitu ſic Codex Surianus. *Illinc ergo*, nempè Meliâ, *abit Nazarius in vicinam Temerum cum puero Celſo. Eſt autem hæc vrbs Temerus propinqua Meliæ.* In Codice San-Victorino non Temerus ſed Treuiris nuncupatur. Caue ne ſimilium Codicum errore deceptus Nazarium Treuiros iuiſſe, ibique diuinum Euangelium annuntiaſſe perperàm credas. *Ciuitas* * *Cemelenenſium*, id eſt, Melia Codicis Suriani ſeu Cimelus San-Victorini, nominatur in antiquis Galliarum Notitiis, & inter Ciuitates *Metropoli Ciuitati Ebrodunenſium* ſubiectas recenſetur. Temero Nazarius in Italiam reuerſus eſt, & Martyrium Mediolani feliciter conſummauit. Pars reliquiarum Mediolano delata eſt Ebredunum. Ebreduno per vniuerſam Galliam diffuſus eſt cultus erga beatiſſimum Martyrem. In illius honorem conditæ ſunt multæ Baſilicæ, quarum vnam, quia populum capere non poterat, deiecit, atque ab imo fundo capaciorem fundauit Leontius Epiſcopus Burdigalenſis, vt aſſerit Fortunatus [f] his verſibus ad ſanctum Nazarium.

Hæc tibi templa ſacer deuota Leontius offert,
Maiorémque ſuam hinc cupit eſſe domum.
Hinc priùs anguſto fabricata eſt machina gyro,
Quo neque tunc poterat plebs veneranda capi.
Deiectámque ſolo rurſus fundauit ab imo,
Et dedit hæc, quæ nunc ædificata placent.

Margin: XVII. B. VIRGINIS. XVIII. S. NAZARII.

[a] Lib. 1. c. 15.
[b] De glor. Mart. l. 1. c. 47.
* Ambrun.
[c] Die 19. Ian.
[d] Cod. 872.
[e] Num. 7.
* Cimiés.
[f] Lib. 1. c. 10.

AN. CH. 562. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 1.

XIX. Amelius ſiue Emelius Epiſcopus Burdigalenſis anguſtiorem ſancti Dionyſij Martyris Baſilicam erexerat, Leontius aliam condidit longè ſpatioſiorem, de qua ſic idem Fortunatus [a].

Qui cupis egregij ſtructorem noſcere templi,
Tam pia non patiar vota latere tibi.
Longiùs hinc olim ſacra cùm delubra fuiſſent,
Et plebs ab ſpatium ſæpè timeret iter.
Exiguam dederat hîc Præſul Emelius arcem,
Chriſticolam populum nec capiente loco.
Qua vita claudente diem dehinc prole graduque
Venit ad hæredem hac apus hicque locus.
Fundauitque piam dehinc Papa Leontius aulam,
Obtulit & Domino ſplendida dona ſua.
Quam venerandus habet propriam Dionyſius ædem,
Nomine ſub cuius ſanctificata nitet.

[a] Lib. 1. c. 11.

S. DIONYSII.

XX. Plures Vincentij Martyres celebrantur, Vincentius, in cuius honorem Leontius duas Baſilicas, alteram ad Garumnam in Aginnenſi territorio, alteram Vernemetis haud procul Burdigalâ conſtruxit, non Cæſarauguſtanus ſed Aginnenſis cenſeri debet, de quo antiqua Martyrologia. *Vincentius Diaconus Aginnenſis capite truncatus eſt pro Chriſto in loco, qui dicitur Pompeiacus, ad ipſum Aginnum* *, v. *Idus Iunij*, & Romanum, v. *Idus Iunij, Agenni in Galliâ, paſſio S. Vincentij Leuitæ & Martyris.* Vincentius Cæſarauguſtanus * Leuita non obtruncatione capitis, ſed diuerſo lethi genere vitam finiit, prunis ardentibus candentibúſque laminis ambuſto corpore, & fragmentis lancinantium teſtarum confectus vndecimo Kalendas Februarias, quo die de illo hæc leguntur in Martyrologio Romano. *Valentiæ in Hiſpania Tarraconenſi ſancti Vincentij Leuitæ & Martyris, qui ſub Daciano impiiſſimo Præſide carceres, famem, equuleum, diſtorſiones membrorum, laminas candentes, cratem ferream ignitam aliáque tormentorum genera perpeſſus ad Martyrij præmium euolauit in cœlum.* Fortunatum de Vincentio Aginnenſi locutum ſatis apertè colligimus ex Gregorio [b] Turonenſi, qui de Baſilicâ ſancti Vincentij ad Garumnam hæc habet. *Venerunt ad Baſilicam ſancti Vincentij, quæ eſt iuxta terminum Aginnenſis vrbis, vbi ipſe Martyr pro Chriſti nomine agonem dicitur conſummaſſe.* Et ipſemet Fortunatus [c] Vincentium Aginnenſem de quo Carmen ſcribit, à Cæſarauguſtano meliùs diſtinguere non potuit quàm hoc verſu,

Vertice ſucciſa rapuit qui ex hoſte triumphum.

S. VINCENTII.

* Agen.

* de Saragoſſe.

[b] Lib. 5. c. 35.

[c] Lib. 1. c. 8.

XXI. Fortunatus Leontium ob Baſilicam S. Vincentij ad Garumnam ſic laudat [d].

Huius amore noua pia vota Leontius explens,
Quo ſacra membra iacent, ſtannea tecta dedit.
Et licet eniteat meritis venerabile templum,
Attamen ornatum præbuit iſte ſuum.

[d] Lib. 1. c. 8.

XXII. De Baſilica verò ſancti Vincentij, Vernemetis, & de miraculis editis in eius dedicatione hoc Carmen habet idem Fortunatus [e].

Ecce beata nitent Vincenti culmina ſummi,
Munere Martyrij qui calit aſtra poli.
Promptus amore pia quæ Papa Leontius olim
Condidit eximio conſolidata loco.
Nomine Vernemetis voluit vocitare vetuſtas,
Quod quaſi fanum ingens Gallica lingua refert.
Hic etiam ſanctus Domini ſuffultus amore,
Virtutis ſummæ ſigna tremenda dedit.
Nam cùm templa Dei Præſul de more dicauit,
Martyris aduentu, Dæmonis ira fugit.
Redditur incolumis quidam de peſte maligna,
Cui, vidiſſe pij templa, medela fuit.

[e] Lib. 1. c. 9.

De Baſilicâ ſancti Martini, quam Leontius in colle ædificauit, hos etiam verſus cecinit Fortunatus [a]. AN. CH. 562.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. I.

Condidit ergo arnis delubra Leontius alma,
Talibus officiis intret vt ipſe polos.
Martini meritis & nomine fulta coruſcant,
Quàm certum eſt terris ſigna dediſſe poli.
Additur ad ſpecimen locus ipſe, quòd eminet arnis,
Elatoque iugo colle tumente patet, &c.

Placidina quamuis à ſancto viro diuiſa eſſet corpote, inhæſit tamen ipſi in bonis opetibus comes indiuidua, ornauit enim ſancti Martini Baſilicam quam ille ædificauit, quaptopter Fortunatus Carmen ſuum de illa Baſilica clauſit hoc diſticho. XXIII. [a] Lib. 1. c. 6. S. MARTINI.

XXIV. PIA PLACIDINÆ OPERA.

Qua Placidina ſacris ornauit culmina velis,
Certanteſque ſimul, hic facit, illa colit.

Eandem Placidinam in partem bonotum operum cum Leontio venisse clariùs adhuc indicat Fortunatus [b] his verſibus ad Leontium de theca argentea in qua reliquiæ ſancti Bibiani aſſeruantur. XXV. [b] Lib. 1. c. 11.

Sacra ſepulcra tegunt Bibiani argentea tecta,
Vnanimis tecum qua Placidina dedit.

Et hoc epigrammate [c] de donis quæ Deo ſimul obtulerunt. XXVI. [c] Lib. 1. c. 14.

Summus in arce Dei pia dona Leontius offert,
Votis iuncta ſacris & Placidina ſimul.
Felices quorum labor eſt altaribus aptus,
Tempore qui paruo non peritura ferunt.

Charibertus Rex, in cujus ditione Synodus Santonenſis habita eſt, vnde data occaſio diſſerendi de Leontio & Placidina, ſub initium ſui Principatus benignè ſuſcepit Gundobadum, qui ſe Clotarij Regis filium iactabat. Varios huiuſce Gundobadi caſus, diuerſâſque tranſmigrationes ita recenſet Gregorius Turonenſis [d]. *Hic cùm natus eſſet in Galliis, & diligenti cura nutritus (vt Regum iſtorum mos eſt) crinium flagellis per terga demiſſis, literis eruditus, Childeberto Regi à matre repræſentatur, dicente eâ. Ecce, inquit, nepotem tuum Chlothachary Regis filium, & quia inuiſus habetur patri, ſuſcipe eum quia caro tua eſt. Quem ille, eò quòd ei fily non eſſent, accipiens retinebat ſecum. Nunciantur hæc Regi Chlothachario, miſitque fratri nuncios, dicens. Dimitte puerum, vt veniat ad me. Nec moratus eſt, iuuenem fratri direxit. Quo viſo Chlothacharius iuſſit tonderi comam capitis eius, dicens. Hunc ego non generaui. Igitur poſt Chlothachary Regis obitum à Chariberto Rege ſuſceptus eſt. Quem Sigibertus arcerſitum iterum amputauit comam capitis eius, & miſit eum in Agrippinenſem Ciuitatem, quæ nunc Colonia dicitur. Ille quoque ab eo loco dilapſus, demiſſis iterum capillis ad Narſetem abiit qui Italiæ tunc præerat. Ibique vxore acceptâ filios procreauit, & ad Conſtantinopolim acceſſit.* Agemus de illius reditu ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſecundum. XXVII. GESTA GVNDOBADI. [d] Lib. 6. c. 24.

Gundobadus ad Charibertum poſt mortem Clotarij ſe contulit eâdem motus cauſâ, quâ Childebertum ipſius Chariberti patruum olim adierat, ſpe videlicet hæreditatis capeſſendæ, quia vt quondam Childeberto ſic & Chariberto nulla proles erat maſcula. Charibertus viuo patre Clotario Ingobergam vxorem duxit, ex qua filiam tantùm ſuſcepit, quæ nupſit Ethelberto Cantiæ * Regi, & à Gregorio Magno Aldiberga, Bertha verò à Beda nominatur. *Charibertus Rex*, inquit Gregorius Turonenſis [e], *Ingobergam accepit vxorem, de qua filiam habuit, quæ poſteà in Cantia virum accipiens eſt deducta.* Idem Auctor non reticuit amorem, quo Charibertus exarſit in Meroſledem & Theodegildem ſpretâ Ingobergâ. *Habebat tunc temporis Ingoberga in ſeruitium ſuum duas puellas pauperis cuiuſdam filias, quarum prima vocabatur Marcoueſa, religioſam veſtem habens, alia verò Meroſledis. In quarum amore Rex valdè detinebatur. Erant enim, vt diximus, artificis lanary filiæ. Æmula ex hoc Ingoberga,* XXVIII. * de Kent. [e] Lib. 4. c. 26. VXORES CHARIBERTI.

AN. CH. 562.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGEB. RR. 1.

quòd à Rege diligerentur, patrem ſecretiùs operari fecit, futurum vt dum hac Rex cerneret, odio filias eius haberet. Quo operante vocauit Regem. Ille autem ſperans aliquid noui videre, aſpicit hunc eminùs lanas regias componentem. Quod videns commotus in ira, reliquit Ingobergam, & Meroſledem accepit. Habuit & aliam puellam opilionis, id eſt, paſtoris ouium, nomine Theodegildem.

XXIX. GVNTCHAMNI.

Guntchramnus, antequàm patri Clotario ſuccederet, habuit filium Gundobadum ex Veneranda, poſt mortem Clotarij Mercatrudem matrimonio ſibi ſociauit. De vtraque ſic Gregorius Turonenſis [a]. *Guntchramnus, Rex bonus, primò Venerandam cuiuſdam ſuorum ancillam, pro concubina thoro ſubiunxit, de qua Gundobadum filium ſuſcepit. Poſteà verò Mercatrudem filiam Magnary in matrimonium accepit. Gundobadum verò filium ſuum Aurelianis tranſmiſit.*

[a] Lib. 4. c. 25.

XXX. RVSTICVLA IN MONAST. ARELAT. INTRODVCITVR.

Cheraonius vir nobilis, qui Ruſticulam puellam quinquennem anno priori rapuerat, obtuleràtque matri ſuæ nutriendam, vt eam, cùm ad legitimam ætatem perueniſſet, ſibi coniugio copularet, vbi reſciuit Siagrium Auguſtodunenſem * Epiſcopum à Guntchramno Rege poſtulare, vt puella intra ſepta Monaſterij educaretur, *cæpit multis precibus & muneribus precari, vt illa concederetur ei in matrimonium. Sed diuinâ gratiâ concedente, ita ipſi Regi in ſuo corde largitus eſt Dominus, vt eam per quemdam Abbatem virum magnæ conuerſationis ad ſanctam Liliolam dirigere deberet.* Hæc habet Florentius Preſbyter in vita ſanctæ Ruſticulæ, deinde paucis interiectis inceptam narrationem ita perſequitur. *Venientibus autem illis ad ciuitatem Arelatenſem, vbi Pontifex erat illis temporibus Apoſtolicus vir Sapaudus, introduxerunt eam ad ſanctam Liliolam Abbatiſſam. Quæ gauiſa de aduentu eius, excepit illam cum gaudio magno intra ſepta ſancti Monaſtery, & edocens illam omnem fidei ſanctitatem, adgregauit Virginibus Chriſti.*

* d'Autun.

XXXI. ÆTHERIVS EP. AVENTIC.

His circiter temporibus Ætherius Auenticenſis * Epiſcopus obiit, *vir totius prudentiæ atque religionis* prædicatur à ſuo ſucceſſore in Actis [b] ſanctorum, Vincentij, Orontij Victoriſque Martyrum. Quis ille ſucceſſor Ætherij fuerit, haud ſcimus, quia cùm prædictorum Martyrum paſſionem ſcriberet, nomen ſuum, parentes, genus ac patriam reticuit, ſeque ſolummodò peccatorem humilitatis ac modeſtiæ causâ dixit. Martyrum ſuprà nominatorum reliquias Nouiaco Lugdunum furtim delatas recuperauit itinere Lugdunum ad Regem fortè ſuſcepto, Gallicanæ cuidam Synodo interfuit, geſta prædictorum Martyrum in litteras retulit. Tria hæc, de quibus ſigillatim agemus, ipſemet de ſeipſo publicauit, cetera eius acta obliuione conſepulta ſunt. Alio loco iam refutauimus eos, qui hunc Epiſcopum, Ætherium nomine, cognomine peccatorem fuiſſe ſcribunt, atque vnum eundémque faciunt cum Ætherio Ebredunenſi Epiſcopo, qui regnante Clodoueo ſecundo Synodum Cabilonenſem * ſuâ ſubſcriptione communiuit.

* d'Auanches.
[b] Apud Bolland. d. 22. Ian.
* de Chalon ſur Saone.

XXXII. EIVS SVCCESSOR RECVPERAT RELIQVIAS S. VINCENTII, &c.

Aſtroaldus Nouiacenſis Monachus reliquias ſupradictorum Martyrum, duas videlicet ex eorum digitis particulas, quas dono datas Ætherius Auenticenſis Epiſcopus à Beroaldo Abbate Monaſterij muris Ebredunenſibus adiacentis acceperat, clàm ſurripuit ac Lugdunum detulit, vt alibi diximus, eaſdem autem Ætherij ſucceſſor à ſe repertas, & Nouiacum vnde ſublatæ fuerant relatas ita narrat. *Cùm ego peccator, qui hanc paginulam compilaui, ad Principem Lugduno nauali itinere per Rhodanum properarem, ad cellulam in qua vir Dei morabatur, qui ipſa pignora Sanctorum habebat, quia prope ripam ipſius fluminis habebatur, orandi cauſâ diuerti. Cùm autem quærerem, vbinam Dei ſeruus, qui ibidem deſeruiebat, natiuitatis exordium habuiſſet, & ille mihi ſingula recenſuiſſet, quòd ſcilicet Aurelianenſis ciuitatis natus fuiſſet & educatus, ac Hiſpaniæ dehinc multo tempore habitaſſet, curioſè ſciſcitabar, ſi fortè paſſionem præfatorum Sanctorum in locis Hiſpaniæ inueniſſet vel audiſſet, quippe cùm eorum geſta ciuitas Ebredunenſis minimè adhuc haberet. Et cùm ipſe quod Clero vel turbis Ebredunenſium incognitum erat de eadem paſſione ex ordine recenſuiſſet, addidit etiam quo ordine ad ſe perueniſſent eorum pignora, quæ ab Abbate Beroaldo vel Monachis*

AN. CH. 562. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. t.

chis eius, vt ſuprà retulimus, Sanctorum ſepulchris fuerant ablata, & Noniaco deportata. Quod ego audiens & genua flectens cum Presbyteris meis, prædictum virum Dei poſtulaui, vt nobis eadem ſancta membra reddi iuberet, quatenus ad priſtinam ſedem cum magnis laudibus reuacarentur. Ille petitionibus meis obaudiens, velle ſe partem earumdem reliquiarum retinere fatebatur. Cùm verò ad videndum ſancta oſſa detexiſſemus, tanta odoris fragrantia cellulam repleuit, vt vſque ad ripam Rhodani reſlaret. Cùm quidem nos timare perterriti, de ipſis oſſibus radere iam nequaquam auderemus, prædictus Presbyter quo ſalsem abluerentur vinum detulit, quod in ampulla recouderet, & pro reliquiis retineret. Cúmque memorata pignora vino, vt dictum eſt, perfunderemus, ita vidimus, præſente Presbytero, vinum ſuperfluum in ſanguinem verſum, ac ſi ex recenti carne fuiſſet exortum. Cumque dehinc ſericis pannis inuoluerentur, ita liquor prædictus eoſdem pannos perfudit, vt vſque in vas, quod ad ſuſcipiendum fuerat paratum, influeret. Ne quis verò hoc incredibile ducat, in ipſis pannis factum miraculum vſque hodie ad laudem Sanctorum demonſtratur. Monuimus ſuprà cauendum eſſe, ne quæ barbariem ſexti ſeculi redolent, ad Grammaticæ regulam explicentur hæ phraſes, *cùm ego ad Principem Lugduno properarem*, &, *Sanctorum pignora Noniaco deportata*, néve voces hæ, *Lugduno* & *Noniaco*, credantur indicare terminum à quo iter faciendum ſuſcipitur. Variis etiam rationibus palam oſtendimus Principem, quem Lugduni commorantem Auentiecenſis Epiſcopus Ætherij ſucceſſor adiit, non alium eſſe à Guntchramno Francorum Rege, cui Lugdunum poſt Clotarij patris obitum parere cœpit.

XXXIII. INTEREST SYNODO.

Idem Auctor hæc habet de quadam Synodo Gallicana, cui præſens cum aliis Epiſcopis & Abbate quodam Hiſpano interfuit. *Verùm*, inquit, *cùm iuxta Canonicam normam congregatio Epiſcoporum Synodali Concilia Galliæ conueniret, quidam Abbas ab Hiſpanis pro vtilitatibus Eccleſiarum ibidem adfuit.* Plura non occurrunt de illa Synodo.

XXXIV. SCRIBIT PASSIONEM EORVMDEM MARTYRVM.

Denique exponit quâ occaſione paſſionem prædictorum Martyrum in literas retulerit, habito quippe colloquio cum Abbate illo Hiſpanienſi didicit & locum in quo paſſi ſunt, & genus Martyrij quod ſubierunt, ſuam igitur narrationem ita perſequitur. *Quidam Abbas ab Hiſpanis pro vtilitatibus Eccleſiarum ibidem*, nempè in Synodali Concilio Galliæ, *adfuit. Quem cùm ego peccator inquirerem, vbinam paſſio glorioſiſſimorum Martyrum conſummata fuiſſet, ſic mihi per ordinem & veritatem expoſuit, ac paſſionem conſcriptam dedit. In qua paſſione, ſicut ſuprà meminimus, inuentum eſt, quòd corpus S. Victoris, in prædicta vrbe Ebredunenſi, in ſupramemorata crypta cum SS. Vincentio & Orontio requieſceret, cùm eatenus habitatoribus loci illius ſemper incognitum fuerit, cuius corpus ibidem humatum iaceret. Ego itaque accipiens ab ipſo Abbate geſta prædictorum Martyrum valdè ruſticè compoſita, hæc, vt potui, mea ſimplicitatis eloquio pro honore eorum credidi emendanda, vt quicumque ex hac relatione, quanta ſint eorum merita didicerit, eóſque venerari ſtuduerit, ipſe vnà mecum à ſuis prauitatibus per hos emendari mereatur, præſtante Domino Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat per infinita ſeculorum ſecula. Amen.* Opus ipſum integrum publicauit Bollandus vndecimo Kalendas Februarij.

XXXV. VXORES CHILPERICI.

Chilpericus, antequàm regnaret, tres filios, Theodobertum, Meroueum, & Clodoueum, ex Audouera ſuſcepit, eâque poſt Clotarij Regis obitum rerentâ ſuperinduxit Fredegundem. Quapropter apud Gregorium Turonenſem dicitur de ducenda Galſuintha cogitaſſe, *cùm iam plures haberet vxores*, Audoueram videlicet & Fredegundem, de quibus idem Auctor loquitur eodem capite duodetriceſimo libri quarti.

XXXVI. SIGIBERTI R. EGREGIA FACINORA

Sigibertus, cùm patri ſucceſſit, vxorem nondum ſibi ſociarat. Initium ſui Regni tribus egregiis facinoribus plurimùm illuſtrauit. Nicetium enim Epiſcopum Treuirenſem reuocauit ab exilio, Baſilicam ſancti Medardi Sueſſione à Clotario patre inchoatam perfecit, Hunnos in Franciam irrumpentes conſerto prælio profligauit.

AN. CH. 562.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 1.

Mortuo patre, mox Sigibertus Legatum ad Nicetium Epiſcopum tunc exulem direxit cum literis, quibus nunciabat *Regem Clotarium eſſe defunctum, ſéque regnum debitum cum Epiſcopi charitate debere percipere*. Verba ſunt Gregorij Turonenſis, qui vitam eiuſdem ſancti Nicetij conſcripſit [a].

XXXVII. NICETIVS EP. REDIT TREVIRIM.

Paternis iuſſis idem Sigibertus obtemperauit ſedulò, Baſilicam enim ſancti Medardi, quam Sueſſione * Clotarius pater extruendam ſuſceperat, citiſſimè perfecit teſte Fortunato [b], qui Carmen ſatis prolixum de vita ſancti Medardi ſic abſoluit.

En tua templa colit nimio Sigibertus amore,
Inſiſtens operi promptus amore tui.
Culmine cuſtodi, qui templum in culmine duxit,
Protege pro meritis qui tibi templa dedit.

[a] De vit. Patr. cap 17.

* Soiſſons.

[b] Lib. 2. c 17.

BASILICA S. MEDARDI PERFICITVR.

XXXVIII. Bellum Hunnicum paucis ita complectitur Gregorius Turonenſis [c]. *Poſt mortem Chlothachary Regis, Chuni Gallias adpetunt. Contra quos Sigibertus exercitum dirigit, &, geſtum contra eos bellum *, vicit atque fugauit. Sed poſteà Rex eorum amicitias cum eodem per Legatos meruit*, vt poſt biennium dicturi ſumus. Interim obſerua contigiſſe hoc anno Martyrium ſancti Liuarij, cuius encomium in Martyrologio Gallicano tale reperitur ſeptimo Kalendas Decembris. *In territorio Metenſi prope Marſalium * Natalis ſancti Linary Martyris.*

XXXIX. *Qui contra barbaros ſtrenuè pro fide & patria decertans, in prælio captus, quódque Chriſtum eiurare nollet capite plexus, deciſas ceruices vectitauit longè à loco agonis ad montem vſque, vbi greſſus ſiſtens, demum ex Dei nutu tumulatus eſt, iſque inclaruit prodigiis, quibus, quantùm coram Domino mors eius fuerit pretioſa, vicinis & remotis populis innotuit. Hinc tamen à Theodorico Præſule, qui tantum theſaurum, tuto vt in loco collocaret, ab agro in vrbem tranſuexit, in Baſilica ſancti Vincenty, quam nuper nobili opere ſtruxerat, repoſitus fuit multo cum honore. Ibi verò tandiu quieuit Martyr beatus, quouſque delatus ad parœcialem ſui nominis Eccleſiam (decerptis aliquot oſſiculis, quæ pro hoſpity fauore apud Sanctum Vincentium retenta ſunt) in hac, ad hos vſque dies, congruo decore ac cultu obſeruatur. Mons verò in quo trophæum erexit & mauſoleum elegit, perenni victoria eius monimento diuinitus coruſcat, manante ex ipſius Martyris tumuli meatibus fonte ſaluberrimo, cuius hauſtu, glorioſi militis Chriſti clientes percipiunt in dies optatam morbis medelam.* Theodoricus ſeu Deodericus Metenſis Epiſcopus, qui ſancti Liuarij reliquias in vrbem tranſtulit, ſedere cœpit anno Chriſti nongenteſimo ſexageſimo-quarto. Plura de beato * Liuario in eius Actis leguntur, ſed veritati minùs conſentanea, ibi enim diuerſæ Wandalorum & Hunnorum in Galliam Belgicam irruptiones ſimul confunduntur, vt Madaurenſis Epiſcopus in Hiſtoria Metenſi, ſub Villici Pontificatu diligenter annotauit. Natæ ſunt inde variæ ſententiæ de tempore quo Martyrium ſubiit. Paſſum autem ineunte Sigiberti Principatu, cùm Hunni poſt Clotarij mortem Gallias appetierunt, ex eo præcipuè concludimus, quòd Pelagio Primo & Ioanni Tertio Romanis Pontificibus, itémque Samſoni Epiſcopo Dolenſi & Maclouio Aletenſi Antiſtiti coætaneus aſſeritur, palmámque glorioſi certaminis reportauit Villico Metenſium Epiſcopo adhuc ſuperſtite.

[c] Lib. 4. c. 21.

* id eſt, geſto bello.

BELLVM HVNNICVM.

* Marſal.

MARTYRIVM S. LIVARII.

* S. Liuier.

XL. Circa hæc tempora Venantius Honorius Clementianus Fortunatus relicto natali ſolo ex Italia venit in Galliam. Tria ſunt quæ ſententiam illam, quam Chriſtophorus Brouuerus in eiuſdem Fortunati vita [d] iam eſt amplexus, plurimùm confirmant. Primò Fortunatus [e] in Carmine quod Sigoaldo Comiti poſt inſcripſit, teſtatus eſt aduentum ſuum in Franciam contigiſſe ſub Sigiberto Rege, deinde cùm in Francia verſaretur, Sigiberto Regi & Brunichildi Athanagildi Regis filiæ ex Hiſpaniis adductæ epithalamium [f] cecinit, & Pictauum iam peruenerat [g] cùm Geleſuintha illac tranſiit Chilperico Regi nuptura. Sigibertus autem Brunichildem duxit anno regni ſui quinto, Geleſuintam Chilpericus anno regni ſui ſexto. Paulus Diaconus in geſtis [h] Langobardorum, poſtquàm meminit Felicis Epiſcopi Taruiſani, qui Alboino Lan-

[d] Cap 5.

[e] Lib 10. c. 12.

FORTVNATVS VENIT IN FRANCIAM.

[f] Lib 6. c. 2.

[g] Lib 6. c. 7.

[h] Lib. 2. c. 9.

AN. CH. 562.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. R R. I.

gobardorum Regi infeſtis armis in Italiam aduentanti ſupplex ad fluuium Plauem occurrit, hæc contexuit de venerabili ac ſapientiſſimo viro Fortunato, qui Felicem ſibi ſocium fuiſſe multis in locis affirmat. *Hic Fortunatus ortus quidem in loco, qui Duplabilis dicitur, fuit, qui locus haud longè à Cenitenſi caſtro vel Taruiſanâ diſtat ciuitate, ſed tamen Rauennæ nutritus & doctus in arte Grammaticâ, Rhetoricâ, Metricâ,* Geometrica in multis Codicibus perperam legitur, *clariſſimus extitit. Is cùm oculorum dolorem vehementiſſimum pateretur, & ſimiliter Felix præfatus ſocius eius eorumdem dolore laboraret, vtrique ad Baſilicam beatorum Pauli atque Ioannis qua intra eandem vrbem ſita eſt perrexere. In qua etiam altarium in honore beati Martini Confeſſoris conſtructum propinquam habet feneſtram, in qua lucerna ad exhibendum lumen eſt conſtituta. De cuius oleo poſtquàm fratres iſti, Fortunatus ſcilicet & Felix, dolentes oculos tetigerant, illicò dolore fugato ſanitatem quam optabant adepti ſunt. Quâ de causâ Fortunatus in tantùm beatum Martinum veneratus eſt, vt relictâ patriâ paulò antequàm Langobardi Italiam inuaderent, ipſius ſanctiſſimas reliquias in Gallia ſitas viſitare decreuerit.* Leguntur apud ipſum Fortunatum verſus quibus id comprobatur.

Vt tetigi benedicto lumen oliuo,
Igneus ille vapor marcenti fronte receßit,
Et præſens medicus blando fugat vnguine morbos, &c.
Quà mea Taruiſius reſidet, ſi molliter intras,
Illuſtrem ſocium Felicem quæſo require,
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim.

XLI.

Fortunatus in epiſtola miſsa Gregorio Turonenſi Epiſcopo iter ſuum deſcripſit per fluuios * *, Padum, Atheſim, Brintam, Plauem, Liquentiam, Tiliauentum, Drauum, Birrum, Oenum, Lycum, Danubium ac Rhenum, quos Rauennâ progreſſus traiecit, priuſquàm ad Sigibertum Regem perueniret. Multis in locis præſtantium virorum amicitiam ſibi conciliauit; cum Lupo & Gogone Ducibus Auſtraſiæ, quos in opera reipublicæ tum nemo, pauci claritudine faſtigij & nobilitate anteibant, familiariter vixit; Magnulphum Lupi fratrem in ſe quoque beneuolentiſſimum expertus eſt; Sigiſmundi & Ategiſili fratrum, quorum apud Regem beneficia ſenſerat, memoriam conſeruauit; Iouinum, qui deinde Prouinciam rexit, amicorum haud poſtremum in Germania coluit. Extant [a] ad illos varia Fortunati Carmina. Nec omittendus Sigoaldus, qui à Sigiberto Rege Fortunatum quacumque ducere peregrinum, eique commeatus expedire, & præbere cuncta munificè iuſſus eſt; ad illum poſteà, cùm, Childeberti Regis beneficio, Comitis honorem ac locum obtineret, Fortunatus hos ſcripſit verſus.

* * Le Po. L'Adige. La Brente. La Piaue. La Linenza. Le Tagliamento. Le Draue. Le Putſter. L'Inn. Le Lech. Le Danube. Le Rhin.

[a] Lib. 7.

Finibus Italiæ tùm primùm ad regna venirem,
Te mihi conſtituit Rex Sigebertus opem.
Tutior vt graderer tecum comitando viator,
Atque pararetur hinc equus, inde cibus.

XLII. DILIGITVR A MVLTIS EPISCOPIS.

Fuit etiam Fortunatus in amicitia clariſſimorum Antiſtitum, Nicetij Treuirenſis, Sidonij Moguntini, Ægidij Remenſis, Chatentini Colonienſis, Villici Metenſis, & Agerici Virodunenſis, qnos omnes ſuis Carminibus celebrauit [b].

[b] Lib. [illegible]

XLIII. BAPTISTER. MOGVNT. BASILICA S. GEORGII.

Hiſce temporibus Sidonius Epiſcopus Moguntiacenſis Baptiſterium antiquæ fabricæ ritu & opere, inſigni tectorum amplitudine extruxit, Baſilicam quoque ſancti Georgij condidit, vt apud Fortunatum [c] Carmina *de Baptiſterio Moguntiæ* & *de Baſilicâ ſancti Georgij* inſcripta teſtantur. Præterea duorum amnium Rheni ſcilicet ac Mœni, qui niuibus & imbribus inflati coniunctique validiore cum impetu ripis Moguntiaco proximis inferri ſolent, violentiam coercuit operibus aut molitione aggerum. Vnde idem Poëta [d].

[c] Lib. 2. c. 12. 13.

[d] Lib. 9. c. 9.

Quid referat terris, qui bona præbet aquis!

AN. CH. 562.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. I.

Sidonius hæc opera perfecit Berthoaræ Theodoberti quondam Regis filiæ adiutus liberalitate & munificentiâ. Quod Fortunatus teſtatum reliquit his verſibus in Carmine [a] de Baptiſterio Maguntiæ.

Struxit Berthoara voto complente Sacerdos,
Qua decus Eccleſiæ cordis amore placet.
Catholicæ fidei ſplendor, pietate coruſcans,
Templorum cultrix, prodiga pauperibus.

XLIV. Idem Auctor Villicum Epiſcopum Metenſem [b] laudat ob ſtudium orandi, ob vigilantiam in gregem, ob miſericordiam, ob renouata templa; Charentinum Colonienſem [c] commendat ob beneuolentiam, caritatem ac beneficentiam; Agericum Virodunenſem [d] prædicat ob eleemoſynæ ſtudium, ob facundiam ac ſcientiam ſacratum literarum, & ob templorum ac Baptiſterij conſtructionem. De ceteris Epiſcopis, in quorum familiaritatem poſteà Fortunatus venit, agemus ſuis locis.

MVNIFICENTIA BERTHOARÆ.

[a] Lib. 2. c. 11.

XLV. Obſeruabis obiter in multis Colonienſium Epiſcoporum catalogis Charentinum poſtponi perperàm Ebregiſilo, qui teſte Gregorio Turonenſi [e] Pontifex erat anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo. Charentinum ex auctoritate Fortunati præponendum Ebregiſilo contendimus. In eadem ſententia verſatur Henricus Pantaleo primâ parte de viris illuſtribus Germaniæ, vbi ait Charentinum ſediſſe anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo. Is igitur ordo fuit Antiſtitum Colonienſium, qui pertinent ad noſtros Annales. Aquilinus ſeu Solinus ſub Clodoueo Rege Pontificatum obtinuit, hunc excepit Somoenus, tum Charentinus, deinde Ebregiſilus à Gregorio Turonenſi laudatus.

[b] Lib. 3. c. 12.
[c] Lib. 3. c. 17.
[d] Lib. 3. carm. 27. 28.

LAVS MVLTORVM EPISCOPORVM.

XLVI.

[e] Lib. 10. c. 15.

EPISCOPI COLONIENSES.

XLVII. Inter templa quæ vel conſtruxit vel reparauit Agericus * Epiſcopus Virodunenſis vltimum locum obtinere non debent Oratorium Sancti Martini quod in ipſa vrbe ædificauit, & alterum quod olim prope muros ciuitatis à Sancto Mauro, ſecundo Virodunenſium Antiſtite, in ſancti Ioannis Baptiſtæ memoriam erectum ac penè dirutum non reſtaurauit modò vel auxit in honorem ſancti Medardi, ſed etiam ſanctiſſimorum prædeceſſorum, Mauri, Saluini & Aratoris, qui ſecundo, tertio & quarto loco in Epiſcopatu Virodunenſi ſederant, corporibus ibi repertis exornauit, vt obſeruat Waſburgius [f]. Deinceps hæc ædes promiſcuè ſancti Ioannis dicta eſt & ſancti Medardi, donec ſancti Mauri nomen ſub Heymone Pontifice obtinere cœpit.

* Agry.

ECCLESIÆ VIRODVN.

[f] Lib. 2.

XLVIII. Veranus Clericus pietate inſignis, qui Romam ante aliquot annos ierat, in Franciam reuerſus eſt ſub hæc ipſa tempora, in reditu enim Honoratum adiit Epiſcopum Mediolanenſem, quem hoc anno in viuis fuiſſe omnes conſentiunt, & ſuperatis Alpibus fines attigit Galliarum cùm *Regnum Francorum iam Rege eorum mortuo nomine Clotario, eius filij regebant quadrifariè*. Ob virtutum famam à Sigiberto Rege per literas accerſitus eſt, cúmque *poſt multum tempus* in aula Regia Caballione * verſaretur, Prætextato illius loci Epiſcopo demortuo ſubrogatus eſt vnanimi Regis, Cleri ac populi conſenſu. Res ab eo præclarè in Pontificatu geſtas recenſebimus ex Conciliis Gallicanis & ex Hiſtoria Gregorij Turonenſis. Dolemus ad noſtras manus haud perueniſſe membranas, in quibus habebantur ſeparatim deſcriptæ ab Auctore vitæ, qui cùm anteà ſatis prolixus fuiſſet, vix vllum de illius Præſulatu verbum fecit, & ab inito Pontificatu ſtatim ad mortem tranſiit hoc contextu [g]. *Acceptâ*, inquit, *Epiſcopi dignitate more ſolito plurimos languentes, vt anteà agere conſueuerat, priſtinæ ſanitati medicus laudabilis per Dominum reddidit. Dæmones autem ab obſeſsis corporibus aſsiduitate orationis eiecit. Apud Maieſtatem verò ſupernam, cui omnia poſsibilia, integrè tenetur & apertè quòd nihil ſuperfluum in hoc opuſculo nec mendaciſsimum ſcripſimus nec incertum, ſed ne etiam audientibus faſtidium multa prolixitas fieret, plurima quæ in Epiſcopatu geſsit ſigna, quæ in aliis deſcripſimus membranis, ab hoc opere ſubtraximus, ſed ſuper hæc pauca quæ ſuprà memorauimus Deum teſtem inuoco, quoniam ita omnia veraciter acta ſunt, quali-*

* Cauaillon.

VERANVS FIT EP. CABALL.

[g] Tom. 2. Biblioth. Labb.

ter hic leguntur deſcripta. Nunc ergo eius ſanctiſſimum obitum fideliter literis po- AN. CH.
ſteris intimare curauimus. Viuebat adhuc Veranus anno Chriſti quingenteſimo 562.
vndenonageſimo, ſiue anno Childeberti Regis decimo-quarto, vt Gregorius CHARIB.
Turonenſis teſtatur[a]. GVNTCH.

Monulfus Traiectenſis * Epiſcopus, ſancti Seruatij templum, quod ere- CHILPER.
xerat, ſeptimo Idus Iulij dedicauit, teſte Ægidio, ac Sedem Pontificalem SIGIB.
illic deinceps fore conſtituit teſte Harigero. Obſerua quoque ex Placentio RR. I.
Traiectenſes Epiſcopos, quorum hactenus meminimus, ſi vnum Domitia- [a] Lib. 9. c. 41.
num excipias, omnes in illa æde Seruatiana ſepultos hodie quieſcere. Cete- XLIX.
tùm in hunc annum, qui præditus fuit literâ Dominicali A, dedicationem * *de Ma-*
eiuſdem Baſilicæ coniicimus, quia tales cærimoniæ diebus Dominicis, vt *ſtrick.*
plurimùm, fieri ſolent.

Inter probationes quas Melchior Reginaldus Hiſtoriam Ciuitatis Sueſſio- L.
nicæ confirmauit, ponitur hoc anno Priuilegium Monaſterio ſancti Medar- PRIVILE-
di à Ioanne Tertio Papa conceſſum. *Totius Orbis Principibus machinam mundi* GIVM S.
ſub Chriſto Principe præſentibus ſcilicet & futuris Ioannes meritorum qualitate MEDARDI
infimus, ſed Chriſti ſancta Romanæ Sedis prælatus ſummam eſſe quos diuina fidei REIICITVR.
*& Apoſtolica Maieſtatis nobilitat religio conſtat, vt fructu operum & effectu rerum
certa demonſtrant eloquia, ob hoc diuinâ inſpirante gratiâ, & præcellentiſſimi Re-
gis Clotarij ſuadente clementiâ Monaſterio beata Maria & beati Petri quod eſt ex-
tra Sueſſorum Ciuitatem ſitum, vbi Dominus Medardus requieſcit & Daniel Abba
præeſſe videtur hoc Priuilegium omninò dies indulgemus, vt terras quas filius no-
ſter Clotarius ob ſalutem anima ſua contulit Croniacum ſcilicet cum omni integri-
tate teneant & poſſideant, præſenti quoque Abbati & ſucceſſoribus ſuis inter Miſ-
ſarum ſolennia benedictione concedimus agere & prædicationem ad populum facere,
ob reuerentiam Dei Genitricis, beati Petri Apoſtolorum Principis & protomartyris
Chriſti Stephani & Domini Medardi, quorum honore & meritis ipſe locus ſacra-
tus refulget, ne tanta ſublimitatis locus vileſcat, quem caput conſtituimus Mona-
ſteriorum totius Galliæ nulliuſque ditioni patimur eſſe ſubiectum, ſed ſemper ſub re-
gali cuſtodia poſitus huius ſancta Romana Sedis Antiſtitum auctoritatem in aduo-
cationem habeat. Ego Simplicius Notarius ſancta Romana Sedis ſubſcripſi & ſi-
gillaui. Datum in Eccleſia ſancti Silueſtri quinto Idus Martij, anno Dominicæ In-
carnationis quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Indictione decimâ.* Non inficiamur
Monaſterium ſancti Medardi multis poſſeſſionibus à Clotario Rege donatum
fuiſſe, ſed fateri non poſſumus ad confirmationem Regiæ donationis acceſ-
ſiſſe prædictum Priuilegium, quod omninò commentitium eſſe multa per-
ſuadent, in aliis enim Pontificiis diplomatibus ſimile non reperitur exordium,
& Ioannis Papæ Tertii temporibus in vſu nondum erat vt Bullæ Apoſtolicæ
annis Incarnationis Dominicæ conſignarentur, addequòd Priuilegii ſuprà
recitati mentio nullibi fit præterquàm in alio pſeudodiplomate, quod à Gre-
gorio Magno emiſſum fabulantur, vt ad annum Chriſti quingenteſimum no-
nageſimum-tertium fusè probabimus.

AN. CH. 563.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 2.

ANNVS
CHRISTI 563.
CHARIBERTI R. 2.
GVNTHCRAMNI R. 2.
CHILPERICI R. 2.
SIGIBERTI R. 2.
INDICTIO II.

I. DIRA PRODIGIA. ANNVS Chriſti quingenteſimus ſexageſimus-tertius, in Faſtis numeratur poſt Baſilij Conſulatum viceſimus-ſecundus, notatútque Indictione vndecimâ. *Hoc anno*, inquit Marius, *mons validus Tauretunenſis, in territorio* * *Vallenſi, ita ſubitò ruit, vt caſtrum, cui vicinus erat, & vicos cum omnibus ibidem habitantibus oppreſſiſſet, & lacum in longitudine* LX. *millium, & latitudine* XX. *millium, ita totum mouit, vt egreſſus vtrâque ripâ, vicos antiquiſſimos cum hominibus & pecoribus vaſtaſſet; etiam multa ſacroſancta loca cum eis ſeruientibus demoliſſet, & pontem Genauacum* *, *molinas & homines per vim deiecit, & Genauâ ciuitate ingreſſus plures homines interfecit.* Gregorius Turonenſis [a] idem prodigium deſcribit, obſeruátque nonnullas circumſtantias à Mario prætermiſſas. Ait enim montem illum, antequàm rueret, per dies ampliùs ſexaginta neſcio quem mugitum dediſſe, deinde luctuoſam cladem narrat triginta Monachorum, qui cùm terram foderent, vt vbi caſtrum fuerat, æs & ferrum inuenirent, audito iterum mugitu à ſæua cupiditate ſic detenti ſunt, vt montis altera pars, quæ nondum corruerat, eos tandem operuerit atque interemerit.

* *Le pays de Valais.*
* *de Geneue.*
[a] Lib. 4. c. 31.

II. PATERNVS EPISC. ABRINC. ET SCVBILIO MORIVNTVR. Hoc anno, qui præditus fuit literâ Dominicali G, Paternus Epiſcopus Abrincenſis obiit feriâ ſecundâ, die Aprilis decimâ ſextâ, quâ nomen illius legitur in tabulis Eccleſiaſticis. Annum agebat in Pontificatu decimum-tertium, ætatis octogeſimum-tertium. Eâdem autem horâ diſceſſit etiam è viuis Scubilio. Vterque ſepultus eſt in Monaſterio Sciſciaco *. Lege vitam ſancti Paterni apud Surium [b]. *Cùm Paterni exequias celebraret Lauto Epiſcopus, qui ante dies octo eius inuiſendi causâ eò venerat, eiuſque ſacrum corpus ad Baſilicam deportaret, & Lauſcius Epiſcopus Sanctum Scubilionem ad Baſilicam eandem adduceret, ambo Pontifices, concinente pſallentium choro, præter omnem expectationem ſibi inuicem occurrerunt, paritérque in eodem loco conuenerunt, & viri ſanctiſſimi quorum funera illi Antiſtites curabant, felici tranſitu locum orationis, quem ipſi extruxerant, eodem die ſimul occuparunt, & qui ſe in vitâ mutuò dilexerant, nec in morte quidem ſeparati ſunt, ídque adeò, vt vno eodémque momento mortui, vno eodémque momento pariter conditi ſint.* Lauſcius Epiſcopus nobis idem videtur ac Laſciuus qui Concilio Pariſienſi ante ſexennium interfuit, hic Epiſcopatum rexit haud longè diſſitum ab Abrincenſi, quapropter locum ei tribuimus in catalogo Baiocenſium Antiſtitum inter Leucadium cuius mentio fit in Conciliis Aurelianenſibus, tertio, quarto, quinto, & Leudoualdum cuius meminit Gregorius Turonenſis [c]. Lauto verò Epiſcopus erat Conſtantienſis, de quo ſæpiùs iam locuti ſumus.

* *Chesay.*
[b] 16. Apr.
[c] Lib. 6. c. 3.

III. De ſancto Sinerio ſancti Paterni ſucceſſore hæc habentur in Breuiario Ro-

AN. CH. 563.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 2.

thomagenſi [a]. *Sinerius * qui & Senator, poſt Paternum virum ſanctiſſimum Abrincenſem rexit Eccleſiam. Is à pueritia piiſſimis moribus inſtitutus, ita in Epiſcopatu ſe geſſit, vt cuius honorem ſucceſſor adeptus eſt, merita quoque adæquauerit. Miraculorum laude illuſtris, cuidam ex diuturno febris æſtu ſurdo & muto effecto, olei ſacri infuſione, aurium & linguæ ſanitatem reſtituit. Eius præterea oratione cæco nato lumen redditum eſt, ac nefarij ſpiritus ex oppreſſis corporibus fugati ſunt. His atque aliis mirabiliter editis, in Siſiaco Monaſterio migrauit è vita. In cuius morte cæleſtem Angelorum concentum Monachi audierunt. Sepultus eſt ibidem iuxta Sanctorum Paterni & Scubilionis corpora decimo-quarto Kalendas Octobris. Eius corpus Rothomagum poſteà delatum, in Eccleſiâ maiori honeſto loco aſſeruatur.* Seuerius vocatur in Martyrologio Gallicano [b], Sincrius autem & Senator apud Democharem, Robertum & Sammarthanos. Non alius eſt à Senatore Epiſcopo, cuius reliquiæ, (neque enim integrum corpus Rothomagenſes poſſident) cum ſacris pignoribus coæuorum Præſulum, Samſonis, Maglorij & Machutis ex Armorica Pariſios ob metum Nortmannorum tranſlatæ ſunt, & in ſuburbio ſancti Iacobi hodie cuſtodiuntur à Preſbyteris noſtræ Congregationis in Baſilica beati Maglorij. Cur autem hîc ſexto Kalendas Octobres, Rothomagi verò & alibi decimo-quarto eaſdem Kalendas celebretur feſtum ſancti Senatoris, ſi rationem poſtulas, hanc dabimus. Monachi Sammaglorjani cùm ex catalogo reliquiarum quas anteceſſores ex Armorica detulerant, præter nomen & titulum Epiſcopalem de ſancto Senatore nihil noſſent, recurrerunt ad Martyrologia, ſexto Kalendas Octobris apud Vſuardum repererunt mentionem fieri *ciuitate Albano ſancti Senatoris*, & in Martyrologio Romano hæc legi *Albani ſancti Senatoris*, illo etiam die Sanctum Senatorem, cuius reliquias habebant, colendum putarunt occaſione nominis, neque enim eundem exiſtimarunt cum prædicto, qui ſine titulo Pontificis in Martyrologiis Vſuardi ac Romano recenſetur, & doctiſſimis quibuſque manet adeò incognitus, vt Baronius in notis ad Martyrologium Romanum ſexto Kalendas Octobris indicem prodat multorum, quibus nomen aut cognomentum Senatoris inditum fuit, vltróque fateatur neſcire ſe, quis extiterit quóve tempore vixerit is, qui Tabulis Eccleſiaſticis aſcriptus inuenitur. Non minor eſt difficultas ſuper Albani ſitu, alij enim in Italia, alij in prouincia Narbonenſi, nonnulli in Armenia poſitum volunt. Quid autem commercij cum Armenia, cum Italia, cum Gallia Narbonenſi potuit eſſe Monachis, qui ne caderent in manus Nortmannorum, Pariſios ex Armorica cum ſacra ſupellectile confugerunt. Molanus capite decimo-tertio ſuæ præfationis vult in Martyrologiis recentiorum operâ collectis obſeruari tria, quorum ſecundum illud eſt quòd ex Hiſtoriis Eccleſiaſticis, Dialogis Gregorij & aliunde multos ſanctos tranſcripſerunt, neſcientéſque, quo die obierint, ſæpè occaſione nominis alium adiecerunt eiuſdem nominis, putà Kalendis Ianuariis in die ſancti Fulgentij Epiſcopi Fulgentium Vtricolenſem Abbatem ex Gregorio, decimo-ſeptimo Kalendas Februarias in die ſancti Honorati Arelatenſis Epiſcopi Honoratum Epiſcopum Ambianenſem & ex Gregorio memoriam Honorati Abbatis, vndecimo eaſdem Kalendas in die Anaſtaſij Martyris Anaſtaſium Abbatem addiderunt. Eâ ſe ratione poſſunt tueri, qui ſanctum Sinerium ſeu Senatorem Epiſcopum ſexto Kalendas Octobres venerantur, quamuis in additionibus Molani ad Vſuardum decimo-quarto eaſdem Kalendas habeatur *apud Abrincas depoſitio ſancti Sinerij eiuſdem ciuitatis Epiſcopi & Confeſſoris*, illóque die natalis eius Abrincis *, Rotomagi & aliis in locis colatur.

[a] D. 19. Sept.
* S. Senier.
SENATOR EPISC. ABRINC.
[b] D. 18. Sept.
* Auranches.

IV.
MACHVTIS MIRACVLIS CLARET IN AQVITANIA

Cùm Machutes ſeu Maclouius Aletenſis Epiſcopus, quem beato Senatori coæuum diximus, in Aquitania ſecunda quò confugerat multis virtutibus ac ſignis coruſcaret, *Leontius* Epiſcopus Burdigalenſis *ſuam Diœceſim luſtraturus, eum vt ſecum pergeret, obnixis coegit precibus. Venerunt itaque ad villam, quam antiquitas appellauit Bream, geminis Eccleſiis in honorem Dei nobiliter inſignitam. Leontius vt Maclouium arctius applicaret ſibi, vnam earum attribuit eius habita-*

AN. CH. 563. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 2.

tioni, alteram retinuit ſue iuri. Quod quantùm Deo placuerit, ex eo ſatis apparuit, quòd præſinti miraculo ibidem eos Dominus lætificauit. Nam Maclouius, vt Sigebertus in eius vita [a] fuſiùs narrat, in ea Eccleſia, quam ſibi à Leontio conceſſam accepit, puerum mortuum ad vitam reuocauit.

V. MIRACVLA S. MARTINI.

Hoc anno, ſiue vt Gregorius Turonenſis [b] notat, *regente Eccleſiam Turonicam S. Euphronio Epiſcopo, anno ſeptimo, ſecundo anno Sigiberti glorioſiſsimi Regis*, idem Gregorius multa beneficia conſecutus eſt ab eodem ſancto Martino, quæ ſilentio præteriri non debent. *Irrui*, inquit, *in valetudinem cum puſtulis malis & febre, negatóque vſu potùs & cibi, ita angebar, vt amiſſâ omni ſpe vitæ præſentis, de ſolis ſepulturæ neceſſariis cogitarem, obſidebat enim mors aſsidua cum ardore animam cupiens expellere de corpore. Tunc iam valdè exanimis, inuocato nomine beati Martini Antiſtitis, parumper conualui, & lento adhuc conamine iter incipio præparare, inſederat enim animus, vt locum venerabilis ſepulchri viſitare deberem. Vnde tanto deſiderio affectus ſum, vt nec viuere me optarem ſi tardiùs direxiſſem. Et qui vix euaſeram ex ardore incommodi, cœpi iterùm deſiderij febre ſuccendi. Nec mora, adhuc parùm fortis iter cum meis arripio, actáſque vel duas aut tres manſiones, ingreſſus ſyluas corrui rurſus in febre, & tam grauiter agere cœpi, vt omnes me autumarent vitam amittere. Tunc accedentes amici, & videntes me valdè laſſum, dicebant. Reuertamur ad propria, & ſi Deus te vocare voluerit, in domo tua morere, ſi autem euades, votiuum iter faciliùs explicabis, ſatius eſt enim reuerti ad domum, quàm mori in eremo. Ego verò hac audiens, vehementer lachrymans & plangens infelicitatem meam locutus ſum eis dicens. Adiuro vos per omnipotentem Deum, & reis omnibus metuendum iudicij diem, vt ad ea quæ rogo conſentiatis, de cœpto itinere non deſiſtite, & ſi mereor ſancti Martini videre Baſilicam, gratias ago Deo meo; ſin aliud, vel exanime corpus deferentes ibidem ſepelite, quia deliberatio mea eſt non reuerti domum, ſi non eius ſepulchro meruero præſentari. Tunc vnà pariter flentes, iter quod cœperamus aggredimur, præcedente verò præſidio glorioſi Domini ad Baſilicam eius aduenimus. Eo tempore vnus ex Clericis meis, Armentarius nomine, benè eruditus in ſpiritalibus Scripturis, cui tam facile erat ſonorum modulationes apprehendere, vt eum non putares hoc meditari, ſed ſcribere, in ſeruitio valdè ſtrenuus & in commiſſo fidelis; inficiente veneno à puſtulis malis omnem ſenſum perdiderat, & ita redactus fuerat, vt nihil penitus aut intelligere poſſet aut agere. Tertiâ autem nocte poſtquam aduenimus ad ſanctam Baſilicam vigilare diſpoſuimus, quod & impleuimus. Mane autem facto, ſigno matutinis horis commonito, reuerſi ſumus ad metatum, qui lectulis quieſcentes vſque ad horam prope ſecundam dormiuimus. Expergefactus ego, amotâ omni languoris & cordis amaritudine, ſentio me priſtinam recepiſſe ſanitatem, & gaudens puerum familiarem, qui mihi ſeruiret, euoco. Exurgens autem Armentarius, velociter coram me ſtetit & ait. Domine, ego parebo, quod iuſſeris. At ego exiſtimans eum adhuc eſſe exſenſum, aio. Si potes, voca puerum. Et ait. Ego quæcumque præceperis adimplebo. Obſtupefactus interrogo quid hoc eſſet. Qui ait. Intelligo me valdè ſanum, ſed vnus error eſt animi, quòd neſcio de qua hic parte aduenerim. Et incipiens, ita mihi impendit ſeruitium, ſicut erat ſolitus ante tædium. Tunc ego exultans & flens præ gaudio, gratias omnipotenti Deo tam pro me quàm pro ipſo refero, quòd intercedente patrono incolumem me corpore, illum mente reddiderit, & vnus excurſus ex fide etiam alteri amenti, qui nec petere nouerat, ſalutem præſtitiſſet.* Et paulò pòſt. *Nos verò reuertentes tres cereolos pro benedictione beati ſepulchri portauimus, de qua cera quàm multa virtutes facta ſunt ſuper frigoreticis & aliis infirmis, longum eſt enarrare. Sed vnum è multis miraculum proferam. Agrum quemdam poſſeſſionis noſtræ grando annis ſingulis vaſtare conſueuerat, & tam grauiter ſæuiebat, vt nihil ibidem cùm veniſſet relinqueret. Tunc ego in vineis illis arborem vnam, quæ erat excelſior ceteris eligens, de ſancta cera ſuper eam poſui. Poſt illam autem diem vſque in præſens tempus, nunquam ibidem tempeſtas cecidit, ſed veniens locum illum tanquam timens præteriit.*
Perperàm autem annus ſeptimus Eufronij Pontificis, ſiue annus ſecundus Sigiberti

[a] Apud Sur. d. 15. Nou.

[b] De mir. S. Mart. l. 1. capp. 32. 33. 34.

AN. CH. 563.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 2.

giberti Regis, qui cum anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-tertio coincidit, apud Gregorium ſuprà citatum illigatur *anno centeſimo ſexageſimo-tertio poſt aſſumptionem beati Martini Antiſtitis*, anni enim CLXIII. loco reſtituendus eſt annus CLXVI.

VI.

Anno ſecundo Chilperici Regis, Launomarus Abbas, vt Auctor vitæ teſtatur [a], relicto loco quem priùs incolebat, in alium cum diſcipulis ſuis migrauit, & Cœnobium Curbionenſe conſtruxit opitulante Ragnoſointho ipſius fundi Domino. Annum Chilperici Regis ſecundum interpretamur à morte Clotarij patris, nam ſecundus ab obitu Chariberti fratris, ſiue annus Chriſti quingenteſimus vndeſeptuageſimus nimis turbulentus fuit bello inter Chilpericum & Sigibertum Reges exorto, & ipsâ Diœceſi Carnotinâ in duas partes ſciſsâ, quia Sigibertus Promotum in Dunenſi Caſtro Epiſcopum inſtitui curarat, adde quòd Anonymus qui vitam ſancti Launomari in literas retulit, in conſignandis annis nullam habuit rationem Regum qui Carnutibus dominabantur, ſed eos tantùm nominauit à quibus rectâ lineâ deſcenderat is ſub quo ſcribebat. Launomarus * loco quem à Ragnoſointho accepit, antiquum Curbionis nomen reliquit. Ibi ſtatuit Oratorium, & Cœnobij ſimilitudinem variis caſulis efformauit. Ernoaldi, qui grauiſſimo morbo correptus pecuniam iniuſtè acquiſitam mittebat, donum reſpuit ac mortem prædixit. Signo Crucis ac benedictione chriſmatis in priſtinum vigorem reſtituit Wlfradam adhuc adoleſcentulam, quæ maximâ infirmitate & membrorum omnium deſtitutione tabeſcebat. Cetera ſuo loco perſequemur.

[a] Ap. Bolland. d. 19. Ian.

LAVNOMARVS CONDIT MONASTER. CVRBION.

* Lemer.

VII.

Hiſce temporibus, cùm filij Clotarij regnabant in Francia, Nicetius Treuirenſis Epiſcopus ſororem eorum Chlotſindam [b] ſeu Chlodoſuindam, quæ Regi Longobardorum nupſerat, literis egregiè ſic hortatus eſt, vt mariti ſui, quem hæreſis Ariana decipiebat, ſaluti procurandæ ſedulò incumberet. *Cùm Legatos veſtros per Francorum Reges germanos tuos tre conſpicimus, de proſperitate veſtra ſolliciti ſumus. Sed illa inde audimus, quod ſemper ſonare etiam & ſonare confitemur, quàm magna, quàm alta, quàm laudabilis, quàm vtilis, quàm humana, vel munifica, quomodo de pauperibus ſollicita, quomodo de regione aſtuta, quomodo in cuncto populo piâ conuerſatione ſplendida. Ille hoc concedat, qui tibi ſpiritum ſapientiæ & intellectûs iam dedit. Gaudemus ex hoc. Gaudere nos Chriſtus faciat de Alboino Rege, quem habes, & de felicitate ſua triumphare. Stupentes ſumus, cùm Gentes illum tremunt, cùm Reges venerationem impendunt, cùm Poteſtates ſine ceſſatione laudant, cùm etiam ipſe Imperator ſuis ipſum præponit, quòd animæ remedium non feſtinus requirit. Scriptum legimus. [Quærite primùm regnum Dei, & omnia bona apponentur.] Qui ſic, quemadmodum ille, fulget famâ, miror quòd de regno Dei & animæ ſuæ ſalute nihil inueſtigare ſtudet, ſed illos recipit, illis adquieſcit, qui potiùs animam in gehennam perdunt, quàm ad viam ſalutis adducant. Duos Deos eſſe prædicant, alium in Deitate Patrem, alterum in Deitate ſed pro creatura filium; cùm Scriptura dicat, [Ego ſum Saluator, & non eſt alius præter me.] Te, Domina Chlodoſuinda, per tremendum diem iudicij coniuro, vt hanc epiſtolam & benè legas, & benè illi & frequenter exponere ſtudeas, & vt ipſum interroges, Quis eſt Saluator? Patrem dicunt eſſe Saluatorem an Filium? Quomodo duos eſſe, cùm vnus eſt, & alius non eſt, denuntiant? Si dicunt Filium, ergo Pater Saluator non eſt, & ſi dixerint Patrem, ergo Filius non eſt Saluator, quia ſaluare qui Saluator non eſt nullum poteſt. Si dixerint, duo ſunt Saluatores, iſtud ſcriptum nuſquam inuenient, niſi, [Ego & Pater vnum ſumus,] hoc eſt, Pater in Filio, & cum Filio; & Filius in Patre, & cum Patre. Deus præ magnitudine videri ab oculo humano non poteſt, qui tantùm grandis, tantùm fulgens, tantùm etiam igneus eſt. Legimus; [In circuitu cæli & terræ tabernaculum eius,] quod etiam præ iſta magnitudine & ſplendore ab homine videri non poteſt. Expreſſit de ſe quem ſemper habuit apud ſe, qui latibulum ſibi de carne fecit, & ideò Scriptura dicit. [Poſuit tenebras latibulum ſuum.] Ideóque in Euangelio ait Verbum Dei, quod Ioannes dicit, quia in principio erat, Verbum caro factum eſt, & quod de Maria*

[b] Apud Sirm. tom. 1. Conc. Gall.

NICETIVS EP. TREVIR. SCRIBIT CHLOTSINDÆ REGINÆ LONGOBARD.

IMPVGNAT ERRORES ARRIANORVM.

AVCTORITATE S. SCRIPTVRÆ.

AN. CH. 563.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 2.

erat, ſic illud ad ſe iunxit vt eſſet vnum. Et per ſcripturam dixit, [Ex Sion ſpecies decoris eius,] hoc eſt, homo in Deo tranſibit. In Euangeliis ipſe dixit. [Ego ex Patre exiui, & veni in hunc mundum.] In quadrageſimo ſeptimo Pſalmo dixit. [Diſtribuite gradus eius.] Eius dixit non eorum. Quoniam vnus eſſe, ſed nec ſolus apertiſſimè ſcitur, vt enarretis in progenie altera. Nam in die Reſu rectionis nec narrare nec apparere poterit, qui Trinitatem in vnitate non crediderit, & pro eo omnis militia Angelorum per ſingulos dies clamat. [Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.] Non tres Sancti, ſed ter Sanctum dixit Dominum Deum Sabaoth. Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus. Vnus Sanctus, ſicut vnus Dominus. Vnde & Ioannes Euangeliſta dixit. [Ipſe eſt qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt Saluator.] Si per nomina inero, gradus eſſe videntur. Cùm Patrem audis, nomine maior eſſe videtur, & ideo dixit, [Pater maior me eſt,] ſed nomine tantùm. In Deitate autem euidentiſſimè per Chriſtum & per Apoſtolos eius vnus eſſe agnoſcitur. Quia ipſe cùm à diſcipulo interrogaretur, [Domine, oſtende nobis Patrem,] & ille, [Me vides & de Patre interrogas?] Vides quia in Trinitate innotatur, & in vna Deitate eſſe inuenitur. Cùm Patrem audis, ſine Filio eſſe non credas; cùm audis Filium, cum Patre eſſe non dubites, nec dubites tres in perſonis. Nam vnus in Deitate eſſe agnoſcitur, & ideò ad diſcipulos ſuos dixit. [Ite, baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.] In nomine, dixit, non in nominibus, quia vnam Deitatem dixit, non tres. Spiritus autem Sanctus ſeparari non poteſt, quoniam vnde eſſe ſcitur gratia Dei, inde donum Dei eſſe cognoſcitur. Ab ipſo ſpirant bona omnia, ſicut Apoſtolus dixit. [Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.] Et hinc Propheta dixit, [tu ſolus altiſſimus,] ſed ſolus altiſſimus in omni terra Saluator. Ieſu naue ipſum conſpexit, & ideo dixit [Noſter es an aduerſariorum?] Ille autem reſpondens ait. [Ego ſum qui ſum, & alius præter me non eſt.] Abraham, qui dicitur amicus Dei, & probatur, tres vidit, & vnum credidit. Cùm tres adorat, Trinitatem (ſicut dixi) commemorat. Cùm vnum in domum intrare deprecatur, vnam poteſtatem eſſe denuntiat. Nam Moyſes quotiens atque quotiens dixit? [Ego ſum qui ſum, & alius præter me non eſt.] Quid nos ire per ſingula neceſſe eſt? Ad duodecim diſcipulos, quos habuit, veniamus, quia ipſi Gothi hodie ipſis venerationem impendunt, & reliquias eorum furtim tollunt; ſed nihil ibi habent, quia fidem eorum adnullare præſumunt. Quid eſt quòd in Baſilicis eorum corpora ipſorum hodie venerantur, non ingrediuntur? Quid eſt quòd nihil ibidem præſumere audent, niſi furtiuè? Vt canes à foris animas decipiunt, cùm illos ſuos fideles Rex Alboinus ſibi demittat, & ad Domini Petri, Pauli, Ioannis, vel reliquorum Sanctorum limina perducat, vt ibidem Miſſas facere, ſi audent, deliberent. ſed non audent, quia Domini Petri diſcipuli non apparent, & contrarij Chriſti eſſe probantur, quia quod per Crucem ipſe redemit, deſtruere infelices inueniuntur. Quâ cauſâ venena eorum talis Rex & talis ætas percipit? Hic, ſi lubet, ad Dominum Martinum per feſtiuitatem ſuam, quam vndecimâ die facit Nouember, ipſos mittat, & ibi, ſi audent, aliquid præſumant. vbi cæcos hodie illuminari conſpicimus, vbi ſurdos auditum & mutos ſanitatem recipere. Nam quid dicam de leproſis aut de aliis quamplurimis, qui quantacumque debilitate percuſſi ſunt, ibidem per ſingulos annos alij & alij ſanantur? Fortaſsè dicunt, confingunt vel cæcos, qui cæci à natiuitate eſſe videntur. Quid dicunt, cùm inde illuminatos conſpicimus, & ad propria (Deo miſerante) reuerti videmus? Nam quid dicam adhuc de Domino Germano, Hilario, vel Lupo, Epiſcopis? vbi tanta mirabilia hodie apparent, quantùm nec dicere verbis valeo, vbi tribulantes, id eſt, dæmonia habentes, in aëra ſuſpenſi torquentur, & Dominos, quos dixi, eſſe confitentur. Nunquid in Eccleſiis eorum ſic faciunt? Non faciunt, quia Deum & Dominos Sanctos ibi habitare non ſentiunt. Dæmon dæmonem non exorciſat. Nam vbi Sancti habitant, dæmon vagari non dimittitur, ideò fit vt locus, vbi Deus eſt, oſtendatur. Quid de Domino Remigio & Domino Medardo Epiſcopis, quos tu, credo, vidiſti? Non poſſumus tanta exponere, quanta mirabilia per illos Deum videmus facere. Audiſti ab auia tua bona memoria Rodhilde, qualiter in Franciam venerit, quomodo Dominum Chlodoueum ad legem Ca-

ET ORTHODOXORVM EPISCOPORVM.

tholicam adduxerit, & cùm eſſet homo aſtutiſſimus, noluit acquieſcere antequàm vera agnoſceret. Cùm iſta, quæ ſuprà dixi, probata cognouit, humilis ad Domini Martini limina cecidit, & baptizari ſe ſine mora permiſit. Qui baptizatus quanta in hæreticos Alaricum vel Gundobaldum Reges fecerit, audiſti, qualia bona ipſe vel filij eius in ſeculo poſſederunt, non ignoratis. Talis ornatus, talis vir, qualis Alboinus Rex eſſe dicitur, talis famâ, quem mundus ſic præponit, quare non conuertitur, aut quare tardus ad requirendum viam ſalutis apparet? Deus bone, qui es Sanctorum gloria & omnium ſalus, tu te in illum mitte. Et tu Domina Chlodoſuinda, cùm verbum facis, ſolatium tribue, vt omnes de tali ſtella, de tali gemma ſic gaudeamus, qualiter Deo placere poſſimus. Saluto tantùm quantùm valeo, deprecor vt otioſa non ſis, inceſſanter clama, inceſſanter canta. Audiſti dictum. [Saluabitur vir infidelis per mulierem fidelem.] Nam ſcias, prima ſalus, prima remiſſio eſt, qui conuerti fecerit peccatorem ab errore ſuo. Vigila, vigila, quia Deum propitium habes, rogo vt ſic agas, vt & gentem Longobardorum fortem ſuper inimicos facias, & nos de ſalute tua vel viri tui gaudere concedas.

AN. CH. 563. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 2.

Illarum literarum hæc prima phraſis, *cùm Legatos veſtros per Francorum Reges germanos tuos ire conſpicimus*, ſatis indicat hoc circiter anno ſcriptas eſſe, cùm filij Clotarij Francis dominabantur, addequòd Chlotſinda diu ſuperſtes in viuis non fuit, idque infrà probabimus ex Paulo Diacono [a]. VIII.

[a] Lib. 1. c. 18.

Nicetius, quia gens Longobardorum Gothica eſt origine, & à ceteris Gothis peculiari diſtinguitur nomine, quod à longis barbis eſt ſortita, populos, quibus Alboinus præeſt, Gothos ac Longobardos in prædictis literis vocat. Fidem Orthodoxam ex variis Sacræ Scripturæ locis comprobat, Arianorum hæreſi, quæ Filium Patri conſubſtantialem negat, procul exploſâ. Et quoniam ad perſuadendum potentiſſima ſunt miracula, Longobardos hortatur, vt iter in Franciam ſuſcipiant inquirendæ veritatis causâ, nobiliſſimas Galliarum Ciuitates, Turonos, Altiſſiodorum, Pictauium, Trecas, Remos & Sueſſionem adeant, ibique curationes morborum contemplentur à Deo factas ad tumulos beatiſſimorum Pontificum, Martini, Germani, Hilarij, Lupi, Remigij & Medardi, qui filium Patri conſubſtantialem crediderunt. Sex hi Præſules aduersùs hæreticos ſuorum temporum egregiè decertarunt. IX.

Illuſtria ſancti Martini cum Arianis certamina ſic deſcripſit Seuerus [b] eius diſcipulus. *Cùm hæreſis Arriana per totum Orbem & maximè intra Illyricum pullulaſſet, cùm aduerſus perfidiam Sacerdotum ſolus penè acerrimè repugnaret, multiſque ſuppliciis eſſet affectus (nam & publicè virgis caſus eſt) & ad extremum de ciuitate exire compulſus, Italiam repetens, cùm intra Gallias quoque diſceſſu ſancti Hilarij, quem ad exilium hæreticorum vis coegerat, turbatam Eccleſiam comperiſſet, Mediolani ſibi Monaſterium ſtatuit. Ibi quoque eum Auxentius, auctor & Princeps Arrianorum, grauiſſimè inſectatus eſt, multiſque affectum iniuriis de ciuitate exturbauit.* Hæc geſta ſunt antequàm promoueretur ad Epiſcopatum Turonenſem, quem ad annum vſque Arcadij & Honorij Auguſtorum ſecundum, Chriſti trecenteſimum nonageſimum-ſeptimum rexit per annos viginti ſex, menſes quatuor, diéſque ſeptem ac viginti. X.

[b] Dialog. 1. MARTINI TVRONENSIS.

Seriùs ex hac vita diſceſſit ſanctus Germanus Altiſſiodorenſis Epiſcopus, de quo ſic in eius vita Conſtantius Preſbyter, qui ſcripſit ante annum Chriſti qoingenteſimum, cùm beatus Cenſurius Diœceſim Altiſſiodorenſem adminiſtrabat. *Sedit Dominus & Apoſtolicus noſter, Sanctiſſimus Germanus in Epiſcopali Cathedra annos* XXX. *dies* XXV. *Obiit verò plenus Spiritu Sancto apud Rauennam Italiæ ciuitatem, pridie Calend. Auguſtas, Valentiniano adhuc iuuene imperante cum Placidia matre*, id eſt, anno Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo-octauo, iſque computus ita probatur. Sanctus Germanus in Britanniam bis profectus eſt, ſemel Florentio & Dionyſio Conſulibus vt Proſper teſtatur, id eſt, anno Chriſti quadringenteſimo vndetriceſimo, iterum anno pòſt duodecimo vt Sigebertus in ſuo Chronico ſcribit, id eſt, anno Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo-primo. Reuerſus è Britannia profectionem in Armoricam ſuſ- XI.

GERMANI ALTISSIODOR.

AN. CH. 563.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 2.

[a] In Chron.
[b] In Chron.

cepit, vt illi Prouinciæ pacem ac tranquillitatem reſtitueret, deinde abiit in Italiam, vt Imperatori ſtatum rerum Armoricanarum referret. Hominem igitur ante annum Chriſti quadringenteſimum quadrageſimum-tertium non exuit. Proſper [a] eodem anno, quo Theodoſius Iunior obiit Conſtantinopoli, Placidiam Romæ mortuam tradit, id eſt, anno Chriſti quadringenteſimo quinquageſimo. Idatius [b] eiuſdem Placidiæ mortem reiicit in annum, quo Hunni profligati ſunt in campis Catalaunicis, eúmque ait proximum fuiſſe ab obitu Theodoſij Iunioris, & viceſimum-octauum ab obitu Honorij Auguſti, nec hiſce Characteribus alium quàm quadringenteſimum quinquageſimum-primum à Chriſto nato deſignat. Ergo ſanctus Germanus non vixit vltra annum Chriſti quadringenteſimum quinquageſimum-primum, eiúſque deceſſor, nomine Amator, nec obiit ante annum Chriſti quadringenteſimum decimum-tertium, nec poſt annum Chriſti quadringenteſimum viceſimum-primum ſuperſtes fuit. Porrò beatus * Amator, vt Conſtantius in vita ſancti Germani ſcribit, *Calendarum Maiarum quartâ feriâ, ferè horâ diei tertiâ emiſit ſpiritum.* Atque ex illo Charactere conſtat ipſius Amatoris mortem conſignandam eſſe anno Chriſti quadringenteſimo decimo-octauo, cuius Kalendæ Maiæ cum quarta feria propter literam Dominicalem F coinciderunt. Idem Character eruitur ex die quo ſanctus Germanus vitam clauſit. Obiit enim pridie Kalendas Auguſti, cùm Præſulatum per annos triginta diéſque viginti quinque geſſiſſet, ideóque dicitur ordinatus Epiſcopus Nonis Iuliis, quæ præditæ ſunt literâ F, inciderúntque in diem Dominicum anno Chriſti quadringenteſimo decimo-octauo. At ſi beatus Germanus Pontificatum anno Chriſti CCCCXVIII. ſuſcepit, in cælum anno Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo octauo feliciter migrauit. Vt quarto ſeculo in Oriente hæreſis Ariana, ſic quinto ſeculo in Occidente orta eſt Pelagiana, quæ peccatum originale non eſſe in hominibus, omnia mandata ſine Dei gratia impleri poſſe, aliáque falſa dogmata diſſeminabat, vtque cum Arianis pugnauit S. Martinus, ita cum Pelagianis beatus Germanus, qui bis adiit Britanniam, hoſtibúſque toties deuictis nobiliſſimum triumphum retulit. Primam profectionem, Florentio & Dionyſio Conſulibus, id eſt, anno Chriſti quadringenteſimo viceſimo nono, ſic attingit Proſper in ſuis faſtis. *Florentio & Dionyſio Coſſ. Agricola Pelagianus, Seueriani Epiſcopi filius, Eccleſias Britanniæ dogmatis ſui inſinuatione corrupit. Sed actione Palladij Diaconi Papa Cæleſtinus Germanum Autiſſiodorenſem * Epiſcopum vice ſuâ mittit, & deturbatis hæreticis Britannos ad Catholicam fidem redigit.* Quem congreſſum in vita ſancti Germani fuſiùs explicat Conſtantius addito Lupo * Trecenſi Pontifice, qui ſocius itineris & particeps victoriæ fuit. *Ex Britanniis directa Legatio Gallicanis Epiſcopis nunciauit Pelagianam peruerſitatem in locis ſuis latè populos occupaſſe, & quamprimùm fidei Catholicæ debere ſuccurri. Ob quam cauſam Synodus numeroſa collecta eſt, omniúmque iudicio duo præclara religionis lumina vniuerſorum precibus ambiuntur Germanus ac Lupus, Apoſtolici Sacerdotes, terram corporibus, cælum meritis poſſidentes. Et quantò laborioſior neceſſitas apparebat, tantò eam promptiùs Heroes deuotiſſimi ſuſceperunt, celeritatem negotij fidei ſtimulis maturantes*, &c. *Erat in illis Apoſtolorum inſtar gloria & auctoritas per conſcientiam, doctrina per literas, virtutes ex meritis. Accedebat prætereà tantis Auctoribus aſſertio veritatis. Itaque regionis vniuerſitas in eorum ſententiam prompta tranſierat. Latebant abditi ſiniſtræ perſuaſionis auctores, & more maligni ſpiritus gemebant perire ſibi populos euadentes. Ad extremum, diuturnâ meditatione conceptâ, præſumunt inire conflictum. Procedunt conſpicui diuitiis, veſte fulgentes, circumdati aſſentatione multorum, contentioniſque ſubire aleam maluerunt, quàm in populo, quem ſubuerterant, pudorem taciturnitatis incurrere, ne viderentur ſe ipſi ſilentio damnaſſe. Illic planè immenſæ multitudinis numeroſitas, etiam cum coniugibus ac liberis excita conuenerat. Aderat populus ſpectator futurus & iudex. Adſtabant partes, diſpari conditione diſſimiles. Hinc diuina authoritas, inde humana præſumptio; hinc*

*S. Amatre.

* d'Auxerre.

* Loup Eueſque de Troyes.

AN. CH. 563. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 2.

fides, inde perfidia: hinc Chriſtus, inde Pelagius author. Primo in loco beatiſſimi Sacerdotes præbuerunt aduerſariis copiam diſputandi, quæ ſolâ verborum nuditate, diu inaniter & aures occupauit & tempora. Deinde Antiſtites venerandi torrentes eloquij ſui cum Apoſtolicis & Euangelicis tonitruis profuderunt. Miſcebatur ſermo proprius cum diuino, & aſſertiones violentiſſimas lectionum teſtimonia ſequebantur. Conuincitur vanitas, perfidia confutatur, ita vt ad ſingulas verborum obiectiones reos ſe, dum reſpondere nequeunt, faterentur. Populus arbiter vix manus continet, iudicium cum clamore teſtatur, cùm ſubitò vir Tribunitia poteſtatis cum coniuge procedit in medium, decem annorum filiam cæcam ſinibus ingerens Sacerdotum, quam illi offerri aduerſariis præceperunt. Sed illi conſcientiâ puniente deterriti iungunt cum parentibus preces, & curationem paruulæ à Sacerdotibus precantur. Qui expectationem populi & inclinatos aduerſarios intuentes, orationem breuiter fundunt. Ac deinde Germanus plenus Spiritu ſancto ſanctam inuocat Trinitatem, & protinus adhærentem lateri ſuo capſulam, cum Sanctorum reliquiis collo auulſam, manibus comprehendit, eámque in conſpectu omnium puellæ oculis applicauit. Quos ſtatim euacuatos tenebris, lumine veritatis impleuit. Exultant parentes, miraculo populus contremiſcit. Poſt quam diem ita ex animis hominum perſuaſio iniqua deleta eſt, vt Sacerdotum doctrinam ſilentibus deſideriis ſectarentur. Alteram ſancti Germani profectionem in Britanniam collocat Sigebertus anno pòſt duodecimo, ſiue anno Chriſti quadringenteſimo quadrageſimoprimo. *Ex Britanniis nunciatur*, inquit Conſtantius, *Pelagianam peruerſitatem iteratò paucis authoribus dilatari. Rursúmque ad beatiſſimum Germanum preces omnium deferuntur, vt cauſam Dei, quam prius obtinuerat, tutaretur. Quorum petitioni feſtinus occurrit, dum & laboribus delectatur, & Chriſto ſe gratanter impendit.* Itineri ſe dedit, *adiuncto Seuero Epiſcopo, totius ſanctitatis viro, qui tunc Treueris ordinatus Epiſcopus Gentibus primæ Germaniæ verbum vitæ prædicabat.* Hic Seuerus in Tabulis Eccleſiaſticis colitur Idibus Octobris. Inter beati Lupi Trecenſis Epiſcopi diſcipulos annumeratur in eiuſdem ſancti Lupi vita. Fuit Metropolita primæ Belgicæ, necnon vtriuſque Germaniæ. Tres hæ Prouinciæ ſingulos antiquitus habuerunt Metropolitas, prima Belgica Treuirenſem, prima Germania Moguntinum, Agrippinenſem ſeu Colonienſem Germania ſecunda. Per vtramque poſteà Germaniam ius Metropoliticum exercuit Epiſcopus Agrippinenſis. Deinde, cùm Colonia laborauit interpontificio, vtraque Germania vicino Metropolitæ Treuirenſi attributa eſt. En ratio, cur ſanctus Seuerus extra Belgicam primam profectus legitur, vt Gentibus Germaniæ primæ verbum vitæ prædicaret. Vtraque Germania Treuirenſi Metropolitæ ſubiacuit vſque ad ætatem Clodouei Magni, quo regnante Vormacienſis Antiſtes factus eſt vtriuſque Germaniæ Metropolita. Varias haſce Metropolitanarum Sedium viciſſitudines, quas expertæ ſunt ambæ Germaniæ, non omiſimus Tomo primo. Dignitatem Metropolitanam, vt ſuis locis dicemus, octauo ſeculo recuperarunt Moguntia & Colonia. Sancti Germanus & Seuerus in Britanniam felici nauigio peruenerunt. Res ab iis illic præclarè geſtas ſic exponit Conſtantius. *Siniſtri ſpiritus peruolantes per totam inſulam Germanum venire inuitis vaticinationibus nunciabant, intantum vt Elaphius quidam, regionis illius primus, in occurſum Sanctorum ſine vlla manifeſtis nuncij relatione properauerit, exhibens ſecum filium, quem in ipſo flore adoleſcentiæ debilitas dolenda damnauerat. Erat enim areſcentibus neruis contracto poplite, cui per ſiccitatem cruris vſus negabatur veſtigij. Hunc Elaphium prouincia tota ſubſequitur. Veniunt Sacerdotes, occurrit inſcia multitudo, confeſtim benedictio & ſermonis diuini doctrina profunditur. Recognoſcit populum in ea, quam reliquerat, credulitate durantem. Intelligunt culpam eſſe paucorum, inquirunt authores, inuentóſque condemnant. Cùm ſubitò Elaphius manibus aduoluitur Sacerdotum, offerens filium, cuius neceſſitatem ætas & debilitas, etiam ſine precibus allegabant. Fit communis omnium dolor, præcipuè Sacerdotum, qui conceptam miſericordiam ad diuinam clementiam contulerunt. Statímque adoleſcentem beatus Ger-*

AN. CH. 563. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 2.

manus ſedere compulit, attrectat poplitem debilitate curuatum, & per tota infirmitatis ſpatia medicabilis dextra percurrit. Salubrem tactum ſanitas feſtina ſubſequitur, ariditas ſuccum, nerui officia receperunt, & in conſpectu omnium filio incolumitas, patri filius reformatur. Implentur populi ſtupore miraculi, & in pectoribus omnium fides Catholica firmabatur. Prædicatio deinde ad plebem de præuaricationis emendatione conuertitur, omniúmque ſententiâ prauitatis authores expulſi ab inſula, Sacerdotibus adducuntur, ad mediterranea deferendi, vt & regio abſolutione, & illi emendatione fruerentur. Quod & intantum ſalubriter factum eſt, vt in illis locis etiam nunc fides intemerata perduret.

XII. HILARII PICTAVIENS.

XII. Sanctus Hilarius Pictauienſis Epiſcopus Sanctis Martino & Germano vetuſtior ipſum Sanctum Martinum erudiit, & teſte Sancto Hieronymo in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis *mortuus eſt Pictauis* *, *Valentiniano & Valente regnantibus.* Exilium aliáque multa paſſus eſt ab Arianis, quorum peſtifera dogmata non ſermone tantùm ſed etiam ſcripto confutauit. Diuturnum, quod geſſit, bellum in eius vita ſic enarrat Fortunatus. *Conſtantij Imperatoris tempore, cùm Ariana hæreſis venenata de radice flore toxico pullularet, tunc vir ſanctiſſimus timore nudus, fidei feruore veſtitus, quaſi ſignifer belligerator per medias acies inter hoſtiles fremitus, inter hoſtiles gladios ſe ingerebat, Chriſti caritate ſecurus, nihil de ſua morte formidans, illud ſolùm metuens, ne præiudicium religioni, quod abſit, illatum præualeret. Hinc à Valente & Vrſatio Epiſcopis, qui prauâ credulitate Eccleſiam Dei turbare pertinaciter inſiſtebant, Imperatori perſuaſum eſt, vt virum eruditiſſimum, de quo loquimur, & Dionyſium Mediolanenſem, & Euſebium Vercellenſem* * *exilio condemnaret. Nihil enim poterat ante inſuperabilem ſancti Hilarij facundiam hæreticus obtinere. Sperabat enim hoſtis fidei, aliquas ſe nebulas ſplendori Catholico poſſe prætendere, ſi retruſus exilio vir talis à certamine defuiſſet, quoniam ſi quis peruerſus voluit cum illo conſtigere, ac ſi mutus & claudus, nec verba poterat proferre, nec reſponſionibus currere, ſed quaſi natans in pelago, ante fluctum eius eloquentiæ mergebatur. Itaque in Phrygiam, Aſiæ regionem, miſſus exilio, ad augmentum virtutis gratias egit, quia quantùm pro nomine Chriſti longiùs diſcedebat, tantùm merebatur fieri vicinior cælo.* Et paulò inferiùs. *Cùm toto Orbe Arianæ hæreſis peruerſitas pullularet, dato generaliter Imperatoris Edicto iuſſum eſt, vt omnes Orientales Epiſcopi apud Seleuciam Iſauriæ oppidum conuenirent, diſceptaturi quid ſentirent de fidei veritate. Tunc inter reliquos, quarto iam exilij anno, de Phrygia ſanctus Hilarius in prædictum locum, datâ ſibi pergendi euectione, ad Synodum venire compellitur. Qui, quoddam caſtellum dum adiſſet, die Dominico ingreſſus eſt templum, móxque Florentia puella gentilis, irrumpens multitudinem populi, voce magnâ ſeruum Dei illuc adueniſſe teſtata eſt, & ad pedes eius accurrens non ceſſauit petere, niſi ſignum Crucis ab ipſo ſibi fieri fideliter impetraſſet. Quam Florentius pater ſecutus & cuncta familia in nomine Domini meruerunt pariter baptizari. Quæ Florentia, relictis parentibus, veſtigiis eius inhærens, vſque Pictauos perducta eſt. Patrem verò ſe habere, non à quo generata eſt, ſed per quem regenerata eſt, prædicabat. Cúmque Seleuciam perueniſſet, magno feruore à cunctis exceptus eſt, eò quòd diuina miſericordia talem prudentiſſimum virum, & ſingulari eruditione compertum, in ſpectaculum mundi produxerit, vbi erat de fide cenſendum. Hinc poſt examinationem agnitis hoſtibus & oppreſſis, decretis in ſcripto conditis, proſpera gerens Synodi ad Imperatorem dirigitur Legatio, cum qua perrexit ſanctus Hilarius, quamuis ei non fuiſſet iniunctum, metuens ne adhuc contra religionis dogmata reſpiraret damnata perfidia. Sed differere longum eſt, qualiter in Ariminenſi Synodo compoſitâ mentione, aliud ex alio referens fraus hæretica, ſerpentino lapſu ſubrepſerit, & quomodò poſteà Legatis Seleucienſibus per Imperatoris iniquitatem ipſa eſt illata calumnia. Quod athleta Chriſti beatus Hilarius agnoſcens, grauiter dolet apud Ariminum diaboli præualuiſſe mendacium, intantùm vt & Orientales partes ſimiliter compoſito prauitatis fuco inficeret. Imperatori autem tribus libellis oblatis, preces effudit, vt in eius conſpectu collectis aduerſariis eſſet ei contra hæreticos diſceptandi de religione licentia, ne veritatem falſitas obumbraret, ne ini-*

* Potiers.

* de Vercel.

quitas æquitati prævaleret, ne Imperator Deo reſiſteret, ne fidei perfidia rebellaret. AN. CH.
Vnde Valens & Vrſatius, conſcientiæ reatu perterriti, quoniam ſi daretur facultas 563.
certandi, mox ſe recognoſcebant Hilarij contentione proſterni, ſollicitant Imperatoris CHARIB.
animum, iam magna ex parte captiuum, vt ipſum Dei virum redire ad Gallias per- GVNTCH.
urgeret, dicentes, illo præſente hæretica non poſſe machinamenta proficere. Quo CHILPER.
obtentu, ad Gallias compulſus reuertitur, putans ampliùs ſe pati exilium, quod SIGIB.
illis perturbationem Eccleſiæ relinquebat, termino diſceptationis non conſecuto, &c. RR. 2.
Sed hunc ipſum diuino nutu tum ſeruatum teſtificor, pro correctione multorum. Nam penè totum mundum graui errore confuſum, factis ſæpiùs in Gallia Synodis, per Hilarium fuiſſe ad viam veritatis adductum, confitetur lingua multorum. Vrſacius & Valens Epiſcopi, quos Hilarius aliique Orthodoxi potentiſſimos apud Imperatorem hoſtes experti ſunt, Pontificatum geſſerunt, ille Singiduni * ſeu Singidoni in Myſia, hic Murſæ * ſeu Murſiæ in Pannonia. Vnde apud Sanctum Athanaſium [a] inter Principes Arianorum nominantur *Vrſacius à Singidono Myſiæ & Valens à Murſis Pannoniæ*, οὐρσάκιος ὁ ἀπὸ σιγγιδόνου τῆς μυσίας, οὐάλης ἀπὸ μουρσῶν τῆς παννονίας, & apud Seuerum [b] *à Singiduno Vrſatius, Valens à Murſa*. Vitæ S. Hilarij librum alterum de miraculis ſubiicit Fortunatus, ſed initio fatetur ignota ſibi eſſe multa, quæ piam illius mortem aut præceſſerunt aut proximè ſubſecuta ſunt, quapropter ea tantùm commemorat, quæ vel à teſtibus audiri potuerunt, vel in ore ſunt adhuc plurimorum teſtium. Ex omnibus ſeligemus vnum aduersùs Arianos adeò recens, vt Chlotſindæ ab auia Clotilde ſæpè narratum exiſtimemus. *Clodoueus Rex dum contra hæreticam gentem pugnaturus armatas haberet acies, mediâ nocte meruit de Baſilica beati viri lumen ſuper ſe veniens adſpicere, admonitus etiam vt feſtinanter ſed non ſine venerabilis loci oratione aduersùs hoſtes conflictaturus deſcenderet. Quod ille diligenter obſeruans & orationi occurrens, tantâ proſperitate, altero pro ſe pugnaturo, proceſſit ad bellum, vt intra horam diei tertiam vltra humana vota ſortiretur à Domino victoriam. Vbi multitudo occiſorum cadauerum colles ex ſe viſa ſit montium erexiſſe. Ecce terribiliter formidanda prodigia, & delectabiliter amplectenda miracula! Parum illi fuit pro ſolatio Regis, ſignum oſtendere luminis, niſi apertè monitus addidiſſet & vocis. Simile quoddam contigit Iſraëlitica gentis tempore, huius cauſâ virtutis. Nam ibi columna ignis populum præceſſerat, hic figura lampadis admonebat. Vellem noſſe, quod fuerit tanti ardoris ſecretum myſterium, tam manifeſtè probatum. Sed quantùm ipſo inſpirante videor agnoſcere, non tacebo. Nam contra hæreticas acies, ſicut olim in corpore, non ceſſauit ſpiritu dimicare, ita credebat ſibi contra Alaricum Arianum iterum bellandi redire conſtantiam. Quanta fuit illi ſemper pro cultu Catholicæ religionis auiditas, cùm in requie poſito, adhuc ſollicitudinis non deſit vbertas? Nam qui tunc in Synodo ad confundendum hoſtem verba fidelia protulit, hic in campo arma tractauit victoria.* Fortunatus vitam ſancti Hilarij, *Domino ſancto & meritis beatiſſimo Patri, Paſcentio Papæ*; miracula, *Domino ſancto & meritis beatiſſimo Patri, Paſcentio Papæ, & in Chriſto florigerâ perenniter caritate vernantibus Eccleſiæ Pictauenſis habitatoribus*, inſcripſit. Regnante Chariberto, cui Pictauium paruit, Epiſcopatum Pictauienſem ſuſcepit Paſcentius, quem Fortunatus Papam, id eſt, Epiſcopum, appellat, & exeunte anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo, quo Charibertus vitam clauſit, in eadem Pictauienſi Cathedra ſedebat Maroueus in Paſcentij nuper mortui locum ſubrogatus. Hinc patet opus illud à Fortunato priùs editum fuiſſe, quàm Gregorius Turonenſis de miraculo ſuprà recitato hæc in Hiſtoria Eccleſiaſtica Francorum [c] publicarit. *Veniente Rege*, Clodoueo, *apud Pictauos, dum in tentoriis commoraretur, pharus ignea de Baſilica ſancti Hilarij egreſſa, viſa eſt ei tanquam ſuper ſe aduenire, ſcilicet vt lumine Beati Confeſſoris adiutus Hilarij, liberiùs hæreticas acies, contra quas ſæpè iſdem Sacerdos pro fide conflixerat, debellaret.*

XIII. LVPI TRECENSIS.

Sanctus Lupus Trecenſem Pontificatum iniit anno Chriſti quadringenteſi-

* Zenderin.
* Simlero. Marouitza.
[a] Apolog. 2. contra Arian.
[b] Lib. 2.
[c] Lib. 2. c. 37.

AN. CH 563.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 2.

mo viceſimo-ſeptimo, vitámque clauſit anno Chriſti quadringenteſimo ſeptuageſimo-nono, cùm Epiſcopatum per annos duos & quinquaginta tenuiſſet. Hæc Tumo primo fusè probata ſunt. Anno Chriſti quadringenteſimo viceſimo nono, vt Pelagianam hæreſim reprimeret, in Britanniam cum beato Germano Autiſſiodorenſi Pontifice profectus eſt. Res illic ab vtroque præclarè geſtas, diſputationes cum aduerſariis ſuſceptas, inſigniáque miracula iam narrauimus ex Conſtantio, qui vitam ſancti Germani poſt aliquot annos in literas retulit. Eadem in vita ſancti Lupi [a] ſic commemorantur. *Exacto in* Pontificatu *bienny ſpatio, cùm eſſet pollens ingenio, clarus eloquio, ſanctitate præcipuus, ſancto Germano totius perfectionis & gratiæ ſpiritalis pleno, contra hæreſim Pelagianam, quæ ſanam oppugnabat fidem, in Britanniam profectus eſt. Qui vno ſpiritu iuncti & pari voluntate concordes, terribiles Oceani fluctus, temporibus hybernis, inexplorato mari ſe committentes, orationum gubernaculis mitigarunt. Inter ipſas autem vndarum minas cùm ad tutam ſtationem appuliſſent, crebris virtutum ſignis, aduentùs ſui nuncios præmittebant. Ad vrbis enim cuiuſdam mænia vt propinquarunt, omnes ſe illis obuiam effudere, quibus ipſi admirandis ſignis admirationi fuerant. Erant verò ſine intermiſſione intenti ad capiendos homines, eâque causâ ægris curationes adhibebant, ſpiritus immundos palàm ex obſeſſis eiiciebant. Denique omnes ad ſanæ fidei confeſſionem ab errore reuocarunt, cùm iam totam ferè Britanniam Pelagiana peſtis occupaſſet.*

[a] Apud Sur. d. 29. Iul.

XIV.
REMIGII REMENSIS.

Sanctus Remigius Remenſis Epiſcopus *ſeptuaginta aut eo ampliùs in Epiſcopatu annos explenit*, vt Gregorius Turonenſis [b] ſcribit, obiitque anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-tertio, vt probauimus ſuo loco. Triumphum de hæretico Arriano retulit in Synodo, cuius ita meminit Hincmarus in eius vita. *Synodo Arrianus quidam hæreticus, acerrimus diſputator & dialecticis propoſitionibus ac concluſionibus confiſus, & inde nimis elatus intererat. Ingrediente autem Remigio Epiſcoporum Concilium, à multitudine fratrum expectantium, aſſurgentibus omnibus, reuerenter ſicut Angelus Dei ſuſcipitur, ſuperbus autem hæreticus & malè de viro Dei ſentiens dedignatus eſt ei aſſurgere. Qui protinus cùm ſanctus Remigius ante eum tranſiit, ita obmutuit, vt nec verbum quidem vllum effari potuerit. Expectantibus autem omnibus, vt poſt allocutionem ſancti Remigy hæreticus ille aliquid diceret, nihil potuit loqui, ſed ad veſtigia ſancti Remigy pronus cadens nutibus veniam petiit. Cui ſanctus Remigius dixit. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, veri filij Dei viui, ſi ita de eo rectè ſentis, loquere, & de illo, ſicut Catholica credit Eccleſia, crede & confitere. Ad cuius vocem antè ſuperbus hæreticus, humilis iam & Catholicus, Catholicam fidem de ſancta & inſeparali Trinitate, & de Chriſti incarnatione Catholicè confeſſus eſt, & in eadem confeſſionis ſuæ fide ſe permanſurum profeſſus eſt. Sicque animâ per infidelitatem perdito, & corporali voce propter ſuperbiam condemnato, virtute diuinâ ſanctus Remigius & animæ & corporis reddidit ſanitatem.*

[b] De glor. Confc. c. 9.

XV.
MEDARDI NOVIOM.

Sanctus Medardus Epiſcopatum Viromandenſem adeptus eſt anno Chriſti quingenteſimo triceſimo, Epiſcopalem Sedem tranſtulit Nouiomum anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-primo, factus eſt etiam Epiſcopus Tornacenſis anno Chriſti quingenteſimo triceſimo ſecundo, obiitque anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-quinto. Hæc fusè probauimus ſuis locis. Erant tunc intra fines Tornacenſis Diœceſeos multi multarúmque ſectarum hæretici, de quibus hæc leguntur in vita S. Eleutherij [c]. *Quidam hæretici quaſdam propriæ hæreſeos nouitates præferebant, & prædicationem veritatis deſtruere conabantur, audentes myſterium diuinæ diſpenſationis corrumpere, & negantes paranymphum cœleſtem partum Virginis nunciaſſe. Alij autem hæretici confuſionem inducentes, & vnam carnis & Deitatis naturam eſſe malè componentes, diuulgabant tali confuſione diuinam naturam Vnigeniti paſſibilem, & purum hominem eſſe, qui ex beatiſſima Virgine Maria natus eſt, impudenter aſſerebant. Aly verò Spiritui ſancto aduerſabantur.* Ab eiuſmodi hominibus cæſus interiit beatus Eleutherius, cui ſanctus Medardus in Epiſcopatum Tornacenſem annò Chriſti quingenteſimo

[c] Apud Bolland. d. 20. Febr.

AN. CH. 563.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 2.

teſimo triceſimo-ſecundo proximè ſucceſſit. Hic cùm eodem zelo, quo deceſſor, ad profligandas hæreſes moueretur, grauiſſimas iniurias ac plagas pertulit, quas Auctor vitæ ſic perſtringit [a]. *Quot & quanta in regione illa opprobria, quot & quantas perpeſſus ſit iniurias, quoties comminationibus iniuriatus fuerit Tornacenſium, quoties pro inceſſabili prædicatione adiudicatus fuerit ad ſupplicium, licèt nos lateat, Deo tamen ſoli manifeſtum eſſe, nulli eſt ambiguum.*

[a] Apud Sur. d. 8. Iun.

XVI.

Nicetius igitur Treuirenſis Epiſcopus ſuis ad Chlotſindam literis, quas ſuprà recitauimus, iure Longobardos hortatur ad iter in Franciam ſuſcipiendum, vt ipſi teſtes oculari fiant inſignium miraculorum, quæ Deus operatur ad tumulos ſanctiſſimorum Præſulum, Hilarij, Martini, Germani, Lupi, Remigij & Medardi, qui Catholicam fidem aduersùs Arianos alióſque ſuorum temporum hæreticos ſtrenuè propugnarunt. Sunt & in hac enumeratione duæ res obſeruandæ. Nicetius Epiſcopos eligit ex ſingulis Galliarum partibus; Hilarium Pictauienſem ex Gallia Aquitanica; Martinum Turonenſem, Germanum Autiſſiodorenſem & Lupum Trecenſem ex Gallia Celtica; Remigium Remenſem & Medardum Nouiomenſem * ex Gallia Belgica. Deinde quia ſeculo ſexto ſcribit, & hæreſim Arianam, quæ quarto ſeculo pullulare cœpit, ſuis literis impugnat, recenſet Epiſcopos, quorum primi quarto ſeculo, medij quinto, poſtremi ſexto migrarunt ex hac vita, quarto Hilarius Pictauienſis & Martinus Turonenſis, quinto Germanus Autiſſiodorenſis & Lupus Trecenſis, ſexto Remigius Remenſis & Medardus Nouiomenſis, inſinuárque Remigium & Medardum Chrotſindæ non incognitos fuiſſe. *Quid*, inquit, *de Domino Remigio & de Domino Medardo Epiſcopis, quos tu, credo, vidiſti?* Super ſancto Medardo nulla eſt difficultas, vixit enim ſanctus Medardus in ditionibus Clotarianis, & ad annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum quintum peruenit. Dubium eſſe poteſt de ſancto Remigio, quia Pontificatum in Regno Theodorici geſſit, obiitque anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-tertio. Tamen quia Chlotſinda, quam Gregorius Turonenſis [b] filiam Ingundis fuiſſe ſcribit, priùs naſci potuit quàm Clotarius Aregundem ſibi ſociaret, educatáque eſt ab auia Clotilde, vt hæc Nicetij ad ipſam Chlotſindam verba ſatis indicant, *audiſti ab auia tua bonæ memoriæ Rodhilde*, ſanctum Remigium, cùm Clotildem Reginam adibat, à Chlotſinda tunc infantula viſum quoque putamus.

* de Noyon.

[b] Lib. 4. c. 3.

XVII.

Alboinus Rex Longobardorum, quandiu vixit, manſit in hæreſi. Maximà nihilominùs laude dignus eſt Nicetius Epiſcopus, qui Chlotſindam Longobardorum Reginam per literas hortatus eſt, vt ſuis ſermonibus eundem Alboinum coniugem ſuum Arianum erudiret, talémque de illo triumphum ſe relaturam ſperaret, qualem olim Clotildis eius auia de marito ſuo Clodoueo Rege Francorum idololatra reportarat.

AN. CH. ſ64.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 3.

ANNVS
CHRISTI ſ64.
CHARIBERTI R. 3.
GVNTHCRAMNI R. 3.
CHILPERICI R. 3.
SIGIBERTI R. 3.
INDICTIO 12.

I. ANNVS Chriſti quingenteſimus ſexageſimus-quartus, qui notatur in Faſtis poſt Baſilij Conſulatum viceſimus-tertius, conſignatur Indictione duodecimâ, numeratúrque poſt Clotarij mortem tertius, quo Sigebertus in ſuoChronico teſtatur Hunnos, qui prouincias Francorum depopulati fuerant, à Sigiberto Rege in Turingiâ deuictos fuiſſe. Bellum Hunnicum, quod per aliquot annos geſtum eſt, tali clauſum fuit exitu, interim Chilpericus ditiones Sigiberti fratris ingreſſus eſt, ſed ei cis Rhenum reuerſo pœnas dedit. *Chuni Gallias adpetunt*, inquit Gregorius Turonenſis [a], *contra quos Sigibertus dirigit, & geſtum contra eos bellum* *, *vicit atque fugauit. Sed poſteà Rex eorum amicitias cum eodem per Legatos meruit. Cùm autem cum eis eſſet, turbatus eſt Sigibertus, Chilpericus frater eius Remus peruadit, & alias ciuitates quæ ad eum pertinebant, abſtulit. Ex hoc enim inter eos (quod peius eſt) bellum ciuile ſurrexit. Rediens autem Sigibertus victor à Chunis, Sueßionas ciuitatem occupat, ibíque inuentum Theodobertum, Chilperici Regis filium, adprehendit, & in exilio tranſmittit.* Iiſdem circiter temporibus Mercatrudis cùm filium ex Guntebramno Rege ſuſcepiſſet, Gundobadum priuignum, quem Guntebramnus Aureliæ nutriri præceperat, veneno potauit, & filium ſuum paulò pòſt amiſit iuſto Dei iudicio. Quâ de re ſic idem Gregorius [b]. *Guntchramnus Gundobadum filium ſuum Aurelianis tranſmiſit. Æmula autem Mercatrudis, poſthabitum filium, in huius morte graſſatur, tranſmiſſum* *, *vt aiunt, venenum in potum, occidit. Quo mortuo, ipſa iudicio Dei filium quem habebat perdidit.* Charibertus Rex filium, *qui vt proceßit ex aluo, protinus delatus eſt ad ſepulchrum*, ex Theodegilde ſuſcepit, cúmque Ingobergam, Merofledem & Theodegildem ſibi iam ſociaſſet, ſuperinduxit & Marcoueſam, quæ ſoror erat Merofledis, & religioſam veſtem induerat, vt idem Gregorius teſtatur [c].

[a] Lib. 4. c. 22.
* id eſt, *geſto bello.*
BELLVM CIVILE.
[b] Lib. 4. c. 25.
* id eſt, *tranſmiſſo veneno.*
[c] Lib. 4. c. 26.

II. Samſon Epiſcopus Dolenſis obiit hoc anno, quinto Kalendas Auguſti. Dies notatur in Tabulis Eccleſiaſticis. Annus liquidò colligitur ex Alberto de Monte Relaxo, ſi duo vera ſunt quæ leguntur apud illum Authorem de ſancto Maglorio; primum in catalogo Dolenſium Antiſtitum, quòd ſanctus Maglorius Epiſcopatum Dolenſem * poſt ſanctum Samſonem integro triennio non tenuit; alterum in vita ſancti Guruali, quòd ſanctus Maglorius Epiſcopatu ſe nondum abdicarat cùm ſanctus Gurualus qui poſt ſanctum Machutem in Aletenſi Pontificatu ſedit, ordinatus eſt Epiſcopus. Hæc enim pro certis haberi non poſſunt, quin ſancti Samſonis ad Deum tranſitus hoc anno referatur, quia ſanctum Machutem anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimoquinto, die decimâ-quintâ Nouembris, ex hac vita ſublatum conſtat, & ſanctus Gurualus ad quem Legatio poſt ſancti Machutis mortem ab Aletenſibus

OBITVS SAMSONIS EPISC. DOLENS.
* *de Dol.*

AN. CH. 564.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

directa eſt, ex Britannia in Armoricam tranſire non potuit ante annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſextum, qui Maglorij Pontificis anno ſecundo ac poſtremo cohærebit. Sanctus Samſon vixit annos vndeſeptuaginta, Boſcius obſeruat *corpuſculum in Monaſterio Doli Penetali* *, *ſub ſpe futuræ reſurrectionis poſitum.* Vnde error dimanarit, vt annos ætatis centum ac viginti tranſegiſſe crederetur, exponemus anno ſequenti in obitu ſancti Machutis. Maglorius ſancti Samſonis ſobrinus, ex Abbate factus eſt Dolenſis Epiſcopus, prout ſanctus Samſon futurum prædixerat. Lege illius vitam apud Albertum de Monte * Relaxo, vndecimo Kalendas Nouembris.

* *Peneti.*
* *de Morlaix.*

Romanus Altiſſiodorenſis Epiſcopus, cùm ſediſſet [a] annos tres, dies quindecim, obiit pridie Nonas Octobris, quo die ſolemnis eſt eius memoria. Confeſſor prædicatur in Martyrologio Gallicano, Martyr in Romano & in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium. III.

[a] Democh. de Miſſ. ſacrif. cap. 19.
ROMANI EP. AVTISIOD.

Circa illa tempora, neque enim certus annus deſignatur, Pientius Epiſcopus Pictauienſis *obiit apud Metulum* * *Diœceſim luſtrando*, vt in eius encomio Ioannes Beſlius obſeruauit. Quid autem ſecutum ſit, Gregorius Turonenſis [b] ita proſequitur. *Cùm Pientius Epiſcopus ab hac luce migraſſet apud Pariſius ciuitatem, Paſcentius qui tunc Abbas erat Baſilica ſancti Hilarij, ei ſuccedit ex iuſſu Regis Chariberthi, clamante Auſtrapio ſibi hunc redhiberi locum. Sed parum ei iactati profuere ſermones. Ipſe quoque regreſſus ad caſtrum ſuum* Sellenſe, vbi regnante Clotario conſtitutus fuerat Epiſcopus, *motâ ſuper ſe Theifalorum* * *ſeditione, quos ſæpe grauauerat, lanceâ ſauciatus crudeliter vitam finiuit. Diœceſes verò ſuas*, id eſt, parochias ſuas, *Eccleſia Pictaua recepit.* Colitur ſanctus Pientius * in Litaniis Pictonicis tertio Idus Martias. IV.

* *Melle.*
[b] Lib. 4. c. 18.
PIENTII EPISC. PICTAV.
* *Tiffauges.*
* *S. Pien.*

Circa hæc etiam tempora obiit Theodechildis Regina, Clodouei Magni filia, cùm annos vixiſſet ſeptuaginta quinque, naſci enim potuit circa annum Chriſti quadringenteſimum octogeſimum-nonum. V.

THEODECHILDIS REGINÆ.

Fortunatus libro quarto [c] condit epitaphium Theodechildis Reginæ, & libro ſexto [d] carmen habet de Theodechilde Regina. Ex illo Authore contendimus duas floruiſſe Theodechildes, quarum ſenior amita iunioris extiterit. VI.

[c] Carm. 25.
[d] Carm. 5.

Theodechildis ſenior, cuius epitaphium apud Fortunatum legitur, vixit annos ſeptuaginta quinque, fratrem, maritum, patrem, auum ac proauos habuit regiâ dignitate pollentes, vt ex his verſibus conſtat. VII.

Ter quino luſtro vixit in orbe decem.
Cui frater, genitor, coniux, auus, atque priores,
Culmine ſucciduo regius ordo fuit.

Hæc optimè conueniunt Theodechildi Clodouei Magni filiæ, quæ Regi tranſrhenano nupta, non ſolùm vxor illius Regis, ſed & filia, neptis, proneptis & abneptis, imò & ſoror Regum Francorum dici meruit. Obſeruauimus Clodoueo natam ex priori coniuge, quapropter etſi quatuor fratres Regio titulo illuſtres habuerit, vnius tamen meminit Fortunatus innuens Theodoricum ex eodem toro prognatum. Tota difficultas eſt de coniugio Theodechildis, nam cetera, quæ pertinent ad illius genus, ſatis nota ſunt. VIII.

Apud Procopium, filia Regis Francorum, quam Græcus ille Scriptor ſororem Theudiberti ſeu Theodoberti Francorum Regis, τὴν Θευδιβέρτου ἀδελφὴν τῶν Φράγγων ἄρχοντος, vocat, nubit Hermegiſclo Varnorum Regi tranſrhenano, deinde alteras nuptias cum Radigere prædicti Regis Hermegiſcli filio atque hærede contrahit. Illam arbitramur Theodechildem eſſe, de qua nunc inquirimus, neque nos multùm mouet, quòd ſoror non autem amita Theodoberti dicatur, nam capite viceſimo libri quarti de bello Gothico, vbi de prænominata Regina ſermo fit, non pauca ſunt corrigenda. Textus Auctoris Latinâ linguâ ſic donatur à Claudio Maltreto. *Trans fluuium Iſtrum habitant Varni, pertinéntque ad Oceanum vſque Borealem, & Rhenum am-* IX.

PROCOPIVS EXAMINATVR.

AN CH. 564. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

nem, qui ipſos ac Francos aliáſque vicinas Gentes diſterminat. Quicumque olim vtramque Rheni ripam accolebant, propriis ſingulis gaudebant nominibus. Earum nationum vna nominatur Germanorum vocabulo, omnibus quondam communi. Brittia autem Inſula in hoc Oceano ſita eſt, haud ampliùs CC. *ſtadiis procul à littore contra ipſa Rheni oſtia, inter Brittanniam ac Thulen Inſulam. Etenim Brittannia ad Solem occidentem poſita, quà extremam Hiſpaniam ſpectat, à continente ſtadia circiter quatuor millia diſtat. Brittia vltimis obiacet Galliæ partibus, quæ ad Oceanum vergunt, à latere ſcilicet Aquilonari Hiſpaniæ Brittanniæque. Thule, quantùm mortales compertum habent, ad extremum Oceanum Septemtrionalem ſummota eſt. Sed de Brittannia ac Thule in ſuperioribus libris diſſerui. Porrò Brittiam Inſulam nationes tres numeroſiſſimæ, ſuo quæque ſub Rege habitant, Angli, Friſones, cognominéſque Inſulæ Brittones. Tanta eſt hominum multitudo, vt inde ſingulis annis non pauci cum vxoribus liberíſque migrent ad Francos, qui in ſuæ ditionis ſolo, quod deſertius videtur, ſedes illis aſcribunt; ex quo fieri dicitur, vt ſibi quoddam ius in Inſulam arrogent. Certè Francorum Rex non ita pridem, cùm nonnullos ex intimis Byzantium Legatos ad Iuſtinianum Auguſtum mitteret, Anglos illis adiunxerat, ambitioſè oſtendens ſe huic etiam Inſulæ dominari. Hactenus de Inſula Brittia. Haud multò antè Varnis imperauerat Hermegiſclus. Is regnum firmare ſatagens, Theodeberti Francorum Regis ſororem matrimonio ſibi iunxerat, recèns mortuâ priore coniuge, vnici parente filij, cui nomen Radiger. Hunc pater ſibi relictum deſpondit puellæ virgini, natione Brittiæ, cuius frater tunc temporis Rex Anglorum erat, & ſponſaliorum nomine grandem ei pecuniam dedit. Aliquando cum Varnorum primoribus in agro equitans, volucrem quamdam arbori inſidentem & importuniùs crocitantem vidit. Tum ſiue cantum alitis intelligeret, ſiue alius eiuſpiam rei apprimè conſcius, auis omen ſibi cognitum mentiretur, illicò dixit adſtantibus, ſe, quadrageſimo pòſt die, fato ceſſurum, id enim ſibi auis augurio ſignificari. Dein hæc ſubdit. [Equidem prouidentiam eò contuli, vt in otio tutiſſimo viueretis, ideóque cum Francis affinitatem contraxi, petitâ mihi ductâque inde vxore, & filio meo ſponſam Brittiam dedi. Iam verò, quando me breui moriturum intelligo, nec virilem nec fœmineam prolem vllam ſuſcepi ex iſta coniuge, necdum etiam nuptiis alligatus eſt filius meus, agite quod impertio vobis conſilium, audite, ac ſi vtile indicabitu, vos, ſimul ac de vita deceſſero, fœliciter id confirmate ac perficite. Cenſeo igitur Varnorum rationibus magis conducere Francorum quàm Inſulanorum affinitatem. Commercium enim vobiſcum Brittij inire nequeunt, niſi ſerò ac difficulter. At Varnos inter & Francos nihil niſi fluuius hic Rhenus intereſt. Quare cùm in proximo ſint, ac plurimùm polleant, illis promptum eſt, benè nobis ac malè facere quando volent. Omnino autem infeſti erunt, niſi ipſos teneat coniunctio neceſſitudinis. Nam ita comparata eſt hominum natura, vt grauiter ferant finitimorum potentiam maiorem ſuâ, eáque ſit ad iniuriam inferendam paratiſſima, quippe vicinus opibus valèns belli cauſas facilè præbere poteſt confinibus innocentibus. Quæ cùm ita ſint, inſulana filij mei ſponſa remittite nuntium, & quidquid pecuniæ à nobis ſponſaliorum nomine illa accepit, ſeruare ſinite, ídque habere ſibi ignominiæ pretium, prout communis lex hominum iubet. Radiger autem filius nouercam ſu·m, quemadmodum nobis lex patria permittit, vxorem ducat.] Hæc locutus, quadrageſimo poſt prædictionem die morbo obiit. Hermegiſcli filius, regno Varnorum ſuſcepto, de ſententia Procerum Gentis illius barbaræ, conſilium demortui exequitur, & ſtatim repudiatâ ſponſâ, cum nouerca connubium init. Quæ cùm accepiſſet ſponſa Radigeris, non ferens rei indignitatem, ad dedecoris vlciſcendi cupiditatem exarſit. Tanti enim pudicitiam faciunt illi barbari, vt eam proſtituiſſe videatur fœmina, cui ſolum nomen pacti coniugy, non res ipſa contigerit. Ac primò per quoſdam ex familiaribus ſuis quos ad ipſum legauit, cauſam quæſiit cur fœdè abdicaretur, quæ nec paſſa ſtuprum eſſet, nec ſponſum vllâ re violaſſet. Quâ viâ cùm nihil proficeret, virilem induens animum, bellum parat. Mox igitur coactis nauibus* CCCC. *& in eas impoſitis bellatorum minimùm decem millibus, exercitum hunc duxit ipſa in Varnos, aſſumpto ad res ſecum adminiſtrandas fratrum vno, non Rege illo, ſed priua-*

to, &c. *Poſteaquàm appulere in continentem, Dux virgo ad ipſa Rheni oſtia ducto & communito vallo, ibi ſeſe cum paucis tenuit, eámque dedit fratri prouinciam, vt cæteras omnes copias in hoſtem educeret. Tum caſtra Varni metati erant non procul Oceani littore atque oſtiis Rheni, quò cùm Angli celeriter perueniſſent, conſerto prælio Varni magnâ vi profligantur, multíſque pugnando amiſſis reliqui omnes cum Rege fugiunt. Angli non longiùs, vt ferebat conditio peditum, eos inſecuti, in caſtra ſe receperunt. Virgo ad ſe reduces aſperè accipit, conuiciiſque acerbiſſimis fratrem proſcindit, affirmans ab exercitu nihil actum, quod eſſet opera pretium, cùm ſibi non adduxiſſent viuum Radigerem. Bellicoſiſſimorum delectu habito, confeſtim eos mittit, iubétque nihil non mouere vt hominem captum adducant. Illi dicto audientes, regionem ſedulò luſtrare omnem, donec in denſo nemore latensem Radigerem deprehenderunt, vinctúmque obtulerunt puellæ, ante cuius oculos ſtetit ille tremens expectatione imminentis mortis miſerrimæ. At ipſa præter ſpem nec ſupplicio capitali in eum animaduertit, nec durius quidquam ſtatuit, ſed factam ſibi iniuriam exprobrare ſatis habens, illum interrogat, quid cauſæ fuerit, cur ſolutis ſponſalibus fœminam alteram toro ſociauerit, idque cùm ſponſa vacaret probro? Ille factum excuſans, patris mandatum, Procerúmque inſtantiam cauſatur, enixè ſupplicat, ac defenſioni obſecrationes plurimas inſerit, culpam aſcribens neceſſitati, maritum eius, ſi modò velit, fore ſe pollicetur, & priora delicta conſequentibus officiis emendaturum. Aſſensâ his puellâ, exuitur vinclis Radiger, humaniſſiméque habetur. Mox remiſſâ Theodeberti ſorore, Brittiam ſibi copulat matrimonio. Hunc res exitum habuit. In ea Inſula Brittia murum longum veteres ædificarunt, qui partem eius magnam ab altera diuidit eò quòd ſolis cælíque affectiones cateráque omnia vtrobique diuerſa ſint.* Auctor illam differentiam fuſiùs exponit, additque famam eſſe eò deferri defunctorum animas. *Ferunt*, inquit, *mortuorum hominum animas eò loci deportari conſueuiſſe.* Nec omittit ea, quæ de tali rumore ab illarum partium incolis ſæpè audiuit. Denique totam narrationem de Brittia ſic abſoluit. *Hæc ibi indigenæ fieri produnt, ego verò ad res Libri proximè ſuperioris reuertor*, id eſt, ad res in Italia geſtas anno belli Gothici decimoſexto, Chriſti quingenteſimo quinquageſimo. Reſtat vt ſingulas partes examini ſubiiciamus.

Primò, Procopius Varnos ab Iſtro ad Oceanum vſque Borealem malè collocat, quia poſt Clodoueum Theodoricus, Theodobertus, Theodobaldus, alíique Reges Orientalis Franciæ, quorum Regia ſedes Remis aut Metis fuit, ampliſſimas Prouincias trans Rhenum inter Oceanum & Iſtrum poſſederunt. Varni ſeu Warni, quos Tacitus Varinos, Ptolemæus Virunos, Caſſiodorus Guarnos vocat, olim habitabant ad ſinum Codanum, id eſt, ad mare, quod hodie Balticum appellarut, & Germaniam à Suecia * diſterminat. Ad eundem ſinum Varnis occaſum versùs confines erant Angli. Vtroſque commemorat Tacitus in libello de ſitu, moribus & populis Germaniæ. Philippus Cluuerius [a] Varnis antiquos hoſce terminos ſtatuit; ab ortu Tullium *, & à confluente eius in Penium * lineam ad fontem Baritij, hinc verò ipſum Baritium * ad mare vſque Sueuicum ſeu Balticum; ab occaſu ſinum Viſſomarienſem * cum lacu Swerinenſi * & Stoeta * fluuio, qui apud oppidum Neoſtadium * in Plauam euoluitur; à meridie Plauam fluuium & lacum Munitium cum linea ad lacum vſque * Tullium; à ſeptentrione ſinum Codanum ſeu mare Sueuicum. His finibus includitur hodie pars Ducatûs Mekelburgienſis cum exigua portione Pomeraniæ inter amnes Reconitium * ac Baritium. Idem Auctor Anglis antiquos hoſce terminos attribuit; ab ortu Varnos de quorum confinio actum ſuprà; ab occaſu fluuios Billium & Chaluſum hodie Trauam, quorum ille in Albim hic in mare Sueuicum egeritur; à meridie Plauam * & Albim ad confluentem vſque Billij; à ſeptentrione mare Sueuicum. Hoc terrarum ſpatio circumſcribitur hodie pars occidua Ducatûs Mekelburgienſis cum parte Ducatûs Lauemburgienſis, dextræ Albis * ripæ adfixa. Veterum Varnorum nomen etiam X.

* la Suede.
[a] In ant. German. l. 3. c. 27.
* le Tollen.
* la Pene.
* la Bartze.
* de Wiſmar.
* de Swerin.
* la Stere.
* Neuſtat.
* Tollen-See.
* le Rekenitz.
* la Plaue.
* l'Elbe.

AN. CH. 564. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

nunc manet in flumine *Warne*, quod Roſtochium oppidum Ducatûs Mekelburgienſis adluit, ſeque in mare Balticum apud Warnemundam exonerat; item in oppido *Waren* ad Munirium * lacum ſito, quod haud dubiè apud Ptolemæum eſt τὸ τῶν Οὐιρουνῶν Οὐίρουνον, Virunorum Virunum, rectiùſque ex hodierna ſimul nuncupatione & antiquo Varinorum ſeu Varnorum nomine Varinum & Varnum appellari poteſt. A ſinu Codano ad Oceanum ſeceſſerunt Varni & Angli. Vt Varnorum ſic & Anglorum nomen variis modis effertur, nam qui Tacito Angli, Ptolemæo ſunt ἀγγειλοί, Procopio ἄγγιλοι. Horum vocabulum extat hodiéque integrum in ea regione, quæ vulgò vocatur *Angelen* & contractè *Anglen*, inter duo celebria Cimbricæ peninſulæ oppida Sleſwycum & Flenſburgum. Beda [a] regionem illam, è qua pòſt Angli tranſmigrarunt in Britanniam, ponit *inter Prouincias Vitarum & Saxonum*. Et apud Ethelwerdum Saxonem, *Anglia vetus ſita eſt inter Saxones & Giotos, habens oppidum capitale, quod ſermone Saxonico Sleſwic, ſecundùm verò Danos, Haithby*. Ceterùm Iutarum, qui corruptè per tranſpoſitionem primarum literarum in vulgaris exemplaribus Bedæ ſunt Vitæ, ſupereſt etiamnum nomen in hodierna Iutia *, quæ cohæret Germaniæ, regnique Danici pars eſt occidentalis. Iuris autem, Anglis & Saxonibus in Britanniam Inſulam profectis, poteſtas Varnorum inter Rhenum & Daniam ad littus Oceani multùm creuit. Angli cum Iutis & Saxonibus in Britanniam transfretarunt anno Chriſti circiter quadringenteſimo quadrageſimo-ſexto, vt alibi notauimus [b] ex Beda, cùm de Gilda Sapiente aduentu in Armoricam verba fecimus. Anno Chriſti quingenteſimo-ſeptimo, quo Clodoueus bellum aduersùs Alaricum Wiſigothorum Regem ſuſcepit, celebris erat Varnorum fama, quorum Regem Theodoricus Rex Oſtrogothorum per literas à nobis ſuo loco [c] deſcriptas ad partes Gothorum allicere conatus eſt, vt factâ multarum gentium contra Francos coniuratione cladem Alarico genero ſuo imminentem auerteret. Apud Procopium [d], Eruli, qui debellari ſuiſque ſedibus à Longobardis expulſi Thulen petunt, *vaſtam ſolitudinem permenſi ad Varnos perueniunt, poſteà tranſcurrunt Danos, exin ad Oceanum progreſſi nauigant, in Thulen Inſulam appellunt.* Hic textus confirmat Varnos Danis Auſtraliores fuiſſe. Stetit Varnorum regnum vſque ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimumquintum, quo gens illa penitus deleta eſt à Childeberto Francorum Rege, Clodouei Magni pronepote. Bucherius [e], ſuſpicatur veſtigia Warnorum in Hollandicis finitimiſque regionibus hodie ſupereſſe, *Waneſfelt* prope Zutphaniam, *Barneſelt* in Veluuia, *Woorn* Inſulas binas in Hollandiæ Zelandiæque confinibus, *Werne* ſuper Lupiam, & ſimilia. Atque hæc de Varnis, quos iure inficiamur ab Iſtro ad Oceanum vſque imperaſſe.

* Muntz-See.

[a] Lib. 1. c. 15.

* Le Iutland.

[b] Ad a. 520. n. 6.

[c] Ad a. 507. n. 7.

[d] Lib. 2. de bel. Goth. cap. 15.

[e] In Belgio Rom. lib. 15. cap. 1.

XI. Secundò, Procopius de duabus Inſulis, Brittannia videlicet & Brittia, multa ſcribit, ſed adeò confusè, vt, quamuis Britanniam & Hyberniam per illas Inſulas deſignare velit, neutri accommodare poſſis omnia quæ de alterutra narrat. Vt autem id meliùs noſcas, quid de ſingulis referat, attentè conſidera.

XII. Brittiam à Procopio pro Britannia, quæ Angliam & Scotiam hodie complectitur, ſumptam eſſe perſuadent, Inſulæ ſitus, incolæ, murúſque ibi conſtructus.

XIII. De Brittiæ ſitu ſic ille. *Brittia Inſula in hoc Oceano ſita eſt, haud ampliùs ducentis ſtadiis procul à littore, contra ipſa Rheni oſtia, inter Brittanniam ac Thulen Inſulam.* Βριττία δὲ ἡ νῆσος ἐπὶ τούτου μὲν τοῦ ὠκεανοῦ κεῖται, τῆς ἠϊόνος οὐ πολλῷ ἄποθεν, ἀλλ' ὅσον ἀπὸ σταδίων διακοσίων καταντικρὺ τῶν τοῦ Ῥήνου ἐκβολῶν μάλιστα, Βρεττανίας δὲ καὶ Θούλης τῆς νήσου μεταξὺ ἔστιν. Et paulò pòſt. *Brittia vltimis obiacet Galliæ partibus, quæ ad Oceanum vergunt, à latere ſcilicet Aquilonari Hiſpaniæ Brittanniæque.* Βριττία δὲ ἐς τῆς Γαλλίας τὰ ὄπισθεν, ἃ δὴ πρὸς ὠκεανὸν τετραμμένα, Ἱσπανίας δηλονότι καὶ Βρεττανίας πρὸς βορρᾶν ἄνεμον.

Hic Inſulæ ſitus non Hyberniæ conuenit, ſed Britanniæ, quæ per Oceanum AN. CH.
à Gallia ſic dirimitur, vt ex oppoſito ſit Galliæ Septentrionalis, ab eaque du- 564.
centis tantùm ſtadiis diſtet. An autem Britannia ſit ad Aquilonare latus Hy- CHARIB.
berniæ, mediâque inter ipſam Hyberniam & Thulen, vt Procopius ſuprà ci- GVNTCH.
tatus affirmat, inquiremus infrà.

De incolis Brittiæ ſic idem Auctor. *Brittiam Inſulam nationes tres numero-* CHILPER.
ſiſſimæ, ſuo quæque ſub Rege, habitant, Angli, Friſones, cognominéſque Inſulæ SIGIB.
Brittones. Βριττίαν δὲ τὴν νῆσον ἔθνη τρία πολυανθρωπότατα ἔχουσι, βασιλεύς RR. 3.
τε εἷς αὐτῶν ἑκάστῳ ἐφέστηκεν, ὀνόματα δὲ κεῖται τοῖς ἔθνεσι τούτοις Ἀγγίλοι τε καὶ XIV.
Φρίσσονες καὶ οἱ τῇ νήσῳ ὁμώνυμοι Βρίττωνες. Tres hi populi non Hyberniam ſed
Britanniam incoluerunt. Britanniæ, quæ priùs Albion appellabatur, nomen
ſuum indiderunt ipſimet Britones. Vtrumque docet Beda capite primo ſuæ
Hiſtoriæ. Opus enim ſuum ſic auſpicatur. *Britannia Oceani Inſula, cui quon-*
dam Albion nomen fuit, inter ſeptentrionem & occidentem locata eſt, Germaniæ,
Galliæ, Hiſpaniæ, maximis Europæ partibus multo interuallo aduerſa. Et paucis in-
teriectis iſta ſubiungit. *In primis hæc Inſula Britones ſolùm, à quibus nomen ac-*
cepit, incolas habuit. Angli, de quorum antiquis in Germania ſedibus actum
eſt ſuprà, traiecto Oceano non appulerunt in Hyberniam, ſed in Britanniam
vbi nomen eorum noſtrâ etiamnum ætate florentiſſimum eſt. In Britanniam
cum Anglis profecti ſnnt Friſones, vel, vt Beda ſcribit [a], Saxones & Iutæ, [a] Lib. 1. c. 15.
corruptè Vitæ. Cauſa profectionis hæc fuit. Britanniam Inſulam tunc habi-
tabant tres populi, Britones, Picti & Scoti. Teſte enim eodem Bedâ [b], *pe-* [b] Lib. 1. c. 1.
tentes Britanniam Picti, habitare per Septentrionales Inſulæ partes cœperunt, nam
Auſtrina Britones occupauerant,&c procedente tempore Britannia poſt Britones & Pictos
tertiam Scotorum nationem in Pictorum parte recepit. Flagrante autem inter Bri-
tones Pictoſque diſſidio, cùm Britones crebras Aquilonarium gentium irru-
ptiones reprimere non poſſent, *initum eſt concilium* [c], *placuítque omnibus cum* [c] Beda lib. 1.
ſuo Rege Vortigerno, vt Saxonum gentem de tranſmarinis partibus vocarent,&c. *An-* capp. 14. 15.
glorum ſiue Saxonum gens, inuitata à Rege præfato, Britanniam longis nauibus ad-
uehitur, & in Orientali parte Inſulæ, iubente eodem Rege, locum manendi, quaſi
pro patria pugnatura, re autem verâ hanc expugnatura, ſuſcepit. Inito ergo certa-
mine cum hoſtibus, qui ab Aquilone ad aciem venerant, victoriam ſumpſere Saxones.
Quod vbi domi nuntiatum eſt, ſimul & Inſulæ fertilitas, ac ſegnitia Britonum, mit-
titur confeſtim illo claßis prolixior armatorum, ferens manum fortiorem, quæ præmiſſæ
adiuncta coborti inuincibilem fecit exercitum. Suſceperunt ergo qui aduenerant, do-
nantibus Britannis, locum habitationis inter eos, eâ conditione, vt hi pro patria pa-
ce & ſalute contra aduerſarios militarent, illi militantibus debita ſtipendia confer-
rent. Aduenerant autem de tribus Germaniæ populis fortioribus, id eſt, Saxonibus,
Anglis, Vitis. Ex illis populis ortæ ſunt in Britannia diuerſæ gentes, erectá-
que inde varia regna, quæ lapſu temporis in vnam Anglorum Monarchiam,
toto Orbe celeberrimam, coaluerunt. *De Vitarum origine*, inquit idem Be-
da [d], *ſunt Cantuary & Vectnarÿ, hoc eſt, ea gens quæ Vectam tenet Inſulam, &* [d] Lib. 1. c 15.
ea quæ vſque hodie in Prouincia occidentalium Saxonum, Vitarum natio nomina-
tur, poſita contra ipſam Inſulam Vectam. De Saxonibus, id eſt, eâ regione quæ nunc
antiquorum Saxonum cognominatur, venere orientales Saxones, meridiani Saxones,
occidui Saxones. Porrò de Anglis, id eſt, de illa patria, quæ Anglia dicitur, & ab
eo tempore vſque hodie manere deſerta inter Prouincias Vitarum & Saxonum perhi-
betur, orientales Angli, mediterranei Angli, Mercÿ, tota Nord-Humbrorum proge-
nies, id eſt, illarum gentium, quæ ad Boream Humbri fluminis inhabitant, ceterí-
que Anglorum populi ſunt orti. Qui Procopio Friſones, hi Saxones Bedæ. Sa-
xonum nomen videtur fuiſſe commune gentibus vnâ ſocietate coniunctis.
Tacitus [e] Varnos & Anglos, quia ſinui Codano ſedes ſuas adfixerant, Sueuis [e] In lib. de ſitu
accenſuit. Erant autem Angli, vt Cluuerius in commentariis antiquæ Ger- German.
maniæ [f] ſcribit, occaſum versùs contermini Saxonibus. Ergo Varni & An- [f] Lib. 3. c. 27.

AN. CH. 564. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3. XV.

gli, poſtquàm à ſinu Codano ad Oceanum progreſſi ſunt, populis Sueuicis annumerari deſierunt, aſcriptique ſunt Saxonicis, nec ſibi contrarius haberi debet Beda, cùm ſolam Saxonum gentem de tranſmarinis partibus in auxilium à Vortigerno Rege Britonum vocatam ait, additque milites in Britanniam aduenisse *de tribus Germaniæ populis fortioribus, id eſt, Saxonibus, Anglis, Vitis*, ſeu Iutis.

De muro in Brittia Inſula conſtructo ſic loquitur Procopius. *In ea Inſula Brittia murum longum veteres ædificarunt, qui partem eius magnam ab altera diuidit.* ἐν ταύτῃ δὲ τῇ Βριττίᾳ νήσῳ, τεῖχος ἐδείμαντο μακρὸν οἱ πάλαι ἄνθρωποι, δίχα τέμνον αὐτῆς πολλήν τινα μοῖραν. Nihil ſimile in Hybernia geſtum legimus. Murum autem in Britannia erectum eſſe, quo pars Inſulæ ab altera ſepararetur, affirmant antiqui rerum Romanarum Britannicarúmque Scriptores. Obſeruauimus Britanniam tripertitam fuiſſe, Pictis & Scotis ad eam appulſis. Quadripertita pòſt fuit, Romanis magnam partem occupantibus; iterùm verò tripertita, iugo Romanorum excuſſo, taliſque permanſit, donec Vortigernus Britonum Rex opem Germanorum contra Pictos implorauit. Caius Iulius Cæſar cum exercitu primus Romanorum in Britanniam tranſuectus eſt. Seuerus Imperator bellum ibi grauiſſimum geſſit, &, ſi fides eſt Spartiano [a], *Britanniam (quod maximum eius Imperij decus eſt) muro per tranſuerſam Inſulam ducto, vtrimque ad finem Oceani muniuit, vnde etiam Britannici nomen accepit.* Beda negat murum à Seuero conſtructum fuiſſe, ſed foſſam à mari ad mare ductam vallúmque crebris turribus communitum ait, res enim ab eo geſtas in Britannia ſic enarrat [b]. *Victor ciuilium bellorum, quæ ei grauiſſima occurrerant, in Britannias defectu penè omnium ſociorum trahitur, vbi magnis grauibúſque prœliis ſæpè geſtis, receptam partem Inſulæ à ceteris indomitis gentibus non muro, vt quidam æſtimant, ſed vallo diſtinguendam putauit. Murus enim de lapidibus, vallum verò, quo ad repellendam vim hoſtium caſtra muniuntur, fit de ceſpitibus, quibus circumciſis è terra, velut murus extruitur altus ſuper terram, ita vt in ante ſit foſſa, de qua leuati ſunt ceſpites, ſupra quam ſudes de lignis fortiſſimis præfiguntur. Itaque Seuerus magnam foſſam firmiſſimúmque vallum, crebris inſuper turribus communitum, à mari ad mare duxit.* Imperante Honorio, multæ Prouinciæ Romanis parere deſierunt. Tunc & Britones in Auſtrali parte Britanniæ rurſum cœperunt dominari, ſed quàm tenues atq; infirmæ vires eorum eſſent, declarat his verbis Beda [c]. *Exin Britannia omni armato milite, militaribus copiis vniuerſis, tota florida iuuentutis alacritate ſpoliata, quæ tyrannorum temeritate abducta, nuſquam vltrà domum rediit, prædæ tantùm patuit, vtpote omnis bellici vsûs prorſus ignara.* Hinc genti Britonum acceſſit grauis diuturnáque calamitas, quam idem Auctor verbis proximè ſequentibus ſic exponit. *Denique ſubitò duabus gentibus tranſmarinis vehementer ſæuis, Scotorum à Circio, Pictorum ab Aquilone multos ſtupet gemítque per annos.* Caue ne Scotos & Pictos extra Britanniam poſitos credas, quia tranſmarinæ gentes à Beda nuncupantur, mentem enim ſuam poſterà periodo ſic explicat. *Tranſmarinas autem dicimus has gentes, non quòd extra Britanniam eſſent poſitæ, ſed quia à parte Britonum erant remotæ, duobus ſinibus maris interiacentibus, quorum vnus ab orientali mari, alter ab occidentali, Britanniæ terras longè latéque irrumpit.* Britones, cùm à Pictis & Scotis adeò premerentur, Legatos Romam miſerunt, lachrymoſis precibus auxilia flagitarunt, ſubiectionémque continuam promiſerunt, dummodò hoſtis imminens, longiùs arceretur. *Mox legio deſtinatur armata, quæ vbi in Inſulam aduecta & congreſſa eſt cum hoſtibus, magnam eorum multitudinem ſternens, ceteros ſociorum finibus expulit, eóſque interim à duriſſima depradatione liberatos, hortata eſt inſtruere inter duo maria trans Inſulam murum, qui arcendis hoſtibus poſſet eſſe præſidio, ſícque domum cum triumpho magno reuerſa eſt. At Inſulani murum, quem iuſſi fuerant, non tam lapidibus quàm ceſpitibus conſtruentes, vtpote nullum tanti operis artificem habentes, ad nihil vtilem ſtatuunt. Fecerunt autem eum inter duo freta vel ſinus*

[a] In Seuero Imp.

[b] Lib. 1. c. 5.

[c] Lib. 1. c. 12.

ſinus (de quibus diximus) maris per millia paſſuum plurima, vt vbi aquarum munitio deerat, ibi præſidio valli fines ſuos ab hoſtium eruptione defenderent. Cuius operis ibidem facti, id eſt, valli latiſſimi & altiſſimi, vſque hodie certiſſima veſtigia cernere licet. Incipit autem duorum fermè millium ſpatio à Monaſterio Aebercurnig ad Occidentem, in loco qui ſermone Pictorum Peanuahel, linguâ autem Anglorum Penneltum appellatur, & tendens contra Occidentem terminatur iuxta vrbem Alcluit. Recrudeſcente mox bello, Britones opem Romanorum contra Pictos & Scotos iterùm poſcunt. *Rurſum mittitur legio, quæ inopinata tempore Autumni aduenieus magnas hoſtium ſtrages dedit, eóſque qui euadere potuerant, omnes trans maria*, id eſt, trans maris ſinus ſuprà deſcriptos, *fugauit, qui priùs anniuerſarias prædas trans maria, nullo obſiſtente, cogere ſolebant. Tum Romani denuntiauere Britonibus non ſe vltrà ob eorum defenſionem tam laborioſis expeditionibus poſſe fatigari, ipſos potiùs monent arma corripere, & certandi cum hoſtibus ſtudium ſubire, qui non aliam ob cauſam, quàm ſi ipſi inertiâ ſoluerentur, eis poſſent eſſe fortiores. Quin etiam, quia & hoc ſociis, quos derelinquere cogebantur, aliquid commodi allaturum putabant, murum à mari ad mare recto tramite inter vrbes, quæ ibidem ob metum hoſtium factæ fuerant (vbi & Seuerus quondam vallum fecerat) firmo de lapide locarunt. Quem videlicet murum hactenus famoſum atque conſpicuum, ſumptu publico priuatóque adiunctâ ſecum Britannorum manu conſtruebant, octo pedes latum, & duodecim altum, rectâ ab oriente in occaſum lineâ, vt vſque hodie intuentibus clarum eſt.* Hæc Beda[a], qui licèt diſſentiat à Spartiano, teſtatur tamen murum in Britannia conſtructum priùs fuiſſe, quàm Romanorum Imperium in occiduis regionibus extingueretur, id eſt, vno ſeculo & ampliùs antequàm ad ſcribendam Hiſtoriam ſe Procopius accingeret. Hic igitur Britanniam intelligit per Brittiam, in qua murum collocat, qui magnam Inſulæ partem ab altera diuidit, ſed malè ſubiungit murum illum ad ſtabiliendam ſeparationem olim ædificatum fuiſſe, *eò quòd ſoli cælique affectiones cæteráque omnia vtrobique diuerſa ſint*, ὅτι ἡ γῆ καὶ ὁ ἀὴρ καὶ τ᾽ἄλλα πάντα οὐχ ὁμοίως ἐφ᾽ ἑκάτερα ἐστι. Beda loco ſuprà citato genuinam rationem ſcripſit, cur murus à Romanis & Britannis ſeu Britonibus erectus ſit, qui Britanniam Auſtralem à Boreali, ſeu Britannos à Pictis & Scotis diſtingueret. Procopius autem cauſam propoſuit omnino ridiculam, quam petiit à diuerſis ſoli cælique affectionibus, & variis exornatam fabulis in literas ita retulit. *Plaga, quæ à muro ad Solem orientem porrigitur, cæli ſalubritate iuſtis anni vicibus inducta gaudet; æſtate temperatè callida eſt, hyeme frigida, abundat incolis qui vitam itidem vt cæteri mortales agunt. Arbores fructibus in tempore naſcentibus præclarè nitent, & lætæ ſegetes æquè vt alibi veniunt, aquarum etiam vbertate ea regio gloriatur. Ad occidentem verò contrarium planè accidit, ita vt homini ne ſemihoram quidem ibi viuere liceat. Tractum illum viperæ, ſerpentéſque innumerabiles, ac feræ venenatæ cuiuſque generis obtinent, & quod à communi ſenſu remotiſſimum eſt, perhibent indigenæ, ſi homo quiſpiam ſuperato muro illuc tranſeat, eodem temporis puncto expirare, oppreſſum aurâ peſtilenti. Animantes quoque eò tranſgredientes illicò mors obuia excipit.*

Inſerit idem Procopius alia de Brittia, quæ non Britanniæ ſed Hyberniæ conueniunt. *Tanta eſt*, inquit, *hominum multitudo, vt inde ſingulis annis non pauci cum vxoribus liberíſque migrent ad Francos, qui in ſuæ ditionis ſolo, quod deſertius videtur, ſedes illis aſcribunt, ex quo fieri dicitur, vt ſibi quoddam ius in Inſulam arrogent.* Τοσαύτη δὲ ἡ τῶν ἐθνῶν πολυανθρωπία φαίνεται οὖσα, ὥστε ἀνὰ πᾶν ἔτος κατὰ πολλοὺς ἐνθένδε μετανιστάμενοι, ξὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν, ἐς Φράγγους χωροῦσιν, οἱ δὲ αὐτοὺς ἐνοικίζουσιν ἐς γῆς τῆς σφετέρας τὴν ἐρημοτέραν δοκοῦσαν εἶναι, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τῆς νήσου προσποιεῖσθαί φασιν. Olim Britannos haud paucos è Britannia profectos in Franciam fuiſſe non inficiamur, ſed Hyberni, quos etiam Scotos vocant, multò frequentiùs quàm Britones in Franciam tranſmigrarunt, ita vt Reges Francorum, ſi quid ſibi iuris in alteram prædictarum XVI.

AN. CH. 564. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

[a] Lib. 1. c. 12.

AN.CH. Inſularum arrogatint, id ſibi non in Britanniam ſed in Hyberniam arrogaſſe
564. videantur. Multis exemplis infrà patebit Hybernos aut Regibus Francorum
CHARIB. paruiſſe tanquam ſubiectos, aut eorum poſtulationi lubentiſſimè tanquam
GVNTCH. amicos ac ſocios annuiſſe. Poſt mortem Sigiberti Tertij, Grimoaldus Maior
CHILPER. domûs, cùm Childebertum filium ſuum Auſtraſiæ Regem conſtituere vellet,
SIGIB. Dagobertum Sigiberti Regis filium totondit, tonsúmque in Scotiam, id eſt,
RR. 3. in Hyberniam, ablegauit, vnde poſt aliquot annos idem Dagobertus, vt paternum regnum ſuſcipetet, reuocatus eſt ab Auſtraſiis, vt ſuis locis probatuti ſumus. Franciæ tunc arctè deuinctam Hyberniam fatentut omnes, ſed qui vel pactis fœderibus, vel ingenuâ ſolùm hoſpitalitare factum putanr, vt vltrò cittóque frequentiſſimi commearent, exilium Dagoberti non ſatis attentè contemplantur. Francis, præter pactiones & hoſpitalitatem, quidpiam iuris & auctoritaris in Hybernos fuit, alioqui nec Grimoaldus Dagobertum in Hyberniam velut in locum tutum depottaſſet, nec liberum Auſtraſiis fuiſſet eum regno reſtituete quotieſcumque vellent. Intet Francos autem ac Britannos talem animotum coniunctionem concotdiámque fuiſſe non legimus.

XVII. Habet etiam Procopius nonnulla de Brittia, quæ fabuloſa ſunt omnino, quæque nec Britanniæ nec Hyberniæ tribui debent. Commentum tale eſt. *Littus regionis, quæ Brittiæ Oceani Inſulæ reſpondet, plurimi prætexunt vici, in quibus habitant piſcatores, agricolæ, & alij qui in eam Inſulam commercij gratiâ nauigant, Francorum quidem Regibus cetera ſubiecti, at ſemper vacui tributo, hoc onere leuati iam inde olim, cuiuſdam, vt aiunt, miniſterij gratiâ, de quo nunc dicam. Narrant indigenæ ſe id habere munus, vt in orbem ſuâ quiſque vice deducat animas. Quare, qui ad id præſtandum ſequenti nocte ſe conferre debent, officij vice ſibi traditâ, ij primis tenebris in ſuas reuerſi ædes, dant ſe ſomno, rei præſidem expectantes. Intempeſtâ nocte pulſari fores, ſéque ad opus obſcurâ voce acciri audiunt. Abiectâ omni cunctatione corripiunt ſeſe è ſtratis, & ad littus vadunt, ignari quidem quâ tandem ad id vi impellantur, ſed tamen coacti. Paratas ibi ſcaphas vident, hominibus penitus vacuas, non ſuas, verùm alias quaſdam, quibus conſcenſis, apprehendunt remos, & naues ſentiunt vectoribus tot onuſtas, vt ad ſummam vſque tabulam & columbaria immerſa, ſupra aquam vix digito extent. Neminem ipſi conſpiciunt, neque horâ plùs remigando appellunt in Brittiam, quamuis cùm nauigiis vehuntur ſuis, nec velis vtuntur, ſed remis, vix eò traiiciant noctis vnius ac diei ſpatio. Delati in Inſulam, ſimul factam exſcenſionem intelligunt, diſcedunt, exoneratis repente nauibus, itáque emerſis, vt in aquam nonniſi carinâ tenus depreſſæ ſint. Nullum hominem vident, nec nauigantem ſecum, nec naui egredientem, ſolùm aſſerunt audire ſe inde vocem, quæ vectorum ſingulorum nomina tradere excipientibus, & dignitates recenſere, patriſque addito nomine ipſos compellare videatur. Si quæ fœminæ vnà transfretauerint, viros, quibuſcum matrimonio iunctæ vixerint, nominatim inclamant.*

XVIII. Idem Auctot loco iam cirato, cùm Bttittiam in Oceano ſitam ait *inter Brittanniam ac Thulen Inſulam*, ſaris oſtendit, vt Brirанniam Brittiæ nomine, ſic Hyberniam Britanniæ vocabulo à ſe deſignari. Confotmem huic opinioni ſitum eiuſdem Inſulæ mox ita deſcribit. *Brittannia ad Solem occidentem poſita, quâ extremam Hiſpaniam ſpectat, à continente ſtadia circiter quatuor millia diſtat.* Βρεττανία μὲν πρὸς δύοντά που κεῖται ἥλιον κατὰ τῆς Ἰσπανίας τὰ ἔσχατα χώρας, ἀμφὶ σταδίους οὐχ ἧσσον ἢ ἐς τετρακισχιλίους τῆς ἠπείρου διέχουσα. Pluta non refert de Britannia, rationem reddit, quia de Britannia & Thule in ſuperioribus libtis diſſeruit, τὰ μὲν ἀμφὶ Βρεττανίας καὶ Θούλην, ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι λόγοις ἐρρήθη. Per ſuperiotes libtos intelligit librum primum de bello Vandalico & librum primum de bello Gothico, in quibus non ſemel loquitur de Brittannia. Verùm ibi non eam vſurpat pro Hybernia, ſed eandem facit cum Brittia, itaut ſibi poſteà non conſtet libro quarto de bello Gothico, cùm

AN. CH. 564. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

Brittiam à Brittannia diſtinguit. Claudius Maltretus næuum hunc in Procopio iam deprehendit. In indice enim rerum memorabilium, quæ libris octo de bellis, id eſt, libris duobus de bello Perſico, totidem de Vandalico, & quatuor de Gothico, continentur, ſub voce, *Britannia*, notauit ea quæ de Britannia leguntur libro primo de bello Vandalico & libro primo de bello Gothico, deinde Lectorem remiſit ad vocem, *Brittia*, ſub qua complexus eſt ea quæ de Brittia narrantur libro quarto de bello Gothico. Quam igitur Inſulam Procopius libro primo de bello Vandalico & libro primo de bello Gothico Brittanniam vocat, hanc Brittiam appellat libro quarto de bello Gothico, vbi Brittiam à Britannia diſtinctam eſſe fruſtrà contendit, quis enim ſedes Britanoorum in Hybernia collocandas cenſuit, aut Britanniam ipſorum Britonum ſeu Britannorum patriam negauit? Textum Procopij ſuprà deſcripſimus ex libro quarto de bello Gothico, ceteros, qui contrarij ſunt, accipe cùm ex libro primo de bello Vandalico tum ex libro primo de bello Gothico.

Procopius, capite primo libri primi de bello Vandalico, Romanum Imperium, poſt mortem Theodoſij Auguſti, qui duos filios Arcadium & Honorium ſucceſſores reliquit, bifariam diuiſum ſcribit, obſeruárque ſecundùm illam partitionem in ſortem Honorij, cui ceſſit Imperium Occidentale, veniſſe Britanniam, quam paucis verbis magnificè ſic commendat. *Quod ad Inſulas ſpectat, iacens extra columnas Herculeas omnium longè maxima Inſularum Brittannia Imperio Occidentali, vt ſitus poſcebat, fuerat contributa.* Τῶν δὲ δὴ νήσων, Βρεττανία μὲν, ἡ ἐκτὸς στηλῶν τῶν Ἡρακλείων, νήσων ἁπασῶν μεγίστη παρὰ πολὺ οὖσα, μετὰ τῆς ἑσπερίας (ὥς γε τὸ εἰκὸς) ἐτέτακτο μοίρας. An hic textus de Hybernia capiendus? An Hybernia Romanis notior quàm Britannia? An Britannia minor aliquando habita eſt quàm Hybernia? XIX.

Capite ſequenti Procopius hæc habet de Britannia. *Inſula verò Brittannia à Romanis deſciuit, poſitique illic milites Imperatorem ſibi crearunt Conſtantinum, virum non obſcurum, qui ſtatim collectâ claſſe ac florenti exercitu in Hiſpaniam Galliámque, vt eas ſubigeret, validis copiis ſuccinctus irrupit.* Βρεττανία δὲ ἡ νῆσος Ῥωμαίων ἀπέστη, οἵ τε ἐκείνῃ στρατιῶται βασιλέα σφίσι Κωνσταντῖνον, εἵλοντο οὐκ ἀφανῆ ἄνδρα, ὃς δὴ αὐτίκα στόλον τε ἀγείρας νηῶν, καὶ στρατιὰν λόγου ἀξίαν, ἐς Ἰσπανίαν τε καὶ Γαλλίαν, ὡς δουλωσόμενος, στρατῷ μεγάλῳ ἐσέβαλλεν. Et paulò pòſt addit Conſtantinum prælio victum cum filiis occubuiſſe, nec tamen Brittanniam à Romanis fuiſſe recuperatam. Βρεττανίαν μέντοι Ῥωμαῖοι ἀνασώσασθαι οὐκέτι ἔσχον. Si quis hunc Procopij locum de Hybernia velit interpretari, conſtantiſſimè refragabuntur omnes Auctores tam Græci quàm Latini, qui de Conſtantini patria & tyrannide verba fecerunt. Agmen è Latinis ducat Paulus Oroſius, qui Conſtantino tyranno vixit æqualis, ſeptémque libris Hiſtoriam Romanam ſub Honorio Auguſto complexus eſt, in qua de tumultibus Britannicis hæc ſub finem leguntur [a] *Apud Britannias Gratianus municeps eiuſdem Inſulæ tyrannus creatur & occiditur. Huius loco Conſtantinus ex infima militia propter ſolam ſpem nominis, ſine merito virtutis eligitur, qui continuò vt inuaſit Imperium, in Gallias tranſiit.* Sequatur Proſper, qui medio quinto ſeculo floruit, & in Faſtis Conſularibus de Conſtantino ſic ſcripſit. *Honorio VII. & Theodoſio II. Coſſ.* id eſt, anno Chriſti quadringenteſimo-ſeptimo, *Conſtantinus in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias tranſit.* His adde, ſi lubet, & Bedam Auctorem Anglum, qui ſuæ gentis Hiſtoriam in libros quinque digeſſit, & iiſdem quibus Oroſius verbis in explicandis motibus Britanniæ ſic vſus eſt [b]. *Anno ab Incarnatione Domini quadringenteſimo-ſeptimo, apud Britannias Gratianus municeps tyrannus creatur & occiditur. Huius loco Conſtantinus ex infima militia, propter ſolam ſpem nominis ſui ſine merito virtutis eligitur, qui continuò vt inuaſit Imperium, in Gallias tranſiit.* Prodeant Græci. Sozomenus [c], cùm agit de tyrannis, qui aduerſùs Honorium XX.

[a] Lib. 7. c. 40.

[b] Lib. 1. c. 11.

[c] Lib. 9. c. 11.

AN.CH. 564.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 3.

Inſulatum arrogarint, id ſibi non in Britanniam ſed in Hyberniam arrogaſſe videantur. Multis exemplis infrà patebit Hybernos aut Regibus Francorum paruiſſe tanquam ſubiectos, aut eorum poſtulationi lubentiſſimè tanquam amicos ac ſocios annuiſſe. Poſt mortem Sigiberti Tertij, Grimoaldus Maior domûs, cùm Childebertum filium ſuum Auſtraſiæ Regem conſtituere vellet, Dagobertum Sigiberti Regis filium totondit, tonsúmque in Scotiam, id eſt, in Hyberniam, ablegauit, vnde poſt aliquot annos idem Dagobertus, vt paternum regnum ſuſciperet, reuocatus eſt ab Auſtraſiis, vt ſuis locis probaturi ſumus. Franciæ tunc arctè deuinctam Hyberniam fatentur omnes, ſed qui vel pactis fœderibus, vel ingenuâ ſolùm hoſpitalitate factum putant, vt vltrò citróque frequentiſſimi commearent, exilium Dagoberti non ſatis attentè contemplantur. Francis, præter pactiones & hoſpitalitatem, quidpiam iuris & auctoritatis in Hybernos fuit, alioqui nec Grimoaldus Dagobertum in Hyberniam velut in locum tutum deportaſſet, nec liberum Auſtraſiis fuiſſet eum regno reſtituere quotieſcumque vellent. Inter Francos autem ac Britannos talem animorum coniunctionem concordiámque fuiſſe non legimus.

XVII. Habet etiam Procopius nonnulla de Brittia, quæ fabuloſa ſunt omnino, quæque nec Britanniæ nec Hyberniæ tribui debent. Commentum tale eſt. *Littus regionis, qua Brittia Oceani Inſula reſpondet, plurimi prætexunt vici, in quibus habitant piſcatores, agricolæ, & alij qui in eam Inſulam commercij gratiâ nauigant, Francorum quidem Regibus cetera ſubiecti, at ſemper vacui tributo, hoc onere leuati iam inde olim, cuiuſdam, vt aiunt, miniſterij gratiâ, de quo nunc dicam. Narrant indigenæ ſe id habere munus, vt in orbem ſuâ quiſque vice deducat animas. Quare, qui ad id præſtandum ſequenti nocte ſe conferre debent, officij vice ſibi traditâ, ij primis tenebris in ſuas reuerſi ædes, dant ſe ſomno, rei præſidem expectantes. Intempeſtâ nocte pulſari fores, ſéque ad opus obſcurâ voce acciri audiunt. Abiecta omni cunctatione corripiunt ſeſe è ſtratis, & ad littus vadunt, ignari quidem quâ tandem ad id vi impellantur, ſed tamen coacti. Paratas ibi ſcaphas vident, hominibus penitus vacuas, non ſuas, verùm alias quaſdam, quibus conſcenſis, apprehendunt remos, & naues ſentiunt vectoribus tot onuſtas, vt ad ſummam vſque tabulam & columbaria immerſæ, ſupra aquam vix digito extent. Neminem ipſi conſpiciunt, neque horâ plùs remigando appellunt in Brittiam, quamuis cùm nauigiis vehuntur ſuis, nec velis vtuntur, ſed remis, vix eà traiiciant noctis vnius ac diei ſpatio. Delati in Inſulam, ſimul factam exſcenſionem intelligunt, diſcedunt, exoneratis repente nauibus, itáque emerſis, vt in aquam nonniſi carinâ tenus depreſſæ ſint. Nullum hominem vident, nec nauigantem ſecum, nec naui egredientem, ſolùm aſſerunt audire ſe inde vocem, quæ vectorum ſingulorum nomina tradere excipientibus, & dignitates recenſere, patriſque addito nomine ipſos compellare videatur. Si quæ fœminæ vnà transfretauerint, viros, quibuſcum matrimonio iunctæ vixerint, nominatim inclamant.*

XVIII. Idem Auctor loco iam citato, cùm Brittiam in Oceano ſitam ait *inter Brittanniam ac Thulen Inſulam*, ſatis oſtendit, vt Britanniam Brittiæ nomine, ſic Hyberniam Britanniæ vocabulo à ſe deſignari. Conformem huic opinioni ſitum eiuſdem Inſulæ mox ita deſcribit. *Brittannia ad Solem occidentem poſita, quà extremam Hiſpaniam ſpectat, à continente ſtadia circiter quatuor millia diſtat.* Βρεττανία μὲν πρὸς δύοντά που κεῖται ἥλιον κατὰ τῆς Ἰσπανίας τὰ ἔσχατα χώρας, ἀμφὶ σταδίους οὐχ ἧσσον ἢ ἐς τετρακισχιλίους τῆς ἠπείρου διέχουσα. Plura non refert de Britannia, rationem reddit, quia de Britannia & Thule in ſuperioribus libris diſſeruit, τὰ μὲν ἀμφὶ Βρεττανίαν καὶ Θούλην, ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι λόγοις ἐρρήθη. Per ſuperiores libros intelligit librum primum de bello Vandalico & librum primum de bello Gothico, in quibus non ſemel loquitur de Brittannia. Verùm ibi non eam vſurpat pro Hybernia, ſed eandem facit cum Brittia, itaut ſibi poſteà non conſtet libro quarto de bello Gothico, cùm

Brittiam à Brittannia diſtinguit. Claudius Maltretus næuum hunc in Proco- AN. CH.
pio iam deprehendit. In indice enim rerum memorabilium, quæ libris octo 564.
de bellis, id eſt, libris duobus de bello Perſico, totidem de Vandalico, & CHARIB.
quatuot de Gothico, continentur, ſub voce, *Britannia*, notauit ea quæ de GVNTCH.
Britannia leguntur libro primo de bello Vandalico & libro primo de bello CHILPER.
Gothico, deinde Lectorem remiſit ad vocem, *Brittia*, ſub qua complexus eſt SIGIB.
ea quæ de Brittia narrantur libro quarto de bello Gothico. Quam igitur Inſu- RR. 5.
lam Procopius libro primo de bello Vandalico & libro primo de bello Gothico Brittanniam vocat, hanc Brittiam appellat libro quarto de bello Gothico, vbi Brittiam à Britannia diſtinctam eſſe fruſtrà contendit, quis enim ſedes Britannorum in Hybernia collocandas cenſuit, aut Britanniam ipſorum Britonum ſeu Britannotum patriam negauit? Textum Procopij ſuprà deſcripſimus ex libro quarto de bello Gothico, ceteros, qui contrarij ſunt, accipe cùm ex libro primo de bello Vandalico tum ex libro primo de bello Gothico.

XIX. Procopius, capite primo libri primi de bello Vandalico, Romanum Imperium, poſt mortem Theodoſij Auguſti, qui duos filios Arcadium & Honorium ſucceſſores reliquit, bifariam diuiſum ſcribit, obſeruátque ſecundùm illam partitionem in ſortem Honorij, cui ceſſit Imperium Occidentale, veniſſe Britanniam, quam paucis verbis magnificè ſic commendat. *Quod ad Inſulas ſpectat, iacens extra columnas Herculeas omninò longè maxima Inſularum Brittannia Imperio Occidentali, vt ſitus poſcebat, fuerat contributa.* Τῶν δὲ δὴ νήσων, Βρεττανία μὲν, ἡ ἐκτὸς στηλῶν τῶν Ἡρακλείων, νήσων ἁπασῶν μεγίστη παρὰ πολὺ οὖσα, μετὰ τῆς ἑσπερίας (ὥς γε τὸ εἰκὸς) ἐτέτακτο μοίρας. An hic textus de Hybernia capiendus? An Hybernia Romanis notior quàm Britannia? An Britannia minor aliquando habita eſt quàm Hybernia?

XX. Capite ſequenti Procopius hæc habet de Britannia. *Inſula verò Brittannia à Romanis deſciuit, poſitique illic milites Imperatorem ſibi crearunt Conſtantinum, virum non obſcurum, qui ſtatim collectâ claſſe ac florenti exercitu in Hiſpaniam Galliámque, vt eas ſubigeret, validis copiis ſuccinctus irrupit.* Βρεττανία δὲ ἡ νῆσος Ῥωμαίων ἀπέστη, ὅι τε ἐκείνῃ στρατιῶται βασιλέα σφίσι Κωνσταντῖνον, εἵλοντο οὐκ ἀφανῆ ἄνδρα, ὃς δὴ αὐτίκα στόλον τε ἀγείρας νεῶν, καὶ στρατιὰν λόγου ἀξίαν, ἐς Ἰσπανίας τε καὶ Γαλλίαν, ὡς δουλωσόμενος, στρατῷ μεγάλῳ ἐσέβαλλεν. Et paulò pòſt addit Conſtantinum prælio victum cum filiis occubuiſſe, nec tamen Brittanniam à Romanis fuiſſe recuperatam. Βρεττανίαν μέντοι Ῥωμαῖοι ἀνασώσασθαι οὐκέτι ἔχον. Si quis hunc Procopij locum de Hybernia velit interpretari, conſtantiſſimè refragabuntur omnes Auctores tam Græci quàm Latini, qui de Conſtantini patria & tyrannide verba fecerunt. Agmen è Latinis ducat Paulus Oroſius, qui Conſtantino tyranno vixit æqualis, ſeptémque libris Hiſtoriam Romanam ſub Honorio Auguſto complexus eſt, in qua de tumultibus Britannicis hæc ſub finem leguntur [a] *Apud Britannias Gratia-* [a] Lib. 7. c. 40.
nus municeps einſdem Inſulæ tyrannus creatur & occiditur. Huius loco Conſtantinus ex infima militia propter ſolam ſpem nominis, ſine merito virtutis eligitur, qui continuò vt inuaſit Imperium, in Gallias tranſiit. Sequatur Proſper, qui medio quinto ſeculo floruit, & in Faſtis Conſularibus de Conſtantino ſic ſcripſit. *Honorio VII. & Theodoſio II. Coſſ.* id eſt, anno Chriſti quadringenteſimo-ſeptimo, *Conſtantinus in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias tranſit.* His adde, ſi lubet, & Bedam Auctorem Anglum, qui ſuæ gentis Hiſtoriam in libros quinque digeſſit, & iiſdem quibus Oroſius verbis in explicandis motibus Britanniæ ſic vſus eſt [b]. *Anno ab Incarnatione Domini quadringenteſimo-ſe-* [b] Lib. 1. c. 11.
ptimo, apud Britannias Gratianus municeps tyrannus creatur & occiditur. Huius loco Conſtantinus ex infima militia, propter ſolam ſpem nominis ſui ſine merito virtutis eligitur, qui continuò vt inuaſit Imperium, in Gallias tranſiit. Prodeant Græci. Sozomenus [c], cùm agit de tyrannis, qui aduersùs Honorium [c] Lib. 9. c. 11.

AN. CH. 564. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

in Occidente inſurrexerunt, de tumultibus Britanniæ ſic diſſerit. *Primùm quidem milites in Britannia per ſeditionem Marcum tyrannum inaugurant, & mox eo rursùs interfecto Gratianum, & cùm is quoque non ampliùs quatuor menſibus elapſis per eoſdem interfectus eſſet, rurſus Conſtantinum eligunt, quòd putarent eum ex nominis ſui præſagio Imperium conſtanter obtenturum.* Πρῶτον μὲν γὰρ οἱ ἐν Βρεττανίᾳ στασιάσαντες στρατιῶται ἀναγορεύουσι Μάρκον τύραννον· μετὰ δὲ τοῦτον Γρατιανὸν ἀνελόντες Μάρκον, ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος οὐ πλέον τεσσάρων μηνῶν διελθόντων ἐφονεύθη παρ' αὐτῶν, πάλιν Κωνσταντῖνον χειροτονοῦσιν, οἰηθέντες καθότι ταύτην ἔχει προσηγορίαν, καὶ βεβαίως αὐτὸν κρατήσειν τῆς βασιλείας. Hic Auctor Hiſtoriam ſuam Theodoſio Iuniori Auguſto, Honorij Auguſti nepoti ex fratre Arcadio, dicauit. Zoſimus, quem Euagrius [a] Sozomeno coæuum conſtituit, & Arcadio atque Honorio regnantibus vel poſt illorum ætatem ſcripſiſſe teſtatur, libro quinto mentionem facit literarum, quibus Honorius Imperator palam euulgauit *Conſtantinum perduellem iam ex Inſula Brittannia tranſuectum ad tranſalpinas gentes acceſſiſſe, ac ſe pro Imperatore in ciuitatibus gerere.* ὡς Κωνσταντῖνος ἐπιθέμενος εἴη τυραννίδι, καὶ ἐκ τῆς Βρεττανικῆς νήσου περαιωθεὶς, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσι περιαγγέλλοιτο τὰ βασιλέως ἐν ταῖς πόλεσι πράττων. Et libro ſexto ſeditiones, quæ Honorio ſeptimùm & Theodoſio iterùm Conſulibus in Brittannia contigerunt, exponit in hunc modum. *Milites Britannici ſeditione concitatâ Marcum in regio ſolio collocant, eique, tanquam rerum in iis locis potienti, ſe ſubiiciunt. Eo deinde necato, veluti moribus illorum non reſpondenti, Gratianum in medium producunt, & purpurâ coronâque ornatum, ceu Principem, ſolito ſatellitio comitantur. Verùm & huic improbato poſt menſes quatuor Imperium abrogant & vitam eripiunt, Conſtantino rerum ſummâ traditâ.* Οἱ ἐν Βρεττανίᾳ στρατευόμενοι στασιάσαντες ἀνάγουσι Μάρκον ἐπὶ τὸν βασίλειον θρόνον, καὶ ὡς κρατοῦντι τῶν αὐτόθι πραγμάτων, ἐπείθοντο, ἀνελόντες δὲ τοῦτον, ὡς οὐχ ὁμολογοῦντα τοῖς αὐτῶν ἤθεσιν, ἄγουσι Γρατιανὸν ἐς μέσον, καὶ ἁλουργίδα καὶ στέφανον ἐπιθέντες, ἐδορυφόρουν ὡς βασιλέα, δυσαρεστήσαντες δὲ καὶ τούτῳ, τεσσάρων ὕστερον μηνῶν παραλύσαντες ἀναιροῦσι, Κωνσταντίνῳ παραδόντες τὴν βασιλείαν. Habet conformia Nicephorus [b]. *In Britannia milites ſeditione motâ Marcum tyrannum renuntiarunt, non multò verò poſt eo occiſo Gratianum ad Imperium euexerunt, ſed cùm & hic quatuor exactis menſibus iugulatus ab eis eſſet, Conſtantinum ſumma rerum præfecerunt, nomine ipſo Imperium illi certum tutúmque opinati.* ἐν Βρεττανίᾳ οἱ στρατιῶται στασιάσαντες, Μάρκον ἀναγόρευσαν τύραννον, οὐ πολὺ δὲ πόρρω τοῦτον ἀνελόντες, Γρατιανὸν προῆγον εἰς τὴν ἀρχήν, ὡς δὲ καὶ οὗτος τέσσαρας διαρκέσας μῆνας παρ' αὐτῶν ἀνῃρέθη, Κωνσταντῖνον τῇ ἀρχῇ ἐφιστῶσιν, οἰόμενοι τῇ προσηγορίᾳ ἐπ' ἀσφαλὲς τῆς βασιλείας κρατήσειν. Conſtantinus igitur, quem Procopius aduerſus Honorium Auguſtum in Britannia rebellaſſe tradit libro [c] primo de bello Vandalico, tyrannidem non aſſumpſit in Hybernia quam Procopius libro [d] quarto de bello Gothico Brittanniam vocat, ſed in ipſa Britannia quam eodem libro [e] quarto de bello Gothico Brittiam appellat.

[a] Lib. 3. c. 41.
[b] Lib. 14. c. 1.
[c] Cap. 2.
[d] Cap. 20.
[e] Cap. 20.

XXI. Si miraris Brittiam apud Procopium à Britannia diſtingui, & Britanniam in opere de bello Gothico ſumi pro Brittia, ſecùs autem in opere de bello Vandalico, multò magis obſtupeſce quòd in opere de bello Gothico Britannia modò Britanniam ipſam, modò Hyberniam ſignificet. Libro primo [f] de bello Gothico, Procopius ſermonem inſtituit de Sybilla, quæ calamitatibus Africæ indicatis, confeſtim in Perſidem tranſilit, hinc Romanorum mentione inductâ orationem ad Aſſyrios transfert, & ad Romanos conuerſo iterùm vaticinio, *Britannorum clades prænunciat,* προλέγει τὰ Βρεττανῶν πάθη. Ibique vox

[f] Cap. 24.

Βρεττανῶν non de incolis Hyberniæ ſed de Britanniæ incolis intelligenda eſt. AN. CH.
Auctor enim non alias clades perſtringit, quàm ſeditiones in Britannia motas & à nobis ſuprà recitatas ex variis Scriptoribus. Libro [a] ſecundo de bello Gothico Thulen ait Brittanniâ maiorem eſſe decuplo, à qua plurimùm diſtat ad Aquilonem ſita. Βρεττανίας γὰρ αὐτὴν πλέον ἢ δεκαπλασίαν ξυμβαίνει εἶναι, κεῖται δὲ αὐτῆς πολλῷ ἄποθεν πρὸς βορρᾶν ἄνεμον. Quis Brittanniam in eo textu non capiat pro ipſa Britannia, quam idem Auctor libro [b] quarto de bello Gothico Brittiam vocat, mediamque ponit inter Hyberniam & Thulen, Borealiorem videlicet Hyberniâ, Thule Auſtraliorem? At ibi Procopius, vt Britanniam per Brittiam ſic Hyberniam per Britanniam deſignat. *Brittia*, inquit, *Inſula in hoc Oceano ſita eſt, haud ampliùs ducentis ſtadiis procul à littore, contra ipſa Rheni oſtia, inter Britanniam ac Thulen Inſulam.* Βριττία δὲ ἡ νῆσος ἐπὶ τούτου μὲν τοῦ ὠκεανοῦ κεῖται, &c. Βρεττανίας δὲ καὶ Θούλης τῆς νήσου μεταξύ ἐστιν.

564.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 3.

[a] Cap. 15.
[b] Cap. 20.

In libro [c] de bello Gothico Procopius longum ſermonem inſtituit de Thule Inſula, cuius ſitum populóſque ſic delineat, vt Lectori ponat ob oculos Scandinauiam, quam veteres Inſulam crediderunt, peninſulam autem eſſe ſatis compertum hodie habemus. An benè de Thule ſentiat Procopius, hoc loco non diſputamus, ſatis eſt notaſſe, quòd Scandinauia, quam Thulen exiſtimat, Borealior ſit quàm Britannia. Vt autem Thulen ad Aquilonem Brittiæ ſeu Britanniæ, ſic & Brittiam ad Aquilonem Hiſpaniæ & Brittanniæ ſiue Hyberniæ collocat. Ἰσπανίας δηλονότι καὶ Βρεττανίας πρὸς βορρᾶν ἄνεμον. Hiſpania quidem ſeptentrionem versùs ſpectat Britanniam, ſed eandem Britanniam ortum versùs reſpicit Hybernia. XXII.

[c] Cap. 15.

Tertiò in Procopij textu quem examinamus, Brittiam, id eſt, Britanniam, tres tantùm nationes incolunt, Angli, Friſones & Brittones Inſulæ cognomines. Βριττίαν δὲ τὴν νῆσον ἔθνη τρία ἔχουσι. Singularum nationum nomina mox ſubiiciuntur, ὀνόματα δὲ κεῖται τοῖς ἔθνεσι τούτοις Ἀγγίλοι τε καὶ Φρίσσονες, καὶ οἱ τῇ νήσῳ ὁμώνυμοι Βρίττωνες. Id autem à vero alieniſſimum docet Beda. Tripertitam enim, vt ſuprà notauimus, conſtituit Britanniam, quam Britones habitant cum Pictis & Scotis, antequàm Vortigernus Britonum Rex bello laceſſitus à Pictis gentes tranſmarinas in auxilium vocet. XXIII.

Quartò, ſi fides eſt Procopio, Brittiam Inſulam tres incolunt nationes, ſuo quæque ſub Rege, βασιλεύς τε εἷς αὐτῶν (ἐθνῶν) ἑκάστῳ ἐφέστηκεν. Huic aſſertioni refragatur etiam Beda. Gentium enim tranſmarinarum, quarum opem Vortigernus Britonum Rex implorauit, varia commemorat regna, quibus, donec in vnam coaluerunt Monarchiam, ſinguli Reges præfuerunt. *De Saxonibus* [d], quos Procopius Friſones appellat, *venere orientales Saxones, meridiani Saxones, occidui Saxones. Porrò de Anglis, orientales Angli, mediterranei Angli, Mercij, tota Nort-Humbrorum progenies.* Septem illarum Dynaſtiarum frequens eſt apud Bedam mentio. XXIV.

[d] Beda l. 1. c. 15.

Procopius Cæſarienſis Palæſtinus, cùm in rebus occidentalibus parum verſatus eſſet, capite viceſimo libri quarti de bello Gothico lapſus eſt in prædictos errores, illóſque duximus eò diligentiùs obſeruandos, quòd eundem Auctorem ibidem hallucinatum etiam credimus, cùm filiam Regis Francorum, quæ Regi Varnorum nupſit, ſororem non autem amitam Theodoberti Regis nominauit, τὴν Θευδιβέρτου ἀδελφὴν τοῦ Φράγγων ἄρχοντος. Expunctâ voce ἀδελφὴν, quæ ſororem ſignificat, repone παραδέλφην, quæ ſignificat amitam. Procopius non ſemel, cùm τὴν Θευδιβέρτου παραδέλφην, id eſt, amitam Theodoberti, dicere deberet, perperàm τὴν Θευδιβέρτου ἀδελφὴν, id eſt, ſororem Theodoberti, dixit in opere de bello Go- XXV.

AN. CH. 564. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

thico. Capite decimo-tertio libri primi, vxorem Amalarici Regis Wiſigothorum vocauit ſororem Theodoberti τὴν Θευδιβέρτου ἀδελφὴν, cùm vocare deberet amitam Theodoberti τὴν Θευδιβέρτου πατραδέλφην. *Rex*, inquit, *Wiſigothorum Amalaricus, adultâ iam ætate, Germanorum*, id eſt, Francorum, *potentiam reformidans, eorum Regis Theodeberti ſororem in matrimonium duxit.* Ἀμαλάριχός τε, ὃς ἦρχεν Οὐισιγότθων, ἐπεὶ ἐς ἀνδρὸς ἡλικίαν ἦλθε, δύναμιν τὴν Γερμανῶν κατορρωδήσας, τὴν Θευδιβέρτου ἀδελφὴν τοῦ Γερμανῶν ἄρχοντος ἐν γαμετῆς ἐποιήσατο λόγῳ. Amalaricus Wiſigothorum Rex Clotildem Clodouei Magni filiam in vxorem aſſumpſit. Id in dubium vocari non poteſt. Sic enim ſcribit Gregorius Turonenſis libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Francorum, capite primo. *Defuncto igitur Chlodouecho Rege, quatuor filij eius, id eſt, Theudericus, Chlodomeris, Childebertus atque Chlothacharius regnum eius accipiunt, & inter ſe æquâ lance diuidunt. Habebat iam tunc Theudericus filium nomine Theodobertum elegantem atque vtilem. Cúmque magnâ virtute pollerent, & eis de exercitu robur copioſum ineſſet, Amalaricus filius Alarici, Rex Hiſpaniæ, ſororem eorum in matrimonium poſtulat. Quod illi clementer indulgent, & eam ipſi in regionem Hiſpaniæ cum magnorum ornamentorum mole tranſmittunt.* Et capite decimo eiuſdem libri, Clotildem vocat ſororem Childeberti Regis, qui patruus fuit Theodoberti. *Childebertus ab Aruerno rediit, & in Hiſpaniam propter ſororem ſuam Chlotchildem dirigit. Hæc verò multas inſidias ab Amalarico viro ſuo propter fidem Catholicam patiebatur.* Vt autem ipſa Clotildis, vxor Amalarici, quæ ſoror Theodoberti nuncupatur à Procopio, non ipſius Theodoberti ſoror ſed amita fuit, filiáque Clodouei Magni; ſic & vxor Regis Varnorum, quam Procopius ſororem Theodoberti facit, non ſoror ſed amita Theodoberti, filiáque Clodouei Magni cenſenda eſt.

XXVI. Non inficiamur ſororem Theodoberto fuiſſe nomine Theodechildem, ſed negamus locutum de illa Fortunatum ª loco ſuprà citato. Duas diſtinguimus Theodechildes; alteram amitam Theodoberti Regis, ſororem alteram. De ſorore verba faciemus infrà. De amita interpretamur epitaphium à Fortunato conditum, & Procopij textum quem deſcripſimus examinauimúſque.

ª Lib. 4. carm. 25.

XXVII. Theodechildis Clodouei Magni filia, Theodoberti amita, cùm Clodoueus pater in viuis ſuperſtes erat, Regi Varnorum nupſit. Id eius ætas perſuadet. Aſtipulari videtur Gregorius Turonenſis, nam tertio libro ſuæ Hiſtoriæ, in quo res à filiis Clodouei Magni poſt patris obitum geſtas deſcribit, agit de matrimonio Clotildis, quæ Regi Wiſigothorum Amalarico * in vxorem tradita eſt à quatuor fratribus ſuis Clodouei Magni filiis, nullum autem de Theodechildis coniugio verbum habet, nec vlla tanti ſilentij occurrit ratio, niſi quòd hæc priùs à Clodoueo patre tunc ſuperſtite elocata eſſet.

* Amaulry.

XXVIII. Dicet fortaſſe quiſpiam Theodechildem longè ſeriùs nuptam eſſe, quia Procopius caput viceſimum libri quarti de bello Gothico, vbi prolixum de Varnis ſermonem ſuprà recitatum inſtituit, his claudit verbis. *Ego verò ad res libri proximè ſuperioris reuertor*, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον ἐπάνειμι. Res autem illæ non aliæ ſunt quàm quæ anno belli Gothici decimo-ſexto, ſiue anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo, geſtæ referuntur. Ideóque Procopius caput viceſimum-primum libri quarti ſic orditur. *Is quidem erat in regionibus ſingulis, quas recenſui, rei bellicæ ſtatus; bellum verò Gotthicum ſic procedebat.* οὕτω μὲν οὖν τὰ κατὰ τοὺς πολεμίους ἐν χώρᾳ ἑκάστῃ ξυνηνέχθη γενέσθαι. ὁ δὲ Γοτθικὸς πόλεμος ἐφέρετο ὧδε. Et paulò pòſt eodem capite hæc ſubiungit. *Porrò hyemis exitus annum clauſit decimum-ſextum huius belli, cuius Hiſtoriam Procopius ſcripſit.* καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ ὁ ἑκκαιδέκατον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψε. Sed attendendus eſt Procopij contextus, qui res valdè diuerſas nec eodem tempore peractas in vnam digreſſionem coniecit.

AN. CH. 564.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

Procopius rerum anno decimo-quinto belli Gothici geſtarum narrationem abſoluit capite triceſimo-nono libri tertij de bello Gothico, cuius hæc poſtrema ſunt verba. *Cum hyeme finitur annus decimus-quintus huius belli, quod Procopius literis tradidit.* καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ τὸ πέμπτον καὶ δέκατον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψε. Res verò geſtas anno ſequenti, ſeu decimo-ſexto belli Gothici, narrare cœpit capite quadrageſimo ſeu poſtremo eiuſdem libri tertij. Tum auſpicatus eſt librum quartum,
quem diſtribuit in triginta quinque capita, totiſque viginti prioribus extra XXIX.
materiam diuagatus nihil ſcripſit omnino, quod ad bellum Gothicum ſpectaret. Digreſſione adeò longâ, quæ vltra dimidiam libri partem protogatur, complexus eſt res & locis & temporibus non parum diſſitas. In vnum locum coniecit quicquid audierat de bellis ac diſcordiis exterarum gentium, vltimóque capite locutus eſt de Varnis, quos omnium minimè nouerat, nec illam digreſſionem operi ſuo inſeruit, vt tot támque diuerſas res, quas ibi narrauit, anno belli Gothici decimo-ſexto geſtas ſuaderet.

Ceterùm quod Hermegiſclus Varnorum Rex timere viſus eſt, ne Franci XXX.
traiecto Rheno Varnos adorirentur ac funditus euerterent, id poſt aliquot annos contigit. Ad annum enim Childeberti Iunioris in Burgundia regnantis tertium, id eſt, ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum, ſic in ſuo Chronico [a] ſcribit Fredegarius. *Anno III. Childeberto in Burgundia regnante, multa ſigna in cælo oſtenſa ſunt, apparuit ſtella cometes. Eo anno exercitus Childeberti cum Warnis, qui rebellare conauerunt, fortiter dimicauit, & ita Warni trucidati ac victi ſunt, vt parum ex ipſis remanſiſſet.* Multi ex illis vocibus *(qui rebellare conauerunt)* colligunt Varnos à Francis primùm victos & in formulam prouinciæ redactos fuiſſe, priuſquàm Childebertus gentem eorum penitus deleret. Exiſtimamus Varnos in ſocietatem finitimorum Saxonum veniſſe, debellatóſque fuiſſe aut à Sigiberto aut ab alio quopiam è Regibus Orientalis Franciæ, qui bellum cum Saxonibus geſſiſſe perhibentur, ſed eos nec tum nec regnante Childeberto redactos in prouinciam putamus. Verùm hac de re fuſiùs ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum.

[a] Cap. 15.

Textu Procopij ſic examinato, reſtat vt oſtendamus Theodechildem, cuius XXXI.
epitaphium apud Fortunatum reperitur, Theodorici Regis nec vxorem nec filiam fuiſſe. Idque opinionem noſtram non parum confirmabit. Interim Theodechildem illam, quam ſeniorem dicimus & Clodouei Magni filiam remur, obſerua propter ſingulare ſtudium eleemoſynarum à Fortunato [b] plurimùm commendari, qui pauperes ipſos idoneâ periphraſi templa Domini vocat.

[b] L. 4. carm. 25

LAVS THEODECHILDIS SENIORIS.

Orphanus, exul, egens, vidua, nudíque iacentes,
Matrem, eſcam, tegmen hic ſepeliſſe dolent.
Vnica res placuit, cumulo mercedis opima
Anteà cuncta dedit, quàm peterent ſibi opem.
Occultans ſua dona ſuis, ne fortè vetarent,
Sed quæ clauſa dedit, iudice teſte, docet.
Templorum Domini cultrix, pia munera præbens,
Hoc proprium reputans quidquid habebat inops.

Sunt qui putant Theodechildem, cuius epitaphium apud Fortunatum le- XXXII.
gitur, Clodouei Magni non filiam ſed nurum fuiſſe, Theodorici nempe Regis vxorem. At illa ſententia cum recta Chronologia ſtare nequit. Theodoricus duas duxit vxores. Certum eſt primam non vixiſſe annos ſeptuaginta quinque, cùm fato functa ſit ante annum Chriſti quingenteſimum viceſimum-ſecundum. Altera, quam Flodoardus [c] Suauegottam vocat, marito quidem Rege Francorum, patre, auo, abauo & tritauo Regibus Burgundiæ gloriabatur, ſed nullum è ſuis fratribus Regem vidit, addequòd Theodorico nu-

[c] Lib. 2. c. 1.

AN. CH. pſit anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-ſecundo, obiitque ſub Pontificatu
564. Mapinii, ita vt vix credi poſſit ad annum ætatis ſeptuageſimum quintum perueniſſe.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

XXXIII. Alij volunt Theodechildem Theodorici & ipſius Suauegottæ filiam fuiſſe, cuius mentio quoque fit apud Flodoardum [a], ſed Theodechildis, quæ ante annum Chriſti quingenteſimum viceſimum-tertium ex Theodorico & Suauegotta naſci non potuit, ſi vixit annos ſeptuaginta quinque, ſuperſtes fuit Gregorio Epiſcopo Turonenſi, cui Fortunatus opus ſuum dicauit. Quis autem putet Reginæ, quæ tum viuebat, Epitaphium à Poëta conditum fuiſſe?

[a] Lib. 2. c. 1.

XXXIV. Flodoardus de Suauegotta Regina eiúſque filia Theudechilde ſic diſſerit in Hiſtoria Remenſi ſub Mapinio Pontifice. *Huius temporibus Suauegotta Regina Remenſi Eccleſiæ tertiam partem villæ Virisiaci * [*Verzy.], per teſtamenti paginam, delegaſſe reperitur. Quam partem villæ ipſe quoque Præſul Theudechildi præfatæ Reginæ filiæ, vſufructuario, per precariam, ſaluo Eccleſiæ iure, conceſſit, ita duntaxat vt poſt eius obitum, abſque vllo præiudicio, ſicut ab ea meliorata fuiſſet, ad ditionem Remenſis reuocaretur Eccleſiæ. Quæ ſcilicet Theudechildis Regina poſtmodum nonnulla, per teſtamenti ſui auctoritatem, tempore domni Egidij, Remenſi contulit Eccleſiæ prædia.* Hinc conſtat Suauegottam obiiſſe ſub Mapinij Pontificatu, & Theudechildem Suauegottæ filiam matri ſuperſtitem ſub Egidio Mapinij ſucceſſore vitam clauſiſſe.

LAVS THEODECHILDIS IVNIORIS.

XXXV. Non opus eſt alio calculo, vt Theudechildem Theodorici Regis filiam à Theudechilde ipſius Theodorici ſorore diſtinguas. Gregorius Turonenſis in libro [b] de gloria Confeſſorum meminit Theudechildæ Reginæ, cui tributa ex Aruernia pendi conſueuerant. Hæc Theodorici filia fuit, quæ non tantùm inſtar amitæ ſuæ ob liberalitatem ac ſtudium eleemoſynæ, ſed etiam ob Eccleſiarum conſtructionem à Fortunato [c] commendatur, vt docent hi verſus.

[b] Cap. 41.

[c] Lib. 6. c. 5.

Eccleſiæ ſacræ te diſpenſante nouantur,
Ipſa domum Chriſti condis, & ille tuam.
Tu fabricas illi terris, dabit ille ſupernis,
Commutas meliùs ſic habitura polos.

XXXVI. Alludit Fortunatus ad Cœnobium, quod Theudechildis in conſpectu Senonenſis vrbis, ad inſtar illius quod Clodoueus prope Pariſios conſtruxerat, in honorem ſanctorum Apoſtolorum ædificauit, & vt ſub ſancta religione & Abbatis imperio Monachi Deo cunctis diebus deſeruirent, inſtituit, corpúſque ſuum ibidem ſepulturæ tradere mandauit. Quidquid verò citra Ligerim in Francia, vel vltra Ligerim in Aquitania, ſiue de poſſeſſo, ſiue de acquiſito habere potuit, eidem Monaſterio ſub titulo teſtamenti contulit. Odorannus in Chronico manuſcripto, & Monachus Autiſſiodorenſis in ſua Chronologia hoc opus Theudechildis plurimùm laudant, falluntur verò grauiſſimè, dum Theudechildem illam volunt Clodouei filiam fuiſſe. Obſerua & illos inter ſe de tempore non conuenire. Monachus Altiſſiodorenſis Senonenſe Monaſterium conditum refert ſub Eraclio Antiſtite Senonenſi, qui deſiit eſſe in viuis anno Chriſti quingenteſimo-ſeptimo. Multi Neotericorum chartas fundationis aiunt illo anno Pariſiis datas, cùm Clodoueus bello Wiſigothico ſe accingeret, & Eraclius Senonenſis Epiſcopus in viuis adhuc ſupereſſet, ſed iſta non videntur aliam ob cauſam inuenta, quàm vt Monaſterium ſancti Petri quod virorum eſt, antiquitate par credatur Cœnobio Virginum quod Eraclius Antiſtes in ſuburbio Senonenſi condidit. Odorannus à Monacho Altiſſiodorenſi multùm diſcrepat, Monaſterium ſancti Petri conditum ſcribit, cùm Clotarius vniuerſæ Franciæ dominabatur, hæc ſententia ſimilior vero videtur, quia Theudechildis Theodorici Regis filia, vt ex verbis Flodoardi ſuprà citatis patet, eo potiſſimùm tempore floruit, quo Mapinius Pontificatum Remenſem geſſit. Philippus Labbeus inter Miſcellanea Curioſa, quæ Regum Francorum Elogiis Hiſtoricis adiecit, Clodouei Regis

MONAST. SENONENSE S. PETRI.

Præce-

AN CH. 564. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

Præceptum, quo dotatio Monaſterij Senonenſis continetur, ex Hiſtoria manuſcripta Senonenſium Antiſtitum in lucem ſic emiſit [a].

*In Chriſti nomine Clodoueus Rex Francorum omnibus Chriſti fidelibus, qui conſiſtunt in vnum in regno noſtro, pax & veritas ſit ſemper vobiſcum. Anno tertio, poſtquàm Baptiſmi Sacramentum percepi per manus Patris mei Remigij Remorum Epiſcopi, & Catholicè imbutus ſum omnem legem Chriſtianam, reſidente me in vrbe Pariſiaca cum vxore mea Chrotilde, per cuius exhortationem ad Chriſtianam legem perueni, vnà cum filiis meis, Theodorico videlicet, Chlodomiro, Childeberto & Chlotario, ceteriſque Proceribus Francorum, venit ante præſentiam filia mea cariſſima Theodechildis nomine, quæ ſe deuouit virginem in Chriſto poſtulans à me multis precibus, vt quantulamcumque portionem condonarem de hæreditate mea, ſeu de hæreditate matris ſuæ, poſtulans inſuper, vt in ipſa hæreditate ei liceret ædificare Monaſterium Monachorum in honorem Apoſtolorum. Audiens igitur ego tam iuſtam poſtulationem & tam beneuolam deuotionem, tradidi illi partem de hæreditate mea, quæ venit in ſorte mea ex parte vxoris meæ Chrotildis, quæ hæreditas fuit patris eiuſdem vxoris meæ Chilperici Regis Burgundiorum. In primis igitur trado ei Eccleſias meas duas, vnam in honore beatorum Martyrum Saniniani & Potentiani, alteram in honore beati Serotini Martyris, cum omni decimatione, & quidquid ad ipſas Eccleſias pertinere videtur. Diſtant enim dictæ Eccleſiæ ab vrbe Senonica milliario vno. Inter autem duas Eccleſias ſunt paſſus ferè quinquaginta. Igitur in cœmeterio ipſarum Eccleſiarum per voluntatem meam, & vxoris meæ, filiorumque meorum, & Procerum Francorum, volo, conſentio, vt ædificet Monaſterium ſuum filia mea cariſſima ad ſimilitudinem illius Baſilicæ, quam cœpimus ædificare ego & vxor mea in conſpectu Pariſiacæ vrbis in honore Apoſtolorum. Eſt etiam in ipſa Eccleſia beatorum Martyrum ab antiquis temporibus ſepultura præſertim Canonicorum ſeu Clericorum ſancti Stephani & Procerum eiuſdem vrbis, populique ipſius pagi ob amorem eorumdem Martyrum. Nam ibi requieſcunt pretioſa corpora Martyrum, ſucceſſoréſque eorum venerandi Pontifices Senonicæ vrbis, Id eſt, Leontius, Seuerinus, Audutus, Heraclius, Lunarius, Simplicius & Theodericus Archidiaconus cum aliis ſanctis viris. Trado illi villam meam indominicatam Viuum nomine cum appendiciis, in qua, ſicut diximus, ædificare deſiderat filia mea cariſſima Monaſterium ſuum. Et aquam Venedam, quæ ibi currit, cum molendinis, & ſyluam. Terram etiam, quæ eſt ad ſpinetum, vel quidquid in circuitu ipſius vici Sancti Petri habere & poſſidere videor. Mercatum etiam in ipſo vico in feria quinta concedo illi. Feram autem annalem ſimiliter concedo illi in feſtiuitate Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ eſt tertio Kalendas Iulij. Item vt nullus ex miniſtris noſtris, neque Comes, neque Vicecomes, neque vllus Iudex publicè in Mercato, neque in ipſa fera annali vllam conſuetudinem accipiat, niſi ipſi Monachi, qui ibidem Deo deſeruierint, neque rotaticos, neque portaticos, neque homines diſtringendos, ſed teneant ſecurè abſque vlla contradictione, ſicuti anteceſſores mei Reges Burgundiorum tenuerant. Trado autem illi terram, quæ vocatur caſtellum Britonis, & villam Mazi. Eccleſiam autem meam, quæ eſt in honore Martyrum, Saniniani ſociorumque eius, cum omni decimatione concedo illi. Villam etiam, quæ vocatur Sauceryas, cum ſylua quæ in ea eſt. Trado illi ſimiliter & villam, quæ vocatur Seligniacus maior, vnà cum ſylua quæ in ea eſt, & villam quæ vocatur Seligniacus minor, concedo illi. In ciuitate autem, vt ſciat omnis populus, quia Catholicus factus ſum, & hoc quod facio libenti animo facio, iuxta portam, quæ eſt ad orientalem partem, trado illi capellam meam indominicatam in honore Sancti Petri dicatam, quam conſtruxit vxor mea Chrotildis, areas quoque ſexaginta in ciuitate. Vltra Igaunam * autem terras cultas & incultas cum vineis. Item pontem, qui eſt ſupra ipſum flumen, & arcas ſubtus pontem, piſcatoriam habentem perticas quadraginta ſex & dextros duos. Retineo autem in manu mea areas plurimas in ipſa ciuitate & Maſliacum maiorem cum appendiciis ſuis. Extra res quas trado per hanc chartam filiæ meæ cariſſimæ adhuc alias res trado, quarum hæc ſunt nomina. Eccleſiam quæ eſt in villa, quæ vocatur Ianaretum, cum decimatione, & totam ipſam*

[a] Cap. 1. §. 3. XXXVII.

PRÆCEPTVM REGIVM PRO ILLO CŒNOBIO.

* la Riuiere d'Yonne

AN. CH. 564.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

*villam cum appendicijs ſuis, & ſylnam quæ in ea eſt. Similiter Eccleſiam, quæ vocatur villa Iaſo, cum omni decimatione, & totam villam cum ſyluis ſibi ſubiectis. Eccleſiam quoque, quæ vocatur Ciconias * in honore ſancti Petri dicatam cum omni decimatione, & totam ipſam villam cum ſylua ſibi ſubiecta & cum omnibus ſuis appendicijs, quorum hæc ſunt nomina, villa, quæ vocatur Bardellus ſuper Igannam fluuium, cum molendinis & piſcatione, cum pratis, vineis, terris cultis & incultis, &c. Hæc omnia cum mancipijs deſuper manentibus, manſis, domibus, ædificijs, cultiferis, mundiſcapis, vineis, ſyluis, campis, pratis & paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, totam & ad integrum rem inexquiſitam cum omni ſoliditate ad prædictum locum in honore peculiaris Patroni noſtri Apoſtoli fundatum, ijs, qui ibidem die noctúque deinceps Deo famulari noſcuntur, proficiat in augmento. Præcipimus igitur atque ſtatuimus idem Monaſterium, quod filia mea cariſſima fundare cupit, cum omnibus ad ſe pertinentibus, ſub noſtra defenſione atque maınbardia, & huius noſtræ Regiæ auctoritatis confirmationem ab omni ſtrepitu & iudiciaria poteſtatis impulſione adeò liberam & ſecuram eſſe decernimus, vt nullus Iudex publicus vel quilibet iudiciariæ poteſtatis auctoritate ſuffultus in Eccleſias aut loca vel agros ſeu aliquas poſſeſſiones, quas præſenti moderno tempore in quibuſlibet territorijs infra ditionem regiminis noſtri iuſtè & legaliter præfatum Monaſterium poſſidere videtur, vel in eo, quæ deinceps ipſius Monaſterij dominio deuenerint, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fideiuſſores, aut homines ipſius Monaſterij tam ingenuos quàm ſeruos, ſuper eiuſdem terram commanentes ſuâ temeritate diſtringendos, nec vllas redhibitiones, aut illicitas exactiones requirendas, nec pedaticos, nec teloneos, nec rotaticos, ſiue portaticos, aut ripaticos tollendos, noſtris vel futuris temporibus ingredi, nec auferre præſumat. Sed omnia ſint ſecura & pacifica pleniſſimâ defenſione. Et ſic ea teneant ipſi Monachi, ſicut anteceſſores noſtri Reges Burgundiorum tenuerunt, ſecurè & quietè abſque vlla contradictione. Trado etiam illis Ducem Baſolum, modò ſuperbum & tumidum, modò verè humiliatum, quem cathenatum retineo, cum omni hæreditate ſua, cum caſtellis, vineis, terris & Eccleſiis, & reliquas poſſeſſiones ſuas eo tenore, vt ab hodierno die, & deinceps, totam & integram rem inexquiſitam ad prædictum Monaſterium ſancti Petri Senonenſis omnibus temporibus permanere decernimus in alimoniam ſeruorum Dei, qui ibidem per tempora ſucceſſerint, & aſſiduâ pauperum receptione, & luminaria concinnanda, & ſacrificium offerendum, vel ipsâ domo Dei cum dirigendo res ipſas in futuro permaneant. Sunt autem ipſæ res Baſoli in Aruernica * prouincia, & in Lemouicino * pago, & in Caturcenſi * pago, & in Petragorico * pago, & in Goluadono * pago. Poſtulo igitur ego Clodoneus Rex Francorum ſucceſſores meos Reges hanc donationem, quam contuli Deo & beatis Apoſtolis eius, & filiæ cariſſimæ Theodechildi, Monachiſque ibi deſeruientibus, vt firmam & ſtabilem permanere faciant per cuncta ſecula. Amen. Si quis autem contra hanc ſcripturam venire tentauerit, inprimis iram Dei incurrat, & nullo modo euincere valeat. Omnipotens autem Deus, qui dixit, [mihi vindictam, ego retribuam,] ipſe illum condemnet, qui hanc noſtram cartulam in aliquam calumniam immiſerit. Amen. Actum publicè in vrbe Pariſina, coram filiis meis, anno Domini quingenteſimo, regni verò ſextodecimo, à Baptiſmo autem anno tertio. Ego Clodoneus in Dei nomine Rex Franciæ manu propriâ ſignum firmaui & ſubſcripſi. Ego in Dei nomine Chrothildis Regina. Ego in Dei nomine Theodoricus filius eius Rex. Ego in Dei nomine Chlodomirus Rex filius eius. Ego in Dei nomine Childebertus Rex filius eius. Ego in Dei nomine Chlotarius Rex filius eius. Ego in Dei nomine Theodechildis filia eius cariſſima. Ego in Dei nomine Heraclius Archiepiſcopus Senonenſis. Ego in Dei nomine Remigius iam ſenex Remorum Epiſcopus. Ego in Dei nomine Principius * Sueſſionis Epiſcopus. Ego in Dei nomine Medardus Nouiomenſis Epiſcopus. Ego in Dei nomine Germanus Pariſiorum Epiſcopus. Ego in Dei nomine Auſtregiſilus * Bituricenſis Archiepiſcopus. Ego in Dei nomine Genebaudus Launi primus Epiſcopus. Ego in Dei nomine Aurelianus Conſiliarius Regis. Ego Gerbertus hoc teſtamentum ſubſcripſi. Data menſe Octobrio, Indictione primô, in Dei nomine, Pariſius, vrbe Regiâ.*

* Cognes.
* l'Auuergne.
* le Limoſin.
* le Quercy.
* le Perigord.
* le Giuaudan.
* Prince Eueſque de Soiſſons.
* Outrille.

AN. CH. 564.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.
XXXVIII.
REFELLITVR.

Quàm ridiculum ac falſum ſit eiuſmodi Præceptum, in quo deſcribendo tempus inſumendum vix putauimus, docent inprimis Characteres Chronologici, tum res à Clodoueo conceſſæ & teſtium ſubſcriptiones. *Actum publicè*, inquit Clodoueus, *in vrbe Pariſiacâ, coram filiis meis, anno Domini quingenteſimo, regni verò ſextodecimo, à baptiſmo autem anno tertio, menſe Octobrio, Indictione primâ.* Verùm annus Chriſti quingenteſimus Indictione primâ non conſignatur, anno Clodouei Regis decimo-ſexto non cohæret, anno poſt eius Baptiſmum tertio non coincidit. Res quas Clodoueus prædicto Cœnobio elargitur, in duplici differentia ponuntur. Aliæ ſitæ ſunt in agro Senonenſi, quas aſſerit ab anteceſſoribus ſuis Burgundiorum Regibus *ſecurè & quietè abſque vlla contradictione* poſſeſſas fuiſſe, & hæreditario iure Clotildi vxori ſuæ obtigiſſe tempore Chilperici Burgundiorum quondam Regis filiæ. Aliæ ſitæ ſunt *in Aruernica prouincia, & in Lemouicino pago, & in Caturcenſi pago, & in Petragorico pago, & in Galuadano pago*, quas ait eſſe Baſoli Ducis quem *cathenatum* retinet. At quis veterum ſcripſit Senonenſe territorium à Burgundis ad Francos tranſiiſſe, quia Clotildis Burgunda Clodoueo Francorum Regi nupſerat? quid prætereà iuris Clodoueo per Aquitaniam eſſe potuit anno Chriſti quingenteſimo, bello Gothico, quo Regem Alaricum ſuſtulit, & vniuerſam Aquitaniam ſubegit, nondum ſuſcepto? Regiæ donationi ſubſcribunt *Clodoueus Rex Franciæ, Crochildis Regina, Theodoricus filius eius Rex, Chlodomirus Rex filius eius, Childebertus Rex filius eius, Chlotarius Rex filius eius, Theodechildis filia eius cariſſima, Heraclius Archiepiſcopus Senonenſis, Remigius iam ſenex Remorum Epiſcopus, Principius Sueſſionenſis Epiſcopus, Medardus Nouiomenſis Epiſcopus, Vedaſtus Atrebatenſis Epiſcopus, Germanus Pariſiorum Epiſcopus, Auſtregiſilus Bituricenſis Archiepiſcopus, Genebaudus Landuni primus Epiſcopus, Aurelianus Conſiliarius Regis, Gerbertus.* Plerique illorum Epiſcoporum, putà Medardus, Germanus & Auſtregiſilus ad Pontificales infulas nondum aſſumpti erant anno Chriſti quingenteſimo, & Archiepiſcopi titulus illis temporibus in Galliâ nondum vſurpabatur. Parcimus aliis argumentis, quæ cùm ab ætate tum à coniugio Theodechildis peti poſſunt.

XXXIX.
LAVS THEODECHILDIS IVNIORIS.

Apud Monachum Altiſſiodorenſem Theudechildis, quæ Senonenſe Monaſterium extruxit, *virginitate pariter & pietate famoſa* prædicatur. Hoc elogium iuniori Theudechildi conuenit Theodorici Regis filiæ, ſeniori verò nequaquam, quæ Regi nupſit vt ſuprà probatum eſt ex Fortunato.

XL.

Dices Theodechildem iuniorem, quæ Theodorici Regis & Suauegottæ filia fuit, in virginitate non permanſiſſe, quia in ipſa carminis inſcriptione Regina nuncupatur apud Fortunatum, & decimo verſu dicitur *prole potens*.

XLI.

In Reginæ titulo nulla difficultas eſt, quia Regum filij Reges, filiæ Reginæ parentibus etiam ſuperſtitibus tunc appellabantur. Potens verò prole ſic effertur Theodechildis, vt clariſſimo loco nata prædicetur, & ad maiores vnde originem traxerit non ad liberos quos ediderit, nomen prolis referendum ſit. Sic apud eundem Fortunatum quæpiam dicitur *barbara prole*, quòd barbaris parentibus nata eſſet. In toto Carmine quod Fortunatus de Theodechilde Regina compoſuit, nullum verbum eſt de prole quam Theodechildis perhibeatur ſuſcepiſſe, proauorum autem genus maximis laudibus extollitur. Placet decem priores verſus exſcribere, ſi legantur attentè, causâ noſtrâ non cademus.

Inclyta progenies Regali ſtirpe coruſcans,
Cui celſum à proauis nomen origo dedit.
Currit in orbe volans generis noua gloria veſtri,
Et ſimul hinc frater perſonat, inde pater.
Sed quamuis niteat generoſa propago parentum,
Moribus ex veſtris multiplicatur honor:
Cernimus in vobis quicquid laudatur in illis,
Ornaſti antiquum Theodechilda genus.

AN. CH. 564.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 3.

Mens veneranda, decens, ſolers, pia, chara, benigna,
Cùm ſis prole potens, gratia maior adeſt.

XLII. Monachus Altiſſiodorenſis vbi agit de Monaſterio Senonenſi, quod Theodechildis ædificauit, inſigne refert prodigium. *Cænobio*, inquit, *peracto ad dedicandam Baſilicam cum S. Eraclio tunc Senonis Præſule vicinarum quoque vrbium Præſules affuere, vbi dum in orationibus pernoctarent, Angelicas audiere voces dulciſſimè concrepantes. Facto mane accedentes ad altare, vident in quatuor angulis medióque marmoris, crucis ſignacula decenter impreſſa, ſtupentéſque proinde non auſi ſunt vlteriùs conſecrare locum, quem cernebant cælitus conſecratum.* Simile quid de templo Monaſterij Athanacenſis ad confluentes Araris in Rhodanum, de æde ſancti Dionyſij prope Lutetiam, & de multis aliis Baſilicis perhibetur, quorum nomina collegit Odo Geſſcius in Hiſtoria Podienſi [a], ſed eiuſmodi de rebus apud Authores Synchronos altum ſilentium.

[a] Lib. 1. c. 16.

XLIII. FORMVLA PRECARIÆ. Vt autem planiora fiant verba Flodoardi, quæ ſuprà de Suauegottæ teſtamento & de Teudechildis filiæ Precaria retulimus, obſerua quid Precariæ quidve Præſtariæ nomine ſit intelligendum. Precaria propriè dicebatur libellus quo quis res Eccleſiæ vtendas ſibi dari rogabat. Præſtaria vocabatur epiſtola, quâ Epiſcopus vel Abbas rem Eccleſiæ concedebat. Vtriuſque formulas habet Marculfus inter chartas pagenſes. Precariæ ſic [b]. *Domino ſancto, & Apoſtolicâ Sede colendo, domno & in Chriſto patri, illi Epiſcopo, ille & coniux mea illa. Pluribus non eſt incognitum, qualiter propter nomen Domini ad Eccleſiam illam in honore Sancti illius, villam noſtram nuncupatam illam, ſitam in pago illo, quicquid ibidem vndecumque noſtra poſſeſſio in integritate, per epiſtolam ceſſionis noſtra viſi fuimus conceſſiſſe, & eam vos ad partem ſubſcripta Eccleſiæ recepiſtis: ſed & dum poſteà noſtra fuit petitio, & veſtra beneuolentia, & pietas habuit, vt ipſam villam dum aduiuimus, aut qui pari ſuo ex nobis ſuperſtes fuerit, dum aduiuit, nobis ad beneficium vſufructuario ordine excolendum tenere permiſiſtis. Eâ ſcilicet ratione, vt nihil exinde penitus de qualibet alienandi aut minuendi pontificium non habeamus, ſed abſque vllo praiudicio ſupraſcriptæ Eccleſiæ, vel veſtro, eam tantummodò excolere debeamus. Ideo hanc precariam vobis emittimus, vt nullo vnquam tempore noſtra poſſeſſio, etiamſi ſpatium vitæ nobis Dominus prolongauerit, nullum praiudicium aut diminutionem aliquam de ipſa villa vobis generare non debeat, niſi vſu tantùm dum aduiuimus habere debeamus, & poſt noſtrum ambobus diſceſſum, cum omni re meliorata, quicquid ibidem vndique adtrahere aut meliorare poterimus, per hanc precaturiam, ac ſi ſemper per quinquennium renouata fuiſſet, abſque vllius Iudicis aut heredum noſtrorum expectata traditione, vos vel ſucceſſores veſtri, aut Agentes Eccleſia, in veſtram eam faciatis dominationem reuocare perpetualiter poſſidendam, vel quicquid exinde facere legeritis, ſicut noſtra continet epiſtola, ad profectum præfata Eccleſia Domini illius liberum habeatis arbitrium. Facta Precaria ibi.* Præſtariæ [c] verò ſic. *In Chriſto ſancta Eccleſia filiis, aut ſi tales fuerint, illuſtribus viris illis ille gratiâ Dei Epiſcopus. Dum ad petitionem veſtram alium locellum nuncupantem ſic, ſitum ibi, de proprietate veſtra, tam pro ipſo vſu quàm pro anima veſtra remedio, poſt amborum diſceſſum ad ipſam Eccleſiam Sancti illius, per veſtram epiſtolam delegaſtis, ideo nobis, cum conſenſu fratrum noſtrorum, conuenit hanc epiſtolam Præſtariam in vobis pariter conſcribere, vt dum pariter aduixeritis, aut qui ex vobis pari ſuo ſuperſtes fuerit & adiuixerit, nec nos nec ſucceſſores noſtri, nec quiſlibet de parte Eccleſia noſtra locellos de veſtra poteſtate pontificium auferendi non habeamus, ſed per noſtrum beneficium, aut ſucceſſorum noſtrorum, dum aduixeritis, abſque vllo praiudicio Eccleſia noſtra, vel minutione aliquâ, de qualibet re, integritate ambos locellos excolere debeatis. Et poſt veſtrum ambobus diſceſſum, ſicut & veſtra continet Epiſtola loco Precaria facta, abſque vllius expectata traditione, tam nos, aut ſucceſſores noſtri, ad partem Eccleſia noſtra reuocare debeamus. Facta epiſtola*, &c.

[b] Lib. 2. c. 5.

[c] Lib. 2. c. 40. PRÆSTARIÆ.

XLIV. AREDIVS ABB. ATHANENS. Illis temporibus Aredius in Diœceſi Lemouicina Monaſterium Athanenſe, quod in ſuo fundo condiderat, ſumma cum laude gubernabat. Illic teſte

Gregorio Turonenſi [a] Scriptore ſynchrono *non modò Caſſiani, verùm etiam Baſily, & reliquorum Abbatum qui Monaſterialem vitam inſtituerunt*, Regulæ obſeruabantur. Ab eo loco ſex tantùm leucis diſtabat Sorus, qui, ſicut iam diximus, ad Viſeram * fluuium in cellula incluſus manebat. Inter vtrumque ſingularis interceſſit amicitia, cúmque Sorus ob affluentem diſcipulorum multudinem Cœnobium conſtrueret, adiutus eſt ab Aredio quædam munera ad id operis vltrò elargiente, vt in ipſius Sori vita legitur [b].

Inter Aredij diſcipulos ponendus eſt Wlfilaicus, cuius res geſtas ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quintum, vt ex ipſius ore didicerat, literis commendauit Gregorius Turonenſis [c]. Epitomen hic dabimus. Wlfilaicus genere Longobardus beatum Martinum, quem nomine tenus nouerat, à pueritia coluit, adoleſcens literis ediſcendis operam dedit, deinde Aredio Abbati coniunctus, ab eóque edoctus, beati Martini Baſilicam adiit, atque inde capſulam in qua parumper pulueris è ſepulchro pro benedictione ſublati Aredius poſuerat, ad collum appenſam retulit in Athanenſe Monaſterium vnde profecti fuerant, ſed cùm Abbas capſulam in Oratorio ſuo locare vellet, in tantùm puluis adcreuit, vt non ſolùm totam capſam repleret, verùm etiam intumeſcendo per iuncturas erumperet. Ad tantum prodigium obſtupuit Wlfilaicus, ſpem omnem deinceps in virtute ſancti Martini collocare ſtatuit. Paulò pòſt perrexit ad Diœceſim Treuirenſem, octo millibus paſſuum ab Epoſio * caſtro in excelſo monte Monachos congregauit, conſtruxítque inſignem Baſilicam, quam beati Martini aliorúmque Sanctorum reliquiis perilluſtrem reddidit. Præterea columnam erexit, in qua ſtabat à reliquo ſodalium cœtu ſeiunctus ac diſcalceatus, ita vt per hyemem vehementiſſimum frigus experiretur, ne vno quidem vngue in pedibus remanente. Parum panis & oleris in cibum, aquæ modicum in potum aſſumebat. Hoc vitæ genere populum, qui frequenter è vicinis pagis confluebat, vt Dianam in eodem monte veneraretur, in admirationem ſui rapuit, captâ inde occaſione crebrò monuit verum Deum neglectis idolis colendum eſſe, nec hortari deſtitit donec votorum compos factus eſſet aſſentiente plebe vt Dianæ ſimulachrum euerteretur. Illud negotium copioſa præualidorum hominum multitudo ſuſcepit, ſed irrito conatu. Tunc Wlfilaicus ad Baſilicam properauit, & ſolo proſtratus diuinam miſericordiam rogauit cum lachrymis, vt quod humana induſtria deiicere non poterat, cæleſtis virtus deſtrueret, factâ autem oratione reuerſus ad operarios apprehenſum funem vt primo ictu trahere cœpit, ſtatuam exturbauit, ocyúſque confractam cum ferreis malleis in puluerem redegit. Succeſſu rei adeò felici lætus columnam iterùm conſcendit, ſuper ea reliquam vitam tranſigere decreuerat, verùm accedentibus Epiſcopis qui tale propoſitum verbis etiam acrioribus improbarunt, conſilium mutauit ne iudicio Præſulum obluctari videretur. Abhinc ſingulis diebus è columna deſcendere ſolitus erat vt cibum caperet cum ſodalibus ambularétque. Quâdam verò die cùm ab Epiſcopo ad villam longiùs diſſitam vocatus eſſet, per eius abſentiam columna ſuper qua ſtare conſueuerat ſolo æquata eſt ipſius Antiſtitis ad quem profectus erat iuſſu, reuerſus fleuit vehementer, tamen ne mandatum Pontificis aſpernari crederetur, opus quod ille in terram elidi præceperat, rurſum erigere noluit, & annos vitæ qui ſupererant in Monaſterio cum ceteris fratribus exegit. Illic viuebat & Diaconus erat anno Childeberti Regis decimo, Guntchramni viceſimo-quarto, cùm Gregorium Epiſcopum Turonenſem ex Childeberti Regis aula redeuntem excepit, vt ad illum annum, Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quintum dicturi ſumus.

AN. CH. 564.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 3.

[a] Lib. 1?. c. 29.

SORVM IVVAT IN CONSTRVENDO MONASTERIO.

* *la Vezere.*

[b] Tom. 2. Biblioth. Labb.

XLV.

[c] Lib. 8. capp. 15. 16.

GESTA WLFILAICI.

* *Yuoy.*

AN. CH. 565.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. R R. 4.

ANNVS
CHRISTI 565.
CHARIBERTI R. 4.
GVNTCHRAMNI R. 4.
CHILPERICI R. 4.
SIGIBERTI R. 4.
INDICTIO 13.

TVMVLTVS MONACHOR. AGAVNENS. IN EPISCOPVM.

I. ANNO Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quinto, ſiue, vt Marius ſcribit, *poſt Conſulatum Baſily anno viceſimo-quarto, Indictione decimâ tertiâ, Monachi Agaunenſes iracundia ſpiritu incitati, noctis tempore Epiſcopum ſuum Agricolam cum Clero, & ciues, qui cum ipſo erant, occidere nitentes, domum Eccleſiæ effregerunt, & dum Epiſcopum ſuum Clerici vel ciues defenſare conati ſunt, grauiter ab ipſis Monachis vulnerati ſunt.* Henricus Pantaleo primâ parte de viris illuſtribus Germaniæ, Rufo Epiſcopo Octodorenſi ſucceſſores tribuit, primò Theodorum qui ſedem Epiſcopalem Sedunum * tranſtulerit, deinde Eliodotum qui Concilio Matiſconenſi ſecundo per vicarium ſubſcripſit. At ex Chronico Marij ſuprà citato Eliodorum anteceſſit Agricola, & Rufo antiquior fuit Theodorus quem ſub Gundobado Burgundionum Rege floruiſſe iam adnotauimus.

* *Sion.*

OBEVNT MAGNACHARIVS DVX.

II. *Hoc anno*, inquit idem Marius, *tranſit Magnacharius Dux Francorum.* Dicitur reliquiſſe tres liberos, Guntionem, Wioticum & Mercatrudem nuptam Guntchramno Regi, cuius odium paulò pòſt incurrit. Ratio cur Mercatrudis in offenſionem inciderit, hæc profertur. Mater Mercatrudis poſt Magnacharij mortem vnum ex eiuſdem Magnacharij famulis in maritum elegit, conqueſti ſunt filij Guntio & Wioticus apud Guntchramnum, & irâ feruente matrem maleficam & meretricem vocare non dubitarunt. Rex à marito, cui nex etiam illata eſt, ſocrum ſuam ſeparari iuſſit, nec ampliùs amore proſequi potuit Mercatrudem, de cuius matre ab ipſiſmet filiis adeò ſiniſtra fama ſpargebatur. *Mater eius*, ait Fredegarius [a], *poſt mortem Magnachary de vilibus hominibus vnum ex nutritis Magnachary acceperat maritum, qua inſtigantibus Guntione & Wiotico filiis, ab eodem mater iuſſu Guntramni ſeparatur, & ipſe puer occiditur. Clamant & fily neglegentes matrem herbariam & meretricem. Hæc occaſio filiam eiecit de regno.* At nihil ſimile reperitur apud Gregorium Turonenſem, à quo Fredegarius auctoritatem omnem mutuatur. Recurrendum igitur potiùs ad diuinam vltionem, quæ ſcelus à Mercatrude priùs admiſſum non paſſa eſt impunitum relinqui, ſic enim ſcribit Gregorius Turonenſis [b]. *Guntchramnus Rex Gundobadum filium*, quem ex Veneranda ſuſceperat, *Aurelianis tranſmiſit. Æmula autem Mercatrudis, poſthabitum filium, in huius morte graſſatur, tranſmiſſum, vt aiunt, venenum in potum, occidit. Quo mortuo, ipſa iudicio Dei, filium quem habebat perdidit, & odium Regis incurrit, dimiſſáque ab eodem non multo pòſt tempore mortua eſt.*

[a] Hiſt. epitom. cap. 56.
[b] Lib. 4. c. 25.

ET MERCATRVDIS REGINA.

NASCITVR CHLODOBERT.

III. Chilperico ex Fredegunde natum hoc anno Chlodobertum ex eo colligimus, quòd obiit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo, Childeberti Regis quinto vt Gregorius Turonenſis [c] teſtatur, & Authore Fortunato [d] in eius epitaphio, *Tria luſtra gerens raptus ab orbe fuit.*

[c] Lib. 5. c. 35.
[d] Lib. 8. c. 4.

AN. CH. 565.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 4.

IV.

INSIGNE COMMENTVM REFELLITVR

Anonymus, qui Geſta Regum Francorum ſcripſit, prolixam narrationem inſtituit [a] de fraude, quâ Fredegundem vſam contendit, vt Audoueram Reginam falleret, ſéque in amicitiam Chilperici Regis inſinuaret. *Fredegundis*, inquit, *dominam ſuam Audoueram Reginam decepit. Nam ipſa Fredegundis ex familia infima fuit. Cùm autem Chilpericus Rex in hoſtem cum Sigiberto fratre ſuo contra Saxones ambulaſſet, Audouera Regina grauida remanſit, qua peperit filiam. Fredegundis verò per ingenium conſilium dedit ei, dicens. Domina mea, ecce Dominus Rex victor reuertitur, quomodo poteſt filiam ſuam gratanter recipere non baptizatam? Cùm hac audiſſet Regina, baptiſterium parare præcepit, vocauitque Epiſcopum, qui eam baptizare deberet. Cúmque Epiſcopus adfuiſſet, non erat matrona ad præſens, qua puellam ſuſcipere deberet. Et ait Fredegundis. Numquid ſimilem tui inuenire poterimus qua eam ſuſcipiat? Modò tumetipſa ſuſcipe eam. Illa verò hac audiens, de ſacro fonte eam ſuſcepit. Veniens autem Rex victor, exiit Fredegundis obuiam ei, dicens. Deo gratias, quia Dominus noſter Rex victoriam recepit de aduerſariis ſuis, natáque tibi eſt filia. Cum qua Dominus meus Rex dormiet hac nocte? quia Domina mea Regina commater tua eſt de filia tua Childeſinde. Et ille ait. Si cum illa dormire nequeo, dormiam tecum. Cúmque introiſſet Rex in aulam ſuam, occurrit Audouera Regina cum ipsâ puellâ. Et ait ei Rex. Nefandam rem feciſti per ſimplicitatem tuam. Iam enim coniux mea eſſe non poteris ampliùs. Rogauítque eam ſacro velamine induere cum ipsâ filiâ ſuâ, deditque ei prædia multa & villas, Epiſcopum verò, qui eam baptizauit, exilio condemnauit, Fredegundem verò copulauit ſibi ad Reginam.* At totus ille ſermo, quem Aimoinus [b], & plerique recentiorum ſuis operibus inſeruerunt, tribus præcipuè de cauſis inter fabulas reponendus nobis videtur. Primò enim Chilpericum Sigiberto fratri auxilio fuiſſe non legimus, imò cùm Sigibertus ſub initium ſui Principatus à Chunis laceſſeretur, Chilpericus per fratris abſentiam res ſuas augere ſtuduit, Remos & alias ciuitates peruaſit vlteriùs quoque progreſſurus, niſi Sigibertus ab hoſtibus victor remeaſſet, vt videre eſt apud Gregorium Turonenſem [c]. Deinde, vt ex eodem Gregorio [d] poſt biennium dicemus, Chilpericus Audoueram non priùs dimiſit quàm Atanagildi filiam in vxorem expoſceret. Denique cauſa repudij ſuperiùs allata temporibus Chilperici nulla prorſus erat, parentibus enim licebat olim liberos ſuos è baptiſmo ſuſcipere, nec illi conſuetudini, quam ſanctus Auguſtinus [e] in literis ad Bonifacium Epiſcopum tunc vſurpatam declarat, derogatum ſcimus ante Concilium Moguntinum ſub Carolo Magno. Sunt autem hæc S. Auguſtini verba. *Illud autem nolo te fallat, vt exiſtimes reatûs vinculum ex Adam tractum, aliter non poſſe dirimi, niſi paruuli ad percipiendam Chriſti gratiam à parentibus offerantur. Sic enim ſcribens dicis, vt ſicut parentes fuerunt auctores ad eorum pœnam, per fidem parentum identidem iuſtificentur, cùm videas multos non offerri à parentibus, ſed etiam à quibuſlibet extraneis, ſicut à dominis ſeruuli offeruntur. Et nonnumquam mortuis parentibus ſuis, paruuli baptizantur, ab eis oblati, qui illis huiuſmodi miſericordiam præbere potuerunt. Aliquando etiam, quos crudeliter parentes expoſuerunt, nutriendos à quibuſlibet, nonnumquam à ſacris virginibus colliguntur, & ab eis offeruntur ad baptiſmum.* Et ne putes eos qui paruulos offerunt, Auguſtino alios eſſe à ſuſceptoribus, audi quid de illis in eadem epiſtola ſcribat. *Quid eſt illud*, inquit, *quòd quando ad baptiſmum offeruntur, pro eis parentes tanquam fidedictores reſpondent & dicunt illos facere quod illa ætas cogitare non poteſt, aut ſi poteſt, occultum eſt? interrogamus enim eos à quibus offeruntur, & dicimus, credit in Deum? de illa ætate, quæ, vtrùm ſit Deus, ignorat, reſpondent, credit, & ad reliqua ſic reſpondent ſingula, quæ geruntur, vnde miror parentes in iſtis rebus tam fideliter pro paruulo reſpondere.*

PARENTES LIBEROS SVOS OLIM E BAPTISMO SVSCIPIEBANT.

V.

PAX INTER CHILPERIC. ET SIGIB.

Hoc anno pax inter Chilpericum & Sigibertum redintegrata eſt, & Theodobertus Chilperici filius, quem anno priore captum diximus, libertatem recuperauit. Audi ſuper ea re Gregorium Turonenſem [f]. *Sigibertus accedens contra Chilpericum, bellum commouit, quo victo atque fugato ciuitates ſuas in ſuâ*

[a] Cap. 31.
[b] Lib. 3. c. 6.
[c] Lib. 4. c. 23.
[d] Lib. 4. c. 28.
[e] Ep. 23.
[f] Lib. 4. c. 22.

AN. CH. 565. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 4.

*dominatione reſtituit. Theodobertum verò filium eius apud Ponticonem villam cuſtodire iuſſit per annum integrum. Quem poſteà, vt erat clemens, muneribus ditatum, patri reddidit ſanum, data * tamen ſibi Sacramenta, ne vnquam contra eum agere deberet, quod poſteà peccatis facientibus eſt irruptum.*

* id eſt, *datis Sacramentis*

VI. ÆTHERIVS EP. AVTISSIOD.

Sub initium huius anni ad Epiſcopatum Autiſſiodorenſem aſſumptus eſt Ætherius. Quanto tempore ſederit, in controuerſia eſt. Epiſcoporum Autiſſiodorenſium Hiſtoria tribuit annos nouem ac menſes ſex. Demochates [a], qui eiuſdem Hiſtoriæ epitomen ad ſe à Iacobo de Aula Autiſſiodorenſi Canonico tranſmiſſam publicauit, annos ſcribit decem ac menſes ſex, quia interpontificium vnius anni poſt obitum S. Eleutherij prætermiſerat. Baronius [b] aſſignat ſex duntaxat annos, Seuertius ſolos totidem menſes. Obiit ſanctus Ætherius ſexto Kalendas Auguſtas, quo die colitur in Tabulis Eccleſiaſticis. Nec decennio, nec nouennio Pontificatum geſſit, anno enim Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio Anacharius eius ſucceſſor Pariſienſi Concilio ſubſcripſit. Quapropter lubenter amplectimur Baronij ſententiam, de qua iterùm ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-primum.

[a] De Miſſ. ſacriſ. c. 19.
[b] In not. ad Martyr. d. 27. Iul.

VII. MACHVTES REDIT IN ARMORICAM.

Inſignibus miraculis vel virtutibus apud Santonas *florente beato Machute*, vt Boſcius ex membranis Floriacenſibus refert, *venerunt miſſi ad eum è Britannica Legati prouincia, precantes vtique obnixè & multùm anxiè quatenus ſua reuerſionis præſentiâ & benedictionis gratiâ recrearet patriam, quam maledictionis & excommunicationis plagâ inutilem & peſtiferam cum incolis vel inhabitantibus effecerat. Vnde petiit conſultum Leontij Epiſcopi. Qui ſuggeſſit ei, complacere ſibi & æquum videri, triduanum exinde ſecum agi oportere ieiunium, quò diuina ex hoc eis voluntas propenſiùs manifeſtaretur. Proinde adſtitit Angelus Domini beato Machuti, hortans eum, vt in Britanniam ſine cunctatione tranſiret, omnémque maledictionis labem ſuæ ſanctitatis præſentiâ detergeret. Salutiferâ verò benedictione terram cum hominibus, fruges cum arboribus pleniſſimè recrearet. Fertilitate & vbertate opimam & frugiferam, ſuis ſacris & Deo placitis meritis quaſi innouatam efficeret, denuóque Xantonas remearet, quia ibi erat futurum feliciſſimè obire, & ad cælicas ſedes triumphaliter ſcandere. Secundùm itaque Angelicam reuelationem ſeceſſit vir ſanctus in Britanniam, ſuáque benedictione eam ab omni peſtium vel miſeriarum, quâ catenus laborauerat, vexatione purgauit & diluit, Deóque omnium bonorum largitori, eos attentiſſimè commendauit. Sícque poſteà omnis illa tellus, vbertatis copiâ & dapſilitate viguit, vt quaſi de præcipiti interitu diuinitatis manu retractâ gauderet ſe cunctis rerum vel opum bonis vernare, quæ hactenus malis exitialibus preſſa videbatur labefactari & perire. Tum denique tam Princeps regni illius quàm Optimates vel Epiſcopi conuenerunt obſecrantes ſanctum Machutem, ne vnquam ab eis recederet, ſed iugiter vt iam olim diſpoſuerat, inter eos vitam degeret. Quibus ille miti affatu & tranquillè reſpondit nullatenus ſe poſſe Angelicam prænuntiationem tranſgrediendo offendere, quæ eum apud Xantonas prædixerat obiturum fore. Sícque cunctis valdè mærentibus & lugentibus abſceſſit rediturus Xantônicam ciuitatem, ad quam feliciter & cum Dei gratia reuerſus, degénſque in ea per aliquod tempus iamiámque tamen cæleſti vocatione dignus, feliciſſimâ & Deo placentiſſimâ multorum temporum annoſitate longæuus, & omnium virtutum copioſitate ditiſſimus, Angelorum officiis ad cælorum intima ſuſtollendum Deo reddidit ſpiritum* XVII. *Kalend. Decembris, Dominica quidem diei conticinio noctu, adſtantibus ſibi cunctis fratribus, & deuotiſſimè ſacras vigilias dependentibus. Sacratiſſimi Epiſcopi pretioſiſſimum pignus, omni auro & lapide pretioſo commodius & charius atque honoratius, domnus ſummâ præſtans probitate Præſul Leontius reuerenter & condignè, officioſiſſima tradidit & decentiſſimæ ſepulturæ. Abditum quidem manſurum tumulo, ſed virtutum fragrantiâ cuitendo, toto deinceps profuturum ſeculo. Nam eodem planè die quo mauſoleum ſubiit, duobus cæcis lumen oculorum integerrimè reſtituit, dæmonem peſſimum nec minùs ab energumeno propulit. Tertiâ verò nihilominus poſt ſacram & honorificam tumulationem eius die, contracto reſtituit agile & ſtabile gradienti officium. Mutóque cuidam nil fari valenti,*

REPETIT AQVITAN.

IBIQVE MORITVR.

diuinitatis

diuinitatis gratiâ reformauit dicacem & facundam loquelam. Nec mirum, ſi poſt AN. CH.
obitum tot miraculis inclaruit, qui cùm viueret *tres ſuſcitauit mortuos in Tri-* 565.
nitatis innocatione efficaciſſima. Agitur eius memoria in multis locis Armoricæ CHARIB.
die decimâ-quinta Nouembris.

Sancti Machutis * Aletenſis Epiſcopi mortem in annum Chriſti quingen- GVNTCH.
teſimum ſexageſimum-quintum incidiſſe liquidò colligimus ex litera Domi- CHILPER.
nicali D, & ex nomine Leontij Epiſcopi qui funus curauit. Is Leontius, vt SIGIB.
ſuprà monuimus, Epiſcopus erat Burdigalenſis, nec Pontificatum vitámve RR. 4.
protraxit vltra annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſeptimum. Vi- VIII.
xit igitur noſtro calculo Machutes annos duntaxat ſexaginta tres. Qui tri- * *S. Malo Eueſque*
buunt illi annos ætatis centum ac decem, aut centum ac triginta, vel etiam *d'Alet.*
centum ac triginta tres, ſepultum putant à Leontio Epiſcopo Xantonenſi,
qui teſte Flodoardo * Concilio Remenſi interfuit ſub Sonnatio anno Chriſti * *Lib. 2. c. 5.*
ſexcenteſimo viceſimo-quinto. Hanc autem ſenteotiam, quæ de ſancti Ma-
chutis ætate circumfertur, à vero alieniſſimam docent etiam ea quæ de ſancto
Guruallo eiuſdem Machutis ſucceſſore narrantur. Guruallus * in Britannia * *Gurual*
Machutis à pueritia ſub Brandano magiſtro condiſcipulus fuit, Monachum
induit in eodem Monaſterio, ſancto Brandano in adminiſtrationem Cœnobij
ſucceſſit, deinde poſt obitum ſancti Machutis à quo fuerat in ſucceſſorem
deſignatus, per Legatos rogatus ab Aletenſibus quibos ſuffragium Machutis
plurimùm placuerat, in Armoricam venit, Epiſcopatum Aletenſem rexit an-
no vno, menſibus quatuor, donec in Monaſterium quod ſanctus Machutes
in agro Guernio conſtruxerat, cum multis Preſbyteris ſeceſſit, atque inde
in ſpeluncam, & poſt aliquot annos ſanctiſſimam vitam feliciſſimè clauſit
in Monaſterio Guernienſi *. Lege illius vitam apud Albertum. At ſi ſanctus * *de Guern*
Machutes vixit annos centum ac triginta tres, quis credat ſanctum Gurual-
lum eidem ſancto Machoti, quocum pueritiam exegerat, tot annos ſuper-
ſtitem fuiſſe? Albertus dicit annos tredecim. Ioannes Chenutius, Claudius
Robertus, Auguſtinus Pazius & Andreas Sanſſayus ſanctum Guruallum octa-
uo Idos Ianuarias mortunm tradunt, Albertus octauo Idus Iunias, quo die
feſtum illius agitur Maclouiopoli *. Antiſtitum Aletenſium vulgata Chro- * *la ville de S. Malo.*
nologia ſic annos ſequentium Epiſcoporum diſtribuit apud eundem Alber-
tum, ſex aſſignat ſancto Colaphino, octo ſancto Armagillo ſiue Armalo, tres
ſancto Egnogato ſiue Enogato vel Euogato qui Maclouiopoli colitur Idibus EPISCOPI
Ianuatiis, ſeptem ſancto Melmoni, duos ſancto Gofrido, tres Ocdumalo, cui ALETENS.
ſucceſſit Hamon ſiue Chomanus, ita vt poſt obitum ſancti Machutis intra
ſpatium annorum duorum ac triginta in Epiſcopatu Aletenſi ſederint octo
Pontifices. Illi Pontificatus adeò breues ponuntur, quia ſancti Machutis
Epiſcopatus, qui præceſſit, dioturnior fingitur. Rectiùs igitur ſancto Ma-
chuti detrahes annos quadraginta ſeptem, quibus ſanctorum Gurualli, Cola-
phioi, aliorúmque qoi ſecuti ſunt, Pontificatus augeas idoneâ partitione.

Robertus Cenalis æquè fallitur, cùm beatum Meuenoium *, qui ſanctis IX.
Epiſcopis, Samſoni, Maglorio & Machoti ſynchronus vixit, contendit Ab- * *S. Meen.*
batem fuiſſe anno Dagoberti Regis decimo-quinto, quo Iudicael Britanniæ MEVEN-
Comes Monachum induit. Meuennius duo dicitur extruxiſſe Monaſteria; NIVS ABB.
vnum in Armorica, quod olim ſancti Ioannis Baptiſtæ in Gaelo, hodie S. Me-
uennij Cœnobium appellatur, & à Iudicaele Comite, qui regnante Dagober-
to Monaſticæ vitæ ibi ſe addixit, inſtauratum ac magnis opibus auctum fuit;
alterum in Andegauia, poſtquàm immanem draconem, qui totam viciniam
vaſtabat, in Ligerim amnem demerſit: in hoc demoratus eſt per aliquot annos,
dubius an Romam pergeret quò proficiſci ſtatuerat initio itineris ex Armori-
ca ſuſcepti; in altero vitam clauſit, quo die incertum, colitur enim variis die-
bus, decimo-ſeptimo Kalendas Iulias in ſupplemento Martyrologij Gallica-
ni, & vndecimo eaſdem Kalendas in Breuiario Nannetenſi. Eius auxilium ad
depellendos è corpore furfures plebs omnis implorat eâ lege, vt peregrini

AN. CH. 565. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 4.

mendicando victum ſibi comparent, etiamſi ſint alioqui ditiſſimi, idque fit non tam neceſſitatis ſubleuandæ quàm retundendæ ſuperbiæ causâ.

X. Obiit hoc anno Gildas Abbas in inſula Horata * quarto Kalendas Februarias, quo die celebratur eius memoria in multis locis Armoricæ. Annum ſuppeditat Author vitæ, mortuum enim teſtatur eo anno quo dies quintus ante Idus Maias incidit in Litanias Rogationum, id autem ab anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-quarto vſque ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum bis tantùm contigit, annis videlicet Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quinto & quingenteſimo ſeptuageſimo-ſexto.

* Hauath.

Viuebat adhuc Gildas anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-quarto, vt conſtat ex iis quæ de ſancta Traſina eiuſque filio beato Trechinoro * ad annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum-tertium retulimus. Non peruenit ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum, natus eſt enim anno Chriſti quadringenteſimo nonageſimo, &, quamuis ſenex ac plenus dierum dicatur, maior centenario non proditur. Anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quinto annum agebat ætatis ſeptuageſimum-quintum, hunc terminum vitæ conſtituendum putamus. Morti proximus *diſcipulos proteſtatus eſt* his verbis. *Per Chriſtum vos filios meos moneo, ne contendatis pro corporis mei cadauere, ſed mox vt ſpiritum exhalauero, tollite me, & in nauim deponentes ſupponite humeris meis lapidem illum, ſuper quem recumbere ſolitus eram. Nemo autem ex vobis in naui mecum remaneat, ſed impellentes eam in mare permittite ire quò Deus voluerit.* Diſcipuli fecerunt ſicut eis præceperat, ſed qui de Cornugalliâ * venerant, qui plures erant, conabantur eum tollere, & in patriam ſuam transferre. Dum ergo inter ſe colloquerentur, nauis in profundum maris demerſa eſt. Illi verò per multos dies huc illúcque ſanctum corpus requirentes, cùm nullomodò inuenire poſſent, ad propria ſunt reuerſi. *Diſcipuli quoque eius, qui ex Cœnobio erant, per tres menſes cùm non poſſent & ipſi inuenire eum, tandem conſilio accepto triduanum ſtatuerunt ducere ieiunium. Quo peracto cuidam ex eis reuelatum eſt, quando & vbi inueniendus eſſet. Igitur cùm dies Rogationum eſſent, & ipſi orationis gratiâ ad quoddam oratoriolum, quod ipſe in honore ſanctæ Crucis conſtruxerat, veniſſent, inuenerunt nauem in æſtuario quod vocatur Eroeſt, id eſt, domus ſanctæ Crucis, cum ſancto corpore integro & illæſo, ſicut ab ipſis collocatum fuerat in naui. Videntes autem gaudio magno gauiſi ſunt, & lapidem quidem ſuper altare eius loci in teſtimonium poſuerunt, corpus verò ſancti viri cum hymnis & laudibus ad ſuum Monaſterium deferentes, maximâ multitudine populorum proſequente cum gaudio & lætitia magna, quoniam patronum & aduocatum magnum patriæ ſuæ, & apud Dominum interceſſorem inuenerant. Dies autem illa, quæ eſt quinto Idus May, ab illo tempore vſque ad præſens tempus celeberrima colitur & ſeruatur apud Prouinciales Venetenſes. Plurimas etiam in illa die ſolitus eſt Dominus facere virtutes ad eius ſepulchrum, ſicut & ipſi oculis noſtris vidimus. Poſitum eſt autem corpus ſancti viri in Eccleſia, quam ipſe in antiquo caſtro Reuyſij * conſtruxerat, eádem quá præfati ſumus die.* Hæc Author vitæ, qui ſcripſit ante ſexcentos annos.

* S. Tremer. Tremore. Tremeur.

GILDAS ABBAS MORITVR.

* Cornoüaille.

* Ruys.

XI. Illis temporibus Ebrulfus vir nobilis in territorio Baiocenſi, qui nutritus fuerat à teneris annis in aula Childeberti Regis, & à Clotario Childeberti fratris ſucceſſore magnum in palatio locum obtinuerat, ſub Chariberto Clotarij filio nuncium rebus ſecularibus remiſit. *Cùm eſſet opulentus*, inquit eius diſcipulus apud Surium [a], *& literis bene eruditus, atque ſapientiæ ſtudioſus, diuino in ipſo creſcente feruore, libros ſcripturæ diuinæ cœpit euoluere, vt ſciret ſanctorum Patrum res geſtas, atque inde diſceret quâ ratione poſſet ipſe quoque placere Deo. Vbi autem in ſancto Euangelio legit ea verba Saluatoris.* [*Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.*] *Itémque illa.* [*Qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.*] *Ille animo compunctus, relictis omnibus, pauperibus ea elargitus eſt. Vxorem*

[a] D. 29. Dec.

autem ſuam Chriſti ancillis commendauit, vt eam cæleſtibus imbuerent diſciplinis. AN. CH.
Ebrulfi conuerſionem Willelmus Gemmeticenſis [a] paucis verbis ita com- 565.
plectirut. *Hic pro amore Dei ſeculi pompam contemnens, Monachus factus eſt, &* CHARIB.
poſt aliquantum temporis cum tribus Monachis in eremum profectus eſt. Ordericus GVNTCH.
Vitalis [b] æquè teſtatur beatum Ebrulfum, ptiuſquàm in eremum ſecederer CHILPER.
& Vricenſe monaſtetium fundatet, Monachum induiſſe in alio Cœnobio cu- SIGIB.
ius nomen ab Authote vitæ non expreſſum dolemus, leguntur enim apud RR. 4.
Otderieum ſuper eo negotio nonnulla, quæ ſancti Martini Vettanenſis Ab- [a] Lib. 7. c. 23.
batis vitæ conſona non videntur. Sie ille ſctibit de Ebrulfo. *Factâ diſtractio-* [b] Lib. 6.
ne rerum, quicquid habere potuit, pauperibus erogat. Coniugem, quam vt patris EBRVLFVS
nomen haberet acceperat, ſacro velamine conſecrans cæleſti ſponſo condonauit. Ipſe FIT MO-
tanquam elapſus à naufragio ad Monaſterium feſtinauit. Et factus Monachus man- NACHVS.
ſit ibi in omni humilitate ſeruiens Deo per aliquod tempus, excreſcebátque in eo
magis magíſque ſanctæ conuerſationis affectus. Relator vitæ, Monaſterium, ad quod
præfatus vir confugit, proprio nomine non diſtinguit. Vnde quod de hoc ſeniorum
*relatione didici, dignum duco futuris breuiter enodare. Venerabilis Martinus * Ver-* * S. Martin.
tanenſis Abbas Abbatiam conſtruxerat in loco, quem Duos-Gemellos ab antiquitate de Verton.
vulgus vocitat, pro reſuſcitatione geminorum, quam ibidem factam vetuſtas memo-
rat. Nam geminam prolem potentis heri mors immatura ſine baptiſmo rapuerat, vn-
de nimius dolor vtroſque parentes inuaſerat. Martinus autem ab Anglia reuerſus
amicos lugentes inuenit, conſolationem è cælo quæſiuit, meritis & precibus geminos
vitæ reddidit, eóſque in patrimonio eorumdem Monachos Deo dicauit. Antiquum ab
euentu eidem loco nomen vſque hodie perſeuerat, & ingens congeries lapidum in
fundamentis ædificiorum, & ruinis maceriarum euidens teſtimonium dat, quòd ma-
gnæ dignitatis hominum habitatio Baiocenſium pagum illuſtrauerit. Ebrulfus adhuc
diuitiis & honoribus potens laicus, præfati, (vt dicunt,) Cœnobij conſtructionis
aſtitit cooperator idoneus. Incipientes enim conſilio adiuuit, hæſitantes corroborauit,
opibus & fundis, multiſque modis res nuper inceptas augmentauit. Ad poſtremum
omnibus nudatus ibi ſe abdicauit, verúſque Dei pauper monachile ſcema ibidem ſuſ-
cepit, & armis obedientiæ Deo militauit, & intuentibus exemplo coruſcauit.

Otdetici coniecturam de ſitu ae nomine loci, in quo beatus Ebrulfus mo- XII.
nachilem habitum induit, haud improbamus, ſed illud Monaſtetium, S. MARTI-
quod in Baioeenſi territotio ſitum erat, à ſancto Martino Abbate Vertanenſi NI VERTA-
conſtructum fuiſſe inficiamur. Ptæter Breuiatia Nannetenſe & Cenoma- NENSIS
nenſe quæ conſuluimus, beati Martini vitam tecitant Hugo Menardus [c] ex PRIMOR-
Codice manuſetipto Cœnobij S. Cornelij Compendienſis & Albettus [d] de DIA.
Monte Relaxo ex vatiis Authotibus. Nullum ibi veſtigium petegrinationis, [c] Lib. 1. obſeru. d. 24. Octobr.
quam Martinus Nannetis in Angliam & ex Angliâ Baiocas ſuſcepetit, imò [d] In Armor.
Martinus, quem omnes patriâ Nannetenſem fuiſſe conſentiunt, Regulam Sanct. d. 24. Octobr.
quam Monacbis ſuis cuſtodiendam ptæſctipſit, ex tranſalpinis tegionibus
detuliſſe dicitur. Ptæteteà ſuſpicari lieet Ebrulfum in Cœnobium ſeceſſiſſe,
ptiuſquàm Mattinus prima Vertanenſis monaſterij fundamenta iacetet. Mar-
tinus anno Chriſti quingenteſimo vieeſimo-ſeptimo natus eſt Nannetis ex
illuſtribus parentibus, ordinatus eſt Preſbytet à Felice Nannetenſis vtbis
Epiſcopo, verbi diuini prædicatione magnam ſibi pepetit exiſtimationem,
deinde ſolitudinem appetiit, è quâ digteſſus multa Europæ loca regionéſque
perluſtrauit, vt Sanctorum ſepulchta teliquiáſque venetaretut. In itinete plu-
ribus inelaruit miraculis, ſolâ oratione aquam per campos deriuabat ex fon-
tibus, ipſos fontes ſolâ baculi fixione excitabat. Peregrinatione confectâ
tandem in Dumenſi * ſylua conquieuit, ibi tuguriolum conſtuxit, & vi- * La foreſt
tam ſolis herbarum radieibus ſuſtentauit. Virtutum famâ exciti complures Du-Men.
ad illum concurrerunt, quorum adminiculo Cœnobium nomine Vertanum
condidit, optimiſque legibus ac Regulâ ex tranſalpinis regionibus ab ſe aſ-
portatâ communiuit. Tot autem tantarúmque rerum habitâ ratione vix no-
bis perſuademus Martinum erigendo Monaſterio ſe aecinxiſſe cùm natus eſ-

AN. CH. 565.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 4.

MONASTERIA.

ſet annos duntaxat duodequadraginta, ſiue anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quinto, quo beatus Ebtulfus in Cœnobium ſe recepit. Martinus diſcipulos habuit vltra trecentos, variáque condidit Monaſteria. Præ ceteris apud Durinum * florebant duo, vnum virorum, alrerum puellarum, è quorum ruderibus ſupereſt tantùm Prioratus ſancti Georgij * de Monte acuto, qui ſicut & Vertanum hodie pendet ab Abbatia ſancti Iouini * de Marnis.

In Codice Compendienſi * iam laudato hæc leguntur de Regula quam Martinus Abbas & Monachi Vertanenſes obſeruatunt, *in quo* nempe Monaſterio, *turmam militantium Deo aggregans ipſe quoque* Martinus *cum eis regulari linea morum ſe ſubdidit, quam Regulam priorum Patrum decretis inſtitutam à tranſalpinis ferunt regionibus ab ipſo delatam.* Ex illo textu Benedictini Regulam, quam Martinus cum ſodalibus ſuis profitebatur, contendunt fuiſſe Benedictinam, quam aiunt decretis Patrum, qui ante ipſum Martinum viuebant, in tranſalpinis Monaſteriis inſtitutam fuiſſe. Deinde ex Orderico Vitale ſuprà citato beatum Ebrulfum eiuſdem ſancti Martini diſcipulum conſtituunt, ideóque familiæ beati Benedicti accenſent. At ſancto Ebrulfo nihil commercij fuit cum ſancto Martino Abbate Vertanenſi, iuréque dubitari poteſt vtrùm ſancti Benedicti Regula fuerit ea, quam B. Martinus ex tranſalpinis regionibus aſportaſſe fertur, plures enim in Italia tunc obſeruabantur, & nulla familiaritas inter beatos Mautum & Martinum legitur interceſſiſſe, quamuis Glannafolienſe * Monaſterium, cui Mautus ſancti Benedicti quondam diſcipulus præerat, à Vertanenſi quod Martinus Abbas adminiſtrabat, bidui tantùm itinere diſtaret.

* *Durin.*
* *S. Georges de Mont-aign.*
* *S. Iouin de Marne.*

XIII.

* *Compiegne.*

REGVLA.

* *Glanfeuil.*

XIV.

LEONARDVS ABBAS VANDOPERÆ.

In Chronico Benedictino locus etiam inter Sodales Benedictinos tribuitur ſancto Leonardo Abbati Vandoperæ, nequaquam verò in eiuſdem Ordinis Martyrologio, cui lubenter aſſentimur, quoniam Leonardus ſub beato Innocentio Epiſcopo multis annis in Cenomania floruit, excoluítque Monaſticam vitam, priuſquàm Mautus cum ſociis ex Italia in Franciam veniret. De ſancti Leonardi obitu, qui circa hæc tempora ſub Domnoli Pontificatu contigit, déque miraculis poſt mortem ſic in eius vita ſcribit [a] Bernardus Epiſcopus Lodouenſis. *Propediem ſe eſſe moriturum, & Domnoli* Cenomanenſis Antiſtitis *aduentum prædixit, vnde & ipſe Domnolus diuinâ reuelatione præmonitus eſt, vt iret ad ſanctum Leonardum, eiuſque animam Deo commendaret. Quo facto obiit Idibus Octobris. Sepultus verò duos cæcos illuminauit, & nunc etiam quanti ſit meriti apud Deum, frequentia miraculorum oſtendit.* Sepultus fuit ad Sartam in ſua cellula quæ nunc etiam ſancti Leonardi cellula nuncupatur, & quoniam eidem loco nomen antiquitus fuit Vandopera *, vocatur Abbas Vandoperæ & in Cœnobio Vandopera coli dicitur. Eius feſtiuitas in Breuiario Cenomanenſi notatur Idibus Octobris, & in Martyrologio Gallicano ponitur ſexto Kalendas Decembris.

[a] Tom. 1. de vit. SS.

* *Vandeuure*

XV.

CERENICVS ET CERENEDVS FRATRES.

Sancto Leonardo ſuperſtites vixerunt Cerenicus & Cerenedus quos ſæpè iam laudauimus. Cerenicus amicitiâ coniunctiſſimus fuit beato Leonardo propter viciniam locorom, Abbas enim erat in Diœceſi Sagienſi ad confluentes Sartulæ in Sartam. Illic centum & quadraginta Monachis præfuit, vt Ordericus [b] teſtatur, peractóque vitæ curſu feliciter migrauit ad Deum Nonis Maiis quo die feſtiuitas eius celebratur. Sepultus fuit in æde ſancti Martini quam conſtruxerat, quámque poſteri de illius nomine Eccleſiam ſancti Cerenici vocatunt. Tabulis Benedictinis aſcribitur, huius rei ratio nos latet; ex Italia enim in Franciam eodem fermè tempore, quo beatus Mautus, venit; vitæ Monaſticæ nondum ſe dederat; Glannafolium, vbi Maurus Cœnobium conſtruxit, numquam adiit; in Cenomania primùm conſedit cum fratre Ceredo, deinde perrexit in territorium Sagienſe, vbi annuente S. Antiſtite Mileardo Monaſterium erexit. Hæc de Cerenico *. Cerenedus frater natu minor Archipreſbyter erat in Epiſcopatu Cenomanenſi, eámque dignitatem obtinuerat poſt inſigne miraculum quod ita recitatur. Cenomania peſte & fame

[b] Lib. 8.

* *Cerenic.*

grauiter labotauit, Epiſcopus triduanum ieiunium obſeruari, ſupplicationéſque fieri pet vniuerſam Diœceſim præcepit, quibus peractis Preſbytet diuinitùs intellexit ſpem omnem in preeibus Cerenedi * piiſſimi viri apud Saluiam * in eremo deliteſcentis collocandam eſſe, confeſtim Epiſcopus eò contendit, iubente Pontifice Cerenedus otauit pto populo, exauditas in cælo pteces confitmauit euentus, illicò veri ſua ſetenitas, corporibus ſuum robur, terræ ſua fœcunditas teddita ſunt, Epiſoopus autem in admirationem tanti ptodigij raptus Cerenedum Archipreſbyterum eteauit. Cerenedus eo officio pet aliquot annos ſanctiſſimè defunctus poſt multa miracula feliciter obdormiuit in Domino, XII. Kalendas Auguſtas, quo die feſtum illius eelebrari ſolet, ſepultus fuit Saluiæ, cui loco ſancti Cetenedi nomen inditum eſt à poſteris. Pluta de ſanctis Cerenieo & Cerenedo ſetibit Coruaiſierus in Hiſtotia Cenomanenſi ſub Epiſcopo Innocentio.

AN. CH. 565.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SICIB.
RR. 4.

* S. Cerené.
* Sange.

ANNVS
CHRISTI 566.
CHARIBERTI R. 5.
GVNTCHRAMNI R. 5.
CHILPERICI R. 5.
SIGIBERTI R. 5.
INDICTIO 14.

566.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 5.

ANNVS Chtiſti quingenteſimus ſexageſimus-ſextus in Faſtis numetatur poſt Baſilij Conſulatum viceſimus quintus, & notatur Indictione XIV. I.

*Sigibertus Rex Arelatenſem urbem capere cupiens, Aruernos commoneri praecepit. Erat enim tunc Firminus Comes vrbis illius, qui cum ipſis in capite abiit. Sed & de alia parte Andouarius cum exercitu aduenit. Ingreſſique vrbem Arelatenſem, ſacramenta pro parte Sigiberti Regis exegerunt. Quod cùm Guntchramnus Rex comperiſſet, Celſum Patricium cum exercitu illuc dirigit. Qui abiens Auennicam * vrbem abſtulit. Accedens Arelate, & vallans eam, impugnare Regis exercitum Sigiberti, qui intra muros continebatur, cœpit. Tunc Sabaudus Epiſcopus dixit ad eos. Egredimini foris, & inite certamen, quia non poteritis ſub murorum concluſione degentes, neque nos, neque vrbis iſtius ſubiecta defendere. Quòd ſi vos Deo propitio illos deuinciti, nos fidem quam promiſimus cuſtodimus, ſi verò illi contra vos inualuerint, ecce reſeratas reperietis portas, ingrediemini, ne pereatis. Hoc illi dolo deluſi, egreſſi foris bellum parant, ſed ſuperati ab exercitu Celſi fugam ineunt, venientéſque ad vrbem, portas reperiunt obſeratas. Cúmque exercitus à tergo iaculis feriretur, operiretúrque lapidibus ab vrbanis, ad amnem Rhodanum dirigunt, ibíque parmis ſuperpoſiti vlteriorem ripam expetunt. Sed multos ex his violentia amnis direptos enecauit. Firmino tantùm & Audouario diſcedendi via indulta eſt. Ac ſic Guntchramnus Rex receptâ vrbe illâ, iuxta conſuetudinem bonitatis ſuæ, Auennicam ditionibus fratris ſui reſtituit.* Hue vſque Gregotius Tutonenſis [a] de bello Atelatenſi, quod hoc anno geſtum ſuadent ea, quæ ſequentibus annis de Legatione Firmini Comitis & expeditionibus Sigiberti Regis atque obitu Celſi Patricij dicturi ſumus. Dutante autem Sigibertum inter ac Guntchramnum diſſidio, Mondericus Epiſcopus, qui Tornodoten-

II. BELLVM CIVILE.

* Auignon.

[a] Lib. 4. c. 30.

AN. CH. 566.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

ſe eaſtrum vt Archipreſbyrer regebar, in exilium pulſus eſt. Quâ de re ſic interpolator [a] Gregorij. *Beatus Tetricus* Lingonenſis Epiſcopus *à ſanguine ſauciatur. Cui cùm nulla medicorum fomenta valerent, conturbati Clerici, & à paſtore vtpote deſtituti, Mondericum expetunt. Qui à Rege indultus ac tonſoratus, Epiſcopus ordinatur, ſub eâ ſpecie, vt dum beatus Tetricus viueret, hic Ternodorenſe caſtrum vt Archipresbyter regeret, atque in eo commoraretur, migrante verò deceſſore iſte ſuccederet. In quo caſtro dum habitaret, iram Regis incurrit. Adſerebatur enim contra eum, quòd ipſe Sigiberto Regi aduerſus fratrem ſuum Guntchramnum venienti alimenta & munera præbuiſſet. Igitur extractus à caſtro, in exilium ſuper ripam Rhodani in turri quadam arcta atque detecta retruditur.*

[a] Lib. 5. c. 5.

MONDERICVS EP.

III. Mulrò difficilius eſt annum inueſtigare, quo collocari debent ea quæ de Francone Aquarum Sextiarum Epiſcopo ſcribir Gregorius Turonenſis in libro [b] de gloria Confeſſorum. *Cùm Franco Epiſcopus huius municipij Eccleſiam gubernaret, Childericus qui tunc primus apud Sygibertum Regem habebatur, villam eius competit, dicens, quia iniuſtè ab Aquenſi Eccleſia retinetur, & dicto citiùs conuenitur Epiſcopus. Datíſque fideiuſſoribus in præſentia Regis adſiſtit, clamans & obſecrans, vt rex ab huius cauſa audientia præſentiam ſuam auerteret, ne cæleſti iudicio condemnetur, addens, ſcio enim virtutem Metriæ viri beati, quòd velociter in peruaſorem ſuum inrogat vltionem. Denique coniuncti auditores cauſam diſcutiunt. Inſurgit Childericus, atque improperans criminibus exacerbatum Epiſcopum, quòd res fiſci ditionibus debitas iniquo ordine retineret, extrahi eum vi à iudicio iubet, & tantùm ablatâ per iudicium præſentium villâ, trecentis aureis condemnauit. Fauebant ei omnes, nec quiſquam contra voluntatem eius audebat decernere, niſi quod eidem libuiſſet. Denique condemnatus ſpoliatuſque Sacerdos ad vrbem rediit, atque proſtratus in orationem coram ſepulchro Sancti, dicto pſalmi capitello ait. Non hic accendetur lumen, neque pſalmorum modulatio canetur glorioſiſſime ſancte niſi priùs vlciſcaris ſeruos tuos de inimicis ſuis, réſque tibi violenter ablatas Eccleſiæ ſanctæ reſtituas. Hæc cum lachrymis effatus, ſentes cum acutis aculeis ſuper tumulum proiecit. Egreſſúſque clauſis oſtiis ſimiliter in ingreſſu alias conlocauit. Nec mora, corripitur peruaſor à febre, decumbit lectulo, exhorret cibum, faſtidit & potum, profert æſtuans ingens ſuſpirium. Cui etiamſi ab ardore febris interdum ſitis accederet, aquam tantùm, nihil aliud hauriebat. Quid plura? in hac ægrotatione integrum ducit annum, ſed mens praua non flectitur. Intereà labitur cæſaries cuncta cum barba, & ita omne caput remanſit nudum, vt putares eum olim ſepultum nuper eiectum fuiſſe poſt funera de ſepulchro. His & talibus miſer afflictus malis, ſerò recogitat dicens. Peccaui eò quòd expoliauerim Eccleſiam Dei, atque Epiſcopo Sancto intulerim iniuriam. Nunc autem ite quantocyùs, & redditâ villâ ſexcentos aureos ſuper tumulum Sancti deponite. Eſt enim mihi ſpes, quòd res reddita tribuat ægrotanti medelam. Quod audientes homines eius, acceptâ pecuniâ fecerunt ſicut eis fuerat imperatum. Reddiderunt agrum ſolidóſque ſuper ſepulchrum ſerui Dei poſuerunt. Sed cùm hoc feciſſent ſtatim ille in loco quo erat ſpiritum exhalauit, lucratúſque eſt detrimentum animæ per adoptionem acquiſitionis iniquæ. Epiſcopus autem obtinuit vltionem de inimico Eccleſiæ, quam promiſerat futuram per Athletæ Dei virtutem.* Colitur ſanctus Mitrias Martyr apud Aquas Sextias Idibus Nouembris, vt legirur in ſupplemento Martyrologij Gallicani.

[b] Cap. 71.

FRANCO EPISC. AQVENS. METR.

IV. *Porrò Sigibertus Rex cùm videret quòd fratres eius indignas ſibimet vxores acciperent, & per vilitatem ſuam etiam ancillas in matrimonium ſociarent, legationem in Hiſpaniam mittit, & cum multis muneribus Brunichildem Atanagildi Regis filiam petiit. Erat enim puella elegans opere, venuſta aſpectu, honeſta moribus atque decora, prudens conſilio, & blanda conloquio. Quam pater eius non denegans, cum magnis theſauris antedicto Regi tranſmiſit. Ille verò congregatis ſenioribus ſecum, præparatis epulis, cum immenſa lætitia atque iocunditate eam accepit vxorem. Et quia Arriana legi ſubiecta erat, per prædicationem Sacerdotum atque ipſius Regis commonitionem conuerſa, beatam in vnitate confeſſa Trinitatem, credidit, atque chriſmata eſt, quæ in nomine Chriſti Catholica perſeuerat.* Huc vſque Gregorius

BRVNICH. ARRIANA NVBIT SIGIBERTO REGI.

Turonenſis [a], nullo addito Charactere Chronologico, ſed Sigebertus Bru- AN. CH.
nichildem in Franciam veniſſe ſcribit anno Sigiberti Regis quinto. 566.

Extat apud Fortunatum libro quinto Carmen de nuptiis Sigiberti & Bruni- CHARIB.
childis, ſubſequitur aliud de laudibus eorumdem, poſtquàm Brunichildis GVNTCH.
Catholicæ fidei ſe mancipauit, vt docent hi verſus ad Sigibertum. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

Reginam meritis Brunichildem Chriſtus amore
Tunc ſibi coniunxit, hanc tibi quando dedit.
Altera vota colis meliùs, quia munere Chriſti
Pectora iuncta priùs, plùs modò lege placent. V.
Rex pie Reginæ tanto de munere gaude, FIT CATHOLICA.
Adquiſita bis eſt quæ tibi nupta ſemel.
Pulchra, modeſta, decens, ſolers, pia, grata, benigna,
Ingenio, vultu, nobilitate potens.
Sed quamuis tantum meruiſſet ſola decorem,
Ante tamen homini, nunc placet ecce Deo.

[a] Lib. 4. c. 17.

Et libro ſexto extant varia Carmina de laudibus Gogonis, ex eorum au- VI.
tem vno patet Brunichildem à Gogone adductam in Franciam, ſic enim Poë- ADDVCITVR IN
ta ipſum Gogonem alloquitur. FRANCIAM A GOGONE.

Principis arbitrio Sigeberti magnus haberis,
Iudicium Regis fallere nemo poteſt.
Nuper ab Hiſpanis per multa pericula terris,
Egregio Regi gaudia ſumma vehis.

Fredegarius [b] & Aimoinus [c] Gogonem inſtigante poſt Brunichilde Regi- VII.
nâ trucidatum à Sigiberto volunt. At id inter commentitia reponendum
docet Gregorius Turonenſis [d], refert enim Gogonis mortem anno ſexto poſt
necem Sigiberti. Fredegarius & Aimoinus Brunichildis famæ detrahunt pe-
tulantiori calamo multis in locis, nec audiendi ſunt, cùm quid ei ſceleris
adſcribunt, cuius veſtigium apud coætaneos Authores non inuenitur.

[b] Cap. 59.
[c] Lib. 3. c. 4.
[d] Lib. 6. c. 1.

Aimoinus librum tertium ſuæ Hiſtoriæ orditur à morte Clotarij Regis. In VIII.
primo capite agit de diuiſione Franciæ quam partiti ſunt inter ſe, Chariber-
tus, Guntchramnus, Chilpericus & Sigibertus. In ſecundo res à Chariberto
Rege geſtas enarrat. Huic capiti ſubiecta fuit interpolatio, quæ breuior
quidem in prioribus editionibus, in Brulliana verò longè prolixior reperi-
tur, habétque chartam immunitatis pro Monaſterio ſancti Vincentij à beato
Germano Pariſiorum Epiſcopo emiſſam.

In prioribus editionibus ita legitur. *His diebus beatiſſimus Germanus ſen-* IX.
tiens diem ſui imminere exitûs, cernens quoque Eccleſiam Romanæ ſedis multis at- DVPLEX
teri (vt ſupra dictum eſt in deiectione Silnerij & ſucceſſione Vigilij) calamitatibus, INTERPOLATIO AIMOINI.
verens etiam, ne vrbis Pariſiacæ Pontifices per ſuccedentia tempora inquietudine ali-
quâ peruaderent Eccleſiam Sanctæ Crucis Sanctique Vincentij (quam glorioſus Rex
Childebertus ædificauerat) occaſione permaximè illâ, quæ in Præcepto Clotharij Re-
gis inuenitur, ita inquiens, [Abbatem loci illius conſtituimus, & cetera,] præce-
ptum immunitatis edere decreuit, in quo omnes Epiſcopos ſedis Pariſiacæ alienos
efficeret ab hac occaſione. Præuidebat enim mens ſancta, quòd huic immunitati vel
libertati Monaſteriorum poſtmodum conſentiret ſancta & Apoſtolica Romana Eccleſia,
ſicuti etiam beatus Papa Gregorius poſtmodum in decretis ſuis ſanciendo confirmauit.
His itaque prælibatis ad ordinem reuertamur hiſtoria.

Iacobus Brullius priorum editionum ſuſtulit poſtrema verba, *his itaque* X.
prælibatis ad ordinem reuertamur hiſtoria, & in eorum locum ſequentia ſuffecit. DE PRIVILEGIO PRO
Hoc autem priuilegium immunitatis tale eſt. Dominis viris Apoſtolicis ſanctis, & MONASTERIO S. VINCENTII.
in Chriſto fratribus omnibus Epiſcopis Pariſiacæ vrbis cum gratiâ Dei futuris, & cæ-
leſti viſitatione ditatis, Germanus peccator. Omnibus non habetur incognitum, qua-
lis ac quantus circa Monaſteria & Eccleſias aut erga Deum timentium virorum fuerit
inclytæ memoriæ glorioſiſſimus Childebertus Rex. Cuius ſumma beneuolentia multis
largita eſt copioſa beneficia, & immunitati noſtræ ſtabilitatem perpetuam. Scilicet co-

AN. CH. *gitans, quia qui iſta temporalia reſeruaret metenda ſibi, multò maiora à Deo illi*
566. *attribuerentur, ſi ob eius amorem Eccleſias & Templa fundaret, & egentium ino-*
CHARIB. *piam ſuſtentaret, & pro magnis parua offerret, atque pro terrenis caleſtia adipiſce-*
GVNTCH. *retur. Vnde & nobis ob ſepultura ſua meritum aliqua à ſe conſiderare mandauit,*
CHILPER. *& conſiderata ceſſit. Itaque inclytus iſte Princeps Pariſius Baſilicam in honore ſan-*
SIGIB. *cta Crucis, & domni Vincentij, vel reliquorum Sanctorum in vnum membrum con-*
RR. 5. *ſtruxit, & ſibi ſepulturam inibi collocauit, ac largitatis ſua copiam per teſtamenti*
ſui paginam nobis habere decreuit, & habendi meritum loco tanti ordinis conſtituit.
Sed dum pagina teſtamenti ſui, & cordis fides ſub humana fragilitate temporaliter vi-
geret, agente id quorumdam calliditate, ne aterna illi tribueretur beatitudo, ac ſcri-
ptum non ſortiretur effectum, ſimúlque Abbas & Congregatio deputata non percipe-
rent, ac ſterilitate victûs & veſtitûs deperirent, monuit me illius recordatio, & ob
amorem illius terruit me tanta ſecuritas, ſimúlque pietatis & charitatis affectus.
Ille etenim poſt Deum dum ſupereſſet, fuit noſtra immunitas & ſecuritas, pax &
recuperatio, ac ſequeſtratio omnis ab eiuſli negotio. Nos verò in hac re pietati illius
conſulentes, & cæterorum Regum velle ſtabiliri conantes charitatem fraterna dile-
ctionis veſtra nobiſcum volumus concordari, quatinus illius ſancti loci honor cele-
berrimus, & memoria iam dicti Principis glorioſi eniteat eodem in loco omnibus
huius aui temporibus, habeátque Abbatem ex propria Congregatione ipſa Eccleſia,
Qui ſub gubernatione Regum per ſucceſſiones eundem locum prauideat, ſítque alie-
nus Pontifex omnis Pariſiorum ab eodem loco, vt non deinceps aliquam poteſtatem
in omnibus adipſum locum pertinentibus habeat, ſimúlque ſancimus, vt nullus Me-
tropolitanus aut aliquis Suffraganeus eius causâ alicuius ordinationis illuc ingredi
praſumat, niſi ſolummodo ab Abbate eiuſdem loci vocatus venerit ad Sanctitatis
myſterium celebrandum, aut ad Eccleſias conſecrandas, aut ad benedictiones Cleri-
corum vel Monachorum inſtituendas, quod debitum renuere nullatenus debet. Cæte-
rùm quicquid à die praſenti tam à tempore meo, quàm à ſucceſſorum meorum omnium
in Sede Pariſiorum reſidentium Epiſcoporum, vel à Deum timentibus Principibus
eiuſdem plebis, in fiſcis, villis, agris, in auro vel argento fuerit delegatum, ſiue
donatum, vt ad integrum habeat, volo, rogo, coniuro. Decreui etiam per hanc
chartulam immunitatis & ceſſionis meam Baſilicam ſuperiùs nuncupatam ſine ge-
ſtorum obligatione manere, & quia id anteà conſuetudo non fuit, & modò à Re-
gibus & Principibus mihi eſt conceſſum, voluntatem pietatis veſtra in hoc ſcripto
pratermittere nolui, ſed in omnibus per vos roborari & confirmari expoſco, vt de-
inceps ratum permaneat. Et ſi aliquis vnquam fuerit, qui contra hanc deliberatio-
nem meam (quam ego pro firmitatis ſtudio cum Metropolitani & reliquorum Epi-
ſcoporum conſilio ac ſuaſione decreui conſcribere) quoquo tempore venire tentauerit,
aut fortaſſis locum refragandi quaſierit, inprimus à liminibus ſanctarum Eccleſiarum
ab omnibus Epiſcopis & Sacerdotibus Dei tam praſentis temporis quàm & futuri,
ſit excommunicatus, & alienus à pace, & in futuro iudicio, cum Sanctis & amicis
Dei (in quorum honore hac conſcriptio facta eſt) meum ac dominorum meorum Me-
tropolitanorum ſeu Coepiſcoporum praſentium ſuper ſe adeſſe ſentiat iudicium, ac ſit
anathema maranatha. Et inſuper, vt hac chartula firmiorem poſſit adipiſci plenitu-
dinem, comprouincialium dominorum Epiſcoporum, & fratrum meorum Presbytero-
rum ſeu Diaconorum conſcriptionibus ipſam volui corroborare. Actum Pariſius ciuitate
ſub die duodecima Calend. Septembris anno quinto Domini Chariberti Regis. Germa-
nus peccator hanc chartulam ceſſionis & immunitatis à me factam relegi & ſubſcri-
pſi ſub die quo ſuprà. Nicetius Lugdunenſis Epiſcopus in Chriſti nomine petente
Apoſtolico domno & fratre meo Germano Epiſcopo, & domnâ Vltrogothâ Reginâ,
atque domnâ Chrodeſintâ ac Chrobergâ Conſtitutionem hanc, ſcilicet à praſenti
tempore à ſucceſſoribus domni Germani Epiſcopi perpetuò cuſtodiendam relegi, &
manus mea ſubſcriptione corroboraui notato die. Prætextatus Cabillonenſis Epiſco-
pus deliberationem ſuperiùs comprehenſam rogante & præſente domno Germano Epi-
ſcopo gaudenter ſuſcepi relegendam, & ſubſcripſi notato die. Eufronius Niuernen-
ſis Epiſcopus rogante domno Germano Epiſcopo hanc deliberationem relegi & ſub-
ſcripſi

ſcripſi notato die. Felix Aurelianenſis Epiſcopus iuxta conſenſum & deliberatio- AN.CH.
nem domni Germani in perpetuo manſuram ſubſcripſi notato die. Domicianus Car- 566.
notenſis Epiſcopus iuxta conſenſum & deliberationem fratris mei Germani Epiſcopi
conſenſi & ſubſcripſi notato die. Domnolus Cenomanenſis Epiſcopus conſenſi & ſub- CHARIB.
ſcripſi notato die. Caletricus peccator iuxta conſenſum & deliberationem domni Ger- GVNTCH.
mani Epiſcopi conſenſi & ſubſcripſi notato die. Victurius peccator iuxta delibera- CHILPER.
tionem hanc Germano praſente fratre meo & rogante conſenſi & ſubſcripſi notato SIGIB.
die. Leodebandus peccator conſenſi & ſubſcripſi notato die. Amanuenſis Notarius RR. 5.
ſub iußione domni Germani Epiſcopi hoc Priuilegium ceßionis ſcripſi, & ſub-
ſcripſi.

Hoc igitur loco examinanda nobis occurrit duplex interpolatio Aimoini; XI.
vna vetuſtior, altera recentior quæ priori ſubiecta eſt & Brulliana dici poteſt REFELLI-
ab Auctore Iacobo Brullio, neutri fides haberi debet. TVR.

In priori quatuor res perperam ſcribuntur. Primò, interpolator perturba- XII.
tionem, quâ Romana Sedes ante annos circiter XXX. in deiectione Syluerij
& ſucceſſione Vigilij exagitata fuerat, cauſam vult dediſſe Germano Epiſco-
po Pariſienſi, vt Baſilicam ſancti Vincentij immunem faceret, an ſimile quid
legitur de alio Epiſcopo? Secundò, interpolator comminiſcitur Germanum
timuiſſe Baſilicæ ſancti Vincentij, cur enim non æquè timuit Baſilicæ Sancto-
rum Apoſtolorum? Tertiò, interpolator à Germano reſciſſum ſupponit quod-
dam Clotarij Regis Præceptum, cuius nulla extat alibi memoria. Quartò, in-
terpolator aſſerit Romanam Eccleſiam & B. Papam Gregorium Priuilegio
Germani poſteà conſenſiſſe, nihil autem eiuſmodi repetitur in epiſtolis & ſan-
ctionibus Romanorum Pontificum, neque enim Pariſienſi Cœnobio ſancti
Vincentij fauet fictitium Priuilegium quod Monachi Sueſſionenſes à Gregorio
Papa pro Monaſterio ſancti Medardi ſe accepiſſe fabulantur.

Poſterior interpolatio ipſum Germani Pariſienſis Epiſcopi Priuilegium XIII.
complectitur. Ioannes Launoius Pariſienſis Theologus, vt illud Priuilegium
ſpurium atque adulterinum eſſe oſtenderet, momenta rationum viginti tria
publicauit anno Chriſti MDCLVII. Robertus Quatremarius Congrega-
tionis ſancti Mauri Monachus Benedictinus eodem anno exeunte prædi-
ctum ſui Monaſterij Priuilegium propugnauit edito aduerſus Launoium
libro, qui diſtinguitur in articulos ſex & viginti. Deinde Launoius an-
no proximè ſequenti, ſententiam ſuam auctiori opere contra Quatrema-
rium confirmauit. Vtrumque legere & conferre poteris. Iacobus Brullius,
qui primus iſtud Priuilegium in lucem emiſit, adiecit etiam notas, vt potio-
rem fidem conciliaret. At contrarium omnino nactus videtur. Ait Priuile-
gium integrum adhuc adſeruati deſcriptum in philyra ſiue in tenui tunica ti-
liæ arboris inter corticem ac lignum nata. Virum non exiſtimamus adeò in-
uerecundum fuiſſe, vt eruturm à ſe diceret ex Archiuis ſui Monaſterij quod in
illis non delireſceret, ſed quod autographum putauit, exemplar fictitium
eſſe contendimus. Argumenta Launoij non repetemus. Vnum duntaxat ſume-
mus ab Epiſcoporum ſubſcriptionibus, quæ Chariberti Regis anno quinto
non conueniunt. Priuilegio ſubſcribunt *Pariſius ciuitate, ſub die duodeci-*
ma Calend. Septembris, anno quinto domni Chariberti Regis, Germanus pecca-
tor, Nicetius Lugdunenſis Epiſcopus, Prætextatus Cabillonenſis Epiſcopus, Fe-
lix Aurelianenſis Epiſcopus, Eufronius Niuernenſis Epiſcopus, Domicianus
Carnotenſis Epiſcopus, Domnolus Cenomanenſis Epiſcopus, Caletricus peccator,
Victurius peccator, Leodebandus peccator. Si duos excipias, Nicetium Lug-
dunenſem & Domnolum Cenomanenſem, nulli prædictorum Epiſcopo-
rum benè aſſignatur ſua Sedes. In nomen Cathedræ, quam Domnolus
obtinebat, non irrepſit error, quoniam Scriptor Priuilegij, cùm Bene-
dictinus eſſet, non omiſerat legere vitam beati Mauri, qui primum Or-
dinis Benedictini Cœnobium in Gallia conſtruxit, in eâque Domno-
lum Cenomanenſem Epiſcopum deprehenderat ex Odonis interpolatione.

AN.CH. 566.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 5.

Nec te moueat quòd Odo floruit nono ſeculo, nam priuilegium, quod à Brullio laudatur, ſeriùs ſcriptum arbitramur, poſtquàm Eccleſiæ Lugdunenſi aſſertus eſt Primatus in Prouinciam Senonenſem, cuius pars erat Diœceſis Pariſienſis. Cur enim præter omnes Epiſcopos, qui Concilio Turonenſi ſecundo ſub Charibetto Rege interfuerunt, ſubſcripſit vnus Epiſcopus Lugdunenſis, ſubſcripſitque primo loco? Quæſita proculdubiò Primatis authoritas, vt exemplar Priuilegij fieret auguſtius, nec erratum eſt in Primatis nomine, quia Nicetius Lugdunenſis Epiſcopus, vt anno ſequenti dicemus, conſtitutionibus Concilij Lugdunenſis ſubſcripſit anno Guntchtamni Regis ſexto. Priuilegij, de quo nunc agimus, primarius Author, vt ſcriptioni ſuæ fidem faceret, appoſuit ſubſcripriones Epiſcoporum nouem, Germani, Pretextati, Eufronij, Felicis, Domitiani, Domnoli, Caletrici, Victutij & Leudebaudis, qui Concilio Turonenſi, vt mox oſtendemus, hoc ipſo anno interfuerunt, ſed Eccleſiarum quibus præerant nomina reticuit, vt eorum plerſque, Germanus videlicet, Eufronius, Felix & Domitianus ante nouem annos fecerant, cùm Pariſienſi Concilio ſubſcriberent hoc modo. *Germanus peccator Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi, Eufronius peccator Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi, Felix peccator Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi, Domitianus peccator Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.* Aurhor autem exemplaris, quod Brullius præ manibus habuit, addidit Nicetium Primatem Lugdunenſem, & Epiſcoporum quinqne, Prætextari, Felicis, Eufronij, Domitiani & Domnoli, quorum vt & aliorum nuda nomina reperetat, Diœceſes ſtuduit indicare. Rectè coniecit de Domnolo, quem Epiſcopum Cenomanenſem dixit, ſecus verò de quatuor aliis, Prætextatum enim Cabillonenſem Epiſcopum, Felicem Aurelianenſem Epiſcopum, Eufronium Niuernenſem Epiſcopum & Domitianum Carnotenſem Epiſcopum perperam appellauit. Nicetio Primati primæque Lugdunenſis Prouinciæ Metropolitano ſocium itineris adiungere voluit Prætextatum, quem idcirco finxit Epiſcopum Eccleſiæ Cabilonenſis in Prouincia Lugdunenſi prima conſtitutæ. Domnoli ſedem ignorate non potuit ob vitam beati Mauti quam legerat. Ceteros Epiſcopos accenſuit Prouinciæ Senonenſi ſeu Lugdunenſi quartæ, cuius Diœceſes præter Senonenſem Metropolitanam erant numero ſeptem, Carnotenſis, Autiſſiodorenſis, Trecenſis, Aurelianenſis, Pariſienſis, Meldenſis & Niuernenſis. Eccleſiæ Carnotenſi Domicianum ſeu Domitianum, Aurelianenſi Felicem, Pariſienſi Germanum, Eufronium Niuernenſi præfècit; omiſit reliquas Eccleſias, Senonenſem, Autiſſiodorenſem, Trecenſem ac Meldenſem, tréſque Epiſcopos abſque nominibus ſedium propoſnit Caletricum, Victurium & Leodebandum ſeu Leudebaudem, quos in eadem Senonenſi Prouincia ſediſſe proculdubiò putauit, quamuis id diſtinctis verbis non expreſſerit. Vt ita cogitaret, certè ſuadebant hæc Germani verba quæ legunrur in prædicto Priuilegio, *& inſuper vt hac cartula firmiorem poſſit adipiſci plenitudinem, comprouincialium Dominorum Epiſcoporum, & fratrum meorum Presbyterorum, ſeu Diaconorum conſcriptionibus ipſam volui corroborare.* Sed huic periodo quàm contrariæ ſunt ſubſcripriones: Priuilegio nulli ſubſcribunt Presbyteri; nulli ſubſcribunt Diaconi; ex comprouincialibus Epiſcopis Germani ſiue ex Prouincia Senonenſi præter Germanum, qui Pariſienſem Epiſcopatum in ea Prouincia regebat, vnus ſnbſcribit Caletricus Carnotenſis Epiſcopus, ceteri ſunt ex aliis Prouinciis, Nicerius ex Prouincia Lugdunenſi prima: Prætextatus & Leudebaudis ſeu Leodebandus ex Prouincia Lugdunenſi ſecunda ſeu Rotomagenſi: Eufronius, Felix, Domitianus, Victurius & Domnulus ex Prouincia Lugdunenſi tertia ſeu Turonenſi. Nicetius enim præſider Eccleſiæ Lugdunenſi Metropolitanæ, Prætextatus Eccleſiæ Rotomagenſi Metropolitanæ, Leudebaudis ſeu Leodebandus Eccleſiæ Sagenſi, Eufronius Eccleſiæ Turonenſi Metropolitanæ, Felix Eccleſiæ Namneticæ, Domitianus Eccleſiæ Andegauenſi, Victurius Eccleſiæ Redonicæ, & Domnulus Eccleſiæ Cenomanenſi. Teſtes ſubſcriptiones Concilij Turonenſis

AN. CH. 566. CHARIB. GVNTCH. CHILPER SIGIB. RR. 5.

poſt menſes duos diéſque viginti ſeptem à tempore quo Germanus Epiſcopus Priuilegium Monaſterio ſancti Vincentij conceſſiſſe fertur, hoc eodem anno, die decimo-quinto Kalendas Decembris ſic datæ. *Eufronius Turonicæ ciuitatis Epiſcopus has conſtitutiones noſtras relegi & ſubſcripſi. Notaui ſub die* XV. *Kalendas Decembris , anno* VI. nempe inchoato , *regni domni noſtri Chariberti glorioſiſſimi Regis. Prætextatus etſi peccator, in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Rotomagenſis , hunc conſenſum noſtrum ſecundùm Patrum ſtatuta relegi , conſenſi , & ſubſcripſi , ſub die* XV. *Kalendas Decembris , Turonus. Germanus peccator Epiſcopus Eccleſiæ Pariſiacæ conſenſi & ſubſcripſi. Felix peccator Epiſcopus Eccleſiæ Namneticæ conſenſi & ſubſcripſi. Calctricus peccator Epiſcopus Eccleſiæ Carnotenſis conſenſi & ſubſcripſi. Domitianus peccator Epiſcopus Eccleſiæ Andegauenſis conſenſi & ſubſcripſi. Victurius peccator Epiſcopus Eccleſiæ Redonicæ conſenſi & ſubſcripſi. Domnulus peccator Epiſcopus Eccleſiæ Cenomanenſis conſenſi & ſubſcripſi. Leudebaudis peccator Epiſcopus Eccleſiæ Sagenſis conſenſi & ſubſcripſi.* Hæc vna ſufficiat argumentario, vt agnoſcas nullius prorſus authoritatis eſſe Brullianam Aimoini interpolationem, quam hoc loco examinandam ſuſcepimus. Certè cùm lites de iuribus Epiſcopalibus inter Epiſcopos Pariſienſes & Abbates ſancti Germani Pratenſis obortæ ſunt, hi nullam Priuilegij ſuprà recitati mentionem fecerunt, illud enim aut ignorabant aut ſuppoſititium rebantur.

XIV. CONCIL. TVRON.

Concilium ſecundum Turonicum celebratum fuit hoc anno. Subſcriptio enim Eufronij Epiſcopi, vt ſuprà iam notauimus, talis eſt. *Eufronius Turonicæ ciuitatis Epiſcopus has conſtitutiones noſtras relegi & ſubſcripſi. Notaui ſub die* XV. *Kalendas Decembris , anno* VI. *regni domni noſtri Chariberti glorioſiſſimi Regis.* Et Charibertus annum regni ſextum inierat ante Kalendas Nouembres huius anni, vt conſtat ex iis quæ de Clotarij Regis obitu ante quinquennium diximus. Coactum eſt Concilium ex ſolis ditionibus Chariberti Regis, Patres enim in ipſa Synodi præfatione dicunt ſe coadunatos, *Chriſto auſpice , in Turonica ciuitate , iuxta conniuentiam glorioſiſſimi Domini Chariberti Regis annuentis,* ibique *conniuentia* in eadem ſignificatione ſumitur ac *euocatio* & *præceptio* in præfationibus Synodorum Aurelianenſium primæ & ſecundæ, nec in alio ſenſu teſtatus eſt Ionas ſe ſcripſiſſe vitam ſancti Columbani *fratrum conniuentiâ flagitante.*

XV. DECRETA.

Extant huius Concilij Canones viginti ſeptem, quorum nonnullos , quia prolixiores ſunt, in epitomen redigemus.

XVI. DE SYNODO CONVOCANDA.

I. Placuit ſancto Concilio , interpoſitâ virtute Domini Martini , in ſancta Baſilica ſua conſcribi , vt bis ad Synodum annis ſingulis Metropolitanus & comprouinciales ſui , in locum quem deliberatio Metropolitani elegerit , Deo propitiante conueniant ; aut ſi neceſſitas , ſicut hactenus , ineuitabilis præpedierit , vel ſemel in anno, ſine cuiuſlibet excuſatione perſonæ , id eſt , regia vel priuata , ſine cuiuſcumque vtilitatis obſtaculo , præter infirmitatis certiſſima labore præuentum , nullius occaſione velaminis , habeat vnuſquiſque concurſum , ſed ſicut dictum eſt , neque per impedimentum ordinationis regiæ , neque ſub occaſione vtilitatis aut cauſa propria debeat à Concilio ſeparari. Si quis Epiſcoporum , vt ſuperiùs dictum eſt , ad Synodum venire diſtulerit , vſque ad maiorem Synodum à Metropolitano & comprouincialibus maneat excommunicatus , nec ei ex alia Prouincia vllus Epiſcopus intereà communicare præſumat. Ipſe enim ſuæ diuiſionis præparat inſtrumenta , qui cum ſuis fratribus in membris Eccleſiæ non concordat.

XVII. DE PACE INTER EP SERVANDA

II. Pontificalis affectus inter conſacerdotes inuiolabiliter conſeruetur. Verùm ſi pro peccatis , vt aſſolet , ex cauſa liuor emerſerit , vt pendente certamine ſibi inuicem reconciliari non poſſint, electis ab vtraque parte fratribus , id eſt, Presbyteris, præponderante dulcedine litis iacula finiant , & vota pacis acquirant. Si quis autem ab vtraque parte , vt dictum eſt , electis Presbyteris atque mediantibus fratribus , hoc eſt , ſuis membris , reconciliari neglexerit , cùm ad Synodum venerit , non ſolùm reatum coram Epiſcopis ſe cognoſcat incurrere , verùm etiam congruæ pœnitentiæ intelligat vindictam ſubire. Opportunum námque eſt illum animaduerſione ſuccumbere

AN. CH. 566.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

qui intelligendo peccauit, & quod docere debuit, in ſeipſo neglexit.

XVIII. De compoſit. Corporis Domini in altari.

III. Vt corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, ſed ſub Crucis titulo componatur. Hoc Canone prohibetur, ne Corpus Domini inter ſacras imagines ſuper altari poni ſolitas ponatur, ſed in digniori loco collocetur ſub ipſa Cruce, quæ in meditullio ipſius altaris poni conſueuit. Eandem compoſitionem longè anteà videtur probaſſe ſanctus Paulinus cùm hoc ſuum Carmen ad Seuerum Sulpitium miſit.

Diuinum veneranda tegunt altaria fædus,
Compoſitiſque ſacrà cum Cruce Martyribus.
Cuncta ſalutiferi coeunt inſignia Chriſti,
Crux, Corpus, Sanguis, Martyris ipſe Deus.

XIX.

Ex his patet nouum non eſſe, quòd extra ſumptionem in Eccleſia Catholica ſacroſanctum Corpus Chriſti in altari aſſeruetur. Certè non niſi de aſſeruata in Eccleſia Euchariſtia intelligi poteſt illud execrandum ſcelus Donatiſtarum, quod ab Optato breuiter deſcribitur his verbis. *Iuſſerunt Euchariſtiam canibus fundi, non ſine ſigno diuini iudicij, nam iidem canes accenſi rabie ipſos dominos ſuos, quaſi latrones ſancti Corporis reos, dente vindice tanquam ignotos & inimicos laniarunt.* Cyrillus Alexandrinus redarguit hunc primùm emergentem errorem illorum, qui putabant Euchariſtiam in ſequentem diem non eſſe ſeruandam, ſic enim ſcripſit in epiſtola ad Caloſyrium, cui librum aduersùs Antropomorphitas dicauit. *Porrò alios etiam eſſe audio, qui myſticam benedictionem nihil ad ſanctificationem proficere dicant, ſi quid ex ea fiat reliqui in alium diem. Inſaniunt verò qui hæc aſſerunt, neque enim alteratur Chriſtus, neque ſanctum eius Corpus immutatur, ſed benedictionis vis & facultas & viuificans gratia perpetuò in ipſo exiſtit.* Οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται Χριστὸς οὐδὲ τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα μεταβληθήσεται, ἀλλ' ἡ τῆς εὐλογίας δύναμις, καὶ ἡ ζωοποιὸς χάρις διηνεκής ἐστι ἐν αὐτῷ.

XX. De Clericis et laicis in Eccleſia.

IV. Vt laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur, inter Clericos tam ad Vigilias quàm ad Miſſas ſtare penitus non præſumant, ſed pars illa quæ cancellis versùs altare diuiditur, choris tantùm pſallentium pateat Clericorum. Ad orandum verò & communicandum laicis & fœminis, ſicut mos eſt, pateant Sancta Sanctorum.

XXI. De alimentis pauperum.

V. Vt vnaquæque ciuitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat ſecundùm vires, vt tam vicani Presbyteri, quàm ciues omnes, ſuum pauperem paſcant, quò fiet vt ipſi pauperes per ciuitates alias non vagentur.

XXII.

VI. Vt nullus Clericorum vel laicorum, præter Epiſcopos, epiſtolia facere præſumat.

XXIII. De Abbat. et Archipresb.

VII. Vt Epiſcopus nec Abbatem nec Archipresbyterum, ſine omnium ſuorum compresbyterorum & Abbatum conſilio, de loco ſuo præſumat eiicere, neque per præmia alium ordinare. Niſi facto Concilio tam Abbatum quàm Presbyterorum ſuorum, quem culpa aut negligentia eiicit, cum omnium Presbyterorum conſilio refutetur.

XXIV. De excommunicatis.

VIII. Quicumque Epiſcopus illum, quem alter Epiſcopus excommunicatum habet, poſtquàm fuerit de ipſius excommunicatione commonitus, communicare præſumpſerit, vſque ad Synodum excommunicatus habeatur.

XXV. De Epiſc. Armoric.

IX. Adiicimus etiam, ne quis Britannum, aut Romanum, in Armorico, ſine Metropolitani aut comprouincialium voluntate vel literis, Epiſcopum ordinare præſumat. Quòd ſi quis contraire tentauerit, ſententiam in anterioribus Canonibus prolatam obſeruet, & à noſtra caritate vſque ad maiorem Synodum ſe cognoſcat remotum & excommunicatum, quia meritò à caritate noſtra vel noſtris Eccleſiis ſegregantur, qui Patrum ſtatuta contemnunt. Armorica, quæ Turonenſi Eccleſiæ Metropolitanæ ſubiiciebatur, conſtabat Britannis qui Britannicâ linguâ vtebantur & Romanis qui Romanum ſermonem vſurpabant. Vtroſque Synodus vetat ad Epiſcopatum promoueri ſine conſenſu Metropolitani, atque ex illa prohibitione coniicere eſt numerum Epiſcoporum in Armorica non ita pridem auctum fuiſſe inconſulto Turonenſi Metropolitano, falluntur autem

AN CH. 566.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

qui ius Metropolitanum ab Epiſcopo Dolenſi tunc prætenſum putant, illius cõtrouerſiæ, quæ multis ſeculis durauit, primam originem aperiemus ſuo loco.

XXVI. DE EXTRANEIS MVLIERIBVS.

X. Nullus Clericorum, pro occaſione neceſſitatis, aut cauſa ordinandæ domûs extraneam mulierem in domo ſua habere præſumat. Non Epiſcopus, non Presbyter, non Diaconus, non Subdiaconus, quaſi ſanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam, pro conſeruatione rerum in domo ſua ſtabilire præſumat, quæ & ipſa extranea eſt, dum non eſt mater, aut ſoror, aut filia: quæ etiam promtor propinquabit ad culpam, dum dignoſcitur ſubiecta dominatui. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter ſeu Diaconus aut Subdiaconus de hac re ſtatuta Patrum, vel noſtra, temerare præſumpſerit, excommunicetur.

XXVII.

XI. Si quis Epiſcopus ad diſtringendum eos, qui in hac facilitate perdurant, negligens apparuerit, ſicut in ipſa ſancta Baſilica eſt publicè publicatum, ex conſenſu communi atque totius populi, ſententiam prædeceſſorum Canonum ſe incurrere omnino cognoſcat. Sic tamen vt tam Metropolitanus ſuis comprouincialibus, quàm comprouinciales Metropolitano ſuo, ſi reſiſtere aut contemnere Epiſcopum Clerici ſui præſumpſerint, dent omnino ſolatium. Et quia dixit ſancta Scriptura, [frater fratrem adiuuans exaltabitur,] quicumque pro cauſa Dei fratri ſuo ſolatium commonitus dare diſtulerit, vſque ad Synodum remoueatur. Nam ſi Epiſcopus ſe contemni ſentiens, fratres ſuos in ſolatium ſuum non commonuerit, ipſe ſciat qualiter reddat Domino rationem.

XXVIII.

XII. Epiſcopus coniugem vt ſororem habeat, & ita ſanctâ conuerſatione gubernet domum omnem, tam Eccleſiaſticam quàm propriam, vt nulla de eo ſuſpicio quâquâ ratione conſurgat. Et licèt Deo propitio, Clericorum ſuorum teſtimonio caſtus viuat, quia cum illo tam in cella, quàm vbicumque fuerit, ſui habitent, cúmque Presbyteri & Diaconi vel deinceps Clericorum turba iuniorum, Deo auctore conſeruent: ſic tamen propter zelotem Deum noſtrum, tam longè abſint manſionis propinquitate diuiſi, vt nec hi, qui ad ſpem recuperandam Clericorum ſeruitute nutriuntur, famularum propinquâ contagione polluantur.

XXIX.

XIII. Epiſcopum Epiſcopam non habentem nulla ſequatur turba mulierum. Habeant miniſtri Eccleſiæ, vtique Clerici qui Epiſcopo ſeruiunt, & eum cuſtodire debent, licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eiicere.

XXX. DE COMMVNI SCHOLA IN MONAST.

XIV. Et ne occaſio famam laceret honeſtatis, quia aliqui laici, dum diuerſa perpetrant adulteria, hoc quod de ſe ſciunt in aliis ſuſpicantur, ſicut ait Seneca, peſſimum in eo vitium eſſe, qui in id in quo inſanit ceteros putat furere. Vt ergo ipſe ſiniſtræ exiſtimationis aditus amputetur, nullus Sacerdotum ac Monachorum colligere alium in lecto ſuo præſumat. Nec liceat Monachis cellulas habere communes, vt bini maneant, aut peculiares vbi ſingulares reponi poſſint (ita hunc locum aliàs corruptum reſtituit Hugo Menardus in Notis ad concordiam Regularum [a]) *ſed ſchola*, id eſt, conclaue, *labore communi conſtruatur, vbi omnes iaceant, aut Abbate aut Præpoſito gubernante, vt dum duo vel tres viciſſim legant & excubent, alij conſolentur, vt non ſolùm ſit cuſtodia corporum, ſed & ſurgat pro lectione aſſiduus profectus animarum.*

[a] Cap. 29. §. 1.

XXXI. DE MONACHIS.

XV. Si qui in Monaſterio conuerſi ſunt, aut conuerti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi, nec, quod abſit, vllus eorum coniugem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere. Nam ſi, vt ſuprà dictum eſt, vxorem duxerit, excommunicetur, & de vxoris malè ſociata conſortio etiam iudicis auxilio ſeparetur. Quod ſi iudex ad hoc ſolatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix Monachus tali coniunctione fœdatus, ſi per cuiuſcumque patrocinium ſe conatus fuerit defenſare, & is qui in hac pertinacitate perdurat, & illi, qui eum exceperint ad defenſandum, ab Eccleſia ſegregentur, donec reuertatur ad ſepta Monaſterij, & indictam ab Abbate, quamdiu ei præceptum fuerit, agat pœnitentiam, & poſt ſatisfactionem reuertatur ad gratiam.

XXXII.

XVI. Vt mulier intra ſepta Monaſterij nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte aut Præpoſitus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non ſtatim eiecerit, excommunicetur.

AN. CH. 566. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

XXXIII. DE IEIVNIIS MONACHOR.

XVII. De ieiuniis verò antiqua à Monachis inſtituta ſeruentur, vt de Paſcha vſque Quinquageſimam, id eſt, Pentecoſten, *exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium preparetur. Poſt Quinquageſimam* ſeu Pentecoſten, *totâ hebdomadâ exactè ieiunent. Poſteà vſque ad Kalendas Auguſti ter in ſeptimanâ ieiunent, ſecundâ, quartâ & ſextâ die, exceptis his, qui aliquâ infirmitate conſtricti ſunt. In Auguſto, quia quotidie Miſſa ſanctorum ſunt, prandium habeant. In Septembri toto & Octobri & Nouembri, ſicut priùs dictum eſt, ter in ſeptimanâ. De Decembri vſque ad Natale Domini, omni die ieiunent. Et quia inter Natale Domini & Epiphania omni die feſtiuitates ſunt, itémque prandebunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam gentilium conſuetudinem Patres noſtri ſtatuerunt priuatas in Kalendis Ianuarÿ fieri Litanias, vt in Eccleſiis pſallatur, & horâ octauâ in ipſis Kalendis Circumciſionis Miſſa Deo propitio celebretur. Poſt Epiphania verò vſque ad Quadrageſimam ter in ſeptimanâ ieiunent.* Kalendæ Ianuariæ dies olim celebertima fuit Romanis, nouis enim Conſulibus Magiſtratum ineuntibus nouus etiam annus inchoabatur. Verùm cùm ethnici multiplicatis victimis, auctis ſuperſtitionibus, indecoris corporis motibus choreas ducentes, dapium publicarum ingluuie, nefandis cruentiſque ſpectaculis diem illum fœdarent potiùs quàm colerent, Chriſtiani vt ab eiuſmodi impietatibus alienos ſe penitus oſtenderent, & iniurias Deo illatas quodammodò vindicarent, propenſiori ſtudio, additis ieiuniis & Litaniis, quibuſdam velut expiationis hoſtiis, diuinum numen offenſum placare illo die ſatagebant. Quapropter ſanctus Ambroſius in ſermone quem habuit in die Circumciſionis Dominicæ, poſtquàm paganos ob Kalendarum Ianuariarum ſuperſtitionem grauiter obiurgauit, conuerſus ad Chriſtianos, *ergo fratres*, inquit, *omni ſtudio gentilium feſtiuitatem & ferias declinemus, vt quando illi epulantur & læti ſunt, tunc nos ſimus ſobrÿ atque ieiuni, quò intelligant lætitiam ſuam noſtrâ abſtinentiâ condemnari.* Et in Concilio Tolerano quarto [a] ſub Siſenando Rege decernitur, *vt Kalendis Ianuariis, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnino Alleluya non decantetur*, quoniam Alleluya in lætitia non in luctu cani debet. Perdurauit autem eiuſmodi religioſus ritus in Eccleſia, quouſque gentilium ſuperſtitio permanſit, quâ demum abolitâ, de ea veluti triumphans ſancta Dei Eccleſia ſpirituali gaudio exultans, vt Iſaias [b] prædixerat, *coronam pro cinere, oleum gaudÿ pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris* accepit.

[a] Can. 10.

[b] Cap. 61.

XXXIV. DE ORDINE PSALLENDI.

XVIII. Itemque pro venerentia Domini Martini, vel cultu ac virtute id ſtatuimus obſeruandum, vt tam in ipſa Baſilica ſancta, quàm in Eccleſiis noſtris iſte pſallendi ordo ſeruetur. Vt in diebus æſtiuis ad Matutinum ſex Antiphonæ binis Pſalmis explicentur: toto Auguſto manicationes fiant, quia feſtiuitates ſunt & Miſſæ ſanctorum: Septembri ſeptem Antiphonæ explicentur binis Pſalmis: Octobri octo, ternis Pſalmis: Nouembri nouem, ternis Pſalmis: Decembri decem, ternis Pſalmis: Ianuario & Februario itidem vſque ad Paſcha. Sed vt poſſibilitas habet, qui facit ampliùs pro ſe, & qui minùs vt potuerit. Supereſt vt vel duodecim Pſalmi expediantur ad Matutinum, quia Patrum ſtatuta præceperunt, vt ad Sextam ſex Pſalmi dicantur cum Alleluia, & ad Duodecimam duodecim, itémque cum Alleluia, quod etiam Angelo oſtendente didicerunt. Si ad Duodecimam duodecim Pſalmi, cur ad Matutinum non itémque vel duodecim explicentur? Quicumque minùs quàm duodecim Pſalmos ad Matutinum dixerit, ieiunet vſque ad veſperam, panem cum aqua manducet, & non ſit illi altera in illa die vlla refectio. Et qui hoc facere contempſerit, vnâ hebdomadâ panem cum aqua manducet, & ieiunet omni die vſque ad veſperam. In editis exemplaribus huius Canonis legitur *in diebus feſtis* eo loco vbi reſtituimus *in diebus æſtiuis*, non enim quæſtio eſt de diebus feſtis, ſed de totius anni curſu, qui non integer ordinaretur, ſi hoc loco de feſtis diebus ageretur, cùm nihil ſtatueretur de tempore æſtiuo, addequòd iuxta hunc Canonem, quò longiores ſunt noctes, plures Pſalmi recitari debent, duodecim æſtiuo tempore; quatuordecim menſe Septembri; viginti quatuor menſe Octobri; viginti ſeptem menſe Nouembri; triginta, menſibus Decem-

AN. CH. ſ66. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. ſ.

bri Ianuario ac Februario, necnon vſque ad Paſcha.

XXXV. DE CLERICIS CONIVGATIS.

XIX. Archipresbyteri vicani, & Diaconi, & Subdiaconi, non quidem omnes, ſed plures in hac ſuſpicione tenentur à populo, quòd cum coniugibus ſuis maneant. Pro qua re hoc placuit obſeruare, vt quotieſcumque Archipresbyter, ſeu in vico manſerit, ſeu ad villam ſuam ambulauerit, vnus Lector Canonicorum ſuorum, aut certus aliquis de numero Clericorum cum illo ambulet, & in cella, vbi ille iacet, lectum habeat pro teſtimonio. Septem tamen inter Subdiaconos, & Lectores, vel laicos habeat conceſſos, qui viciſſim ſeptimanas ſuas cum illo facere omnino procurent, & qui diſtulerit fuſtigetur. Et ſi in hoc Presbyter negligens inuentus fuerit, quòd non hoc ſic implere contendat, triginta diebus communione priuetur, donec pœnitentiam agat, & ſic reuertatur ad gratiam. Reliqui Presbyteri & Diaconi & Subdiaconi vicani hoc ſtudioſè cuſtodiant, vt mancipiola ſua ibi maneant, vbi vxores ſuæ, illi tamen ſegregatim ſolitarÿ in cella iaceant, & orent, & dormiant. Nam qui vxores non habent, in parte de mancipiolis ſuis habeant cellulas ſegregatim, vbi & ipſi itidem, & orent ſegregati & dormiant. Nam ſi inuentus fuerit Presbyter cum ſua Presbytera, aut Diaconus cum ſua Diaconiſſa, aut Subdiaconus cum ſua Subdiaconiſſa, annum integrum excommunicatus habeatur, & depoſitus ab omni officio clericali, inter laïcos ſe obſeruare cognoſcat; eo tamen permiſſo, vt inter Lectores in pſallentium choro colligatur. Illi verò Archipresbyteri, qui talem cautelam ſuper iuniores ſuos habere noluerint, & non eos habuerint ſtudio diſtringendi, ab Epiſcopo ſuo in ciuitate retrudantur in cellam, ibique menſe integro panem cum aqua manducent, & pœnitentiam agant pro ſibi credito Clero, quia nulli Clericorum, iuxta ſententiam Canonum, cum coniuge ſua manere permittitur.

XXXVI. DE VIRGINIBVS ET VIDVIS.

XX. Nullus ſacratam Deo virginem, quæ in honorem Chriſti veſtem mutauit, aut rapere aut competere, aut ſibi coniugem ſociare præſumat, quia etiam lex Romana conſtituit, vt quicumque ſacratam Deo virginem, vel viduam fortaſſe rapuerit, ſi poſteà eis de coniunctione conuenerit, capitis ſententiâ feriantur. Nos verò, quos lex perimi iubet, ſi cupiunt audire præconem, volumus vt conuertantur ad vitam. Nam perimendi ſunt oris gladio, & à communione priuandi, ſi relicta ſibi decreta ſeniorum obſeruare noluerint, & Paſtorem ſuum audire deſpexerint, & eſſe ſeparati noluerint. Qui ergo in hac pertinacia durare voluerint, & plùs in volutabro malæ conuerſationis permanere, quàm ſe de vetito coniugio ſeparare, perenni excommunicatione damnentur. Et quicumque Epiſcoporum, aut Presbyterorum, vel Diaconorum, aut Subdiaconorum, eos communicare præſumpſerit, vſque ad Synodum ab omnibus Epiſcopis excommunicatus habeatur. Et excludatur excuſationis adinuentio, quam modò aliqua dicere meditantur, quòd propterea ſe veſte mutauerint, ne eas inferiores perſonæ macularent, cùm non ſolùm Domini glorioſæ memoriæ Childebertus & Clotarius Reges conſtitutionem de hac re cuſtodierint & ſeruauerint, quam nunc Dominus Charibertus Rex ſucceſſor eorum Præcepto ſuo roborauit, vt nullus vllam puellam abſque parentum voluntate trahere aut accipere præſumat. Quæcumque ergo timet violentiam, & non vult habere maritum, refugiat ad Eccleſiam, donec propinqui poſſint eam Principis imperio, aut Sacerdotis vel Eccleſiæ beneficio liberare & defendere ac condigno ſociare marito. Nam quæ ſe veſte mutauerit, abſque dolo in eo propoſito quod diſpoſuit perſeuerare procuret. Illud verò quod aliqui dicunt, vidua quæ benedicta non fuit, quare non debet maritum accipere? tùm omnes ſciant quòd numquam in Canonicis libris legitur benedictio vidualis, quia ſolum propoſitum illi ſufficere debet. Quicumque ergo de laitus ingenuus, cum talibus excommunicatis communicare præſumpſerit, excommunicatum ſe eſſe cognoſcat. Hunc Canonem in epitomen contraximus quia prolixior eſt, innititur enim variis authoritatibus ex Codice Theodoſiano, ex literis Innocentij Papæ ad Victricium quondam Epiſcopum Rotomagenſem, & ex variis Canonibus Conciliorum, Mileuitani, Arelatenſis ſecundi & Epaonenſis.

XXXVII. DE INCESTIS CONIVNCTION.

XXI. Canone viceſimo-primo aduerſus inceſtas coniunctiones multa proferuntur ex vetere Teſtamento & ex legibus Romanis, deinde quicquid in Conciliis, Epaonenſi, Aurelianenſi I. & Aruernenſi I. ſuper ea re ſtatutum

AN. CH. 566.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

eſt, in omnibus roboratur. Huius confirmarionis verba talia ſunt. *Nos hoc quod Patres noſtri ſtatuerunt, in omnibus roboramus, quia pracepto Domini, Apoſtolo prædicante, docemur, vt à nobis filij noſtri ſeueritate potiùs corrigantur, quàm ignauâ tepiditate ad perpetranda grauiora laxentur.* Aduersùs inceſtuoſos autem laboraſſe viſi ſunt ſanctiſſimi Patres ad corrigendum ipſum Regem Charibertum, qui tanto crimine infamatus legitur [a] hoc modo. *Reliquit Ingobergam, & Meroſledem accepit. Habuit & aliam puellam Opilonis, id eſt, Paſtoris ouium, filiam, nomine Theodegildem, de qua filium fertur habuiſſe, qui vt proceſſit ex aluo, protinus delatus eſt ad ſepulchrum. Poſt hac Marconefam, Meroſledis ſororem, coniugio copulauit.*

[a] Greg. Turon. l. 4. c. 26.

XXXVIII. *XXII. Enimuerò quoniam cognouimus nonnullos inueniri ſequipedas erroris antiqui, qui Kalendas Ianuarij colunt, cùm Ianus homo gentilis fuerit, Rex quidem, ſed Deus eſſe non potuit. Quiſquis ergo vnum Deum Patrem regnantem cum Filio & Spiritu ſancto credit, certè hic non poteſt integer Chriſtianus dici, qui aliqua de gentilitate cuſtodit. Sunt etiam qui in feſtiuitate Cathedra domni Petri Apoſtoli cibos mortuis offerunt, & poſt Miſſas redeuntes ad domos proprias, ad gentilium reuertuntur errores, & poſt Corpus Domini ſacratas dæmoni eſcas accipiunt. Conteſtamur illam ſollicitudinem tam Paſtores quàm Presbyteros gerere, vt quemcumque in hac fatuitate perſiſtere viderint, vel ad neſcio quas petras, aut arbores, aut ad fontes, deſignata loca gentilium, perpetrare qua ad Eccleſia rationem non pertinent, eos ab Eccleſia ſancta auctoritate repellant, nec participare ſancto altario permittant, qui gentilium obſeruationes cuſtodiunt. Quid enim dæmonibus cum Chriſto commune, cùm magis ſumendo iudicium delicta videatur addere quàm purgare?* Huius Canonis tres ſunt partes. Prima inuehitur in eos qui gentilium more Kalendas Ianuarij colunt. Secunda inſectatur eos, qui Chriſtiano ritu feſtiuitatem Cathedræ Petri Apoſtoli celebrant, eodémque die cibos mortuis offerunt ethnicâ ſuperſtitione. Tertia redarguit eos qui res Eccleſiæ rationi minimè conuenientes agunt ad neſcio quas petras, ad arbores, ad fontes, deſignata loca gentilium.

XXXIX. De Kal. Ianvar.

Olim Kalendæ Ianuariæ dies erat feſtus ſacérque Iano. Ianus Rex antiquiſſimus Italiæ fuit, & ab ethnicis non tantùm Deus eſt habitus, ſed & Deorum origo, quapropter in ſacrificiorum libaminibus ante omnes compellabatur. Illi ſacra fiebant in libo & mola, necnon in thure & vino. Si libum diſtinguere volueris à mola, libum cape pro farre & melle, molam pro farre & ſale. Formam Iano ſacrificandi ſtrue & mero, vt liberis, domui & familiæ propitius eſſet, ita refert Cato [b] de re ruſtica. *Iane Pater, te hac ſtrue commouenda bonas preces te precor, vt ſies volens propitius mihi, liberíſque meis, domo, familiaque mea. Mactus hoc ferto.* Præterea iiſdem Kalendis homines formis ferarum ac pecudum aſſumptis huc & illuc petulantiùs diſcurſitabant, ad eóſque nefarios ritus alludit hic Autiſſiodorenſis * Concilij primus Canon, quem ſuo loco fuſiùs exponemus, *non licet Kalendis Ianuarij vetulâ aut ceruolo facere.* Talia ſæpè flagitia gentilibus permixti committebant Chriſtiani, quos Synodus Turonenſis redarguit, meritóque negat integros poſſe dici Chriſtianos, cùm aliqua de gentilitate cuſtodiant.

[b] Cap. 135.

* d'Auxerre

XL. De Cathedra S. Petri.

Alij menſe Februario non minùs ſceleſtos ſe præbebant, Petri enim Apoſtoli Cathedram cum Chriſtianis anniuerſariâ die recolebant, móxque Chriſtiani nominis obliti feralia ſacra faciebant cum ethnicis. Feſtus feralia deducit *à ferendis epulis, vel à feriendis pecudibus*, Varro *ab inferiis, & ferendo, quòd ferunt tunc epulas ad ſepulchrum, quibus ius ibi parentare.* Patres Synodi Turonicæ non queſti ſunt quòd Chriſtiani pecudes ferirent ſiue immolarent, ſed quòd epulas cibóſque mortuis offerrent. Feralia duplicis generis erant, alia publica, alia priuata. Publica fiebant menſe Februario, quo omnibus ex lege Pontificum & Kalendarij conſignatione neceſſum erat feralia Diis Manibus offerre, demortuiſque ſacrificia libare. Priuata ſeu familiaria fiebant quolibet menſe, dicebantúrque Nouendialia aut Denicalia; vbi quis enim extinctus erat, diebus ſeptem domi corpus illius adſeruabatur

tur & eurabatur lauando, vngendo, oſeulando, complorando, conelamanmando; octauo die funus procedebar & corpus incendebatur, nono die ſepeliebatur, & ſi qui ludi in mortui honorem fierent, ab eo die Nouemdiales ſunt appellati: ſequebantur Denicalia ſacra, quando familia funere polluta certis quibuſdam cæremoniis purgabatur. Synodus Turonica de Feralibus priuatis intelligi non debet, nam Chriſtiani non eò dementiæ venerant, vt religionis Chriſtianæ cæremoniis neglectis mortuos ſuos ritu paganorum ſepelirent. Loquitur autem de Feralibus publicis, quia nonnulli Chriſtiani nondum depoſuerant falſam gentilium opinionem, qui menſe Februario quotannis epulas ad defunctotum ſepulchra deferebanr, exiſtimabántque huiuſmodi cibos ab animabus eirca tumulos errantibus abſumi. Ioannes Beletus, qui ante quadringentos annos vixit & à Iacobo de Voragine citatus reperitur, in explicatione [a] diuinotum Officiorum hæc de Cathedra beati Petri ſctibit, quæ Canoni Turonico plurimùm lucis affetunt. *Fuit conſuetudo veterum ethnicorum, vt ſingulis annis, menſe February, certo quopiam die, epulas ad parentum ſuorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones conſumebant, cùm inde non minùs falsò quàm ridiculè animæ refici credebantur. Putabant enim huiuſmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus aſſumi. Hæc autem conſuetudo atque huiuſmodi falſa opinionis error à Chriſtianis vix extirpari potuit. Quod quidem cùm viri ſancti animaduertiſſent, ac penitus illam conſuetudinem extinguere voluiſſent, inſtituerunt feſtum de Cathedra ſancti Petri, tam de illa qua fuit Romæ, quàm qua Antiochiæ, ídque illo eodem die quo abominanda illa ab ethnicis fiebant, vt ſolemni hoc feſto praua illius conſuetudinis feſtum omnino extingueretur. Vnde etiam ab illis epulis feſtum hoc appellatum eſt B. Petri epularum.* Pleræque feſtiuitates in Eccleſia certis diebus inſtitutæ ſunt, non vt retum illis diebus geſtarum memoria recoleretur, ſed vt Chriſtiani faciliùs auocarentur à profanis ſuperſtitionibus, in quibus ethnici dies illos impiè conſumebant. Id in Lectionibus diuini Officij Kalendis Auguſtis aſſeritur de feſto ſancti Petti ad Vincula. Sed ne recedamus à menſe Februario & à Feralibus, quæ Synodus Turonica Chriſtianis interdixit, aduerte quas Eccleſia ſolemnitates loco Feraliorum introduxerit. Octauo Kalendas Martias in Chriſtiano Kalendario collocata primùm fuit depoſitio ſanctotum Petri & Pauli; deinde hâc Apoſtolorum depoſitione in diem tertium ante Kalendas Iulij teiectâ duplex beati Petri Cathedrâ eelebrari cœpit: poſtremò, vt Principis Apoſtolorum cultus augeretur, vtrique Cathedræ ſuus dies eſt aſſignatus atque etiamnum attribuitur, Romanæ decimus-quintus ante Kalendas Febtuarias, Antiochenæ octauus ante Kalendas Martias. Siluius laterculum ſcripſit Poſthumiano & Zenone Conſulibus, neenon Aſterio Conſule, id eſt, annis Chriſti quadringenteſimo duodequinquageſimo & quadringenteſimo vndequinquageſimo. In illo opere Chriſtiana ethnieáque continentur, VIII. Kalendas Martij conſignatur *depoſitio SS. Petri & Pauli* nullâ Cathedræ factâ mentione, III. Kalendas Iulij quo prædicta depoſitio nunc eelebratur alióve die nulla eius extat aut Cathedræ memoria. Hinc collige Siluij temporibus ſolemne feſtum de Cathedra beati Petri nondum fuiſſe, & depoſitionem Principum Apoſtolorum coli ſolitam eſſe octauo Kalendas Martij. Fortè ſuper hac opinione tibi ſcrupulum iniicient ſermones ſancti Auguſtini decimus-quintus & decimus-ſextus de Sanctis à Baronio [b] laudati, Siluius enim lucubrationem ſuam aggreſſus eſt anno poſt beati Auguſtini mortem duodeuiceſimo, & prænominatis ſermonibus titulus præfigitur de feſto Cathedræ ſancti Petri. Sed facilè poteſt hic euelli ſcrupulus, quia ſermo decimus-ſextus beati Auguſtini ne vllum quidem verbum habet de S. Petri Cathedra, & ſermo decimus-quintus vt ſpurius & adulterinus in appendicem iam reiectus eſt à Schola Louanienſi*. Cur octauo Kalendas Martij priùs Apoſtolotum depoſitio quàm Cathedræ ſolemnitas inſtituta ſit, hæc occurrit ratio non ſpernenda. Chriſtiani mutuâ inter ſe charitate gaudebant in Natalitiis ſanctorum Martyrum, & conui-

AN. CH. 566.
CHARIB.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 5.

[a] Cap. 81.

[b] In not. ad Martyr. d. 18. Ian.

* *de Louain.*

AN.CH. uium, quod Agapen ac ſacrum epulum natalitium dicebant, in ipſa Memo-
566. tia, id eſt, in Martyris Eccleſia, celebtare conſueuerant. Natalis Principum
CHARIB. Apoſtolorum celeberrimus præ ceteris erat. Eo die, ſi cum Feralibus gen-
GVNTCH. tilium coincideret, ferales ethnicotum epulas ſacratioribus petmutatum iri
CHILPER. ſperauerunt Rectores Eccleſiæ, nec illos vanâ ſpe deluſos arbitramut. Poſt-
SIGIB. quàm autem prohibitæ ſunt epulæ in Natalitiis Martyrum, & præcipua ſancti
RR. 5. Petri feſtiuitas octauo Kalendas Martias agi deſiit, quidam, cùm abſtinere conuiuiis nollent, ad errores paganotum & ad ferales epulas tedierunt. Primis tempotibus id Epiſcopi ſummoperè cutarunt, vt titus ethnicorum in ſacros mutarentut. Impia ſactificia gentilium conuerſa ſunt in teligioſa conuiuia Chriſtianorum, & animalia quæ dæmoni gentiles immolabant, ad laudem Dei in eſu ſuo Chriſtiani occiderunt. Gregorius Nyſſenus vitam Gregorij Thaumaturgi, qui tempotibus Decij vixit, in literas tetulit, laudauitque popularem lætitiam in Natalitiis Martyrum ab illo inſtitutam. Cùm *animaduertiſſet*, inquit, *quòd propter corporeas delectationes in idolorum errore permaneret puerile vulgus & imperitum, vt interim in eo quod eſt præcipuum, nempe in Deum, ſe rectè gererent, pro illis inanibus ſuperſtitionis ritibus, permiſit eis, vt in ſanctorum Martyrum Memoriis ſe exhilararent, exultantéſque oblectarent.* ἐπαφῆκεν αὐτοῖς ταῖς τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐμφαιδρύνεσθαι μνήμαις, καὶ εὐπαθεῖν, καὶ ἀγάλλεσθαι. Gtegorius Magnus ineunte ſeptimo ſeculo, cùm eiuſmodi conuiuia Chriſtianorum abolita eſſent in ptouinciis vbi vera teligio florebat, ea turſus inſtitui voluit apud Anglos nupetrimè conuerſos, vt populus à ſacrifi-
a Lib.9.Ep.71. ciis dæmonum & ab idololatria faciliùs auocaretur. Epiſtola [a] quam duodecimo Kalendas Iulias, Indictione quartâ, Mellito Abbati ſuper hac te ſcripſit, digna eſt quæ penè integra hoc loco deſcribatur. *Cùm vos Deus omnipotens ad reuerendiſſimum virum fratrem noſtrum Auguſtinum Epiſcopum perduxerit, dicite quod diu mecum de cauſa Anglorum cogitans tractaui, videlicet quia fana idolorum deſtrui in eadem gente minimè debeant, ſed ipſa, quæ in eis ſunt, idola deſtruantur. Aqua benedicta fiat, in eiſdem fanis aſpergatur, altaria conſtruantur, reliquiæ ponantur, quia ſi fana eadem benè conſtructa ſunt, neceſſe eſt vt à cultu dæmonum in obſequium veri Dei debeant commutari, vt dum gens ipſa eadem fana ſua non videt deſtrui, de corde errorem deponat, & Deum verum cognoſcens ac adorans, ad loca quæ conſueuit, faciliùs concurrat. Et quia boues ſolent in ſacrificio dæmonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua ſolemnitas immutari, vt die Dedicationis vel Natalitio ſanctorum Martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula ſibi circa eaſdem Eccleſias, quæ ex fanis commutata ſunt, de ramis arborum faciant, & religioſis conuiuiis ſolemnitatem celebrent. Nec diabolo iam animalia immolent, ſed ad laudem Dei in eſu ſuo animalia occidant, & donatori omnium de ſatietate ſua gratias referant, vt dum eis aliqua exteriùs gaudia reſeruantur, ad interiora gaudia conſentire faciliùs valeant. Nam duris mentibus ſimul omnia abſcindere, impoſſibile eſſe non dubium eſt, quia is qui locum ſummum aſcendere nititur, neceſſe eſt vt gradibus vel paſſibus, non autem ſaltibus eleuetur. Sic Iſraëlitico populo in Ægypto Dominus ſe quidem innotuit, ſed tamen eis ſacrificiorum vſus, quos diabolo ſolebant exhibere, in cultu proprio reſeruauit, vt eis in ſacrificio ſuo animalia immolare præciperet, quatenus cor mutantes aliud de ſacrificio amitterent, aliud retinerent, vt etſi ipſa eſſent animalia quæ offerre conſueuerant, veruntamen Deo hæc & non idolis immolantes, iam ſacrificia ipſa non eſſent.* Apud eundem Gregorium Magnum in vulgato libro Sacramentorum celebratur *octauo Kalendas Martij Cathedra ſancti Petri in Roma.* In multis Codicibus, illo die, vt Hugo Menatdus in ſuis notis obſeruat, habetut *Cathedra ſancti Petri* ſine adiuncto, & in Codice Ratoldi legitur *in Antiochia Cathedra ſancti Petri.* Gregotius Pontificatum ſuſcepit anno poſt Turonenſe Concilium viceſimoquarto. Tunc Romæ vt & in Gallia feſtiuitas vtriuſque Cathedræ, Romanæ ſcilicet & Antiochenæ, celebrabatut octauo Kalendas Martij. Poſt aliquot annos ea ſolemnitas exoleuit in Eccleſia Romana, nulla enim extat eius me-

AN. CH. 566.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

moria in Kalendario Romano, quod ſub Gregorio ſecundo Papa ſcriptum videtur,& ex Pariſienſi Monaſterio ſanctæ Genouefæ non ita pridem notis eruditiſſimi Ioannis Frontonis illuſtratum prodiit. An eodem tempore intermiſſa quoque ſit apud Gallos, haud liquet. Agebatur adhuc quot annis ea feſtiuitas, cùm Author ſermonis, qui beato Auguſtino perperam tribuitur, iuxta Canonem Concilij Turonenſis ita locutus eſt. *Cùm ſolemnitatem hanc Eccleſiis meritò religioſa obſeruatio introduxerit, miror cur apud quoſdam fideles* (corruptè *infideles* in exemplaribus) *hodie tam pernicioſus error increuerit, vt ſuper tumulos defunctorum cibos & vina conferant, quaſi egreſſa de corporibus anima carnales cibos requirant. Epulas enim & refectiones caro tantùm requirit, ſpiritus autem & anima his non indiget. Parare aliquis ſuis charis dicit quod ipſe deuorat; quod præſtat ventri, imputat pietati. Ceſſate ergo, fratres, ab hoc gentili infidelitatis errore.*

XLI. DE VOTIS NON FACIENDIS.

Quod attinet ad poſtremam Canonis partem, quæ repelli ab Eccleſia iubet eos quos Epiſcopus aut Preſbyter viderit *ad neſcio quas petras, aut arbores, aut ad fontes, deſignata loca gentilium, perpetrare quæ ad Eccleſiæ rationem non pertinent*, ſimilis eſt Autiſſiodorenſis Concilij Canon hic tertius, *non licet inter ſentes aut ad arbores ſacriuos, vel ad fontes vota exoluere, ſed quicumque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & matriculæ ipſum votum, aut pauperibus reddat.* Eadem quoque vetat Eligius apud Audoenum. *Nullus Chriſtianus ad petras, vel ad fontes, vel ad arbores, &c. luminaria faciat, aut vota reddere præſumat.* Per petras intellige terminos agrorum. Ad huiuſcemodi petras, quoniam à paganis ſub Dei Termini nomine colebantur, votum à Chriſtianis fieri vel reddi vetatur. Terminalia, vt ex antiquo Kalendario Romano conſtat, octauo Kalendas Martij, quo die depoſitionem primùm Apoſtolorum, deinde Cathedram beati Petri celebratam fuiſſe diximus, in honorem Termini feſtiuâ ſolemnitate peragebantur. Feralia verò, de quibus ſuprà locuti ſumus, incipiebant decimo Kalendas Martias, & ferè vſque ad eaſdem Kalendas durabant. Apud Halicarnaſſæum [a] ethnici *deos putant terminos, eíſque ſacra faciunt, non hoſtias cædentes, quòd nefas ſit cruentari hos lapides, ſed liba Cerealia, frugúmque offerentes primitias.* Plutarchus eiuſmodi ſacrificiorum, quæ nullâ cæde inquinabantur, hanc rationem reddit, quòd Numa Terminum cuſtodem amicitiæ & pacis exiſtimarit. Is tamen ritus abiit in deſuetudinem, & apud Ouidium agnus Termino immolatur. Quos autem agrorum terminos Synodus Turonenſis & ſanctus Eligius per *petras* deſignarunt, hos Autiſſiodorenſe Concilium per *ſentes* indicauit, quia lapides illi ſeu termini non raro inter ſentes deliteſcebant. Petris ſiue agrorum terminis Concilium Turonenſe ſubiungit arbores, & ad eas votum emitti impleríue ſimiliter prohibet. Ita ſtatuit Synodus, quia tales arbores diis erant dicatæ, quapropter Autiſſiodorenſe Concilium *ſentes & arbores ſacriuos* notat, vt & beatus Eligius, qui Chriſtianos, vt illas arbores ſuccidant, ſic hortatur, *fontes vel arbores, quos ſacriuos vocant, ſuccidite.* Sacriuus idem eſt ac conſecratus vel diis dedicatus, vt Voſſius libro tertio [b] de vitiis ſermonis & variis gloſſematis teſtatur. De ſancti Eligij ſermonibus, qui multas res notatu digniſſimas amplectuntur, agemus fuſiùs alio loco, hîc tantùm obſerua, quomodo Chriſtianis inſinuet, quam exiſtimationem de ſacriuis arboribus habere debeant. *Per nullam aliam artem ſaluari vos credatis, niſi per inuocationem & Crucem Chriſti. Nam illud quale eſt, quòd ſi arbores illæ, vbi miſeri homines vota reddunt, ceciderint, nec ex eis ligna ad focum ſibi deferunt, & videte quanta ſtultitia eſt hominum, ſi arbori inſenſibili & mortuæ honorem impendunt, & Dei Omnipotentis præcepta contemnunt.* Par erat ratio fontium, gentiles enim cultum fontibus perſoluebant. Celebria fuerunt Fontanalia vt Varro loquitur, aut Fontinalia vt Feſtus ſcribit, feriæ videlicet fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes coniici & putei coronati ſolebant. Cautum igitur volunt Patres Turonicæ Synodi, ne paganorum ritibus ad lapides terminales, ad arbores, ad fontes immiſceant ſe Chriſtiani.

AD LAPIDES TERMINALES.

AD ARBORES.

AD FONTES

[a] Lib. 2.

[b] Cap. 44.

AN. CH. 566.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

XLII.
DE HYMNIS.

Canon XXIII. *Licèt Hymnos Ambroſianos habeamus in Canone, tamen quoniam reliquorum ſunt aliqui, qui digni ſunt formâ cantari, volumus libenter amplecti eos præterea, quorum Authorum nomina fuerint in limine prænotata, quoniam quæ fide conſtiterint, dicendi ratione non obſtant.* In Regula Benedictina, *Hymnus* & *Ambroſianum* voces ſunt ſynonymæ, & Hymni, teſte Radulpho [a], ideò dicuntur Ambroſiani, *quòd à beato Ambroſio apud Latinos & ad Miſſam & ad alias Horas diuinas, cantus publicus cum Hymnis metricis eſt introductus.* Lege notationes [b] noſtras de Hymnis Ambtoſianis ad caput decimum ſupradictæ Regulæ.

[a] Propoſ. 12.
[b] Tom. 2. an. 544. n. 25.

XLIII.
DE PERVASOR. RER. ECCLES.

XXIV. Illud quoque, quamquam priorum Canonum ſit auctoritate præfixum, quòd dum inter ſe ſæuiunt Domini noſtri, ac malorum hominum ſtimulo concitantur, & alter alterius res rapidâ cupiditate peruadit, ne iſtâ caducâ actione, quâ inter ſe aguntur, Eccleſiaſtica rura contingere aut contaminare præſumant, inuiolabiliter obſeruandum cenſemus, vt quicumque tam Eccleſiæ quàm Epiſcopi res proprias, quæ & ipſa Eccleſiæ noſcuntur eſſe, quas Pontifex actoribus Eccleſiæ dignoſcitur aſſignaſſe, vel Abbatum aut Monaſteriorum ſiue Presbyterorum, quâquâ temeritate peruadere, competere, vel confiſcare præſumpſerit, tunc reſeruato correctionis loco adhuc à Presbytero eiuſdem Eccleſiæ, cuius intereſt, peruaſorem conuenit admoneri, & ſi reſtitutionem diſtulerit, adhuc quaſi filius ab omnibus fratribus ad reddendum miſſis epiſtolis compellatur. Quò ſi pertinaciter in peruaſione perſtiterit, & ſe tollere poſt tertiam commonitionem de re illa aut Eccleſiæ, aut propria noluerit, conuenit vt omnes omninò vnâ conniuentiâ, ſimul cum noſtris Abbatibus ac Presbyteris vel Clero, qui ſtipendiis ex ipſo alimento paſcuntur, quia arma nobis non ſunt alia, auxiliante Chriſto, circumſepto clericali choro, necatori pauperum, qui res peruadit Eccleſiæ, Pſalmus CVIII. *dicatur, vt veniat ſuper eum illa maledictio quæ ſuper Iudam venit, qui dum loculos faceret, ſubtrahebat pauperum alimenta, & non ſolùm excommunicatus ſed etiam anathematizatus moriatur, & cæleſti gladio feriatur, qui in deſpectu Dei & Eccleſiæ & Pontificum in hac peruaſione præſumit aſſurgere. Illud etiam annecti placuit, vt qui de fratribus ad dandum ſolatium venire pro certa infirmitatis neceſſitate non potuerit, Abbates & Presbyteros in vice ſua tranſmittat. Qui ſi præter certam infirmitatis excuſationem commonitus aut venire aut tranſmittere noluerit, remotum ſe à fratrum caritate eſſe cognoſcat. Nam quod quidem non credimus, ſi quis contra decreta noſtra tali temeritati communicare præſumpſerit, in ſe cauſam excommunicationis transformet, & cum eodem ſe à caritate omnium Sacerdotum cognoſcat ſe eſſe remotum.* Sub ipſum huius Canonis initium perſtringuntur bella ciuilia, quibus Francia poſt obitum Clotarij Regis conflagrauit, cùm Charibertus, Guntchramnus & Sigibertus à Chilperico diſſiderent, deinde Chilpericus & Sigibertus inter ſe pugnarent, tum Sigibertus & Guntchramnus mutuis odiis agitarentur, vt fusè ſcribit Gregorius Turonenſis libro quarto ſuæ Hiſtoriæ, capitibus viceſimo-ſecundo, viceſimo-tertio & triceſimo. Nonnulla retulimus quæ viſa ſunt ad inſtitutum noſtrum pertinere, ceteris ſuperſedimus.

XLIV.

XXV. Canon viceſimus-quintus aduerſus rerum Eccleſiaſticarum retentores ac peruaſores, in quorum numero Gregorius Turonenſis [c] Charibertum Regem collocat, iiſdem planè verbis editus eſt, ac primus tertij Concilij Pariſienſis ante nouem annos habiti, quapropter non eſt quòd in eo deſcribendo immoremur.

[c] L. 2. de mir. S. Martini c. 29.

XLV.
DE OPPRESS. PAVPERVM.

XXVI. Vt Iudices aut potentes, qui pauperes opprimunt, ſi commoniti à Pontifice ſuo ſe non emendauerint, excommunicentur.

XLVI.
DE ORDIN. CLERIC.

XXVII. Nullus Epiſcoporum de ordinationibus Clericorum præmia præſumat exigere, quia non ſolum ſacrilegum ſed & hæreticum eſt, ſicut in dogmatibus Eccleſiaſticis habetur inſertum, ad ordinandum Clericum per ambitionem, ad imaginem Simonis magi, pecuniam offerre Sacerdoti, quia dicitur, [gratis accepiſtis, gratis date.] Et cùm talis ſit, qui gratiam Dei à Sacerdote æſtimat pretio comparari, qualis ille qui vendit, vterque vſque ad Synodum ab Eccleſia ſegregetur. Can-

AN. CH. 566.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

ta eſt enim in ſalutem prouiſio ad effugiendam culpam delicti, aditum delinquendi depellere. Patres in hoc Canone per dogmata Eccleſiaſtica librum intelligunt de dogmatibus Eccleſiaſticis à Gennadio Maſſilienſi Preſbytero conſcriptum, quem quidam malè S. Auguſtino, nonnulli S. Iſidoro Hiſpalenſi tribuunt, alij peſſimè Alcuino qui longè ſeriùs vixit. In illo libro [a] Gennadius genera eorum enumerans, qui Clerici ordinari non debent, vltimo demùm loco *nec illum*, ait, *qui per ambitionem, ad imaginem Simonis magi pecuniam offert.*

[a] Cap. 72.

XLVII. SVBSCRIPTION. EPISCOPOR.

Huic Concilio ſubſcripſerunt Epiſcopi nouem, ex tribus Prouinciis Lugdunenſibus, ſecundâ, tertiâ & quartâ: Eufronius Turonenſis, Prætextatus Rotomagenſis, Germanus Pariſienſis, Felix Nannetenſis, Caletricus Carnotenſis, Domitianus Andegauenſis, Victurius Redonenſis, Domnulus Cenomanenſis & Leudebaudis Sagenſis, de quibus omnibus iam locuti ſumus annis ſuperioribus, ſi Victurium Redonenſem excipias & Leudebaudem Sagenſem, ille Febediolo ſucceſſerat, hic beato Milehardo. Eufronij, Prætextati & Germani nomina leguntur in Tabulis Eccleſiaſticis, vt obſeruauimus ſuprà; his adde Domnulum Cenomanenſem decimo-ſeptimo Kalendas Iunias, & vt probè ſcias quanta in exiſtimatione tibi eſſe debeant Antiſtites, qui Concilio Turonenſi interfuerunt, aduerte prætereà Felicem à Nannetenſibus & Caletricum à Carnotenſibus in Sanctorum numero coli. Victurius ſeu Victorius, priuſquàm ad Epiſcopatum Rhedonenſem promoueretur, vxorem duxerat, ex eâque ſuſceperat Domnolam, quæ Burgoleno primùm, deinde Nectario nupſit teſte Gregorio Turonenſi [b]. Ceterùm cùm præter Epiſcopos, qui Concilio Turonenſi ſubſcripſerunt, vnus duntaxat Nicetius Lugdunenſis ſubſcripſiſſe dicatur Priuilegio, quod Germanus Pariſienſis Epiſcopus paulò antè, hoc ipſo anno, duodecimo Kalendas Septembris Monaſterio beati Vincentij conceſſiſſe fertur, hinc præualidum petitur argumentum aduersùs idem Priuilegium, quis enim credat iſtud Priuilegium à tot Epiſcopis probatum fuiſſe, ac tertio pòſt menſe ab iiſdem Præſulibus in Synodo Turonica conditos prodiiſſe Canones non paucos, qui pertinerent ad Abbates, ad Monachos, ad Monaſteria, prædictóque Priuilegio manifeſtiſſimè repugnarent.

[b] Lib. 8. c. 32.

XLVIII. SENOCH DIACONVS.

Illis temporibus in territorio Turonico florebat Senoch Diaconus, de quo Gregorius Turonenſis [c] in vitis Patrum ſic ſcribit. *Beatus Senoch, genere Theiphalus, Pictaui pagi, quem Theiphaliam vocant, oriundus fuit, & conuerſus ad Dominum, Clericúſque factus Monaſterium ſibi inſtituit, reperit enim intra territorij Turonici terminum parietes antiquos, quos eruderans à ruinis habitationes dignas aptauit, reperítque ibi Oratorium in quo ferebatur celebre noſtrum oraſſe Martinum, quod diligenti curâ compoſitum erecto altari, loculúmque in eo ad recipiendas Sanctorum reliquias præparatum, ad benedicendum inuitat Epiſcopum. Affuit tunc Eufronius beatus Epiſcopus, qui, conſecratum altare, eum Diaconatûs honori donauit: celebratis igitur Miſſis cùm capſulam reliquiarum in loculo cuperent collocare, extitit capſula prolixior, nec recipi in loculum poterat: tunc proſtratus Diaconus cum ipſo Sacerdote pronus ad orationem lachrymas precibus mixtas effudit, obtinuítque petita: mirum dictu, ita enim loculum diuinitus amplificatum capſuláque conſtricta eſt, vt in eo ſpatioſiſſimè non ſine admiratione reciperetur. In hoc loco collectis tribus Monachis, Domino aſſiduè ſeruiebat, & inprimis arctum vitæ tramitem incedebat, exiguóſque cibos, tenues potiones vtens: diebus autem Quadrageſimæ ſanctæ addebatur augmentum abſtinentiæ ciborum diminutione: nam vſus illi panis tantùm hordeaceus erat & aqua, de vtriſque elementis libras ſingulas per dies ſingulos ſumens: rigorem verò hyemis ſine vllo pedum tegmine pati contentus, manibúſque ac pedibus, ſine collo, ferreâ cathenâ reuinctus. Dehinc à fratrum contemplatione ſemotus ſolitariè ſe recluſit in cellula, orans aſſiduè atque in vigiliis & orationibus die noctúque ſine ambiguitate perdurans: conferebat ei deuotio fidelium plerumque pecuniam, ſed non eam in abditis loculis, ſed in pauperum marſupiis condebat. Dabat enim quæ accipiebat pro Dei intuitu in diuerſis neceſſitatibus indigentium: vnde factum eſt vt in vita ſua de his ampliùs quàm ducentos à nexu*

[c] Cap. 15.

AN. CH. 566. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

XLII. DE HYMNIS.

Canon XXIII. *Licèt Hymnos Ambroſianos habeamus in Canone, tamen quoniam reliquorum ſunt aliqui, qui digni ſunt formâ cantari, volumus libenter amplecti eos prætereà, quorum Authorum nomina fuerint in limine prænotata, quoniam quæ fide conſtiterint, dicendi ratione non obſtant.* In Regula Benedictina, *Hymnus* & *Ambroſianum* voces ſunt ſynonymæ, & Hymni, teſte Radulpho [a], ideò dicuntur Ambroſiani, *quòd à beato Ambroſio apud Latinos & ad Miſſam & ad alias Horas diuinas, cantus publicus cum Hymnis metricis eſt introductus.* Lege notationes [b] noſtras de Hymnis Ambroſianis ad caput decimum ſupradictæ Regulæ.

[a] Propoſ. 12.
[b] Tom. 1. an. 544. n. 25.

XLIII. DE PERVASOR. RER. ECCLES.

XXIV. Illud quoque, quamquam priorum Canonum ſit auctoritate præfixum, quòd dum inter ſe ſæuiunt Domini noſtri, ac malorum hominum ſtimulo concitantur, & alter alterius res rapidâ cupiditate peruadit, ne iſtâ caducâ actione, quâ inter ſe aguntur, Eccleſiaſtica iura contingere aut contaminare præſumant, inuiolabiliter obſeruandum cenſemus, vt quicumque tam Eccleſiæ quàm Epiſcopi res proprias, quæ & ipſa Eccleſiæ noſcuntur eſſe, quas Pontifex actoribus Eccleſiæ dignoſcitur aſſignaſſe, vel Abbatum aut Monaſteriorum ſiue Presbyterorum, quâquâ temeritate peruadere, competere, vel confiſcare præſumpſerit, tunc reſeruato correctionis loco adhuc à Presbytero eiuſdem Eccleſiæ, cuius intereſt, peruaſorem conuenit admoneri, & ſi reſtitutionem diſtulerit, adhuc quaſi filius ab omnibus fratribus ad reddendum miſſis epiſtolis compellatur. Quòd ſi pertinaciter in peruaſione perſtiterit, & ſe tollere poſt tertiam commonitionem de re illa aut Eccleſiæ, aut propria noluerit, conuenit vt omnes omninò vnâ conniuentiâ, ſimul cum noſtris Abbatibus ac Presbyteris vel Clero, qui ſtipendiis ex ipſo alimento paſcuntur, quia arma nobis non ſunt alia, auxiliante Chriſto, circumſepto clericali choro, necatori pauperum, qui res peruadit Eccleſiæ, Pſalmus CVIII. *dicatur, vt veniat ſuper eum illa maledictio quæ ſuper Iudam venit, qui dum loculos faceret, ſubtrahebat pauperum alimenta, & non ſolùm excommunicatus ſed etiam anathematizatus moriatur, & cæleſti gladio feriatur, qui in deſpectu Dei & Eccleſiæ & Pontificum in hac peruaſione præſumit aſſurgere. Illud etiam annecti placuit, vt qui de fratribus ad dandum ſolatium venire pro certa infirmitatis neceſſitate non potuerit, Abbates & Presbyteros in vice ſua tranſmittat. Qui ſi præter certam infirmitatis excuſationem commonitus aut venire aut tranſmittere noluerit, remotum ſe à fratrum caritate eſſe cognoſcat. Nam quod quidem non credimus, ſi quis contra decreta noſtra tali temeritati communicare præſumpſerit, in ſe cauſam excommunicationis transformet, & cum eodem ſe à caritate omnium Sacerdotum cognoſcat ſe eſſe remotum.* Sub ipſum huius Canonis initium perſtringuntur bella ciuilia, quibus Francia poſt obitum Clotarij Regis conflagrauit, cùm Charibertus, Guntchramnus & Sigibertus à Chilperico diſſiderent, deinde Chilpericus & Sigibertus inter ſe pugnarent, tum Sigibertus & Guntchramnus mutuis odiis agitarentur, vt fusè ſcribit Gregorius Turonenſis libro quarto ſuæ Hiſtoriæ, capitibus viceſimo-ſecundo, viceſimo-tertio & triceſimo. Nonnulla retulimus quæ viſa ſunt ad inſtitutum noſtrum pertinere, ceteris ſuperſedimus.

XLIV.

XXV. Canon viceſimus-quintus aduerſus rerum Eccleſiaſticarum retentores ac peruaſores, in quorum numero Gregorius Turonenſis [c] Charibertum Regem collocat, iiſdem planè verbis editus eſt, ac primus tertij Concilij Pariſienſis ante nouem annos habiti, quapropter non eſt quòd in eo deſcribendo immoremur.

[c] L. 1. de mir. S. Martini c. 29.

XLV. DE OPPRESS. PAVPERVM.

XXVI. Vt Iudices aut potentes, qui pauperes opprimunt, ſi commoniti à Pontifice ſuo ſe non emendauerint, excommunicentur.

XLVI. DE ORDIN. CLERIC.

XXVII. Nullus Epiſcoporum de ordinationibus Clericorum præmia præſumat exigere, quia non ſolum ſacrilegum ſed & hæreticum eſt, ſicut in dogmatibus Eccleſiaſticis habetur inſertum, ad ordinandum Clericum per ambitionem, ad imaginem Simonis magi, pecuniam offerre Sacerdoti, quia dicitur, [gratis accepiſtis, gratis date.] Et cùm talis ſit, qui gratiam Dei à Sacerdote æſtimat pretio comparari, qualis ille qui vendit, vterque vſque ad Synodum ab Eccleſia ſegregetur. Can-

ta eſt enim in ſalutem prouiſio ad effugiendam culpam delicti, aditum delinquendi depellere. Patres in hoc Canone per dogmata Eccleſiaſtica librum intelligunt de dogmatibns Eccleſiaſticis à Gennadio Maſſilienſi Preſbytero conſcriptum, quem quidam malè S. Auguſtino, nonnulli S. Iſidoro Hiſpalenſi tribuunt, alij peſſimè Alcuino qui longè ſeriùs vixit. In illo libro [a] Gennadius genera eorum enumerans, qui Clerici ordinari non debent, vltimo demùm loco *nec illum*, ait, *qui per ambitionem, ad imaginem Simonis magi pecuniam offert.*

AN. CH. 566. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

[a] Cap. 72.

XLVII. SVBSCRIPTION. EPISCOPOR.

Huic Concilio ſubſcripſerunt Epiſcopi nouem, ex tribus Prouinciis Lugdunenſibus, ſecundâ, tertiâ & quartâ: Eufronius Turonenſis, Prætextarus Rotomagenſis, Germanus Pariſienſis, Felix Nannetenſis, Caletricus Carnotenſis, Domitianus Andegauenſis, Victurius Redonenſis, Domnulus Cenomanenſis & Leudebaudis Sagenſis, de quibus omnibus iam locuti ſumus annis ſuperioribus, ſi Victurium Redonenſem excipias & Leudebaudem Sagenſem, ille Febediolo ſucceſſerat, hic beato Milehardo. Eufronij, Prætextati & Germani nomina leguntur in Tabulis Eccleſiaſticis, vt obſeruauimus ſuprà; his adde Domnulum Cenomanenſem decimo-ſeptimo Kalendas Iunias, & vt probè ſcias quanta in exiſtimatione tibi eſſe debeant Antiſtites, qui Concilio Turonenſi interfuerunt, aduerte prætereà Felicem à Nannetenſibus & Caletricum à Carnotenſibus in Sanctorum numero coli. Victurius ſeu Victorius, priuſquàm ad Epiſcopatum Rhedonenſem promoueretur, vxorem duxerat, ex eâque ſuſceperat Domnolam, quæ Burgoleno primùm, deinde Nectario nupſit teſte Gregorio Turonenſi [b]. Ceterùm cùm præter Epiſcopos, qui Concilio Turonenſi ſubſcripſerunt, vnus duntaxat Nicetius Lugdunenſis ſubſcripſiſſe dicatur Priuilegio, quod Germanus Pariſienſis Epiſcopus paulò antè, hoc ipſo anno, duodecimo Kalendas Septembris Monaſterio beati Vincentij conceſſiſſe fertur, hinc prævalidum petitur argumentum aduersùs idem Priuilegium, quis enim credat iſtud Priuilegium à tot Epiſcopis probatum fuiſſe, ac tertio pòſt menſe ab iiſdem Præſulibus in Synodo Turonica conditos prodiiſſe Canones non paucos, qui pertinerent ad Abbates, ad Monachos, ad Monaſteria, prædictóque Priuilegio manifeſtiſſimè repugnarent.

[b] Lib. 8. c. 32.

XLVIII. SENOCH DIACONVS.

[c] Cap. 15.

Illis tempotibus in territorio Turonico florebat Senoch Diaconus, de quo Gregorius Turonenſis [c] in vitis Patrum ſic ſcribit. *Beatus Senoch, genere Theiphalus, Pictaui pagi, quem Theiphaliam vocant, oriundus fuit, & conuerſus ad Dominum, Clericúſque factus Monaſterium ſibi inſtituit, reperit enim intra territorij Turonici terminum parietes antiquos, quos eruderans à ruinis habitationes dignas aptauit, reperítque ibi Oratorium in quo ferebatur celebre noſtrum oraſſe Martinum, quod diligenti curâ compoſitum erecto altari, loculúmque in eo ad recipiendas Sanctorum reliquias præparatum, ad benedicendum inuitat Epiſcopum. Affuit tunc Eufronius beatus Epiſcopus, qui, conſecratum altare, eum Diaconatûs honori donauit: celebratis igitur Miſſis cùm capſulam reliquiarum in loculo cuperens collocare, extitit capſula prolixior, nec recipi in loculum poterat: tunc proſtratus Diaconus cum ipſo Sacerdote pronus ad orationem lachrymas precibus mixtas effudit, obtinuítque petita: mirum dictu, ita enim loculum diuinitus amplificatum capſuláque conſtricta eſt, vt in eo ſpatioſiſſimè non ſine admiratione reciperetur. In hoc loco collectis tribus Monachis, Domino aſſiduè ſeruiebat, & inprimis arctum vitæ tramitem incedebat, exiguóſque cibos, tenues potiones vtens: diebus autem Quadrageſimæ ſanctæ addebatur augmentum abſtinentiæ ciborum diminutione: nam vſus illi panis tantùm hordeaceus erat & aqua, de vtriſque elementis libras ſingulas per dies ſingulos ſumens: rigorem verò hyemis ſine vllo pedum tegmine pati contentus, manibúſque ac pedibus, ſive collo, ferreâ cathenâ reuinctus. Dehinc à fratrum contemplatione ſemotus ſolitariè ſe recluſit in cellula, orans aſſiduè atque in vigiliis & orationibus die noctúque ſine ambiguitate perdurans: conferebat ei deuotio fidelium plerumque pecuniam, ſed non eam in abditis loculis, ſed in pauperum marſupiis condebat. Dabat enim quæ accipiebat pro Dei intuitu in diuerſis neceſſitatibus indigentium: vnde factum eſt vt in vita ſua de his ampliùs quàm ducentos à nexu*

AN. CH. 566.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

ſeruitutis debitíque onere ſublenaſſet. Ordinatus fuit Presbyter, at incertum an ab eodem ſancto Euphronio vel ab eius ſucceſſore ſancto Gregorio, tamen quia triennium ſub Gregorio vix expleuit, ab Euphronio potiùs hunc honoris gradum videtur accepiſſe. Porrò Theiphalia, de qua non ſemel Gregorius loquitur, vicus eſt Pictonum inter Mortaniam * & Cliſſonem * ad Cebram * flumen poſitus, hodiéque dictus Tifaugia *. De Taifalorum aduentu in Galliam eruditè diſſerit Hadrianus Valeſius tomo primo [a] rerum Francicarum.

* *Mortagne.* * *Cliſſon.* * *La Seure.* * *Tiſauge.*

XLIX.
BERTHA CHARIB. R. FILIA NVBIT ETHELBERTO R. CANTVAR.

Cùm Synodus Turonenſis, de qua nuperrimè ſermonem fecimus, ab Euphronio Epiſcopo Turonenſi Metropolitano aliiſque Pontificibus celebrata eſt, Charibertus Rex annos natus erat circiter XLV. & ex Ingobergâ primâ legitimâque coniuge iampridem ſuſceperat filiam, quæ Regi Cantuariorum nupſit. Harum nuptiarum non ſemel meminit Gregorius Turonenſis. Nam cùm nomina recenſet [b] fœminarum quas Charibertus Rex coniugio ſibi ſociauit, ab Ingobergâ ſic initium facit, *Charibertus Rex Ingobergam accepit vxorem, de qua filiam habuit, qua poſteà in Cantia virum accipiens eſt deducta.* Et ad annum Childeberti Regis decimum-quartum, quo mortem Ingobergæ recitat, ait [c] ei ex Chariberto Rege ſuperſtitem fuiſſe *filiam vnicam, quam in Cantia Regis cuiuſdam filius matrimonio copulauit.* Sed vtrobique reticet nomen coniugis, nec annum notat quo nuptiæ ſunt celebratæ. Rex Cantuariorum, qui filiam Chariberti duxit, à Gregorio Magno [d] vocatur Aldibertus, Edelberthus à Beda [e], paſſim Ethelbertus à multis, Æthelbrihtus, Athelbertus & Edilbertus à nonnullis. Eius vxor, quam Gregorius Magnus [f] Aldibergam appellat, Bertha nuncupatur à Beda [g], cæteriſque rerum Anglicarum ſcriptoribus. Annum quo Edelberthus Aldibergam in vxorem ſibi ſociauit, inueſtigandum omnes reliquerunt. Apud Willelmum Malmeſburienſem [h] in Geſtis Regum Angliæ leguntur iſta. *Sanctus Ethelbertus Rex primis pubeſcentis regni temporibus adeò vicinis Regibus fuit ridiculo, vt vno & altero pulſus prælio vix ſuos terminos tutaretur. Poſtmodum cùm adultiori ætati etiam conſultior militia acceſſiſſet peritia, breui omnes nationes Anglorum, præter Northanhimbros, continuis victoriis domitas ſub iugum traxit, & vt externorum quoque familiaritatem aſciſceret, Regis Francorum affinitatem filia eius Berta nuptiis ſibi conciliauit.* Ex illo textu duo colliguntur argumenta, quorum altero contendimus nuptias Aldibergæ vix ante hunc annum eſſe referendas, altero negamus eas poſt hunc annum reiiciendas eſſe. Primò enim Edelberthus, qui regnum anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo ſuſcepit, regnauit aliquot annis antequam Aldibergam in vxorem acciperet. Deinde Aldiberga Edelbertho nupſit patre Chariberto adhuc ſuperſtite, cuius affinitatem Edelberthus ductâ eius filiâ ſibi conciliare ſtuduit, obitum autem Chariberti Regis ex authoritate Gregorij Turonenſis anno proximè ſequenti conſignabimus. De tempore quidem, quo Rex Edelberthus patri Irmintico in regnum Cantiæ ſucceſſit, non leuis eſt inter neotericos ſcriptores controuerſia. Irminricum ſiue Ermericum alij mortuum tradunt anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, alij anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo, multi anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo, nonnulli anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto. Tot ſententiis adeò diſcrepantibus occaſionem dedit corruptus Bedæ [i] locus, vbi Rex Edelberthus legitur ad cælos migraſſe *anno ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimo decimo-tertio*, ſed annum ſeptimi ſeculi decimum-tertium expungendum, & annum decimum-ſextum reſtituendum eſſe docet ipſius narrationis contextus. *Anno ab Incarnatione Dominicâ*, inquit vulgatus Beda, *ſexcenteſimo decimo-tertio (qui eſt annus viceſimus primus ex quo Auguſtinus Epiſcopus cum ſociis ad prædicandum genti Anglorum miſſus eſt) Edelberthus Rex Cantuariorum poſt regnum temporale, quod quinquaginta & ſex annis glorioſiſſimè tenuerat, æterna cæleſtis regni gaudia ſubiit.* Gregorius Magnus Auguſtinum & alios plures cum eo Monachos in Angliam direxit anno Chriſti

[a] Lib. 8.
[b] Lib. 4. c. 26.
[c] Lib. 9. c. 26.
[d] Lib. 9. ep. 60.
[e] Lib. 2. c. 5.
[f] Lib. 9. ep. 59.
[g] Lib. 2. c. 5.
[h] Lib. 1. c. 1.
[i] Lib. 2. c. 5.

AN. CH. 566.
CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

quingenteſimo nonageſimo-ſexto, Indictione decimâ-quartâ. Teſtes eius epiſtolæ [a] illâ Indictione ſcriptæ ad Brunichildem Reginam, ad Theodobertum & Theodoricum Reges Francorum, & ad nominatiſſimos Galliarum Epiſcopos, quibus Auguſtinum in Angliam abeuntem commendauit. Annus autem ab anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto viceſimus-primus incluſiuè non anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio ſed anno ſexcenteſimo decimo-ſexto illigatur. Vnde & Beda in epitome ſeu breuiario ſuæ Hiſtoriæ hæc habet. *Anno quingenteſimo nonageſimo-ſexto Gregorius Papa miſit in Britanniam Auguſtinum cum Monachis, qui verbum Dei genti Anglorum euangelizarent. Anno ſexcenteſimo decimo-ſexto Edilbertus Rex Cantuariorum defunctus eſt.* In Chronologia Saxonica, quæ cum Hiſtoria Bedæ edita reperitur, ita legitur ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum. *Hic Ethelbertus Cantuariorum regnum capeſſit, annoſque* LIII. *tenuit.* Willelmus Malmeſburienſis [b] hac authoritate motus, cùm dubius hæreret, vtrùm Edelbertho annos regni quinquaginta tres, an verò quinquaginta ſex attribueret, vtramque ſententiam iudicio lectoris examinandam ſic reliquit. *Æthelbertus filius Ermerici rerum potitus* LIII. *annos iuxta Chronicam, iuxta Bedam* LVI. *tranſegit: viderit lector, quomodo hanc diſſonantiam componat, nos eam, quia admonuiſſe ſuffecerit, in medio relinquimus.* Verùm in prædicta Chronologia legendos eſſe annos LVI. obitus Edelberthi conuincit, ibidem ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-ſextum relatus. Edelberthus igitur anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo regnare cœpit, cúmque regnum per aliquot annos iam tenuiſſet, Aldibergam Chariberti Francorum Regis filiam in vxorem duxit. Charibertum in viuis tunc ſuperſtitem fuiſſe non etiam obſcurè inſinuat Beda [c], cùm explicat quâ conditione Edelbertus Rex ethnicus vxorem Chriſtianam *à parentibus* accepit, Aldiberga enim parentes habuit Charibertum Regem & Ingobergam Reginam, qui filiam ſuam certis conditionibus, quas inferiùs exponemus, Edelbertho Regi Cantuariorum quamuis idololatræ in matrimonium collocarunt, & hæc interpretatio Bedæ ſincerior eſt, quàm ſi parentum nomine patruos aut conſanguineos intelligendos contendas.

[a] Lib. 5. epp. 52. 53. 54. 57. 58. 59.
[b] Lib. 1. c. 1.
[c] Lib. 1. c. 25.

L. LETHARDVM EP. SILVANECT. DVCIT IN ANGLIAM.

Parentes Aldibergæ ſeu Berthæ, cùm Chriſtiani eſſent, ethnico Regi filiam ſuam in coniugem tradiderunt eâ lege, vt ſecum in Angliam Epiſcopum duceret, quo adiutore Chriſtianam religionem publicè profiteri poſſet. Ea de re ſic Beda [d], cùm primum Auguſtini cum Edelbertho Rege colloquium deſcribit. *Rex Edilberthus vxorem habebat Chriſtianam de gente Francorum regia, nomine Bertham, quam eâ conditione à parentibus acceperat, vt ritum fidei ac religionis ſuæ cum Epiſcopo, quem ei adiutorem fidei dederant, nomine Luidhardo, inuiolatam ſeruare licentiam haberet.* Quem Beda Luidhardum vocat, alij Lethardum appellant. Hunc Sprottus & Thornus Epiſcopum Siluanectenſem * conſtituunt, Harpsfeldius corruptè Saluanortenſem. Hactenus in nomenclaturis Siluanectenſium Antiſtitum deſideratur Lethardus, ſed cùm in eiuſmodi catalogis ab anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo quo Gonothigernus Epiſcopus Eccleſiæ Siluanectenſis Concilio Pariſienſi ſubſcripſit, ad annum vſque quingenteſimum octogeſimum-quartum quo Malulfus Siluanectenſis Epiſcopus teſte Gregorio Turonenſi [e] funus Chilperici Regis curauit, ex antiquis monumentis certa non occurrat epocha, nihil vetat quominùs Gonothigerno, quem Author [f] Annalium Siluanectenſium anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo mortuum tradit, ſufficiamus Lethardum, cui poſteà in Angliam profecto ſubrogatus ſit Sanctinus anteceſſor Malulfi. Ciuitatem Dorouernenſem totius regni, cui Rex Edelberthus præerat, Metropolim agnoſcit Beda [g]. *Erat autem*, inquit idem Chronographus [h], *prope ipſam ciuitatem ad orientem Eccleſia in honorem ſancti Martini antiquitus facta, dum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua Regina, quam Chriſtianam fuiſſe prædiximus, orare conſueuerat*, ibique, vt Willelmus Thornus rectè obſeruat [i], *Lethardus Epiſcopus ipſi Reginæ diuini cultûs myſteria exhibebat.* An-

[d] Lib. 1. c. 25.
* De Senlis.
[e] Lib. 6. c. 46.
[f] N. 12.
[g] Lib. 1. c. 25.
[h] Lib. 1. c. 26.
[i] Cap. 2.

AN. CH. 566. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

[a] Secul. 7. c. 4.

glorum genti quid vtilitatis quídve gloriæ ex Francorum contubernio acceſſerit paucis exponit Malmeſburienſis iam laudatus, res enim Cantuariorum poſt nuptias Aldibergæ ſic proſequitur. *Tum verò Francorum contubernio gens eatenus barbara ad vnas conſuetudines confœderata, ſilueſtres animos in dies exuere, & ad leniores mores declinare. His addebatur Letardi Epiſcopi, qui cum Regina venerat, cælebs admodum vita, quâ Regem ad Chriſti Domini cognitionem etiam tacens inuitabat.* Harpsfeldius [a] Letardo id inter alia inprimis laudi fuiſſe tradit, *quòd Galliâ relictâ ad barbarum & infidelem populum, non ſine ſuſpicione periculi, Reginam ſequi voluerit.* A ceteris rerum Anglicarum Scriptoribus æquè commendatur Letardus. Agemus de illo iterùm ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum, quo Gregorius Magnus Auguſtinum in Angliam direxit.

LI. CETOMERIN. FIT EP. LEONENS.

Hoc anno, vt Albertus in vita ſancti Pauli teſtatur, Cetomerinus Leonenſem Pontificatum ſuſcepit. Qua de re conſulendæ apud Boſcium membranæ Floriacenſes. *Paulus deficientibus viribus, iterum quemdam ex ſuis Cetomerinum nomine, vt pro ſe miniſtraret, ordinauit. Die autem ordinationis eius, quid contigerit, enarrare dignum duxi. Indualis cognomento Candidus, Domnonenſis patriæ magna ex parte Dux nobiliſſimus, fortè tunc aduenerat, vt Pauli orationibus ſe commendaret, in cuius præſentia dum quidam cæcus clamaret, miſerere mihi Paule Dei ſerue, tactus manu Sancti Dei continuò lumen recepit. Viſo hoc miraculo Dux territorium, quod modò dicitur ex nomine Pauli, mox pro redemptione animæ ſuæ eidem viro venerabili tradidit. Qui eius orationibus commendatus, benedictione acceptâ, remeauit ad propria. Beatus autem Dei famulus, ſedem ſuam prædicto Cetomerino relinquens, migrauit ad Batham inſulam, vbi cum plurimo grege Monachorum ſub magiſterio ipſius mirè viuentium multum tempus peregit.*

LII. VILLICVS EP. METENS. OBIT.

Hoc eodem anno Villicus Epiſcopus Metenſis obiit decimo-quinto Kalendas Maias. Sedit annos viginti quinque, menſes duos, teſte Codice ſancti Symphoriani Metenſis. Dubium non eſt quin peruenerit ad annum ſaltem quingenteſimum ſexageſimum-ſecundum, cùm à Fortunato ſub Sigiberto Rege laudatus reperiatur. In ſtabilienda Metenſium Epiſcoporum Chronologia poſt Aruernenſe Concilium, cui Heſperius ſexto Idus Nouembres anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quinto ſubſcripſit, id vnum occurrit certum quòd Villicus Heſperij ſucceſſor aliquandiu ſub Sigiberto vixit. Villico ſucceſſit Petrus, de quo plura poſt decennium.

LIII. IVSTINIAN. AVG. ANTE OBITVM.

[b] Euagr. l. 4. c. 40.
[c] Auct. Miſcell.
[d] Cedren.

Hoc anno, poſt Baſilij Conſulatum viceſimo-quinto, vt Marius teſtatur, *Mortuus eſt Iuſtinianus Auguſtus, & ſuſcepit Iuſtinus nepos ipſius Imperium.* Cedrenus diem obſeruat quo Iuſtinianus deceſſit, Idus ſcilicet Nouembres. Haud aliò abit Victor Tunnunenſis ſub finem ſui Chronici, dum ait Iuſtinianum vitæ finem ſuſcepiſſe Indictione decimâ-quintâ, anno Imperij quadrageſimo, nam Indictio decima-quinta menſe Septembri iam inchoata fuerat, & agebatur annus Imperij quadrageſimus, ſi ſumatur initium ab eo die, quo Regni ſucceſſorem ab auunculo Iuſtino deſignatum ſuo loco diximus, hoc eſt, à Kalendis Aprilibus anni viceſimi-ſeptimi ſupra quingenteſimum. Qui verò triginta tantùm & octo annos ei tribuunt cum octo [b] menſibus, vel cum ſeptem menſibus ac diebus [c] decem, aut diebus [d] tredecim, illi videntur initium traxiſſe Principatûs à Kalendis Aprilibus obitum Iuſtini ſubſecutis.

LIV.

[e] Apud Sirm. tom. 1. Conc. Gall. apud Ducheſn. tom. 1. collect. hiſt. Franc.

LAPSVS IN HÆRESIM, REDARGVITVR A NICETIO EP. TREVIR.

Iuſtinianus in vltima ætate lapſus eſt in hæreſim, à qua Nicetius Treuirorum Epiſcopus eum per has literas [e] reuocare ſtuduit. *In nouiſſimis temporibus iam, vt ſermo Euangelicus prædixit, proſpicimus, & cùm tempus noſtrum ſemper ſit paratum, tamen finem, vt Scriptura denuntiauit, venire ſentimus. Sed beatus ille homo, quem, cùm venerit Chriſtus, inuenerit ipſum vigilantem. Sol conuertitur in tenebras ab Oriente, id eſt, ab alto, hoc eſt à vita ſancta. In integro mundo ſplendebas, vt Sol, & cùm omnes inde gratiâ Domini Rectores Eccleſiæ cuncti conſilij ipſius gauderemus, diuulgante famâ ex lapſu veſtro, quem numquam peruenire debuimus, contriſtati & humiliati vſque in terra ſumus.* (Deprauata eſt hæc periodus,

periodus, cuius ſi non ipſiſſima ſunt verba, ſaltem ſenſus hic eſſe poteſt, *in integro mundo ſplendebas vt Sol, & cùm omnes inde gratiâ Domini Rectores Eccleſiæ gauderemus, diuulgante famâ ex lapſu veſtro, quem nunquam præuidere debuimus, contriſtati & humiliati vſque in terra ſumus.) Dulcis noſter Iuſtiniane, quis te decepit? Quis, vt talia proſequereris, ſuaſit? Quis, vt Chriſtum purum hominem fatereris, docuit? Quis, vt in Iudæ conſortium te transſcriberes, circumuenit? Quis, vt illum qui dixit, [ego à Patre exiui, & veni in hunc mundum,] per circumciſionem, per baptiſmum, per paſsionem, vt creſceret, te docuit? Quis, vt qui cor miſerum non habebas antè, repentè oppreſsit? Quis, vt Patres, quos venerari debuiſti, ad cædes, ad diuerſas cruces mitteres, pronocauit? Quis, vt illa, propter quæ Chriſtus crucifixus eſt, & Apoſtoli omnes pertulerunt, deſtrueres, pronocauit? Quis, vt quod iam ſemel, bis & tertiò ab omnibus Rectoribus Eccleſiæ condemnatum fuerat, vel adorares, commonuit? Neſtory & Eutychis, vt diximus, iam anathematizatâ quotiens atque quotiens ſectâ, vt te de ipsâ interimeres, quis imperauit? Ille, ille, qui Adam vt contingeret arborem vitæ ſuaſit, qui ſtudio ſuo mortem adinuenit, circumuenit; qui Iudam, cùm Chriſtum purum hominem fecit, & pro homine tradidit, in ignem, quem præparauit Deus diabolo & angelis eius, miſit. Dulcis & dulcis noſter Iuſtiniane, rememorare quæ promiſiſti cùm baptizatus es, quid per ſingula te credere dixiſti. Vnum filium manentem in duabus ſubſtantiis, cum Patre & Spiritu ſancto, non duos Chriſtos teſtatus es. Cùm excepiſti, quid feciſti? quid tibi præparaſti? Diſcute, & benè te proſpice, & vide ſi non in loco perditionis te obligaſti. Adhuc ſi vis, viuis: ſi vis, reuertendo gaudes. Conuertimini, inquit, ad me, & conuertar ad vos. Patres à quibus benedictionem expectare debuiſti, in exilium tranſmiſiſti. Tum cùm in vltima ætate tua componere & coniungere te ad Redemptorem tuum debuiſti, ipſe te non alter, ſed tu & te & tuos decepiſti. Cùm Lactantius, vt dicit, Presbyter loca ſancta per Gallias propter Domini miſericordiam viſitaret, ante nos apparuit, que legis, deprecauimus, & per Ieſum Chriſtum Redemptorem noſtrum coniurauimus. Ergo literis præſentibus Deum noſtrum coniuramus inſuper, conteſtamur, vt & tu reuertaris, & quantos perire ſuaſiſti in horrenda perſecutione, reuertere prouoces. Quòd ſi non feceris, ſit iudex ille inter nos & te, ſed quantò citiùs, cui tu honores tuliſti, & purum hominem feciſti. Cùm legiſti, [ego & Pater vnum ſumus,] ſed talis Pater, qualis & filius, quia ita Pater vt Filius, quoniam verum eſt, quomodo ad circumciſionem veniendo, ad baptiſmum, ad martyrium, meliorare probatur, qui Deus & creator omnium eſſe conuincitur? Feſtina, feſtina, ſed protinus. Nam ſi te ſic vltimus dies inuenerit, qualis nunc hodie appares, deſcendes ad inferiora terræ, & ad partes vulpium eris. Lætetur ſancta Eccleſia de regreſſu tuo, quia vehementer luget de exceſſu tuo. Gaudere nos in vltimo ſeculo poſitos facias, quos lugere poſt lætitiam tuam de perditione tua feciſti. Ne dicas vel in corde tuo. Feci, feci, vici, vici. Victus es, & vinctus, ſed inde, vnde filius diaboli & inimicus iuſtitiæ. Nam notum tibi ſit, quòd tota Italia, integra Africa, Hiſpania, vel Gallia cuncta, nomen tuum, cùm de perditione tua plorant, anathematizant. Et ſi non quæ docuiſti deſtruxeris, & publicâ voce clamaueris, [erraui, erraui, anathema Neſtorius, anathema Eutyches,] cum ipſis te ad ſupplicia ſempiterna tradidiſti. Salutamus plurimùm, coniurantes per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; per illum, qui in vno trinus apparet, & in tribus vnus agnoſcitur, vt te de horrenda ſecta & abominabili perſecutione ſemoueas, & illos, qui te ſuadente in ipſam crediderunt, ad meliorem viam venire ſtudeas.*

AN. CH. 566. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus malè docuit beatam Virginem non eſſe matrem Dei; & in Chriſto duas eſſe perſonas, alteram diuinam, alteram humanam; damnatus fuit in tertia Synodo generali habita Epheſi anno Chriſti quadringenteſimo triceſimo-primo, ſeu Baſſo & Antiocho Conſulibus, vt Proſper in ſuis faſtis obſeruauit. Eutyches Pater Monachorum Conſtantinopoli agentium, qui tempore Concilij Epheſini aduerſus Neſtorianos ceteris præſtantiùs dimicarant, cùm ſummo odio in hære- LV.

AN. CH. ſim Neſtorij ferretur, eò proſiluit, vt non tantùm ex præſcripto fidei Catho-
566. licæ negaret duas eſſe in Chriſto perſonas, ſed nec duas in Chriſto naturas
CHARIB. vellet aſſerere, eóſque Neſtoriano laborare morbo putaret, qui duas confi-
GVNTCH. terentur in Chriſto diſtinctas & inconfusè coniunctas eſſe naturas, damna-
CHILPER. tus eſt in quarta Synodo generali celebrata Chalcedone *, Marciano Au-
SIGIB. guſto & Adelfio Conſulibus, anno Chriſti CCCCLI. Patres Synodi Aurelia-
RR. 5. nenſis quintæ, in quorum numero fuit ipſemet Nicetius Treuirenſis Epi-
* *Calcedone.* ſcopus, qui literas ſuprà recitatas ad Iuſtinianum Imperatorem direxit, ſe-
ctas impias Neſtorij & Eutychetis anno Chriſti quingenteſimo quadrageſi-
[a] Can. 1. mo-nono ſic anathematizarunt [a]. *Nefariam ſectam, quam auctor malè ſibi con-
ſcius, & à viuo ſanctæ fidei Catholicæ fonte diſcedens, ſacrilegus quondam condidit
Eutyches, vel ſi qua, quæ à veneſico ſimiliter impio ſunt prolata Neſtorio, quas etiam
ſectas Sedes Apoſtolica ſancta condemnat, ſimiliter & nos eaſdem cum ſuis auctori-
bus & ſectatoribus execrantes, præſentis Conſtitutionis vigore anathematizamus at-
que damnamus, rectum atque Apoſtolicum in Chriſti nomine fidei ordinem prædican-
tes.* Nicetius autem, cùm omnem erroris occaſionem amputare vellet, re-
ctè monuit Imperatorem, vt anathema Neſtorio ſimul & Eutycheti diceret,
nec vllum tueretur dogma, quod ex hæreſi vel Neſtoriana vel Eutychiana
dimanaſſet. Iuſtinianus enim, vt ex Euagrio & Nicephoro mox probaturi ſu-
mus, ſectæ Incorruptibilium ex hæreſi Eutychiana progreſſæ adhærebat.

LVI. Proceſſerunt ex hæreſi Eutychiana duæ ſectæ valdè diuerſæ; vna Corrupti-
bilium, altera Incorruptibilium. Corruptibiles ſeu Corrupticolæ dicebant
Verbum ſuſcepiſſe corpus paſſionibus ſubditum, & in eo diſcrepabant ab Ec-
cleſia Catholica, quòd id illi neceſſitate incubuiſſe traderent, vt, etiamſi
noluiſſet, paſſionibus inſeruire cogeretur. Catholici verò ſemper ſic aſſerue-
runt ac docuerunt Chriſti corpus ſubditum fuiſſe paſſionibus, vt non niſi vo-
lentem illæ eundem appetere poſſent. Incorruptibiles ſiue Aphthardocitæ
carnem Chriſti ſic incorruptibilem & paſſionum penitus expertem aſſere-
bant, vt tamen, ſi voluiſſet, eandem ſubiicere paſſionibus valuiſſet. At Ec-
cleſia Catholica profitetur aſſumptam à Deo carnem ita paſſionibus abſque
peccato fuiſſe ſubiectam, vt tamen, ſi voluiſſet, vel quando voluiſſet, ab eiſ-
dem ſe liberum reddere potuiſſet; quamobrem qui erant in carne Chriſti
eiuſmodi naturales affectus, non paſſiones, ſed propaſſiones à Theologis Or-
thodoxis vocantur.

LVII. Agit de vtraque ſecta Corruptibilium & Incorruptibilium Illuſtriſſimus An-
nalium Eccleſiaſticorum conditor ad annum Chriſti quingenteſimum ſexa-
geſimum-tertium, quo lapſum Iuſtiniani Auguſti conſignat ratus eundem
Imperatorem obiiſſe anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quinto. Lapſus
eſt Iuſtinianus in hæreſim Incorruptibilium ſiue Aphthardocitarum. *Hæc ipſa*
[b] Lib. 17. c. 29. *eſt*, inquit Nicephorus [b], *Aphthardocitarum hæreſis, quâ multi mortales ſunt
correpti, non ſolùm ex his, qui honores & magiſtratus geſſerunt, ſed etiam Hierar-
chæ primarij & Monachi vitâ illuſtres, & ex Sacerdotali ordine alij, atque adeò
ipſe etiam Imperator Iuſtinianus.* τοιαύτη μὲν ἡ τῶν Ἀφθαρτοδοκιτῶν αἵρεσις, ᾗ δὴ
πολλοὶ συναπήχθησαν, οὐ μόνοι τῶν ἐν τέλει, ἀλλὰ καὶ ἐν ἱεραρχίαις πρεσβευ-
όντων, καὶ μοναστικῇ διαπρεπόντων ζωῇ, καὶ ἄλλως ἱερωμένων, πρὸς δὲ καὶ
βασιλεὺς αὐτὸς Ἰουστινιανός. Euagrius Auctor ſynchronus de eodem Iuſtiniano
[c] Lib. 4. c. 38. ſic diſſerit [c]. *Edictum ſcripſit, in quo aſſeruit corpus Domini non eſſe obnoxium
internecioni, neque affectionum illarum, quæ naturaliter inſita ſunt ínque nullam
incurrunt reprehenſionem, particeps eſſe, & Dominum eodem modo ante paßionem
comediſſe, quo poſt reſurrectionem comedit, & corpus eius ſanctißimum nullam con-
uerſionem mutationemue, vel ex formatione quæ in matrice facta eſt, vel ex volun-
tariis naturalibuſue affectionibus accepiſſe, imò ne poſt reſurrectionem quidem; qui-
bus opinionibus vt Sacerdotes & Epiſcopi vbique aſſentirentur, compellere inſtituit.*
ἴδικτον γράφει, ἐν ᾧ ἄφθαρτον τὸ σῶμα τοῦ κυρίου κέκληκε, καὶ τῶν φυσικῶν καὶ

ἀδιαβλήτων παθῶν, ἀνεπίδεκτον, οὕτως λέγων τὸν κύριον πρὸ τοῦ πάθους φαγεῖν, AN. CH.
ὥσπερ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔφαγε, μηδεμίαν τροπὴν ἢ ἀλλοίωσιν ἐξ αὐτῆς τῆς εἰς 566.
μήτρα διαπλάσεως, μὴ δὴ ἐν τοῖς ἑκουσίοις καὶ φυσικοῖς πάθεσι, μὴ δὴ μετὰ CHARIB.
τὴν ἀνάστασιν τοῦ παναγίου σώματος αὐτοῦ δεξαμένου, οἷς συναινεῖν τοὺς ἑκασταχοῦ GVNTCH.
ἱερέας κατηνάγκαζε. Iuſtinianus Edictum quidem conſcripſit, ſed illud non CHILPER.
promulgauit, quia repentinâ morte ſublatus eſt. Id ita reſtatur idem Eua- SIGIB.
grius [a]. *Verùm Iuſtiniani Edictum diuinâ prouidentiâ, quâ meliùs nobis proſpe-* RR. 5.
ctum fuit, minimè diuulgatum eſt. Nam Iuſtinianus, qui Anaſtaſio, & ſuis Sacer- [a] Lib. 4. c. 40.
dotibus exilium indixerat, ex improuiſo perculſus, cùm triginta octo annos integros & menſes octo regnaſſet, ex luce migrauit ἀλλὰ τοῦ θεοῦ κρεῖττόν τι περιβλεψαμένου περὶ ἡμῶν ὁ λόγος οὐκ ἐδημοσιεύθη. ὁ γὰρ ἰουστινιανὸς τὴν Ἀναστασίου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων ἐξορίαν ὑπαγορεύων, ἀοράτως τρωθεὶς τὸν τῇδε κατέστρεψε βίον, βασιλεύσας τὰ πάντα, ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ἔτη, πρὸς μησὶν ὀκτώ.

LVIII. Cæſar Baronius à Iuſtiniani lapſu in hæreſim vſque ad eiuſdem Auguſti mortem biennium collocat, obſeruátque pulſos è ſuis ſedibus Patriarchas magni nominis, Anaſtaſium Antiochenum & Eutychium Conſtantinopolitanum. Vitam ſancti Eutychij conſcripſit Euſtathius Preſbyter ſynchronus [b], in qua damnauit Iuſtinianum, quòd amplexus ſit errorem Aphtardocitarum, laudauitque Eutychium, quod hæreticum dogma cùm verbis tum ſcriptis egregiè confutarit. *Scitis*, inquit, *vos omnes, qui pij Imperatoris Iuſtiniani diuinorum dogmatum ſtudium meminiſtis, quomodo is in eam potiſſimùm curam incumberet, vt omnes hæreticorum rationes vnà cum ipſis hæreticis improbaret & euerteret, quod quidem & fecit tum argumentis & demonſtrationibus, tum teſtimoniis ſcripturarum. Hic neſcio quo authore & magiſtro cœpit execrabilem ac deteſtandam & pernicioſam opinionem illam ſub ſpecie religionis probare, qua Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus ex ipſa diuinitatis coniunctione incorruptum aſſerebat. Quæ quidem, vt cancer, ſerpens atque depaſcens, totum propè orbem perdidiſſet, niſi noſter Phinees anteuertens reſtitiſſet. Sed quod huic morbo remedium adhibitum eſt? Sanctorum Apoſtolorum & Prophetarum atque Doctorum teſtimonia, & demonſtrationes ſunt multa, quibus vſus eſt ille ad peſtiferum illum morbum opprimendum. Pernicioſa enim omnino peſtis eſt, affirmare, incorruptum fuiſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus ante reſurrectionem. Quis enim adeò ſtultus eſt, vt Domini corpus ex eo, quòd cum diuina natura copulatum fuit, incorruptum aſſerat, cùm, hoc conceſſo, colligendum ſit neceſſariò, fictam & ſimulatam humanæ carnis ſuſceptionem extitiſſe? Quomodo enim incorruptum corpus pati potuit, aut circumcidi, aut pannis inuolui, aut lacte nutriri? Quæ ſi illam vitæ largitricem carnem ſubiiſſe credimus, crucem item, & clauorum foramina, & lanceæ vulnus confiteri oportet. Incorruptum igitur de illo dici non poteſt, niſi per hoc verbum intelligamus, corpus illius nullâ vnquam fuiſſe peccati maculâ contaminatum, aut in ſepulchro non eſſe diſſolutum. Verùm hæc à magno diuinóque Doctore Eutychio ſcriptis ſtudioſè ſunt & acriter diſputata.*

[b] Ap. Su. d. 6. Apr.

Sancti Anaſtaſij conſtantiam æquè commendauit Euagrius [c] in hunc modum. [c] Lib. 4. c. 39.
Anaſtaſius ſic diuinâ quadam animi celſitudine elatus fuit, (nam ſupra firmam fidei petram conſtitit) vt Iuſtiniano per literas ſuas liberè & apertè contradiceret, tum perſpicuè admodum, tum disertè oſtenderet, diuinos Apoſtolos & ſanctos Patres confeſſos eſſe atque adeò tradidiſſe, corpus Domini internecioni obnoxium eſſe, & affectionum, quæ ſunt naturâ in animis impreſſa, quæque reprehenſione carent, particeps. ὁ δὲ εἰς τοσοῦτον ἐπήρθη τῷ θείῳ φρονήματι, ἐπὶ τὴν ἄρρηκτον γὰρ πέτραν ἑστήκει τῆς πίστεως, ὡς καὶ ἰουστινιανῷ ἀναφανδὸν ἀντειπεῖν δι' οἰκείας μηνύσεως, καὶ ἀποδεῖξαι μάλα σαφῶς καὶ λογίως δι' αὐτῆς, ὡς φθαρτὸν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐν τοῖς φυσικοῖς καὶ ἀδιαβλήτοις πάθεσιν, οἵ τε θεσπέσιοι ἀπόστολοι, οἵ τε θεοφόροι ἤδεσάν τε καὶ παρέδοσαν πατέρες.

LIX. Egregiam quoque laudem meretur Nicetius Treuirenſis Epiſcopus, qui li-

AN CH. 566. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

cèt poſitus eſſet in vltimis partibus Occidentis, vbi nullus veneno Neſtorij vel Eutychetis inficiebatur, ſtatim ac audiuit Orientis Imperatorem prauis adhærere dogmatibus, quæ diuulgabantur à talium hæreticotum aſſeclis, mox, vt reſipiſceret, per literas monuit. Vſus eſt acri ſtylo, quæ ſibi narrata fuerant non diſſimulauit, imò plura grauioráque, quàm ceteri Scriptores, congeſſit exprobrauitque crimina, nam *Patres*, quos Imperator *venerari* debuiſſet, *ad cædes*, *ad diuerſas cruces* miſſos aſſeruit. Deinde ſubiecit, quàm odioſum eſſet illius nomen apud omnes Italos, apud Afros, apud Hiſpanos, apud Gallos, à quibus ob hæreſim anathematizabatur. Sanè beatiſſimus Antiſtes eiuſmodi literis non parùm profecit apud Imperatorem, vt eius animum ab Edicto, quod Orthodoxæ fidei contrarium ſcripſerat, promulgando reuocaret.

LX. NICETIVS EP. TREVIR. OBIT.

In Treuirenſi Cathedra poſt ſanctum Aprunculum ſedit Nicetius, de quo nunc agimus, tum Magnericus eiuſdem Nicetij diſcipulus. Pontificatum iniit Nicetius anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-ſeptimo, peruenit autem Magnericus ad annum vſque Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſeptimum. Inde colligimus Nicetium ſcriptis ad Iuſtinianum Auguſtum literis ſuprà laudatis haud diu ſuperſtitem vixiſſe.

[a] Greg. Turonenſ. de glor. Conf. c. 94.

Eleemoſyna [a], *charitatis*, *ſanctitatiſque totius refulſit merito, dum in corpore commoratus eſt. Hic à ſeculo migrans ad Baſilicam ſancti Maximini prædeceſſoris ſui ſepultus eſt. Ad cuius tumulum vinctorum catenæ franguntur, energiam incurſionis diabolicæ patientes extruſis dæmonibus liberantur, cæcorum oculi plerumque remotis tenebris lumine infunduntur. Nam de periuriis quid dicam? Si quis enim ibi falſum iuramentum proferre auſus fuerit, illicò diuinâ vlsione corrigitur, nec quiſquam hæc vel loqui audet, ſi conſcientiâ torquente reum ſe eſſe cognouerit, quòd ibi ſacramentum præſumat excldere.* Colitur in

[b] Lib. 3. c. 9.

Martyrologio Romano Nonis Decembribus. Scripſit eius Epitaphium [b] Fortunatus, ac prætereà Caſtelli ad Moſellam, quo ille delectabatur, elegantem

[c] Lib. 3. c. 10.

deſcriptionem iniit [c].

LXI. [d] Lib. 3. c. 11. SVCCEDIT MAGNERICVS.

Sancto Nicetio ſucceſſit in Epiſcopatum Treuirenſem Magnericus eius diſcipulus. Vnde hi verſus eiuſdem Fortunati [d].

Diſcipule egregij bone Magnerice Niceti,
Nominis auſpicio Magne canente tui.
Clare ſacro merito, tanto informate magiſtro,
Quem reparas operum fructificante loco.
Cuius opime ſequax, ſancta & veſtigia ſeruans,
Ritè miniſter agens, ecce magiſter ades.
Auctoriſque pij ſucceſſor dignus haberis,
Hæredíſque ſui frugiparénſque manet.
Creuit poſt obitum pater, & te creſcere fecit,
Dum capit ille polum, tu capis arce locum.

LXII. AIMOINVS INTERPOLATVS REPELLITVR.

Aimoinus capite nono libri tertij ſermonem inſtituit de præclaris viris qui temporibus Iuſtiniani Auguſti floruerunt. Addita fuit de Germano Pariſiorum Epiſcopo hæc interpolatio. *Beatiſſimus quoque Germanus Præſul Parrhiſiacæ vrbis, ad ſancta loca Hieroſolymam pergens, indéque rediens, præfatum Principem*, nempe Iuſtinianum, *adiit, à quo & honorificè eſt ſuſceptus. Cúmque eum plurimis vellet honorare muneribus, vir Deo plenus auri argentique ſpernens munera, ab eo reliquias tantummodò Sanctorum expetiit. Cuius deuotioni præfatus congaudens Princeps, de Domini noſtri Ieſu Chriſti Corona ſpinea, ſimúlque reliquias Innocentum, vnâque brachium ſancti Georgij Martyris pro magno munere contulit. Quæ vir Dei gratanter ſuſcipiens, ad propria rediit, & prædicta Sanctorum pignora in Eccleſia ſanctæ Crucis ſanctíque Vincentij condidit.* At in antiquis monumentis nullum eſt veſtigium peregrinationis in Orientem à Germano ſuſceptæ, quapropter interpolatori ſuper ea re fides haberi non debet.

AN.CH. 567. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR.6.

ANNVS
CHRISTI 567.
CHARIBERTI R. 6.
GVNTCHRAMNI R. 6.
CHILPERICI R. 6.
SIGIBERTI R. 6.
INDICTIO 15.

ANNO Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo, qui fuit Iuſtini Au- I.
guſti primus, Conſulatum iniit idem Iuſtinus, vt docet Corippus libro 2.
de illius laudibus. Inpoſterum nemo niſi Imperator Conſul ordinarius fuit, &
ſequentes Principes, excepto vno Mauricio, Conſulatum tantùm & ſemel in
vita inire cœperunt, ab eóque Conſulatu annos Imperij ſui numerabant, vt NOTÆ
Panuinius obſeruat ad hunc annum in Commentario ad tertium librum Faſto- CHRONOLOG.
rum. Iuſtinianus Auguſtus anno Imperij ſui vndecimo, Chriſti quingenteſi-
mo triceſimo-ſeptimo, poſt Beliſarij Conſulatum ſecundo ſanxerat [a], vt in [a] Nouell. 47.
publicis inſtrumentis nomen & annus Imperatoris primo loco, deinde Con-
ſulis appellatio, tum indictio, menſis & dies apponerentur. Abhinc Conſu-
latus in contemptum venit. Baſilius poſt quadriennium nouiſſimus omnium
fuit, qui priuatus Conſulatum ordinarium geſſerit, & poſt eius Conſulatum
anni viginti quinque ſine Conſulibus fluxerunt. Interim Iuſtinianus aliâ Con-
ſtitutione [b] Conſulatum Imperatori iugem & indeſinentem eſſe voluit. Inde [b] Nouel. 105.
factum vt deinceps vel cuiuſlibet Imperatoris annus primus notaretur eius
Conſulatu, reliqui verò poſt eius Conſulatum, primus, ſecundus, tertius
numerarentur, & ſic de ceteris, vel Imperij ſic Conſulatûs anni dicerentur
nullâ inter Imperium & Conſulatum poſitâ differentiâ. Poſteriorem illam
computandi methodum vſurpauit in ſuo Chronico Marius Author coæta-
neus; hunc enim annum, qui primus Iuſtini Imperatoris fuit, conſignat In-
dictione decimâ-quintâ, vocátque primum annum Conſulatûs Iuſtini Iunio-
ris Auguſti; ſequentem verò, annum ſecundum Conſulatûs eiuſdem Iuſtini
Iunioris Auguſti, atque ita de reliquis. Promiſcua Imperii & Conſulatûs ac-
ceptio diu viguit, in publicis enim inſtrumentis, quæ citantur à Sigonio [c], [c] De regn. Ital. l. 4.
Carolus Magnus annum Chriſti octingenteſimum-primum appellat annum
primum ſui Conſulatûs, id eſt, Imperii. *Anno*, inquit, *ab Incarnatione Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti octingenteſimo-primo, Indictione* IX. *anno Regni noſtri in
Francia trigeſimo-tertio, in Italia vigeſimo-octauo, Conſulatûs autem noſtri
primo*. Poſteris annis Marium imitari Chronologiam noſtram & Cæſarum
Principatu & Indictionum numero confirmabimus, donec perueneri-
mus ad tempora Childeberti Regis eo nomine Secundi, deinceps enim apud
Gregorium, Fredegarium & alios, anni Regum Francorum notati repe-
riuntur.

Sigibertus Rex ſtatim ac Iuſtinum Iuſtiniano auunculo ſuo in Imperium ſuc- II.
ceſſiſſe reſciuit, Warinarium Francum & Firminum Aruernum, vt pacem
cum eo firmarent, Byzantium direxit teſtibus Gregorio [d] & Fredegario [e]. [d] Lib. 4. c. 35. [e] Hiſt. epit. c. 64.
Antequàm Firminus huic itineri ſe daret, contigit mors Palladij, qui ſepul-

AN. CH. 567. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 6.

ram iuxta Chriſtianorum corpora non obtinuit. Rem audi deſcriptam à Greg. Turonenſi [a], ac paulò altiùs repetitam. *Palladius Britani quondam Comitis ac Cæſariæ filius Comitatum in vrbe * Gabalitana Sigiberto Rege impertiente promeruit. Sed orta contentio inter ipſum Partheniúmque Epiſcopum valdè populum conſiderat. Nam plerumque conuitiis ac diuerſis opprobriis criminibúſque obruebat Epiſcopum, peruadens res Eccleſiæ ſpoliánſque homines eius. Vnde factum eſt vt hac contentione creſcente, cùm ad præſentiam iam dicti Principis properaſſent, & diuerſa ſibi inuicem obiectarent, mollem Epiſcopum, effœminatum Palladius vocitaret; Vbi ſunt mariti tui, cum quibus ſtuprosè ac turpiter viuis? Sed hæc in Sacerdotem verba prolata, diuina confeſtim vltio ſubſequens aboleuit. Nam anno ſequenti remotus à Comitatu Palladius Aruernum regreſſus eſt. Romanus verò Comitatum ambiuit. Factum eſt autem vt quadam die in vrbe Aruerna vterque coniungeretur, & altercantibus inter ſe pro hac actione Comitatûs, audiuit Palladius ſe à Sigiberto Rege debere interfici. Sed falſa hæc & maximè à Romano emiſſa deprehenſa ſunt. Tunc ille timore perterritus ita in anguſtia grani redactus eſt, vt minaretur ſe propriâ dextrâ perimere. Cumque à matre vel à cognato ſuo Firmino intentè adtenderetur, ne perficeret quod mente amarâ conceperat, per internalla horarum elapſus à matris aſpectu, ingreſſus cubiculum, accepto ſpatio ſolitudinis, euaginato gladio, cornuáque enſis pedibus calcans, acumen ad pectus erexit, impreſſuſque deſuper gladius ab vna ingreſſus mamilla in ſpatulam dorſi egreſſus eſt. Erectuſque iterum ſimiliter in aliam mamillam perfoſſus cecidit mortuus. Verumtamen ad Monaſterium * Cronomenſium delatus ſepultura mandatus, ſed non iuxta Chriſtianorum cadauera poſitus, ſed Miſſarum ſolemnia non meruit.*

[a] Lib. 4. c. 34.
* Iauonls.
INTERITVS PALLADII ARVERNI.
* Curdor.

III. CONCIL. LVGDVN. In collectione Conciliorum Gallicanorum ſecundum Lugdunenſe ponitur ſub Nicetio Epiſcopo. Celebratum eſt *anno VI. regni glorioſiſſimi Guntramni Regis*, vt nota temporis in vulgatis editionibus appoſita teſtatur.

IV. In illo Concilio, quod ex ſolis ditionibus eiuſdem Guntchramni Regis coactum eſt, conditi ſunt ſex Canones.

V. DE CONTROVERSIIS EPISCOPORVM. *I. Si quid inter fratres, id eſt, coepiſcopos noſtros, contentionis ortum fuerit, ſi de vna Prouincia ſunt, Metropolitani cum comprouincialibus ſuis iudicio ſint contenti. Si verò diuerſæ Prouinciæ duo fuerint Sacerdotes, inter quos aliqua diſceptatio oriatur, conuenientibus in vnum Metropolitanis ipſorum, omnis eorum actio illorum iudicio terminetur, ita vt ſi vnus ex Epiſcopis ab alio Epiſcopo, aut à quacumque perſona iniquè fuerit aggrauatus, communi fratrum ſtudio cum Dei ſolatio defenſetur. Quòd ſi quis ſe ab hac conditione quacumque calliditate ſubtraxerit, tribus menſibus ſe à caritate fratrum nouerit eſſe ſequeſtratum.*

VI. DE DONARIIS ECCLES. *II. Quia multæ tergiuerſationes infidelium Eccleſiam quærunt collatis priuare donariis, id conuenit inuiolabiliter obſeruari, vt teſtamenta, quæ Epiſcopi, Presbyteri, ſeu inferioris ordinis Clerici, vel donationes, aut quæcumque inſtrumenta propriâ voluntate confecerint, quibus aliquid Eccleſiæ, aut quibuſcumque conferre videantur, omni ſtabilitate ſubſiſtant. Id ſpecialiter ſtatuentes, vt etiamſi quorumcumque religioſorum voluntas, aut neceſſitate, aut ſimplicitate, aliquid à legum ſecularium ordine viſa fuerit diſcrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcuſſa manere, & in omnibus Deo propitio cuſtodiri. De quibus rebus ſi quis animæ ſuæ contemptor aliquid alienare præſumpſerit, vſque ad emendationis ſuæ vel reſtitutionis rei ablatæ tempus, à conſortio Eccleſiaſtico vel omnium Chriſtianorum conuiuio habeatur alienus.*

VII. DE CAPTIVIS. *III. Et quia peccatis facientibus multi in perniciem animæ ſuæ ita conati ſunt, aut conantur aſſurgere, vt animas longâ temporis quiete ſine vlla ſtatûs ſui competitione viuentes, nunc improbâ proditione atque traditione aut captiuauerint, aut captiuare conentur, ſi iuxta præceptum Domini Regis emendare diſtulerint, quouſque hos quos abduxerunt, in loco in quo longum tempus quietè vixerint, reſtaurare debeant, Eccleſiæ communione priuentur.*

VIII. DE EXCOMMVNIC. *IV. Illud etiam quod ſancti Patres ſalubriter adornarunt, placuit iterari, vt ſi quicumque Epiſcopus pro reatu aliquo quemquam à communione ſuſpenderit, apud*

omnes Sacerdotes eatenus à communione habeatur alienus, vſqueque eius iudicio de- AN. CH.
beat recipi, à quo meruerat pro reatu ſuo à caritate Eccleſiæ ſequeſtrari. Idem prorſus 567.
ſus decretum fuerat in Concilio Pariſienſi ante decennium Canone ſeptimo. CHARIB.

V. Quia multa ſunt Eccleſiæ membra quæ diuerſo genere, pro vita ſua qualitate, GVNTCH.
vel diſcretione Sacerdotali, aut oblectari conuenit aut diſtringi, illud cenſuimus ſta- CHILPER.
tuendum, vt quaſcumque munificentias Clericis aut ſeruientibus, ſiue de rebus Ec- SIGIB.
cleſiæ in vſum, aut de propriis in proprietatem, præcedentes dederint Sacerdotes, RR. 6.
ſubſequentes Pontifices nullatenus auferre præſumant. Si quid tamen culpa extite- IX.
rit, pro qualitate perſonarum, vel regulâ Canonum præcedentium, in perſona habea- DE DONIS
tur non in facultate diſtrictio. EPISCOPI.

VI. Placuit etiam vniuerſis fratribus, vt in primâ hebdomadâ Noni menſis, hoc X.
eſt ante diem Dominicam, quæ prima in ipſo menſe illuxerit, Litaniæ, ſicut ante DE LITA-
Aſcenſionem Domini ſancti Patres fieri decreuerunt, deinceps ab omnibus Eccleſiis NIIS.
ſeu parochiis celebrentur.

Lugdunenſi Concilio ſuâ vel vicariorum manu ſubſcripſerunt Epiſcopi XI.
quatuordecim. SVBSCRI-

Ex Prouinciâ Viennenſi primâ, Philippus Epiſcopus Viennenſis Metropo- PTION. EP.
litanus, Salonius Epiſcopus Genauenſis, Valeſius Preſbyter directus à Syagrio XII.
Epiſcopo Gratianopolitano, & Abſtemius Diaconus miſſus à Maximo Epi-
ſcopo Valentino.

Ex Prouinciâ Viennenſi ſecundâ, Vincentius & Euſebius Preſbyteri miſſi, XIII.
ille à Lucretio Epiſcopo Deenſi, hic à Victore Epiſcopo Tricaſtino.

Ex Prouinciâ Lugdunenſi primâ, Nicetius Epiſcopus Lugdunenſis Metro- XIV.
politanus, Agricola Epiſcopus Cabilonenſis, Syagrius Epiſcopus Æduorum,
Chelidonius Epiſcopus Matiſconenſis, & Piolus Preſbyter à Terrico Epiſco-
po Lingonenſi directus.

Ex Prouinciâ Lugdunenſi quartâ Æoladius Epiſcopus Niuernenſis. XV.

Ex Prouinciâ Lugdunenſi quintâ, Cæſarius Preſbyter à Terradio Epiſcopo XVI.
Veſoncenſi Metropolitano miſſus, & Vincentius Epiſcopus Belicenſis.

Ex illis Epiſcopis in Tabulas Eccleſiaſticas relati leguntur, Nicetius Lug- XVII.
dunenſis die ſecundâ Aprilis, Agricola Cabilonenſis die decimâ-ſeptimâ Mar- EPISCOPI
tij, Syagrius Auguſtodunenſis die viceſima-ſeptimâ Auguſti. Prætereà Co- SANCTITA-
quillius [a] obſeruat Æoladium, qui Niuernij in Eccleſiâ ſancti Stephani re- TE CONSPI-
tro altare parœciæ quieſcit, à Niuernenſibus coli die Auguſti viceſimâ-ſexta, CVI.
& Sauſſajus [b] Tetricum Lingonenſem ſanctis annumerat die duodeuiceſima
Martij, nec non Philippum Viennenſem die tertiâ Februarij.

[a] Hiſt. Niuern.
[b] Supplem. Martyr. Gallic.

Multi Salonium Epiſcopum Ebredunenſem & Sagittarium Epiſcopum Va- XVIII.
pincenſem ob diuerſa ſcelera damnatos in prædictâ Synodo Lugdunenſi vo- GREGO-
lunt, ſed id hauriunt ex Gregorio Turonenſi interpolato, nam libri quinti RIVS IN-
caput viceſimum-primum, quod totum eſt de duobus illis Epiſcopis, abeſt à TERPOLA-
codicibus, Bellouacenſi, Corbeienſi ac Metenſi. TVS.

Chilpericus Rex, vt apud Gregorium [c] legitur, *cùm iam plures haberet vxo-* XIX.
res, Audoueram ſcilicet & Fredegundem, de quibus ſæpè ſermonem iam fe-
cimus, Galſuendam alteram Aranagildi Wiſigothorum Regis filiam, Bru-
nichildis ſororem natu maiorem in coniugem expetiit, *promittens per Lega-*
tos ſe alias relicturam, tantùm condignam ſibi Regis prolem mereretur accipere.
Pater verò eius has promiſſiones accipiens, filiam ſuam, ſimiliter ſicut anterio-
rem, ipſi cum magnis opibus deſtinauit. Nam Galſuenda ætate ſenior à Brunechil- GALSVEN-
de erat. Quæ tùm ad Chilpericum Regem veniſſet, cum grandi honore ſuſcepta, DA NVBIT
eiúſquè eſt ſociata coniugio. A quo etiam magno amore diligebatur, detulerat enim CHILPERI-
ſecum magnos theſauros. Sed per amorem Fredegundis, quam priùs habuerat, or- CO.
tum eſt inter eos grande ſcandalum. Iam enim in lege Catholicâ conuerſa fuerat
& chriſmata. Cúmque ſe Regi quereretur aſſiduè iniurias perferre, dicerétque nul-
lam ſe dignitatem tum eodem habere, petiit, vt relictis theſauris, quos ſecum de-
tulerat, libera redire permitteretur ad patriam. Quod ille per ingenia diſſimulans,

[c] Lib. 4. c. 28.

AN. CH. 566. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 5.

verbis eam lenibus demulſit, fortè veritus ne quid inde diſcriminis ab Arbanagildo experiretur. Hoc autem anno Galſuintham à Chilperico ductam in coniugem liquidò conſtat, quia Brunichildis, quæ prior nupſit, Sigiberto ſociata fuit anno ſuperiori, & Arhanagildus, qui Galſuinthæ nuptiis ſuperſtes vixit, obiit anno proximè ſequenti. Cùm Chilpericus Galſuintham ſibi ſociauit, *habebat tunc*, vt Gregorius ſubiungit, *tres filios de Andouera priore Regina ſua, id eſt, Theodobertum, Merouechum atque Chlodouechum.*

XX. ROTOMAGI.

Fortunatus Galſuintbæ ſeu Geleſuintæ vel Galſuendæ profectionem ex Hiſpania Narbone, Pictauio, vbi cùm Radegunde collocuta eſt, & Turonis vſque Rotomagum, vbi nuptiæ celebratæ ſunt, deinde conuerſionem ad fidem Catholicam, ac tandem mortem proſecutus eſt Carmine[a] ſatis prolixo, quod de Geleſuinta inſcribitur. Pictauium recèns aduenerat, cùm illac iter fuit Geleſuintæ, quod his verſibus teſtatum reliquit.

Poſt aliquas vrbes, Pictauas attigit arces,
Regali pompâ prætereundo viam.
Inclitus ille quibus verè amplus Hilarius exit
Et ſatus & ſitus eſt ore tonante loquax.
Hanc ego nempe nouus conſpexi prætereuntem
Molliter argenti turre rotante vehi.
Materno voluit pia quam Radegundis amore
Cernere feruentem ſi daret vllus opem. &c.

[a] Lib. 6. c. 7.

XXI. Fortunatus Turonos profectus fuerat ad ſepulcbrum ſancti Martini, ſed commendatione Sigiberti Regis, vt facilis eſt ad coniiciendum via, in Radegundis quondam Reginæ notitiam venit, cuius obſequiis ſe dicauit. Vnde ſub initium libri octaui de ſe ſic ipſe ſcripſit.

Martinum cupiens, voto Radegundis adhæſi.

XXII. Sedem itaque & domicilium in Aquitania fixit. *Poſtquàm Turonos*, inquit Paulus Diaconus[b], *iuxta votum proprium peruenit, Pictauos pertranſiens, illic habitauit, & multorum ibidem Sanctorum geſta partim proſâ partim metricâ oratione conſcripſit. Nouiſſiméque in eadem ciuitate primùm Presbyter, deinde Epiſcopus ordinatus eſt.* Sub extremam tantùm ætatem ad Epiſcopatum aſſumptus eſt, vt dicemus ſuo loco. Apud Surium ad diem decimum-tertium Ianuarij leguntur duo libri de ſancti Hilarij vita & miraculis à Fortunato adhuc Preſbytero ſcripti. Poſterior, in quo miracula recenſentur, *Domno ſancto & meritis beatiſſimo Patri Paſcentio Papa, & in Chriſto florigerâ perenniter caritate vernantibus Eccleſiæ Pictauienſis habitatoribus* inſcribitur. Primum miraculorum quæ referuntur, eſt de Probiano, qui cùm in pueritia morti proximus crederetur, ſanitatem intercesſione ſancti Hilarij recuperauit. *Qui Probianus poſteà apicem promeruit obtinere Pontificis, vſque in hodiernum diem ad luminaria ſui medici, ſingulis annis vitæ debitor tributa perſoluit.* Verba ſunt Fortunati, quibus redarguas eos, qui Probianum in Epiſcopatu Bituricenſi ſediſſe volunt annos duntaxat octo, iſto enim calculo vitam clauſiſſet priuſquàm Paſcentius ad Epiſcopatum Pictauienſem promoueretur, imò priuſquàm Fortunatus ex Italia diſcederet, qui tamen de illo adhuc ſuperſtite loquitur in vita S. Hilarij ad Paſcentium Papam ſiue Epiſcopum directâ. Ea nos potiſſimùm ratio compellit, vt Probiano in Epiſcopatu Bituricenſi non octo, vt plerique, ſed annos octodecim tribuamus, & illius Pontificatum ad annum vſque quingenteſimum duodeſeptuageſimum prorogemus.

[b] De geſt. Longob. l. 2. c. 9.

PROBIANVS EPISC. BITVRIC.

XXIII. In libro de vera Franciciæ domûs origine, mors Anſberti Senatoris hoc anno refertur. Marito ſuo Blitildis haud diu ſuperſtes dicitur. Ex eorum liberis tres numero Sanctorum aſcribuntur, Ferteolus, Mondericus & Tarſicia, ſed & Arnoaldo, qui primogenitus fuit, eundem cultum multis in locis tribui docebimus inferiùs.

MORS ANSBERTI SENAT.

XXIV. Maglorius Dolenſis Epiſcopus anno Pontificatûs ſui tertio, vt Albertus[c] obſeruat, ſuffecto in Epiſcopatum Budoco ſolitudinem petiit. Eiuſmodi ſeceſſum

[c] In catal. Ep. Dol.

AN. CH. 567.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 6.

ceſſum in eremum quid præceſſerit, quid ſecutum ſit, vetus Author vitæ ſic exponit [a]. *Cùm* Maglorius *præclaris exemplis, ſana doctrina piis inſtitutionibus & virtutibus in ea Eccleſia luceret, nocte quâdam Angelus Domini adſtitit ei dormienti, & ait. Hactenus quidem, Maglori, ad paſcendum Domini gregem in huius Epiſcopatûs publicâ luce verſatus es, at nunc vt poſſis liberiùs vni vacare Deo, & eius laudibus totum te impendere, remotioris loci pete ſeceſſum, vitámque viuas ſolitariam. Hunc enim locum ſcias diuinitus ſancti Samſonis deceſſoris tui gloria deputatum, tibi verò Dominus Deus tuus alium præparabit, in quo paſtor bonus multas habebis oues, vita Monaſtica deditas, & innumeris clarebis virtutibus. Eam viſionem vir ſanctus valdè admirans expergiſcitur, aítque ad Dominum. Gratias tibi ago, bone Ieſu, quòd per Angelum tuum admonere me dignatus es, vt quod iampridem ardenti deſiderio concupieram, reipsâ perficiam. Interim cogitare cœpit, quemnam potiſſimùm locum ſibi deligeret, illis ſtudiis opportunum, quorum eſſet admonitus ab Angelo. Commodùm illi tum in mentem venit locus, quem Rex eius ſedi amplificandæ largitus erat. Non diu pòſt Budocum, qui à puero ſanctè & religiosè cum ipſo vixerat, pro ſe Dolenſis Eccleſiæ Epiſcopum conſecrauit, Cleróque & populo valedicens abiit ad locum memoratum cunctis incredibili quodam animi dolore tabeſcentibus ob diſceſſum Paſtoris tam boni.*

[a] Apud Sur. d. 24. Octob.

MAGLORIVS DIMITTIT EPISCOPATVM DOLENSEM. SVCCEDIT BVDOCVS.

Maglorius relicto Epiſcopatu Dolenſi vixit annos ſeptem. Cùm ſalutis expetendæ causâ multi ad eum confluerent, Budoco, quem ſuo loco Epiſcopum ordinarat, ad ſe accerſito narrauit cum lachrymis quantam hominum multitudinem pateretur, addiditque velle ſe ad aliquem proficiſci locum, vbi nulla hominis veſtigia exiſterent, ſed conſilium mutauit, Budoco, ſi id faceret, ſapienter admonente formidandum plurimùm, ne dum Chriſti pauperibus ſubtraheret ſpiritalis doctrinæ triticum, quod illis vitam præſtat, in diſcrimen ſe coniiceret, quia præſtabilius eſt oues Domini colligere quàm diſpergere, contritóſque corde ſanare quàm infirmos deſerere. Paulò pòſt Comitem ab annis ſeptem leprâ infectum ſanauit, ab eóque locum accepit in quo condidit Eccleſiam, & collegium ſexaginta duorum Monachorum aggregauit. Hæc fuſiùs deſcribunt Author vitæ iam laudatus & Albertus de Monte relaxo. XXV.

Circa hunc annum migrauit ex hac vita Leontius Epiſcopus Burdigalenſis, nam licèt tempus quo deceſſit, à Scriptoribus diſtinctè non exprimatur, tamen haud obſcurè colligitur ex iis quæ de illius ætate conſtant. Anno quingenteſimo triceſimo-primo cùm iuuenis eſſet, nec vxorem adhuc duxiſſet, profectus eſt ad bellum Hiſpanienſe, exiſtimamus illum annorum fuiſſe tunc octodecim; vxore iam dimiſſâ Pontificatum gerebat anno quingenteſimo quadrageſimo-nono, Concilio enim Aurelianenſi quinto per Vicarium ſubſcripſit; vixit aliquot annos ſub Principatu Chariberti, vt obſeruauimus ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſecundum, nec peruenit vltra annum ætatis LIV. nam teſte Fortunato [b] in illius Epitaphio, XXVI.

LEONTII EP. BVRDIGAL. OBITVS.

[b] Lib. 4. c. 10.

Luſtra decem felix & quatuor inſuper annos
Vixit, & à noſtro lumine raptus obit.

Ibidem commendatur hoc Encomio. XXVII.

ELOGIVM.

Regum ſummus amor, patriæ caput, arma parentum,
Tutor amicorum, plebis & vrbis honor.
Templorum cultor, tacitus largitor egentum,
Suſceptor peregrum diſtribuendo cibum.
Longiùs extremo ſi quis properaſſet ab orbe,
Aduena mox vidit, hunc ait eſſe patrem.
Ingenio viuax, animo probus, ore ſerenus.

Leontio Placidina, quæ vxor quondam fuerat, ſuperſtes vixit, ſic enim Carmen ſuum concludit Fortunatus. XXVIII.

VXOR PLACIDINA.

Funeris officium magni ſolamen amoris
Dulcis adhuc cineri dat Placidina tibi.

AN. CH. 567. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 6.

Burdigalenſes ſanctum Leontium colunt decimo-ſeptimo Kalendas Decembris. Eodem die Sauſſaius in Martyrologio Gallicano Placidinam & Alchimam commendat hoc elogio. *Venit*, inquit, *cum ipſo* nempe Leontio *meritorum eius particeps Placidina pari cultu proſequenda. Cuius & pia æmula ſoror Alchima itidem iuncta coniugio, indulſit viro ſuo Apollinari, vt Epiſcopus Aruernorum crearetur, paritérque ſanctis cum eo operibus intenta, templa Martyribus conſtruxit, pauperibus ſuccurrit, demúmque cumulata pietatis officiis, placidâ abſorpta morte, æternitatis migrauit ad præmia.* Sed ſibi conſtare non videtur.

XXIX. DVÆ DISTINGVVNTVR PLACIDINÆ.

Quam enim Placidinam hoc loco coniugem Leontij vocat, vxorem Arcadij Comitis appellat in catalogo ſanctorum, beatorum & piorum, vbi ſic ſcribit, *S. Apollinaris frater Placidinæ, Arcadij Comitis vxoris, vir eximiæ pietatis, factus Aruernenſis Antiſtes*, & in Martyrologio, vbi de Quintiano & Apollinare Aruernenſibus Epiſcopis ita diſſerit quarto Idus Nouembris. *Quintianus profuſis Cleri Aruernenſis precibus ac plebis efflagitationibus, rogatus eſt curam Epiſcopalem nobilis illius Eccleſiæ ſuſcipere. At intercesſit apud illum Arcadius Comes vxoris ſuæ Placidinæ ſuggeſtione compulſus, vt Apollinari ſororio ſuo, viro equidem eximiæ pietatis, delatum ſibi Epiſcopatum reſignaret. Non recuſauit loco ac honore cedere vir humilis & pacis filius. At Apollinaris ſolium adeptus eius beneficio, quatuor duntaxat menſibus Eccleſiæ præfuit, de medio, ſexto Kalendas Octobris, vocante Deo, ſubductus. Quo defuncto iteratis omnium votis Quintianus ad Epiſcopatum poſtulatus*, &c. Iſta ſub Theodorico Rege contigerunt anno quarto poſt Clodouei Regis obitum, Chriſti quingenteſimo decimo-quinto, & à Gregorio Turonenſi [a], ſic enarrantur.

[a] Lib. 3. c. 2.

XXX. *Apud Aruernus poſt obitum beati Aprunculi, ſanctus Eufraſius duodecimus Epiſcopus habebatur. Hic quatuor annos poſt Chlodouechi obitum vixit, viceſimo quinto Epiſcopatûs ſui anno tranſiens. Cúmque populus ſanctum Quintianum, qui de Ruteno eiectus fuerat, elegiſſet, Alchima, & Placidina, vxor, ſorórque Apollonaris, ad ſanctum Quintianum venientes dicunt; Sufficiat, domine ſancte, ſenectuti tuæ, quòd es Epiſcopus ordinatus. Permittat, inquiunt, pietas tua ſeruo tuo Apollonari, locum huius honoris adipiſci. Ille verò cùm ad hunc apicem aſcenderit, ſicut tibi placitum fuerit obſequetur; tu quoque imperabis, & ille tuæ parebit in omnibus iuſſioni. Tantùm vt humili ſuggeſtioni noſtræ aurem tuæ benignitatis accommodes. Quibus ille, quid ego, inquit, præſtabo, cuius poteſtati nihil eſt ſubditum? Sufficit enim vt orationi vacans, quotidianum mihi victum præſtet Eccleſia. Illæ autem hæc audientes, Apollonarem ad Regem dirigunt. Qui abiens oblatis multis muneribus, in Epiſcopatu ſucceſſit, quo quatuor abutens menſibus, migrauit à ſæculo. Cùm autem hoc Theodorico nunciatum fuiſſet, iuſſit ibi ſanctum Quintianum conſtitui, & omnem ei poteſtatem tradi Eccleſiæ.* Ex illo Gregorij textu corrigendus in multis Sauſſaius. Quem enim Apollinarem eximiæ pietatis virum nuncupat & numero Sanctorum aſcribit Sauſſaius, is Apollonaris apud Gregorium oblatis multis muneribus ſimoniacè Præſulatum adipiſcitur, eóque per quatuor menſes abuſus migrat à ſeculo. Deinde Alchima, quam Sauſſaius Apollinaris vxorem & Placidinæ ſororem nominat, apud Gregorium ſoror eſt ipſius Apollonaris nec eſt ſoror Placidinæ; ipsáque Placidina, quam Sauſſaius modò Arcadij, modò Leontij coniugem fingit, apud Gregorium vxor eſt Apollonaris, & mater Arcadij. Lege quæ de Theodorici Regis in Aruerniam profectione ad annum [b] Chriſti quingenteſimum viceſimum-quintum ex eodem Gregorio retulimus. *Theodoricus*, inquit Gregorius [c], *cum exercitu Aruernus veniens, totam regionem deuaſtat ac proterit. Intereà Arcadius Bituricas vrbem petiit. Placidina verò mater eius, & Alchima ſoror patris eius, comprehenſæ apud Cadurcum * vrbem rebus ablatis exilio condemnatæ ſunt.* Debent igitur duæ diſtingui Placidinæ, quarum altera alterius auia fuit. Senior coniux extitit Apollonaris & mater Arcadij, iunior Arcadij filia fuit & vxor Leontij. Neptis auiam famâ pietatis antecelluit, neutram tamen putamus coli, nec aliter ſentimus de Apollonare prioris Placidinæ marito & de Alchimâ ipſius Apollonaris ſorore.

[b] n. 5. & ſeqq.
[c] Lib. 3. c. 12.
* Cahors.

In Epiſcopatu Burdigalenſi poſt Leontium ſedit Bertchramnus, quem Gre- AN. CH.
gorius Turonenſis [a] teſtatur Guntchramni Regis matri propinquum fuiſſe; 567.
vnde redarguas nonnullos recentiores, qui Clotarij Regis ex filia nepotem, CHARIB.
Clodouei abnepotem fuiſſe contendunt.
Obſerua Sanctonenſem Epiſcopatum circa hæc tempora intra paucos an- GVNTCH.
nos ter vacaſſe, & Leontij Burdigalenſis Metropolitæ præſentiam in illa re- CHILPER.
gione non ſemel neceſſariam fuiſſe. In catalogo enim Sanctonenſium Anti- SIGIB.
ſtitum poſt Emerium ſcribuntur Concordius, Didymus, & Palladius qui Sy- RR. 6.
nodo Pariſienſi ſubſcripſit anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio. XXXI.
Hic poſtquàm Baſilica beati Eutropij, quæ collapſa fuerat, in priſtinum de- [a] Lib. 8. c. 2. BERT-
corem penitus reſtituta fuit, ſacros ſanctiſſimi Pontificis cineres in locum CHRAMNVS
quem præparauerat, conuocatis Abbatibus transferri ſtuduit. *Quod cùm fa-* FIT EP.
ctum fuiſſet, inquit Gregorius Turonenſis [b], *duo ex Abbatibus reſerato opertorio* BVRDI-
ſanctum corpus aſpiciunt, contemplantur cicatricem capitis, qua in parte defixum GAL.
fuerat ſecuris acumen. Sed ne præſens viſio duceretur in irritum, etiam ſpiritalis hæc XXXII.
doctrina commonuit, ilicet cùm ſequenti nocte ſtrauiſſent Sacerdotes membra quieti, EPISCOPI
apparuit per viſum his duobus dicens. Cicatricem quam contemplati eſtis in capite, SANTO-
ſcitote me per eam martyrium conſummaſſe. Et ex hoc quòd Martyr eſſet, innotuit NENS. [b] De glor.
populis, quia non aderat Hiſtoria paſſionis. Mart. c. 56.
Obiit & hoc circiter anno Caletricus Epiſcopus Carnotenſis, qui ſedere TRANSLA-
cœpit anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſexto; Synodis interfuit, TIO S. EV- TROPII.
Pariſienſi, anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, & Turonicæ, XXXIII.
anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto; vixítque annos duntaxat duo- CALETRI-
dequadraginta, vt in eius epitaphio docet Fortunatus [c] hoc diſticho. CVS EPISC.

Sex qui luſtra gerens, octo bonus inſuper annos, CARNOT.
Ereptus terra iuſtus ad aſtra redis. MORITVR.

[c] Lib. 4. c. 7.
Sancto Caletrico, qui colitur octauo Idus Octobris, in Epiſcopatum Car- XXXIV.
notenſem ſucceſſit Pappolus. Hic æmulum in caſtro Dunenſi expertus eſt EPISCOPI
Promotum, qui quandiu Sigibertus Rex in viuis fuit, Epiſcopum ſe geſſit. CARNO-
Quapropter de illo Promoto ſic locutus eſt Gregorius Turonenſis [d], *in Du-* TENSES.
nenſi caſtro, ordinante Sigiberto Rege, Epiſcopus fuerat inſtitutus, & poſt mortem [d] Lib. 7. c. 17.
Regis amotus fuerat, eò quòd caſtrum illud eſſet Diœceſis Carnotena. Et aduerſùs
eundem Promotum apud Patres Synodi Pariſienſis anno Chriſti quingenteſi-
mo ſeptuageſimo-tertio ſic queſtus eſt Pappolus [e]. *Cùm me ante aliquod tem-* [e] Tom. 1.
poris, Clericorum vel ciuium Carnotinæ ciuitatis voluntas per conſenſum, cum conni- Conc. Gall.
uentia etiam Metropolitani mei fieri Epiſcopum elegiſſet, quod annuente Domino fa-
ctum eſt, poſt aliquot dies, quidam ex ipſius ciuitatis Carnotinæ territorio Presby-
ter nomine Promotus, qui reliquerat ſine literis anteceſſoris mei cellulam ſuam, illi-
citâ præſumptione parrochiam meam, cui vocabulum eſt Duno *, *quaſi ſub nomine* * Chaſteau-
Epiſcopatûs viſus eſt peruaſiſſe. Etiam & facultaticulam Eccleſiæ, cui præeſſe videor, dun.
quantùm in ipſo pago eſſe conſtat, neſcio per cuius ordinationem, ſimili conditione
peruaſit. Hæc obſeruamus, vt Pappolum ſeu Papulum proximum ſancti Ca-
letrici ſucceſſorem agnoſcas. Pappolo mortuo ſubrogatus eſt Betharius. Id
Author vitæ declarat his verbis. *Papulus Epiſcopus ipſo in tempore ab hac luce*
migrauit. Tunc cunctus Clerus & deuotiſſimus populus, diuinâ admonitus inſpiratio-
ne ad palatium pergit, aures Regis totâ fortitudine pulſat, ſcilicet petens vt beatum
Betharium ſibi daret Paſtorem & Epiſcopum. Rex verò contriſtatus eſt ſuper hoc ne-
gotio, & omnes Optimates illius, quia ſicut Angelum Dei venerabantur eum. Ve-
rumtamen non diſtulit vota petentium, quin illicò expleret fidelium votum. Tunc iuſ-
ſu imperatorio, omniúmque Optimatum, Carnotenſium Eccleſiæ ſuſcepit Princi-
patum. Id anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto contigit, nam
ciuitas Carnotenſis, vt ſuo loco probabimus, à Theodorico Rege vaſtata
eſt anno Chriſti ſexcenteſimo, clades autem illa conſignatur anno ſexto
Betharij Epiſcopi, in cuius Actis iam laudatis hæc leguntur. *Audiens Theo-*
dericus, quòd Carnotenſis Eccleſia ciuitas valdè munitiſſima eſſet, theſaurique in-

AN. CH. 567. CHARIB. GVNTCH CHILPER. SIGIB. RR. 6.

numerabiles illic repoſiti eſſent, atque viro Domini commendati, direxit contra illum maximam exercitûs ſui partem. Veniénſque innumerabilis exercitus, ac barbara multitudo, Carnotis, cupientes comprehendere beatiſſimum Betharium anno ordinationis ſuæ VI. Tunc prædictus Sacerdos vnà cum Clero & populo infra muros ciuitatis concluſus, fortiter ſe defendere eſt conatus. Sed beatiſſimus vir accepto ab iis ſacramento, vt nec ipſe, nec ſui aliquid mali paterentur, credens fidei illorum aperuit portas ciuitatis. Illicò autem vt patefecit aditum, inuaſerunt more barbarico totam ciuitatem, deuaſtantes omnia. De populo verò maxima multitudo corruit gladio. Apud Flodoardum [a], Bertegiſelus Carnotenſis Epiſcopus intereſt Concilio Remenſi, quod anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto celebratum fuit. Penè ad illum annum peruenit Betharius, obiit enim *longo iam æuo fatigatus*, vt Author vitæ ſcribit, puérque adhuc erat cùm ex Italia in Franciam venit, Pappolo Carnotenſem Diœceſim iam adminiſtrante. Eius vitam, cuius fragmenta Ducheſnius [b] publicauit, integram legimus in Codice Vindocinenſi. Initium tale eſt. *Beatus Betharius vrbis Romæ oriundus fuit, & ſecundùm ſeculi dignitatem nobili ſtemmate procreatus, qui ab ipſis penè cunabulis puerulus Eccleſiaſticis eſt eruditus in moribus. Denique à parentibus philoſophiæ traditur. Carnotis vrbem aduenit Domino diſponente nutriendus. Tunc nempe temporis vir Domini beatæ memoriæ Papulus Epiſcopus Carnotenſem regebat Eccleſiam, qui cernens bonæ indolis puerum omni venuſtate fulcitum, intellexit illum totius futurum Eccleſiæ præfectum, pulſus diuino inſtinctu comam eius Sancti capitis abraſit, & in ſeruitium Eccleſiaſtici ordinis deuinxit. Erat namque ætate puerili ita obedientiæ deditus, vt à Spiritu ſancto non dubitaretur eſſe repletus, quod poſteà rei probauit euentus.* Bethario igitur immediatè ſucceſſit Bertegiſelus, qui Concilium Remenſe cum aliis Epiſcopis anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto celebrauit. Quot annos Bertegiſelus ſederit, haud liquet; ſed qui detur ei ſucceſſor, non quærendus eſt alius à ſancto Malardo, quem anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto ſub Clodoueo ſecundo Rege Synodo Cabilonenſi ſubſcripſiſſe conſtat. En itaque ſeries Antiſtitum Carnotenſium. Poſt ſanctum Leobinum Eccleſiæ Carnotinæ præfuerunt ſanctus Chaletricus, Pappolus, ſanctus Betharius, Bertegiſelus, ſanctus Malardus, nec audiendi ſunt qui catalogum Præſulum Carnotenſium ſecus texunt. Operæpretium nobis viſum eſt in hac diſquiſitione ſtudioſiùs immorari, vt cuique meliùs innoteſcat, quàm rectè Malardi Epiſcopi loco Pappolum reſtituendum cenſeamus in Actis ſancti Launomari, quæ multos Authores grauiſſimè diſcruciant, dum alij expuncto Malardo Leobinum legunt, cuius mentio in iiſdem Actis habetur, alij ſeruato Malardi vocabulo, ne tamen Launomarum centenario maiorem faciant, duos eiuſdem nominis Epiſcopos ſtatuunt, alterum ſancti Chaletrici deceſſorem ſub cuius Pontificatu Launomarus obierit, alterum longè poſteriorem qui regnante Clodoueo ſecundo Synodum Cabilonenſem ſuâ ſubſcriptione roborarit.

[a] Lib. 2. c. 5.

[b] Tom. 1. collect. Hiſt. Franc. pag. 560.

XXXV. CHARIBERTI R. OBITVS.

Sigebertus in ſuo Chronico vult Charibertum Regem Francorum, quem Heribertum vocat, obiiſſe anno regni ſui nono, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo ex noſtra ſupputatione, ſed illa ſententia, licèt Neotericis placeat, ſtare non poteſt cum rebus Pictauienſibus aliíſque quas annis proximè ſequentibus deſcripturi ſumus. Charibertus ineunte hoc anno mortuus eſt, nam Chilpericus ante illius obitum non obtinuit Rotomagum, vbi Galſuendam hoc eodem anno in vxorem duxit.

XXXVI. REVELATVS EVFRONIO EP. TVRON.

Eufronius Epiſcopus Turonenſis obitum Regis prophetico ſpiritu præſenſit, nam *cùm à multis crebriùs vrgeretur, vt ad occurſum Chariberti deberet accedere, & innectens moras ire differret, tandem commotus à ſuis ait. Ite, præparate iter, vt eamus ad occurſum Regis quem viſuri non ſumus. Igitur impoſita plauſtris neceſſaria, & caballis ad iter præparatis, iámque in hoc ſtante ratione vt deberet viam incedere, ait. Reuertantur plauſtra, laxentur equi, non modò hoc iter incedimus. Dicentibus autem ſuis quæ eſſet hæc lenitas, vt quæ tam inſtanter pa-*

AN. CH. 567.

CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 6.

rari inſſerat, tam facilè deturbaret, ait ſecretiùs. Princeps ad quem nos ire compellitis, obiit, nec viuentem, ſi abierimus, inueniemus. Stupefacti audientes diem notant, & ſancti verba taciti ſeruant. Aduenientibus autem ab vrbe Pariſiaca hominibus, eâ horâ Regem tranſiſſe nuntiant, quâ Sacerdos plauſtra de itinere inſſerat reuocari. Hæc Gregorius Turonenſis in libro [a] de gloria Confeſſorum. Non opus eſt alio Scriptore, vt Charibertum eredas obiiſſe Pariſiis, & [b] Authorem de Geſtis Regum Francorum, alióſque redarguas recentiores qui mortuum ac ſepultum apud Blauiam * Aquitaniæ caſtrum volunt.

[a] Cap. 19.
[b] Cap. 31.
* *Blaye.*

XXXVII.

Vixit Charibertus annos circiter ſex & quadraginta. Vituperatur à Gregorio [c] Turonenſi; quòd res Eccleſiaſticas peruaſerit, inprimis locum Baſilicæ ſancti Martini deputatum cui nomen Nauicellis; quódque Germani Pariſienſis Epiſcopi, qui Marcoueſæ nuptias inceſtuoſas redarguebat, pias hortationes neglexerit. In hoc longè infelicior fuit Clotario patre, cuius pœnitentiam laudat idem Gregorius Turonenſis [d]. Aimoinus [e] Merofledem & Marcoueſam cum filio, quem altera earum Chariberto pepererat, occubuiſſe tradit, priuſquàm ille moreretur. Superſtites autem vixerunt Ingoberga & Theodegildis. Superſtites fuerunt & tres filiæ, Adilberga, Berthefledis & Chrotildis. Adilberga teſte Gregorio [f] Turonenſi matrem habuit Ingobergam, nupſitque Ethelberto Cantuariorum Regi, vt ex Beda conſtat & ex duobus Gregoriis Romano ac Turonenſi. Berthefledis & Chrotildis monaſticam vitam profeſſæ ſunt, illa Turonis, hæc Pictauij, agit de vtraque Gregorius Turonenſis libro nono [g] ſuæ Hiſtoriæ, quâ verò matre genitæ fuerint, manet incompertum.

[c] De Mir. S. Martin. lib. 1. c. 29. Hiſt. Eccleſ. l. 4. c. 26.
[d] Lib. 4. c. 21.
[e] Lib. 3. c. 2.

VXORES. LIBERI.

[f] Lib. 4. c. 26.
[g] Capp. 33. 39.

XXXVIII.

THEODEGILDIS TRVDITVR IN MONASTER.

Poſt obitum Chariberti Regis, vt idem Gregorius teſtatur [h], *Theodegildis vna Reginarum eius, nuncios ad Guntebramnum Regem dirigit, ſe vltrò offerens matrimonio eius. Quibus Rex hoc reddidit in reſponſis. Accedere ad me ei non pigeat cum theſauris ſuis, ego enim accipiam eam, faciámque magnam in populis, vt ſcilicet maiorem mecum honorem quàm cum germano meo, qui nuper defunctus eſt, potiatur. At illa gauiſa, collectis omnibus ad eum profecta eſt. Quod cernens Rex, ait. Rectius eſt enim, vt hi theſauri penes me habeantur, quàm poſt hanc, quæ indignè germani mei thorum adiuit. Tunc ablatis multis, paucis relictis, Arelatenſi eam Monaſterio deſtinauit. Hæc verò ægrè adquieſcens ieiuniiis ac vigiliis adfici, per occultos nuncios Gothum quemdam adiuit, promittens ſi ſe in Spaniis deductam coniugio copularet, cum theſauris ſuis de Monaſterio egrediens, libenti eum animo ſequeretur. Quod ille nihil dubitans repromiſit. Cúmque collectis rebus, factiſque voluclis, à Cœnobio pararet egredi, anticipauit voluntatem eius induſtria Abbatiſſæ, deprehensámque * fraudem, eam grauiter caſam cuſtodiæ mancipare præcepit, in qua vſque ad exitum vitæ præſentis non mediocribus adtrita paſſionibus perdurauit.* Guntchramnus mortuâ Mercatrude iam duxerat Auſtrigildem, quacum vitam tranquilliſſimam agebat, igitur iuſta de cauſa Theodegildis, quæ Regem ad adulterium prouocarat, in Monaſterium retruſa eſt vt pœnitentiam ageret, nec dubium quin authoritas Eccleſiaſtica interceſſerit. Olim inter Clericos & laicos diſtinctum eſt, ita vt illi pœnitentiam acturi in locum ſecretum amandarentur, eáque differentia obſeruabatur, vt notant antiqui Patres qui illius mentionem faciunt, eò quòd indecorum iudicabatur, iis manum imponi, qui ceteris manum imponebant, pro iis orare quorum erat officium pro aliis orare. Verùm Ioannes Morinus noſtræ Congregationis Preſbyter obſeruat [i] poſt annum ſalutis quingenteſimum vulgò vſurpari ſolitam pœnitentiam quaſi ſemipublicam, quâ laici quoque, qui criminum rei erant, poſt acceptam publicè pœnitentiam in locis ſecretis, putà in Monaſteriis, includebantur eam acturi. Talis fuit pœnitentia Theodegildis. Tunc Arelatenſi Monaſterio præerat Liliola, tertia illius loci Abbatiſſa, quam duæ Cæſariæ præceſſerunt à nobis iam laudatæ, cùm de Franciæ finibus ad mare vſque mediterraneum ex Oſtrogothorum ceſſione propagatis ad annum Chriſti quingenteſimum trieeſimum-ſextum diſſeruimus.

[h] Lib. 4. c. 26.
* Id eſt, *deprehenſâ fraude.*
[i] De admin. pœnit. l. 5. c. 15.

AN. CH. 567. CHARIB. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 6.

Quia Charibertus filias tantùm reliquit, vi legis patriæ regnum eius ceſſit fratribus, Guntchramno, Chilperico & Sigiberto, inter quos pactiones Gregorius Turonenſis [a] ita factas obſeruat, *vt quiſquis ſine fratris voluntate Pariſius vrbem ingrederetur, amitteret partem ſuam, eſſetque Polioctus Martyr cum Hilario atque Martino Confeſſoribus iudex ac retributor eius.*

XXXIX. CHARIBERTO FRATRES SVCCEDVNT.

Sigibertus, cui Turones & Pictauium per pactum in partem hæreditatis obtigere, locum quem Charibertus abſtulerat, Baſilicæ ſancti Martini reſtituit, vt Gregorius Turonenſis [b] teſtatur. Poſteà Chilpericus, ad cuius partes Leudaſtes Turonenſis Comes tranſiit, ſupradictas ciuitates per Clodoueum filium occupauit, tenebàtque tertio Idus Nouembres, nam idem Author [c] regnante Turonis Chilperico cæcum quemdam Pictauienſem lumen quo per ſex annos caruerat ait ad tumulum beati Martini recepiſſe *per feſtiuitatem ſancti Patroni, in qua Marouens Pictauis Antiſtes*, Paſcentij nuperrimè mortui ſucceſſor, *aderat, qui ſolemnitate explicitâ cum illuminato concine gaudens, remeauit ad propriam vrbem.*

[a] Lib. 7. c. 6.

XL. BELLVM CIVILE.

Subirati autem fratres Guntchramnus & Sigibertus copiis præfecerunt Mummolum Comitem Autiſiodorenſem, qui fugato Clodoueo Turonos recepit, & oppidanis ſacramento adactis in verba Sigiberti Regis vlteriùs mouit versùs Pictauium, quo potitus eſt, Baſilio & Siagrio ciuibus Pictauienſibus, qui collectâ multitudine reſiſtere volebant, priùs debellatis ac interemptis. Clodoueus Turonis elapſus Burdigalam abiit, & à Sigulfo, qui ſtatim in Aquitaniam à Sigiberto miſſus eſt, profligatus ad patrem Chilpericum per Andegauiam vix redire potuit. Bellum illud ciuile, quo agri Turonenſis ac Pictauienſis per aliquot annos laborarunt, deſcribit Gregorius Turonenſis [d] quem conſule. Tomo primo Conciliorum Gallicanorum extat epiſtola Epiſcoporum Prouinciæ Turonenſis ad plebem miſſa, & à quatuor Epiſcopis, Eufronio Turonenſi, Felice Namnetenſi, Domitiano Andegauenſi & Domnolo Cenomanenſi ſubſcripta, quæ videtur ſub hoc tempus exarata, quia hortatoria eſt ad populos, vt imminentem cladem auertere ſtudeant, ideóque nuptialia vota differant, rerum omnium decimas perſoluant, cum inimicis redeant in gratiam, mancipiorum etiam decimas offerant, & qui mancipiis carent, pro ſingulis filiis ſingulos dent tremiſſes, inceſtas denique coniunctiones diſſoluant, recitabimus tantùm quod obſeruatu digniſſimum cenſuimus fragmentum de dilatione votorum nuptialium. *Itaque*, inquiunt Epiſcopi, *filij cariſſimi, qui eſtis partus diuinæ gratiæ, beata fructus Eccleſiæ, regeneratio baptiſmi, poſſeſſio cæli, membra Chriſti, redhibitio regni, veſtra palma, nobis corona, ſalubri admonitione opportunum duximus admonere, quoniam peccatorum noſtrorum in præcipiti mole creſcente videtur cladis grauiſſima neceſſitas imminere, nec alibi refugium inuenire, niſi ad illius præcepta recurrere, qui vitam noſtram ſuâ morte voluit reparare, vt ſi qui ex vobis ſunt in ſponſali pactione deuincti, nec adhuc in matrimonij fœdere copulati, nuptiarum ſuarum etſi definitum iam tempus ſit, licèt Apoſtolo vota nuptialia permittente, nos tamen conſilium dantes hortamur, vt iuſto moderamine debeant ad præſens differre, duplici conditione compulſi, vt aut ira Domini per caſtimoniam corporis & ſinceritatem cordis, oratione aſſiduâ valeat mitigari, & cùm tranquillitas obtineri meruerit, tunc ſine ſuſpicione interitûs poſſint vota celebrari feſtiua, aut certè ſi hoc illi de nobis placuerit qui condidit, vt quoſcumque iuſſerit de corpore cogantur migrare, vel ſit iuſta conſolationis cautela, vt anima de ſæculo non abripiatur immunda, nec grauior eſſe incipiat mors futura, quàm erat præſenti de funere, ſi poſtmodum pro crimine non pœna ſæuiret, nam iſtud admitteretur facillimè ſi poſt caſum requies inuitaret.*

[b] De mir. S. Mart. l. 1. c. 29.
[c] De mir. S. Mart. lib. 2. cap. 44.
[d] Lib. 4. capp. 40. 41.

XLI. FRANCIÆ DIVISIO.

Mortuo Chariberto, Francia, quæ tribus Regibus Guntchramno, Chilperico & Sigiberto parebat, in tria regna diuidi cœpit, in Auſtriam videlicet, Neuſtriam ac Burgundiam. Huius diuiſionis mentio frequens occurrit apud Fredegarium alióſque veteres Authores. Auſtria ſiue Oſtria ita vocata eſt, quòd ad Orientem ſita eſſet; Weſtria ſeu Neuſtria, quòd ad Occidentem, Burgundia verò nomen à Burgundis accepit. Sigiberti ditio, Auſtria; Chil-

AVSTRIA.

perici ditio, Neuſtria; Guntchtamni ditio, Burgundia nuncupata eſt. Vt AN. CH.
autem propter extera bella non iidem ſemper fuerunt Franciæ termini, ſic 567.
& propter domeſticas diſſenſiones priuatáque odia, quibus Reges Francorum CHARIB.
inter ſe decertarunt, prædicta Franciæ regna fincs habuerunt modò latiores, GVNTCH.
modò anguſtiores, vt ſuis locis oſtendemus. Auſtriæ caput extiterunt Metæ; CHILPER.
Lutetia Pariſiorum, quamdiu Neuſtriæ Regibus morem geſſit, primaria regni SIGIB.
ciuitas fuit; in Burgundia de primatu contenderunt Aurelianum & Cabilo, RR. 6.
quia Burgundionum Regum alij regiam ſedem Aureliæ, alij Cabilone collo- NEVSTRIA.
carunt; ad antiquum Burgundiæ regnum, quod fugato vltimo Rege Godo- BVRGVN-
maro in Ftancorum poteſtatem deuenit, pertinuit Cabilo, Aurelianum verò DIA.
Burgundiæ non eſt attriburum ante Guntchramni Regis tempora, cùm ter-
tia Franciæ pars, quâ potiebatur, Burgundia dicta eſt, eò quòd vererem Bur-
gundiam complectebarur, ídque obſeruamus vt intelligas alios antiquæ Bur-
gundiæ, alios Burgundiæ Franciçæ fines fuiſſe. Nora præstereà ditionum Aqui-
tanicarum, quæ à Ligeri fluuio ad Pyrenæum monrem protenduntur, ex di-
uiſione à Francorum Regibus inita quaſdam annumeratas eſſe Burgundiæ,
non paucas Auſtriæ, ceteras Neuſtriæ. Childebertus anno Chriſti quingen-
teſimo ſeptuageſimo-quinto Auſtriam à Sigiberto patre, Burgundiam anno
Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio à Guntchramno patruo accepit, ac
tertio pòſt anno moriens Auſtriam Theodoberto filio natu maiori, Burgun-
diam Theodorico alteri filio reliquit. Orta eſt inter fratres diſcordia, Theo-
doricus Theodoberto debellato atque interfecto Auſtriam ſubegit anno Chri-
ſti duodecimo ſupra ſexcenteſimum, eóque poſt annum extincto Clotarius
Chilperici filius, Neuſtriæ Rex, Burgundiam atque Auſtriam in ſuam pote-
ſtatem redegit, ac totius Franciæ Monarchiam ſolus obtinuit. Idem Clota-
rius nouo apud Francos exemplo Dagobertum filium, cui ceſſit Auſtriam, in
regni conſortium vocauit, ac dcinceps Burgundiam tantùm rexit cum Neu-
ſtria. Dagobertus patrem imitatus eſt, Sigibertum filium Auſtriæ præfecit,
Clodoueum alterum filium Burgundiæ ac Neuſtriæ hæredem conſtituit. Au-
ſtriæ, Neuſtriæ ac Burgundiæ nominibus ita vigentibus, tripertita Franciæ
diuiſio diu perdurauit, licèt tria regna vni aliquando Regi, duobus aliquan-
do paruerint Eorumdem autem regnorum vnicuique nomen indebatur Fran-
ciæ, & qui ſingulis regnis præerant Reges Francorum appellabantur. Frede-
garius Guntramnum, cui regnum Burgundiæ tribuit, Regem Francorum vo-
cat, Chronicon enim ſuum ſic orditur, *Guntramnus Rex Francorum, cùm iam
annos* XXIII. *Burgundiæ regnum bonitate plenus feliciter regeret*, & capite ſe-
ptuageſimo-quinto Auſtriam regnum Francorum nuncupat, ſcribit enim Si-
gibertum Auſtriæ Regem à Dagoberto patre præpoſitum fuiſſe, *cùm Winidi
iuſſu Samonis fortiter ſæuirent, & ſæpè tranſcenſo eorum limite regnum Francorum va-
ſtando Thoringiam & reliquos pagos ingrederentur.* Populi, qui Clotario Neuſtriæ
tantùm Regi poſt obitum Chilperici ſubiacuerunt, Franci nominantur [a] in [a] Cap. 36.
Geſtis Regum Francorum, *Franci, quoque*, inquit Anonymus, *prædictum Chlo-
tharium Regem paruulum ſupra ſe in regnum ſtatuerunt*, & paulò pòſt, *irruerunt
Franci cum ſtrepitu tubarum ſuper Auſtraſios & Burgundiones dormientes.*

Hoc loco temperare non poſſum, quin iterùm interpellem pleróſque neo- XLII.
tericorum, qui tam obſtinatè ſolos Reges, quibus Lutetia paruit, Regibus ERROR
Francorum annumerant, petámque ab eiuſmodi Scriptoribus an Francia poſt NEOTERI-
Chariberti Regis mortem laborarit interregno, cùm nulli fratrum, ad quos CORVM.
hæreditas eius peruenerat, fas eſſet abſque aliorum conſenſu Pariſios ingre-
di, nec vllum è tribus hæredibus Ciuitas Pariſienſis proprium ac peculiarem
Regem agnoſceret. Certè Francia, quæ ſuperſtite Chariberto quadripertita
erat, eo mortuo facta eſt tripertita, nec caruit Rege. Vt enim quadripertita
quatuor Regibus obtemperarar, Chariberto, Guntchramno, Chilperico &
Sigiberto; ſic tripertita tribus Regibus morem geſſit, Guntchramno, Chilpe-
rico & Sigiberto, quorum nomina titulis ſubſequentium annorum apponemus.

AN. CH. 568.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 7.

ANNVS
CHRISTI 568.
GVNTCHRAMNI R. 7.
CHILPERICI R. 7.
SIGIBERTI R. 7.
INDICTIO I.

I. GALSVINTHA REGINA MORITVR.

ANNO Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-octauo, ſiue, vt Iſidorus & Ioannes Biclarenſis in ſuis Chronicis obſeruant, anno Iuſtini Iunioris Auguſti ſecundo, mortuus eſt Atanagildus Rex Wiſigothorum, vacauítque regnum menſes quinque, priuſquàm Liuba ei præficeretur. Tunc Chilpericus prauis conſiliis faciliùs adhæſit, Galſuintham *ſugillari*, vt Gregorius ſcribit [a], id eſt, ſtrangulari, *iuſſit à puero, mortuámque reperit in ſtratum, & cùm eam mortuam defleſſet, poſt paucos dies Fredegundem recepit in matrimonio. Poſt quod factum, reputantes eius fratres, quòd ſuâ emiſſione antedicta Regina fuerit interfecta, eum de Regno deiiciunt*, aut ſaltem *eiicere voluerunt*, vt legitur in Geſtis [b] Regum Francorum, *quod conſilium*, inquit Aimoinus [c], *non tam aſtu Chilperici, quàm ipsâ leuitate, quâ cœptum fuerat, diſſipatum eſt.* Poſt obitum Galſuinthæ, *Deus virtutem magnam oſtendit* teſte Gregorio Turonenſi [d], *lychnus enim ille, qui fune ſuſpenſus coram ſepulchrum eius ardebat, nullo tangente, diſrupto fune in pauimentum corruit, & fugientem ante eum duritiam * pauimenti, tanquam in aliquod molle elementum deſcendit, atque medius eſt ſuffoſſus, nec omnino contritus, quod non ſine grandi miraculo videntibus fuit.* Porrò Galſuinthæ mortem haud in alium annum differendam docet Fortunatus [e], dum eam breui tantùm tempore iugali conſortio nexam fuiſſe teſtatur hoc diſticho, in carmine iam laudato de Goiſuinta & eius filia Geleſuinta.

Nam breue tempus habens conſortia nexa iugalis
Principio vitæ funere rapta fuit.

[a] Lib. 4. c. 28.
[b] Cap. 31.
[c] Lib. 3. c. 5.
[d] Lib. 4. c. 28.
* *Accuſatiuus abſolutus.*
[e] Lib. 5. c. 6.

II. MONDERICVS EPISC.

Guntchramno Regi ex Auſtrigilde natus eſt Clotarius hoc anno, vt conſtat ex eius epitaphio, quod poſt annos nouem recitauimus. Mondericus Epiſcopus cùm *ſuper ripam Rhodani in turri per duos ferè annos cum grandi cruciatu* commoratus eſſet, *obtinente beato Nicetio Epiſcopo* Lugdunenſi *Lugdunum regreditur, habitauítque cum eo per duos menſes. Sed cùm obtinere non poſſet à Rege* Guntchramno, *vt in locum vnde deiectus fuerat reſtitueretur, nocte per fugam lapſus ad Sigiberti regnum tranſiit*, vt anno ſequenti dicemus. Hæc autem leguntur tantùm in Gregorio interpolato [f], abſúntque à Codicibus, Bellouacenſi, Corbeienſi ac Metenſi

[f] Lib. 5. c. 5.

III. PAX CVM HVNNIS SANCITVR.

Hoc anno, poſt Clotarij Regis obitum ſeptimo, Sigebertus de Hunnis hæc habet in ſuo Chronico. *Hunni iterùm Sigiberto congreſſi, & magicis artibus penè victoriam adepti recedunt, Sigiberto in omni vita ſua confœderati.* Gregorius Turonenſis [g] rem pluribus verbis explicat laudátque Sigibertum, quòd *vt erat elegans & verſutus, quos non potuit ſuperare virtute prælij, ſuperauit arte donandi, nam datis muneribus fœdus cum Rege* Hunnorum *iniit, vt omnibus diebus vita ſua nulla inter ſe prælia commoueret.* Nec omittendum quod apud Menandrum legitur. *Cùm Auares*, ſic ille Hunnos ſeu Chunos vocat, *& Franci fœdus inter ſe percuſſiſſent, Chaganus Sigisberto Francorum duci ſignificauit, exercitum ſuum fame laborare, decere eum, qui Rex eſſet ac prætereà indigena, minimè negligere*

[g] Lib. 4. c. 29.

negligere exercitum fœdere coniunctum, quòd ſi copias Auarum rebus neceſſariis re- AN. CH.
ficere ac recreare vellet, ſpondebat Chaganus haudquaquam ſe vltra triduum in eâ re- 568.
gione moraturum eſſe. Hæc vbi Sigisberto nunciata ſunt, ſtatim farinas & legumi- GVNTCH.
na, ouéſque ac boues ad Auares miſit. Chaganus ille Rex erat Hunnorum, nam CHILPER.
teſte Gregorio Turonenſi [a] *omnes Reges gentis illius hoc appellantur nomine*. Aua- SIGIB.
res auditâ Iuſtiniani morte Legatos, vt à ſucceſſore conſueta munera pete- RR. 7.
rent, Byzantium miſerant, & ex Iuſtini reſponſis nihil inde ſibi ſperandum [a] Lib. 4. c. 29.
iam audierant teſte Menandro [b] ſuprà laudato, Legati verò Sigiberti, vt ex [b] Lib. 2.
Gregorio Turonenſi colligitur [c], hoc anno Conſtantinopoli redierunt pace [c] Lib. 4. c. 33.
cum Iuſtino Imperatore firmatâ.

Obiit hoc anno Romæ Probianus Epiſcopus Bituricenſis, de cuius Ponti- IV.
ficatu diſſeruimus anno ſuperiori. Sepultus eſt in æde ſancti Laurentij extra
muros viâ * Tiburtinâ. Sanctus vocatur à Sauſſaio in catalogo ſanctorum, * *Sur le che-*
beatorum ac piorum, qui proprias hiſtorias vel natales non habent, ſed cum *min de Ti-*
laude pietatis commemorantur in geſtis Sanctorum, quorum nomina diebus *woli.*
propriis Martyrologio Gallicano eiúſque ſupplemento inſcripta ſunt. Pro- FELIX EP.
biano ſucceſſit Felix. Huius ordinationi Germanus Epiſcopus Pariſienſis apud BITVR.
Bituriges interfuit, ibique Sigericum cum Mammonâ illius vxore aliiſque
multis è Iudaiſmo ad Chriſtianam religionem adduxit, Sigericum quidem
ſuis prædicationibus, Mammonam verò manu priùs ad eius frontem admo-
tâ, vt fugaretur diabolus, quo velut obſeſſa tenebatur. Narrat iſta Fortu-
natus in vitâ ſancti Germani. Alibi verò eundem Felicem laudat [d], quòd [d] Lib. 3. c. 23.
inſignem hierothecam in formam turris fieri curauerit, vbi Corpus Domini-
cum aſſeruaretur.

Quàm benè iuncta decent, ſacrati vt Corporis Agni
Margaritum ingens aurea dona ferant.
Cedant chryſolithis Salomonia vaſa metallis,
Iſta placere magis ars facit atque fides.
Quæ data Chriſte tibi Felicis munera ſic ſint,
Qualia tunc tribuit de grege paſtor Abel.
Et cuius tu corda vides, pietate coæquas
Sarapta merito, quæ dedit æra duo.

Hic annus à Glannafolienſis Cœnobij fundatione viceſimus-ſextus nu- V.
meratur, quo Congregatio centum quadraginta fratrum illic iam adunata MONAST.
reperitur. *Qui numerus*, teſte Fauſto, *tunc à beato Mauro ſcriptus & auctoritate* GLANNA-
tam eius quàm totius Congregationis præfixus atque ſtatutus eſt, vt nemo deinceps FOL.
exiſteret, qui hunc numerum vel excedere vel minuere vnquam in ipſius Congrega-
tione Cœnobij auſus fuiſſet, quoniam & res, quæ ibi iam tunc delegatæ erant, tanto
fratrum numero in his quæ neceſſaria erant, ſufficiebant, & ſi amplior eſſet nume-
rus, occaſionem patiendæ neceſſitatis fortè inferre potuiſſet.

Chilpericus Turonos & Pictauium denuò cepit, initóque prælio Sigulfum VI.
Ducem vicit, deinde pace compoſitâ quas ciuitates occuparat, eas Sigiber-
to fratri reddidit teſte [e] Fredegario. Tunc Maroueus Pictauienſis Epiſcopus [e] Hiſt. epit.
acceptis epiſtolis Sigiberti Regis pro fide ac deuotione Radegundis beatæ, vt Grego- cap. 70.
rius Turonenſis [f] teſtatur, *in partes Orientis Clericos deſtinauit pro Dominicæ Cru-* [f] Lib. 9. c. 40.
cis ligno, ac ſanctorum Apoſtolorum ceterorúmque Martyrum reliquiis. Quomodo
Radegundis in eo negotio ſe geſſerit, ita deſcribit Baudoniuia. *Quod fecit*
ſancta Helena in Orientali patria, hoc fecit beata Radegundis in Gallia, & quia ſine
conſilio, dum vixit in mundo, nihil facere voluit, tranſmiſit literas ad præcellen- RADEGVN-
tiſſimum Domnum Sigibertum Regem, cuius imperio patria iſta regebatur, vt ei per- DIS PETIT
mitteret pro eius patriæ ſalute & regni eius ſtabilitate, lignum Crucis ab Imperatore AB IMP. LI-
expetere. Ille verò benigniſſimè petitioni ſanctæ Reginæ aſſenſum præbuit. Illa igi- GNVM S.
tur, deuotione plena, deſiderio accenſa, ad Imperatorem non munera dirigit, quæ ſe CRVCIS.
propter Deum pauperem fecit, ſed oratione obtinente cum comitatu Sanctorum, quos
inceſſanter inuocabat, miſſos ſuos direxit, ſed quod ſua vota poſcebant, obtinuit, &

AN. CH. 568. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 7.

beatum lignum Crucis Domini, auro & gemmis ornatum, & multas Sanctorum reliquias, quas Oriens retinebat, vno reſidens loco ſe habere gloriata eſt. Ad petitionem etenim ſancta tranſmiſit Imperator Legatarios cum Euangeliis auro & gemmis ornatis. Cetera perſequemur anno ſequenti.

VII.

* S. Dié

a Tom. 4 Gall. Chriſt. in Luxou.

Ioannes *Ruyr* inſignis Eccleſiæ ſancti * Deodati Cantor & Canonicus ſacras Voſagi antiquirates in vnum volumen collegit, opus ſuum exorſus eſt à vita ſancti Columbani, qui Voſagum incolere cœpit hoc anno, ſiue vt tabulæ Luxouienſes à Sammarthanis [a] citatæ profirentur, anno Sigiberti Regis ſeptimo. Sed Sigiberti loco repone Gunrchramnum, quia loca in quibus Columbanus conſedit, Anagrares ſcilicet, Fontanæ & Luxouium, ſita erant in Burgundia, perrinebántque ad Guntebramnum prædicti Sigiberri fratrem. Quapropter qui cereros in errorem traxit Ionas, ipſum Sigibertum, à quo Columbanum ſuſceptum aſſeruit, Auſtraſiorum ſimul ac Burgundionum Regem finxit, id aurem Hiſtoricæ veritati repugnat, nam Gunrchramnus Burgundiæ Rex Sigiberto fratri Auſtraſiæ Regi ſuperſtes vixit annis duodeuiginti.

VIII.

DVO COLVMBANI HYBERNI.

Anrequàm res à bearo Columbano geſtas in Galliis aggrediamur, obſeruabimus duos Columbanos iiſdem remporibus in Hybernia floruiſſe. Alter qui reſpectu alterius ſenior dici poreſt, ex Hybernia transfretauit in Britanniam vbi mortuus eſt ac ſepultus. Alrer quem iuniorem appellabimus, ex Hybernia in Britanniam, tum in Galliam, deinde in Iraliam profectus eſt, vbi vitam clauſit poſt annos octodecim à ſenioris obiru. Vrerque colitur in Tabulis Eccleſiaſticis, ſenior quinto Idus Iunij, iunior vndecimo Kalendas Decembris.

IX.

b Tom. 5. p. 2.

c Lib. 3. c. 4.

SENIOR IN BRITANNIA VIXIT.

d Lib. 3. c. 3.

Senior Columbanus ad noſtros Annales nullomodò pertiner, tamen quia cum iuniore, cuius mentio frequens occurret, ab ineruditis confunditur, de illo nonnulla recitabimus ex Beda. Qui plura voluerit, Adamanni Scoti libros tres ab Henrico Caniſio [b] ediros ex membranis Monaſterij Windbergenſis in Bauaria conſulet. *Anno*, inquit Beda [c], *Incarnationis Dominicæ quingenteſimo ſexageſimo-quinto (quo tempore gubernaculum Romani Imperij poſt Iuſtinianum Iuſtinus minor accepit)* meliùs obitum Iuſtiniani & ſubrogationem Iuſtini minoris in annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſextum reieciſſet, *venit de Hybernia Presbyter & Abbas habitu & vitâ Monachi inſignis, nomine Columbanus, Britanniam, prædicaturus verbum Dei Prouinciis Septentrionalium Pictorum, hoc eſt, eis, qui arduis atque horrentibus montium iugis ab Auſtralibus eorum ſunt regionibus ſequeſtrati. Venit autem Britanniam Columbanus regnante Pictis Bridio filio Meilochon Rege potentiſſimo, nono anno regni eius, gentémque illam verbo & exemplo ad fidem Chriſti conuertit. Vnde & præfatam Inſulam* (nempe Iouam ſiue Hy, de qua paulò antè loquebatur [d]) *ab eis in poſſeſſionem Monaſterij faciendi accepit. Neque enim magna eſt, ſed quaſi familiarum quinque iuxta æſtimationem Anglorum, quam ſucceſſores eius vſque hodie tenent, vbi & ipſe ſepultus eſt, cum eſſet annorum ſeptuaginta ſeptem, poſt annos circiter triginta & duos ex quo ipſe Britanniam prædicaturus adiit.* In Chronico Sigeberti ad annum Chriſti quingenreſimum ſexageſimum-ſextum *Sanctus Columbanus Presbyter veniens de Scotia, clarus habetur in Britannia*, nec hic alius à ſeniore qui Columbanus & Columba nuncupatus inuenitur.

X.

IVNIOR.

Iunioris verò Columbani, qui Columba etiam appellatur, vitam prolixo ſtylo ſcripſir Ionas, apud quem inter alia legi poſſunt quæ ſequuntur. *Columbanus qui & Columba ortus eſt in Hybernia Inſula, peractis infantiæ annis in pueritiæ ætate pubeſcens, liberalium literarum doctrinis & Grammaticorum ſtudiis ingenio capaci dare cœpit laborem. Dedit deinde operam, vt Monachorum necteretur ſocietati, ac Monaſterium, cuius vocabulum eſt Benchor, petiit, in quo Præſul virtutum vbertate lucebat beatus Congellus, egregius inter ſuos Monachorum pater, quique & religionis ſtudio, & regularis diſciplinæ cultu præcipuus habebatur. Peractis annorum multorum in Monaſterio circulis, cœpit peregrinationem deſiderare. Viceſimum*

AN.CH 568. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 7.

ergo ætatis annum agens, arrepto itinere cum duodecim ſociis, è quibus in ſancti Deicoli [a] vita Columbinus & gemini vterini fratres Gallus & Deicolus præcipui numerantur, *Chriſto duce ad littus maris accedit. Ibi omnipotentis miſericordiam præſtolantur, vt ſi ſua voluntati inhæreant, concepti conſilij effectus perficiantur, agnoſcúntque ſecum clementis iudicis voluntatem adeſſe, carinámque ingreſſi dubias per freta ingrediuntur vias, & mite ſalum properantibus zephyrorum ſtabris, pernici curſu ad Britannicos perueniunt ſinus. Pauliſper ibidem commorantes, vires reſumunt, ancipitíque animo anxia cordis conſilia trutinantur. Placet tandem arua Gallica plantâ terere, & mores hominum feruenti aſtu ſciſcitari; & ſi ſalus ibi ſerenda ſit, quantiſper commorari; ſi autem obduratas caligine arrogantiæ mentes reperiant, ad vicinas regionum nationes pertranſire. A Britannicis ergo finibus progreſſi, ad Gallias tendunt.* [a] Ap. Bolland. d. 18. Ian.

XI. Venit in Franciam. Columbanus, vt ex allatis Ionæ verbis conſtat, nec in Britannia diu moratus eſt, nec ex Britannia diſcipulos in Galliam tranſmiſit. Aliter ſcripſerunt nonulli recentiores, quia nec duos agnouerunt Columbanos, nec amborum diſcipulos idoneè diltinxerunt.

XII. Iter Columbani ex Britannia in Burgundiam, quæ Galliarum Franciæque pars erat, deſcribemus ex Iona in vita ſancti Columbani & ex Anonymo in vita ſancti Agili, ſed cuius auctoritatis hi ſint ſcriptores, priùs inquirendum videtur.

XIII. Ionas vitam beati Columbani ſcripſit intra triennium ab obitu ſancti Bertulphi Bobienſis Abbatis, cuius mors in annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum incidit. Vtrumque facillimè clariſſiméque demonſtrabimus. Annus, quo beatus Bertulphus ad Deum migrauit, ita deprehenditur. In Abbatum Bobienſium * catalogo, quem Ferdinandus Vghellus Bobienſibus Epi- * De Bobio. copis ſubiunxit, quatuor primi recenſentur hoc ordine, ſanctus Columbanus, ſanctus Attalas, ſanctus Bertulphus, ſanctus Bobulenus. Obiit ſanctus Attalas ſexto Idus Martias anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſeptimo, ſupererat enim in viuis anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſexto, vt Sigonius & Baronius ex Iona & Paulo Diacono ſimul collatis docent, & Honorius Papa Bertulpho iam Abbati priuilegium, quod in Italia ſacra recitatur [b], con- [b] Tom. 4. in Epiſc. Bobienſ. ceſſit tertio Idus Ianuarias, Indictione primâ, ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo, addequòd Blitmundus, vt in vita ſancti Walerici legitur, poſt ſancti Attalæ mortem relictâ Italiâ in Galliam venir ſuperſtite adhuc Clotario Rege, qui anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-octauo vitam clauſit. De Bertulpho autem ſeu Bertolfo Attalæ ſiue Attali ſucceſſore ſic Ionas inſertus operibus Bedæ. *Cùm autem conditor rerum beatum Patrem Attalam ad cæleſtia regna per ærumnas huius ſæculi tranſtuliſſet, omnis Monachorum concio voce ſimul & animo præfatum Bertolfum ſublimauerunt honore paterno, qui per tredecim annos omni diligentia ſtudio plebem ſibi commiſſam ſalutaribus monitis erudire non omiſit.* Et eiuſdem Ionæ compendiolum apud Vghellum in Abbatibus Bobienſibus. *Beato Attalâ ad ſuperos euocato, ex communi voluntate Mouachorum beatus Bertulfus in Abbatiali honore ſublimatus, annis 13. diligenter præfatum Monaſterium gubernauit, cælos petens, corpus terris dereliquit 14. Kal. Septembris.* Sanctus igitur Bertulphus ex hac vita migrauit decimo-quarto Kalendas Septembres anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo. Nec audiendus eſt Surius [c], qui Ionæ textum ex vita ſancti Bertulphi recitatum in alium prorſus [c] D. 19. Aug ſenſum detorſit, & Bertulphum, qui Bobienſis Abbas factus *per tredecim annos omni diligentiæ ſtudio plebem ſibi commiſſam ſalutaribus monitis erudire non omiſit*, Abbatem Bobienſem ideò creatum, quòd *annis tredecim omni ſtudio & diligentiâ plebem ſalutaribus monitis erudire non omiſiſſet*, hâc adulteratâ periodo finxit. *Cùm rerum omnium conditor beatum Patrem Attalam ex hu ſæculi ærumnis ad cæleſtia regna euexiſſet, omnis concio Mouachorum, vocibus animíſque coniunctis paterni honoris ſucceſſorem Bertulphum acclamauit, quippe qui annis tredecim omni ſtudio & diligentiâ plebem ſalutaribus monitis inſtituere non omiſiſſet.* Id au-

AN. CH. tem quàm alienum ſit à vero docet idem Surius, cùm ait Bertulphom è Lu-
568. xouienſi Monaſterio, vbi ſub Abbate Euſtaſio degebat, ad Bobienſe ductum
GVNTCH. fuiſſe ab Attala iam Abbate, qui Bobio Luxouium fortè venerat. *Ad venera-*
CHILPER. *bilem*, inquit, *virum Euſtaſium Luxouienſem Abbatem ſe contulit, atque illic mo-*
SIGIB. *naſtica regula & religioni ſubditus diu permanſit, omnibus charus & gratus. Adue-*
RR. 7. *niente autem eò beato Attalâ ex Auſonia partibus, cum bona pace & voluntate ve-*
nerabilis Euſtaſij, ei ſe adiunxit. Abiit ergo cum venerabili Attala, Auſoniaque finibus receptus, in Bobienſi Cœnobio ſub eius obedientia permanſit. Bertulphus enim pet tredecim annos, ptiuſquàm Abbas fieret, Bobienſes erudire non potuit, ſiquidem Bobij vixit ſub vno duntaxat Abbate Attalâ, qui Bobienſe Monaſterium integris annis duodecim haud rexit; imò Bertulphus, ſi benè de tempore, quo Bobium profectus eſt, ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-nonum coniectabimos, annos octo ſub Attalæ diſciplina non expleuit. Mors igitur ſancti Bertulphi non alio Chriſti anno quàm ſexcenteſimo quadrageſimo referri debet. Triennium autem haud effluxiſſe poſt obitum ſancti Bertulphi, donec Ionas vitam beati Columbani ſcriberet, idem Ionas initio præfationis eidem vitæ præfixæ ſic oſtendit. *Dominis eximiis, & ſacri culminis regimine decoratis religioniſque copiâ fultis Waldeberto & Babolena Patribus, Ionas peccator. Memini me ante hoc fermè triennium, fratrum conniuentiâ flagitante, vel beati Bertulphi Abbatis imperio iubente, cùm apud eos Apenninis ruribus vagans, in Bobienſi Cœnobio morarer, fuiſſe pollicitum, vt almi Patris Columbani meo ſtuderem ſtylo texere geſta.* Et paulò pòſt in eadem præfatione ſuum opus aſſerit in duos libros ita diuiſum eſſe, vt alter res à beato Columba ſeu Columbano, alter tes ab Euſtaſio aliiſque nonnullis beati Columbani diſcipulis præclarè geſtas amplectatur. *Quæ ſunt*, inqoit, *poſita, duobus libellis interſcidi, vt vno volumine legentibus faſtidium amputarem. Primus beati Columbæ geſta perſtringit. Secundus, diſcipulorum eius, Attalæ, Euſtaſij, vel cæterorum, quos memini, vitam ediſſerit.* Vitam igitur ſancti Columbani poſt annos ab eius obitu ſex circiter ac viginti ſcripſit Ionas, & ob ætatem quâ vixit plurimùm authoritatis ſibi conciliauit. Lapſus eſt tamen in quoſdam errores, quia patriam nactus eſt à Voſagi ſaltu multum remotam, & in Bobienſi Monaſterio ſub Abbate Columbano numquam degit. Scotus à pleriſque falsò creditur.

* *Suſe.* Natus eſt Seguſij *. In Congregationem Monachorum Bobienſium ab Abbate Attala ſuſceptus eſt anno ante ipſios Attalæ obitum nono, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo duodeuiceſimo. Ipſemet vtrumque confirmat in eiuſdem Attalæ ſiue Attali vita, ſub cuius finem de ſemetipſo ſic loquitur. *Referam quid in me vir iſdem egerit. Cùm iam nouem per annorum curriculum in Monaſterio conuerſatus fuiſſem, & ſæpè parentibus poſtulantibus vt eos ex permiſſu ſuo viſerem, nec impetrauiſſent, nullo exinde mentionem faciente, ait. Vade feſtinus, fili, & matrem fratrémque viſita, mone, & nullâ morâ præpediente reuertere. Cúmque differrem, & temporis opportunitatem euenire in proximo dicerem. Erat enim tempus nimij frigoris, tempus ſcilicet Februarij. At ille ait. Accelera adgredi iter quod tibi dixi, neſcis vtrùm in poſtmodùm liceat agere. Datis ergo comitibus Blidulfo Presbytero & Hermenoaldo Diacono, de quorum religione nihil dubitabatur, ad deſtinatum peruenimus locum. Erat enim Siguſia vrbs nobilis quondam Taurinatum Colonia, à Monaſterio diſtans centum quadraginta millibus. Vbi vt peruenimus, gratuitè à genitrice poſt tantorum interualla annorum ſuſcepti ſumus, ſed non diu optato genitrix fruitur dono. Nam eâdem noctè febre correptus inter incendia clamare cœpi me viri Dei precibus torqueri, ne inibi contra interdictum quantiſper morarer, ſi non me citò moueant, quocumque potuiſſem conamine ad Monaſterium repedare, me citò morte præueniendum. Mater ad hæc. Melius michi eſſet, fili, vt te ibi ſanum ſcirem, quàm hîc mortuum deflerem. Fateor, longum fuit diei expectare aduentum. Vix erumpente Aurorâ retrò repedare ſtatuimus, me nequicquam cibi capiente, donec medy penè itineris loca pertingeremus. Feſtinantibus ergo ac iter agentibus ſoſpitatem rurſum recepi, venientéſque ad Monaſterium Patrem iam febri-*

AN. CH. 568.
GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 7.

bus detentum reperimus ac morti proximum. Hunc primigenium Ionæ textum non modò mutauit, ſed etiam ex parte truncauit Surius [a], apud quem, omiſſâ Seguſij ſeu Siguſiæ mentione, hæc tantùm leguntur. *Ne cuiquam incredibile videatur quod refero, apertè narro quid in me ſanctiſſimus Pater peregerit. Cùm iam nouem annorum per circulum in Monaſterio conuerſatus fuiſſem, & ſæpè parentes mei poſtulaſſent, vt ipſos eius permiſſu viſitarem, nec impetrare valuiſſent, quadam die nullo inde mentionem faciente ait. Vade, fili, feſtinus, & matrem fratrémque viſita, & nullâ morâ præpediente quantocyùs reuertere. Cùm autem ego differrem, & temporis opportunitatem euenire in proximo dicerem (erat enim tempus nimij frigoris, tempus videlicet February menſis) ille reſpondit. Accelera iter quod dixi, nam ignoras vtrùm inpoſterùm liceat illud agere tibi. Datis ergo comitibus, Blidulpho Presbytero & Hermenoaldo Diacono, viris religioſis, ad deſtinatum peruenimus locum, à Monaſterio diſtantem centum & quadraginta milliaribus. Quò cùm venimus, gratuità pietate à genitrice poſt tantorum interuallum annorum ſuſceptus ſum, ſed non diu genitrix optato fruitur dono. Nam eâdem nocte febre correptus, inter incendia clamare cœpi me viri Dei precibus torqueri, ne inibi contra interdictum aliquantiſper moram facerem, & ſi non me citò ſubmouens, quocumque poſſem conamine, ad Monaſterium repedarem, me citò morte præueniendum. Mater ad hæc. Præſtat me ibi ſanum te ſcire, inquit, quàm hic mortuum plangere. Fateor, longum fuit diei expectare aduentum. Vix erumpente Aurorâ ad Monaſterium repedare ſtuduimus. Nequaquam ego cibi per triduum quicquam cepi, donec ad medij penè itineris loca pertingeremus. Feſtinantibus ergo & iter vrgentibus nobis, ſoſpitatem rurſum recepi, venientéſque ad Monaſterium Patrem noſtrum Attalam iam febribus detentum reperimus ac morti proximum.* Porrò Ionas, cùm Bobienſe Monaſterium ante annum ab obitu ſancti Columbani tertium haud adierit, rerúmque quas de beato Columbano ſcripſit, teſtis haud fuerit oculatus, in præfatione ad Abbates Waldebertum & Babolenum iam laudatâ, quam Surius [b] *phraſi*, vt ipſemet teſtatur, *nihil mutatâ* publicauit, rectiſſimè ait à ſe ſcripta, quæ viſa ſunt ab aliis, præcipuè ab Abbatibus Euſtaſio & Attala, qui ſancto Columbano, quocum diu vixerunt, in regimen Cœnobiorum Luxouienſis & Bobienſis ſucceſsêre. *Memini*, inquit, *me ante hoc fermè triennium, fratrum conniuentiâ flagitante, vel beati Bertulphi Abbatis imperio iubente, cùm apud eos Apenninis ruribus vagans, in Bobienſi Cœnobio morarer, fuiſſe pollicitum, vt almi Patris Columbani meo ſtuderem ſtylo texere geſta, præſertim cùm ij, qui eo fuerunt in tempore, & penes ipſum patrata viderunt, quamplurimi penes nos ſuperſtites ſint, qui nobis non audita ſed viſa narrent, vel quæ etiam nos per venerabiles viros Attalam & Euſtaſium didicimus, quorum primus Bobienſis, ſecundus Luxouienſis Cœnobij, quò vos Præſules exiſtitis, eius ſucceſſores fuerunt, qui magiſtri inſtituta ſuis precibus ſeruanda tradiderunt.* Hæc de Iona.

[a] D. 10. Matt.
[b] D. 21. Nou.

XIV.

Anonymus, qui vitam ſancti Agili retulit in literas, ſcripſit poſt Ionam. Vitas enim Sanctorum Columbani & Euſtaſij à Iona conſcriptas non ſemel allegat, & Lectorem plura ſcire cupientem ad librum de vita ſancti Columbani ſic remittit. *Extat denique libellus de vita atque virtutibus præmemorati Patris Columbani, ad eum, qui de illius meritis noſſe voluerit, Lectorem mittimus, cetera proſequentes.* Calamo manum admouit paucis annis poſt ſancti Agili mortem interiectis, ait enim nonnulla ſe didiciſſe *Donato Veſontionenſis vrbis Epiſcopo referente*, literis tamen res quamplurimas commendauit, quæ ab eius ætate, quia beatus Agilus vitam valdè prolixam duxit, non parum remotæ videntur. Auctorum idcircò, qui præiuerant, opera peruoluit, ſed errores quos illi commiſerant, ita nonnumquam declinauit, vt in alios inciderit. Teſtis eſt controuerſia mota ſuper Rege Francorum, qui Columbanum ad ſe venientem hoc anno ſuſcepit. Ionas Sigibertum appellat in vita ſancti Columbani, Childebertum Anonymus in vita ſancti Agili, neutri fides habenda. Rex, quem Columbanus adiit, Burgundiam obtinebat, & domicilia, quæ ſibi Columbanus apud Francos fixit, in eadem erant Burgundia. Ionas &

AN. CH. 568.
GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 7.

Anonymus eunt in eam ſententiam. Fruſtrà quætas aliam rationem, cur Sigibertus, qui Burgundionibus nnmquam imperauit, à Iona *duobus regnis Auſtraſiorum Burgundionúmque inclytus* prædicetur, cúrque Anonymus Sigiberto, quem ſolius Auſtraſiæ Regem extitiſſe nouit, expuncto, ſubſtituat Childebertum eiuſdem Sigiberti filium, qui non tantùm Auſtraſiæ poſt patrem anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto, ſed etiam Burgundiæ poſt patruum Guntchramnum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio dominari cœpit. At hoc anno, Chriſti quingenteſimo duodeſeptuageſimo, quo Columbanus in Franciam venit, Burgundiæ nec Sigibertus quem Ionas nominauit, nec Childebertus præerat quem Anonymus repoſuit, ſed Guntchramnus Sigiberti frater ac Childeberti patruus, qui regnum anno Chriſti qningenteſimo ſexageſimo-primo poſt Clotarij patris obitum adeptus eſt, & vſque ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium, quo mortuus eſt, in Burgundia regnauit.

XV. Iacobus Malbrancus [a], ex Codice Claromatiſcenſi *, cui ſimillimus eſt is, qui vitam ſancti Agili manuſeriptam nobis ſuppeditauit, iter Columbani per Galliam ad Regem Francorum, necnon Agili patriam, genus, parentes ac pueritiam laudat. Sed initio ſuæ narrationis incidit in ſcopulum, aduentum enim Columbani reiicit in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimnm, quo iacta ſunt prima Luxonienſis Monaſterij fundamenta. Non ignorat Childebertum ſoli tunc Auſtraſiæ præpoſitum fuiſſe, cùm Guntchramnus eius patruus Burgundiæ Rex in viuis adhuc ſuperſtes eſſet. Quapropter hoc loco recedit à Codice, & Childebertum, quem veteres membranæ Regem Anſtraſiorum ſimul ac Burgundionum conſtituunt, Auſtraſiorum duntaxat Regem dicit. At ſi veritatem Hiſtoriæ velit aſſequi, Guntchramnnm, qui per illa tempora Burgundionibus imperauit, Childeberti loco incunctanter reponat.

[a] Lib. 3. c. 6.
* De Clermarés.

XVI. Sancti Agili vitam ſic orditur Anonymus. *Childeberto Sigiberti Regis filio, qui iuuentutis flore & ſapientia decore gubernauit Burgundiam atque Auſtraſiam, fuit quidam ex primis palatij Optimatibus, Portenſi territorio nobiliſſimis natalibus oriundus, eiuſdémque Regis conuiua & conſiliarius nomine Agnohaldus, cuius coniux ex præclara Burgundionum orta proſapia, necnon bonitatis laude famoſiſſima, vocabatur Deuteria, quæ à rudimentis infantiæ percepit Catholicæ fidei documenta. Ambo namque generis nobilitate ſublimes, ſed religionis apice ſublimiores, erant quippe ſeculi opibus locupletes, ſed & eleemoſynarum largiſſimi diſpertitores; hoſpitalitatum ſectatores; pauperum ac peregrinorum tam ſolliciti ſuſceptores, vt veraciter cum Iob dicere poſſent, [foris non manſit peregrinus, & non negabam quod volebant pauperibus.] Viduarum reuerâ mærentium corda conſolabantur, vt cum eodem poſſent dicere [cor viduæ conſolatus ſum.] Orphanorum amaram triſtitiam mellitis, vt ſic dictum ſit, affaminibus indulcabant. Illud etiam Euangelicum aſſiduè ſermocinabantur, quod Dominus ad dexteram poſitis dicturus eſt [infirmus fui & viſitaſtis me, &c.] atque illorum indigentiam ingenti ſtudio ſubleuabant.* Idem Auctor poſteà inſinuat Agnohaldum obiiſſe regnante Theodorico, qui poſt Childebertum Patrem regnum Burgundiæ tenuit, & Columbanum Abbatem Luxouienſem expulit è Monaſterio. Hinc colligimus Agnohaldum in amicitia & comitatu fuiſſe Regum, penes quos erat Burgundia, quamuis patriâ Portenſis eſſet, & Portenſe territorium procul abeſſet à finibus Burgundiæ. Cùm autem Columbanus in Galliam è Britanniâ tranſiit, Burgundiæ Rex erat Guntchramnus. Huic ſucceſſit anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio Childebertus ex Sigiberto fratre nepos, qui regno Auſtraſiæ ab anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto iam potiebatur. Poſt Childebertum regnarunt eius filij, Theodobertus & Theodoricus, ille in Auſtraſia, hic in Burgundia. Non errauit igitur Anonymus ſuprà citatus, quia dixit Agnohaldum Childeberti tunc apud Auſtraſios ſimul & apud Burgundiones regnantis conuiuam & conſiliarium fuiſſe, ſed reprehenſione dignus eſt,

AN CH. 568. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 7.

quia ſubiecit Columbanum iiſdem temporibus in Gallias aduenisſe,& Agnohaldi commendatione gratiam apud eundem Childebertum promeruiſſe. Nam Columbanus in Galliam appulit, & acceſſit ad Agnohaldum, cùm Auſtraſiâ Sigiberto Childeberti patri, Burgundia Guntchramno Sigiberti fratri, Childeberti patruo, ſubiacebat.

XVII. Textus, quo narrationem ſuam Anonymus in vita ſancti Agili perſequitur, talis eſt. *Eodem ſiquidem tempore vir religionis reuerendæ, Columbanus nomine, ab Hybernia Chriſto ducente in Gallias aduenerat deſiderans nutu diuino à Serenitate præfati Regis adipiſci locum, quo Monaſterium ædificaret monaſticæ religionis. Dum ergo ſedulè meditaretur, ac ſecum quæreret, quem de Aulicis Palatij adiret, qui ſe præſentiæ Regis ſiſteret, atque Celſitudini illius clementiæ deſiderium ſuum panderet, ſi quando obtineri poſſet quod feruore fidei cupiebat, audito vehementi ſtudio præſcripti Principis Agnohaldi eum adire deliberat, ſéque ſuámque precem illi commendat. Qui mox talis deſiderij arcanum ac ſi diuinitus ſibi commiſſum ſuſcipiens, quantocyùs Regi opportunè intimat, eundémque Columbanum illi gratioſum efficit, necnon, vt cooptabilem illius precem exaudiat, ſubmiſſus efflagitat. At Rex mâgnanimitatis modeſtiâ iocundaus ſuper ſermone huiuſmodi poſtulata libentiſſimè indulget, inſuper necdum petita largiri magnificè promittit. Caſtrum namque intra vaſta eremi ſepta, quæ Voſagus dicitur, fuerat fanaticorum cultui olim dedicatum, ſed tunc ad ſolum vſque dirutum, quod huius ſaltûs incolæ, quamquam ignaro præſagio Luxonium nominauere. Illud quidem conſiderans benigniſſimus Agnohaldus velociùs poſſe reſtaurari, & cernens ſitum loci Monachorum agmini aptum, immò intelligens prærogatiuâ fidei & ſapientiâ illuſtratus eundem locum Deo ſacrari oportere, & vbi olim profano ritu veteres coluerunt fana, ibi Chriſti figerentur aræ, & erigerentur vexilla, atque celebrarentur myſteria, obtinuit ſuis precibus à Sublimitate Regis, vt per ſcripti ſeriem habitaculum Deo militantium perenniter delegaretur, in quo aduersùs aerias poteſtates, beato Columbano inſtituente, dimicarent ſuperni Regis tyrones, quos demùm poſt diuerſa exercitia virtutum, vt robuſtos bellatores ac triumphatores lux perpetua Chriſtus cum palma gloriæ ſuæ conſpicuos redderet Paradiſo.* Tria ſunt in hoc textu, quæ corrigi debent. Anonymus hæc verba (*eodem ſiquidem tempore*) perperam refert ad Childebertum Auſtraſiæ ac Burgundiæ Regem, nam Columbanus in Galliam priùs venit quàm Childebertus naſceretur. Deinde Regem, quem Columbanus adiit, confundit cum eodem Childeberto, cuius ſuprà meminit, Columbanus autem acceſſit ad Guntchramnum Burgundiæ Regem, cùm Sigibertus, qui poſteà Childeberti pater fuit, Auſtraſiæ præeſſet. Denique locum, in quo Columbanus primùm conſedit, Luxouium * vocat, at Columbanus eremum, cui nomen Anagrates priùs incoluit quàm Luxouium. Ionas, qui longè ante Anonymum ſcripſit, prædictas eremos Columbani diſtinguit in eius vita. Priorem ſic indicat ſub finem capitis quinti. *Beatus Columbanus obtemperans Regis perſuaſionibus eremum petiit. Erat enim tunc vaſta eremus, Voſagus * nomine, in qua caſtrum olim dirutum, quod antiquorum traditio Anagrates nuncupabat. Ad quem cùm vir Dei veniſſet, licèt aſpera eſſent vaſtitate ſolitudinis & ſcopulorum interpoſitione loca, ibi cum ſuis reſedit paruo alimentorum ſolamine contentus, memor illius verbi, non in ſolo pane hominem viuere, ſed verbo vitæ ſatiatos affluenti dape abundare, quâ quiſque ſumptâ eſuriem neſciat in æuum.* Et ſubſequentibus capitibus, ſexto, ſeptimo & octauo narrat res præclarè geſtas à Columbano, cùm ſolitariam vitam in eo loco duceret. Tum caput nonum à ſitu Luxouij ſeu poſterioris eremi ſic auſpicatur. *Cùm iam multorum Monachorum ſocietate denſaretur, cœpit cogitare, vt potioris loci ſpatium quæreret in eadem eremo, quo Monaſterium conſtruxiſſet. Inuenit autem caſtrum firmiſſimo olim munimine cultum, à ſupradicto loco diſtans plùs minùs octo millibus, quem locum Luxonium priſca tempora nuncupauerant.* Eò grauior eſt error Anonymi, quod opera Ionæ legit, & eius librum de vita & virtutibus ſancti Columbani laudauit.

* *Luxeuil.*

* *La Voſge.*

XVIII. In priori ſolitudine Columbanus vixit annis duobus ac viginti, donec an-

AN. CH. 568. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 7.

no Chriſti quingenteſimo nonageſimo Luxouium perrexit. Apud Anonymum, quia prioris eremi non meminit, Agilus adhuc puer, vt Monachum induat, Luxouium proficiſcitur, ſed Luxouij loco reſtitui debet Anagrates, quia ſeptennis erat Agilus, cùm Columbanus iter ad Regem Francorum ſuſcepit, & ad ædes Agnohaldi peruenit, ſic enim idem Anonymus. *Intereà vir prudentiſſimus Agnohaldus, quamquam curis multiplicibus aulæ regiæ foret implicitus, atque eius induſtriâ vniuerſa Palatij officia gererentur, necnon totius regni querimoniæ illius æquiſſimâ diffinitione terminarentur, tamen vnà cum deuotiſſima coniuge cælitus inſpiratus diuini verbi pabulo interiorem hominem alere procurabat, atque de doctrina mandatorum Domini aſſiduis diſceptationibus diſputabat. Quapropter afflatus ſancto flamine inter reliqua colloquia illud Euangelicum loqui conſueuerat, reddere, inquit, oportet Deo quæ Dei ſunt, & Regi quæ Regis ſunt. Diſputatorem verò ſpiritualis doctrinæ ſi quando ſuſcipere mererentur, tunc ſeſe felices atque à Deo viſitatos ſumma cum exultatione gratulabantur. Contigit autem vt beatum Columbanum penes ſe commorari aliquantiſper fecerint in villa quæ Honoriſiacus dicitur. Nimirum præter cetera dignitatum affluentia erat illis cara ſoboles ſeptennis ac bonæ indolis, quem propter celeres motus infantiæ Agilum nominauerunt, ſuper quo etiam ſicut hærede ac ſuperſtite felices lætabantur. Hunc ergo pietatis ducti amore, petunt beati Columbani benedictionibus muniri, atque orationum illius munimine firmari. At ille datâ benedictione præmonſtrat veritatis præconio eundem filium talem futurum, qui multis viam ſalutis oſtendat, atque glorioſus in Chriſti militia effulgeat, vt poſt veritas pateſcens claruit. Nam beato Columbano tantam gratiam ſuperna conceſſit Maieſtas, vt quoſcumque ſuâ benedictione ſacrauit, in boni cultûs perſeuerantia dies ſuperna inuenerit. Proinde multitudo hortatu perſuadet vtriſque parentibus vouere Deo eandem prolem ſub norma religionis Monaſticæ. Vnde factum eſt, vt diuino inſtinctu illius adquieſcentes ſermonibus, quem ſibi optabant ſuperſtitem, hæres eſſe mereretur Dei & cohæres Chriſti.* Demonſtrat hic textus ætatem Agili, cuius ortus in annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-primum incidit.

XIX. Columbanus, cùm in ædibus Agnohaldi moratus eſſet *aliquantiſper*, & Agilum eius filium ſuâ benedictione roboraſſet, iter ad Regem Francorum proſecutus eſt, & ab eo locum obtinuit vitæ ſolitariæ valdè idoneum, cui nomen Anagrates, vbi Monachum induit poſt aliquot annos Agilus adhuc impubes. *Peruenit*, inquit Ionas, *fama beati Columbani ad Aulam Sigiberti Regis, qui eo tempore duobus regnis Auſtraſiorum Burgundionúmque inclytus regnabat Francis, quorum*, &c. Melius autem ita leges. *Peruenit fama beati Columbani ad aulam Guntchramni Regis, qui eo tempore regnabat Francis, quorum eximium nomen præ ceteris gentibus, quæ Gallias incolunt, habetur. Ad quem cùm vir Sanctus cum ſuis acceſſiſſet, gratus Regi & aulicis ob egregiæ doctrinæ copiam redditur. Cœpit tandem ab eo Rex quærere, vt intra terminos Galliarum reſideret, nec ad alias gentes tranſiens ſe relinqueret, omnia quæ eius voluntas popoſciſſet ſe paraturum, tunc ille ait Regi, non ſe aliarum opum fore cupidum, ſed Euangelici præconij, in quantùm carnis fragilitas non obſtabat, ſectaturum exemplum. Qui vult, inquit, poſt me venire, abneget ſemetipſum ſibi, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Cui talia obiicienti Rex præbet exemplum. Si Chriſti crucem tollere & ipſum ſequi deſideras, potioris eremi ſectare quietem, tantùm ne noſtræ ditionis ſolo relicto ad vicinas pertranſeas nationes, vt & tui præmij augmentum & noſtra ſaluti prouideas opportuna. Datâ itaque optione obtemperans Regis perſuaſionibus eremum petiit. Erat enim tunc vaſta eremus Voſagus nomine, in qua caſtrum olim dirutum, quod antiquorum traditio Anagrates nuncupabat. Ad quem cùm vir Dei veniſſet, licèt aſpera eſſent vaſtitate ſolitudinis & ſcopulorum interpoſitione loca, ibi cum ſuis reſedit paruo alimentorum ſolamine contentus.*

XX. Qualis in eremo Voſagi Columbanus vixerit, fusè deſcribit Ionas, compendioſiùs ex eodem Iona Gononus, à quo quæ ſequuntur mutuati ſumus.

DEGIT IN VOSAGO.

Cùm nulla alimentorum ſolatia adeſſent, præter cortices & herbas, Carantocus Abbas Monaſterij Salicis diuinitus per viſum admonitus, beato viro Columbano neceſſaria

vitæ

AN CH. 568.
GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 7.

vita equis oneratis tranſmiſit, quorum ductorem Marculfum conſtituit. Sed cùm ille viam penitus ignoraret, Deo duce ipſe cum equis recto itinere ad cellam viri Dei peruenit. His in locis per opaca ſaltûs inter denſa cùm Columbanus ambularet, librúmque humero ferens de ſcripturis ſacris ſecum conferret, ſubitò eius animo incidit cogitatio, vtrùm potiùs eligeret hominum iniurias perpeti an ferarum ſæuitiem ſuſtinere. Quæ cogitatio cùm illi importuna eſſet, eúmque vehementer vrgeret, crebrò frontem ſigno Crucis armans atque orans, intra ſe ait præſtare beſtiarum feritatem abſque alieno peccato, quàm hominum rabiem cum damno animarum perpeti. Cúmque hæc animo volueret, conſpicit duodecim aduentare lupos, & dextrâ leuâque medium ipſum cingere. Attamen manet immotus. Accedunt lupi propiùs, oráque ſua ad eius veſtimenta adiungunt, ſed cùm ille conſtans permaneret, interritum relinquunt, & per ſaltum peruagantur. Aliàs etiam à cellula exiens longiorique viâ vaſtam eremum penetrans, reperit ſaxum immane, præruptáque cuiuſdam rupis latera, terga ſcopulis aſpera, hominibus inacceſſa, ſimúlque cernit in caute ſinum concauum, voléníque abdita perſcrutari, in eum ingreditur. Et ecce videt vrſum in interiori ſinu ſuum habere habitaculum, iubet ergo manſuetè abire feram, nec deinceps eos calles repetere. Solebat vir ſanctus, cùm Dominica diei aut quorumlibet Sanctorum ſacratæ ſolemnitates aduentarent, ab aliorum ſocietate ſeparatus, in loca abdita ſe recipere, & longioris ſpatij eremi ſecreta expetere, vt ſolidâ & tranquillâ mente ſolus orationi vacaret. Ita etiam aliquando in hac ſcopuli cauerna ſolitariam vitam ducens adeò fuit inediâ confectus, vt vix illum viuere putares. Non enim aliud ſuppetebat penitus niſi agreſtium herbarum exigua menſura, vel pomorum paruulorum, quæ eremus illa ferebat, quæ vulgò bullugas appellant. Potus aqua erat. Cùm autem puer qui ei miniſtrabat cum magno labore aquam apportaret, clam ab eo perquiſiuit, cur in promptu aquam non haberet. Cui Columbanus, fili, inquit, pauliſper ſaxum ſciſcitare, memento Dominum populo Iſraël è caute latices produxiſſe. Tunc ille patri obediens rupem cædere aggreſſus eſt. Mox ad preces viri Dei erumpente aquâ fons cœpit manare perennis, qui vſque in præſens permanet.

XXI.
ÆTAS S. GALLI.

Gallus, priuſquàm ex Hybernia in Galliam cum Columbano transfretaret, ordinatus fuerat Preſbyter, vt Walafridus in eius vita ſcribit. Agebat annum ætatis duodequadrageſimum, cùm ad eremum Voſagi peruenit, nam teſte eodem Auctore vixit annos nonaginta quinque, &c, vt apud Theodorum in vita ſancti Magni legitur, ex hac luce ſublatus eſt anno poſt ſancti Columbani mortem decimo, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimoquinto.

XXII.
DEDICATIO ECCLESIÆ NANNET.

Quod in votis Felix Epiſcopus Nannetenſis iamdudum habuerat, id tandem aſſecutus, cùm Templum beatis Apoſtolis Petro & Paulo apud Nannetes ſuos erexiſſet, ad eius dicandi encœnia vicinis quibuſque, quorum nomen aliquod eſſet, accerſitis Pontificibus, celeberrimum in Eccleſia conſecrandarum ædium ritum cæremoniámque retulit. Fortunatus [a] in Carmine quod de illa dedicatione ſcripſit, interfuiſſe teſtatur Eufronium Turonenſem Metropolitam cum Domitiano Andegauenſi, Victorio Rhedonenſi, Domnulo Cenomanenſi, & Romachario Conſtantienſi quem nonnulla exemplaria in Maracharium Inculiſmenſem * Epiſcopum tranſmutant.

[a] Lib. 3. c. 4.

* d'Angouleſme.

Inter quos medios Martini Sede Sacerdos
Eufronius fulget Metropolita ſacer.
Plaudens in ſancta fratrum coeuntè corona,
Et ſua membra videns, fortior extat apex.
Latius inde caput, quia ſunt ſua viſcera ſecum,
Eccleſiæ iuncto corpore creſcit honor.
Domitianus, item Victorius, ambo columnæ,
Spes in vtriſque manens pro regionis ope.
Domnulus hic fulget meritis, Romacharius inde,
Iure Sacerdotij cultor vterque Dei.

XXIII.
FELIX EP. NANNET.

Præter Nannetenſis Templi conſtructionem, quam magnificè deſcripſit,

AN. CH. 568. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 7.

Saxones in Paſchatis feſto baptizatos; amnem, qui præcipiti curſu ferebatur, pro commoditate Nannetenſium aliò detortum; cęteráque à Felice præclarè geſta Fortunatus ſeptem elegantibus Carminibus exhibuit libro tertio. Ceterùm Nannetenſis Eccleſiæ dedicatio, in Breuiario Nannetenſi [a] facta dicitur pridie Kalendas Octobris, ideóque à nobis collocatur hoc anno biſexto, qui præditus fuit literis Dominicalibus A & G. Seriùs vix differri poteſt, quia Eufronius Epiſcopus Turonenſis vitam mortalem poſt quinquennium clauſit, ſuperuixitque Domitiano Epiſcopo Andegauenſi, imò & Baudigiſio Domitiani ſucceſſori, nam Audoueus, qui poſt Baudigiſium ſedit, Domnoli Cenomanenſis Epiſcopi teſtamento ſubſcripſit pridie Nonas Martias, anno Chilperici Regis vndecimo, Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo.

[a] d. 7. Iul.

AN. CH. 569. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.

ANNVS
CHRISTI 569.
GVNTCHRAMNI R. 8.
CHILPERICI R. 8.
SIGIBERTI R. 8.
INDICTIO 2.

I. LONGOBARDI IN ITALIAM IRRVMPVNT.

ANNO Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-nono, Alboinus Longobardorum Rex relictâ Pannoniâ in Italiam irrupit. Id enim Marius, qui tum viuebat, contigiſſe ſcribit *anno tertio Conſulatûs*, id eſt, Imperij, *Iuſtini Iunioris Auguſti, Indictione ſecundâ*. Nec à Mario diſſentit Gregorius Papa, dum in literis [b] ad Conſtantinam Auguſtam datis ſub Indictione decima-tertia, quæ cadit in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum, numerat annum viceſimum-ſeptimum Longobardorum in Italia dominantium, & rurſum numerat annum eorumdem trieeſimum-quintum in epiſtola [c] ad Phocam Imperatorem data ſub Indictione ſexta, quæ coincidit cum anno Chriſti tertio ſupra ſexcenteſimum. Marij textus talis eſt. *Anno III Conſ. Iuſtini Iun. Aug. Ind. II. Hoc anno Alboenus Rex Langobardorum cum omni exercitu relinquens atque incendens Pannoniam, ſuam patriam, cum mulieribus, vel omni populo ſuo, vt fera Italiam occupauit, ibique alij morbo, alij fame, nonnulli gladio interempti ſunt. Eo anno etiam in finitima loca Galliarum ingredi præſumpſerunt, vbi multitudo captiuorum gentis ipſius venundata eſt.* Gregorius Turonenſis Mario æqualis in Hiſtoria Francorum non omiſit Alboini Regis aduentum in Italiam, quia de contentiouibus inter Francos & Longobardos exortis ſermonem poſteà ſibi ſæpiùs habendum non ignorabat, ſed opus ſuum per annos ante obitum Sigiberti Regis non digeſſit, ideóque nec Alboini Regis ingreſſum in Italiam, nec bella quæ regnante cum fratribus Sigiberto Franci cum Longobardis geſſerunt, certis annis conſignauit. Sic enim de Alboino, déque eius ſucceſſore diſſeruit libro quarto, capite triceſimo-quinto. *Alboenus Langobardorum Rex, qui Chlodoſindam Regis Chlothacharij filiam habebat, relictâ regione ſuâ, Italiam cum omni illa Langobardorum gente petiit. Nam commoto exercitu, cum vxoribus & liberis abierunt, illuc commanere deliberantes. Quam regionem ingreſſi, maximè per annos ſeptem peruagantes, ſpoliatis Eccleſiis, Sacer-*

[b] Lib. 4. ep. 34.

[c] Lib. 4. ep. 45.

AN. CH. 569.

in suam redig[illegible] potestatem. Mortuâ autem Chlodosindâ uxore
dolo ... dixit coniugem [illegible] nisse patrem ante paucum tempus interfecerat.
... in odio ... [illegible] virum habens, locum operiebant, in quo poſ-
... Vnde ... [illegible] m est, ut vnum ex famulis concu[illegible] ſcens, vi-
... Quo defuncto [illegible] cum famulo abiit, sed adprehensi pariter inter-
... Longobardi deinceps [illegible] super se Regem statuunt. Deinde prælia, quæ
... Longobardis ante Sigiberti [illegible] regis [illegible]
cum Longobardis commiserunt, [illegible] rauit obitum Amatus & Mummolus Patri-
cij Francorum, [illegible] amen capitibus tricesimo-sexto, tricesimo-
septimo & tricesimo-nono. Res [illegible] igenter singulas suis annis ascribemus, idque
præstabimus ipsomet Gregorio [illegible] Alboinus collato cum Mario iam prælauda-
to, & cum Paulo Longobardo. [illegible] Iustini, in Marij Chronico consentiente
uxore suâ interficitur anno VI. [illegible] Postquam Iun. Aug. Ind. V. & in Historia Pau-
li [a] perimitur insidiis suæ coniugis [illegible] designatur in Italia tres annos & sex menses [a] Lib. 2. c. 15.
regnauit. Quibus Characteribus [illegible] rium Clebus annus Christi quingentesimus
septuagesimus-secundus. Apud [illegible] VI. & anno Alboini loco Rex ordinatur
anno VII. Conſ. Iustini Iun. Aug. [illegible] anno ac mensibus sequenti interemptus tradi-
tur, & apud Paulum [b] vno duntaxat [illegible] durat annis decem quinque regnum ob- [b] Lib. 2. c. 17.
tinet, eóque sublato interregnum [illegible] n esse cœperunt. Necato igitur Cle-
bo Longobardi sub potestate Du[illegible] Gregorius Turonensis in textu præcitato cùm
tesimo septuagesimo-quarto, & Gre[illegible] petuagatos esse maximè per septem an-
ait Longobardos Italiam ingressos principatum non refert vt Baronius [c] ar- [c] An. 572. n. 4.
nos, istos septem annos ad Alboini sæuam in Italia crudelitatem spoliatis Ec-
bitratur, sed innuit Longobardos exercuisse maximè per septem annos à suo aduen-
clesiis, Sacerdotibus interfectis exercuisse maximè per septem annos à suo aduen-
tu in illam regionem, deinceps enim multò mitiores atque humaniores ex-
titerunt, & sub Authario Rege, qui regnum anno Christi quingentesimo octo-
gesimo-quarto suscepit, à Paulo [d] sic commendantur. *Erat sanè hoc mirabile* [d] Lib. 3. c. 16.
in regno Longobardorum, quòd nulla erat violentia, nulla struebantur insidiæ, nec
aliquem iniustè angariabant, neminem spoliabant, non erant furta, non latrocinia,
vnusquisque quolibet securus sine timore pergebat. In Marij Chronico Celsus Pa-
tricius moritur anno IV. Conſ. Iustini Iun. Aug. Ind. III. siue anno Christi quin-
gentesimo septuagesimo. Ex illa epocha colligimus bella omnia, quæ Gre-
gorius à Francis aduersus Longobardos & Saxones Longobardorum socios
gesta commemorat, ad tempus pertinere, quod inter obitum Celsi Patricij
& necem Sigiberti Regis intercessit. Tot autem tàmque diuersæ à Longo-
bardis & Saxonibus in Gallias irruptiones factæ produntur, vt facilè per an-
nos distingui possint. Anno Christi quingentesimo septuagesimo-primo Ama-
tus qui Celso nuper in Patriciatu successerat, contra Longobardos pugnauit
infeliciter, & Mummolus Amati loco suffectus primam de Longobardis vi-
ctoriam reportauit, vt legere est apud Gregorium libro quarto capitibus tri-
cesimo-sexto & tricesimo-septimo. Anno Christi quingentesimo septuagesi-
mo secundo Mummolus Saxones Galliam inuadentes magnâ clade affecit,
profligatósque in Italiam reuerti coëgit eâ lege, vt anno sequenti, id est, an-
no Christi quingentesimo septuagesimo-tertio, redirent ad priores sedes, an-
nuente Sigiberto Rege, quod præstitum docet Gregorius eodem capite tri-
cesimo-septimo libri quarti. Denique anno Christi quingentesimo septuage-
simo-quarto, cùm post Clebi seu Clephonis Regis necem Longobardi sub
potestate Ducum essent, Mummolus tres Duces, Amonem, Zabanem &
Rhodanum, variis præliis vicit, vt idem Gregorius capite tricesimo-nono
prolixè narrat. En ratio nostræ Chronologiæ circa res Longobardicas, quæ
mortem Sigiberti Regis antecesserunt, nam quæ subsecutæ sunt per annos
distinguuntur à Gregorio Turonensi, cuius calculus nec à Gregorio Papa nec
à Paulo Diacono dissidet, tres enim hi Scriptores, quamuis diuersis Chara-
cteribus vtantur, vno consensu tradunt Autharium Longobardorum Regem
obiisse anno Christi quingentesimo nonagesimo. Ac primùm, Gregorius Ma-

AN. CH. 569. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.

gnus in literis tertio menſe poſt mortem Autharij ſcriptis palam teſtatur ipſum Autharium ſiue Autharim illo extinctum eſſe anno quo abſoluebatur octaua Indictio & nona inchoabatur. In epiſtola enim ad vniuerſos Epiſcopos [a] Italiæ, quæ cum nonnullis aliis menſe Decembri Indictione nonâ data reperitur, ita differit. *Nefandiſſimus Autharis in hac, quæ nuper expleta eſt, Paſchali ſolennitate Longobardorum filios in fide Catholica baptizari prohibuit, pro qua culpa eum diuina Maieſtas extinxit, vt ſolennitatem Paſchalem vlteriùs non videret.* Annus autem Chriſti nonageſimus ſupra quingenteſimum partim octauæ Indictioni, partim nonæ illigatur. Gregorius Turonenſis, qui Authario Regi quinque duntaxat annis ſuperſtes vixit, ait [b] anno Childeberti Regis XV. qui cum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo coincidit, ad ipſum Childebertum Regem Francorum acceſſiſſe nuncios ab Aptachario (ſic Autharim vocat) Longobardorum Rege directos, ſtatimque alios veniſſe *mortuum Aptacharium Regem nunciantes, Paulumque in loco eius ſubſtitutum.* Et apud Paulum Diaconum [c] *Rex Autharis Nonis Septembris moritur poſtquàm ſex regnauerat annos*, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo, quia regnum auſpicatus eſt anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, *cùm Longobardi per annos decem*, vt idem Author ſcribit [d], *ſub poteſtate Ducum fuiſſent*, à nece videlicet Clebi ſeu Clephonis Regis, quem Marius *anno* VIII. *Conſ. Iuſtini Iun. Aug. Ind.* VII. ſiue anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quarto interemptum prodit. Ceterùm quatuor capita libri quarti Gregoriani, triceſimum-quintum, triceſimum-ſextum, triceſimum-ſeptimum & triceſimum-nonum, in quibus res Longobardicæ commemorantur, inueniuntur in Codice Corbeienſi. Si quid ſecus alibi [e] de capite triceſimo-ſeptimo ſcripſimus, vt id beneuolè corrigas, non pudet poſtulare.

[a] Lib. 1. ep. 17.
[b] Lib. 10. c. 3.
[c] Lib. 3. c. 18.
[d] Lib. 3. c. 8.
[e] Tom. 7. ad an. 417. n. 18. 26. & Tom. 2. ad an. 561. n. 3.

II. Sigebertus aduentum Alboini Regis in Italiam, cuius occaſione diſputationem de Chronologia rerum Longobardicarum iniuimus, ita perſtringit in ſuo Chronico [f]. *Albuinus Rex Saxonibus aliiſque Gentibus ſibi aſcitis, & Pannoniâ ex condicto commendatâ amicis Longobardorum Hunnis ad Italiam contendit. Sigibertus Francorum Rex deſertas Saxonum terras peruadit, eáſque Sueuis ad habitandum tradit.* Paulus Diaconus Sigeberto longè antiquior profectionem Longobardorum ex Pannonia in Italiam ſic enarrat [g]. *Alboinus ad Italiam cum Langobardis profecturus, ab antiquis amicis ſuis Saxonibus auxilium petiit, quatenus ſpatioſam regionem poſſeſſurus cum plurimis intraret. Ad quem Saxones pluſquàm viginti millia virorum cum vxoribus ſimul & paruulis, vt cum eo ad Italiam pergerent iuxta eius voluntatem venerunt. Hoc audientes Clotarius & Sigibertus Reges Francorum, Sueuos aliáſque gentes in locis, de quibus iidem Saxones exierant, poſuere. Tunc Alboinus ſedes proprias, hoc eſt, Pannoniam, amicis ſuis Hunis contribuit, eo quidem pacto, vt ſi quo tempore Langobardis neceſſe foret reuerti, ſua rurſum arua reciperent. Igitur Langobardi relictâ Pannoniâ cum vxoribus & natis omníque ſupellectile Italiam properant poſſidere. Habitauerunt autem in Pannonia annos quadraginta duos, de qua egreſſi ſunt menſe Aprili per Indictionem primam, altero die poſt ſanctum Paſcha, cuius feſtiuitas eo anno iuxta calculi rationem ipſis Calendis Aprilis fuit, cùm iam à Domini Incarnatione anni quingenti ſexaginta octo eſſent euoluti.* Quamuis autem hic Auctor, qui ſub Carolo Magno floruit, ad ætatem Alboini multò propiùs quàm Sigebertus accedat, tria tamen in illius textu ſunt emendanda.

[f] Ad an. 568.
[g] Lib. 2. c. 6.

III. Primò, Paulus Diaconus malè ſcripſit Sueuos in locis, è quibus Saxones exierant, collocatos fuiſſe à Clotario & Sigiberto Francorum Regibus. Errorem traxit à Gregorio Turonenſi, qui libro quinto ſuæ Hiſtoriæ, capite decimo-quinto, negotium illud non vni, vt debuit, Sigiberto, ſed Clotario qui pridem obierat & Sigiberto ſimul attribuit his verbis. *Tempore illo, quo Alboinus in Italiam ingreſſus eſt, Chlothacharius & Sigibertus Suauos & alias Gentes in loco illo poſuerunt.*

IV. Secundo, Paulus, cùm Longobardus eſſet, in gratiam ſuæ gentis aſſeruit

[illegible]dos inter [illegible] Hunnos initam fuisse, quæ no[illegible] conuenit [illegible]orum, & [illegible] itè refragatur Chronico Marij [illegible] suprà cita- [illegible] Longobard[illegible] & Hunnos tam arctè constri[illegible]erit, pri- [illegible] bello Gepidico [illegible] repetiit a. Albuinus cum Abari[illegible], qui pri- [illegible] à Regis nomine [illegible] Abares appellati sunt, fœdus perpetu[illegible] iniit, de- [illegible] à Gepidis bello [illegible] profectus est, qui cùm aduersùs [illegible] è diuerso preparatum, Abares, vt cum Al[illegible] no statuerant, eorum patriam inua[illegible]re. Tristis ad Cunimundum Gepidarum Reg[illegible] nuntius veniens inuasisse Abares [illegible] ius termi- nos dicit, qui prostratus animo tris[illegible] que & in angustiis positus, hortatur tamen suos primum cum Longobardis confliger[illegible] Auos si superare valerent, tunc de[illegible]rum Hunorum exercitum è patria pellerent. [illegible] committitur ergo prælium, pugnatúmque est totis viribus. Langobardi autem victor[illegible] nadunt tantâ in Gepidas irâ sæuientes, vt eos ad internecionem vsque delerent, [illegible]pe ex copiosa multitudine vix nuntius superesset. In eo prælio Albuinus Cunimun[illegible] occidit, &c. Tunc Langobardi tantam adepti sunt prædam, vt iam ad amplissimas [illegible] fuerint diuitias. Gepidarum verò genus ita imminutum est, vt ex illo tempore [illegible] non habuerint Regem, sed vniuersi qui bello superstites esse potuerunt à Langobar[illegible] subiecti sunt, vt vsque in hodiernum diem, Hunis eorum patriam possidentibus [illegible] manant. De fœdere Longobardorum cum Hunnis aduersùs Gepidas non diffi[illegible]tamus. At minimè credimus Alboinum, priusquàm iter in Italiam suscip[illegible] conuenisse cum gente Hunnorum, vt ipsa Pannoniam à Longobardis inde migraturis acciperet, iisdem, si fortè reuerterentur, vltrò redditura. Magis assentimur Mario, qui Pannoniam ab Alboino in procinctu expeditionis Italicæ vastatam atque incensam testatur. Idque non abest ab vsu illorum temporum, frequenter enim dux inquietæ vagæque nationis, cùm nouas suis popularibus sedes quærebat, illis, vt fortiùs ac generosiùs cum hostibus dimicarent, spem omnem interclusam volebat ad priora domicilia redeundi.

AN. CH. 569.

GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.

a Lib. 1. c. 18.

V. Tertiò, Paulus, vno anno citiùs quàm debuit, Alboini profectionem in Italiam retulit, illam enim consignauit anno Christi quingentesimo duodeseptuagesimo, quo Pascha cum Kalendis Aprilibus coincidit currente tunc Indictione primâ. Marius verò, cui fides hoc loco potiùs habenda est, Longobardos è Pannonia digressos testatur anno tertio Iustini Augusti, Indictione secundâ, id est, anno Christi quingentesimo sexagesimo-nono, eóque anno Paschalis Solemnitas celebrata est vndecimo Kalendas Maias, itaut egressus Longobardorum è Pannonia, seu Marium seu Paulum sequaris, Aprili mense contigerit, si dies à Paulo, qui priscâ traditione nixus videtur, benè notatur, *alter post sanctum Pascha.*

VI. Gothi, à quibus originem duxerunt Longobardi, sedes antiquissimas habuerunt in Scandinauia. Non aliter censet Paulus Diaconus [b], cuius verba hic describemus ex Editione Ascensiana. *Langobardorum gens, quæ postea in Italia feliciter regnauit, à Germanorum populis originem ducens, è Scandinauia Baltei seu Baltici maris Insula, numerum sedium quærendarum gratiâ ob multitudinem profecta est.* Nec is auctor haberi debet istius sententiæ. In literis enim, quas sanctus Nicetius Treuirensis Episcopus, vt obseruauimus suprà [c], Chlotsindæ Longobardorum Reginæ scripsit, antequàm Alboinus eius maritus in Italiam proficisceretur, populi, quibus ipsemet Alboinus præerat, non tantùm Longobardi vocati sunt quòd longas barbas nutrirent, sed etiam Gothi quòd origine Gothi essent. Vetusti Scriptores Scandinauiam Insulam esse falsò crediderunt; est enim Scandinauia peninsula, quæ Sueciam, Gothiam & Noruegiam, regiis titulis insignitas hodie complectitur. Eâ relictâ, traiectóque mari Sueuico seu Baltico copiosa multitudo Gothorum migrauit in Germaniam, ibique pars eorum ob longas barbas gens Longobardorum seu Langobardorum nuncupari cœpit. Paulus [d] ait *Langobardos ab intacta ferro barba longitudine, cùm priùs Winili dicti fuerint, postmodum ita appellatos, nam iuxta illorum linguam lang longam & bard barbam significat.* Ita

b Lib. 1. c. 1.

GOTHI SVNT ORIGINE

c Ad an. 563. n. 9.

d Lib. 1. c. 8.

VNDE DICTI LONGOBARDI.

Digitized by Google

AN. CH. 569. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.

Editio Aſcenſiana. Multæ tamen Editiones *Longobardos* habent. Critici *Langobardos* ſcribunt. Nos promiſcuè *Longobardos* & *Langobardos* dicimus, quia ex antiquis Auctoribus alij *Langobardos* alij *Longobardos* conſtantiſſimè pronunciant, & apud eundem Auctorem in diuerſis Editionibus ac nonnumquam in vna Editione modò *Langobardi* modò *Longobardi* nominantur, nec tantùm in exemplaribus Latinis *Longobardi* & *Langobardi*, ſed etiam in Græcis Λογγοβάρδοι & Λαγγοβάρδοι. Vtriuſque ſcriptionis occurrent inferiùs exempla non pauca.

VII. Longobardorum variæ ſedes diuerſáque fortuna fuit in Germania. Conſtat ſanè nomen eorum armáque Romanis nota, Cneio Cornelio Cinnâ Magno & Valerio Meſſalâ Conſulibus, id eſt, anno poſt Chriſtum natum ſeptimo, Principatum tunc obtinente Cæſare Auguſto, cuius auſpiciis à Tiberio Cæſare profligati ſunt, vt docet hic textus Velleij [a] Paterculi. *Prò dy boni, quanti voluminis opera, inſequenti æſtate, ſub duce Tiberio Cæſare geſſimus! Perluſtrata armis tota Germania eſt, victæ gentes penè nominibus incognitæ, &c. Fracti Langobardi, gens etiam Germanâ feritate ferocior.* Caio Cœlio Rufo & Lucio Pomponio Flacco Conſulibus, id eſt, anno poſt Chriſtum natum vndeuiceſimo, Longobardi cum finitimis Semnonibus à Maroboduo Rege ad Arminium pro libertate bellum gerentem defecerunt. Qua de re ſic Tacitus in Annalibus [b]. *Maroboduum Regis nomen inuiſum apud populares, Arminium pro libertate bellantem fauor habebat. Igitur non modò Cheruſci ſociíque eorum, vetus Arminy miles, ſumpſere bellum, ſed è regno etiam Marobodui Sueuæ gentes, Semnones ac Langobardi, defecerunt ad eum, quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum perfugiſſet.* Caio Valerio Aſiatico & Marco Valerio Meſſalâ Conſulibus, id eſt, anno Chriſti quadrageſimo-nono, cùm Imperium Romanorum penes Claudium Auguſtum erat, *Cheruſcorum gens Regem Româ petiuit, amiſſis per interna bella nobilibus, & vno reliquo ſtirpis Regiæ, qui apud Vrbem habebatur, nomine Italus.* Hic à Cheruſcis regno pulſus, opibus Langobardorum in regnum reſtitutus eſt. *Aſtrepebat huic alacre vulgus,* inquit Tacitus in iiſdem Annalibus [c], *& magno inter barbaros prælio victor Rex, dehinc ſecundâ fortunâ ad ſuperbiam prolapſus pulsúſque, ac rurſus Langobardorum opibus reſtitutus, per læta per aduerſa res Cheruſcas affligebat.* Erant in magna exiſtimatione inter Germaniæ populos ob fortitudinem ſuam Langobardi, cùm Tacitus libellum de ſitu, moribus & populis Germaniæ ſcribebat, de Semnonibus enim finitimiſque Langobardis hæc ibi leguntur. *Adiicit auctoritatem fortuna Semnonum, centum pagis habitatur, magnóque corpore efficitur, vt ſe Sueuorum caput credant. Contrà Langobardos paucitas nobilitat, quòd plurimis ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium, ſed præliis & periclitando tuti ſunt.* Langobardi Sueuis tunc annumerabantur, tránſque Albim poſiti limites iſtos habebant [d], à Septentrione Hauelam *, Rinum * & Foram * fluuios; ab Ortu Viadrum, hodie * Oderam; ab Occaſu Albim *; à Meridie, quà contermini Semnonibus erant, lineam à Salæ * confluente ad confluentes Viadri Wartæque * amnium ductam. Quibus finibus hodie continentur, Marchia Brandeburgenſis cognomento Media, vulgò *Mittelmarck*, pártſque Archiepiſcopatûs Magdeburgenſis dextræ Albis ripæ adfixa. Poſteà Longobardi cis Albim migrarunt, ciſque illum amnem collati ſunt in Geographicis Ptolemæi. Ab iſtis temporibus vſque ad Iuſtiniani Auguſti Principatum, cuius initium in annum Chriſti quingenteſimum viceſimum-ſeptimum cadit, nulla Longobardorum mentio fit in Hiſtoria Romana.

VIII. Hæc omnia fuſiùs ac diſtinctiùs notamus, vt ætatem, quâ primum ex Scandinauia egreſſi ſunt, à Paulo malè deſignatam fatearis. Inſinuat enim hic Auctor id contigiſſe, cùm Theodoſius Magnus Imperio potiebatur. Nam poſt Iborem & Agionem fratres, qui gentis è Scandinauia diſcedentis primi duces fuerunt, quinque duntaxat enumerat Reges vſque ad Odoacris tempora, qui collapſo penitus Occidentis Imperio ſummam rerum in Italia obti-

Marginal notes:

[a] Lib. 2.

QVANDO NOTI.

[b] Lib. 2.

[c] Lib. 11.

HABITANT TRANS ALBIM.

[d] Cluuer. l. 3. antiq. Germ. capp. 25. 26.

* le Hauel. * le Rein. * la Fure. * l'Oder. * L'Elbe. * la Sale. * la Varte.

CIS ALBIM.

QVIBVS REGIBVS PARVERVNT.

…quadringent[illegible]no ſeptuageſimo-ſexto. Mortem [illegible], inquit a, AN. CH. 569.
…ibus, Lango[illegible]dos à Scatinauia ſeu Scandauia [illegible] adduxerant,
…pora rexerant [illegible] Langobardi vlteriùs ſub Ducibus eſſe [illegible] volentes Re- GVNTCH.
…gentium [illegible]m ſtatuerunt. Regnauit itaque [illegible] per eos pri- CHILPER.
…Agionis filius, & [illegible]tic, ſicut à maioribus traditur, [illegible]bus & tri- SIGIB.
…Langobardorum tenuit [illegible]gnum. His temporibus quædam [illegible] meretrix uno R R. S.
partu ſeptem paruulos enixa, bellu[illegible] omnibus crudelior mater, in piſcin[illegible] proiecit a Lib. 1. c. 10.
necandos, &c. Contigit itaque vt R[illegible] Agelmundus iter capiens ad eandem piſcinam
deuenerit, qui quum equo retento o[illegible]ſerandos infantulos miraretur, haſtâque, quam
manu geſtabat, hoc illúcque eos [illegible]verteret, vnus ex illis iniectâ manu haſtam re-
gium comprehendit. Rex miſericor[illegible] motus, factúmque altiùs admiratus, eum ma-
gnum futurum pronuntiat, móxque [illegible]m è Piſcina leuari præcipit, atque nutrici tra-
ditum omni cum cuſtodia mandat [illegible]dum, & quia eum de piſcina, quæ eorum lin-
guâ lama dicitur, abſtulit, Lamiſſio[illegible] eidem nomen impoſuit. Qui cùm coaleuiſſet,
its ſtrenuus iuuenis factus eſt, vt [illegible]llicoſiſſimus exiſteret, & poſt Agelmundi fu-
mus regni gubernacula ſuſciperet, & [illegible] Defuncto b Poſt hac Lamiſſione, qui ſecundus
regnauerat, tertium ad regni guber[illegible]a Leth aſcendit. Qui cùm quadraginta fer- b Lib. 1. c. 12.
mè annis regnaſſet, Gildeochum filium [illegible]ſum, qui quartus in Regum numero fuit, re-
gni ſucceſſorem reliquit. Hoc quoque [illegible]functo, quintus Gedeochus regnum ſuſcepit.
Hú autem temporibus inter Odoacrem [illegible] qui in Italia per aliquot iam annos regnarat,
& Felethenum, qui & Feba dictus eſt, [illegible]rugorum Regem magnarum inimicitiarum fo-
mes exarſit. At ex Paterculo & ex Tacito ſuprà citatis conſtat Longobardos
innotuiſſe Romanis, antequam Theodoſius in Imperatorem aſſumeretur, imò
priuſquàm Tiberius Octauiano Auguſto in Imperium ſuccederet. Ergo ad-
uentus eorum in Germaniam ſub Gothorum nomine, quales à Nicetio Tre-
uirenſi Pontifice vocantur, debet ad antiquiora referri tempora, quæ Do-
minicam Incarnationem anteceſſerunt.

Imperante apud Romanos Iuſtiniano Auguſto celeberrimum fuit Longo- IX.
bardorum nomen. Imperator cum Wacone Langobardorum Rege fœdus
iniit. Witiges Oſtrogothorum Rex auxilium ab eodem Wacone contra Be-
liſarium poſtulauit. Vtrumque legitur apud Procopium Auctorem c contem- c Lib. 2. de bell. Goth. cap. 22.
poraneum ad annum belli Gothici quartum, id eſt, ad annum Chriſti quingenteſi-
mum duodequadrageſimum, Witiges enim & Oſtrogothi quibus præeſt, quia QVAM POTENTES TEMPORIBVS IVSTINIANI AVG.
ſe ſolos Beliſario viribus impares ſentiunt, opem aliarum gentium ſtatuunt
implorare, Vacinque ſeu Waconem Langobardorum Regem miſsâ legatio-
ne grandique oblatâ pecuniâ inuitant ad ſocietatem, vbi verò illum arcto
amicitiæ & fœderis vinculo Imperatori coniunctum eſſe perſpiciunt Legati,
re infectâ redeunt. ἐς δὲ Λαγγοβάρδων ἄρχοντα Οὐάκην ὀνόματι ἔπεμψαν, χρή-
ματά τε μεγάλα προϊέμενοι, καὶ ἐς τὴν ὁμαιχμίαν παρακαλοῦντες, ἐ-
πεὶ δὲ βασιλεῖ φίλον τε καὶ ξύμμαχον τὸν Οὐάκην ἔγνωσαν εἶναι, ἄπρακτοι
ἀνεχώρησαν. Eiuſdem Waconis filias Wiſigardem & Wldetradam matrimo-
nio ſibi copularunt Theodobertus & Theodobaldus Reges Francorum. Id
Tomo primo probatum eſt ex Aimoino d, quem Paulus e ita præiuit. Wacho d Lib. 2. c. 25.
duxit Hoſtricoſam filiam Regis Gepidarum, de qua habuit duas filias, quarum uni alteri e Lib. 1. c. 24.
nomen erat Wiſegarda, quam tradidit in matrimonium Theodeberto Regi Franco-
rum, ſecunda autem dicta eſt Walderada quæ ſociata eſt cum Scuualdo, id eſt, cum
Theodobaldo, alio Rege Francorum. Erat Wacho Gedeochi Regis, de quo ſu-
prà, pronepos. Sic enim ſcribit idem Paulus f. *Moritur Gudeocus, cui ſucceſ-* f Lib. 1. c. 19.
ſit Claffo filius ſuus. Defuncto quoque Claffone, Tato eiuſdem filius, ſeptimus aſcen-
dit ad regnum. Ex paulò poſt g. *Irruit ſuper eum,* nempe Tatonem, *Wacho Zu-* g Lib. 1. c. 14.
chilonis fratris eius filius, & cum hâc luce priuauit. De Wachonis ſucceſſoribus
vſque ad Alboinum ſic idem Auctor h. *Tertiam vxorem Wacho habuit Erulorum* h Lib. 1. capp. 14. 15. 16.
Regis filiam, nomine Salingam, ex qua natus eſt filius, quem Walteriſbum appella-
uit, quique Wachone mortuo ſuper Langobardos iam octauus regnauit, &c. Wal-

AN. CH. *tarithus autem, cùm ſeptem annos regnaſſet, ab hac luce ſubtractus eſt. Poſt quem*
569. *nonus Andoinus regnum adeptus eſt, &c. Andoinus, qui ex Rodelinda coniuge Al-*
GVNTCH. *boinum ſuſceperat, poſt multa præclarè geſta fato conceſſit. Poſt cuius funus inſiſque*
CHILPER. *peracta, Alboinus ad regendam Langobardorum gentem cunctorum votis acceſſit.* In-
SIGIB. tereà Longobardi mutatis ſedibus penetrarunt ad Danubium, ſuáque domi-
RR. 8. cilia partim in Pannonia partim in finitimo Norico fixerunt. Paulus [a] migra-
tionem illam ineunte Andoini Principatu factam ſic aſſerit. *Andoinus regnum*
[a] Lib. 1. c. 25. *adeptus eſt, qui non multo tempore pòſt Langobardos in Pannoniam adduxit.* Pro-
[b] Lib. 3. de bell. Goth. c. 33. copius [b] Longobardos à Iuſtiniano Auguſto in Noricum & Pannoniam aduo-
catos ita docet. *Cùm vrbem Noricum, & Pannoniæ munitiones, aliáque loca, ac*
HABITANT IN NORICO ET IN PANNONIA. *pecuniam inſuper maximam Iuſtinianus Auguſtus Langobardis donaſſet, eam illi ob*
cauſam, patriis ſedibus relictis, in aduerſa Iſtri fluminis ripa conſederant, haud pro-
cul à Gepedibus. Λαγγοβάρδας δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἐδωρήσατο Νωρικῷ τε
πόλει, καὶ τοῖς ἐπὶ Παννονίας ὀχυρώμασί τε καὶ ἄλλοις χωρίοις πολλοῖς, καὶ χρή-
μασι μεγάλοις ἄγαν. διὰ τοῦτο δὲ ἠθῶν τῶν πατρίων Λαγγοβάρδαι ἐξα-
ναστάντες, ἐν τῇδε ποταμοῦ Ἴστρου ἱδρύσαντο, Γηπαίδων οὐ πολλῷ ἄποθεν. Ex illo
[c] Lib. 2. c. 6. Procopij textu Paulum corrige, qui Longobardos ait [c] in Pannonia habitaſſe
annos quadraginta duos. Ab anno enim Chriſti quingenteſimo viceſimo-ſepti-
mo, quo Iuſtinianus Imperium ſuſcepit, ad annum vſque Chriſti quingente-
ſimum ſexageſimum-octauum, quo Paulus Longobardos affirmat in Italiam
irrupiſſe, numerantur anni duntaxat vnus & quadraginta, nec Procopius in-
dicat eos in Noricum & Pannoniam veniſſe ineunte Iuſtiniani Principatu,
imò de illorum aduentu in Pannoniam loquitur ad annum belli Gothici de-
cimum-quartum, id eſt, ad annum Chriſti quingenteſimum duodequinqua-
geſimum.

X. Ager Noricus Septentrionem versùs à Germania per Danubium, Meridiem versùs ab Italia per Alpes, Ortum versùs à Pannonia per Cetium montem, Occaſum versùs à Vindelicia per Oenum amnem diſterminatur. Alpes, Danubius & Oenus notiores ſunt quàm vt egeant interpretatione. Cetius mons, qui Noricum à Pannonia ſeparat, pro ſitu diuerſorum locorum variè nominatur ab incolis, *Kalenberg* vel *Halenberg*, *Schneberg*, *Dewsberg*, *Heriz-berg*, *Hengſterberg*, *Semering* & *Plaitz*. Antiquos Noricorum populos nemo recenſet, excepto Ptolemæo, cui ſunt Σεούακες, Ἀλαυνοὶ, Ἀμβισόντιοι, Ἀμβιδρανοὶ, Ἀμβιλικοὶ, *Seuaces*, *Alauni*, *Ambiſontij*, *Ambidrani*, *Ambilici*, & qui propriè ei dicuntur Νωρικοὶ, *Norici*. Per *Noricum* vrbem, cuius meminit Procopius, intellige Noreiam, cuius mentio fit in itinere quod ab oppido Stiriate Iuennam vſque per Noricum in vetere tabula ſic deſcribitur.

Stiriate	
Tarturſanis	XV.
Viſcellis	IX.
Ad pontem	......
Noreiâ	XIIII.
Matucaio	XIII.
Varuno	XIIII.
Iuennâ	XXIII.

XI. Apud Philippum Cluuerium [d] in deſcriptione Vindeliciæ & Norici, Stiriate nunc eſt *Steir in Stoder*; Tarturſana videntur fuiſſe circa hodiernum *Rotenman*; Viſcella ſunt *Ober Welez*; locus ad pontem eſt ad Murum * amnem, hodiéque dicitur *Muraw*; Noreia eſt *Neumark*; Matucaium cenſetur fuiſſe circa hodiernam arcem *Eberſtaim*; Varunum eſt *Volckmarch* ſeu *Folkmarck*; Iuenna eſt *Iaunſtain*.

[d] Cap. 5.
* le Muer.

XII. Pannonia pro limitibus habet Myſiam ad Ortum, Noricum ad Occaſum, Danubium amnem ad Septentrionem, Saum fluuium ad Meridiem, compre-

hendítque

[illegible] vrbes, Vindobonam *, Arrabonem *, Sabariam *, AN. CH. 569.
[illegible] Iauarinonem *, [illegible]dam *, Strigonium *, Albam * Regalem *, Quinque ecclesias, Sirmium * & Taurunum *. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.
Pannonia & Noricum Prouinciæ sunt transdanubianæ, cæteraque ho-
dierum regionibus ita comparantur. Pannonia partem Hungariæ, Austriæ,
Stiriæ & Carniolæ comprehendit. Noricum vero complectitur Carinthiam,
partemque Austriæ, Stiriæ, Carniolæ, Comitatûs Tirolensis & Bauariæ. In XIII.
Pannonia & in Norico præpotentes fuerunt Longobardi. Tunc duo grauia
cum vicinis Gepædibus bella gesserunt, vnum Rege Andoino, alterum Al-
boino Rege. De vtroque differit Paulus a. Procopius primum in opere de
bello Gothico b copiosè describit, obseruátque multa quæ prætermittuntur
à Paulo. Totum negotium paucis contractum accipe. Orto inter Langobar-
dos & Gepædes dissidio vtrique Constantinopolim Legatos direxerunt, auxi-
lia Langobardis misit Iustinianus Augustus, Gepædes autem statim ac co-
gnouerunt exercitum Romanorum appropinquare, dirempta mox contro-
uersiâ, pacem cum Langobardis pepigerunt. Posteà cùm bellum inter eos
recrudesceret, vterque exercitus in ipso pugnæ procinctu terrore panico distra-
ctus est. Ventum tandem ad certamen anno belli Gothici decimo-septimo,
id est, anno Christi quingentesimo quinquagesimo-primo, victorésque Lan-
gobardi maximam partem Gepædum interemerunt. Gepædes Gothicis gen-
tibus annumerantur à Procopio, cuius ætate Singedonem ac Sirmium cum
vicino tractu cis & vltra Danubium tenebant, sic enim ille libro primo c de
bello Vandalico. Γήπαιδες μὲν τὰ ἀμφὶ Σιγγηδόνα τε καὶ Σίρμιον χωρία ἔσχον,
ἐντός τε καὶ ἐκτὸς ποταμοῦ Ἴστρου, ἔνθα δὴ καὶ ἐς ἐμὲ ἵδρυνται. Et libro tertio
d de bello Gothico testatur Legatos, quos Auduinus siue Andoinus Byzan-
tium misit, apud Imperatorem questos esse, quòd Gepædes possiderent Sir-
mium, Romanos abstraherent in seruitutem, séque totâ Daciâ potiri iacta-
rent. Γήπαιδες, ὦ βασιλεῦ, Σίρμιον ἔχουσι, καὶ Ῥωμαίους ἀνδραποδίζουσιν,
ὅλης τε [illegible] Δακίας αὐχοῦσι. Ditiones igitur Gepædum seu Gepi-
darum erant partim cis Istrum in Dacia, partim trans Istrum in Mœsia seu
Mysia vbi Singedon, & in Pannonia vbi Sirmium. Quam autem ciuitatem
Procopius Σιγγηδόνα *Singidonem* vocat, sanctus Athanasius *Singidonum Mysiæ*
Σιγγιδόνον τῆς Μυσίας, & Seuerus Sulpitius *Singidunum* appellarunt, vt suprà
notauimus e. Est tamen apud Ferrarium differentia inter Singidonum & Sin-
gidunum; Singidonum enim dicitur vrbs inferioris Pannoniæ, modicus ho-
die pagus nomine *Sigetinez*; Singidunum verò vrbs Mysiæ superioris, hodie
Zenderin. Altero bello, quod à Longobardis aduersùs Gepædes gestum est,
Alboinus cæso Chunimundo Rege regnum Gepidarum penitus extinxit.
Tunc Langobardi tantam adepti sunt prædam, inquit Paulus, *vt iam ad amplissi-
mas peruenerint diuitias, Gepidarum verò genus ita imminutum est, vt ex illo tem-
pore vltrà non habuerint Regem, sed vniuersi, qui bello superstites esse poterant, à
Langobardis subiecti sunt, vt vsque in hodiernum diem Hunni eorum patriam possi-
dentibus gemant.*

DEBELLANTVR GEPIDAE.

* Vienne. * Rab. * Stain am Angern. * Gratz. * Petten. * Bude. * Gran. * Albi Regale. * Colocz. * Cinq Eglises. * Sirmisch. * Belgrade.

a Lib. 1. capp. 11. 18.
b Lib. 3. c. 14. L. 4. capp. 11. 21.
c Cap. 2.
d Cap. 14.
e Ad an. 56[illegible]. n. 14.

XIV. SEDES AVARVM.

Hunni vetustissimas ad mare Caspium sedes incoluerunt. Hinc effusi mul-
tas Asiæ Europæque prouincias vastarunt, diuersáque sortiti sunt cognomi-
na, quia diuisi sunt in varios populos. Missis ceteris agendum hîc de solis
Auaribus. Auares, siue Abares, vt Isidorus in Originibus f & Paulus in Ge-
stis g Langobardorum affirmant, de Regis sui nomine sic nuncupati creduntur.
tur. Diu vagati sunt per Asiam, deinde migrarunt in Scythiam Europæam,
atque ad sinistram Danubij ripam consederunt. Dextrâ eiusdem amnis ripâ
prohibiti sunt à Iustiniano Augusto, frustráque per Legatos petierunt sibi
concedi terras ad habitandum intra fines Imperij, nec sibi beneuolentiorem
experti sunt Iustinum Iustiniani successorem. Mutato inde consilio irrupe-

f Lib. 9. c. 2.
g Lib. 1. c. 18.

Digitized by Google

AN. CH. 569. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.

runt in ditiones Francorum, inito prælio victi ſunt in Thoringia, tum redierunt ad Danubij ripam, ibique morati ſunt donec Langobardorum in Italiam profectorum ſedes tranſdanubianas occuparunt.

XV. SAXONVM.

Vt Langobardorum & Auarum, ſic & Saxonum variæ ſedes in Germania fuerunt. Horum nomen non occurrit apud Tacitum, legitur in Geographicis Ptolemæi, cuius hæc ſunt verba. Καῦχοι οἱ μείζους μέχρι τοῦ Ἄλβιος ποταμοῦ, ἐφεξῆς δὲ ἐπὶ τὸν αὐχένα τῆς Κιμβρικῆς χερσονήσου Σάξονες. *Cauci maiores ad Albim vſque flumen, hinc ſuper ceruicem Cimbricæ peninſulæ Saxones.* Conſederunt igitur primùm Saxones in illo terrarum ſpatio, quod inter Albis & Chaluſi ſeu Trauæ oſtia citra Cimbrorum peninſulam poſitum eſt, & à Ptolemæo ceruix Cimbricæ peninſulæ nuncupatur. Inde migrarunt in interiorem Germaniam, factique ſunt Francorum ditionibus contermini. Natum facilè bellum inter vicinas gentes. Franci ſuperiores tributum victis impoſuere, quod Saxones ſingulis annis ſoluerunt à temporibus Clotarij Senioris vſque ad annum Dagoberti Regis decimum, vt ad illum annum Fredegarius in ſuo Chronico [a] ſcribit. Auares, quos Sigibertus Rex Thoringiam ingreſſos profligauit, ad bellum Francis inferendum à finitimis Saxonibus prouocati creduntur. Saxones in illis regionibus potentiſſimos fuiſſe vel ex eo patet, quòd pluſquàm viginti millia cum vxoribus ſimul & paruulis Alboino Regi Longobardorum in Italiam hoc anno proficiſcenti ſe adiunxerunt. Fuerunt & in occidua Germania Saxones inter Albim & Rhenum ad littus Oceani, quorum magnam partem cum Anglis & Iutis in Britanniam transfreraſſe iam obſeruauimus.

[a] Cap. 74.

XVI. SVEVORVM.

Sigibertus Francorum Rex terras, quas Saxones cum gente Langobardorum in Italiam abituri reliquerant, tradidit Sueuis, qui Thoringiæ meridionali contingebant. Olim Sueui inter ortum occaſúmque à Viſtula fluuio ad Salam vſque & Albim Chaluſúmque amnes, inter Meridiem verò atque Septentrionem à Danubio flumine ad Oceanum vſque glacialem extendebantur. Progreſſi ſunt deinde ad Rhenum, poſteà ſeneſcente Romanorum Imperio cum aliis nationibus in Gallias irruperunt, ſuperatiſque Pyrenæorum montium iugis nouum in Hiſpania regnum condiderunt, de quo nobis ſermo fuit non ſemel Tomo primo. Sueui, apud Tacitum, maiorem Germaniæ partem obtinent propriis nationibus nominibúſque diſcreti, quanquam in commune Sueui vocentur. Inter has gentes, quas recenſere ſuperuacaneum videtur, haud ignobiles erant Hermunduri, quos Danubius amnis à finibus Imperij Romani ſeparabat. Ex hac vicinia contigit, vt à Romanis Hermunduri per exochen Sueui, & Hermundurorum regio Sueuia nuncuparetur. Sueuis ita ſumptis finitimi Rhenóque viciniores erant Alemanni, quos etiam cum prædictis Sueuis ita confuſos reperies, vt iidem populi promiſcuè Alemanni dicantur & Sueui. Sigibertus eiuſmodi Sueuos, quibus imperabat, in terras à Saxonibus derelictas immiſit. Apud Iornandem [b] *regio illa Sueuorum habet à Septentrione Thuringos*, & apud Procopium [c] Suabi & Alamani proximi ſunt Thoringis, Σουάβοι τε ὑπὲρ Θορίγγων, καὶ Ἀλαμανοί.

[b] De reb. Getic.
[c] Lib. 1. de bell. Goth. c. 12.

XVII. FRANCI POTIVNTVR PARTE SAXONIÆ.

Longobardis igitur in Italiam hoc anno profectis, Francia aucta eſt parte Saxoniæ tunc incolis vacuâ, quia pluſquàm viginti millia Saxonum cum vxoribus ac liberis genti Longobardicæ in Italiam migranti ſe adiunxerant. Erat illa regio Saxonum ad ortum Thoringiæ ſita. Thoringia verò verſus ortum longiùs, quàm hodie protendebatur. Nam, teſte Paulo [d] Diacono, cùm Auares in ditiones Francorum irruiſſent, Sigibertus Rex *in Turingia occurrens eos iuxta Albim fluuium potentiſſimè ſuperauit, pacémque petentibus dedit.* Et in Hiſtoria Menandri Protectoris hæc leguntur. *Cùm Auares & Franci fœdus inter ſe percuſſiſſent, & pax firmiſſima inter eos eſſet, Chaganus Sigisberto Francorum duci ſignificauit, exercitum ſuum fame laborare; decere eum, qui Rex eſſet, ac prætereà indigena,* βασιλέα καθεστῶτα, καὶ πρός γε αὐτόχθονα, *minimè negligere exercitum fœdere coniunctum. Quòd ſi copias Auarum rebus neceſſariis reſi-*

[d] Lib. 2. c. 8.

AN. CH. 569.
GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.

...commodis, ſpondebat Ch[illegible]mus haudquaquam ſe vlterà triduum [illegible] mineare.
[illegible] eſſe. Hac vbi Sig[illegible]rio nunciata ſunt, ſtatim farinas [illegible] legumi-
[illegible] ad Auares miſ[illegible] Hunni cognomento Auares in [illegible] regnum
Francorum imperarant, victi ſunt [illegible] idem à Francis in Turingia pro[illegible] Albim
[illegible] mox petieru[illegible] impetrarúntque à Sigiberto Re[illegible]ge cùm
intra Francica fines adhuc moraren[illegible]r. En ſeries Hiſtoriæ, qualis ex [illegible] prælu-
dans Auctoribus colligi poteſt. Pu[illegible] natum eſt cis Albim, neque enim trans
illum amnem limites Thuringiæ P[illegible] ducendi videntur. Fluit Albis à Septen-
trione primùm ad Meridiem, dei[illegible]e ab Ortu ad Occaſum, tum à Meridie
ad Septentrionem, poſtremò ab Oſ[illegible] iterùm ad Occaſum, vt in Oceanum ege-
ratur. Ex illis flexibus oritur non[illegible]rua difficultas ſuper finibus Thuringiæ,
quoniam fons Albis, qui lon[illegible] orientalior eſt quàm confluentes aut
Egræ aut Salæ * in eumdem Alb[illegible] à Tacito ponitur in Hermunduris, id
eſt, in Sueuis ſtrictè ſumptis, quo[illegible] regio, vt ſuprà probatum eſt, Thurin-
gos habet à Septentrione. In Her[illegible]ſuris, verba ſunt huius Auctoris, Albis
oritur, flumen inclytum & notum oli[illegible] nunc tantùm auditur. Si fons Albis Au-
ſtralior eſt quàm Thuringia, nec et[illegible] vt magna pars Thuringiæ trans Albim
collocetur. At Tacitus in errorem [illegible]ſus eſt, & Egræ * fontem, qui naſcitur
in Hermunduris, ipſum Albis fonte[illegible]xiſtimauit. Facilè deceptus fuit. Scri-
bebat enim de fluuio, tunc incognito [illegible] Romanis, olim autem noto, cùm Dru-
ſus, Tiberius, Germanicus, aliique [illegible] Romani exercitûs Duces, Cheruſcos,
Chattos, Hermundurósque debellarent. Flumen, inquit, inclytum & notum
olim, nunc tantùm auditur. Præterea circa Budinum * hodiernæ Bohemiæ
oppidum concurrunt tres aluei, quorum vni nomen eſt Albis, alteri Multa-
uia *, tertio Egra; primus ex Oriente profluit, ſecundus ex Meridie, tertius
ex Occidente; ſunt autem hi tres aluei ſatis magni, æqualéſque inter ſe, nec
non æquali ſpatio ſui à fontibus remoti, eáque æqualitas Auctorem ſuprà ci-
tatum fefellit. Albis * oritur in confinio Bohemiæ & Sileſiæ ex monte, qui
vulgò vocatur *das Riſen gebirge*, id eſt, Gigantum iuga, nec procul ab oppi-
do *Smideberg* ſito in valle vulgò *Teufels grund* dicta, quaſi dicas vallem diabo-
li, locáque illa longè diſſita ſunt à ſedibus Hermundurorum. Egra verò cum
Sala & Mœno * in eorumdem Hermundurorum confinio prorumpit ex mon-
te Pinifero, qui vulgò dicitur ab colis *der Fichtelberg*. Antiquam igitur Thurin-
giam, Franciciæ ditionis tunc prouinciam, in qua Sigibertus Rex Francorum
de Hunnis Auaribus triumphauit, Egrâ & Albi fluminibus Ortum verſùs cir-
cumſcribe, tránſque illos amnes colloca Saxoniam, cuius partem Sueuis in-
colendam conceſſit idem Sigibertus hoc anno, cùm pluſquàm viginti millia
Saxonum præter vxores & liberos vnà cum gente Longobardorum in Italiam
abiiſſent.

* La Sale. * L'Egre. * Budin. * la Molde. * l'Elbe. * le Mein.

XVII. ÆGIDIVS EP. REM.

Coluenerius & ex eo Malbrancus obitum Mapinij Remenſis Epiſcopi, & ſubrogationem Ægidij referunt anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo, ſed cùm iſte calculus excedat triennio, vt conſtat ex ipſius Ægidij depoſitione, quam idem Auctores collocant anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio, præſtat Mapinij Pontificis mortem hoc anno conſignare, qui fuit à nato Chriſto quingenteſimus ſexageſimus-nonus. Apud Flodoardum [a] Mapinio *poteſtas regia quædam ceſſiſſe reperitur prædia, deinceps ab Eccleſia Remenſi poſſidenda.* Legitur apud Marculfum [b] formula ceſſionis regiæ ad locum ſanctum. *Nihil, vt ait Apoſtolus, in hoc mundo intulimus, nec quicquam ex eo auferre nobiſcum poterimus, niſi quod ob animæ ſalutem locis Sanctorum deuotè Domino offerentes, impertire videmur. Ergo cognoſcat magnitudo ſeu vtilitas veſtra, nos propter nomen Domini ad Baſilicam illam, vel Eccleſiam illam, vbi Apoſtolicus Pater ille, aut venerabilis vir ille Abbas, præeſſe videtur, villam nuncupatam illam, ſitam in pago illo, quam vſque nunc fiſcus noſter ille tenuit, promptiſſimâ deuotione cum omni integritate viſi fuimus conceſſiſſe. Quapropter per præſentem auctoritatem noſtram decernimus, quam perpetualiter manſuram eſſe iube-*

[a] Lib. 2. c. 1.
[b] Lib. 1. capp. 14-15.
FORMVLA CESSIONIS REGIÆ.

AN. CH. 569. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.

mus ; vt ipſam villam memorata Eccleſia illa, vel antedictus Pontifex aut ille Abbas, vt diximus, in omni integritate, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, farinariis, adiacentiis, appenditiis, vel quolibet genere hominum ditioni fiſci noſtri ſubditorum, qui ibidem commanent, in integra emunitate, abſque vllius introitu iudicum, de quibuſlibet cauſis ad freda exigendum, perpetualiter habeat conceſſam, ita vt eam & ipſe & ſucceſſores ſui habeant, teneant & poſſideant, vel quicquid exinde ad profectum Eccleſiæ illius aut Baſilicæ facere voluerint, ex permiſſu noſtro in omnibus habeant poteſtatem. Et vt hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora conſeruetur, manus noſtra ſubſcriptionibus ſubtus eam decreuimus roborare. Sequitur apud eundem Marculfum [a] formula confirmationis regiæ ad locum Sanctum.

[a] Lib. 1. c. 16. FORMVLA CONFIRMATION. REGIÆ.

Quem diuina pietas ſublimat ad regnum, condecet facta conſeruare parentum, præcipuè quod pro compendiis Eccleſiarum, aut locis Sanctorum, à regali clementia pro æterna retributione probatur eſſe indultum, oportet conſeruare eum. Igitur Apoſtolicus vir, Pater in Chriſto noſter, illius vrbis Epiſcopus, clementiæ regni noſtri detulit in notitia, quaſi ille Rex per ſuam præceptionem ſua manu ſubſcriptam, ad Eccleſiam illius, cui præeſſe dignoſcitur, villam nuncupatam illam, ſitam in pago illo, cum integritate ſua, ſub omni emunitate, abſque vllo introitu iudicum de quibuſlibet cauſis ad freda exigendum, propter nomen Domini conceſſiſſet ; & ipſam præceptionem ſe præ manibus habere adfirmat : & memoratam villam ille Pontifex ſub eodem modo ad partem Eccleſiæ poſſidere videatur, petit ad Celſitudinem noſtram, vt hoc circa eodem, vel memorata Eccleſia domni illius, per noſtra deberemus confirmare oracula. Quod nos propter nomen Dei, & reuerentiâ ipſius Sancti loci, vel merito præfati Pontificis, gratante animo præſtitiſſe, & confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim, vt ſicut conſtat præfatam villam à iam dicto Principe, memorata Eccleſia illius, cum integritate, ſub omni emunitate fuiſſe conceſſam, & eam ad præſens poſſidere videtur, inſpectâ ipsâ ceſſione, per hoc Præceptum plenius in Dei nomine confirmatam, ſub eo ordine, & ipſe & ſucceſſores eorum, vel memorata Eccleſia domini illius, illam teneant, & poſſideant, & eorum ſucceſſoribus ad poſſidendum relinquant, vel quicquid exinde pro opportunitate ipſius ſancti loci faciendum decreuerint, ex noſtro permiſſu liberam habeant poteſtatem. Et vt hæc auctoritas, &c. Porrò poſt Mappinium in Epiſcopatu Remenſi ſedit Ægidius, quem Fortunatus [b] ob curam erga creditas oues, ob liberalitatem & eleemoſynam commendauit.

[b] Lib. 3. c. 18.

XIX. Chilpericus in Sigiberti ditiones hoc anno copioſum duxit exercitum, nam Fredegarius, poſtquàm locutus eſt de Ciuitatibus Turonenſi & Pictauienſi, quas anno ſuperiori à Chilperico & peruaſas & Sigiberto redditas obſeruauimus, hæc eodem capite [c] proximè ſubiungit. *Poſt annum Chilpericus cum multo exercitu regnum Sigiberti ingreditur. Sed intercurrentibus Legatis, pacificati ſunt.* Iiſdem temporibus Clerici Pictauienſes cum viuifica Cruce & Sanctorum reliquiis in Gallias reuerſi ſunt. *At vbi lignum, in quo ſalus mundi pependerat, Pictauis ciuitatem cum congregatione Sanctorum aduenit, & Pontifex loci cum omni populo deuotè hoc vellet excipere, inimicus humani generis per ſatellites ſuos egit, vt precium mundi repellerent, nec in Ciuitate recipere vellent, qualiter beata Radegundis tribulationibus ſubiaceret, aliud pro alio aſſerentes Iudaico ordine, quod noſtrum non eſt diſſerere, ipſi viderint ; Dominus nouit qui ſunt eius.* Hæc Baudoniuia, quæ quidem prudenter tacuit Marouei Pictauienſis tunc Epiſcopi peccatum, quod Gregorius [d] ex parte ſaltem prodidit his verbis. *Delatis reliquiis petiit Regina Epiſcopum, vt cum honore debito grandique pſallentio in Monaſterium locarentur. Sed ille deſpiciens ſuggeſtionem eius, aſcenſis equitibus *, villa ſe contulit. Tunc Regina iteratò ad Regem Sigibertum direxit deprecans, vt iniunctione ſuâ quicumque ex Epiſcopis hæc pignera cum illo quo decebat honore, votumque eius expoſcebat, in Monaſterium conlocaret. Ad hoc enim opus beatus Eufronius vrbis Turonicæ Epiſcopus iniungitur. Qui cum Clericis Pictauum accedens, cum grandi pſallentio & cereorum micantium ac thymiamatis adparatu ſancta pignera*

BELLVM CIVILE. [c] Hiſt. epit. cap. 70.

LIGNVM S. CRVCIS ALLATVM.

[d] Lib. 9. c. 40.

* Equitibus, id eſt, equis.

AN. CH. 569.

...in Monasterium [illegible] ...sæculis. Cùm sacras reliquias in Ciuitatem
...nollent admitte- [illegible] ...in Turonico virorum Monasterio, quod
...construxerat, collo- [illegible] ...tæ sunt, donec à Rege Sigiberto nun-
...vt Baudonuia iam [illegible] ...data testatur. Beata Radegundis [illegible] ...spiritu fer. GVNTCH.
...iterum ad [illegible] ...ignißimum Regem direxit, quia [illegible] Ciuitate CHILPER.
...Interim [illegible] ...vnsique missi sui de Domino Rege [illegible] ...Aeterne. SIGIB.
...in Monasterio viror- [illegible] ..., quod condidit, cum psallentio [illegible] Crucem RR. 8.
...Sanctorum con... [illegible] ...dauit, vt & ipsum saluaret. Nom [illegible] ...minorem TVRONOS.
...Domini vel pignus sancta Crux per [illegible] ...ciaret, quàm Dominus, qui ante [illegible] ...sides &
...est patienter sit... [illegible] ...reuit, quod creaueras ne perires. In quanto se
Iudices omnem [illegible] ..., in vigili- [illegible] ..., in profusione lacrymarum cum toto congre-
...positus, in ieiuniis [illegible] ...humilitatem ancillæ suæ, qui dedit [illegible] in corde
gatione sua, vsquequo respexit Domi- [illegible] ...in medio populi. Nam deuotus Rex per fide-
Regis vt faceret iudicium & iusti... [illegible] ...item transmisit ad virum Apostolicum Dom-
lem suum virum illustrem Iustinum [illegible] ...ipsum, vt cum digno honore gloriosam Cru-
num Eufronium Turonicæ Ciuitatis Epi... [illegible] Monasterio Dominæ Radegundis intromitte-
cem Domini vel Sanctorum reliquias [illegible] PICTAVVM.
ret. Quod & factum est.

Ceterùm ea cuncta in maxime [illegible] Dominicæ Crucis gloriam cesserunt. Et- XX.
enim apud Turonos in honorem sanctæ Crucis à Gregorio nondum Episcopo
erectum Oratorium fuit, cuius meminit Fortunatus a.

Apud illum Auctorem extant varia Carmina de laudibus sanctæ Crucis, XXI.
libro secundo, quem consule.

a Lib. 2. c. 1.

Baudonuia, quæ secuta sunt prodigia, postquàm venerandum Crucis li- XXII.
gnum in Monasterium Radegundis illatum fuit, ita perstringit. *Virtute Dei* MIRACVLA.
*cooperante, potentiâ cæli ministrante, cæcorum oculi lumen recipiunt, aures surdæ
patefiunt, mutorum lingua ad suum redit officium, claudi ambulant, dæmones effu-
gantur. Quid plura? Quisquis a quacumque infirmitate detentus ex fide huc vene-
rit, per virtutem sanctæ Crucis sanus redit. Quis queat dicere quantum & qua-
le donum huic urbi beata contulit? vnde quisquis ex fide viuit, eius nomen benedi-
cit.* Lege Gregorium Turonensem libro primo de gloria Martyrum, capite
quinto.

Radegundis autem post hoc donum cæleste acceptum transmisit *missos suos su-* XXIII.
*prædictum Presbyterum Reoualem cum aliis ad Imperatorem cum simplici vestimen-
to, gratias agere. Interdum capti mare fluctibus ago, vbi sunt multa passi pericula,
procellas scilicet & tempestates, quales se nunquam vidisse fatebantur. Quadragin-
ta diebus & quadraginta noctibus in medio mari nauis eorum periculo subiacebat.
Iam de vita desperantes, mortem præ oculis habentes, inter se pacem facientes, quia* MARE SEDATVR.
*eos iam mare absorbebat, videntes itaque se in tanto periculo voces ad cælum dabant
clamantes ac dicentes. Domina Radegundis, subueni seruis tuis, dum tibi obedimus,
submersi ne pereamus, libera nos de mortis periculo, quia iam mare paratum est, vt
absorbeat nos; vbicumque ex fide vocata fuisti, misericors es miseris, nunc adiuua tuos
ne pereant. Ad has voces in medio mari aduenit columba, quæ ter nauem circumiens
fluctuantem in nomine Trinitatis, secum eos propiùs cùm volaret, seruus beatæ Regi-
næ nomine Banisasius extendit manum, & de caudâ eius tres tulit pennas, quas ma-
ri intingens tempestatem compescuit, & ad inuocationem nominis beatæ, columba,
quæ apparuit, eius famulos de mortis ianua vitæ reddidit, & facta est tranquillitas
magna in medio mari. Illi verò altâ voce clamantes dicebant. Aduenisti bona Domi-
na pietate plena tuos eripere ne fluctibus mergerentur. Ad eius inuocationem non
tantùm sui homines sunt liberati per virtutem ipsius, ipsas pennas huc attulerunt,
& munera ipsi, qui de morte saluati sunt, per loca sancta deuotè dederunt.*

Hoc anno Gregorius, qui post Eufronium in Cathedra Turonensi sedebit, XXIV.
Promotus est ad Diaconatum. *Tempore enim præstituto*, vt in eius vita legitur b, id
est, iuxta Canonicam illorum temporum disciplinam cùm viginti quinque RELIQVIÆ S. MARTINI.
annorum esset, *Diaconus ordinatus est*. Narrat ipsemet insigne miraculum, quod
contigit cùm fungeretur Diaconatu, nec illud omittendum hoc loco puta-

b Ap. Sur. d. 17. Nou.

Digitized by Google

mus, quia nos edocet reliquias Sanctorum & in honore habendas & in digno
AN. CH. loco reponendas eſſe. *Fide commonente*, inquit[a], *quidam ex noſtris lignum ve-*
569. *nerabile de cancello lectuli, quod eſt ad Monaſterium ſancti Martini, me neſcien-*
GVNTCH. *te, deſulerat, quod in hoſpitiolo ſuo pro ſaluatione ſua retinebat. Sed credo, non*
CHILPER. *ſic honorabatur aut diligebatur, vt ſibi decuerat, cœpit familia eius agrotare. Et*
SIGIB. *cùm penitus neſciretur quid hoc eſſet, nec emendaretur aliquid, ſed quotidie augere-*
RR. 8. *tur deteriùs, vidit in viſu noctis perſonam terribilem dicentem ſibi, cur ſic tecum*
[a] De mirac. S. *agitur? Qui ait. Ignoro prorſus vnde hoc euenerit. Dicit ei perſona. Lignum quod*
Mart. l. 1. c. 35. *de lectulo ſancti Martini tuliſti, negligenter tecum hic retines, ideò hæc incurriſti,*
ſed vade nunc, defer eum Gregorio Diacono, & ipſe eum ſecum retineat. At ille nihil
moratus mihi exhibuit, quod ego cum ſumma veneratione collectum loco digno re-
poſui. Et ſic omnis familia in domo eius ſanata eſt, ita vt nemo ibidem deinceps
aliquid mali perferret.

XXV. Hoc anno Vedulfus ordinatus eſt Epiſcopus Atrebatenſis. Eius deceſſo-
EPISCOPI rem iam diximus non alium fuiſſe à Diogene, quem Mattyrio coronatum tra-
ATREBA- dunt. Erhrici tunc erant in Atrebatenſi Diœceſi non pauci, nec, vt Atreba-
TENSES. tenſis Antiſtes Martyrij palmam aſſecutus credatur, recurrendum eſt ad Van-
dalos, qui ſub initium quinti ſeculi Gallias ingreſſi ſunt, aut ad Attilam Hun-
norum Regem, qui medio eodem ſeculo partem Galliarum vaſtauit. Præ-
tereà Eccleſiæ Attebatenſis tabulæ, quas Locrius citat, teſtantur Diogenem
gloriâ Martyrij donatum fuiſſe, cùm Atrebatum ad Regnum Francorum per-
tinebat; temporibus autem Attilæ, Franci Atrebato nondum potiebantur.
Vedulfus Ponrificatum tenuit annis vndecim, Cameracum ſedem tranſtulit.
Inde nomen Epiſcopatûs Atrebatenſis periit, vſquedum Vrbanus Secundus
Papa peculiarem Atrebati Epiſcopatum erexit. At *licèt nobilis Eccleſia*, vt eius
tabulæ iam laudatæ loquuntur, *Cameracenſi ad tempus ſubiecta inueniatur, ſua*
tamen dignitatis veſtigia in ipſa ſubiectione conſeruans, duos ſuo titulo ſemper ha-
buit Archidiaconos, & Vicedominum, qui, abſente Epiſcopo, cauſſas Atrebatenſis
Epiſcopatûs animaduertebat.

XXVI. Sigiberto Regi ex Brunichilde natus eſt hoc anno Childebertus, qui poſt
CHILDE- Sigibertum patrem anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto regna-
BERTVS re cœpit *vix luſtro ætatis vno*, vt Gregorius[b] ſcribit, *iam peracto*, & exeun-
NASCITVR. te anno regni ſui decimo, Theodobertum filium ſuſcepit, vt idem Grego-
[b] Lib. 5. c. 1. rius[c] teſtatur. Ab Agetico Virodunenſium Epiſcopo ſuſceptus eſt ex ſancto
[c] Lib. 8. c. 17. lauacro Childebertus teſte eodem Auctore[d].
[d] Lib. 9. c. 8.

XXVII. Illis temporibus Ariſidienſem Epiſcopatum adminiſtrabat Deotharius.
DIŒCESIS Anonymus qui Pipini Regis ſub quo viuebat Genealogiam ab Anſberto de-
ARISI- duxit, de vico Ariſidio & Epiſcopatu Ariſidienſi ſic diſſeruit. *Anſbertus, qui*
DIENSIS. *fuit ex genere Senatorum vir nobilis & multis diuitiis pollens habuit fratres Deo-*
tarium, Firminum, Gamardum, Aigulfum Epiſcopum & Ragnifridum. Deotarius
conſtruxit vicum Ariſidium, &c. Tempore verò bonæ memoriæ Domni Aigulfi Epi-
ſcopi Theudebertus Rex præfatum vicum Ariſidium per ſuum Præceptum partibus
beati Stephani protomartyris Metenſis Eccleſiæ delegauit, & Domnus Arnoaldus ne-
pos ipſius, poſteà & iſdem Pontifex, accepit exinde confirmationem tempore Dom-
ni Lothary Regis ad partes nihilominùs beati Stephani. Similiter Dagobertus, Si-
gibertus quoque eundem vicum beato Stephano ſuâ præceptione confirmarunt. Præ-
dictus verò Præſul Aigulfus priùs germanum ſuum Deotarium in eodem vico Ari-
ſidio Epiſcopum conſtituit, & poſt Domnum Deotarium nepos ipſius Domnus Mode-
ricus eſt ordinatus Epiſcopus per ordinationem Metenſis Epiſcopi. Altera Genea-
logia in Codice ſancti Symphoriani Metenſis ab Anſberto ad Lotharium Au-
guſtum Pipini Regis pronepotem perducta legitur, in ea quæ pertinent ad
noſtrum inſtitutum, iiſdem penè verbis concepta ſunt ac in ſuperiori. *Anſ-*
bertus, qui fuit ex genere Senatorum, habuit fratres Deotarium, Firminum, Ga-
mardum, & Aigulfum Epiſcopum, & Ragnfridum. Deotarius verò conſtruxit vi-
cum Ariſidium, &c. Tempore bonæ memoriæ Domni Aigulfi Epiſcopi hic Domnus

[illegible]rum vicum [illegible] Arisidium * per suum Preceptum [illegible]tibus beati
[illegible] Metensis Ecc[illegible]a delegauit, & domnus Arnoaldus [illegible]epos ipsius
[illegible] de ipso vico [illegible]risido confirmationem tempore do[illegible]ni Clotarij
[illegible] partibus beati Ste[illegible]ani. Similiter domnus Dagobertus [illegible] Rex Fran.
[illegible] ipsum vicum a[illegible]raditam Ecclesiam beati Stephani [illegible] per eorum
[illegible]confirmauerunt, & do[illegible]m Aigulfus Priùs germanum suum [illegible] Deotarium
[illegible] in ipso Arisido [illegible] post domnum Deotarium nepos ipsius [illegible] domnus
[illegible] est ordinatus in ipso Ari[illegible] Episcopus per ordinationem Pont[illegible] Meten-
ſium vrbis. Vtramque illam Gen[illegible]ogiam in Publicum edidit Marcellus Anto-
nius Dominicy, & in vtraque ce[illegible]it Theodoberti Regis loco reſtituendum
[illegible]um eius Sigibertum. At cùm [illegible]ulfus Pontificatum poſt mortem Sigiber-
ti Regis inierit, obieritque regn[illegible]e Theodoberto, nomen ipſius Theodo-
berti retinebimus, aliáque corri[illegible]ius quæ de Præſulatu Aigulfi malè aſſer-
ta nobis videntur. Deotarius Ari[illegible]um conſtruxit, aut potiùs reſtaurauit di-
rutum iniuriâ bellorum, quæ po[illegible]ceſſum Clodouei Francos inter ac Go-
thos exarſerant. Vicum illum ad [illegible]otarium hæreditario iure pertinuiſſe non
leuis eſt coniectura, quia non pr[illegible]l ab eo erat Treuidon antiqua Ferreo-
lorum ſedes. Epiſcopatus Ariſiten[illegible] habebat ſub ſe plùs minùs diœceſes ſeu
parœcias quindecim, quas primùm [illegible]othi quidem tenuerant, Dalmatius ve-
rò Rutenenſis Epiſcopus repetebat. Primus igitur Epiſcopus Ariſitenſis fuit
Deotarius, antequàm Aigulfus Epiſcopatum adipiſceretur. Ineunte hoc an-
no venit ad Deotarium Mondericus eius nepos Lugduno fugâ lapſus, & in
Epiſcopatum Ariſitenſem poſteà ſucceſſit. Cùm autem Mondericus è ditio-
nibus Guntchramni profugiſſet, Lingonenſes inſtigante Petro Diacono,
Gregorij Diaconi, qui poſteà Turonenſis Epiſcopus fuit, fratre, Silueſtrum
Tetrici Epiſcopi propinquum experierunt. Hæc leguntur apud Grego-
rium Turonenſem quinto capite vulgato libri quinti. Poſt mortem Deo-
tarij Ariſitenſis Epiſcopi ſubſtitutus quidem eſt in eiuſdem ſedis Antiſtitem
Mondericus nepos ex Anſberto fratre, ſed Aigulfus Deotarij frater, qui poſt-
eà Metenſem Pontificatum geſſit, Ariſidium hæreditario iure ſuſcepit.

AN. CH. 569. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.

Inter capita, quæ libro quinto Hiſtoriæ Gregorianæ inſerta ſunt, notatur XXVIII.
etiam tricesimum-ſeptimum, ad annum Childeberti Iunioris quintum, Chri-
ſti quingenteſimum-octogeſimum. Interpolator narrat obitum Nantini Co-
mitis Egoliſmenſis, & de Marachario eiuſdem Nantini auunculo, qui Comes
quoque fuit Egoliſmenſis, hæc habet. *Maracharius auunculus eius, diu in ipſa
vrbe vſus eſt Comitatu. Quo officio expleto, Eccleſiæ ſociatur, Clericúſque factus or-
dinatur Epiſcopus.* Huius Authoris Chronologia talis eſt. Maracharius ſedet
annos ſeptem, Frontonius annum vnum, Nantinus Comitatum adeptus He-
raclio Frontonij ſucceſſori multas infert iniurias, eáque de cauſa prohibetur
ab Eccleſiæ foribus, deinde in Concilio Santonenſi pacem Epiſcopi meretur,
poſtmodum verò iterum excommunicatur, ac denuò in gratiam receptus,
poſt aliquot menſes morbo corripitur extinguitúrque anno Childeberti Iu-
nioris quinto, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo-octogeſimo. Iuxta illam
computationem obitus Frontonij in annum Chriſti quingenteſimum ſeptua-
geſimum-ſeptimum, mors Marcharij in annum Chriſti quingenteſimum ſe-
ptuageſimum-ſextum, ordinatio in hunc annum videtur incidiſſe. Tali Chro-
nologiæ refragantur Ademarus in Chronico & Robertus in Gallia Chriſtia-
na, ſed neutri potior eſt authoritas quàm interpolatori Gregoriano. Ade-
marus initio ſui Chronici librum, cui titulus, *geſta Regum Francorum*, deſcri-
pſit additis aliquot interpolationibus, è quibus hoc loco tres occurrunt exa-
minandæ. Prima eſt de Clodoueo Rege ad caput decimum-ſeptimum. *In
ipſa ciuitate*, nempe Inculiſma nuperrimè ſubacta, *conſecrare fecit in Epiſcopatu
venerabilem virum Aptonium Capellanum ſuum expulſo Primo Epiſcopo Arriano Go-
thorum de eadem ciuitate.* Secunda eſt de morte ſancti Epatchij in fine capitis
viceſimi-quinti. *Per idem tempus*, pace compoſitâ inter Clotarium ex vna

GREGORIVS INTERPOLATVS.

EPISCOPI INCVLISM.

AN. CH. 569. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 8.

parte & Childebertum ac Theodobertum ex altera, *ſanctus Eparchius Pater Egoliſmenſis migrauit ad Chriſtum die primo menſis Iuly.* Tertia morti Marcouefæ in fine capitis triceſimi ſic ſubiicitur. *Eo tempore S. Gregorius Archiepiſcopus Turonenſis magnis virtutibus fulgebat. Per idem tempus S. Germanus Pariſiorum Epiſcopus miſſus à Rege Chariberto Egoliſmam ciuitatem, conſecrauit Baſilicam ſancti Eparchy vbi ipſe nuper ſepultus fuerat; adfuit cum eo venerabilis Gregorius Epiſcopus Turonenſis, & in ipſa Baſilica multa pignora reliquiarum B. Martini Epiſcopi collocantes dedicauerunt eam in eiuſdem B. Martini honore. Denique in altari ipſius ab eodem ſancto Germano atque Gregorio conſecrato ſanctæ Crucis hactenus apparent impreſſa ſignacula. Item in honore ſancti Petri conſecrauerunt Eccleſiam Sedis Epiſcopalis, quam Clodoueus Rex ſupradictus à nouo inchoare iuſſerat deſtructâ priori Sede quam Gothi Arianâ maculatione fœdauerant, in honore ſancti Saturnini, ordinauerúntque in ipſa ciuitate Epiſcopum nomine Mererium, qui in Francia Capellanus Regis fuerat. Aptonius enim nuperrimè obierat in Chriſto.* At Aptonius regnante Clodoueo Pontificatum non iniit. Lupicinus enim eius deceſſor viuebat adhuc anno poſt Clodouei mortem triceſimo, vt patet ex ſubſcriptionibus quarti Concilij Aurelianenſis, quod anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-primo celebratum fuit. Deinde ſanctus Eparchius, quem ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-primum perueniſſe conſtat, Regibus Theodoberto, Childeberto, Clotario & Chariberto diu ſuperuixit. Prætereà Gregorius, qui Turonenſem Præſulatum ante annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-tertium non obtinuit, ſub Chariberto nuſquam ſedit. Denique Germanus Pariſienſis Epiſcopus cum Gregorio Turonenſi Epiſcopo Inculiſmam * haud perrexit, à Gregorij enim ordinatione ad obitum Germani non interceſſit integrum triennium, eóque temporis interuallo bellum aſſiduè geſtum eſt in agro Pariſienſi, itaut probabile nullomodò videatur Germanum ferè octogenarium & pacis inter Reges reconciliandæ ſtudioſiſſimum defuiſſe ſuis ouibus in tanto periculo conſtitutis & Inculiſmam procul abiiſſe. In textibus igitur Ademari ſuprà citatis id vnum veritati conſentaneum deprehenditur quòd Aptonio in Epiſcopatum Inculiſmenſem ſucceſſit Mererius, qui non alius eſt à Marachario cuius mentionem facit interpolator Gregorij. Robertus ſcribit Aptonium ſediſſe annis triginta quinque, id quoque ſtare nequit cum Chronologia quam ſupra ſtabiliuimus, Aptonius enim Præſulatum ante annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-primum adipiſci non potuit.

* *Angouleſme.*

AN. CH. 570. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 9.

ANNVS

CHRISTI 570.

GVNTCHRAMNI R. 9.

CHILPERICI R. 9.

SIGIBERTI R. 9.

INDICTIO 3.

I. CELSVS PATRICIVS MORITVR.

ANNO Chriſti quingenteſimo-ſeptuageſimo, ſiue, vt in Marij Chronico legitur, *anno quarto Conſulatûs Iuſtini Iunioris Auguſti, Indictione tertiâ, mortuus eſt Celſus Patricius,* qui *ſæpiùs Eccleſiarum res auferens,* vt Gregorius Turonenſis [a] obſeruat, *cùm audiſſet quâdam vice Eſaia Propheta lectionem in Eccleſia*

[a] Lib. 4. c. 24.

AN. CH. 570.

ſuburbanum? Væ his qui [illegible] t domum ad domum & agrum ad [illegible] rum copu-
[illegible] loci! exclam[illegible] ſeretur incongruè hoc. Væ mihi [illegible] filiis meis!
[illegible], qui abſque liber[illegible] functus maximam partem facultat[illegible] Eccleſiis,
[illegible], dereliquit. [illegible], de quo multa inferiùs, cùm au[illegible] thor ne-
Hoc [illegible] temporibus Eulali[illegible] nate perculſus eſt à Cautino Arv[illegible]ernorum
[illegible] crederetur, anach[illegible] nti conſignabimus. Eulalium, ita [illegible] ait Gre-
[illegible] obitum anno ſec[illegible] s habet, agebat quidpiam inrat[illegible]biliter.
Epiſcopo, [illegible], ut iuuenilis [illegible] increpatus haberet in eam odium qu[illegible] amare
[illegible] Turonenſis [a], & à matre ſæpiùs [illegible] pùs ſua hæc in oratione frequenter [illegible] incumbe-
Vnde factum eſt ut à [illegible] in Oratorio [illegible] pientibus hæc in oratione cum [illegible] lachrimis
deberas. Denique cùm in [illegible] reperitur. famulis in oratione [illegible], quis hæc
ret, & nocturnas vigilias perſæpè [illegible] fur ad filium. Sed neſcientibus cunctis [illegible] Epiſcopus
expleret, in cilicio quo orabat ſugillat[illegible] unione ſubmouet. Hæc cùm Cautinus [illegible] autem ci-
feciſſet, crimen tamen parricidij [illegible] à Martyris Iuliani, ad pedes Eulalium Epi-
Aruernæ urbis compeiſſes, eum à co[illegible] p à communione remotum. Tunc Epiſcopus
nibus cum Sacerdote ad feſtiuitatem [illegible] ſtare ſolennia. Verùm ubi ad communican-
ſcopi proſternitur, quærens ſe inaud[illegible] acceſſit, ait Epiſcopus. Rumor populi par-
permiſit eum cum cæteris Miſſarum [illegible] Perpetraueris hoc ſcelus, an non, ignoro.
dum ventum eſt, & Eulalius ad altar[illegible] ſtatuo iudicio. Tu verò ſi idoneus es,
ricidam te proclamat eſſe. Ego verò [illegible] Euchariſtiæ particulam, atque impone ori
Idcirco in Dei hoc & beati Martyris [illegible] At ille acceptâ Euchariſtiâ communi-
ut adſeris, accede propiùs, & ſume [illegible] ſibi [illegible]
tuo. Eris enim Deus reſpector conſcientiæ [illegible]
cans abſceſſit.

Ineunte hoc anno Radegundis cum Agnete Abbatiſſa Pictauienſi profecta eſt Arelatem, nam poſtquam lignum Dominicæ Crucis ab Eufronio Turonenſium Antiſtite ſuſcepit, Marouei Pictauienſis Epiſcopi gratiam fruſtrà ſæpiùs quæſiuit, ac neceſſitate tandem commota longinquo itineri ſe commiſit, ut quam piiſſimi quique viri laudabant, Regulam Monialibus à beato quondam Cæſario præſcriptam nanciſceretur. Audi Gregorium Turonenſem [b], qui non modò teſtatur ad hoc uſque tempus ſub regimine Pictauienſium Pontificum fuiſſe Monaſterium, quod Radegundis Pictauij Clotario Principatum tenente conſtruxit, ſed & expoſitione variorum negotiorum, quæ Sigiberto Pictauij poſt Charibertum regnante & Marouco Pictauienſem Epiſcopatum regente geſta ſunt, egregiè noſtram confirmat Chronologiam quoad obitum Chariberti Regis & quoad res Pictauienſes, poſt eiuſdem Chariberti mortem hactenus recenſitas. *Tempore*, inquit, *Chlotharij Regis, cùm beata Radegundis hoc Monaſterium inſtituiſſet, ſemper ſubiecta & obediens cum omni Congregatione ſua anterioribus fuit Epiſcopis. Tempore verò Sigiberti, poſtquam Marouenus Epiſcopatum urbis adeptus eſt, acceptis epiſtolis Sigiberti Regis pro fide ac deuotione Radegundis beata, in partes Orientis Clericos deſtinat pro Dominicæ Crucis ligno ac ſanctorum Apoſtolorum cæterorúmque Martyrum reliquiis. Qui euntes, detulerunt hæc pignera. Quibus delatis petiit Regina Epiſcopum, ut cum honore debito grandique pſallentio, in Monaſterium locarentur. Sed ille deſpiciens ſuggeſtionem eius, aſcenſis equitibus *, villæ ſe contulit. Tunc Regina iteratò ad Regem Sigibertum direxit, deprecans ut iniunctione ſuâ quicumque ex Epiſcopis hæc pignera cum illo quo decebat honore, votúmque eius expoſcebat, in Monaſterium collocaret. Ad hoc enim opus beatus Eufronius urbis Turonicæ Epiſcopus iniungitur. Qui cum Clericis ſuis Pictauum accedens, cum grandi pſallentio, & cereorum micantium ac thymiamatis adparatu, ſancta pignera abſente loci Epiſcopo in Monaſterium detulit. Poſthæc cùm Pontificis ſui ſæpiùs gratiam quæreret, nec poſſet adipiſci, neceſſitate commota cum Abbatiſſa ſua, quam inſtituerat, Arelatenſem urbem expetunt, de qua Regulâ ſancti Cæſarij atque Cæſariæ beatæ ſuſceptâ, Regis ſe tuitione munierunt, ſcilicet quia in illum, qui Paſtor eſſe debuerat, nullam curam defenſionis ſuæ poterant reperire.*

III. RADEGVNDIS IT ARELATEM.

[b] Lib. 9. c. 40.

* Equitibus, pro equis.

SVSCIPIT REGVLAM S. CÆSARII.

IV. LAVDATA A PATRIB. CONCIL. TVRON.

Cur hoc anno Regulam, quam ſanctus Cæſarius Arelatenſis quondam

Margin notes (upper): GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 9. 11. EVLALIVS EXCOMMVNIC. [a] Lib. 10. c. 8.

AN CH. Antiſtes Monialibus præſcripſerat, Monachæ Pictauienſes obſeruandam ſuſceperint, hæc ratio præcipuè poteſt afferri, quòd in literis ad Radegundem laudata reperiatur ab Epiſcopis Eufronio Turonenſi, Prætextato Rotomagenſi, Germano Pariſienſi, Felice Nannetenſi, Domitiano Andegauenſi, Victorio Redonenſi & Domnolo Cenomanenſi, qui Turonenſe Concilium ante quadriennium cum duobus aliis Pontificibus Calterico Carnotenſi & Leudebaude Sagienſi celebrarant. Exemplar epiſtolæ apud Gregorium Turonenſem ita legitur [a]. *Dominæ beatiſſimæ & in Chriſto Eccleſiæ filiæ Radegundi, Eufronius, Prætextatus, Germanus, Felix, Domitianus, Victorius & Domnolus Epiſcopi. Sollicita ſunt iugiter circa genus humanum immenſa diuinitatis prouiſura remedia, nec ab aſſiduitate beneficiorum ſuorum quocumque loco vel tempore videntur aliquando ſeiuncta, cùm pius rerum arbiter tales in hæreditate cultura Eccleſiaſticæ perſonas vbique diſſeminat, quibus agrum eius intentâ operatione fidei raſtro colentibus, ad felicem centeni reditum diuinâ temperie Chriſti ſeges valeat peruenire. Tantùm igitur benignitatis eius ſe paſſim diſpenſatio profutura diffundit, vt illud nuſquam deneget quod prodeſſe multis agnoſcit. Quarum perſonarum exemplo ſanctiſſimo cùm indicaturus aduenerit, habeat in plurimus quod coronet. Itaque cùm ipſo Catholicæ Religionis exortu cœpiſſent Gallicanis in finibus venerandæ fidei primordia reſpirare, & adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia perueniſſent Trinitatis Dominicæ ſacramenta, ne quid hîc minùs adquireret quàm in orbis circulo prædicantibus Apoſtolis obtineret, beatum Martinum peregrina de ſtirpe ad inluminationem patriæ dignatus eſt dirigere, miſericordiâ conſulente. Qui licèt Apoſtolorum tempore non fuerit, tamen Apoſtolicam gratiam non effugit. Nam quod defuit in ordine, ſuppletum eſt in mercede, quoniam ſequens gradus illi nihil ſubtrahit, qui meritis antecellit. Huius quoque, reuerentiſſima filia, in vobis congratulamur redimina ſurgere ſupernæ dilectionis exempla, propitiatione diuinâ. Nam declinante tempore ſeculi vetuſtate, veſtri ſenſûs certamine fides reuireſcit in flore, & quod veterno tepuerat algore ſenectæ, tandem feruentis animi rurſus incaleſcat ardore. Sed cùm penè eadem veneris ex parte, quà beatum Martinum huc didicimus acceſſiſſe, non eſt mirum, ſi illum imitari videaris in opere, quem tibi ducem credimus itineris extitiſſe, vt cuius es ſecuta veſtigia, felici voto compleas & exempla, & beatiſſimum virum in tanto tibi facias eſſe ſocium in quantum partem refugis habere de mundo. Cuius opinionis radio pramicante, ita reddis audientium pectora cæleſti fulgore ſuffuſa, vt paſſim prouocati puellarum animi diuini ignis ſcintillâ ſuccenſi, raptim feſtinent auidè in charitate Chriſti fonte veſtri pectoris irrigari, & relictis parentibus te ſibi magis eligant quàm matrem. Facit hoc gratia, non natura. Igitur huius ſtudij vota videntes, gratias clementiæ ſupernæ referimus, qui voluntates hominum ſuæ facit voluntati connecti, quoniam confidimus quas apud vos iubes colligi, ſuo vult amplexu ſeruari. Et quia quaſdam comperimus diuinitate propitiâ de noſtris territoriis ad inſtitutionem veſtræ Regulæ deſiderabiliter conuolaſſe, inſpicientes etiam veſtræ petitionis epiſtolam libenter à nobis exceptam, hoc Chriſto auctore & remediatore firmamus, vt licèt omnes æqualiter, quæ ibi conueniunt, in Domini charitate manſuræ, debeant inuiolabiliter cuſtodire quod videntur libentiſſimo animo ſuſcepiſſe, quoniam contaminari non debes Chriſto fides cælo teſte promiſſa, vbi non leue ſcelus eſt templum Dei, quod abſit, pollui, vt ab eo poſſit irâ ſuccedente diſperdi. Tamen ſpecialiter definimus, ſi qua, ſicut dictum eſt, de locis ſacerdotaliter noſtræ gubernationi Domino prouidente commiſſis, in Pictauina ciuitate veſtro Monaſterio meruerit ſociari, ſecundùm beatæ memoriæ Domini Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi conſtituta, nullâ ſit vlteriùs diſcedendi licentia, quæ, ſicut continet Regula, voluntate proditâ videtur ingreſſa, ne vnius turpi dedecore ducatur in crimine, quod apud omnes emicat in honore. Et ideo, ſi, quod auertat Deus, aliqua inſanæ mentis inlicitatione ſuccenſa, ad tanti obprobrij maculam præcipitare ſuam voluerit diſciplinam, gloriam & coronam, vt inimici conſilio, ſicut Eua eiecta de Paradiſo, per qualemcumque de clauſtris ipſius Monaſterij, immò de cæli regno exire pertulerit, mergenda & conculcanda vili platea-*

570.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 9.

[a] Lib. 9. c. 39.

[illegible] à communione [illegible]
[illegible] Christo relicto, hom[illegible]
[illegible], sed etiam ill[illegible]
[illegible] maritum, vel quisq[illegible]
[illegible] simili ultione, fic[illegible]
[illegible] donec separatione
[illegible], à loco quo egressa fuerat,
[illegible] quandoque succ[illegible]
[illegible]. Et si, quo[illegible]
[illegible] adstricta [illegible] deliberatio continet, rel[illegible]
[illegible] causatores, quia communis [illegible]
inuiolabiliter obseruetur. Quod nos[illegible]
[illegible], propria manûs subscriptione [illegible]
[illegible] auspice duraturum. Sancti Cæsar[illegible]
ad Radegundem literis nituntur [illegible]
relictis parentibus suis sæculo renunt[illegible]
spiritualium luporum fauces Deo adiuua[illegible]
sterio non egrediatur. Totam sancti [illegible]

[illegible] nostra, diri anathematis vulnere f[illegible]iatur, ita
[illegible] voluerit nubere, diabolo capina[illegible]e, non so-
[illegible] et coniunctus est, turpis adul[illegible] & potiùs
[illegible], ut hoc fieret, venenum magis [illegible]àm consi-
[illegible] illa dictum est, cælesti iudicio, [illegible]bis optan-
[illegible]tà, per competentem execrandi [illegible] minus per-
[illegible]cipe meruerit & adnecti. Adici[illegible]tes etiam,
[illegible]ri sunt Sacerdotes, similis condem[illegible]tioni te-
non credimus, aliquid ipsi volue[illegible] alter,
[illegible]are, nouerint se nobiscum æterno iudice defi-
[illegible] instructio, si quod Christo promittitur
determinationis decretum pro firmitatis in-
[illegible]mus roborandum, perpetualiter à nobis Chri-
[illegible]extus, quo Prælaudati Pontifices in illis
[illegible]alis, & est in Regula a Monialium. Si qua
[illegible] & sanctum ouile voluerit introire, ut spi-
possit euadere, usque ad mortem de Mona-
[illegible]sarij Regulam fusè explicuimus Tomo
primo b quem consule.

a Cap. 1.

b Ad an. 516. n. 46. & seqq.

V. CHLOTSINDA REG. LANGOB. MORITVR.

Hisce temporibus, cùm Alboinus Langobardorum Rex in Italia latè iam dominabatur, obiit eius uxor Chlotsinda, quæ Regum Francorum soror erat. Inter Arrianos vixit Catholica, sæpéque hortata est Alboinum vt Orthodoxam fidem amplecteretur. Laudatur plurimùm in literis sancti Nicetij Treuirensis Episcopi suprà citatis c. Vnicam Alboino filiam peperit, nomine Albisindam, cuius meminit Paulus in Gestis Langobardorum d.

c An. 565. n. 7.

d Lib. 1. c. 18. l. 2. capp. 15. 16.

ANNVS

CHRISTI	571.	
GVNTCHRAMNI	R. 10.	
CHILPERICI	R. 10.	
SIGIBERTI	R. 10.	
INDICTIO	4.	

571. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 10.

I. LVES VASTAT ARVERNIAM.

ANNO quinto Consulatus Iustini Iunioris Augusti, Indictione quarta, id est, anno Christi quingentesimo septuagesimo-primo, infanda infirmitas atque glandula, cuius nomen est pustula, in Italia & Gallia innumerabilem populum deuastauit. Ita scribit Marius in suo Chronico. Hoc morbo in Gallia laborarunt præcipuè Aruerni, quorum calamitatem apud Gregorium Turonensem e multa signa præcedunt. Ante cladem Aruernam, inquit, magna regionem illam prodigia terruerunt. Nam plerumque tres aut quatuor splendores magni circa Solem apparuerunt, quod rustici Soles vocabant dicentes, ecce tres vel quatuor Soles in cælum. Quadam tamen vice in Kalendis Octobribus ita Sol obscuratus apparuit, ut nec quarta quidem pars in eodem lucens remaneret, sed teter atque decolor apparens quasi saccus videbatur. Nam & stella, quam quidam Cometen vocant, radium tanquam gladium habens super regionem illam per annum integrum apparuit, & cælum ardere visum est, & multa alia signa apparuerunt. In Ecclesia verò Aruerna dum matutina celebrarentur vigiliæ, in quadam festiuitate auis coredallus, quam alaudam vocamus, ingressa, omnia luminaria, quæ lucebant, alis superpositis cà

e Lib. 4. c. 31.

Digitized by Google

AN. CH. 571. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 10.

in ſerrata velocitate extinguit, vt putares ea in vnius hominis manu poſita, aquâ fuiſſe ſubmerſa. In ſacrario autem ſub velo tranſiens, cicindelum extinguere voluit, ſed ab oſtiariis prohibita atque occiſa eſt. Similiter & in Baſilica beati Andreæ de lychnis lucentibus aui alia fecit. Iam verò adueniente ipsâ clade, tanta ſtrages de populo per totam regionem illam facta eſt, vt nec numerari poſſit, quanta ibidem ceciderint legiones. Nam cùm iam ſarcophagi aut tabulæ defeciſſent, decem aut eo amplius in vnam humi foſſam ſepeliebantur. Numerata ſunt autem quâdam Dominicâ in vnam beati Petri Baſilicam trecenta defunctorum corpora, erat enim & ipſa mors ſubita. Nam naſcente in inguine aut in aſcella vulnere in modum ſerpentis, ita inficiebatur homo ille à veneno, vt die alterâ aut tertiâ ſpiritum exhalaret. Sed & ſenſum vis illa veneni auferebat ab homine. Tunc & Cato Presbyter mortuus eſt. Nam cùm de hac clade multi fugiſſent, ille tamen populum ſepeliens, & Miſſas viriliter dicens, numquam ab eo loco diſceſſit. Hic autem Presbyter multa humanitatis & ſatu dilector pauperum fuit, & credo, hæc cauſa ei, ſi quid ſuperbia habuit, medicamentum fuit. Cautinus autem Epiſcopus, cùm diuerſa loca hanc cladem timens circuiſſet, ad ciuitatem regreſſus eſt, & hac incurrens, Paraſceuen Paſſionis Dominicæ obiit. Nam ipsâ horâ & Tetradius conſobrinus eius mortuus eſt. Tunc & Lugdunum, Bitorix, Canillonum * atque Diuio * ab hac clade valdè depopulata ſunt.*

* Bourges. * Chalon ſur Saone. * Dijon.

II. Luc illâ inguinariâ ſæuiente, diabolus ſanctum Martinum mentitus oblationes, quibus populum ſaluandum fingebat, Leubellæ cuidam fœminæ nequiter obtulit, hæ verò cùm delatæ fuiſſent ad Patroclum Preſbyterum, qui vitam eremiticam apud Mediocantum in Biturico termino ducebat, non solùm reuelante Spiritu ſancto euanuerunt, verùm etiam ipſe incentor malorum ſancto teterrimus apparens, quæ fraudulenter geſſerat confeſſus eſt. Lege Gregorium Turonenſem in vitis [a] Patrum. Idem Author quid ſibi ſuiſque famulis tunc acciderit, enarrat libro ſecundo [b] de gloria Martyrum. *Ego, inquit, Briuatenſem * vicum expetij, ſcilicet vt qui meritis tutari nequibam, beati Iuliani Martyris ſaluarer præſidio, in quo dum commorarer vico, vnus puer ex noſtris ab hoc morbo corripitur, reclinatóque ad lectulum capite grauiter agere cœpit. Erat autem febris aſſidua cum ſtomachi pituita, ita vt ſi aliquid acciperet, confeſtim reiiceret, nec erat eò cibus confortatio, ſed magis exitus putabatur. Denique mei cùm viderent eum in extrema vexari, ariolum quendam inuocant. Ille verò venire non differens, acceſſit ad ægrotum, & artem ſuam exercere conatur. Incantationes immurmurat, ſortes iactat, ligaturas collo ſuſpendit, promittit viuere quem ipſe mancipauerat morti. Hæc autem me neſcio agebantur. Quæ cùm mihi delata fuiſſent, amariſſimè reddor, & cum graui ſuſpirio illud refero, quod Dominus per Heliam Prophetam Oziæ Regi pronuntiat dicens. [Quia dereliquiſti Dominum Deum Iſraël, & conſuluiſti Deum Acharon, ideo de lectulo in quo aſcendiſti non conſurges, ſed morte morieris.] Nam iſte poſt aduentum arioli validiùs febre ſuccenſus, ſpiritum exhalauit. Cuius poſt obitum interpoſitis paucis diebus puer alius ſimili laborare cœpit incommodo. Tunc ego eis inquio. Accedite ad Martyris tumulum, & aliquid exinde ad ægrotum deportate, & videbitis magnalia Dei, atque cognoſcetis quid ſit inter iuſtum & iniuſtum, & inter timentem Deum & non ſeruientem illi. Accedentes autem, parumper pulueris circa ſepulchrum iacentis ſuſtulerunt, de quo vt hauſit infirmus cum aqua, protinus adſecutus eſt medicinam, recuperatíſque viribus ac reſtinctâ febre conualuit.* Hæc Gregorius, qui deinde Chriſtianos omnes apoſtrophe pereleganti ſic alloquitur. *Intelligite ergo nunc ô omnes qui inſipientes eſtis in populo, & poſtquàm iſta diſcuſſeritis, ſcitote quia nihil ſunt quæ ad ſeducendum humanum genus diabolus operatur. Ideo moneo vt ſi quis vexillo Crucis ſignatus, ſi quis baptiſmi ablutione mundatus, ſi quis vetuſtate depoſitâ in nouo nunc homine viget, talia poſtponat ac negligat; quærat autem patrocinia Martyrum, per quos ſanitatum miracula celebrantur; poſtulet adiutoria Confeſſorum, qui meritò amici ſunt Domini nuncupati, & quæ voluerit obtinebit.*

[a] Cap. 9. [b] Cap. 45. * Brioude. RELIQVIÆ S. IVLIANI.

III. Cautino ſucceſſit in Aruernorum Epiſcopatum Auitus, cui Fortunatus

AN. CH. 571.

GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 10.

multa Carmina [a] tranſmiſit. Ab illo Pontifice Diaconatûs ac Preſbyterij gradum ſortitus eſt Caluppanes recluſus, qui teſte Gregorio Turonenſi [b], multo populo, diuerſis vexatis morbis, remedia contulit. *Nulli tamen cellulam egreſſus ſe prebuit contemplandum. Niſi tantùm per feneſtellam extendens manum, ſalutare ſignaculum imponebat, & ſi à quoquam viſitatus fuiſſet, ad hanc accedens ſpeculam, orationem colloquiúmque præbebat.*

Hoc anno Leobardus relictâ Aruerniâ in Turoniam profectus eſt, & viam *carpens oratione comite, vt Gregorius Turonenſis* [c] *in eius vita ſcribit, ſancti Martini Baſilicam eſt ingreſſus, circa quam paucis diebus commoratus tranſito amne ad cellulam Maiori Monaſterio propinquam, de qua Alaricus quidam receſſerat, deuotus acceſſit. At verò interpoſito pauci temporis ſpatio humilem ſe tantúmque prabuit, vt honoraretur ab omnibus, acceptóque ſarculo cellulam in qua ingreſſus fuerat, incidens lapidem, ampliauit. In qua cellula delectabatur ieiuniis, orationi, pſallentio, lectioni, nec vnquam à diuinis officiis & oratione ceſſabat, ſcribebat interdum vt ſe à cogitationibus noxiis diſcuteret.* Ibi vixit annos viginti duos, obiit enim menſe Ianuario, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio, vt alibi probabimus cùm rationem noſtræ Chronologiæ quoad illius ætatem reddemus. Interim audi quomodo Deus compunxit cor eius, vt ad diuinum cultum relicto ſeculo manciparetur. *Beatiſſimus Leobardus*, inquit idem Auctor, *Aruerni territorij indigena fuit, genere quidem non Senatorio, ingenuus tamen, qui ab initio Deum in pectore tenens, cùm non floreret natalibus, glorioſis meritis præfulgebat, qui tempore debitu cum reliquis pueris ad ſcholam miſſus quæpiam de Pſalmis memoria commendauit, & neſciens ſe Clericum futurum eſſe, ad Dominicum parabatur innocens miniſterium. Sed cùm ad legitimam perueniſſet ætatem, cogentibus iuxta conſuetudinem humanam parentibus, vt arrham puellæ quaſi vxorem accepturus daret, impellitur; dato ſponſa annulo porrigit oſculum, calciamentum præbet, celebrat ſponſalia diem feſtum. Interea genitor & genitrix mortis ſomno ſopiti migrauerunt à ſæculo, vita præſentis curriculo iam expleto. Hic verò cum germano tempore luctûs expleto, oneratus donis nuptialibus, fratris pergit ad domum, quem in tantùm reperit vino madidum, vt nec cognoſceret, nec reciperet propriæ in domo germanum. Ille verò ſuſpirans & lachrymans ſeceſſit in partem, & venit ad tugurium, in quo fœnum fuerat adgregatum, ibíque colligatum præbens equitè* [*] *pabulum, decubuit ſuper fœnum ad quieſcendum. Expergefactus autem mediâ nocte ſurgit de ſtratu ſuo, erectíſque ad cælum manibus gratias agere cœpit omnipotenti Deo, quòd eſſet, quòd viueret, quòd aleretur donis eius, & cùm diem terris reddere lux diurna cœpiſſet, aſcenſo equite* [*] *cœpit ad hoſpitium ſuum reuerti, cúmque per viam iam alacris pergeret, voluere intra ſe cœpit quid ageret, quò abiret, dixítque, expetam Martini beati tumulum, vnde procedit virtus alma ſuper infirmos*, idque præſtitit eo quò ſuperiùs narratum eſt modo.

CALVPPANES RECLVSVS.

IV.

LEOBARDVS RENVNTIAT SECVLO.

[a] Lib. 3. carm. 24.25.26.
[b] De vit. patr. c. 11.
[c] De vit. patr. c. 20.
[*] Equite, id eſt, equo.

V.

Prorumpentibus Langobardis in Gallias, Amatus Patricius, qui nuper Celſi ſucceſſor extiterat, contra eos abiit, commiſſúmque bellum, terga vertit, tantúmque tunc ſtragem Langobardi feruntur feciſſe de Burgundionibus, vt non poſſit colligi numerus occiſorum, oneratóque prædâ diſceſſerunt iterum in Italiam. Quibus diſcedentibus Eunius qui & Mummolus, arceſſitus à Rege Patriciatûs culmen meruit. Irruentibus iterum Langobardis in Gallias, & vſque Muſticas Calmes incedentibus quod adiacet ciuitatem Ebredunenſem, Mummolus exercitum mouet, & cum Burgundionibus illuc proficiſcitur, circumdatiſque Langobardis cum exercitu, factíſque concidibus, per deuia ſyluarum irruit ſuper eos, multos interfecit, nonnullos cepit & Regi direxit. Quos ille per loca diſperſos cuſtodire præcepit, paucis quodammodo per fugam lapſis, qui patriæ nuntiarent. Fuerúntque in hoc prælio Salonius & Sagittarius fratres atque Epiſcopi, qui non cruce cæleſti muniti, ſed galeâ ac loricâ ſæculari armati, multos manibus propriis (quod peius eſt) interfeciſſe referuntur. Huc vſque Gregorius Turonenſis [d]. Salonius Ebredunenſium Epiſcopus erat, Sagittarius Vapingenſium. Regnabat tunc apud Longobardos

LONGOBARDI IRRVMPVNT IN GALLIAS.

VINCVNTVR A FRANCIS.

[d] Lib. 4. capp. 36.37.

AN. CH. 571. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 10.

Alboinus. Errant Fredegarius [a] & Aimoinus [b], dum prædictas irruptiones ſeriùs referunt, ille ſub Clip ſeu Clepeo aut Clebo qui regnum Langobardorum poſt Alboinum tenuit, hic poſt Clepi necem, cùm Langobardi ſub poteſtate Ducum exiſterent.

a Hiſt. epit. capp. 67. 68.
b Lib. 3. c. 17.

VI. Ætherius Altiſſiodorenſis Epiſcopus ad Deum migrauit ſexto Kalendas Auguſtas, poſtquàm ſediſſet annos ſex, vt Baronius illo die teſtatur in notis ad Martyrologium Romanum. Demochares [c] eius Præſulatum vltra decennium protraxit, ab hac ſententia recedere cogimur, quoniam Anacharius, qui beato Ætherio ſucceſſit, Concilio Pariſienſi ſubſcripſit anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio. Anacharius, Aunacharius, Aunaharius, Aunaarius, Aunarius, Augarius, Anguarius, Autmarius & Autmacharius dictus reperitur, corruptè Macarius in vita ſancti Walerici. *Genere nobilis,* inquit Monachus Altiſſiodorenſis, *cùm adoleſcens in Palatio Guntranni Regis moraretur, poſtpoſitâ ſeculari pompâ Clericatûs aſſumpſit officium, & exinde Siagrium expetiit Auguſtodunenſem Epiſcopum, virum ſanctitate & doctrinâ præclarum. Huius eruditione & exemplo apprimè informatus tandem creſcentibus meritis ad Antiſſiodorenſis Eccleſiæ regimen eſt aſſumptus, vbi multo tempore multis virtutibus floruit, & eandem Eccleſiam multis auxit prædiis, multis illuſtrauit ſalubribus inſtitutis.*

c De Miſſ. ſacrif. c. 19.
ANACHARIVS EP. ALTISSIODOR.

VII. Ebrulfus, qui Monachum agebat in Diœceſi Baiocenſi, relicto Monaſterio, vt Gemmeticenſis docet, *cum tribus Monachis in eremum profectus eſt, ibi quippe putabat ſe poſſe homines latere, & cum diabolo per auxilium Dei fortiùs pugnare. Qui dum flexis genibus Deum deuotè obſecraret, vt aptum manſionis locum ſibi monſtraret, Angelus à Deo miſſus ei affuit, eumque Vticum * perduxit. Præfatus autem ſeruus Dei, regnantibus Hilperico & Sigiberto Clotharij filiis, illic Cœnobium condidit.* Hæc acta ſunt poſt obitum Chariberti Regis, nam ſi ſuperſtes inter viuos tunc fuiſſet, eius nomen hîc non omitteretur, quia Baiocis, Oximi *, Vtici, & in tota vicinia regnabat. Fallitur Vitalis [d] cùm ſeriùs hoc opus poſt mortem Sigiberti differt, *dum Hilpericus & Childebertus nepos eius Francis imperabant*, nec ſibi conſtat, nam alibi [e] ſcribit complures Monachos Vticenſes elapſo anno viceſimo-ſecundo ab ingreſſu Ebrulfi in eremum peſte ſublatos eſſe, cùm ipſe Ebrulfus Abbas Cœnobium adhuc regeret, ab anno autem Incarnationis Dominicæ quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto, quo Childebertus Sigiberti patris loco regnare cœpit, ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum, quo beatus Ebrulfus ad Deum migrauit, effluxerunt anni duntaxat vnus & viginti.

EBRVLFVS SECEDIT IN EREMVM.
* Ouche.
* Hieſmes.
d Lib. 3.
e Lib. 6.

VIII. Ebrulfus cum tribus ſociis è Monaſterio Baiocenſis territorij per Oximenſem pagum iter in Vticenſem ſyluam habuit, vt Anonymus [f] in illius vita teſtatur, & ex Anonymo ſic Ordericus [g]. *Cùm ob ſanctitatis gratiam cœpiſſet glorioſus Confeſſor Ebrulfus à fratribus honorari, caſum elationis metuens incurrere, accitis ſecum tribus Monachis, quos ſibi familiari collocutione coniunxerat, & ad id perfectionis certamen promptiores cognouerat, vtpote ſolius Dei contemplationi volens incumbere, ſumma cum velocitate ſtuduit heremum expetere. Quì per Oximenſem pagum in locum, qui Mons-fortis dicitur, venerunt, ibique quia locus amœnus ſyluis & fontibus abundabat, hoſpitati ſunt, & aliquandiu ſolitariam vitam ducentes ſanctè vixerunt.* Manſerunt illic vno duntaxat anno, nam Ordericus peſtem graſſatam ait *elapſo anno viceſimo-ſecundo inchoationis eorum in ipſa heremo*, Anonymus verò *cùm annos viginti & vnum in Vticenſi Monaſterio habitaſſent.*

f Apud Sur. d. 29 Dec.
g Lib. 6.

ANNVS CHRISTI 572.
GVNTCHRAMNI R. 11.
CHILPERICI R. 11.
SIGIBERTI R. 11.
INDICTIO 5.

AN. CH. 572. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 11.

ANNO Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo, quantùm ex Hiſtoria Gregorij Turonenſis [a] colligi poteſt, *Saxones, qui cum Langobardis in Italiam venerant, iterum prorumpunt in Gallias, & infra territorium Regenſem, id eſt, apud Stablonem * villam caſtra ponunt, diſcurrentes per villas vrbium vicinarum, diripientes prædas, captiuos abducentes, vel etiam cuncta vaſtantes. Quod cùm Mummolus comperiſſet, exercitum mouet, irruénſque ſuper eos, multa ex his millia interfecit, & vſque ad veſperum cadere non deſtitit, donec nox finem faceret. Ignaros enim repererat homines, & nihil de his quæ acceſſerunt æſtimantes. Mane autem facto ſtatuunt Saxones exercitum, præparantes ſe ad bellum. Sed intercurrentibus nunciis, pacem fecerunt, datiſque muneribus Mummolo, relictâ vniuersâ regionis prædâ, cum captiuis diſceſſerunt. Iurantes priùs quòd ad ſubiectionem Regum ſolatiúmque Francorum redire deberent in Gallijs.* Anno ſequenti agemus de illorum reditu in agros, vnde priùs egreſſi fuerant vt Longobardis ſe ſociarent. Interim Rex Longobardorum Alboinus, cùm in Italia tres annos ac menſes ſex regnaſſet, extinctus eſt hoc anno, Conſulatûs Iuſtini Iunioris Auguſti quarto, Indictione quintâ, vt Marius in ſuo Chronico teſtatur. Albiſinda, quam ex Chlotſinda Clotarij Francorum Regis filia ſuſceperat, Rauennam primùm, deinde Conſtantinopolim abducta eſt [b]. I.

[a] Lib. 4. c. 37.

SAXONES PROFLIGANTVR.

* Stablon au Dioceſe de Riez.

ALBOINVS REX LONGOB. OBIT.

[b] Paul. lib. 2. capp. 15. 16.

Tetricus Lingonenſis Epiſcopus obiit hoc anno, cùm ſediſſet annis tribus ac triginta, vt in eius epitaphio docet Fortunatus [c]. II.

[c] Lib. 4. c. 3.

Palma Sacerdotij venerande Tetrice cultu,
Te patria ſedes, nos peregrina tenet.
Te cuſtode pio nunquam lupus abſtulit agnum,
Nec de fure timens paſtua carpſit ouis.
Sex qui luſtra gerens & per tres inſuper annos
Rexiſti placito Paſtor amore gregem.
Summus amor Regum, populi decus, arma parentum,
Eccleſiæ cultor, nobilitatis honor.
Eſca inopum, tutor viduarum, cura minorum,
Omnibus officiis omnia Paſtor eras.

TETRICVS EP. LINGON. OBIT.

In Martyrologij Gallicani ſupplemento celebris eſt ſancti Tetrici memoria decimoquinto Kalendas Aprilis, lege de illius ſepultura Chronicon ſancti Benigni Diuionenſis ſub initium. III.

De ſancti Tetrici ſucceſſoribus hæc leguntur in vulgata Hiſtoria [d] Gregorij Turonenſis. *Tranſeunte beato Tetrico, hic, nempe Silueſter, tonſo capite presbyter ordinatur, acceptâ omni poteſtate de rebus Eccleſiæ, qui verò vt benedictionem Epiſcopalem Lugduni accipiat, iter parat. Quæ dum aguntur, ipſe quia iamdiu epilepticus erat, ab hoc morbo correptus, & ſperitus extra ſenſum factus, & per dies duos aſſiduè dans mugitum, tertiâ die ſpiritum exhalauit.* Hic Silueſter inſtigante Petro Diacono, qui Gregorij Turonenſis poſt Epiſcopi frater exci- IV.

[d] Lib. 5. c. 5.

SVCCESSORES.

SILVESTER.

AN. CH. 572. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 12.

tic, a Lingonenſibus expetitus fuerat in Pontificem, poſtquàm fama detulerat Mondericum Lugduno fugâ lapſum profugiſſe in Sigiberti regnum, vbi Deo carius patruus Ariſitenſem Præſulatum gerebat. Erant autem veteres inimicitiæ Petro Diacono cum altero Diacono cui nomen Lampadius. Hæc odij cauſa proditur. *Conſeneſcente beato Tetrico Eccleſiæ Lingonicæ Sacerdote, cùm Lampadium Diaconum (quem creditorem habuit) deiecißet, & Petrus Diaconus diurna pauperibus, quos ille malè ſpoliauerat, opitulari cupiens conſenſiſſet in eius humiliationem, odium ex hoc incurrit.* Siluester, priuſquàm Epiſcopus acclamaretur, duxerat vxorem, ex eáque filium ſuſceperat. Poſt obitum Siluestri, *Lampadium (vt ſuperiùs diximus) ab honore & facultate priuatus in odio Petri Diaconi, cum filio Silueſtri coniungitur, mochinans atque confirmans patrem ſuum ab ipſo fuiſſe maleficiis interfectum. At ille ætate iuuenis, ſenſu leuis, contra eum commotus eſt, ipſum impetens publicè parricidam. Porrò ille hæc audiens, facto placito in præſentia ſancti Nicety* * *Epiſcopi Lugdunum dirigitur, & ibi Siagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi coràm adſtante & aliis Sacerdotibus multis cum ſecularium Principibus, ſe ſacramento exuit, nunquam ſe in mortem Silueſtri mixtum fuiſſe.* Quem exitum habuerit hæc diſcordia, dicemus poſt biennium. Interim hoc anno, *Silueſtri poſt tranſitum, Lingonici iterum Epiſcopum flagitantes, Pappolum, qui quondam Archidiaconus Auguſtodunenſis fuerat, accipiunt.*

* S. Nicier.

ET PAPPOLVS.

V. GREGORIVS INTERPOLATVS.

Vulgatum caput quintum libri quinti Gregoriani, vnde hæc exſcripta ſunt, non eſt Gregorij. Duæ res potiſſimùm, vt ita ſentiamus, nos adducunt. Prima petitur à Codicibus, Bellouacenſi, Corbeienſi ac Metenſi, in quibus hoc caput deſideratur. Altera ſumitur ex acri diſſidio quod prædicto capite Gregorium Turonenſem Epiſcopum inter ac Felicem Namnetenſem Præſulem depingitur, aſſeritúrque ortum ex cauſa prorſus iniuſta quæ Felicis Epiſcopi ſanctitati penitus repugnat. Nec huic capiti fidem conciliant vndequinquageſimum libri quinti & decimum-quintum libri ſexti, quæ verſantur in eadem materia, & Felicem Antiſtitem ſæpè redarguunt, abſunt enim à Codicibus Corbeienſi ac Metenſi, nec eò vſque perducitur Bellouacenſis. Quamuis autem tria illa capita in Gregorio delenda cenſeamus, à veritate non arbitramur aliena quæ de Lingonenſibus atque Ariſitenſibus Epiſcopis, déque Lampadio & Petro Diaconis ſuprà retulimus. Cetera inferiùs examinabimus ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-quartum, quo Petrus Gregorij frater interfectus eſt; ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-ſextum, quo Felix Gregorio literas opprobriis plenas ſcripſiſſe fertur; & ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſecundum, quo Felix in morbum dicitur incidiſſe ac cogitaſſe de ſubſtituendo ſucceſſore, qui nepos illius erat & Pontificalibus infulis omnino indignus.

VI. SILVESTER ABBAS REOMAENSIS.

Pappolus, qui ſedere cœpit hoc anno, Diœceſim Lingonenſem rexit annis octo. Ad huius Pontificis tempora perueniſſe creditur Siluester Abbas Reomaenſis, floruit enim *longæuo tempore* vt tabulæ Reomaenſes apud Petrum Rouerium teſtantur, & Mummolus qui præfecturam Cœnobij poſt eum geſſit, ipſimet Pappolo ſucceſſit in Epiſcopatum Lingonenſem, diuturnóque gauiſus eſt Præſulatu. Fortunatus in ſancti Germani vita mentionem facit cuiuſdam Clerici, quem Siluester Abbas Reomaenſis à debilitate pedum, & Germanus Epiſcopus Pariſienſis à debilitate manuum curarunt, & vtrumque miraculum ſic exponit. *Quidam Clericus de iuxta Monaſterium B. Silueſtri in Tornodorenſi* *, *cùm die Dominicâ, vt loquimur ex conſuetudine, caligas circinaſſet, debilitatem manuum ac pedum incurrit. Sed per beatum Silueſtrum greſſuum recepit officium. Deinde per ſoporem admonitus occurrit Pariſiis ſancto Germano poſcens reliquum ſalutis compendium. A quo interrogatus, cauſam culpæ confeſſus eſt. Tunc imperat ſanctus clamare per populum, ne quis temerè die Dominico operaretur, cui, quinto die tranſacto, ſuperfuſo oleo palma erigitur, & ſic ad propria cum libertate eundi dimittitur.* Obiit ſanctus Siluester decimo-ſeptimo Kalendas Maias & ſepultus eſt in Eccleſia ſancti Ioannis. Colitur in Martyrologiis

* le Tonnerrois.

Gallicano

Gallicano & Benedictino. Cur in hoc Monachus tantùm non Abbas dicatur, cùique aſcribatur Ordini ſancti Benedicti, non capimus. Rexit enim Monaſterium Reomaenſe, vt ex Hiſtoria illius Cœnobij conſtat, & diſcipulus fuit ſancti Ioannis Abbatis, qui Monaſterium Reomaenſe condidit, vitámque clauſit priuſquam ſancti Benedicti nomen in Galliis audiretur.

AN. CH. 572. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR 11. VII. MONAST. S VINCENTII CENOMAN. CONDITVR.

Hoc anno dicatum necnon egregiè dotatum fuit Monaſterium, quod Domnolus Epiſcopus in ſuburbio Cenomanicæ ciuitatis in honorem ſanctorum Martyrum Vincentij & Laurentij conſtruxerat. *Ipſe autem conſecrationi adeſſe voluit Germanum Epiſcopum, vt amborum ſolemni dedicatione ad maiorem populus deuotionem incitaretur. In eius verò conſecratione de rebus Eccleſiæ ſuæ multa teſtamento ei legauit atque confirmauit, permittente & fauente Chilperico Francorum Rege, eiúſque Principibus, multis etiam id ei ſuggerentibus Epiſcopis, inprimis autem ſancto Germano, Clero quoque populóque, vt id faceret adhortante, quemadmodum in eius Actis annotatum eſt*, quæ hoc anno, nempe Chilperici Regis vndecimo, pridie Nonas Martias data reperiuntur. *Subſcripſit autem ſuâ manu & approbauit beatus Germanus, pluréſque alij Epiſcopi. Porrò in eadem Eccleſia caput beati Vincentij Martyris, & magnam craticulæ partem, in qua ſanctus Laurentius aſſatus eſt, honorificè repoſuit, Monachos etiam ſub cura & moderatione Leuſi Abbatis, quem ipſe præfecit, ad Regulæ præſcriptum illic degere, Dominóque ſeruire voluit. Tanto autem amore beatiſſimum Germanum Epiſcopum complectebatur, vt in ea ipſa ſanctorum Vincentij & Laurentij Martyrum Eccleſia ſepulturæ locum ei prepararet, vbi tamen poſteà ob certas quaſdam cauſas, non ſanctus Germanus, ſed ipſe dignè humatus eſt.* Hæc Auctor [a] vitæ, qui deinde Domnoli ſtudium erga Monaſticam Religionem promouendam ſic proſequitur. *Cùm Religionis Monaſticæ propoſitum mirificè complecteretur, in ea cellula, in qua ſanctus Iulianus primus Cenomanorum Epiſcopus corpore requieſcit, iuxta Monaſterium Victorij, quod ſitum eſt ad flumen Sartam *, mirificè augmentauit, adeò vt quinquaginta ferè Monachos illic regulariter degere voluerit, eáque quæ ad victum pertinent tam illorum quàm peregrinorum & aduentantium magnificè ſuppeditarit. Aliud quoque Monaſteriolum & Xenodochium vltra Sartam flumen in honorem beatiſſimæ matris Dei & Virginis Mariæ ſapienter ædificauit, atque ſuæ Eccleſiæ rebus dotauit, accuratè conſtituens, vt illic pauperes & peregrini egentéſque omnes, qui intra vrbem propter eius ingens cuſtodiam admitti non poſſent, reciperentur. Porrò Monachos viginti quatuor illic ad Regulæ Monaſticæ præſcriptum viuere voluit, qui & perpetuò ſeruirent Deo, & aduenientes pauperes recrearent, atque hoſpites comiter & congruenter acciperent. Iis autem Monachis quendam è ſuis probatiſſimæ vitæ virum Paduinum nomine, Eccleſiæ beatorum Martyrum Vincentij & Laurentij per id tempus Præpoſitum, Abbatem præfecit, locúmque ipſum & ſibi & ſucceſſoribus ſuis ſubditum eſſe debere decreuit, adhibitâ etiam adiuratione & deteſtatione, vt hoſpitale eius vrbis perpetuis temporibus in Pontificum ditione eſſet.* Nullum ibi verbum de Monachis Glannafolienſibus ſeu Benedictinis, quos recens Author leuibus admodum coniecturis nixus in Cœnobium ſanctorum Vincentij & Laurentij a b Epiſcopo Domnolo primùm introductos fuiſſe contendit.

[a] Apud Sur. d. 16. Maij.

* La Sarte.

VIII. ET POTATVR.

Acta prælaudata, quæ Monaſterium Cenomanenſe ſanctorum Vincentij & Laurentij hoc anno à Domnolo Epiſcopo dotatum teſtantur, atque à Coruaiſiero & Bondonneto viſa ſunt & citata nec publicata, nobis pro ſua beneuolentia ſubminiſtrauit R. P. Ludouicus Iacob à ſancto Carolo Carmelita ſtudioſus rerum antiquarum indagator, eáque diutiùs in tenebris latere non patiemur. *Venerabili Eccleſiæ * Cenomanicæ Clero, Domnolus Epiſcopus. Congruum nobis fuit, vt votum deſiderabile in charitatis veſtræ notitiam poneremus. Quia ſi conſenſus veſter deſiderium cordis noſtri & decreta annexuerit, credimus nullius vllo vnquam tempore contrarietate à nobis pariter firmata poſſe conuelli. Cùm ergo pro ſalute populi vel cuſtodia ciuitatis reliquias ſanctorum Martyrum Vincentij & Laurentij intercedente præſumptione auſi fuerimus deferre, cum Dei*

* L'Egliſe du Mans.

AN. CH. 572. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 11.

adiectorio vel veſtro eiſdem locum dignitatis ereximus in culmine, ita petimus vt veſtro pariter ditetur munere, & ſi aſſenſus veſter nobis contuleris charitatem hanc, paginola donationis veſtro quæſumus vt firmetur robore, vt quæ per hanc paginolam donationis, quam Aunulfum Diaconum perficere vnanimiter rogauimus conſcribendam, conſtat me delegaſſe, nuncupata Baſilica habeat, teneat, poſſideat. Quicumque loci huius dignitatem perceperit, iure hæreditario perpetualiter ſibimet vindicet poſſidendum. Si vllo vnquam tempore aut Pontifex ciuitatis aut qualibet perſona à nobis donata vel tradita de dominatione Baſilicæ huius abſtrahere voluerit, incurrat maledictionem pro benedictione, & Domini noſtri Ieſu Chriſti & ſanctæ Mariæ ſemper Virginis & ſanctorum Apoſtolorum vel omnium Sanctorum Martyrum, Confeſſorum atque Virginum incurrat offenſam, & voluntas noſtra perpetuam auxiliante Domino capiat firmitatem. Hoc ergo inſerendum rogaui, vt qui voluntati meæ obuius eſſe voluerit, maledictionem illam incurrat, quam Propheta in Pſalmo centeſimo-octauo Iudæ cantauit, & præſens pagina maneat inconuulſa, quam pro rei firmitate manu propriâ ſubſcripſi, & à Dominis & fratribus meis muniendam rogaui. Actum in Cænomanica ciuitate, anno XI. regni Domni noſtri Chilperici Regis, pridie Nonas Martij. Domnolus Epiſcopus ſubſcripſi. Germanus Epiſcopus rogante Clero ſubſcripſi. Andoueus Andeganorum Epiſcopus rogante ſancto Domnolo Epiſcopo ſubſcripſi. Leodulfus Presbyter ſubſcripſi. Aunulfus Presbyter ſubſcripſi. Leodoricus Presbyter ſubſcripſi. Dinamius Presbyter ſubſcripſi. Drautius Presbyter ſubſcripſi. Iniurioſus Presbyter ſubſcripſi. Meterius Presbyter ſubſcripſi. Cennius Diaconus ſubſcripſi. Romolus Diaconus ſubſcripſi. Datdeus Diaconus ſubſcripſi. Sennonetus Diaconus ſubſcripſi. Nox Diaconus ſubſcripſi. Coruaiſierus Domnolum Andouei Andegauenſis Epiſcopi fratrem finxit, quia Domnolus prædictæ donationis chartam à Dominis & fratribus ſuis muniendam dixit, atque in eorum numero ſubſcripſerunt Germanus Epiſcopus Pariſienſis & Andoueus Andegauorum Epiſcopus. At ſicut Germanus nec Domnolum nec Andoueum fratrem habuit, ita nec Andoueus Domnoli frater extitit, & Domnolus Germanum atque Andoueum non generis ac natalium ſed Pontificiæ dignitatis habitâ ratione Fratres appellauit.

IX. Ebrulfus eiúſque ſocij cùm in loco qui Mons-fortis nuncupabatur, per annum iam degiſſent, in Vticenſem ſyluam penetrarunt. Qua de re ſic Ordericus [a]. *Quia duo caſtella Oximis Guaceiúmque in vicinio erant, vbi plures acturi forenſes cauſas veniebant, ſerui Dei aduentantium multitudine moleſtias plerumque perferebant. Illum igitur venerabiles viri locum deſeruerunt. Deinde ſiluam ingreſſi ſunt amatores heremi, quam Vticum* * *proteſtantur incolæ. Quæ ſilua denſitate arborum horribilis, crebris latronum frequentata diſcurſibus, habitationem præſtabat immanibus feris. Cùmque intrepidis greſſibus vaſtiſſima loca ſolitudinis peragrarent, non inuenientes vbi conueniens ſuæ deuotioni hoſpitium collocarent, B. Ebrulfus puræ conſcientiæ ſpiritu inardeſcens orauit ad Dominum, &c. Mox verò completâ oratione apparuit fideli viro Angelus Domini adueniens quod popoſcerat indicare. Quem ſequentes prauium peruenerunt ad fontes habiliſſimos ad potandum, qui paululum diriuati colligebantur in magnum ſtagnum. Vbi genua flectentes monſtratori Deo immenſas referunt laudes, qui nunquam ſeruos ſuos ſpernit ſperantes in ſe. Celebratâ autem gratiarum actione, nomen Domini inuocantes, pro quantitate habitantium de virgultis & frondibus conſtruxere tugurium. Quod clauſtro paruulo eiuſdem materiæ circumcingentes, manſerunt ibi optatæ quietis deſugium conſequuti.* Hoc Monaſterium ſitum eſt in Decanatu de Monſteriolo Diœceſeos Lexouienſis. Sancti Ebrulfi nomen hodie gerit, olim Oximenſe vocabatur & Vticenſe, quia conſtructum fuit prope pagum Oximum * in ſylua Vticenſi. Si primordia reiicias in annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-octauum, vt quidam ex marginalibus numeris Chronici Benedictini nuper fecerunt, à vetere Anonymo [b] ſancti Ebrulfi coætaneo, à Willelmo [c] Gemmeticenſi & ab Orderico [d] Vitale multùm diſcrepabis. Ebrulfus enim teſte Gemmeticenſi Cœnobium in Vticenſi ſaltu condidit regnantibus apud Francos Chilperico &

a Lib. 6.

* La foreſt d'Ouche.

MONASTER. VTICENSE CONDITVR.

* Hieſmes.

b Ap. Sur. d. 29. Dec.

c Lib. 7. c. 31.

d Lib. 6.

Sigiberto Clotarij filiis, quorum alterum anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto ex hac vita migraſſe conſtat; Vticenſis Monaſterij præfecturam vitæ ſpatium vnius ac viginti annorum geſſit teſte Anonymo, vitámque mortalem teſte Gemmeticenſi clauſit anno ab Incarnatione Dominica quingenteſimo nonageſimo-ſexto, ſiue anno Clotarij Regis duodecimo, vt in Anonymo & in Orderico legendum ſuo loco docebimus.

AN. CH. 572. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 11.

ANNVS

CHRISTI 573.

GVNTCHRAMNI R. 12.

CHILPERICI R. 12.

SIGIBERTI R. 12.

INDICTIO 6.

573. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 12.

ANNO Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, ſiue, vt Marius ſcribit, *anno* VII. *Conſ. Iuſtini Iun. Aug. Ind.* VI. Dux Langobardorum, nomine Cleb, eiuſdem gentis Rex eſt ordinatus. Tunc *Saxones*, qui regreſſi fuerant in Italiam, *adſumptis ſecum vxoribus atque paruulis vel omni ſupellectile facultatis redire in Gallias deſtinant, ſcilicet vt à Sigiberto Rege collecti, in loco, vnde egreſſi fuerant, ſtabilirentur. Feceruntque ex ſe duos, vt aiunt, cuneos, & vnus quidem per Niceam * vrbem, alius verò per Ebredunenſem * venit, illam re verâ tenentes viam quam anno ſuperiore tenuerant, coniunctique ſunt in Auennico * territorio. Erat enim tunc tempus meſſium, & locus ille maximè fructus terræ ſub dio habebat, nec quicquam ex his domi incolæ reconderant, denique accedentes hi egentes inter ſe diuidunt, colligentéſque ac triturantes frumenta comedebant, nihil ex his eis qui laborauerant relinquentes. Verùm poſtquàm expenſis fructibus ad littus Rhodani amnis acceſſerunt, vt tranſacto torrente regno ſe Regis Sigiberti conferrent, occurrit eis Mummolus dicens, non tranſibitis torrentem hunc, ecce regionem Domini mei Regis depopulati eſtis, collegiſtis ſegetes, pecora deuaſtatis, tradidiſtis domos incendiis, oliueta ac vineta ſuccidiſtis, non aſcendetis niſi ſatisfaciatis priùs his quos exiguos reliquiſtis, alioquin non effugietis manus meas, niſi ponam gladium ſuper vos & vxores ac paruulos veſtros, & vlciſcar iniuriam Domini mei Guntchramni Regis. Tunc illi timentes valdè, dantes multa numiſmatis aurei millia pro redemptione ſua, tranſire permiſſi ſunt, & ſic Aruernum peruenerunt. Erat tunc vernum tempus, proferebant ibi regulas æris inciſas pro auro, quas quiſque videns non dubitabat aliud, niſi quòd aurum probatum atque examinatum eſſet. Sic enim coloratum ingenio neſcio quo fuit, vnde nonnulli hoc dolo ſeducti, aurum dantes & æs accipientes, pauperes facti ſunt. Hi verò ad Sigibertum Regem tranſeuntes, in locum, vnde priùs egreſſi fuerant, ſtabiliti ſunt.* Huc vſque Gregorius [a] Turonenſis, cuius interpolator [b] proximo capite vim ſubiungit ac crudelitatem, quam Albinus Prouinciæ rector aduerſus Vigilium Archidiaconum in ciuitate Maſſilienſi, ipſo die Natalis Dominici fertur exercuiſſe. *Aduenientibus ad cataplum Maſſilienſium nauibus tranſmarinis, Vigilij Archidiaconi homines ſeptuaginta vaſa, quæ vulgò orcas vocant, olei liquaminis furati ſunt, neſciente Domino. Negociator autem cùm cognouiſſet ſibi rem furto ablatam fuiſſe, inquirere diligenter cœpit, quo furtum in loco fuiſſet reconditum. Hæc inquirens, audiit à quodam, quòd homines Vigilij Archidiaconi perpetraſſent. Peruenerunt hæc ad Archidiaconum, qui inquirens & inue-*

I.

SAXONES IN PATRIAM REDEVNT.

* Nice.
* Ambrun.
* Auignon.

a Lib. 4. c. 37.
b Lib. 4. c. 58.

GREGORIVS INTERPOLATVS.

niens, nequaquam publicare ſed excuſare ſuos cœpit, dicens, numquam de domo mea
AN. CH. egreſſus eſt qui tale auderet admittere. Taliter excuſante Archidiacono, negociator ad
573. Albinum pergit, cauſam exerit, & Archidiaconum in crimine fraudis huius mix-
GVNTCH. turam accuſat. Die autem ſancto Natalis Dominici, Epiſcopo in Eccleſia adueniente,
CHILPER. Archidiaconus indutus albâ adeſt. Epiſcopum, vt mos eſt, innitans ad altare debere
SIGIB. procedere, ac ſolemnitatem diei ſancti opportuno debere tempore celebrare. Nec mo-
RR. 12. ra, Albinus de ſede exiliens, adprehenſum Archidiaconum detrahit, pugnis calci-
búſque cedit, & cuſtodiâ carcerali coarctat. Pro quo numquam obtinere potuerunt,
non Epiſcopus, non ciues, non vllus maior natu, nec ipſa vox totius populi adcla-
mantis, vt datis fideiuſſoribus diem ſanctum Archidiacono liceat cum reliquis cele-
brare, atque accuſationem eius inpoſterum debere audiri. Sed nec ob ipſa ſacroſan-
cta ſolemnia metum habuit, vt miniſtrum Dominici altaris tali in die non auderet
adripere. Quid plura? Quatuor millibus ſolidorum Archidiaconum condemnauit.
Quod in præſentia Regis Sigiberti veniens, quadruplâ ſatisfactione, inſequente to-
uinos, compoſuit. Inter Iouinum & Albinum non leues fuiſſe dicuntur inimi-
citiæ, quia Iouinus à Prouinciæ præfectura remotus fuerat Albino in eius
locum ſubrogato. Hæc autem omnia dubiæ ſunt admodum fidei, abſúntque
à Codicibus Bellouacenſi & Corbeienſi.

In Tabulis Eccleſiaſticis quarto Nonas Apriles prædicatur Lugduni natalis
II. ſancti Nicetij eiuſdem vrbis Epiſcopi, vitâ & miraculis clari. Migrauit ad
NICETII EP. LVGDVN. OBITVS. Chriſtum hoc anno, Epiſcopatûs ſui viceſimo ſecundo, ætate ſexagenariâ, vt
Gregorius Turonenſis [a] affirmat. Dum ferretur ad ſepeliendum cæcus quidam ſe
[a] De vit. Patr. cap. 8. ſub feretro flagitauit adduci, ſtatímque ingreſſus, vultus diu lumine viduatus reſe-
SEPVLTVRA. ratis oculis adornatur, nec diſtulit diuina pietas beatos artus glorificare ſignis, cuius
beatam animam cum choris Angelicis ſuſcipiebat in aſtris. Huius ſanctæ reliquias
[*] Eueſque de Troyes. Gallorum vaam Tricaſſinorum * Pontifex deuotus expetiit, quæ cum pſallentio deduce-
rentur, & cæcorum oculi illuminati ſunt earum virtute, & aliorum morborum gene-
RELIQVIÆ. ra meruerunt accipere medicinam. Quæ quidem reliquiæ hodiéque cuſtodiun-
tur Trecis in maximæ amplitudinis delubro, quod Niceriano titulo præluſtre
eſt, anteà autem ædicula tantùm erat beato Mauro conſecrata, vt à maiori-
bus traditione quâdam ad poſteros tranſmiſſâ ſcribit Nicolaus Camuzatus. In
SVCCESSOR. Epiſcopatum autem Lugdunenſem ſucceſſit Priſcus, qui Concilium Pariſien-
ſe cum aliis Epiſcopis hoc eodem anno celebrauit.

III. Eufronius Epiſcopus Turonenſis vitam clauſit pridie Nonas Auguſtas, quo
EVFRONIVS TVRON. EP. OBIT. die nomen eius legitur in Tabulis Eccleſiaſticis. Sedit annos ſeptemdecim, obiít-
que ætate ſeptuagenariâ, & ſepultus eſt in Baſilica ſancti Martini. Huius tempore
Baſilica ſancti Vincentij ædificata eſt; Tauriaco, Carate & Orbiniaco vicis Eccleſiæ
ædificatæ ſunt. Cetera quæ de tanto Præſule Gregorius conglobatim capite
vltimo ſuæ Hiſtoriæ narrat, ſuis locis deſcripſimus. Excunte illius Pontifi-
catu mira res contigit, quam idem Author pluribus exponit in libro de glo-
[b] Cap. 18. ria Confeſſorum [b]. Infra ipſum terminum Turonicum erat mons paruulus, ſentibus,
rubis vitibúſque repletus agreſtibus, & tantâ denſitate labruſca contextus, vt vix
aliquis intro poſſet inrumpere. Ferebat enim fama duas Deo ſacratas virgines in il-
lo loco quieſcere, ſcilicet cùm in vigiliis dierum feſtorum, lumen accenſum diuinitus
à fidelibus ſæpiùs cerneretur, vnus audacior & animi fretus auctoritate ad locum ac-
INVENTIO SS. MAVRÆ ET BRITTÆ. cedere ſub obſcura nocte non metuit. Atque cereum miri candoris immenſo lumine
fulgurantem aſpiciens, admiratúſque diu diſceſſit, aliiſque quæ viderat nunciauit.
Tunc vni de incolis loci ſe virgines per viſum oſtendunt, exponunt ſe ibidem eſſe
ſepultas, ac ſine tecto imbrium iniuriam diu ferre non poſſe, hic verò ſi ſibi vellet
eſſe conſultum, inciſis sepribus tegumen tumulis adhiberet. Expergefactus verò in-
ruentibus aliis cogitationibus tradidit obliuioni quæ viderat. Aliâ verò nocte adpa-
ruerunt ei iterum vultu minaci terribiliter comminantes, niſi locum tegeret, anno
præſenti ab hoc ſæculo migraret. Territus igitur vir ille viſu, acceptâ ſecuri, ſtirpe
ſuccisâ tumulos detexit, inuenítque validas de cereis guttas in modo libani odore ne-
ctario eſfragrare, tunc deputatis bobus & plauſtro lapidee congregat, & datâ æſtate

Oratorium superædificat, explicitóque opere beatum Eufronium ad benedicendum inuitat. Sed ille ſenium & tempus hybernum cauſatus ire detrectauit, donec ambæ virgines in apparatu glorioſo apparuerunt, illarúmque ſenior eum per nomen omnipotentis Dei, cuius ancillæ erant, exorauit, vt ſuæ memoriæ hoc officium pietatis reddere maturaret. Tunc autem veritus ne Dei offenſam incurreret ſi profectionem vlteriùs differret, vix ſe commiſit. *Eunte illo quæuis pluuia, auſtrorúmque violentia ſana ſuccubuit. Ipſe feliciter conficiens iter, benedicto loco cum pace regreſſus eſt. Referebat plerumque vultum inceſſúmque virginum, & vnam quidem dicebat prolixiorem, alteram minorem ſtatu non merito, vtramque tamen niue candidiorem, quarum vnam Mauram, Brittam alteram vocitabat, dicens ſe ab earum ore hæc nomina cognouiſſe.* Coluntur hæ Virgines decimo-octauo Kalendas Februarias in ſupplemento Martyrologij Gallicani. AN. CH. 573. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 12.

IV. Clerici Turonenſes in vita ſancti Gregorij collocant obitum ſancti Eufronij ſub anno Sigiberti Regis duodecimo, poſt tranſitum ſancti Martini centeſimo ſeptuageſimo-ſecundo, ſed manifeſtus error in eo calculo deprehenditur, quia Sigiberti Regis annus duodecimus, quo mors Eufronij poſt Pontificatûs annos ſeptemdecim rectè conſignatur, anno poſt ſancti Martini tranſitum centeſimo ſeptuageſimo-ſexto debet illigari.

V. Sancto Eufronio in Epiſcopatum Turonenſem poſt dies nouemdecim ſucceſſit Gregorius. Ætate fermè tricennalis erat, & in Sigiberti Regis aula tunc verſabatur, vt in eius vita legitur [a], vbi poſt vnanimem omnium Turonenſium conſenſum hæc ſubiiciuntur. *Legatio ad Regem dirigitur, cùm quidem Deo diſpenſante Gregorius coràm reperitur. De hac igitur cauſa conuentus quantâ humilitate ſe excuſare tentauit, quibus modis ſubducere viſus eſt? Sed quia velle Dei eſt, hunc cetera flectuntur. Hunc Rex auctoritate cogit, hunc Brunichildis Regina perurget. Sed quoniam diſcreta humilitas obedientiam non recuſat, tandem aliquando aſſenſus eſt. Quem, vt credo, ne quâlibet occaſione delatus profugeret, ſtatim Ægidius Rhemenſis Archiepiſcopus ordinauit.* Aliam rationem non quæras, cur extra ſuam Diœceſim à Metropolitano procul diſſito in Belgica ſecunda, Epiſcopis Prouinciæ Turonenſis in vnum minimè congregatis ordinatus fuerit Gregorius, cuius aduentum in vrbem Turonicam Fortunatus [b] egregio Carmine celebrauit, vbi leguntur hi verſus in rerum ſuprà dictarum confirmationem.

[a] Apud Sur. d. 17. Nou.

GREGORIVS FIT EP. TVRONENSIS.

[b] Lib. 5. c. 3.

Iura Sacerdotij meritò reuerenter adeptus,
Nomine Gregorius, Paſtor in vrbe gregis.
Martino proprium mittit Iulianus alumnum,
Et fratri præbet quod ſibi dulce fuit.
Quem Patris Ægidij Domino manus alma ſacrauit,
Vt populum recreet quem Radegundis amet.
Huic Sigebertus ouans fauet & Brunichildis honori,
Iudicio Regis nobile culmen adeſt.

VI. Idem Auctor lepidè iocatur in alio Carmine [c], Gregorium enim ait, quòd templa Cruci priùs erexiſſet, à Chriſto egregio remuneratore pallia Cruce inſignita, hoc eſt, veſtem Epiſcopalem, obtinuiſſe,

[c] Lib. 8. c. 3.

Denique ſancta Cruci hæc templa Gregorius offert,
Dum pallas coperit, ſigna gerendo Crucis.
Dona repentè dedit diuina potentia Chriſti,
Mox fuit & voti cauſa ſecuta pij.
Pallia nam meruit, ſunt quæ Cruce textile pulchra,
Obſequiiſque ſuis Crux habet alma Cruces.

TEMPLA S. CRVCS ERIGIT.

VII. Inuolucrum Crucis claruit inſignibus miraculis ſub Pontificatu Gregorij Turonenſis. Verba ipſius Gregorij, cui palla illa ex Oriente allata eſt, ex libro primo [d] de gloria Martyrum proferemus. *Aduenit quidam, qui nobis pallulam holoſericam valdè vetuſtam exhibuit, dicens, ab hac Hieroſolymis Crucem Domini inuolutam fuiſſe. Quod cùm apud ruſticitatem noſtram incredibile haberetur, ac*

[d] Cap. 6.

AN.CH. rēmarem memor ſollicitè, vnde ei tanta ibidem fuiſſet gratia, vt iſta meruiſſet, cùm
573. ſciam in tempore quo ſacrum hoc lignum adoratur, non ſolùm exinde nihil quem-
GVNT CH. quam mereri, ſed etiam importunè acs accedentem verberibus arceri, reſpondit; quan-
CHILPER. do, inquit, Hieroſolymis abij, Futen Abbatem reperi, qui magnam cum Sophia
SIGIB. Auguſta gratiam habuit, huic enim omnem Orientem quaſi Præfecto commiſerat, hoic
RR. 12. me ſubdidi, & cùm ab Oriente regrederer, ab hoc & Sanctorum pignora, & hanc
INVOLVCRVM S. pallam, de qua eo tempore ſancta Crux inuoluebatur, accepi. Poſtquàm mihi vir
CRVCIS ille retulit, & hanc mihi pallam tradidit, præſumpſi, fateor, abluere eam, & fri-
SVSCIPIT. gorificu potum dare, ſed mox opitulante virtute diuinâ ſanabantur. Scindebam
etiam exinde plerumque particulas, & dabam Religioſis pro benedictione. Vni ve-
rò Abbati partem diuiſi, qui poſt duos ad me annos rediens cum ſacramento aſſeruit
duodecim ob ea energumenos, tres cæcos, duóſque paralyticos fuiſſe ſanatos. Muto
cuidam ipſam pallam in os poſuit, ſed cùm dentes linguámque eius attigit, ſtatim
vocem eloquiumque reſtituit.

VIII. Gregorius poſt ordinationem ſuam in Aruerniam properauit ad ſepulchrum
ADIT ARVERNOS. Sancti Iuliani, & diſruptis à palla quæ tumulum tegebat fimbriis, impletâ
TVRONOS. oratione diſceſſit. *Menſe* autem *ſecundo ordinationis ſuæ* cùm in ciuitatem Tu-
roneſem veniſſet, incurrit *dyſenteriam cum valida febre*, & taliter agi cœpit,
vt imminente morte viuere omnino deſperaret. Tunc miſſo ad ſancti Marti-
ni tumulum Diacono, inde puluerem ſibi afferri, dilutúmque porrigi iuſſit
ad bibendum. Quo hauſto, mox omni dolore ſedato ſanitatem recuperauit,
atque adeò præſens fuit iſtud beneficium, vt cùm datum fuerit horâ tertiâ,
ipſe incolumis ad conuiuium eâdem die horâ ſextâ proceſſerit. Apud eandem
vrbem Turonicam, cùm Monachi Baſilicam in honorem ſancti Iuliani con-
ſtruxiſſent, rogarunt Epiſcopum, vt in illa æde pignora collocaret quæ de-
tulerat ex Aruernia, ſed Gregorius Eccleſiam ſancti Martini maluit exorna-
re. Sunt & in Turoniæ vico, cui Gaudiacum nomen eſt, reliquiæ S. Iuliani,
qui cùm magnis virtutibus crebrò illuſtretur, in periuris tamen plerumque agitat
a Cap. 1. *vltionem*, vt ſcribit ipſemet Gregorius, quem conſule libro ſecundo [a] de mi-
b Capp. 14. 19. raculis ſancti Martini, & libro ſecundo [b] de gloria Martyrum.

IX. Cùm Gregorius Epiſcopus *in Turonico* veniſſet, vt ipſemet in vitis Patrum
c Cap. 15. ſcribit [c], Senoch, cuius iam meminimus, *egreſſus eſt de cellula, veníeque ad*
SENOCH RECLVSVS. illum inquirendum, illóque ſalutato *regreſſus eſt iterum: erat enim valdè abſ-*
tinens, ſanans infirmitatum languores: ſed vt de abſtinentia ſanctitas, ita de ſan-
ctitate vanitas cœpit obrepere, nam egreſſus de cellula iactantiâ cothurnoſâ ad re-
quirendos viſitandóſque parentes in pago Pictauenſi, abiit: regreſſúſque tumidus
arrogantiâ ſibi ſoli placere nitebatur: ſed obiurgatus à Gregorio, *quòd ſuperbi lon-*
gè fiant à regno Dei; ita ſe purgatus iactantiâ humilem reddidit, vt nulla in eo
penitus radix ſuperbiæ remanſiſſet. Sed cùm per eum Dominus ſuper infirmos mul-
tas faceret virtutes, & ille ita ſe duxit includere, vt nunquam humanis aſpe-
ctibus appareret, conſilium ſuaſit Epiſcopus, *vt ſe perpetuò in hac concluſione con-*
ſtringeret, niſi in illis duntaxat diebus qui inter depoſitionem ſancti Martini, ac
Dominici Natalis ſolemnitatem habentur, vt in illis ſimiliter quadraginta quos an-
te Paſchalia feſta in ſumma duci abſtinentia Patrum ſanxit auctoritas, reliquis ve-
rò diebus, infirmorum gratiâ populis ſe præberet. Audito autem Antiſtitis *conſilio*
libenter quæ dicta ſunt accepit, impleuítque ſine ambiguitate.

X. A biennio Leobardus in cellula Maion Monaſterio vicina prope Turo-
LEOBARDVS. nenſem ciuitatem degebat, ei *tentator, cùm quidam de Monachulis litem quan-*
dam cum vicinis habuiſſet, immiſit cogitationem vt relictâ cellulâ illâ ad aliam
tranſmigraret, cúmque ibi ad orationem ſolitam Gregorius Epiſcopus *deueniſſet,*
dolum ei veneni graſſantis aperuit. Gregorius *verò ſuſpirans non minimo dolore*
increpare hominem cœpit, aſſerens diaboli eſſe calliditatem, libróſque & vitas Pa-
trum, ac inſtitutionem Monachorum, vel quales qui recluduntur eſſe debeant, vel
cum quali cautela Monachos viuere oporteat, abſcedens ab eo direxit, quibus re-
lectis non ſolùm cogitationem prauam à ſe diſcuſſit, verùm etiam tanto ſenſum

AN. CH. 573. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 12.

acumine erudiuit, vt Gregorius miraretur *facundiam locutionis eius.* Hæc mutuati ſumus ab ipſomet Gregorio [a], nec ab eius aſſumptione in Pontificem longè remouenda duximus, quia Leobardo adhuc tyroni conueniunt potiùs quàm veterano Monacho. Eadem quoque ratio nos hortatur, vt cùm Leobardum decimo-quinto Kalendas Februarias die Dominico ſub Gregorij Pontificatu ad Deum migraſſe conſtet, ad conſignandam eius mortem è tribus annis, qui ſedente Gregorio literâ Dominicali D per menſem Ianuarium prædita fuerunt, annum eligamus quingenteſimum nonageſimum-tertium, excluſis quingenteſimo octogeſimo-ſecundo, & quingenteſimo duodenonageſimo. Qualem autem ſe Leobardus geſſerit, ita ſcribit idem Gregorius. *Erat dulcis alloquio, blandus hortatu, erátque ei ſollicitudo pro populis, inquiſitio pro Regibus, oratio aſſidua pro omnibus Eccleſiaſticis Deum timentibus, verùm non ille vt quidam demiſſis capillorum flagellis aut barbarum demiſſione plaudebat, ſed certo tempore capillum tondebat & barbam. Tantâ Domini gratiâ confortatus eſt, vt puſtulas malis ſalivâ oris ſui perunctis vim veneni ſæuientis opprimeret, frigoriticis verò per poculum vini charactere Crucis beata ſanctificatum, frigorem accedentem æſtúmque reſtinxit, non immeritò diſcutiens incommodas febres ab aliis qui in ſe extinxerat incentiua criminis noxialis. Quodam autem tempore cæcus ad eum veniens ærumnam doloris ſui humiliter deplorabat, ac depoſcebat vt tactu dexteræ ſuæ Sanctus lumina clauſa palparet. quod ille diutiſſimè renuens tandem fletibus hominis victus miſericordiâ motus cùm per triduum pro eo orationem fudiſſet ad Dominum, quartâ die imponens manum ſuper oculos eius*, orauit, deinde *Crucem ſuper oculos depinxit, mox poſt tenebris lucem de præſenti reſtituit, huius virtutis teſtimonio Euſtachius Abbas adſtipulator adſiſtit.* Hic Euſtachius, quem Robertus Euſtochium vocat, Abbas erat Maioris Monaſterij.

[a] De vit. Patr. cap. 20.

XI. NASCITVR CHLODOMERES.

Hoc anno ex Auſtrigilde Guntchramno Regi natus eſt alter filius nomine Chlodomeres, vt conſtat ex eius epitaphio quod ſub Indictione decima recitabimus.

XII. SYNODVS PARISIENSIS.

Cùm contentio inter Chilpericum & Sigibertum Reges verteretur, inquit Gregorius Turonenſis [b], *Guntchramnus Rex apud Pariſius omnes Epiſcopos Regni ſui congregat, vt inter vtroſque quid veritas haberet, edicerent. Sed vt bellum ciuile in maiore pernicitate creſceret, eos audire peccatis facientibus diſtulerunt.* Id autem hoc anno contigiſſe vel ex eo patet, quòd Pariſienſis Synodi conſtitutio data reperitur *die tertio Iduum Septembrium, anno Regum* Guntchramni ſcilicet, Chilperici ac Sigiberti *duodecimo*, & Epiſcopi qui ſubſcripſerunt, in ea palam profeſſi ſunt *pro cauſis publicis priuatorúmque querelis ſe congregatos fuiſſe.*

[b] Lib. 4. c. 42.

XIII. Ad Synodum Pariſienſem quartam conuenerunt triginta duo Epiſcopi cum Preſbytero Aurelianenſis Epiſcopi vices agente.

XIV. Ex Prouincia Viennenſi prima Philippus Epiſcopus Viennenſis Metropolitanus, Salonius Epiſcopus Genauenſis, & Eſychius Epiſcopus Gratianopolitanus.

XV. Ex Prouincia Viennenſi ſecunda, Sapaudus Epiſcopus Arelatenſis Metropolitanus, Lucretius Epiſcopus Deenſis, Deſiderius Epiſcopus Telonenſis, Quinidius Epiſcopus Vaſienſis, Victor Epiſcopus Tricaſtinus & Tetradius Epiſcopus Vendaſcenſis ſeu Carpentoractenſis.

XVI. Ex Prouincia Lugdunenſi prima, Priſcus Epiſcopus Lugdunenſis Metropolitanus, Syagrius Epiſcopus Æduorum, & Pappolus Epiſcopus Lingonenſis.

XVII. Ex Prouincia Lugdunenſi ſecunda Leudobaudis Epiſcopus Sagenſis.

XVIII. Ex Prouincia Lugdunenſi tertia Felix Epiſcopus Nannetenſis.

XIX. Ex Prouincia Lugdunenſi quarta, Conſtitutus Epiſcopus Senonenſis Metropolitanus, Germanus Epiſcopus Pariſienſis, Gallomagnus Epiſcopus Tricaſtinus, Aunacharius Epiſcopus Autiſiodorenſis, & Launoueus Preſbyter in vicem Ricomeri Aurelianorum Epiſcopi.

XX. Ex Prouincia Lugdunenſi quinta Silueſter Epiſcopus Veſuntienſis Metropolitanus.

Digitized by Google

AN. CH. 573. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 12.

XXI. Ex Aquitania prima Felix Epiſcopus Bituricenſis Metropolitanus.

XXII. Ex Aquitania ſecunda Polemius Epiſcopus Agennenſis & Palladius Epiſcopus Santonicus.

XXIII. Ex Aquitania tertia Laban Epiſcopus Eloſanus Metropolitanus & Licerius Epiſcopus Eloronenſis.

XXIV. Ex Alpibus Maritimis, Salonius Epiſcopus Ebredunenſis Metropolitanus, Heraclius Epiſcopus Dinienſis & Promotus Epiſcopus Glannatenſis.

XXV. Ex Prouincia Narbonenſi ſecunda Clementinus Epiſcopus Aptenſis, Sagittarius Epiſcopus Vappincenſis, Geneſius Epiſcopus Segeltericus, Claudianus Epiſcopus Regenſis, & Optatus Epiſcopus Antipolitanus.

XXVI. QVERELÆ PAPPOLI CARNOT. EPISC. His Epiſcopis ſimul congregatis Pappolus Epiſcopus Carnotenſis ſupplicem libellum obtulit aduerſùs Promotum, qui ſe gerebat Epiſcopum in caſtro Dunenſi, & ad Synodum venire noluerat, licèt à Germano Epiſcopo Pariſienſi ad petitionem Conſtituti Metropolitani Senonenſis inuitatus fuiſſet. *Cùm me*, inquit Pappolus, *ante aliquod temporis, Clericorum vel ciuium Carnotinæ ciuitatis voluntas per conſenſum, cum conniuentia etiam Metropolitani mei* Conſtituti Senonenſis, *fieri Epiſcopum elegiſſet, quod annuente Domino factum eſt, poſt aliquot dies, quidam ex ipſius ciuitatis Carnotinæ territorio Presbyter nomine Promotus, qui reliquerat ſine literis anteceſſoris mei* Chaletrici *cellulam ſuam, inlicitâ præſumptione parrochiam meam, cui vocabulum eſt Duno* *, *quaſi ſub nomine Epiſcopatûs viſus eſt peruaſiſſe. Etiam & facultaticulam Eccleſiæ, cui præeſſe videor, quantùm in ipſo pago eſſe conſtat, neſcio per cuius ordinationem, ſimili conditione peruaſit. Pro qua re ſupplex veſter Sanctitati veſtræ ſuggero, & per Spiritum ſanctum, qui in vobis habitat, & diem iudicij futurum, & per remiſſionem peccatorum, vobis Dominis meis coniuro, vt hoc ita, qualiter vobis fieri non vultis, emendari iubeatis, quatenus nec per callidam præſumptionem quis audeat in poſtmodum per tumorem ſuperbiæ ſimilia perpetrare, & ſimultas Eccleſiæ, veſtro ſtudio & ordinatione, iam Chriſto propitio conquieſcat.*

* le Dunois.

XXVII. LITERÆ SYNODALES AD ÆGIDIVM EP. REMENS. Ægidius Epiſcopus Remenſis Belgicæ ſecundæ Metropolitanus Promotum conſecrauerat Epiſcopum Dunenſis caſtri, quod in Prouincia Lugdunenſi quartâ ſitum nec ad territorium Remenſe nec ad Belgicam ſecundam pertinebat, nihil ſanè contra Canonicam diſciplinam manifeſtiùs vſurpari potuerat, quapropter eidem Ægidio triginta duo Epiſcopi ſuprà nominati cum Launoueo Presbytero has literas ſiue Conſtitutionem ſuam direxerunt. *Dum pro cauſis publicis priuatorúmque querelis Pariſius moraremur, vir Apoſtolicus frater noſter Domnus Pappolus Epiſcopus mediocritati noſtræ detulit in querelam, in caſtro Dunenſi, parrocia denique Carnotina, quod caſtrum nec ad veſtram prouinciam manifeſtum eſt pertinere, à vobis contra omnem rationem, & contra canonicam diſciplinam Epiſcopum conſecratum. Et licèt ſecundùm priſca beatiſſimorum Patrum decreta potuit huiuſmodi exceſſus in veſtra iniuria acerbiùs coerceri, ſed nos caritatis iura ſeruantes Beatitudini veſtræ indicamus, vt Presbyterum ipſum nomine Promotum, qui omiſſâ ſeueritate canonicâ à vobis dicitur tam temerè conſecratus, vt iuſtè debeat de gradu ipſius dignitate depoſitò, ſicut Canonum conſtituta ſanxerunt, ad vos coercetis, vel vobiſcum retineatis, vt iniuriam nec Eccleſiæ nec Sacerdoti ſuo vlteriùs debeat inrogare. Et quia à fratre veſtro Domno Germano Epiſcopo, ad petitionem Domni Conſtituti Metropolitani, vt ad Synodum venire deberet, eſt præſentaneâ inuitatione commonitus, quod quoque Domnum Conſtitutum & Domnum Germanum conſtat in Synodum retuliſſe, & ad Synodum venire diſtulit. Idcirco nouerit Beatitudo veſtra hoc apud vniuerſum præſenti tempore Concilium conſtitutum, vt ſi memoratus Presbyter, aut propriâ contumaciâ, aut cuiuſcumque poteſtatis adſentatione in prædicta Dunenſi Eccleſia præſumpſerit ſub huius ſuſcepti honoris argumentatione vlteriùs reſidere, vel res Eccleſiæ ipſius ampliùs vſurpare, aut altaria benedicere, infantes confirmare, vel ordinationes per quaſcúmque parrocias facere, aut Epiſcopo ſuo fratri veſtro Domno Pappolo reſiſtere prauâ intentione præſumpſerit, ab omni cœtu Epiſcoporum vel à communionis conſortio, perpetuo anathemate feriatur; & frater*

AN. CH. 573. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 12.

frater noſter Dominus Pappolus Epiſcopus, vel Eccleſia Carnotina, parrocias quas huc uſque habuit ſub ſua ordinatione debeat auxiliante Domino gubernare. Statuentes etiam, vt quicumque de populo illo benedictionem memorati Promoti Presbyteri poſt hoc Edictum manifeſtatum, vel publicatum, aut expetierit, aut accipere contentus fuerit, à communionis conſortio, vel ab Eccleſiæ liminibus arceatur.

XXVIII. AD SIGIBERTVM REG.

Iidem Epiſcopi literas ad Sigibertum Regem direxerunt, vt Promoti cauſam non defenderet, cui illum fauere ſuſpicio non leuis erat, neque enim quis facilè ſibi perſuadebat Epiſcopum Remenſem abſque conſenſu regio quid auſurum fuiſſe in aliena Prouincia, ideóque Gregorius Turonenſis [a] palam ait Promotum in Dunenſi caſtro Epiſcopum inſtitutum ordinante Sigiberto Rege. Literæ autem Epiſcoporum tales fuerunt. *Domino glorioſiſſimo atque ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ filio Sigiberto Regi Sapaudus, Philippus, Priſcus, &c. Nuper non abſque conniuentia gloriæ veſtræ, ſicut credimus, euocati Pariſius venientes, nouam inauditámque ordinationem in caſtro Dunenſi, parrocia denique Carnotina, factam fuiſſe cognouimus. Quam rem licèt vix credere poſſumus cum conſenſu gloriæ veſtræ fieri potuiſſe, tamen ſi cuiuſcumque prauâ ſuggeſtione præuenti in hac tam obſcœna & Eccleſiæ vniuerſali contraria conſenſiſtis, ab huiuſmodi ſcandali defenſione ſynceritatis veſtræ conſcientiam expiate, quia ſatius eſt, vt ille, qui ambitionis inſtinctu rem tam nefariam doloſâ ambitione competiit, per ſatisfactionem pœnitentiæ reatum ſuum abluere compellatur, quàm veſtra puritas, quod auertat Diuinitas, huius facinoris contagione maculetur. Et quia nobis neceſſe fuit, vt iuxta Canonum conſtituta perſona contraria deberet præſumptio coerceri, ideo ſalutis obſequium digno in Chriſto officioſitatis & reuerentiæ cultu præbentes poſcimus, vt vos, quos Deus & culmine præcipuos & ſynceritate præclaros eſſe præcepit, non quocumque aut quorumcumque temerario conſilio ad defenſanda huiuſmodi ſcandala miſceatis, quia Deum ſufficit noſſe, nos nequaquam penitus velle contra vos diuinam iracundiam promouere. Annis multis gloriam Regni veſtri potentia diuina cum omni felicitate conſeruet, Domne glorioſiſſime & præcellentiſſime Domne.* Ex Gregorio Turonenſi [b] patet Epiſcopos huiſce literis parum profeciſſe, teſtatur enim non ante mortem Sigiberti Regis amotum fuiſſe Promotum, contra quem iudicium ita latum fuerat, vt Presbyteri tantùm officio fungeretur.

[a] Lib 7. c. 17.

[b] Lib. 7. c. 17.

XXIX. EPISCOPI SANCTITATE CELEBRES.

Ex Pontificibus, qui Concilio Pariſienſi interfuerunt, relati ſunt in Tabulas Eccleſiaſticas, Quinidius Vaſionenſis decimo-quinto Kalendas Martij, Germanus Pariſienſis quinto Kalendas Iunij, Syagrius Auguſtodunenſis ſexto Kalendas Septembris, & Aunacharius Altiſſiodorenſis ſeptimo Kalendas Octobris. Prætereà Viennenſes Philippum tertio Nonas Februarij, Nannetenſes Felicem Nonis Iulijs, & Santonenſes Palladium Nonis Octobris venerantur. Adde & Priſcum Lugdunenſem, quem menſe Iunio aliàs coli ſolitum inferiùs oſtendemus. Quot annis Epiſcopatum Vaſionenſem geſſerit ſanctus Quinidius * ſeu Clinidius, manet incompertum. Poſt mortem miraculis inclaruit. Sanctus Barthus ſeu Barſius eius ſucceſſor paucos annos ſedit, nam qui ſucceſſit Arthemius Concilio Matiſconenſi primo ſubſcripſit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio.

* S. Quinidi. EPISCOPI VASION.

XXX.

De cunctis penè Epiſcopis, quorum nomina inter ſubſcriptiones Concilij Pariſienſis inueniuntur, verba iam fecimus. In Prouinciis Viennenſibus tres duntaxat excipiendi, Eſychius Gratianopolitanus *, Deſiderius Telonenſis & Tetradius Carpentoractenſis *, quorum deceſſores, Syagrium Gratianopolitanum, Palladium Telonenſem *, & Clematium Carpentoractenſem ſuis locis commemorauimus. In Prouinciis Lugdunenſibus excipiendi tantùm Silueſter Veſuntienſis * Metropolitanus & Ricomerus Aurelianenſis, quorum ille Tetradij ſucceſſor fuit, hic Baudati. In Aquitaniis excipiendi Laban Eloſanus * Metropolitanus, Polemius Aginnenſis * & Licerius Eloronenſis, de quorum deceſſoribus Aſpaſio Eloſano, Bebiano Aginnenſi & Agreſtio Eloronenſi * actum eſt Tomo primo. In Alpibus Maritimis excipiendi Promotus Glannatenſis * & Heraclius Dinienſis *, hic Hilario ſucceſſerat, ille

* de Grenoble. * de Carpentras. * de Toulon. * de Beſançon. * d'Eauſe. * d'Agen. * d'Oloron. * de Glandeſue. * de Digne.

AN. CH 573. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 12.

Baſilio. Denique in Prouincia Narbonenſi ſecunda tres excipiendi, Geneſius Segeſtericus, Claudianus Regenſis * & Opratus Antipolitanus, quorum deceſſores Auolum Segeſtericum *, Emeterium Regenſem & Euſebium Antipolitanum * laudauimus ad annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum quartum in Concilio Arelatenſi quinto.

* de Riez. * de Siſteron. * d'Antibe.

XXXI. Felici Epiſcopo Bituricenſi, qui prædictæ Synodo Pariſienſi interfuit, alij tribuunt annos Pontificatûs XXV. alij verò tres ac viginti. Neutra ſententia ſtare poteſt, ſi Felix Præſulatum, vt ſuperiùs ex auctoritate Fortunati ſynchroni Scriptoris oſtendimus, non iniit ante annum Chriſti quingenteſimum duodeſeptuageſimum, illius enim ſucceſſor Remigius Synodo Matiſconenſi primæ ſubſcripſit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio, & Gregorius Turonenſis, qui annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum quintum non exceſſit, ſcribit [a] eiuſdem Felicis corpus *poſt annum ferè duodecimum* ab obitu repertum fuiſſe incorruptum. Quot annis poſt Synodum Pariſienſem ſederit, haud liquet, quia quot annos Remigius egerit in Epiſcopatu, non habetur exploratum. Monachus Sanſulpitianus [b] Felicem mortuum tradit Kalendis Ianuariis, anno Incarnationis Dominicæ quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, & ſanctum appellat quoniam teſte Gregorio Turonenſi, vt ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum quartum dicturi ſumus, eius tumulum Deus multis miraculis illuſtrauit, nulla tamen memoria Felicis in Martyrologiis hactenus reperitur. Illo Præſulatum gerente, mira res in primaria Bituricenſis vrbis Eccleſia contigit. *Homo quidam vicinos ſuos quodam pro crimine impetebat. Quos quùm plerumque verbis procacibus laceſſeret, ac iudicio publico malignè inimiciterque prouocaret, tandem primorum vrbis ſententiâ decretum eſt vt ſe ab hac noxa, quâ impetebantur, ſacramento purgarent. Ingreſſi igitur Eccleſiam maiorem ſanctiſſimi Protomartyris Stephani, ſtantéſque ante maius altare (quo incluſus aſſeruabatur pretioſus ſanguis eiuſdem Martyris, de quo quidem ſanguine pars non modica nunc vſque apud ſanctum Sulpicium in ſuburbiis dictæ ciuitatis honorificè in capſa argentea veneratur) quùm eleuatis manibus ſacramenta proferrent; proſecutor cauſæ, peieraſſe eos clarâ voce conſtaretur, ſtatim virtute ſanctarum reliquiarum dicti Martyris in ſublime elatis pedibus, in aera excutitur, ac illiſo capite in pauimento, penè exanimis à circumſtanti turba conſpicitur. Poſt duarum ſanè horarum ſpatium miſer ille quùm ad liquidum putaretur ſpiritum exhalaſſe, apertis oculis, recepto ſenſu, patriâ voce crimen fatetur, videlicet aſſerens ſe impotenti odis violentâque linguâ debacchatum fuiſſe in famam virorum inſontium, & idcirco debitâ vltione ſcelus ſuum diuinitus vindicari, acri ſupplicio tamen erratum iſtud expungi. Quo facto maximis laudibus extollitur ſanctus Protomartyr Stephanus, & inſigne teſtimonium probitatis & innocentiæ hi, qui falsò accuſabantur, referunt.* Huc vſque Monachus Sanſulpitianus.

[a] De glor. Conf. c. 102.

[b] Cap. 21.

INSIGNE MIRACVLVM APVD BITVRIG.

XXXII. Diximus Synodum Pariſienſem congregatam fuiſſe, cùm contentio inter Reges Chilpericum & Sigibertum vertebatur. In exemplaribus Gregorij, loco Chilperici legitur Guntchramnus, ſed expuncto Guntchramno Chilpericum reſtituendum docet Hadrianus Valeſius in Præfatione quam Tomo ſecundo rerum Francicarum præfixit. Etenim ſi Guntchramni res agebatur, cur ipſe Epiſcopos Regni ſui vocauit? an vt controuerſias inter ſe ac fratrem Sigibertum exortas dirimeret? quaſi verò Sigibertus ſtaturus fuerit iudicio Epiſcoporum, è regno fratris quidem ſed inimici tum ſui congregatorum. Nemo potiùs non putabit Guntchramnum, virum bonum & pacis amantem, bello, quod inter Chilpericum & Sigibertum renaſcebatur, componendo ſtuduiſſe per Epiſcopos Burgundiæ, qui neutrius ditionis neutrarúmque partium eſſent, ac ideò neutri poſſent eſſe ſuſpecti, ſed Antiſtitum conſilia atque monita nihil apud vtrumque valuiſſe, ſtatimque Theodobertum à Chilperico patre miſſum eſſe cum copiis, vt Sigiberti patrui ciuitates inuaderet. In alium ſenſum detorqueri non poteſt Gregorius, qui totum negotium ita deſcribit [c]. *Cùm contentio inter Guntchramnum* (lege Chilpericum)

[c] Lib. 4. c. 42.

& Sigibertum Reges conferretur, Guntchramnus Rex apud Parisius omnes Episcopos regni sui congregat, vt inter vtrosque quid veritas haberet edicerent. Sed vt bellum ciuile in maiore pernicitate cresceret, eos audire peccatis facientibus distulerunt. Chilpericus autem Rex in ira commotus, per Theodobertum filium suum seniorem, qui à Sigiberto aliquando adprehensus sacramentum dederat, vt ei fidelis esset, ciuitates eius peruadit, id est, Turonus & Pictauis, vel reliquas citra Ligerim sitas. Qui Pictauis veniens contra Gundobadum Ducem pugnauit. Terga autem vertente exercitu partis Gundobadi magnam ibi stragem de populo ille fecit. Sed & Turonicam regionem maximam partem incendit, & nisi ad tempus manus dedissent, totam continuò debellasset.

AN. CH. 573.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 12.
BELLVM CIVILE.

ANNVS
CHRISTI 574.
GVNTCHRAMNI R. 13.
CHILPERICI R. 13.
SIGIBERTI R. 13.
INDICTIO 7.

574.
GVNTCH.
CHILPER.
SIGIB.
RR. 13.

I. ANNO octauo Consulatûs Iustini Iunioris Augusti, Indictione septimâ, vt Marius obseruat, id est, anno Christi quingentesimo septuagesimo-quarto, Clebus Rex Langobardorum à puero suo interfectus est, & eo anno iterum Langobardi in valle ingressi sunt, & Clusas obtinuerunt, & in Monasterio Sanctorum Acaunensium diebus multis habitauerunt, & posteà in Baccis pugnam contra exercitum Francorum commiserunt, vbi penè ad integrum interfecti sunt, pauci fugâ liberati. Sed & Mauri & alia gentes, qui in Prouincia eorum ingredi præsumpserunt, ab ipsis Francis deuicti sunt. Fredegarius [a] idem bellum sic describit. Thaloardus & Nuncio Duces Langobardorum per ostiola in Sidonense * territorium cum exercitu sunt ingressi, ad Monasterium Sanctorum Agaunensium nimiam facientes stragem. Baccis villâ, nec procul ab ipso Monasterio Duces eorum exercitûs à Vulfilioco & Theudefrido Ducibus Guntramni sunt interfecti. Quadraginta tantùm ex illis fugaciter in Italiam remeant. Hanc Longobardorum irruptionem excepit altera, quam Gregorius Turonensis sic enarrat [b]. Tres Langobardorum Duces, id est, Amo, Zaban ac Rhodanus Gallias inruperunt. Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam, vsque Machao villam Auennici territorij, quam Mummolus munere meruerat regio, accessit, ibique fixit tentoria. Zaban verò per Diensem descendens vrbem vsque Valentiam venit, ibique castra posuit. Rhodanus autem Gratianopolitanam vrbem adgressus est, ibique Papiliones extendit. Et Amo quoque Arelatensem debellauit Prouinciam, cum vrbibus quæ circumsita sunt vsque ipsum lapideum * campum, quod adiacet vrbem Massiliensem, tam de pecoribus quàm de hominibus denudauit. Aquensibus autem obsidionem parauit, de quibus viginti duabus libris argenti acceptis abscessit. Sicque & Rhodanus ac Zaban in locis, quibus accesserant, fecerunt. Quæ cùm Mummolo perlata fuissent, exercitum mouit, & Rhodano, qui Gratianopolitanam vrbem debellabat, occurrit. Sed cùm Hisaram * fluuium exercitus laboriosè transiret, nutu Dei animal amnem ingreditur, vadum ostendit, & sic populus liber in vlteriorem ripam egreditur. Quod videntes Langobardi, nec morati, euaginatis gladiis hos adpetunt. Commissóque bello in tantùm cæsi sunt, vt Rhodanus sauciatus lanceâ ad montium excelsa confugeret. Exinde cum quingentis viris, qui ei remanserant, per densa syluarum prorumpens ad

LONGOBARDI VINCVNTVR A FRANCIS.

[a] Hist. epit. cap. 68.

* de Sion.

[b] Lib. 4. c. 39.

* la Crau.

* l'Isere.

AN CH. 574. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 13. *Zabanum peruenit, qui tunc vrbem Valentiam obſidebat, narrauitque omnia quæ acta fuerant. Tunc datis pariter cunctis in præda ad Ebredunenſem vrbem regreſſi ſunt, ibique eis cum innumero exercitu Mummolus in faciem venit. Commiſſoque prælio, Langobardorum phalange vſque ad internecionem cæſa, cum paucis Duces in Italiam ſunt regreſſi. Cùmque vſque Siguſium * vrbem perlati fuiſſent, & eos incolæ loci durè ſuſciperent, præſertim cùm Siſinnius Magiſter militum à parte Imperatoris in hac vrbe reſideret, ſimulatum Mummoli puer in conſpectu Zabani Siſinnio literas protulit, ſalutémque ex nomine Mummoli dedit, dicens. En ipſum in proximo. Quod audiens Zaban curſu veloci ab vrbe ipſa digreſſus præteriit. Hic audiens, Amo collectâ omni prædâ in itinere proficiſcitur. Sed reſiſtentibus niuibus, relictâ prædâ, vix cum paucis erumpere potuit. Exterriti enim erant virtute Mummoli.* Tunc Longobardorum gens carebat Rege, nam poſt Clebi ſeu Clephonis aut Clepei necem triginta ſex Duces, vt Paulus Diaconus teſtatur [a], partiti ſunt ſibi quas in Italia ciuitates occuparant, durauitque interregnum vſque ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum, donec *Longobardi cùm per annos decem ſub poteſtate Ducum fuiſſent, tandem communi conſilio Autharit Clephonis ſuprà memorati Principis filium Regem ſibi ſtatuerunt.*

* Suſe.

a Lib. 2. c. 17. lib. 3. c. 8.

II. Fredegarius, quæ ſuperiùs ex Gregorio de tribus Longobardorum Ducibus Amone, Zabane & Rhodano narrata ſunt, redegit in compendium capite ſexageſimo-octauo Hiſtoriæ epitomatæ, quæ verò ſubſecuta ſunt vſque ad annum Clotarij Regis triceſimum-quintum, qui cum anno Chriſti ſexcenteſimo duodeuiceſimo coincidit, expoſuit capite quadrageſimo-quinto ſui Chronici, ſed à veritate non ſemel aberrauit, quia quatuor poſteriores Gregorij libros, vt alibi probabimus, nuſquam legit. Aimoinus qui Longobardorum Hiſtoriam à Paulo Diacono vulgatam præ manibus habebat, à quibuſdam erroribus Fredegarij prudenter cauit, ſed in ceteros lapſus eſt quia tres poſteriores Gregorij libros non vidit. *Longobardorum gens*, inquit Fredegarius [b], *quemadmodum tributa XII. millia ſolidorum ditioni Francorum annis ſingulis diſſoluebant, referam; vel quo ordine duas ciuitates, Auguſtam & Senſium cum territoriis ad partem Francorum caſſauerant, non abſcondam. Defuncto Clepeo ſummo Principe, duodecim Duces Langobardorum XII. annis ſine Regibus tranſierunt, ipſóque tempore, ſicut ſuprà ſcriptum legitur, per loca in regno Francorum proruperunt. Eâ præſumptione in compoſitione Auguſtam & Sinſium Ciuitates, cum integro illorum territorio & populo, partibus Guntchramni tradiderunt. Poſt hac legationem ad Mauritium Imperatorem dirigunt. Hi XII. Duces, ſingulíque legatarios deſtinant, pacem & patrocinium Imperij petentes. Iidémque & alios legatarios XII. ad Guntchramnum & Childebertum deſtinant, vt patrocinium Francorum & defenſionem habentes, XII. millia ſolidorum annis ſingulis his duobus Regibus in tributa implerent, vallem cui nomen Ametegis partibus Guntchramni caſſantes, his legatis, vbi plus congruebat, patrocinium ſibi firmarent. Poſt hac integrâ deuotione patrocinium eligunt Francorum. Nec mora, pòſt permiſſu Guntchramni & Childeberti tunc Autharium Ducem ſuper ſe Langobardi ſublimant in regnum. Alius Antharius, idémque Dux cum integro ſuo Ducatu ſe ditioni Imperij tradidit, ibique permanſit. Et Autharius Rex tributa, quæ Langobardi ad partem Francorum ſponderant, annis ſingulis reddidit. Poſt eius diſceſſum, filius eius Ago in regno ſublimatus, ſimiliter impleſſe dinoſcitur.* Aimoinus, cùm dubius hæreret, vtrùm triginta ſex Duces Longobardorum, vt Paulus Diaconus, an duodecim tantùm, vt Fredegarius, agnoſceret, eorum numerum non notauit, ſed in aſſignando tempore quo populos ſibi commiſſos rexerunt, contempto Fredegario Paulum ſecutus eſt, interregnúmque Longobardorum vltra decennium haud produxit. *Poſt Albuin*, inquit [c], *cùm Cleph nobiliſſimus Longobardorum anno vno & ſex menſibus tenuiſſet Principatum, denuò Duces in Longobardorum gente decennio creati ſunt.* Fredegario quamuis antiquiori Paulus & Aimoinus hoc loco ſunt præponendi, quia tribus innituntur ſynchronis Authoribus, Mario Lauſannenſi & duobus Gregoriis Romano ac Turonenſi, Marius enim mor-

b In Chron. cap. 45.

c Lib. 3. c. 17.

tem Clebi Regis & initium interregni ponit *anno VIII. conſ. Iuſtini Iun. Aug.* AN. CH.
Ind. VII. ſiue anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quarto, & ambo Gre- 574.
gorij Autharium qui ſex duntaxat annis regnauit, mortuum tradunt anno GVNTCH.
Chriſti quingenteſimo nonageſimo, ſiue anno Childeberti Regis decimo- CHILPER.
quinto vt Gregorius Turonenſis [a] aſſerit, aut anno qui partim Indictioni octa- SIGIB.
uæ, partim nonæ illigabatur vt Gregorius Papa [b] teſtatur. Præterea Aimoi- RR. 13.
nus [c], cùm de Autharij Regis electione ſermonem fecit, neglectâ Fredegarij [a] Lib. 10. c. 3.
ſententiâ, qui regiam dignitatem Authario *permiſſu Guntchramni & Childe-* [b] Lib. 1. ep. 17.
berti à Longobardis collocatam affirmarat, Paulum iam citatum ſic exſcripſit. [c] Lib. 3. c. 36.
Longobardi, cùm per annos decem ſub poteſtate Ducum fuiſſent, tandem communi conſilio Flauium Autharit, ſuprà memorati Principis Clephonis filium, Regem ſibi ſtatuerunt. Autharitus ex Duce Rex Longobardorum renunciatus eſt anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto. Tantùm autem abeſt vt Regum Francorum, Guntchramni videlicet ac Childeberti, conſenſum acceſſiſſe ſuſpicemur, quin potiùs obſeruamus Childebertum eodem anno, regni ſui nono, contra Longobardos profectum eſſe, ſic enim ad illum annum diſſerit Gregorius Turonenſis [d]. *Childebertus Rex in Italiam abiit. Quod cùm audiſſent* [d] Lib. 6. c. 42.
Langobardi, timentes ne ab eius exercitu cæderentur, ſubdiderunt ſe ditioni eius, multa ei dantes munera, ac promittentes ſe parti eius eſſe fideles atque ſubiectos. Patratiſque cum his omnibus quæ voluit Rex in Gallias eſt regreſſus. Ab Imperatore autem Mauricio quinquaginta millia ſolidorum acceperat, vt Langobardos de Italiâ extruderet. Audito autem Imperator, quòd cum his in pace coniunctus eſt, pecuniam repetebat. Sed hic fidus à ſolatiis, nec reſponſum quidem pro hac re voluit reddere. Verùm electionem Autharij Regis anteceſſerit, an verò ſubſecuta ſit profectio Childeberti Regis in Italiam, non declarat Gregorius. Poſteriorem ſententiam amplectitur Aimoinus, nam libro tertio, capite triceſimo-ſexto Flauium Autharium ad regiam dignitatem promotum ait, & Paulum Diaconum ſuprà citatum deſcribit, deinde capite triceſimo-ſeptimo bellum quod Childebertus Francorum Rex in Italia geſſit, ex Gregorio Turonenſi ſic enarrat. *Hoc tempore Mauritius Imperator Childeberto Regi Francorum quinquaginta millia ſolidorum per Legatos ſuos eâ vel maximè direxit gratiâ, ut cum exercitu ſupra Longobardos irrueret, eóſque Italiâ pelleret. Qui, nil moratus, cum innumera Francorum multitudine Italiam ſubitò introiuit. Longobardi verò conferendæ manûs ſpem abiicientes, munimentis ſuarum ſe commiſere vrbium, & intercurrentibus Legatis, oblatíſque muneribus, pactum cum Childeberto fecerunt. Quo ad Gallias remeante, cognito Imperator Mauritius quòd cum Longobardis fœdus iniſſet, ſolidos, quos ei ob Longobardorum expulſionem dederat, repetere cæpit. At ille ſuarum virium potentiâ fretus, pro hac re nec reſponſum reddere voluit.* At ſi Childebertus, vt omnes conſentiunt, ab Imperatore pecuniam acceperat vt Longobardos ex Italia pelleret, quis credat eius permiſſu ſub vnius Regis poteſtatem redactum eſſe imperium gentis Longobardicæ, quod cùm anteà penes multos eſſet, faciliùs debellari poterat? Cetera quæ ſuperiùs ex Fredegario recitauimus, elegantiore necnon breuiore ſtylo ſic reddidit Aimoinus [e]. *Exi-* [e] Lib. 4. c. 7.
git nunc locus referri, quemadmodum Longobardi duodecim millia ſolidorum tributi nomine, Regibus Francorum per multa ſoluerint annorum curricula. Vel etiam qua de cauſa duas Ciuitates, id eſt, Auguſtam & Seuſiam, dominationi ceſſerunt Francorum. Defuncto, ut ſuprà oſtenſum eſt, Cleph Rege nobiliſſimo, Duces ſuper Longobardos creati irruptione in Gallos factâ, greges caprarum ſimul cum præda abegerunt. Ob cuius præſumptionis temerarios auſus, prædictas urbes partibus Guntramni Regis tradiderunt. Ex communi autem tractatu, duodecim Legatos ad Imperatorem Mauritium mittentes, pacem cum eo fecerunt. Alios quoque eiuſdem numeri Legatos ad Guntramnum & Childebertum deſtinauere, qui amicitiam & ſocietatem eorum efflagitantes, duodecim millia ſolidorum ſe eis ſoluturos fore, vice ſuâ ſponderent. Hos præcipuè ipſis miſſis ſuis in mandatis tradentes, vt quorum propenſiorem in fœdera amicitiarum aduerterent beneuolentiam, eorum quàm maximè vnire ſibi ſtuderent concordiam.

AN. CH. 574. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 13.

Tandem auditâ vtriuſque partis ſententiâ, patrocinio ſe tum commiſere Francorum, traditâ inſuper Guntranno Regi valle Ametigis cognomine. Sicque vſque ad tempora Agilulfi Regis memorata ſoluere tributa. Tota hæc narratio reducitur ad duo capita. Primum eſt de locis, quæ Longobardorum ceſſione Francis acceſſerunt. Alterum eſt de tributo, quod iiſdem Francis per multos annos à Longobardorum Ducibus Regibúſque perſolutum fuit. Loca ſoli Guntechramno tradita perhibentur. Tributum Guntchramno ſimul ac Childeberto promiſſum fertur. Duæ Ciuitates, Auguſta videlicet ac Seguſium cum ſuis territoriis, & vallis Ametegis, aſſeruntur Guntchramno Regi conceſſæ. Tributi loco duodecim millia ſolidorum, partim eidem Guntchramno, partim Childeberto quot annis dicuntur numerata. Fredegarius & Aimoinus duo teſtantur interceſſiſſe pacta, vnum quo Duces Longobardorum, cùm poſt mortem Clebi Regis in ditiones Guntchramni irrupiſſent, duas Ciuitates, Auguſtam & Seguſium, eidem Guntchramno Francorum Regi ceſſerunt amicitiæ cum eo redintegrandæ causâ; alterum quo iidem Duces multò seriùs cùm Mauritius Auguſtus iam imperabat, vallem Ametegem Guntchramno tradiderunt, polliciti que ſunt duodecim millia ſolidorum ſingulis annis eidem Guntchramno & Childeberto Francorum Regibus in poſterùm ſe ſoluturos. Iſta iuſto ſunt examine diſcutienda. Necem Clebi Regis, irruptiones Ducum Longobardorum in Gallias, & victoriam Mummoli Patricij ſub Guntchramni Regis auſpiciis hoc anno, Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quarto, iure conſignari iam docuimus ex Mario Lauſanenſi & Gregorio Turonenſi ſynchronis Auctoribus. Tunc in poteſtatem Guntchramni Regis ex Longobardorum ceſſione venire cum ſuo territorio potuit Auguſta*. Seguſium verò per illud tempus non Longobardis ſed Imperatori ſubiiciebatur. Id apertè declarat Gregorius Turonenſis a textu iam citato, vbi ait Duces Longobardorum, cùm à Mummolo victi regredérentur in Italiam, & *vſque Seguſium vrbem perlati fuiſſent*, ab incolis loci duriter ſuſceptos eſſe, *præſertim cùm Siſinnius Magiſter militum à parte imperatoris in hac vrbe reſideret*. Poſteà Seguſium Francis Imperator tradidit, &, vt Iacobus Sirmondus in Codice Aniſienſi adnotatum obſeruauit, Guntchramnus Rex Maurienenſi Eccleſiæ ſubiecit parochias Seguſienſes, quas Vrſicinus Taurinæ ciuitatis Epiſcopus Gregorij Magni temporibus ſibi reddi poſtulauit, ex epiſtolis[b] eiuſdem Papæ conſtat. Tunc in valle Seguſiana diruta iacebat Monaſterium * Noualicienſe, quod à Longobardis hoc anno in Gallias irrumpentibus euerſum fuiſſe docet Vghellus[c] in elogio prædicti Vrſicini Taurinenſis Antiſtitis. Hæc de priori Longobardorum pacto. Poſterius, quod Fredegarius & Aimoinus multò ſeriùs à Ducibus Longobardorum non cum vno Guntchramno, vt prius, ſed cum Guntchramno Childebertóque Francorum Regibus initum volunt Mauritio iam imperante, quicquid illi dicant, actum eſt poſt annum Chriſti nonageſimum-primum ſupra quingenteſimum, Ducum autem poteſtas apud Longobardos extincta fuerat ab anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, quo Regiam dignitatem, vt ſuprà dictum eſt, Autharius obtinere cœpit. Gregorius Turonenſis Hiſtoriam Francorum perduxit vſque ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſim[um] primum, tamen de valle Ametege & de tributo Francis à Longobardis non ſolito ne verbum quidem ſcripſit, quamuis copioſè diſſeruerit & de bel[lis] quæ Franci geſſerunt in Italia contra Longobardos, & de fœderibus quæ cum Mauritio Auguſto percuſſerunt, vt eoſdem Longobardos ex Italia facilius expellerent. Conſule illius Hiſtoriam libro ſexto, capite quadrageſimo-ſecundo, ad annum Childeberti Regis nonum, Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum: libro octauo, capite decimo-octauo, ad annum Childeberti Regis decimum, Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quintum: libro nono, capitibus viceſimo & viceſimo-quinto, ad annum Childeberti Regis decimum-tertium, Chriſti quingenteſimum octogeſimum-octauum

CEDVNT AVGVSTAM.

* Aoſte.

a Lib. 4. c. 19.

b L. 7. epp. 111. 112. edit. vulg.

* Noualeſe.

c Tom. 4. Ital. ſac.

item eodem libro, capite viceſimo-nono, ad annum Childeberti Regis deci- AN. CH.
mum-quartum, Chriſti quingenteſimum octogeſimum-nonum: & libro de-
cimo, capite tertio, ad annum Childeberti Regis decimum-quintum, Chri- 574.
ſti nonageſimum ſuprà quingenteſimum. Ex ſola lectione ſatis intelliges illis GVNTCH.
temporibus nihil tributi Guntchramno Childebertóve à Longobardis ſolu- CHILPER.
tum eſſe. SIGIB.

Auguſta, quam Longobardi Guntchramno Francorum Regi ceſſerunt, RR. 13.
vocatur Auguſta Salaſſiorum ſeu Salaſſorum & Auguſta Prætoria, vt à cæteris III.
ciuitatibus eiuſdem nominis diſtinguatur. Cæſare Auguſto nonùm Conſu-
le, id eſt, anno ante Chriſtum natum viceſimo-tertio, Colonia Romanorum
facta eſt, victis Salaſſis; dictáque Auguſta Prætoria, maximâ parte agrorum
Prætorianis cohortibus attributâ. Pertinuit ad Epiſcopatum Vercellenſem *,
donec Epiſcopali Sede donata eſt. Epiſcopi ab hac ciuitate nuncupati ſunt
Auguſtenſes & Auguſtani, Metropolitanóque Mediolanenſi, cui Vercellen-
ſis Epiſcopus etiamnum ſubeſt, ſubditi fuerunt, donec Auguſta Francicis di-
tionibus acceſſit, deinceps autem Metropolitæ Darentaſienſi ſubiacuerunt.
Lege quæ Tomo primo dicta ſunt ad annum Chriſti quingenteſimum triceſi-
mum-ſextum, cùm Prouincia Darentaſienſis, quæ duobus tantùm Epiſcopa-
tibus, Darentaſienſi videlicet Metropolitano & Octodurenſi, tunc conſta-
bat, ab Oſtrogothis ad Francos tranſiit. Ignoratur nomen Epiſcopi, qui Diœ-
ceſim Auguſtanam regebat, cùm Guntchramnus Francorum Rex Auguſtâ
potiri cœpit, ad illam enim ætatem mancus eſt apud omnes Nomenclatores
catalogus Auguſtanorum Antiſtitum, eorúmque geſta, quibus Annales Ec-
cleſiaſtici Francorum augeri poſſent, obliuioni tradita non parum dolemus.

* de Vercel.

* Num. 6.

IV.

*Fuit apud urbem * Nicenſem eo tempore Hoſpitius reclauſus magnæ abſtinen-
tiæ, qui conſtrictus catenis ad purum corpus ferreis, induto deſuper cilicio, nihil
aliud quàm purum panem cum paucis dactylis comedebat. In diebus autem Qua-
drageſimæ, de radicibus herbarum Ægyptiarum, quibus Eremitæ vtuntur, exhiben-
tibus ſibi negotiatoribus alebatur. Et primum quidem ius, in quo coxerant, hau-
riens, ipſas ſumebat inpoſterum. Magnas enim per eum Dominus virtutes digna-
tus eſt operari. Nam reuelante ſibi Spiritu ſancto aduentum Langobardorum in
Gallias prædixit. Venient, inquit, Langobardi in Gallias, congerite omnem ſub-
ſtantiam veſtram infra murorum ſepta, ne à Langobardis diripiatur, & vos ipſos
in locis firmiſſimis communite. Monachis quoque dixit, abſcedite & vos à loco iſto,
auferentes vobiſcum quæ habetis. Ecce enim appropinquat gens quam prædixi. Di-
centibus autem illis, non relinquimus te, ſanctiſſime Pater, ait. Nolite timere
pro me. Futurum eſt enim vt inferant mihi iniurias, ſed non nocebunt vſque ad
mortem. Diſcedentibus autem Monachis, venit gens illa, & dum cuncta quæ repe-
ris vaſtat, peruenit ad locum vbi Sanctus Dei reclauſus erat. At ille per feneſtram
turris oſtendit ſe eis. Illi ergo circumeuntes turrem, aditum per quem ingrederen-
tur ad eum, inuenire non poterant. Tunc duo aſcendentes detexerunt tectum, &
videntes eum cinctum catenis indutumque cilicio, dicunt: Hic malefactor eſt, &
homicidium fecit, ideo in his ligaminibus vinctus tenetur. Vocatumque interpre-
tem, ſciſcitantur ab eo, quid mali fecerit, vt tali ſupplicio arceretur. At ille fa-
tetur ſe homicidam eſſe, omniſque criminis reum. Tunc vnus extracto gladio, vt
caput eius libraret, dextera in ipſo ictu ſuſpenſa diriguit, nec eam ad ſe potuit re-
uocare. Tunc gladium laxans terra deiecit. Hæc videntes ſocij eius clamorem in cæ-
lo dederunt, flagitantes à Sancto, vt quid agere potuerint, clementer inſinuaret.
Ipſe verò impoſito ſalutis ſigno, brachium ſanitati reſtituit. Ille autem in eodem
loco conuerſus fideliſſimus Monachus fuit. Duo verò Duces qui eum audierunt, in-
columes patriæ redditi ſunt. Qui verò contempſerunt præceptum eius, miſerabili-
ter in ipſa Prouincia ſunt defuncti. Multi autem ex ipſis à dæmonibus correpti cla-
mabant, cur nos, ſancte ac beatiſſime, ſic crucias & incendis? ſed impoſitam eis
manum, mundabat eos.* Hæc Gregorius Turonenſis b.

* Nic.

HOSPITIVS PRÆDICIT ADVENTVM LONGOBARD.

b Lib. 6 c. 6.

V.

Theodobertus Chilperici Regis filius, qui vertente anno ſuperiori Turo-

BELLVM CIVILE.

AN.CH. 574. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 13.

nos & Pictauium ceperat, *commoto exercitu Lemouicinum *, Cadurcinum *, vel reliquas illarum propinquas peruadit, vaſtat, euertit, Eccleſias incendit, miniſteria detrahit, Clericos interficit, Monaſteria virorum deiicit, puellarum deludit, & cuncta deuaſtat. Fuitque tempore illo peior in Eccleſiis gemitus, quàm tempore perſecutionis Diocletiani.* Sic Gregorius Turonenſis abſoluit caput quadrageſimum ſecundum libri quarti, Multa capite quadrageſimo-tertio ſequuntur de Lata Monaſterio, ſed ea quoniam hoc caput abeſt à Codicibus Bellouacenſi ac Corbeienſi, conſultò prætermittimus, tranſimúſque ad caput quadrageſimum-quartum, quod capiti quadrageſimo-ſecundo rectè ſic connectitur. *Fuit tempore illo peior in Eccleſiis gemitus quàm tempore perſecutionis Diocletiani. Dum hæc agerentur, Sigibertus Rex gentes illas, quæ vltra Rhenum habentur, commouet, & bellum ciuile ordiens, contra fratrem ſuum Chilpericum ire deſtinat. Quod audiens Chilpericus, ad fratrem ſuum Guntchramnum Legatos mittit. Qui coniuncti pariter fœdus ineunt, vt nullus fratrem ſuum perire ſineret. Sed cùm Sigibertus gentes illas adducens veniſſet, & Chilpericus de alia parte cum ſuo exercitu reſideret, nec haberet Rex Sigibertus ſuper fratrem ſuum iturus, vbi Sequanam fluuium tranſmearet, fratrem ſuum Guntchramnum mandatum mittit dicens: Niſi me permiſeris per tuam ſortem hunc fluuium tranſire, cum omni exercitu meo ſuper te pergam. Quod ille timens, fœdus cum eo iniit, eúmque tranſire permiſit. Denique ſentiens Chilpericus, quòd ſcilicet Guntchramnus relicto eo ad Sigibertum tranſiiſſet, caſtra mouit, & vſque Analocium Carnotenſem vicum abiit. Quem Sigibertus inſecutus, campum ſibi præparare petiit. Ille verò timens ne colliſo vtroque exercitu etiam regnum eorum corrueret, pacem petiit, ciuitateſque eius, quas Theodobertus malè peruaſerat, reddidit, deprecans vt nullo caſu culparentur earum habitatores, quas ille iniuſtè igne ferróque opprimens adquiſierat. Vicos quoque, qui circa Pariſius erant, maximè tunc flamma combuſſit, & tam domus quàm res reliqua ab hoſte direpta ſunt, vt etiam & captiui ducerentur. Obteſtabatur enim Rex ne hæc fierent, ſed furorem gentium, quæ de vlteriore Rheni omnis parte venerant, ſuperare non poterat. Sed omnia patienter ferebat, donec redire poſſet ad patriam. Tunc ex gentibus illis contra eum quidam murmurauerunt, cur ſe à certamine ſubtraxiſſent. Sed ille, vt erat intrepidus, aſcenſo equo ad eos dirigit, eóſque verbis lenibus demulſit, multos ex eis poſteà lapidibus obrui præcipiens. Sed nec hoc ſine beati Martini fuiſſe virtute ambigitur, vt hi ſine bello pacificarentur. Nam ipſa die quò hi pacem fecerunt, tres paralytici ad Beati Baſilicam ſunt erecti.* Huc vſque Gregorius Turonenſis [a], qui prætereà libro ſecundo [b] de miraculis ſancti Martini obſeruat ex tribus illis paralyticis, primum fuiſſe Antiſiodorenſem nomine Manlulfum, alterum Aurelianenſem qui continuò Clericus factus eſt, tertium Bituricenſem Clericum nomine Leubouium.

VI. Guntchramnus, quia Longobardicus furor Burgundiæ tunc inſtabat, ad partes Sigiberti facilè tranſiit. Germanus Epiſcopus Pariſienſis, cùm bellum Pariſiis propè imminere iam præſagiret, Brunichildem Reginam per literas vehementiſſimè ſollicitauit, vt Sigibertum Regem ad pacis conſilia reuocaret. *Inhoneſta victoria eſt*, inquit, *fratrem vincere, domeſticas domos humiliare, & poſſeſſionem à parentibus conſtructam euertere.* Sigibertus traiecto Sequanâ in agrum Pariſienſem facilè peruenit, Lutetiam Pariſiorum non eſt ... greſſus, ſed vicos meridionales Sequanam inter ac Ligerim ſitos diripuit combuſſitque, dum inſequebatur Chilpericum, qui *vſque Analocium Carnotenſem vicum* abierat. Tunc ad ſancti Dionyſij ſepulchrum perpetrata ... duo miracula, quæ Gregorius Turonenſis libro primo [c] de gloriâ Martyrum ſic enarrat. *Dionyſius verò Epiſcopus Pariſiorum vrbi datus eſt Martyr. Tempore verò quo Sigibertus Rex cum exercitu ad vrbem venit illam, & maximam vicorum eius partem incendio concremauit, quidam de primoribus eius ad Baſilicam antedicti Martyris properat, non orationis deuotione, ſed tantùm vt aliquid fraudaret ... æde. Scilicet vbi reſeraca oſtio ac vacuum templum à cuſtodibus reperiſſet, pallam holoſericam auróque exornatam ex gemmis, quæ ſanctum tegebat ſepulchrum, ...*

* le Limoſin.
* le Quercy.
[a] Lib. 4. capp. 42. 44.
[b] Capp. 5. 6. 7.
[c] Cap. 72.

vario auſu diripuit, ſecúmque ſuſtulit. Veniens autem ad caſtra, fuit ei neceſſitas nauigandi. Cumque puer eius, quem tunc creditum habebat, ſuſpenſis ad collum ducentis aureis, nauem cum eodem aſcendiſſet, ſubitò à nullo tactus de naui decidit, oppreſſúſque aquis nunquam potuit inueniri. Ille quoque iudicium Dei in ſe cernens per pueri amiſſionem & auri, velociter littori de quo digreſſus fuerat remeauit, palliúmque ſepulchri ſummâ velocitate reſtituit. Et licèt hoc fecerit, tamen diem, in quo hæc admiſerat, recurrente anni circulo non attigit. Alius autem ſuper ſepulchrum ſanctum calcare non metuens, dum columbam auream lanceâ quærit elidere, elapſis pedibus ab vtraque parte, quia turritum erat tumulum, compreſſis teſticulis, lanceâ in latere defixâ exanimis eſt inuentus. Id non fortuitu contigiſſe, ſed iudicio Dei geſtum, nullus ambigat. Noſtrâ ætate mota eſt ab eruditiſſimis viris quæſtio, vtrùm Baſilica, quæ Sigiberti Regis temporibus tumulo ſancti Dionyſij Martyris inſigniebatur, intra muros ciuitatis Pariſienſis eſſet, an ad quintum ab eadem vrbe milliarium, vbi nobiliſſimum beati Dionyſij Cœnobium cum oppido eiuſdem nominis hodie conſpicitur. Vtriuſque ſententiæ fautores Gregorium proximè citatum ad ſuas partes pertrahunt. Ac primùm qui ſepulchrum Dionyſij Martyris intra ciuitatem Pariſienſem collocant, illi vel vicos vrbis Pariſienſis, quos Sigiberti Regis exercitus combuſſit, à Gregorio non alios putant dici, quàm qui intra muros vrbis eſſent, ac flagrante incendio contendunt aditum Auſtraſiis militibus ad Baſilicam beati Dionyſij facilè patuiſſe; vel nullâ vicorum factâ mentione totam argumenti vim ſumunt à nauigandi neceſſitate, quæ furi fuit, vt poſt violatum beati Dionyſij ſepulchrum ad caſtra Sigiberti rediret, ab vrbe videlicet, vt interpretantur, Pariſienſi, quam ſolo Inſulæ circuitu inter duos alueos Sequanæ tunc circumſcriptam fuiſſe ſcribunt. Alij verò, qui ſepulchrum Dionyſij Martyris extra Lutetiam ponunt in vico quinque milliariis ab ea ciuitate diſſito, per vicos vrbis Pariſiacæ, quorum maximam partem à copiis Sigiberti crematam ait Gregorius libro primo de gloria Martyrum, non intelligunt vicos qui erant intra muros Pariſienſes, ſed *vicos qui circa Pariſius erant*, vt loquitur idem Author, cùm eandem Sigiberti profectionem in agrum Pariſienſem cum exercitu narrat [a] libro quarto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, furique è Baſilica Dionyſij Martyris ad Sigiberti caſtra redeunti neceſſitatem nauigandi fuiſſe oſtendunt, quia Sigibertus, cùm Sequanam permittente Guntchramno ſemel tranſiiſſet, ſi caſtra poſuit ad eundem amnem in agro Pariſienſi, certè ad ſiniſtram ripam, dexteræ autem penè imminebat vicus, vbi tumulum ſancti Dionyſij tunc extitiſſe produnt quinto milliario à Lutetia Pariſiorum. His lubenter aſſentimur, nam quoties eadem res ab vno Scriptore bis commemoratur phraſi adeò diuerſâ, vt vnus è duobus textibus clariſſimus ſit, alter autem ſit obſcurior, duplicémque pati poſſit explicationem, quarum tamen altera non diſſideat à priore textu, quis non arbitretur ab illo textu ſtandum eſſe, qui luciduſſimus eſt, & in alium ſenſum detorqueri nequit? Clariſſima ſunt nec vllâ illuſtratione indigent hæc Gregorij verba libro quarto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, *vicos quoque, qui circa Pariſius erant, maximè tunc flamma conſumpſit*, & per vicos, *quæ circa Pariſius erant*, vici non intelligi poſſunt in ipſa ciuitate inſulâve Pariſiorum ſiti. Obſcurior verò eſt libro primo de gloria Martyrum hic eiuſdem Gregorij textus, *Sigibertus Rex cum exercitu ad vrbem illam*, nempe Pariſiorum, *venit, & maximam vicorum eius partem incendio concremauit*, nam vici vrbis Pariſiacæ dici poſſunt cùm vici qui ſunt intra muros Lutetiæ, tum vici qui ſunt extra Lutetiam in territorio ſiue in agro pagóue Pariſienſi; prior acceptio videtur genuina, ſed poſterior eſt perfamiliaris Gregorio. Columnam * enim in agro Aurelianenſi, vbi Sigiſmundus Burgundionum Rex in puteum proiectus occubuit, *Aurelianenſis vrbis vicum* appellat libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite ſexto; Viſoronciam * in territorio Viennenſi, vbi Chlodomeres Francorum Rex cum Godomaro Burgundiæ Rege conflixit, *locum vrbis Viennenſis* nominat eodem capite; Calam, quæ centum ſtadiis à Lutetia Pa-

AN. CH. 574. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 13.

ECCLESIA S. DIONYSII EXTRA LVTETIAM.

[a] Cap. 44.

* Coulmiers.

* Veſeronce.

AN. CH. riſiorum abeſt, *Pariſiaca ciuitatis villam* nuncupat libro quinto eiuſdem Hi-
574. ſtoriæ, capite quadrageſimo; Condatenſem * vicum, qui itinere vnius diei
GVNTCH. à ciuitate Turonica diſtat, diſtinguit ab vrbe Turonenſi, vocatque nihilomi-
CHILPER. nùs vicum vrbis Turonicæ, cùm de beato Martino Turonenſium Epiſcopo,
SIGIB. qui obiit in vico Condatenſi, & poſt mortem nauigio in vrbem Turonicam
RR. 13. delatus eſt, ita ſcribit capite vltimo prædictæ Hiſtoriæ, *conſummato ergo vitæ*
* Cande. *curſu, obiit apud Condatenſem vicum vrbis ſuæ*, id eſt, Turonicæ, *anno* LXXXI.
ætatis, de quo vico, nauigio ſublatus, Turonus eſt ſepultus; denique vt à bello in-
* Ablis. ter Chilpericum ac Sigibertum fratres exorto non recedamus, Aualocium *,
vbi Chilpericus caſtra poſuit, *vicum* dicit *Carnotenſem*, qui non intra muros
Carnotenſes ſed in agro Carnotenſi ſitus eſt, & hodie vocatur Abluya, vt
a Lib. 3. c. 16. Falcetus [a] ſuſpicatur, ſéxque diſtat leucis à ciuitate Carnotenſi. Anno igitur
Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quarto, cùm Sigibertus Chilpericum
fratrem inſequebatur, tumulus beati Dionyſij Martyris erat in vico Catullia-
co ſeu Catolaco, vbi poſteà Dagobertus Rex, Chilperici nepos, Monaſte-
rium condidit, quod hodiéque ſupereſt ad quintum milliarium à Lutetia Pa-
riſiorum. Baſilica quæ ſepulchrum ſancti Dionyſij tunc tegebat, condita fue-
b d. 3. Ian. rat à beata Genouefa, vt teſtantur Authores vitæ quos Bollandus [b] publica-
c Tom 1. Hiſt. Franc. uit, & Geſta Dagoberti Regis quæ Ducheſnius [c] edidit. Ex duobus Scripto-
ribus, quos Bollandus in lucem emiſit; alter antiquior eſt Gregorio Turo-
nenſi, nam regnante Childeberto, Clodouei filio, *poſt ter ſenos*, vt ipſemet
loquitur, *ab obitu eius*, nempe Genouefæ, *annos ad deſcribendam eius vitam
animum oppoſuit*; quânam ætate alter vixerit, certò deprehendi nequit, prio-
re videtur paulò recentior, quia de Ruſtico & Eleutherio Dionyſij ſociis
nullum ſermonem habet. Vtriuſque opera inter ſe ſunt adeò conformia, vt
à Bollando diſtinguantur in paria capita cum iiſdem titulis ac fermè cum iiſ-
dem notis ad marginem. In priore hæc leguntur de Genouefa. *Quanta ve-
neratione & amore dilexit Catholiacenſem vicum, in quo ſanctus Dionyſius cum ſo-
ciis ſuis Ruſtico & Eleutherio paſſus eſt & ſepultus, nequaquam ſilendum eſſe arbi-
tror. Nam feruens deuotio erat ipſi beatiſſima Genouefa, vt in honorem ſancti Dio-
nyſij Epiſcopi & Martyris Baſilicam conſtrueret, ſed facultas deerat. Cui cùm ſolitò
quadam die Presbyteri ciuitatis occurriſſent, ait ad eos. Venerabiles in Chriſto ſancti
Patres ac ſeniores mei, obſecro vos, vt faciatis in vnum collationem, vt ædificetur
in ſancti Dionyſij honorem Baſilica.* Et poſt pauca. *Vniuerſis denique ciuibus, Ge-
nouefa implorante, auxilium ferentibus, in honorem ſæpedicti Martyris ad faſtigium
vſque Baſilica conſtructa eſt.* In poſteriore hæc. *Vicum Catholiacenſem, in quo ſan-
ctus Dionyſius & paſſus eſt & ſepultus, grandi amore ac veneratione dilexit. Hic
verò Epiſcopus in ſexto à Pariſius miliario martyrio vitam finiuit, qui à Clemente
Epiſcopo ſancti Petri diſcipulo eſt in Sacerdotium benedictus, & ab eodem directus in
has partes deſtinatus, qui Clemens etiam certamen ſupradicti ſancti Petri Apoſtoli
cum Simone mago in Cæſarea vel alibi geſtum admirabili prædicatione deſcripſit. Cu-
piebat enim ſancta Genouefa huic ſancto Dionyſio Martyri in ſupradicto vico Baſili-
cam maximâ conſtruere ambitione, ſed pro exiguitate cenſûs virtus deerat conſtruen-
di. Ad cuius cùm officium Presbyteri ſolitò conueniſſent, cœpit cum his habere de Ba-
ſilica conſtructione colloquium, vt vnuſquiſque prout poſſet operi impendium pl[illegible]
dei ſua deuotione conferret.* Et poſt pauca. *Sic & auxiliantibus ciuibus Baſilica [illegible]
in honore ſancti Martyris Dionyſij, eâdem adhortante, conſtructa.* Poſterior [illegible]
thor cùm ſcriberet, priorem præ manibus habebat, vt Lector facilè iudica[illegible]
bit, indéque colligimus poſteriori perperam ab Interpolatore mentione[illegible]
Clementis Pontificis inſertam fuiſſe contra mentem prioris, apud quem a[illegible]
tum eſt de Clemente ſilentium, & à priore abfuiſſe hæc verba, *cum ſociis ſu[illegible]
Ruſtico & Eleutherio*, quæ non reperiuntur in poſteriore, & contra vtriuſq[illegible]
mentem à neoterico fuerunt adiecta. De Ruſtici & Eleutherij Martyrum [illegible]
uentione agemus ſub Dagoberto Rege. Præcitatis Authoribus poſterior [illegible]
Anonymus, qui Geſta eiuſdem Dagoberti ſcripſit, aſſerit enim Dionyſi[illegible]

AN.CH. 574. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 13.

cum ſociis Ruſtico & Eleutherio in vico Catulliaco ſepultum fuiſſe ſub Domitiano Auguſto. *Vicus, inquit, qui Catulliacus dicitur, ab vrbe, quæ Lutetia ſiue Pariſius vocatur, quinque fermè millibus abeſt. In eo ſanè vico temporibus Domitiani, qui ſecundus ab Nerone in Chriſtianos arma corripuit, primum memoratæ vrbis Epiſcopum beatiſſimum Dionyſium, cum quo & Ruſticum & Eleutherium, quorum alter Presbyter, alter Diaconus erat, pro Chriſti nomine in proſpectu ipſius ciuitatis interemptos quædam materfamilias vocabulo Catulla, à quo & vico deductum nomen dicunt, quia palàm non audebat, clàm ſepulturæ mandauit. Signauit tamen loculum, vt rei geſtæ iunioribus conſtaret notitia. Sic incomparabilis theſaurus diu latuit, nec præter famam locus ille quicquam habebat conſpicuum. Et quamuis quædam inibi ab anterioribus Regibus propter aſſidua quæ ibidem agebantur miracula conlata fuiſſent, tamen quia locus ipſe eo tempore ſub poteſtate Pariſiaci Antiſtitis conſtitutus erat, & cuiuslibet Clericorum eum iure beneficij tradebat, ille qui cui concedebatur non honeſtatem loci, ſed terrenum lucrum, quemadmodum in quibuſdam locis hodiéque cernitur, ſibi inde in proprios vſus accumulare videbatur, ob hoc, vt diximus, locus ille nimiùm negligebatur. Vilis quippe tantùm ædicula, quam, vt ferebatur, beata Genouefa ſuper ſanctos Martyres deuotè conſtruxerat, tantorum Martyrum corpora non ambiebat, quoad, ſicut in proceſſu expediam, profuturum orbi eorum nomen enituit, & procurante Deo, ad ſingularem excellentiam locus, qui tam magnis, tam certis, tam denique antiquis illuſtrabatur, quamuis occultè, patronis, prouectus eſt.* Author ille paulò ante ætatem Hilduini vixit; fuit ex ſodalitio Monachorum San-Dionyſianorum; totus verſatur in commendando ſuo Monaſterio & in exornando Dagoberto Rege; deſpectui habet Clericos Pariſienſes; de Baſilica, quam beata Genouefa priuſquàm Franci Pariſiis potirentur in vico Catholiacenſi conſtruxit, parum honorificè loquitur; nec caret fabulis quas ſuis locis confutabimus. Hæc autem ſufficiant, vt ſcias in vico Catholiacenſi ſeu Catholicenſi, quem recentiores à Catulla matrona Catulliacum dictum voluerunt, vbi antiquiſſimi Scriptores beatum Dionyſium paſſum ac ſepultum fuiſſe teſtati ſunt, priſcis temporibus ſtatim ac pax Eccleſiæ reddita fuit, à Chriſtianis erectam eſſe Baſilicam, in cuius collapſæ locum ſancta Genouefa magnificentiorem condidit, quæ tumulo beatiſſimi Præſulis ac Martyris decorabatur, cùm inter Chilpericum ac Sigibertum Reges exarſit bellum, de quo Gregorius Turonenſis ſcribit in Hiſtoria Eccleſiaſtica Francorum, libro quarto, capite quadrageſimo-quarto, & in opuſculo de gloria Martyrum, libro primo, capite ſeptuageſimo-ſecundo.

* Capp. 1. 3.

VII. RVSTICVLA FIT ABBATISSA ARELATENSIS.

Hoc circiter anno diſceſſit è viuis Liliola Monaſterij S. Cæſarij Arelatenſis Abbatiſſa, cui ſucceſſit Ruſticula, vt in huius vita Florentius Presbyter Tricaſtinus * teſtatur his verbis. *Beatiſſimâ Liliolâ de hac luce migrante ad Dominum, viſum eſt ad omnem illam ſanctam Congregationem, vt dilectam Dei Ruſticulam ſibi eligerent fieri matrem. Illa autem refutabat, indignam ſe dicens eſſe ad hoc opus. Quid multa? Fauente Domino, impletur deuotio ancillarum Dei. Impoſitóque ſibi honore Chriſti, ſancto moderamine inuigilabat pro animabus ad ſe pertinentibus. Erat autem tunc annorum circiter decem & octo.* Priore Tomo diſputauimus de ætate ſanctæ Ruſticulæ ad annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum ſextum, quo natam probauimus.

* de Trois-Chaſteaux.

VIII. EPISCOPI MATISCON.

In Matiſconenſium Antiſtitum catalogo, quos Seuertius & Robertus ediderunt, Iuſtus hoc anno ponitur Epiſcopus illius Ciuitatis, & Sancti titulo decoratur. Medius ſedit inter Chelidonium & Euſebium, quorum alter Lugdunenſem Synodum anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo, alter Matiſconenſe Concilium anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio ſuâ ſubſcriptione communiuit. Matiſconenſes apud Seuertium ex antiqua traditione affirmant Iuſtum Epiſcopum quieſcere in æde S. Clementis prope Matiſconem *.

* Maſcon.

IX. NECATVR PETRVS DIACONVS LINGON.

Hoc anno Petrus Diaconus Lingonenſis, Gregorij Turonenſis Epiſcopi frater, interfectus eſt. Eius necem vulgato capite quinto libri quinti Gregoriani ſic habes deſcriptam. *Poſt duos annos à morte Siluestri, quam anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo retulimus, inſtigatus iterum à Lampadio*

AN. CH. 574 — GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 13.

Diacono *filius Silueſtri, adſequutus in via Petrum Diaconum, lanceâ ſauciatum interfecit. Quòd cùm factum fuiſſet, de eo loco eleuatus, & ad Diuionenſe* * *delatus caſtrum, ſecus ſanctum Gregorium proauum ſepelitur. Iſte verò fugam iniens, ad Chilpericum Regem tranſiit, facultatibus ſuis fiſco Regis Guntchramni dimiſsis.*

* Diuion.

X. CVIVS FRATER GREGORIVS EP. TVRON.

Gregorio Turonenſi Epiſcopo frater fuit Petrus nomine, cuius ita meminit idem Gregorius libro ſecundo de gloria Martyrum, capite viceſimo-quarto. *Aduenerat*, inquit, *feſtiuitas beati Martyris*, nempe Iuliani qui Briuate * colitur, *& Pater meus cum omni domo ſua ad huius ſolemnitatis gaudia properabat. Nobis verò iter agentibus, Petrus frater meus ſenior ab ardore febris nimiæ occupatur, & tam grauiter angitur, vt neque bibere neque cibum ſumere poſſet, totumque illud iter cum grandi agitur mœrore, & in diſcrimen res vertitur, vtrùm conualeſcat an pereat. Denique cum iſto labore peruenitur ad locum, ingredimur Baſilicam, adoramus ſacroſancti Martyris ſepulturam, proſternitur & ægrotus in pauimentum, deprecans medelam à Martyre glorioſo. Poſt completam verò orationem ad metatum regreſſus, febris paululum conquieuit, veniente autem nocte, nobis ad vigilias properantibus, rogat ſe & ille deferri, incumbénſque ante ſepulchrum totâ nocte, Martyris ſuffragium deprecatur. Exactis deinde nocturnis excubiis, rogat vt de puluere, qui circa beatum erat tumulum, collecto, vel potui darent, vel collo ſuſpenderent. Quo facto, ita omnis ardor febrium conquieuit, vt ipsâ die & cibum caperet incolumis, & vbi delectatio vertiſſet animum, ambularet.*

* Brioude.

XI. At non ita patet, verùm Gregorius Epiſcopus Turonenſis eiuſque frater Petrus Diaconus proauum habuerint ſanctum Gregorium, qui Comitatum Ciuitatis * Auguſtodunenſis ambiuit geſsitque per annos quadraginta, deinde mortuâ coniuge factus eſt Epiſcopus Lingonenſis, obiitque anno ſui Pontificatûs triceſimo-tertio, Chriſti quingenteſimo vndequadrageſimo. Gregorius Turonenſis in vulgato capite quinto libri quinti, non tantùm Gregorium Epiſcopum Lingonenſem, vt præcitatus textus inſinuat, proauum ſuum fuiſſe teſtatur, ſed & ſanctum Nicetium, qui Diœceſim Lugdunenſem rexit, auunculum matris ſuæ vocat, ſic enim de fratre ſuo Petro Diacono loquitur. *Facto placito in præſentia ſancti Nicetij Epiſcopi auunculi matris meæ Lugdunum dirigitur.* Neutram illarum cognationum in ipſius Gregorij Turonenſis vita norunt Clerici Turonenſes, licèt agnationem, quâ ſanctum Gallum Aruernenſem Epiſcopum contingebat, ita laudarint. *Georgius quemdam Senatur Leocadiam duxit vxorem, hæc de ſtirpe Vetty Epagati deſcenderat, quem Euſebius quinto Hiſtoriarum libro Lugduni paſſum ac inter reliquos tunc temporis martyrizatum. Quæ Leocadia peperit ſanctum Gallum Aruernicæ Sedis Epiſcopum atque Florentium huius pueri*, nempe Gregorij qui Turonenſis pòſt Epiſcopus fuit, *genitorem.* Hæc hauſerunt ex ſcriptis Gregorij Turonenſis; partim ex libro ſecundo de gloria Martyrum, cuius caput viceſimum-tertium ſic auſpicatur Gregorius, *erat etiam tunc temporis apud vrbem Aruernam patruus meus Gallus Epiſcopus*; partim ex vita ſancti Galli, in qua Gregorius * ſic ait, *pater ei*, ſcilicet Gallo, *nomine Georgius, mater verò Leocadia ob ſtirpe Vetty Epagati deſcendens, quem Lugduni paſſum Euſebij teſtatur Hiſtoria.* Si de cognatione cum Gregorio Epiſcopo Lingonenſi & Nicetio Lugdunenſi Epiſcopo, ſimilia teſtimonia reperiſſent inter opera Gregorij Turonenſis, eam certè ſilentio non prætermiſiſſent. Atque ex hac obſeruatione, præter alia quæ ſuprà notauimus, validiſſimum eruitur argumentum, vt quod in Hiſtoriæ Gregorianæ vulgatis editionibus quintum legitur libri quinti caput, id inter ſuppoſititia reiiciatur. De prædicta verò cognatione quid ſentiamus, ex ſcriptis Potiſſimùm Gregorij Turonenſis accipe.

* Autun.

* De vit. Patr. cap. 6.

XII. PATER FLORENTIVS.

Gregorio Turonenſi pater fuit Florentius, mater Armentaria. Vtriuſque meminerunt in ipſius Gregorij vita Turonenſes Clerici. Fortunatus b Armentariam hoc Carmine commendauit.

b Lib. 10. carm. 18.

Felix bis meritis ſibi Macchabæa vel Orbi,
Nobilitas generis nobilior genitis.

AN.CH. 574. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. IJ.

MATER ARMENTARIA.

Quæ ſeptem cælo palmas tranſmiſit ab aluo,
Martyriique decus protulit ille vterus.
Tu quoque prole potens rectè Armentaria felix,
Nec minor ex partu, quàm prior illa ſinu.
Illa vetus numero maior, tu maxima cælo,
Quod poterant plures, vnicus hoc tuus eſt.
Facta clara tuo, geniti circumdata fructu,
Eſt tibi Gregorius palma corona nouus.
Me Fortunatum humilem commendo verenter,
Ac mihi cæleſtem, quæſo, preceris opem.

XIII. In vita [a] ſancti Gregorij Lingonenſis Epiſcopi duæ celebrantur Armentariæ, vna coniux eiuſdem Gregorij, neptis altera. Coniux ſic. *Sanctus Gregorius ex Senatoribus primis benè literis inſtitutus Auguſtodunenſis Ciuitatis Comitatum ambiuit. In Comitatu autem poſitus regionem illam per quadraginta annos iuſtitiâ comite correxit, & tam ſeuerus atque diſtrictus fuit in malefactoribus, vt vix cum vllus reorum poſſet euadere. Coniugem de genere Senatorio habens Armentariam nomine, quam ad propagandam generationem tantùm dicitur cognouiſſe, de qua & filios Domino largiente ſuſcepit, aliam verò mulierem, vt iuuenilis aſſolet feruor inardeſcere, non contigit. Poſt mortem autem vxoris ad Dominum conuertitur, & electus à populo Lingonica vrbi Epiſcopus ordinatur.* Neptis verò ſic. *Armentaria neptis eius, cùm grauiter quodam tempore in adoleſcentia ſua à quartano fatigaretur incommodo, ac medicorum ſtudio plerumque fota nullum poſſet ſentire leuamen, & ab ipſo Confeſſore beato ſæpius vt orationi inſiſteret hortaretur, quadam die lectum eius expetiit, in quo poſita, ita febris cuncta reſtincta eſt, vt nunquam ea deinceps ægrotaret.* Gregorius, qui Lingonenſis poſteà Pontifex fuit, *filios*, vt Gregorius Turonenſis iam citatus in eius vita ſcribit, ex legitimo toro, priuſquam Epiſcopus fieret, *Domino largiente ſuſcepit*. Vnus ex illis Gregorij Lingonenſis pòſt Epiſcopi filiis vxorem ſibi ſociare potuit ſororem ſancti Nicetij Lugdunenſis Epiſcopi, iuniorémque gignere Armentariam, quæ nomen auiæ paternæ geſſerit, & nupta Florentio multos habuerit liberos, è quorum numero fuerint Petrus Diaconus Lingonenſis & Gregorius Turonenſis Epiſcopus. In hoc ordine genealogico comprehenduntur tres cognationes, quas editio vulgata Gregorij Turonenſis exhibet capite quinto libri quinti. Prima eſt Tetrici Lingonenſis Epiſcopi cum Gregorio Turonenſi, quorum propinquus eſſe dicitur Silueſter. *Lingonici*, inquit vulgatus Gregorius, *Silueſtrum propinquum, vel noſtrum, vel beati Tetrici, Epiſcopum expetunt.* Secunda eſt Gregorij Turonenſis cum Nicetio Epiſcopo Lugdunenſi, quem idem Gregorius auunculum matris ſuæ ſic vocat. *Facto placito in præſentia ſancti Nicetij auunculi matris meæ Lugdunum dirigitur.* Tertia eſt Petri Diaconi Lingonenſis & Gregorij Turonenſis Epiſcopi fratrum cum Gregorio Epiſcopo Lingonenſi, quem eorum proauum fuiſſe teſtatur idem Gregorius Turonenſis, cùm de Petri Diaconi fratris ſui ſepultura ſic loquitur. *Ad Diuionenſe delatus caſtrum, ſecus ſanctum Gregorium proauum noſtrum ſepelitur.* Atque vt hæc tibi clariora fiant, oculos, ſi lubet, in ſequentem tabulam coniice.

[a] Greg. Turon. de vit. Patr. cap. 7.

PROAVVS GREGORII EP. LINGON.

MATRIS AVVNCVLVS NICETIVS EP. LVGDVN.

AN. CH. 574. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 13.

S. GREGORIVS ex genere Senatorio, Ep. Lingonenſis. — ARMENTARIA vxor legitima S. Gregorij nondum Epiſcopi. FLORENTINVS Senator. — ARTEMIA.

GEORGIVS Senator. — LEOCADIA ex ſtirpe Vectij Epagati Mart. Filius ex legitimo toro S. Gregorij, priuſquam fieret Epiſcopus. — Soror S. Nicetij Ep. Lugdun. Metropol. S. NICETIVS Ep. Lugdun. Metropol.

S. GALLVS Ep. Aruernorum. FLORENTIVS Senator. — ARMENTARIA, cuius auunculus S. Nicetius Ep. Lugdun. Metrop. auus S. Gregorius Ep. Lingonenſis; filius S. Gregorius Ep. Turonenſis Metropolitanus.

PETRVS Diaconus Lingonenſis. GREGORIVS Ep. Turon. Metrop. cuius frater Petrus Diaconus, pater Florentius, mater Armentaria, patruus S. Gallus Ep. Aruern. auunculus matris S. Nicetius Epiſc. Lugdun. Metropol. proauus S. Gregorius Ep. Lingonenſis.

XIV. Dices commentitiam eſſe talem Gregorij Turonenſis cognationem, quia nullum de illa verbum fecit ipſemet Gregorius cùm in Hiſtoria Eccleſiaſtica Francorum tum in vitis Sanctorum Pontificum Gregorij Lingonenſis & Nicetij Lugdunenſis. Certè Gregorium Epiſcopum Lingonenſem non tantùm laudauit in Hiſtoria Eccleſiaſtica Francorum, ſed illius vitam retulit etiam in literas, inſeruitque libro ſuo de vitis Patrum, in neutro tamen iſtorum operum ſe pronepotem dixit Gregorij Præſulis Lingonenſis, aut ipſium Gregorium, qui Lingonenſis Epiſcopus fuit, proauum ſuum vocauit. Libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimo-quinto, prolixam narrationem texit de Attalo Gregorij Lingonenſis Epiſcopi nepote, qui bello, vt ad annum Chriſti quingenteſimum viceſimum-quintum notauimus, inter Theodoricum & Childebertum fratres, Clodouei Magni filios, exorto, captiuus abductus eſt in agrum Treuirenſem, & ingenio Leonis cuiuſdam ex cocis ipſius Gregorij Lingonenſis Epiſcopi liberatus eſt ac reductus. Sic autem in illo capite ſcripſit de Gregorio Lingonenſi Epiſcopo. *Attalus nepos beati Gregorij Lingonici Epiſcopi ad publicum ſeruitium mancipatus eſt, cuſtóſque equorum deſtinatus. Erat enim in Treuirico territorio cuidam barbaro ſeruiens. Deni que beatus Gregorius ad inquirendum eum pueros deſtinauit.* Et inferiùs. *Presbyter amicitiam cum beato Gregorio antiquam habebat. Tunc reſumptis pueri epulo viribus, per duos dies in domo Presbyteri commorantes, abſceſſerunt, & ſic vſque ad S. Gregorium perlati ſunt. Gauiſus autem Pontifex viſis pueris, fleuit ſuper collum Attali nepotis ſui. Leonem autem à iugo ſeruitutis abſoluens cum omni generatione ſua, dedit ei terram propriam, in qua cum vxore ac liberis liber vixit omnibus diebus vitæ ſuæ.* Capite vndeuiceſimo eiuſdem libri deſcripſit ſitum caſtri Diuionenſis, vbi Gregorius Lingonenſis Epiſcopus frequenter morabatur. *Erat*, inquit, *tunc & beatus Gregorius apud vrbem Lingonicam magnus Dei Sacerdos, ſignis & virtutibus clarus. Sed quia huius Pontificis meminimus, gratum arbitratus ſum, vt ſitum loci Diuionenſis, in quo maximè erat aſſiduus, huic inſeram lectioni. Eſt autem caſtrum firmiſſimis muris, in media planitie & ſatis iocunda poſitum*, &c. Capite ſeptimo libri, quem de vitis Patrum inſcripſit, vitam edidit eiuſdem Gregorij Lingonenſis Epiſcopi, nec vllam ſibi cum illo cognationem aut affinitatem fuiſſe teſtatus eſt. Sic enim genus laudauit. *Beatus Gregorius ex Senatoribus* ... Deinde vxorem ac filios ſic. *Coniugem de genere Senatorio habens Armentariam nomine, quam ad propagandam generationem tantùm dicitur cognouiſſe, de qua filios Domino largiente ſuſcepit.* Poſtremò neptem. *Armentaria neptis eius cùm grauiter quodam tempore in adoleſcentia ſua à quartana fatigaretur incommodo lectum eius expetiit, in quo poſita, ita febris cuncta reſtincta eſt, vt nunquam e... deinceps ægrotaret.* Si per hanc Armentariam, Gregorij Lingonenſis Epiſcopi neptem, pronepos eiuſdem Gregorij Lingonenſis Epiſcopi fuit, cur ipſam Armentariam, quam Gregorij Lingonenſis Epiſcopi neptem fuiſſe dixit, m...

trem ſuam non vocauit, aut Gregorio Lingonenſi Pontifice proauo ſe gloriari AN. CH.
non aſſeruit? Par ratio ſumitur ex vita ſancti Nicetij Lugdunenſis Epiſcopi, 574.
quam Gregorius Turonenſis capite octauo libri de vitis Patrum publicauit. GVNTCH.
Auctor enim in ea nullam inſinuat cognationem, quâ Nicetium Lugdunen- CHILPER.
ſem Epiſcopum contingat. De parentibus ſancti Nicetij ſic diſſerit. *Florenti-* SIGIB.
nus quidam ex Senatoribus acceptâ Artemiâ coniuge, cùm duos iam haberet liberos, RR. 13.
ad Epiſcopatum Ianubenſis * *urbis expetebatur, & re iam obtentâ cum principe ad* * Geneue.
domum reuertitur; coniugique quæ egerat nuntiauit. Quod illa audiens reſpondit
viro: Deſine, quæſo, dulciſſime coniux, ab hac cauſa, & ne quæſieris Epiſcopatum
vrbis, quia ego ex conceptu à te ſumpto Epiſcopum, nempe Nicetium, gero in vte-
ro. Poſteà beato Nicetio Epiſcopo à primis annis ſe notum ſic declarat. *Re-*
colo in adoleſcentia mea, cùm primùm literarum elementa cepiſſem agnoſcere, &
eſſem quaſi octaui anni æuo, & ille indignum me lectulo locari iuberet, ac paternâ
dilectionis dulcedine vlnâ ſuſciperet, oram indumenti ſui arripiens, ita ſe
colobio concludebat, vt nunquam artus meos beata eius membra contingerent. Si
matrem habuit, cuius auunculus eſſet Nicetius Epiſcopus Lugdunenſis, cur
eundem Nicetium proauunculum ſuum non appellauit?

Valida videtur hæc obiectio. Facilè tamen dilui poteſt, ſi cum vitis bea- XV.
tiſſimorum Præſulum Gregorij Lingonenſis & Nicetij Lugdunenſis confera-
tur vita ſancti Galli Aruernenſis Epiſcopi, quam idem Gregorius Turonenſis
capite ſexto, libri de vitis Patrum non minùs diligenter exarauit. Attentè
caput illud perlege. Diſces patrem beato Gallo fuiſſe Georgium Senatorem,
matrem Leocadiam ex ſtirpe Vectij Epagati Martyris Lugdunenſis oriundam.
Pater ei nomine Georgius, mater verò Leocadia ab ſtirpe Vectij Epagati deſcendens,
quem Lugduni paſſum Euſebij teſtatur Hiſtoria. Et paulò pòſt. *Ille verò Gallum ſe*
vocitari pronuntiat, ciuem Aruernum, Georgij filium Senatoris. Nullum aliud ver-
bum de ſancti Galli cognatis aut agnatis vel affinibus inuenies. Beatum tamen
Gallum patruum Gregorij Turonenſis extitiſſe conſtat, hic enim caput vice-
ſimum-tertium libri ſecundi de gloria Martyrum ſic exorſus eſt. *Erat enim*
tunc temporis apud Vrbem Aruernam patruus meus Gallus Epiſcopus. At ſi beatum
Gallum in eius vita patruum ſuum haud nuncupauit, potior ratio non oc-
currit, cur ſanctum Nicetium Lugdunenſem Epiſcopum in eius vita pro-
auunculum ſuum, aut ſanctum Gregorium Lingonenſem Epiſcopum in eius
vita proauum ſuum appellaret.

Si tibi non placent prædictæ cognationes Gregorij Turonenſis, Scripto-
rem, cuius auctoritate niti poſſint, non habemus præter Interpolatorem Gre- XVI.
gorianum. Sed vt interpolationes, quas inſeruit Gregorio, reiicimus inter
fabulas, quotieſcumque cum ipſo Gregorio alióue probatæ fidei Auctore
pugnant, ſic ab eis, quotieſcumque defendi poſſunt, temerè recedendum
non putamus, licèt res, quas complectuntur, ſcriptæ ſint à recentiore quo-
piam cui multò minùs quàm Gregorio fidendum.

Quæ ſuprà de ſancto Nicetio Lugdunenſi Epiſcopo, déque Gregorio tunc
octo circiter annorum puero commemorata ſunt, ex ipſius Gregorij ſcriptis XVII.
adduci poſſunt in coniecturam fortaſſe non leuem, quâ contendas cognatio- MATER IN
nem inter vtrumque interceſſiſſe. Præterea Gregorius Turonenſis ſæpiùs in BVRGVN-
Burgundiam, vt matrem in illa regione degentem inuiſeret, ſe profectum te- DIA.
ſtatur, ob eámque cauſam mater eius Armentaria faciliùs creditur cogna-
tione coniuncta ſancto Gregorio Epiſcopo Lingonenſi ſanctóque Nicetio
Epiſcopo Lugdunenſi, Lingones * enim & Lugdunum tunc intra Burgun- * Langres.
diæ fines erant. Duas in Burgundiam ad matrem ſuam profectiones attingit
Gregorius Turonenſis in libris de miraculis ſancti Martini, vnam capite tri-
ceſimo-ſexto libri primi, alteram capite vltimo libri tertij. De priore ſic lo-
quitur. *Factum eſt quodam tempore, vt viſitationis ſtudio ad venerabilem matrem*
meam in Burgundiam ambularem. Cùm autem ſyluas illas, quæ trans Berberem flu-
uium ſita ſunt, præteriremus, latrones incurrimus. De poſteriore ſic. *Opportunitatis*

AN. CH. *cauſa nuper extiterat, vt ad viſitandam genitricem meam in territorium Cabilonen-*
574. *ſis* * *vrbis adirem.* Vrbs Cabilonenſis pertinet ad hodiernum Burgundiæ Du-
GVNTCH. catum, ſed ex Berberis fluuij traiectu ſatis intelligimus Gregorium ad matrem
CHILPER. vltra confluentes Araris * in Rhodanum perrexiſſe, nam Berberis in Dolo-
SIGIB. nem egeritur, hic verò ſiniſtram Rhodani ripam infra Viennam ſubit, vt ob-
RR. 13. ſeruat ᵃ Nicolaus *Chorier* in deſcriptione fluminum quæ Delphinatum * al-
luunt. Irrepſit mendum in textum Gregorij nuperrimè citatum, ibique non
Cabilonenſis ſed Cabellicenſis vrbis memoria fieri debet. Cabilo, Cabillo-
num, Cabillonia, Cabilonus, Caballodunum, Caulllonum, ſiue vrbs Cabi-
lonenſis, ad Araris ripam iacet, éſtque Ciuitas Epiſcopalis, quæ ſemper attri-
buta fuit Prouinciæ Lugdunenſi primæ, Lugdunensique Metropolitæ ſem-
per ſubiacuit. Cabellio *, Cabellicum, Caballicum, Cauallicum, ſiue vrbs
Cabellicenſis, Caballicenſis, Cauallicenſis & Cauallionenſis, intra Inſulam
eſt quam duo Druentiæ * aluei conficiunt, antiquo nobilitatur Epiſcopatu,
qui temporibus Gregorij Turonenſis accenſebatur Prouinciæ Viennenſi ſe-
cundæ, ſuberátque Arelatenſi Metropolitæ, hodie verò Metropolitæ ſubdi-
tur Auenionenſi. Certè Gregorius Turonenſis capite vltimo libri tertij de
miraculis S. Martini, non territorium Cabilonenſis vrbis ve vulgata ferunt
exemplaria, ſed quod reponendum contendimus Cabellicenſis vrbis terri-
torium nominauit. Paucis enim interiectis narrationem ſuam ita perſecutus
eſt. *Vbi igitur ad matrem acceſſi, protinus vnum puerum febris cum dyſenteria ar-*
ripit, atterit & conſumit, itaut negato vſu veſcendi de ſolis febribus alerettur. Die
tertiâ cùm hæc audiſſem, delibutum puluerem (puluerem videlicet ex ſepulchro
ſancti Martini delatum) *ad bibendum porrigo moribundo, ſtatímque fugatâ febre*
ſedatóque dolore conualuit. His diebus à Verano Antiſtite audiui, quòd quodam tem-
pore dum typi quartani æſtu vreretur, expetitâ beati Martini Baſilicâ, quæ in loco
erat, celebratâ vigiliâ, ſanatus fuit. Veranus autem non Cabilone ſed Cabel-
lione Pontificatum geſſit. Fruſtráque obiicies eundem Veranum in Hiſtoria
Eccleſiaſtica Francorum à Gregorio Turonenſi Cabillonenſem Epiſcopum bis
vocari; ſemel capite tricesimo-primo libri octaui ad annum Chriſti quingen-
teſimum octogeſimum-quintum, cùm Guntchramnus ad Chlotharium Chil-
perici filium tres miſit Epiſcopos, *Arthemium Senonicum, Veranum Cabillonen-*
ſem & Agrecium Tricaſſinum; iterum capite quarto libri noni ad annum Chriſti
quingenteſimum octogeſimum-ſeptimum, cùm *Childeberto Regi filius natus*
eſt, quem Veranus Cabillonenſis Epiſcopus ſuſcipiens à lauacro, Theodoricum vocari
poſuit. Vtrobique enim corrigendus eſt Gregorij textus, idque patet ex ſub-
ſcriptionibus Epiſcoporum, qui Concilio Matiſconenſi ſecundo interfuerunt,
quia Flauius Epiſcopus Cabilonenſis & Veranus Epiſcopus Cabellicenſis ſub-
ſcripſerunt in hunc modum. *Flauius Epiſcopus Eccleſiæ Cabilonenſis ſubſcripſi.*
Veranus Epiſcopus Eccleſiæ Cabellicarum ſubſcripſi. Situs Cabellionis extra Bur-
gundiæ fines cuipiam fortè videbitur. Ab hodierna quidem Burgundia, ſeu
Ducatum ſeu Comitatum accipias, procul diſtat Cabellio. Pertinuit autem
olim ad antiquum Burgundiæ regnum, cùm illud ſub poteſtate Regum eſſet,
qui vel ex Burgundionum vel ex Francorum ſtirpe regia deſcenderent. Epao-
nenſi enim Concilio, quod ex ſolis ditionibus Sigiſmundi tunc apud Bur-
gundiones regnantis conuocatum eſt, *die XVII. Calendas menſis octaui* [illegible]
gapito V.C. Conſule, id eſt, decimo-ſeptimo Kalendas Octobres, anno Chri-
ſti quingenteſimo decimo-ſeptimo, Philagrius Cabellicenſis Epiſcopus i[illegible]
ſubſcripſit. *Philagrius in Chriſti nomine Epiſcopus Ciuitatis Cabellicæ relegi & ſub-*
ſcripſi die & Conſule ſuprascripto. Et ætate Gregorij Turonenſis, quando Fran-
ᵇ Num. 41. cia tripertita erat, Burgundiæ nomine, vt ad annum Chriſti quingente-
ſimum ſexageſimum-ſeptimum ᵇ iam notauimus, comprehendebatur ſors [illegible]
portio quæ Guntchramno Regi Francorum obtigerat, nec ab hac Franc[illegible]
parte poteſt excludi Cabellio, nam Veranus Epiſcopus, quem ſediſſe Cabel-
lione ſuprà probauimus, locum inter Epiſcopos habuit, quos Guntchramnus [illegible]
Burgun-

Marginal notes:
ᵃ *Chalon ſur Saone.*
* *la Saone.*
ᵃ In Hiſt. Delphin. lib. 2. ſect. 5.
* *le Dauphiné.*
* *Cauaillon.*
* *la Durance.*
IN TERRITORIO CABELLICENSI.

Burgundiæ ſeu Franciæ Burgundicæ Rex ad Clotarium Neuſtriæ ſeu Franciæ AN. CH.
Neuſtraſiæ Regem anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto direxit 574.
teſte eodem Gregorio Turonenſi iam citato. Textus igitur huius Auctoris,
quem allegauimus ex vltimo capite libri tertij de miraculis ſancti Martini, ſic GVNTCH.
reſtituendus eſt. *Opportunitatis cauſa nuper extiterat, vt ad viſitandam genitri-* CHILPER.
cem meam in territorium Cabellicenſis vrbis adirem. Atque vt ad Cabellicenſis SIGIB.
vrbis territorium, vbi mater eius degebat, idem Gregorius perueniret, ne- RR. 13.
ceſſe fuit vt quemadmodum libro primo a eiuſdem operis ſcripſit, præter- TRANS
iret *ſylvas illas quæ trans Berberem fluuium ſita ſunt.* Hic amnis à Poëta voca- BERBEREM
tur Barberus *, quódque intumeſcendo raras ſegetes, vberes areſcendo FLVVIVM.
præſagiat, ita commendatur b.

. . . Indomito præceps vbi gurgite riuus
Turget, & effrænis tardas impellit arenas,
Infœlix lolium fallacia iugera latè
Occupat, & ſteriles vrit paliurus ariſtas.
Aſt vbi ſuppreſſis vndarum faucibus ares,
Nubilibuſque premi gaudes, Barbere, puellis,
Luxuriant vltrò ſegetes, & curua laborant
Ilia meſſorum, depreſſáque pondere nutant
Horrea.

a Cap. 36.
* le Barberon.
b Ap. Chopp. l. 1. ſect. 5. Hiſt. Delphin.

Gregorius Turonenſis Epiſcopus, de cuius fratre, parentibus, agnatis co- XVIII.
gnatiſque, captâ occaſione, non pauca diximus, hoc anno, ſiue, vt ipſemet GREGO-
loquitur, *in primo Sacerdotij ſui anno, intra domum Eccleſiaſticam vrbis Turonicæ* RIVS EP.
dedicauit Oratorium, in quo cum reliquorum Sanctorum pignoribus, ſancti TVRON.
Illidij Aruernorum quondam Epiſcopi reliquias collocauit. *Poſt multos verò* DICAT
dedicationis dies, vt in vita beati Illidij ſcribit c, *ammonitus eſt ab Abbate, vt* ORATO-
reliquias, quas in altari ipſo locauerat, viſitaret, ne ab humore nouæ ædificij hume- RIVM.
ctata, aliquid in his putredinis reſideret. Quas cùm requirens reperiſſet infectas,
ablatas ab altari contra ignem ſiccare cæpit. Verùm vbi ligaturas illas ſingillatim
*compoſuit, ventum eſt ad reliquias beati Illidij * Epiſcopi. Denique tenens eaſdem*
contra ignem, filum quo ligatæ erant, quia erat valdè prolixum, ſuper ardentes de-
cidit prunas, & tanquam æneum aut ferreum ab ardore ignis incanduit. Illo quo-
que paruipendente, quid filum fieret, tantùm ſanctæ reliquiæ ſiccarentur, eſtimans
autem eum iam in fauilla fuiſſe reſolutum, reperit indiruptum & integrum reman-
ſiſſe, quippe quod vinculum & ligamen paulò antè fuiſſet huius glorioſi Pontificis.

c De vit. Patr. cap. 2.
* Allyre.

Hoc anno Maglorius, qui Dolenſem Epiſcopatum aliàs gubernarat, inter
ſanctæ exhortationis verba, quibus Monachos ſuos alloquebatur, ad Deum XIX.
feliciter migrauit nono Kalendas Nouembres, quo die nomen eius reperitur MAGLO-
in Tabulis Eccleſiaſticis. Sepultus fuit in ſuo Monaſterio. Albertus in cata- RIVS EP.
logo Dolenſium Antiſtitum ab obitu ſancti Samſonis ad ſancti Maglorij tran- DOLENS.
ſitum decem annos effluxiſſe ſcribit. Maglorius *ab ipſo matris vtero vixit ca-* OBIT.
ſtiſſimus, virginitatis conſeruandæ ſtudioſiſſimus. Pane veſcebatur hordeaceo & vi-
liori legumine, eóque parcè. Quartâ & feriâ ſextâ prorſus nihil ſumebat cibi: quar-
tâ quidem feriâ, quòd tum impij Iudæi in necem Domini Ieſu conſpirarunt: ſextâ
autem, quòd eum cruci affixerunt. Carnem ſuam perpetuo cilicij vſu macerabat. Ve-
ſtes exteriores habuit nec admodum viles, nec ſanè pretioſas ſed mediocres, vt hu-
manos applauſus & gloriolam declinaret, quæ eſt æterna mortis muſcipula. Toto eo
tempore, quo relictâ Dolenſi Eccleſiâ ſolitudinem expetiit, nec vinum nec ſiceram
bibit. Perpaucis autem piſciculis diebus ſolennibus duntaxat, idque à Monachis re-
ligioſis & diuinæ contemplationi deditis coactus pro magnis deliciis veſcebatur. Ha-
bet plura vetuſtus Author d in eius vita.

d Ap. Sur. d. 24. Oct.

Cùm ſanctus Maglorius vitam mortalem clauſit, Budocus annum agebat
in Epiſcopatu Dolenſi ſeptimum, hunc illigamus anno Chriſti quingenteſi- XX.
mo ſeptuageſimo-quarto, Albertus ſexcenteſimo decimo-ſeptimo; contro-
uerſia eſt annorum trium ac quadraginta. Albertus vult ſanctum Maglorium

AN. CH. annos duos & octoginta vixiſſe, ab iſto calculo vix recedimus, ſed quem ille
ſcribit natum anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quinto, nos ante annum
574. Chriſti quingenteſimum in lucem editum contendimus; alioquin enim pue-
GVNTCH. ritiam cum ſancto Samſone ſub Hilduto non exegiſſet.
CHILPER. Poſtquàm Albertus ſibi perſuaſit ſanctum Maglorium anno Chriſti ſexcen-
SIGIB. teſimo-decimo, Pontificatûs ſui tertio, in eremum ſeceſſiſſe ſubrogato in
RR. 13. Epiſcopatum Dolenſem Budoco, Chronologiam ſequentium Antiſtitum ſic
XXI. inſtituit. Sancto Budoco, cuius memoria celebris eſt decimo-tertio Kalendas
EPISCOPI Decembris, tribuit annos viginti quatuor; quinque ſancto Gennevo qui co-
DOLENSES. litur quarto Kalendas Auguſti; duodecim Roſtoaldo ſiue Beſtualdo; totidem
ſancto Armahelo; quindecim ſancto Iumahelo ſiue Iunemeno, quem ait ad
Deum migraſſe anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo-octauo, ſic que annos duo-
deſeptuaginta in quinque Pontificatus partitur, ſed vel hi ſinguli Antiſtites
diuturniori tempore ſederunt, vt à ſancti Maglorij ſeceſſu, qui anno Chriſti
quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo contigit, ad annum Chriſti ſexcenteſi-
mum ſeptuageſimum-octauum compleantur anni centum & vndecim; vel
mancus eſt ac mutilus Dolenſium Epiſcoporum catalogus: fortè Beſtualdus
à Roſtoaldo & Iunemenus à Iunahelo diſtingui debent.

XXII. Obiit & hoc anno in Britannia Armoricana ſanctus Rwelinus * Epiſcopus
* S. Ruelin. Lexobienſis, de cuius Pontificatu poſt mortem ſancti Tugdwali iam locuti
LEXOBIENSIS. ſumus ad annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum-tertium [a]. Suc-
[a] Num. 4. ceſſit in Præſulatum Pebecontus, qui teſte Alberto ſedit annos viginti.

XXIII. Si fides eſt huic Auctori, ſanctus Briocus *, qui nomen vrbi & Epiſcopa-
* S. Brieu. tui dedit in Armorica, vixit annos nonaginta, peruenitque ad annum Chri-
ſti decimum-quartum ſupra ſexcenteſimum. Lege quæ Tomo primo ad an-
[b] Num. 8. 13. num Chriſti quingenteſimum-viceſimum [b] dicta ſunt. Ex illis facilè colli-
ges ſanctum Briocum, quamuis annum ætatis nonageſimum attigerit, priùs
BRIOCENSES. obiiſſe quàm ſeptimum à Chriſto nato ſeculum inchoaretur. Vt incertus eſt
annus quo Pontificatum ſuſcepit, ſic & incertus eſt annus quo vitam clauſit,
incertúſque numerus annorum quos in Epiſcopatu tranſegit. Sepultus fuit
in primaria ſuæ Diœceſeos Eccleſia, quam in honorem ſancti Stephani pro-
tomartyris erexerat. Multis poſt mortem miraculis inclaruit. Antiſtitum
qui proximè ſucceſſerunt in Epiſcopatum, nomina perierunt.

XXIV. Hiſce temporibus Diœceſim Corentinopolitanam adminiſtrabat Salomon
SALOMON Epiſcopus, cui prædictus Auctor annos in Præſulatu tres ac viginti tribuit,
EPISC. CO- ab anno videlicet Chriſti quingenteſimo vndeſexageſimo quo Fraganus ſeu
RENTINO- Ragianus obiit, ad annum vſque Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſe-
POL. cundum, quo Pontificatum auſpicatus eſt Aluretus, vt ad illum annum ob-
GVR- ſeruabimus. Sub Epiſcopo Salomone floruit ſanctus Gurthiernus, cuius me-
THIERNVS moria tertio Kalendas Iulias apud eundem Albertum in indice ſanctorum
ABB. KEM- Armoricanorum celebratur. Hic primus Abbas extitit Monaſterij Kemper-
PERLE- legienſis, quod anno Chriſti circiter quingenteſimo quinquageſimo in hono-
GIENSIS. rem ſanctæ Crucis conſtructum fuerat à Comite * Venetenſi, cui nomen
* de Vannes. Karadokus ſeu Guerekus, cognomen *Brekh-Bras*. Kemperlegium, vulgò *Kem-*
* Elé. *perlé* ſiue *Kemper-Ellé*, nomen ſortitur à vicino amne Elegio *, [illegible]
vrbem Elegio adiacentem, olim *Anaurot* appellabatur.

AN. CH. 575. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 14.

ANNVS CHRISTI 575.
GVNTCHRAMNI R. 14.
CHILPERICI R. 14.
SIGIBERTI R. 14.
INDICTIO 8.

ANNO Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto bellum, quod anno priori ſopitum fuerat, habito colloquio initóque cum Guntchramno fœdere redintegrauit Rhemoſque cepit Chilpericus. Ociùs Sigibertus conuocatis iterum tranſrhenanis gentibus Pariſios acceſſit, Guntchramnum fratrem à ſocietate Chilperici reuocauit, nuncios miſit Dunenſibus & Turonicis vt Theodobertum Chilperici filium adorirentur, quod cùm illi diſſimularent, Godegiſilum & Guntchramnum Boſonem Duces eò direxit. Hæc exſcripta ſunt ex Gregorio Turonenſi [a], palámq; declarant integrum Epiſcopatum Carnotenſem non vni paruiſſe Principi, cùm Dunenſe caſtrum Sigiberto, Chilperico Carnotum morem gereret, nec aliam rationem quæras cur Sigibertus quandiu vixit, cauſam Promoti defenderit. Chilpericus, cùm pacem inter fratres Sigibertum & Guntchramnum initam reſciiſſet, Rotomagum ac inde Tornacum cum vxore ac liberis fugit. Sigibertus ciuitates omnes quæ circa Pariſios ſitæ ſunt, vſque Rotomagum occupauit, reuersúſque Pariſios Brunichildem coniugem cum liberis excepit. Tunc Franci, qui Childeberto ſeniori quondam paruerant, Legationem ad Sigibertum miſerunt, vt eum, ſi vellet, reiecto Chilperico, ſuper ſe Regem ſtabilirent, quod ille minimè recuſauit, relictà Pariſiis vxore, miſsíſque qui Tornacum & Chilpericum obſiderent. Germanus Pariſienſium Epiſcopus prædixit fore, vt ſi mortem fratris optaret, iuxta verſum Salomonis in foueam corrueret, quam fratri ſuo paraſſet. Neque aliter contigit, cùm enim impoſitus clypeo Victoriaci * Rex ab omnibus acclamatus fuiſſet, à duobus Tarwanenſibus *, quos vxor Chilperici Fredegundis ad illud facinus impulerat, cultris veneno infectis percuſſus interiit. Lege Gregorium Turonenſem libro quarto, capite vltimo, & Geſta Regum Francorum capite triceſimo-ſecundo.

I. BELLVM CIVILE.

[a] Lib. 4. c. 41.

* Vitry.

* de Teruenne.

Obiit Sigibertus, vt Gregorius [b] teſtatur, *decimo-quarto Regni ſui anno, ætate quadragenariâ.* Idque confirmatur ab eodem Gregorio multis in locis, vbi Childeberti Iunioris anni cum annis Guntchramni & Chilperici patruorum conferuntur, ita vt nemini dubium eſſe debeat, quin Sigibertus ex hac vita migrarit anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto, licèt Marius illius mortem vno anno ſeriùs referat, & Gregorius Turonenſis in ſuis numeris à ſeipſo nonnumquam diſcrepet, vt cùm annos viginti nouem à tranſitu Theodoberti Regis ad exitum ipſius Sigiberti computat.

II. SIGIBERTI REG. MORS.

[b] Lib. 4. c. 46.

*Chilpericus in ancipiti caſu defixus, in dubium habebat, an euaderet, an periret, donec ad eum miſſi veniunt de fratris obitu renunciantes. Tunc egreſſus à Tornaco cum vxore & filiis, eum veſtitum apud Lambros * vicum ſepeliuit. Vnde poſteà Sueſſionas in Baſilicam ſancti Medardi, quam ipſe ædificauerat, tranſlatus, ſecus Chlotharium patrem ſuum ſepultus eſt.* Hæc Gregorius [c]. Ioannes Cognatus in Hiſtoria Tornacenſi [d] Victoriacum vbi Sigibertus occubuit, duabus leucis ait à Duaco diſtare, & Lambros vbi ſepultus fuit, prope Duacum * collocat, quà iter eſt Duaco Atrebatum *.

III. SEPVLTVRA.

* Lambres.

[c] Lib. 4. c. 46.

[d] Lib. 2. c. 65.

* Douay.

* Arras.

AN. CH. 575. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 14.

IV. Cùm Chilpericus Rex *apud Tornacum à fratre obſidebatur*, natus eſt ei filius Samſon, *quem mater Fredegundis ob metum mortis à ſe abiecit, & perdere voluit. Sed cùm non potuiſſet, obiurgata à Rege, eum baptizari præcepit. Qui baptizatus & ab ipſo Epiſcopo ſuſceptus eſt*, vt Gregorius Turonenſis [a] affirmat. Is autem Epiſcopus non alius fuit à Chraſmaro Nouiodunenſium & Tornacenſium Antiſtite, quem hiſce temporibus vixiſſe Meierus & Cognatus atteſtantur. Succeſſerat Chraſmarus Gundulfo, Gundulfus Fauſtino, Fauſtinus beato Medardo, de cuius obitu ad annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-quintum [b] diſſeruimus.

[a] Lib. 5. c. 23.
[b] Num. 9.

V. Apud Ioannem Cognatum [c] & Aubertum Miræum [d] extat Præceptum regiæ donationis, quâ Chilpericus Eccleſiam Cathedralem Tornacenſem donauit. *In nomine omnipotentis Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Chilpericus diuinâ præueniente clementiâ Rex Francorum. Quantò alios regiâ celſitudine præcellimus, tantò Chriſtum honorare & eius Eccleſiam impenſiùs volumus, & in Chriſti repenſionibus Sacerdotum & Pontificum, vel ſeruorum Dei, quæ pro eorum vtilitatibus pertinent, libenter præſtamus vel concedimus, & hoc nobis ad laudem vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus. Idcirco noſcat fidelium humilitas vel magnitudo, quòd nos Apoſtolico viro Domno Chraſmaro Nouiomagenſis * vel Tornacenſis * vrbis Epiſcopo telonium de nauibus ſuper fluuio Scalt, quæ pertinet ad fiſcum Tornacum, vel quolibet commercio, ſeu & de cariagio, vel de ſagenis, necnon vndecumque teloneus exigitur, ſicut fiſcus noſter, & regia poteſtas vendicare poteſt, imò & iuſtitiam de ipſo telonio, in ſtipendiis Canonicorum . . . . . noſtrâ gratiâ plenè viſi ſumus conceſſiſſe. Quapropter per hoc Præceptum ſpecialius decernimus pro donando, quod perpetualiter circa ipſum Domnum Chraſmarum Pontificem, vel ipſius ſanctæ Eccleſiæ Tornacenſis ſucceſſoribus ſuis pro tempore volumus eſſe conceſſum. Datum Bibrax Chilperici anno primo, Indictione decimâ tertiâ in Dei nomine feliciter. Amen.* Circa notam temporis non leuis occurrit difficultas. Herimannus Abbas ſancti Martini Tornacenſis, qui ſub initium duodecimi ſeculi floruit, & recentiores primum Chilperici annum interpretantur in regno Sigiberti, quod Chilpericus occiſo fratre inuaſit. Quapropter Miræus in notationibus, quibus hoc Præceptum in Codice donationum piarum illuſtrare conatur, vt attingat annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-quintum quo Sigibertus extinctus eſt, Indictionis XIII. loco reponit Indictionem VIII. & lapſum cenſet eſſe librarij, x pro v. tranſcribentis; deinde obſeruat *Bibrax* Remorum oppidum eſſe Iulio Cæſari, atque inde pronuncians affirmat primum Chilperici annum accipiendum eſſe de regno, quod Sigibertus adminiſtrarat. Verùm nec in Sigiberti ſortem poſt obitum patris ceſſit omnis Remorum ditio, qualis erat Cæſarianis temporibus; nec extra regnum Chilperici, qui Sueſſione * ſedem ſuam conſtituerat, collocari poteſt *Bibrax*, ſi iuxta ſententiam ipſius Miræi loco proximè citato ſit hodie *Bray* aut *Briſne*, adde quòd Chilpericus regnum Sigiberti non obtinuit. Exiſtimare quis poterit in Præcepto quod ſuprà recitauimus, mendum ſic eſſe corrigendum, vt cenſeatur datum non anno Chilperici I. XIII. Indictione, ſed anno Chilperici IX. III. Indictione, ita vt annus Chilperici Regis ab obitu patris no[illegible] Indictioni tertiæ rectè conueniat, & vterque Character Chronologicus annum Chriſti ſeptuageſimum ſupra quingenteſimum demonſtret. At [illegible] labor in corrigendis illis Characteribus inſumetur, neque enim Indictio notata reperitur in Præceptis quæ Chilpericus eiúſque fratres atque illorum ſucceſſores Reges Francorum emiſerunt vſque ad tempora Caroli Magni, qui, poſtquam in Occidente acclamatus fuit Auguſtus, Imperatores Orientis imitatus annos Imperij ſui per Conſulatum & Indictionem deſignauit. [illegible] Sanctorum Actis quæ ſub Chilperico poſteriſque Regibus Merouingicæ ſtirpis in literas relata ſunt, quoties annus Incarnationis Dominicæ & Indictio leguntur, cenſeri debent neotericorum interpolationes quæ textui calc[illegible]

[c] Lib. 1. c. 68.
[d] In not. Eccleſ. Belg. c. 5. & in cod. par. donat. c. 2.

PRÆCEPTVM CHILPERICI REG. PRO ECCLESIA TORNACENSI EXAMINATVR.

* * Eueſque de Noyon & de Tournay.

* Soiſſons.

AN. CH. 575. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 14.

vtplurimùm aduerſantur, idque multis exemplis inferiùs oſtendemus. Anni ab Incarnatione Dominica cœperunt octauo ſeculo in Francia numerari, & ineunte nono Carolus Imperator notam Indictionis, quâ Franci nondum vſi fuerant, publicis monumentis appoſuit. Gregorius Turonenſis, Fredegarius, Auctor de Geſtis Regum Francorum, aliique rerum Francicarum Scriptores qui ſub Merouingis Regibus vixerunt, ſuas Hiſtorias aut Chronica per Conſulatus & Indictiones non diſtinxerunt. Vnus excipitur Marius Epiſcopus Auenticenſis * qui ſub Guntchramno Rege Clodouei Magni nepote floruit. Is quia Faſtos Conſulares Proſperi continuabat, & res non Francorum modò ſed etiam Romanorum, Burgundionum, Gothorum, Longobardorum, aliarúmque gentium in ſuo Chronico complectebatur, ſingulis annis Conſules præfixit; deinde à Maximi Conſulatu, qui cum anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-tertio coincidit, vſque ad annum ſecundum Conſulatûs Tiberij Conſtantini Auguſti, quo ſuum opus abſoluit, annos non Conſulibus tantùm ſed & Indictione conſignauit. Conſulatus, qui ſubſcriptionibus quorumdam Conciliorum in Francia celebratorum appoſiti reperiuntur, expungendos iam docuimus [a]. Idem ſentimus de Indictionibus. In Concilijs Aurelianenſibus primo ac ſecundo, necnon in Aruernenſi, quod habitum eſt regnante Theodoberto, nulla occurrit Indictionis nota. Concilium Aurelianenſe tertium, quod Codices Remenſis ac Bellouacenſis *anno* XXVII. *Childeberti Regis* congregatum produnt, in Codice Lugdunenſi, qui nullam Childeberti Regis mentionem facit, celebratum dicitur *Indictione ſecundâ*, non autem hæc Indictio ſed prima, per menſem Maium quo ſubſcriptiones Epiſcoporum conſignantur, illigatur anno Childeberti Regis viceſimo-ſeptimo, Chriſti quingenteſimo duodequadrageſimo. Concilium Aurelianenſe quartum in Codicibus Remenſi ac Bellouacenſi reperitur abſque vllo Charactere Chronologico, in Codice Pithœano additur Indictio quarta cum Baſilij Conſulatu, & hæc duplex temporis nota deſignat annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-primum, quo Concilium illud habitum non inficiamur, at noſtræ Chronologiæ firmamentum nec ab Indictione quarta nec à Baſilij Conſulatu ſumimus, ſed ab eiuſdem Concilij Canone viceſimo-ſeptimo, qui triennium inter Aurelianenſia Concilia tertium ac quartum interceſſiſſe teſtatur. Concilio Aurelianenſi quinto Sacerdos Lugdunenſis Epiſcopus ſubſcribit *die v. Kalend. Nouembris, anno* XXXVIII. *regni Domni Childeberti Regis*, & hic Childeberti Regis annus, quem Codices Remenſis ac Bellouacenſis ſuppeditant, annum indicat Chriſti quingenteſimum vndequinquageſimum, nec ad meliorem probationem opus eſt Indictione decimâ-tertiâ quam vulgata exhibent exemplaria. Concilio Arelatenſi Sapaudus Arelatenſis Epiſcopus ſubſcribit *die tertio Kalendas Iulias, anno* XLIII. *regni Domni Childeberti Regis*, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-quarto, perperámque in vulgatis libris additur Indictio tertia quæ in menſem Iunium illius anni non cadit. Concilio Turonenſi ſubſcribit Eufronius Epiſcopus Turonenſis *die* XV. *Kalendas Decembris anno* VI. *regni Domni Chariberti glorioſiſſimi Regis*, nec Indictionem notat. Concilium Lugduni habitum eſt *anno* VI. *regni glorioſiſſimi Guntramni Regis*, & ab Interpolatore perperam adiecta eſt Indictio tertia, quæ non anno Guntchramni Regis ſexto ſed nono conuenire poteſt. Conſtitutio Synodi Pariſienſis ad Ægidium Epiſcopum Remenſem, qui Promotum Caſtri Dunenſis Epiſcopum conſecrarat, directa legitur *die tertio Iduum Septembrium, anno* XII. *Regum*, nempe Guntchramni, Chilperici ac Sigiberti, *Indictione ſextâ*, ſed meliùs epiſtola eiuſdem Synodi ad Sigibertum Regem, vt Promoti cauſam non defendat, data dicitur *die* III. *Iduum Septembrium, anno* XII. *Regum*, prætermiſſâ Indictionis notâ. Falluntur etiam, qui Synodo Matiſconenſi primæ, quæ annum Guntchramni Regis viceſimum-ſecundum in Codice Bellouacenſi præfert, apponunt Indictionem decimam-quintam, & Synodo Valentinæ quæ viceſi-

* d'Auanches.

[a] Ad an. 516. n. 5.

AN. CH. mo-quarto Guntchramni Regis anno celebrata eſt, Indictionem ſecundam
575. attribuunt, annos enim Guntchramni Regis viceſimum-ſecundum & viceſi-
GVNTCH. mum-quartum annis Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio & quingente-
CHILPER. ſimo octogeſimo-quinto illigandos eſſe conſtat; annus autem Chriſti quin-
SIGIB. genteſimus octogeſimus-tertius non cum Indictione decima-quinta ſed par-
RR. 14. tim cum Indictione prima partim cum Indictione ſecunda coincidit, & annus Chriſti quingenteſimus octogeſimus-quintus non cum Indictione ſecunda ſed partim cum Indictione tertia partim cum Indictione quarta conuenit. Non excurremus in ceteras Synodos, quæ ante Caroli Magni tempora celebratæ ſunt, nulli enim illarum adſcribitur Indictio. Hæc verò ſatis ſuperque ſunt, vt expungas Indictiones, quibus ſubſcriptiones Synodorum in Francia congregatarum munitæ videntur; nam vel mendoſæ ſunt eiuſmodi Indictiones; vel ſuperuacaneæ, quia ſubiiciuntur aliis Characteribus Chronologicis, quorum authoritas eſt indubitata.

VI. Ex prædictis patet dubiæ admodum fidei eſſe Præceptum Chilperici Regis pro Eccleſiâ Tornacenſi, quod à Cognato & à Miræo laudatum ſuprà recitauimus. Quamuis autem hoc noſtrum ſit ſuper iſto diplomate iudicium, non ideo negamus Eccleſiam Tornacenſem à Chilperico Rege multis bonis ditatam fuiſſe. Herimannus Abbas Epiſcopo partem alteram regiæ donationis, alteram Clero ſic attribuit. *Chilpericus fratrem ſuum in vico qui dicitur Lambrus iuxta Duacum ſepeliuit, ciuibus Tornacenſibus gratias reddidit, Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis multa beneficia contulit, pro ſalute animæ ſuæ, & animæ fratris ſui, qui improuiſè interemptus fuerat, iura ſua regalia quæ in eadem ciuitate poſſidebat, inter Epiſcopum & Clerum diſtribuit. Epiſcopo delegauit monetam ciuitatis, matriam de quâ fermentantur ceruiſia, iuſtitiam, diſtrictum, aduocationem hominum beatæ Mariæ, & Winagia plauſtrorum & vehiculorum, quæ venalia in ciuitatem aſſerunt. Clero verò tribuit teloneum, pontinagium, vt ex eorum redditibus veſtimentorum ſuorum neceſſaria compararent, & vt victum copiosè & ſufficienter haberent, omnem terram quæ iacet inter duos fluuiolos, Rits ſcilicet & Mairam, eorum ditioni ſubdidit, vt ex eius agricultura abſque penuria ſuſtentarentur, cunctáque molendi-*
* l'Eſcault. *na, quæ tunc erant in Schalda *, eis ſuperaddidit, ſex ex his Epiſcopo reſeruatis cum quinque quadrigis terræ. Foragia verò camborum, & redditus vaſorum verò inter vtroſque æquis partibus diuiſit.* Partitionem illam, quam in Hiſtoria Tornacenſi ex Herimanno refert, temporibus Chilperici Regis poſteriorem putat, cui facilè aſſentimur, Ioannes Cognatus [a]. Ceterùm Chraſmaro Nouio-
[a] Lib. 1. c. 46.
EPISCOPI NOVIOMENS. menſium ac Tornacenſium Epiſcopo, de quo plura non occurrunt, ſucceſſit Ebrulfus, huic Acharius, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-primum dicturi ſumus.

VII. Sigibertus Rex ex Brunichilde tres reliquit liberos, Childebertum qui
LIBERI SIGIBERTI R. ſucceſſit in regnum, Ingundem & Clodoſindem filias, de quarum nuptiis agemus inferiùs.

VIII. Auditâ Sigiberti nece, Brunichildis, quæ Lutetiæ cum liberis ſuis reſide-
CHILDEBERTVS REGNAT. bat, animo fluctuabat ignara, quomodò ſe ſuámque prolem à præſenti periculo liberaret. *Gundobaldus Dux adprehenſum Childebertum filium eius paruulum furtim abſtulit, ereptúmque ab imminente morte, collectiſque gentibus, ſuper quas pater eius regnum tenuerat, Regem inſtituit, vix luſtro ætatis vno iam peracto. Qui*
[b] Lib. 5. c. 1. *die Dominici Natalis regnare cœpit*, vt Gregorius Turonenſis ſcribit [b].

IX. Inter exitum Sigiberti Regis ac nepotis Theodoberti fuere dies octode-
THEODOBERTVS CHILPER. FIL. OCCVMBIT. cim. Is Theodobertus Chilperici filius in prælio contra Godegiſilum & Gunchramnum-Boſonem, victus occubuit. Corpus ab hoſte veſtibus ſpoliatum & ab Aunulfo quodam collectum ablutúmque & Inculiſmam deportatum ea ciuitate ſepulturæ mandatum fuit. Roccolenus, vt Theodoberti necem vlciſceretur, cum Cenomannicis Turonos venit, & cis Ligerim caſtra ponens, nuncios ad Gregorium Epiſcopum direxit, vt Guntchramnum-Boſonem, qui tunc de morte Theodoberti impetebatur, à Baſilica ſancti Ma-

AN. CH. 575. GVNTCH. CHILPER. SIGIB. RR. 14.

ni extraheret. Reſpondit Gregorius *hoc ab antiquo factum non fuiſſe, quod hic fieri depoſcebat; ſed nec modò permitti poſſe vt Baſilica ſancta violaretur. Quod ſi fieret, nec ſibi fore proſperum, nec Regi qui iuſſa hæc mandaſſet, metueretque magis ſanctitatem Antiſtitis, cuius virtute heſternâ die paralytica membra direxiſſet.* Nihil ex his ille formidans, cùm in domo Eccleſiæ reſideret, domum ipſam, quæ clauis adfixa erat, diſſecat. Ipſosquoque clauos Cenomannici, qui tunc eodem aduenerant, impletis follibus portant, annonas euertunt, & cuncta deuaſtant. Sed dum hæc Roccolenus agit, à Deo percutitur, morbóque regio croceus efficitur. Hæc fuſiùs proſequitur Gregorius Turonenſis in Hiſtoria [a] Eccleſiaſtica, obſeruátque libro [b] ſecundo de miraculis ſancti Martini, paralyticam illam, quæ ſanitatem recepit, ab annis duodecim contractam fuiſſe.

X. Hoc anno in catalogo Sagienſium Antiſtitum ponitur [c] Hildebrandus, qui Leudebaudi ſucceſſit, anteceſſitque Rodobertum, de quo ſermonem in obitu beati Ebrulfi agemus.

XI. SAPIENTIVS ABB. IVRENS. Hoc eodem anno diſceſſit è viuis Olympius Abbas Condateſcenſis ſeu Iurenſis, cui ſucceſſit Sapientius. Hic cùm frequentes domos prope Monaſterium ſub Olympio anteceſſore conſtructas cerneret, Oratorium iuxta Eccleſiam ſancti * Eugendi in honorem ſancti Stephani erexit, ibíque fontes baptiſmales poſuit, & adminiſtrari ſacramenta, piáſque ad populum conciones haberi curauit [d].

[a] Lib. 4. capp. 45. 46. lib. 5. capp. 1. 4.
[b] Cap. 17.
[c] Gall. Chriſt. Tom. 3.
* S. Oyan.
[d] Gall. Chriſt. Tom. 4.

ANNVS

CHRISTI		576.
GVNTCHRAMNI	R.	15.
CHILPERICI	R.	15.
CHILDEBERRTI II.	R.	1.
INDICTIO		9.

576. GVNTCH. CHILPER. RR. 15. CHILDEB. II. R. 1.

I. NOTÆ CHRONOLOG.

HACTENVS, quoniam notæ, quibus annos diſtingueremus, in Gregorio Turonenſi deſiderabantur, vſi ſumus Characteribus Romanis, necnon Indictionem cuilibet anno ſuos Conſules aſcripſimus, ex Marij Lauſannenſis Epiſcopi computo, deinceps verò, cùm Gregorius poſt Sigiberti Regis necem quid vnoquoque cuiuſlibet Regis anno geſtum ſit ob oculos per ordinem ſubiiciat, idémque præſtent Auctores qui proximè ſecuti ſunt, ex eorum ſcriptis Chronologiam noſtram muniemus annis Regum Francorum, nec abſtinebimus Indictionis notâ, donec Chronicon Marij deficiat. Annus igitur Chriſti quingenteſimus ſeptuageſimus-ſextus, vt ex calculo ſuperiùs inito conſtat, illigatur Indictioni nonæ, annóque Childeberti Iunioris primo, Guntchramni ac Chilperici decimoquinto. Gregorius autem Turonenſis librum quintum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ à morte Sigiberti Regis auſpicatus eſt, & ſecundùm vulgatam editionem res geſtas hoc anno, Childeberti Regis primo, complexus eſt ab his verbis capitis primi, *anno igitur primo Regni eius*, vſque ad iſta decimiquarti, *anno autem ſecundo Childeberti Regis.* At in manuſcriptis Codicibus deſiderantur, quintum, ſextum, ſeptimum, nonum, decimum & duodecimum, in quorum interpolationem inquiremus infrà.

AN.CH. 576.
GVNTCH. CHILPER. RR. 15.
CHILDEB. II. R. I. II.

Anno igitur primo Regni eius, nempe Childeberti, *Chilpericus Rex*, vt ex Gregorio Turonenſi [a] liquet, *Pariſius venit, adprehenſámque Brunichildem apud Rothomagenſem Ciuitatem in exilio truſit, theſauróſque eius, quos Pariſius detulerat, abſtulit, filias verò eius Meledus * vrbe teneri præcipit, & filium ſuum Merouechum cum exercitu Pictauus dirigit.* Roccolenus, quamuis vltione diuinâ perculſus eſſet morbo regio, nihil furoris & arrogantiæ remiſit, iterum per nuncios Gregorio Turonenſi Epiſcopo ſignificauit, niſi Guntchramnum Ducem eo die de Baſilica ſancti Martini proiiceret, cuncta virentia quæ circa vrbem eſſent, ita ſe deuaſtaturum, vt aratro dignus fieret locus ille. *Interim*, vt Gregorius [b] ſubdit, *aduenit dies ſanctus Epiphaniæ, & hic magis ac magis torqueri cæpit. Tunc accepto à ſuis conſilio, amne tranſacto, ad ciuitatem accedit. Denique cùm pſallentes de Eccleſia egreſſi ad Baſilicam ſanctam properarent, hic poſt crucem præcedentibus ſignis, equo ſuperpoſitus ferebatur. Verùm vbi Baſilicam ſanctam introiit, mox furor minantis intepuit, regreſſuſque ab Eccleſia nihil cibi eâ die accipere potuit. Exinde cùm valdè anhelus eſſet, Pictaui abiit. Erant enim dies ſancti Quadrageſimæ, in qua fætus cuniculorum ſæpè comedit. Diſpoſitis verò actionibus, quibus in Calendis Martiis ciues Pictauos vel adfligeret vel damnaret, pridie animam reddidit, & ſic ſuperbia tumórque quieuit.* Idem Author libro ſecundo [c], de ſancti Martini miraculis genus mortis quo Roccolenus extinctus eſt, diſtinctiùs enarrat, & ex quo Ligerim tranſiit, donec è vita diſceſſit, dies numerat quinquaginta, nec à priori calculo diſſentit. *Morbo*, inquit, *regio ſauciatur, atque ab infirmitatibus Herodianis alliſus, & ſicut cera à facie ignis guttatim defluens, quinquageſimâ die ab hydrope conflatus interiit.* Obſerua vbique diuinam vltionem aduersùs hominem, qui priuilegia Baſilicarum & obſeruantiam Quadrageſimæ neglexerit. Illo anno biſſextili, qui literis Dominicalibus E & D præditus fuit, Paſchalis feſtiuitas in Nonas Apriles incidit.

[a] Lib. 5. cap. 2.
BRVNICHILDIS EXVLAT.
[*] Meaux.
[b] Lib. 5. c. 4.
ROCCOLENVS A DEO PVNITVR.
[c] Cap. 27.

MEROVEVS CHILPER. FIL. REBELLAT.

Merouëus autem Chilperici patris iuſſione contemptâ Turonos venit, ibique Paſcha celebrauit, deinde ſimulatâ profectione ad Audoueram matrem quæ Cenomannis exulabat, per Cenomanniam Rotomagum contendit Brunichildem Sigiberti patrui quondam vxorem in coniugem accepturus. Chilpericus autem auditâ Merouei Rotomagum profectione, illuc rectà properauit. Brunichildis & Merouëus Baſilicam ſancti Martini *, quæ ligneis tabulis ſupra murum conſtructa erat, velut aſylum ſubiere. Rex verò cùm fruſtrà multas artes conſumpſiſſet, vt eos inde extraheret, poſtremò iurauit, quòd ſi voluntas Dei fuerit, ipſe hos ſeparare non conaretur, & poſt illud ſacramentum egreſſos è Baſilica excepit cùm oſculo tum conuiuio, tamen poſt aliquot dies aſſumpto ſecum Merouëo Sueſſionem rediit. Quam vrbem collectus exercitus in Campania ſibi ſubdere voluit fugatâ Fredegunde Reginâ cum Clodoueo Chilperici filio, ſed inito prælio ſuperior euaſit pars Chilperici. Rex propter matrimonium Brunichildis ſuſpectum habere cœpit Merouëum filium, ratus hoc bellum eius nequitiâ conflatum fuiſſe, quapropter ſpoliatum armis, datis cuſtodibus, liberè cuſtodiri præcepit, donec conſuleret quid inpoſterum de eo fieri vellet. Godinus autem qui de regno Sigiberti ad Chilpericum ſe tranſtulerat, caput iſtius belli fuit, primus tamen fugam arripuit, & non poſt multum tempus repentinâ morte præuentus interiit, cùm Chilpericus ei villas, quas in agro Sueſſionenſi tradiderat, in odium perfidiæ iam abſtuliſſet, ac beati Medardi Baſilicæ contuliſſet. Interim Clodoueus, exercitu iuſſu Chilperici in finibus Turoniæ & Andegauiæ collecto Xanctonas peruaſit, & in agro Lemouicenſi Mummolus Guntchramni Regis Patritius cum Deſiderio Chilperici Duce cruento certamine conflixit. Deſiderius amiſſis viginti quatuor millibus hominum vix euaſit, Mummolus amiſſis quinque millibus per Aruerniam in Burgundiam ſe recepit. Poſthæc Merouëus, cùm à patre in cuſtodia detineretur, Presbyter ordinatus eſt, ac veſtem indutus clericalem, capitéque tonſus ad Aniſolenſe * Monaſterium Diœceſeos Cenomanicæ miſſus eſt. Quod audiens Guntchramnus-Boſo, qui

[*] S. Martin ſur Renelle.

ORDINATVR PRESBYTER.
[*] d'Anille.

tunc

tunc in Baſilica ſancti Martini reſidebat, Riculfum Subdiaconum direxit, vt eamdem Baſilicam expetendi conſilium occultè præberet Meroueo, qui à Gauleno vno ex familiaribus in itinere cuſtodibus ereptus, ſumptóque habitu ſeculari templum ſubiit beati Martini, cùm Gregorius Epiſcopus Turonenſis Miſſas celebraret, & abſoluto ſacrificio petiit eulogias ſibi dari, recuſantique reſpondit minaciter ſe quoſdam de populo interfecturum, quoniam iniuſtè abſque Pontificum iudicio communione priuabatur. Tunc Gregorius communicato conſilio cum Ragnemodo Epiſcopo Pariſienſi, qui præſens aderat, veritúſque ne, dum vnum à communione ſuſpendebat, in multos homicida fieret, eulogias tradidit, idque quamprimùm Chilperico ſignificauit per Diaconum, & Nicerium neptis ſuæ maritum, qui Regem ipſum propter priuatam cauſam adibat. Exclamauit Fredegundis eos exploratores eſſe, & in exilium, de quo relaxati ſunt menſe ſeptimo, relegari curauit à Chilperico, qui per nuncios à Gregorio poſtulauit, vt Merouecum è Baſilica eiiceret, & repulſam paſſus exercitum in agrum Turonenſem direxit.

AN. CH. 576. GVNTCH. CHILPER. R R. 15. CHILDEB. II. R. I.

III. Luctuoſiſſimis illis temporibus, quæ fuſiùs à Gregorio Turonenſi libro quinto [a] Hiſtoriæ Eccclefiaſticæ deſcribuntur, obierunt ſanctiſſimi viri, Caluppanes, Senochus & Patroclus Preſbyteri; Brachio Abbas; ac Germanus Epiſcopus; de quorum felici exitu longè iucundius erit quàm de ciuilibus bellis diſſerere. Gregorius Turonenſis vitas Senochi, Caluppanis, Patrocli & Brachionis diſtinctis libris ſcripſit. Lectorem verò curioſum, ſi copioſiorem de Germano Epiſcopo ſermonem quærat, remiſit [b] ad Fortunatum Preſbyterum, qui librum de illius vita compoſuit.

[a] Capp. 2.3.15. 14

VIRI SANCTITATE CONSPICVI MORIVNTVR.

[b] Lib. 5. c. 8.

IV. Caluppanes *quinquageſimo*, vt Gregorius Turonenſis [c] opinatur, *anni anno migrauit ad Dominum*. In Martyrologio Gallicano colitur tertio Nonas Martias, quo die vitam illius ex Gregorio recitat Surius.

[c] De vit. patr. cap. 11.

CALVPPANES.

V. Germanus Epiſcopus Pariſienſis tranſiit ad Deum quinto Kalendas Iunias, quo die nomen eius legitur in Tabulis Eccleſiaſticis. *Diem beati ſui tranſitûs* ita prædixit. *Ante aliquot dies vocans ad ſe Notarium, imperat in cubiculo ſupra lectulum ſuum ſcribere hoc tantummodo, Quinto Kalendas Iunias, omnibus neſcientibus quid hoc eſſet. Pòſt tamen eius ſanctus diſceſſus de ſæculo manifeſtauit. Neque enim hoc ei Dominus ſibi familiari animæ abſcondere pertulit. Denique eâdem die poſt peractum prælium beatus migrauit ad Chriſtum.* Huc vſque Fortunatus in eius vita, quam Gregorius Turonenſis [d] commendat, & conſuli vult ab iis, qui ſollicitè miracula quæ geſſit, inquirunt. Neque id omittendum quod Gregorius obſeruandum duxit. In exequiis ſancti Germani, multas virtutes, quas in corpore fecerat, hoc miraculum confirmauit. *Carcerarii adclamantibus, corpus in platea adgrauatum eſt. Solutiſque eiſdem, rurſum ſine labore leuatur. Ipſi quoque, qui ſoluti fuerant, in obſequium funeris vſque in Baſilicam, in qua ſepultus eſt, liberati peruenerunt.* Aimoinus, poſtquàm caput decimum quintum libri tertij ſuæ Hiſtoriæ ſic abſoluit. *Chilpericus filium Meroueum ſuſpectum doli, quòd partes Brunichildis fulciret, inſtigante nouercâ Fredegunde comâ adtonſum, ac in Monaſterio Aninſola detruſum, iuſſit ordinari Presbyterum*, caput decimum ſextum à tranſitu & ſepultura beati Germani ſic auſpicatur. *Eodem tempore ſanctiſſimus & verè Deo dignus Germanus Pariſiorum Epiſcopus migrauit ad Dominum. Cuius corpus in Oratorio ſancti Vincenty eſt ſepultum.* Oratorium illud in Pariſienſi ſuburbio ſitum erat, a Fortunato Baſilica ſanctæ Crucis appellatur [e] in vita ſancti Germani, poſteris temporibus nomen beati Germani de Pratis accepit hodiéque ſeruat.

GERMANVS EP. PARIS

[d] Lib. 5. cap. 8.

[e] Cap. 41.

VI. Ceterùm Aimoinus capite proximè citato, quod de beati Germani tranſitu, ſanctitate & miraculis inſcribitur, duas paſſus eſt interpolationes. Prior, quæ pertinet ad ætatem S. Germani, conſiſtit in duabus hiſce vocibus, *fere octogenarius*, quæ poſt illum Aimoini textum, *Germanus Pariſiorum Epiſcopus migrauit ad Dominum*, adiectæ reperiuntur. Erroris argui non poteſt, authoritate enim Fortunati librum ſuum de vita ſancti Germani ſic claudentis innititur. *Hiis & conſimilibus ſtudiis, dum vixit, occupatus & ſemper intentus, ferè octogenarius*, per

AIMOINI DVPLEX INTERPOLATIO EXAMINATVR.

AN.CH. *orbem mirandis actibus Apoſtolis aggregandus, ſanctis omnibus glorificandus, meritis coronandus, raptus corporeo vinculo, immaculato ſpiritu, ac beatæ fidei dotibus*

576. *perpetualiter victurus, victor euolauit ad cælos.* Librum autem Fortunati in Ai-

GVNTCH. moini manus veniſſe non eſt cur inficieris, nam Aimoinus poſtquàm de beati

CHILPER. Germani tranſitu ac ſepultura ſermonem fecit, acturus de illius miraculis, vt

RR. 15. fidem ſibi conciliet, à Fortunati teſtimonio ſic orditur. *Quid autem Fortuna-*

CHILDEB II. *tus de hoc beatiſſimo ſcripſerit viro, non prætermittam.* Poſterior interpolatio,

R. 1. quæ longè prolixior eſt, tria complectitur, miraculum de paralytico ſanato, epitaphium ſancti Germani, & ſubrogationem Scubilionis Abbatis in locum Droctouei. De ſingulis per ordinem diſſeremus.

VII. Miraculum ita deſcribitur. *Ingrediente autem poſtmodum Chilperico Rege in urbem Parrhiſiacam, ſequenti die poſtquàm Rex ingreſſus eſt ciuitatem, paralyticus, qui in porticu Baſilicæ ſancti Vincentij (in quâ B. Germanus requieſcit in corpore) reſidebat, dirigitur; mane autem facto, ſpectante populo B. Antiſtiti gratias referebat.* Inter dubia vocari non debet, quia iiſdem penè verbis à Gregorio Turonenſi [a] ſic refertur. *Ingrediente autem Chilperico Rege in vrbem Pariſiacam, poſtridie quàm Rex ingreſſus eſt ciuitatem, paralyticus qui in porticu Baſilicæ ſancti Vincentij, in qua beatus Germanus requieſcit in corpore, reſidebat, dirigitur; mane autem facto ſpectante populo gratias beato Antiſtiti referebat.*

[a] De glor. Conf. c. 90.

VIII. Huic miraculo epitaphium ſancti Germani proximè ſubiunxit interpolator. *Quod,* inquit, *cùm Regi nunciatum foret, magna cum deuotione illuc adueniens & tanto gauiſus miraculo eius epitaphium his diſtichis rhythmicè compoſuit.*

Eccleſiæ ſpeculum, patriæ vigor, ara reorum,
Et pater & medicus, paſtor amórque gregis.
Germanus, virtute, fide, corde, ore, beatus
Carne tenet tumulum, mentis honore polum.
Vir cui dura nihil nocuerunt fata ſepulchri.
Viuit enim; nam mors quem tulit ipſa timet.
Creuit adhuc potiùs iuſtus poſt funera: nam qui
Fictile vas fuerat, gemma ſuperba micat.
Huius opem ac meritum, mutis data verba loquuntur,
Redditus & cæcis prædicat ore dies.
Nunc vir Apoſtolicus rapiens de carne trophæum,
Iure triumphali conſidet arce throni.

Factáque illi prædictus Rex oblatione ſolenni munificentiâ regali, ad propria rediit. Auditâ paralytici curatione Rex, qui Pariſiis tunc erat, Eccleſiam beati Vincentij ſtatim adire potuit, vt teſtem miraculi ſe præberet, ac Deo gratias referret. Id videtur veroſimillimum. Poëticâ delectabatur, epitaphium eo ſenſu, quo nunc legitur, ab illo ſcriptum non negarim, ſed eius loco elegantiùs ab eruditiore Poëta poſteà poſitum puto, nam quamuis in edendis verſibus aliquando tempus inſumeret, quantitatem ſyllabarum ignorauit quandiu vixit, ſiquidem teſte Gregorio [b] Turonenſi *confecit duos libros, quaſi Sedulium meditatus, quorum verſiculi debiles nullis pedibus ſubſiſtere poſſunt; in quibus dum non intelligebat, pro longis ſyllabas breues poſuit, & pro breuibus longas ſtatuebat.* In epitaphio ſuprà recitato nihil eſt quod veritati refragetur, laudes enim, quæ beato Germano tribuuntur, optimè conueniunt.

[b] Lib. 6. c. 46.

IX. Poſtrema pars interpolationis eſt eiuſmodi. *Per idem tempus defuncto ſanctiſſimo Droctoueo Abbate, Scubilio Abbas ei ſucceſſit in regimine.* Apud Vſuardum & in Martyrologio Romano celebris eſt ſancti Droctouei memoria ſexto Idus Martias. Quæſtio moueri poteſt ſuper anno quo deceſſit. Ex prædicta enim interpolatione id vnum elicitur, quòd eodem obiit tempore, quo paralyticus ad ſancti Vincentij Baſilicam in qua beatus Germanus quieſcebat ſanitatem recuperauit, & Chilpericus Rex tali miraculo gauiſus epitaphium ſancti Germani condidit. Quonam autem anno illa paralytici curatio contigerit, Gregorius Turonenſis, quem interpolator Aimoini exſcripſit, haud

indicauit, innuit tantùm Regem Chilpericum pridie Pariſios veniſſe. Certum eſt Droctoueum Abbatem Germano Epiſcopo ſuperſtitem vixiſſe, id ex Fortunato Authore ſynchrono probat Hugo Menardus libro primo a ſuarum obſeruationum ad Martyrologium Benedictinum, non eodem igitur anno migrarunt ad Deum, diſceſſit enim ex hac vita Droctoueus ſexto Idus Martij, Germanus quinto Kalendas Iunij. Gregorius Turonenſis b aſſerit Chilpericum Regem degiſſe Pariſiis anno ſexto Childeberti Iunioris, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo primo. In illum annum mortem beati Droctouei reiiciemus. Ad ſancti Germani ſucceſſorem noſtra iam narratio conuertatur.

AN. CH. 576. GVNTCH. CHILPER. RR. 15. CHILDEB. II. R. 1.

a D 10. Mart.
b Lib. 6. cap. 5.

X. RAGNEMOD. FIT EP. PARIS.

Beato Germano ſucceſſit in Epiſcopatum Ragnemodus, qui ſtatim Turonos ſe contulit, vt dictum eſt ſuprà, maximâ enim deuotione ferebatur erga ſanctum Martinum, quia, cùm adhuc eſſet Diaconus, & in famulatu beati Germani Pariſienſis Epiſcopi qui Turonos adierat, vt ibi feſtiuitatem ſancti Martini celebraret, acceptâ potione de puluere ſepulchri eiuſdem ſancti Martini ſanatus fuerat à dyſſenteriæ morbo quo laborabat, vt libro ſecundo c de miraculis ſancti Martini narrat Gregorius Turonenſis, qui & libro d de gloria Confeſſorum aſſerit eumdem Ragnemodum adhuc Preſbyterum Pariſius incolumem à ſancti Marcelli Pariſienſis Epiſcopi tumulo ſurrexiſſe, ad quem quartanâ febre languidus obdormierat.

c Cap. 21.
d Cap. 89.

XI. SENOCHVS MORITVR.

Sanctus Senochus in Martyrologio Gallicano colitur nono Kalendas Nouembris. *Cùm eſſet annorum circiter quadraginta, medicâ pulſatus febre per triduum decubuit, nuntiatúmque eſt* Gregorio Epiſcopo Turonenſi *tunc tranſitum ei eſſe propinquum, at* Gregorius *velociùs illuc properans ad lectulum eius* acceſſit, *ſed nihil ab eo collocutionis elicere* potuit, *erat enim valdè defeſſus, dehinc interpoſito quaſi vnius horæ ſpatio ſpiritum exhalauit. Congregatáque eſt ad eius exequias multitudo illa redemptorum, quos ſuprà diximus, ab eo vel à iugo ſeruitutis, vel à diuerſis debitis abſolutos, quos vel alebat cibo, vel veſtitu tegebat. Trigeſimo ab eius obitu die cùm ad eius tumulum Miſſa celebraretur, Caidulphus quidam contractus dum ſtipem poſtulat, ad eius ſepulturam accedit, qui dum pallam ſuper poſitam oſculis veneratur, diſſolutis membrorum ligaturis directus eſt.* Hæc Gregorius in ipſiuſmet Sancti vita quam copioſiùs deſcripſit e.

e De vit. patr. cap 15.

XII. ET PATROCLVS PRESB.

f Cap. 9.

Patroclus Preſbyter cùm in eremo expleuiſſet *annum octauum & decimum*, vt Gregorius Turonenſis in libro de vitis patrum ſcribit f, *tunc congregatis fratribus tranſitum ſuum adnuntians, obiit in ſenectute bona, ſanctitate præcipua, qui aquis ablutus feretróque impoſitus ferebatur ad Monaſterium ſuum* Columbarienſe, *vbi ſe viuens ſepeliri mandauerat. Tunc Archipreſbyter Nereenſis vici*, vbi quondam degerat, *collectâ clericorum cohorte voluit vi auferre glebam ſancti corpuſculi, videlicet vt ad vicum ſuum vnde egreſſus fuerat ſepeliretur, ſed cùm furibundus veniens vidiſſet à longè pallam quæ ſanctos tegebat artus eximio albore nitere, ita nutu Dei eſt metu perterritus, vt omni velocitate reuocaret ab animo, quod malè conceperat leuitatis arbitrio, coniunctúſque pſallentio in exequiis Sancti progreſſus tumulauit eum cum reliquis qui aderant fratribus in ipſo Columbarienſi Monaſterio.* Hoc Cœnobium erexerat *in milliaribus quinque à cellula eremi in qua habitabat*, & congregatis Monachis, vt in ſolitudine libero potiùs fungeretur arbitrio, Abbatem inſtituerat qui gregi Monaſteriali præeſſet. Migrauit ad Deum decimo-tertio Kalendas Decembres, quo die colitur in Martyrologio Gallicano.

XIII. ET BRACHIO ABB. MENAT.

Brachio Abbas Menatenſis, *cùm tempus migrationis appropinquaret, vidit in viſu, ſicut ipſe beato Auito* Aruernorum *Epiſcopo retulit, ductum ſe ad æthera in præſentiam Domini, ibique Seraphim obumbrare Maieſtatem Domini, & Iſaia Propheta verba quæ vaticinaturus erat intimare turbâ circumſtante Angelorum, in laudem Dei ſedentis ſuper æthera, & ibi Seraphim obumbrare Maieſtatem, Iſaiam Prophetam extenſo volumine verba quæ vaticinaturus erat clamare, dumque hoc attonitus ſpectaret, expergefactus, ſomniúmque ſuum attentè diſcutiens, vt finem vitæ ſuæ Domino reuelante cognoſceret, dicit Abbati, quem in priore ſtatuerat Monaſterio à ſe conſtru-*

AN. CH. 576.

GVNTCH. CHILPER. RR. 15. CHILDEB. II. R. 1.

ɛto ante annos quadraginta, ſtatim ab obitu ſancti Æmiliani. *Locus ille ſecus fluuium in quo Oratorium facere putabam iocundus eſt valdè, ideò rogo, vt quod ego volui tu expleas, atque ibi oſſa mea transferre non abnuas. Quo migrante & in Oratorio prioris cellulæ ſepulto cùm Abba ininnctum caperes opus explere, nutu Dei lapides coctos antiquitus & fundamentum in ea menſura quâ ipſe ponere cogitabat nactus eſt, perfectúmque * ædificium, detexit Abbatis ſepulchrum, quo patefacto reperit corpuſculum illæſum*, vt ex Gregorio Turonenſi[a], qui hæc omnia in literas retulit, poſt biennium referemus.

* id eſt, perfecto ædificio.

a De vit. patr. c. 12.

XIV. IVDAEI IN ARVERNIA CONVERSI.

b L. 5. c. 11.

In Aruernia copioſus erat Iudæorum numerus. Vnus ex iis ad feſtum Paſcharis ab Auito Epiſcopo baptizatus eſt, *renatúſque Deo cum albatis reliquis in albis & ipſe procedit*, inquit Gregorius[b], *ingredientibus autem populis portam ciuitatis, vnus Iudæorum ſuper caput conuerſi Iudæi oleum fœtidum diabolo inſtigante diffudit. Quod cùm horrens populus voluiſſent eum vrgere lapidibus, Pontifex vt fieret non permiſit. Die autem beato, quo Dominus ad cælum poſt redemptum hominem glorioſus aſcendit, cùm Sacerdos de Eccleſia ad Baſilicam pſallendo procederet irruit ſuper Synagogam Iudæorum multitudo ſequentium, deſtructámque à fundamentis campi planitiæ adſimilatur.* Aliâ die Pontifex iis per nuncios declarauit, aut redeundum ad vnum ouile, aut aliò abeundum. Illi diu æſtuantes atque dubitantes tertiâ die annuente Antiſtite coniuncti in vnum, tandem petierunt ablui baptiſmo. *Gauiſus nuncio Pontifex, noctem ſanctam Penteœoſtes, vigiliis celebratis, ad baptiſterium foras muraneum egreſſus eſt, ibíque omnis multitudo coram eo proſtrata baptiſmum flagitauit. At ille præ gaudio lachrymans, cunctos aquâ abluens, chriſmate liniens, in ſinu matris Eccleſiæ congregauit. Flagrabant cerei, lampades reſulgebant, albicabat tota ciuitas de grege candido. Fuerunt autem qui baptizati ſunt, ampliùs quingenti. Hi verò qui baptiſmum noluerunt, diſcedentes ab illa vrbe, Maſſiliæ redditi ſunt.* In illo textu Gregoriano declarantur multi ritus antiqui circa baptiſmum, quos penè omnes aliis locis explicuimus. Hic tantùm obſeruabimus Aruerni baptiſterij antiquitatem, cùm extra vrbem illud fuiſſe conſtet. Nam quamdiu Ethnicorum Cæſarum furor aduersùs Chriſtianos ſæuiit, baptiſteria fuerunt extra ciuitates, nec intra priùs ædificari cœperunt, quàm pax Eccleſiæ conceſſa eſt.

XV. EXAMINATVR INTERPOLATIO GREGORIANA.

In editione Ducheſniana quintus liber Gregorij Turonenſis in quinquaginta capita diſtribuitur, amplectitúrque res primo Childeberti Iunioris quinquennio geſtas, ab anno videlicet Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo quinto ad annum Chriſti DLXXX, ita vt ad rerum anno DLXXVI geſtarum narrationem tredecim priora capita pártſque capitis decimi-quarti pertineant, abſtinuimus tamen à citandis capitibus, quinto, ſexto, ſeptimo, nono, decimo ac duodecimo, ea quippe fuerunt interpolata, nec in antiquis codicibus manuſcriptis inueniuntur. Agemus breuiter de ſingulis.

XVI. DE FELICE EP. NANNET.

Caput quintum vulgatus Gregorius ſic auſpicatur. *Eo tempore Felix Namnetica vrbis Epiſcopus literas mihi ſcripſit, plenas obprobriis, ſcribens etiam fratrem meum ob hoc interfectum, eò quòd ipſe cupidus Epiſcopatûs, Epiſcopum interfeciſſet. Sed vt hæc ſcriberet, villam Eccleſiæ concupiuit. Quam cùm dare nollem, euomuit in me (vt dixi) plenus furore, obprobria mille. Cui aliquando ergo reſpondi. Memento dicti Prophetici. Væ his qui iungunt domum ad domum, & agrum ad agrum copulant! Numquid ſoli inhabitabunt terram? O ſi te habuiſſet Maſſilia Sacerdotem, numquam naues oleum aut reliquas ſpecies detuliſſent, niſi tantùm chartam quò maiorem opportunitatem ſcribendi ad bonos infamandos haberes. Sed paupertas chartæ finem imponit verboſitati, immenſa enim erat cupiditatis atque iactantia. Sed ego iſta poſtponens, ne illi ſimilis appaream, illud explicabo, qualiter Germanus meus ab hac luce migrauerit, & quàm velocem in percuſſorem eius Dominus præſtiterit vltionem.* Deinde originem aperit acerrimarum inimicitiarum, quibus Lampadius Diaconus Petrum Diaconum ipſiuſmet Gregorij fratrem ad necem vſque proſecutus eſt. Vnde hanc narrationem acceperit interpola-

tor, haud ſcimus, falſam non arbitramur, impugnamus tantùm cauſam ſcribendi quæ narrationi præponitur, inuoluit enim multa quæ ſanctitati Felicis Epiſcopi Namnetenſis apertiſſimè repugnant. Felix, qui tot tantiſque laudibus à Fortunato commendatus reperitur, & à Namnetenſibus anniuerſariâ feſtiuitate coli meruit, apud nos in ſuſpicionem nunquam veniet, quòd Eccleſiæ villam iniuſtè concupierit, & repulſam paſſus adeò exarſerit in vindictam, vt charitatis omnis ac pietatis oblitus de Petri Diaconi morte rumorem aut ſiniſtrum finxerit aut incertum auidè per literas publicarit. Reſponſum, quod Felix à Gregorio accepiſſe dicitur, Gregorio quoque videtur indignum. Hæc nos in eam trahunt ſententiam, vt caput Hiſtoriæ Gregorianæ, de quo nunc inquirimus, exiſtimemus inſertum ab interpolatore, qui Petri Diaconi mortem commemoraturus, ſanctiſſimis Epiſcopis Felici Namnetenſi ac Gregorio Turonenſi nimis infenſum ſe præbuit. Abeſt autem hoc caput à Codicibus Bellouacenſi, Corbeienſi ac Metenſi, nec Clericis Turonenſibus, qui vitam Gregorij Turonenſis ediderunt, in notitiam venit.

AN. CII. 576.
GVNTCH.
CHILPER. RR. 15.
CHILDEB. II. R. 1.

XVII. In capitibus ſexto, ſeptimo, nono, decimo ac duodecimo nihil occurrit alienum à vero. Interpolator enim libros Gregorij Turonenſis de miraculis ſancti Martini, librúmque de vitis Patrum conſuluit, & pauca præfatus Lectorem ad illos libros remiſit.

XVIII. DE MIRACVLIS S. MARTINI. Caput ſextum inſtituit de miraculis eodem anno quo Childebertus Sigiberti filius regnare cœpit, ad ſepulchrum beati Martini geſtis, librorúmque, quos Gregorius de virtutibus ſancti Martini compoſuit, factâ commendatione nihil penitus ex eis deſcripſit, locutúſque eſt tantùm de Leonaſte Archidiacono Bituricenſi, qui *decidentibus cataractis, lumine caruit oculorum, & cùm per multos medicos ambulans, nihil omnino viſionis recipere poſſet, acceſſit ad Baſilicam beati Martini, vbi per duos aut tres menſes conſiſtens, & ieiunans aſſiduè, lumen vt reciperet flagitabat. Adueniente autem feſtiuitate, clarificatis oculis, cernere cœpit. Regreſſus quoque domum, vocato quodam Iudæo, ventoſas, quorum beneficio oculis lumen augeret, humeris ſuperponit. Decedente quoque ſanguine, rurſus in recidiuam cæcitatem redigitur. Quod cùm factum fuiſſet, rurſum ad templum ſanctum regreſſus eſt. Ibique iterum longo ſpatio commoratus, lumen recipere non potuit.* Hoc caput non inuenitur in Codicibus Bellouacenſi & Corbeienſi.

XIX. Initio capitis ſeptimi pollicitus eſt ſe verba facturum de ſanctis viris, qui mortui ſunt hoc anno. *Sed & illud*, inquit, *commemorare libet, qui vel quales viri hoc anno à Domino ſunt conuocati. Vnde magnum eum & Deo acceptabilem ego cenſeo, qui tales de noſtra terra ſuo paradiſo collocauit.* Eodémque capite exorſus eſt à Senocho Presbytero, cuius tamen virtutes non retulit, quòd ſcriptæ eſſent *in libro vitæ eius*, id eſt, capite decimo-quinto libri Gregoriani de vitis Patrum, quod in exponendis geſtis Senochi ſemper citauimus neglectâ hac interpolatione, quæ deſideratur in Codicibus, Bellouacenſi, Corbeienſi & Metenſi.

DE SENOCH. PRESB.

XX. DE CALVPP. PATROCLO, ET BRACHIONE. Capitibus nono, decimo ac duodecimo attigit encomia Caluppanis Reclusi, Patrocli Presbyteri & Brachionis Abbatis, quorum vitas totidem libris ſcriptas aſſerit, id eſt, capitibus, nono, vndecimo ac duodecimo prædicti libri de vitis Patrum, in illo enim opere Gregorius vitam Patrocli capite nono, Caluppanis vitam vndecimo, vitam Brachionis duodecimo fuſiùs explicuit, nec alium Authorem adiuimus ſpretâ etiam triplici hac interpolatione, cuius nullum veſtigium exeat in tribus prælaudatis Codicibus.

XXI. Interpolator libro quinto Gregoriano non tantùm inſeruit vulgata capita, quintum, ſextum, ſeptimum, nonum, decimum ac duodecimum, de quibus nunc agimus, ſed & initium capitis octaui deprauauit. Gregorius poſtquàm caput quartum clauſit obitu Roccoleni, qui pridie Kalendas Martias occubuit, quintum ſic auſpicatus eſt, *eo tempore beatus Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit.* Interpolator quintum caput ab his vocibus (*eo tempo-*

AN. CH. 576. GVNTCH. CHILPER. RR. 15. CHILDEB. II. R. 1.

ctо ante annos quadraginta, ſtatim ab obitu ſancti Æmiliani. *Locus ille ſecus fluuium in quo Oratorium facere putabam iocundus eſt valdè, ideò rogo, vt quod ego volui tu expleas, atque ibi oſſa mea transferre non abnuas. Quo migrante & in Oratorio prioris cellulæ ſepulto cùm Abba ininunctum cuperet opus explere, nutu Dei lapides coctos antiquitus & fundamentum in ea menſura quâ ipſe ponere cogitabat nactus eſt, perfectúmque * ædificium, detexit Abbatis ſepulchrum, quo patefacto reperit corpuſculum illæſum*, vt ex Gregorio Turonenſi[a], qui hæc omnia in literas retulit, poſt biennium referemus

* id eſt, *perfecto ædificio.*

[a] De vit. patr. c. 12.

XIV. [b] L. 5. c. 11. IVDÆI IN ARVERNIA CONVERSI.

In Aruernia copioſus erat Iudæorum numerus. Vnus ex iis ad feſtum Paſchatis ab Auito Epiſcopo baptizatus eſt, *renatúſque Deo cum albatis reliquis in albis & ipſe procedit*, inquit Gregorius[b], *ingredientibus autem populis portam ciuitatis, vnus Iudæorum ſuper caput conuerſi Iudæi oleum fœtidum diabolo inſtigante diffudit. Quod cùm horrens populus voluiſſent eum vrgere lapidibus, Pontifex vt fieret non permiſit. Die autem beato, quo Dominus ad cælum poſt redemptum hominem glorioſus aſcendit, cùm Sacerdos de Eccleſia ad Baſilicam pſallendo procederet irruit ſuper Synagogam Iudæorum multitudo ſequentium, deſtructámque à fundamentis campi planitiæ adſimilatur.* Aliâ die Pontifex iis per nuncios declarauit, aut redeundum ad vnum ouile, aut aliò abeundum. Illi diu æſtuantes atque dubitantes tertiâ die annuente Antiſtite coniuncti in vnum, tandem petierunt ablui baptiſmo. *Gauiſus nuncio Pontifex, noctem ſanctam Pentecoſtes, vigilias celebratas, ad baptiſterium foras muraneum egreſſus eſt, ibíque omnis multitudo coram eo proſtrata baptiſmum flagitauit. At ille præ gaudio lachrymans, cunctos aquâ abluens, chriſmate liniens, in ſinu matris Eccleſiæ congregauit. Flagrabant cerei, lampades refulgebant, albicabat tota ciuitas de grege candido. Fuerunt autem qui baptizati ſunt, ampliùs quingenti. Hi verò qui baptiſmum noluerunt, diſcedentes ab illa vrbe, Maſſiliæ redditi ſunt.* In illo textu Gregoriano declarantur multi ritus antiqui circa baptiſmum, quos penè omnes aliis locis explicuimus. Hic tantùm obſeruabimus Aruerni baptiſterij antiquitatem, cùm extra vrbem illud fuiſſe conſtet. Nam quamdiu Ethnicorum Cæſarum furor aduersùs Chriſtianos ſæuiit, baptiſteria fuerunt extra ciuitates, nec intra priùs ædificari cœperunt, quàm pax Eccleſiæ conceſſa eſt.

XV. EXAMINATVR INTERPOLATIO GREGORIANA.

In editione Ducheſniana quintus liber Gregorij Turonenſis in quinquaginta capita diſtribuitur, amplectitúrque res primo Childeberti Iunioris quinquennio geſtas, ab anno videlicet Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo quinto ad annum Chriſti DLXXX, ita vt ad rerum anno DLXXVI geſtarum narrationem tredecim priora capita párſque capitis decimi-quarti pertineant, abſtinuimus tamen à citandis capitibus, quinto, ſexto, ſeptimo, nono, decimo ac duodecimo, ea quippe fuerunt interpolata, nec in antiquis codicibus manuſcriptis inueniuntur. Agemus breuiter de ſingulis.

XVI. DE FELICE EP. NAMNET.

Caput quintum vulgarus Gregorius ſic auſpicatur. *Eo tempore Felix Namnetica vrbis Epiſcopus literas mihi ſcripſit, plenas obprobriis, ſcribens etiam fratrem meum ob hoc interfectum, eò quòd ipſe cupidus Epiſcopatûs, Epiſcopum interfeciſſet. Sed vt hæc ſcriberet, villam Eccleſiæ concupiuit. Quam cùm dare nollem, euomuit in me (vt dixi) plenus furore, obprobria mille. Cui aliquando ergo reſpondi. Memento dicti Prophetici. Væ his qui iungunt domum ad domum, & agrum ad agrum copulant! Numquid ſoli inhabitabunt terram? O ſi te habuiſſet Maſſilia Sacerdotem, numquam naues oleum aut reliquas ſpecies detuliſſent, niſi tantùm chartam quò maiorem opportunitatem ſcribendi ad bonos infamandos haberes. Sed paupertas chartæ finem imponit verboſitati, immenſa enim erat cupiditatis atque iactantia. Sed ego iſta poſtponens, ne illi ſimilis appaream, illud explicabo, qualiter Germanus meus ab hac luce migrauerit, & quàm velocem in percuſſorem eius Dominus præſtiterit vltionem.* Deinde originem aperit acerrimarum inimicitiarum, quibus Lampadius Diaconus Petrum Diaconum ipſiuſmet Gregorij fratrem ad necem vſque proſecutus eſt. Vnde hanc narrationem acceperit interpola-

AN. CH. 576. GVNTCH. CHILPER. RR. 15. CHILDEB. II. R. 1.

tor, haud ſcimus, falſam non arbitramur, impugnamus tantùm cauſam ſcribendi quæ narrationi præponitur, inuoluit enim multa quæ ſanctitati Felicis Epiſcopi Namnetenſis apertiſſimè repugnant. Felix, qui tot tantiſque laudibus à Fortunato commendatus reperitur, & à Namnetenſibus anniuerſariâ feſtiuitate coli meruit, apud nos in ſuſpicionem nunquam veniet, quòd Eccleſiæ villam iniuſtè concupierit, & repulſam paſſus adeò exarſerit in vindictam, vt charitatis omnis ac pietatis oblitus de Petri Diaconi morte rumorem aut ſiniſtrum finxerit aut incertum auidè per literas publicarit. Reſponſum, quod Felix à Gregorio accepiſſe dicitur, Gregorio quoque videtur indignum. Hæc nos in eam trahunt ſententiam, vt caput Hiſtoriæ Gregorianæ, de quo nunc inquirimus, exiſtimemus inſertum ab interpolatore, qui Petri Diaconi mortem commemoraturus, ſanctiſſimis Epiſcopis Felici Namnetenſi ac Gregorio Turonenſi nimis infenſum ſe præbuit. Abeſt autem hoc caput à Codicibus Bellouacenſi, Corbeienſi ac Metenſi, nec Clericis Turonenſibus, qui vitam Gregorij Turonenſis ediderunt, in notitiam venit.

In capitibus ſexto, ſeptimo, nono, decimo ac duodecimo nihil occurrit alienum à vero. Interpolator enim libros Gregorij Turonenſis de miraculis ſancti Martini, librúmque de vitis Patrum conſuluit, & pauca præfatus Lectorem ad illos libros remiſit. XVII.

Caput ſextum inſtituit de miraculis eodem anno quo Childebertus Sigiberti filius regnare cœpit, ad ſepulchrum beati Martini geſtis, librorúmque, quos Gregorius de virtutibus ſancti Martini compoſuit, factâ commendatione nihil penitus ex eis deſcripſit, locutúſque eſt tantùm de Leonaſte Archidiacono Bituricenſi, qui *decidentibus cataractis, lumine caruit oculorum, & cùm per multos medicos ambulans, nihil omnino viſionis recipere poſſet, acceſſit ad Baſilicam beati Martini, vbi per duos aut tres menſes conſiſtens, & ieiunans aſſiduè, lumen vt reciperet flagitabat. Adueniente autem feſtiuitate, clarificatis oculis, cernere cœpit. Regreſſus quoque domum, vocato quodam Iudæo, ventoſas, quorum beneficio oculis lumen augeret, humeris ſuperponit. Decedente quoque ſanguine, rurſus in recidiuam cæcitatem redigitur. Quod cùm factum fuiſſet, rurſum ad templum ſanctum regreſſus eſt. Ibíque iterum longo ſpatio commoratus, lumen recipere non potuit.* Hoc caput non inuenitur in Codicibus Bellouacenſi & Corbeienſi. XVIII. DE MIRACVLIS S. MARTINI.

Initio capitis ſeptimi pollicitus eſt ſe verba facturum de ſanctis viris, qui mortui ſunt hoc anno. *Sed & illud*, inquit, *commemorare libet, qui vel quales viri hoc anno à Domino ſunt conuocati. Vnde magnum eum & Deo acceptabilem ego cenſeo, qui tales de noſtra terra ſuo paradiſo collocauit.* Eodémque capite exorſus eſt à Senocho Preſbytero, cuius tamen virtutes non retulit, quòd ſcriptæ eſſent *in libro vitæ eius*, id eſt, capite decimo-quinto libri Gregoriani de vitis Patrum, quod in exponendis geſtis Senochi ſemper citauimus neglectâ hac interpolatione, quæ deſideratur in Codicibus, Bellouacenſi, Corbeienſi & Metenſi. XIX. DE SENOCH. PRESB.

Capitibus nono, decimo ac duodecimo attigit encomia Caluppanis Recluſi, Patrocli Preſbyteri & Brachionis Abbatis, quorum vitas totidem libris ſcriptas aſſerit, id eſt, capitibus, nono, vndecimo ac duodecimo prædicti libri de viris Patrum, in illo enim opere Gregorius vitam Patrocli capite nono, Caluppanis vitam vndecimo, vitam Brachionis duodecimo fuſiùs explicuit, nec alium Authorem adiuimus ſpretâ etiam triplici hac interpolatione, cuius nullum veſtigium extat in tribus prælaudatis Codicibus. XX. DE CALVPP. PATROCLO, ET BRACHIONE.

Interpolator libro quinto Gregoriano non tantùm inſeruit vulgata capita, quintum, ſextum, ſeptimum, nonum, decimum ac duodecimum, de quibus nunc agimus, ſed & initium capitis octaui deprauauit. Gregorius poſtquàm caput quartum clauſit obitu Roccoleni, qui pridie Kalendas Martias occubuit, quintum ſic auſpicatus eſt, *eo tempore beatus Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit.* Interpolator quintum caput ab his vocibus (*eo tempo-* XXI.

AN. CH. 576. GVNTCH. CHILPER. RR. 15. CHILDEB. II. R. 1.

re) ſic etiam inchoanit, *eo tempore Felix Namnetica vrbis Epiſcopus*, &c. Inſertis autem tribus eapitibus, quinto videlicet, ſexto ac ſeptimo, octauum, quod verè quintum eſt Gregotianum, ſic aggreſſus eſt, *eo anno & beatus Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit*, atque hâc coniunctione *(&)* felicem ſancti Germani tranſirum cum pia Senochi Preſbyteti morte, quam ſuperiori eapite commemorarat, ita connectete voluit, vt ea videtetut agere, quæ ſe facturum promiſetat primâ hae eiuſdem capitis periodo. *Sed & illud commemorare libet, qui vel quales viri hoc anno à Domino ſunt conuocati, vnde magnum eum & Deo acceptabilem ego cenſeo, qui tales de noſtra terra ſuo paradiſo collocauit.* Illam artem manifeſtaſſe ſufficit vt agnoſcas interpolationem. Deinde cur Gregorius Caluppam in Hiſtoria Eccleſiaſtica nuncupatet, quem in libto de vitis Patrum Caluppanem vocauit. Caput, quod prædictam interpolationem proximè ſequirut, in editione vulgata decimum-tertium eſt, ſeptimum verò numetatur in Codieibus Bellouacenſi & Cotbeienſi, ſicque incipit, *ergo vt ad propoſitum reuertamur, Chilpericus Rex Chlodonechum filium ſuum Toronus tranſmiſit*, & hæc tranſirio vtrique conuenit exemplari, nam Gregorius ſiue interpolatus ſiue non interpolatus ſermonem reuocat ad motus Turonicos quos capite quarto iam attigerat, & in locum Roccoleni, cuius obitu idem caput quartum clauſerat, Clodoueum à Chilperico Rege miſſum ſcribit. Ceterùm præter interpolatotem Gregorianum non habemus Authorem, qui Senochum, Caluppanem, Patroclum & Brachionem hoc anno mortuos affirmet.

XXII. [a] Lib. 5. c. 37. [b] Lib. 3. c. 31. EPISCOPI INCVLISM.

Ad huno annum pertinet alia Gtegotij [a] interpolatio, quam Aimoinus [b] attigit. Maracharius Epiſcopus Inculiſmenſis *multùm vigilanter vel Eccleſias vel Eccleſiæ domos & erigens & componens, ſeptimo Sacerdotij anno, iniecto ab inimicis in caput piſcis veneno, ſimpliciter accipiens crudeliter enecatur*, & *Frontonius, cuius conſilio hoc ſcelus eſt perpetratum, confeſtim* Epiſcopatum aſſumpſit.

XXIII. [c] Lib. 7. c. 17. PROMOTVS EP. DVNENS. AMOVETVR.

Apud Gregorium Turonenſem [c] *Promotus, qui in Dunenſi caſtro, ordinante Sigiberto Rege, Epiſcopus fuerat inſtitutus, poſt mortem* eiuſdem *Regis amotus* legitur, *eò quòd caſtrum illud eſſet Diœceſis Carnotena*. Sie effectum tandem ſortita eſt ſententia, quam Patres Synodi Pariſienſis anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio aduersùs Promotum pronunciarant, & Pappolus ſeu Papulus Epiſcopus Carnotenſis integrâ poritus eſt Diœceſi, cuius partem Promotus per vim contra Canones inuaſerat. Iiſdem citciter tempotibus, annuente Pappolo, Betharius in agro Bleſianenſi cellulam ſibi conſtruxit.

BETHARIVS CELLVLAM CONSTRVIT IN AGRO BLESENS.

Literis, inquit Authot vitæ, *decentiſsimè erat eruditus, vrbanitate decorabili ornatus ac ſublimatus, tantóque honore inſtitutus, vt doctor diuinarum literarum & magiſter totius ciuitatis* Catnotenæ *diceretur. Cùm autem die noctúque iſti ſancto inſiſteret propoſito, atque obedientiam ſibi commiſſam totis viribus exornaret, vitámque ſolitariam arripere toto niſu feſtinaret, humili cum deuotione bonæ memoriæ Papulo ſtuduit indicare. At ille cernens eum cæleſti inſpiratione radiatum, dedit ei poteſtatem in propria tellure parochiáque vbicumque vellet locum ſibi ædificandi ſecretum. Qui acceptâ licentiâ tribus leucis à caſtello Bleſianenſium* * *cellulam ſibi propriis manibus ædificauit ſuper fluuiolum Sipa, & ipſe locus Baſilica nomen accepit, quam eodem tempore beatus Papulus Epiſcopus in honore beati Georgij Martyris Chriſti conſecrauit.*

* de Bloys.

XXIV. MARIVS FIT EPISC. AVENTIC.

Hoc citciter anno in Auenticenſi cathedra ſedere cœpit Marius Epiſcopus, de euius ætate fuſiùs ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimumprimum diſſetemus.

ANNVS

CHRISTI 577.

GVNTCHRAMNI R. 16.

CHILPERICI R. 16.

CHILDEBERTI II. R. 2.

INDICTIO 10.

ANNO Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo, ſiue vt Gregorius Turonenſis [a] ſupputat, *anno ſecundo Childeberti Regis, cùm videret Merouechus patrem ſuum* Chilpericum *in hac deliberatione intentum*, nempe vt exercitum in Turoniam dirigeret, *adſumpto ſecum Guntchramno Duce, ad Brunichildem pergere cogitat, dicens. Abſit vt propter meam perſonam Baſilica Domni Martini violentiam perferat, aut regio eius per me captiuitati ſubdatur. Et ingreſſus Baſilicam, dum vigilias ageret, res quas ſecum habebat ad ſepulchrum beati Martini exhibuit, orans vt ſibi Sanctus ſuccurreret, atque ei concederet gratiam ſuam, vt regnum accipere poſſet.* In Auſtraſia tunc verſabatur Brunichildis, hanc enim Chilpericus per legationem requiſitus ad Childebertum nuper remiſerat, vt in Geſtis [b] Regum Francorum & apud Aimoinum [c] legitur. *Leudaſtes tunc Comes, cùm multas Merouecho in amore Fredegundis inſidias tenderet, ad extremum pueros eius, qui in pagum egreſſi fuerant, circumuentos dolis gladio trucidauit, ipſúmque interimere cupiens, ſi reperire loco opportuno potuiſſet. Sed ille conſilio vſus Guntchramni, & ſe vlciſci deſiderans, redeunte Mareleſo archiatro de præſentia Regis, comprehendi præcepit, cæsúmque grauiſſimè, ablato auro argentóque eius, vel reliquis rebus quas ſecum exhibebat, nudum reliquit. Et interfeciſſet vtique, ſi non inter manus cædentium elapſus Eccleſiam expetiſſet. Quem poſteà indutum veſtimentis, obtentâ vitâ Pictauum* remiſit Gregorius Epiſcopus Turonenſis, à quo [d] narrationem totius huius Hiſtoriæ mutuati ſumus. I.

[a] Lib. 5. c. 14.

MEROVEVS CHILPERICI FIL. REBELLIS.

[b] Cap. 33.

[c] Lib. 3. c. 16.

[d] Lib. 5. c. 14.

II. Intereà dum Meroueus de patre & nouerca multa crimina loquebatur, licèt eſſent ex parte vera, tamen apertè innotuit, vt hæc per filium vulgarentur, Deo non acceptum fieri, nam cùm Gregorium Epiſcopum Turonenſem ad conuiuium quâdam die inuitaſſet, rogarétque ſuppliciter aliquid ad inſtructionem animæ legi, tunc Antiſtes accepto Salomonis libro hunc primum verſiculum inuenit ac legit. *Oculum, qui auerſus exaſperat patrem, effodiant eum corui de vallibus.* Et hæc quidem ille non intellexit, Gregorius verò miratus eſt verſiculum illum à Deo in redargutionem præparatum. Poſt hæc mulierem Pythoniſſam, quam aiebat ſibi non ſolùm annum, ſed & diem & horam quâ Charibertus Rex obiret, aliquando prænunciaſſe, Guntchramnus-Boſo per famulos iterum conſuluit, cui ſic illa reſpondit. *Futurum eſt vt Rex Chilpericus hoc anno deficiat, & Merouechus Rex excluſis fratribus omne capiat regnum. Tu verò Ducatum totius regni eius annis quinque tenebis. Sexto verò anno in vna ciuitatum, quæ ſuper Ligeris alueum ſita eſt, in dextra eius parte, fauente populo Epiſcopatûs gratiam adipiſceris, ac ſenex & plenus dierum ab hoc mundo migrabis.* Hoc reſponſo elatus Guntchramnus-Boſo, *tanquam ſi iam in cathedram Toronicæ Eccleſiæ reſideret*, adiit Epiſcopum Gregorium, qui riſit hominem, & ea quæ diabolus repromittit, dixit haud credi debere, nec aliud docuit euentus. At longè diſpar ratio fuit ſomnij, quo Gregorius ſibi viſus eſt Angelum intueri volantem, & audire ſupra Baſilicam ſancti Martini ma-

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

gnâ voce ſic clamantem. *Heu! heu! percuſſit Deus Chilpericum, & omnes filios eius, nec ſuperabit de his qui proceſſerunt ex lumbis eius, qui regat regnum illius in æternum.* Gregorius Turonenſis, qui res illas ſcripſit [a], obſeruauit Chilperico Regi tunc quatuor filios ex diuerſis vxoribus extitiſſe. *Erant*, inquit, *ei eodem tempore de diuerſis vxoribus filij quatuor exceptis filiabus*, nati ſcilicet ex Audouera Meroueus & Clodoueus, ex Fredegunde Clodobertus & Samſon, quorum duo Meroueus & Samſon extincti ſunt hoc anno, Clodoueus autem & Clodobertus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo. Qui verò patri Chilperico ſucceſſit Clotarius, is in lucem editus eſt anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, vt ſuis locis ex Gregorio Turonenſi probabimus.

[a] Lib. 5. c. 14.

III. Viri eruditi, quibuſcum de textu eiuſdem Auctoris ſuprà citato non ſemel diſputauimus, ex eo colligunt ciuitatem primariam Turonum, quæ ſiniſtræ Ligeris ripæ hodie adiacet, tunc in dextera illius amnis ripa ſitam fuiſſe. Non recederemus ab hac ſententia, ſi Pythoniſſa, quam Guntchramnus-Boſo conſuluit, ipſum *Guntchramnum*, *Epiſcopatum*, vt noſtrâ ætate Scriptor alioquin accuratiſſimus aſſeruit [b], *Turonicæ Eccleſiæ fauente populo conſecuturum* dixiſſet. At hæc mulier, vt manuſcripti codices editionéſque vulgatæ Gregorij teſtantur, nihil de Turonenſi Pontificatu nominatim pronuntiauit, generatim enim affirmauit Guntchramnum *Epiſcopatûs gratiam* adepturum *in vna ciuitatum, quæ ſuper Ligeris alueum ſita eſt, in dextra eius parte*, nec Guntchramnus hanc enuntiationem de Turonenſibus inſulis intelligendam putauit. Dexteræ Ligeris ripæ imminent vrbes Epiſcopalibus ſedibus decoratæ, Niuernum, Aurelia, Nannetæ. Guntchramnus vnius ex illis ciuitatibus Epiſcopum ſe futurum ratus erupit in maximum gaudium, & ea, quæ pueri à ſe miſſi renuntiarant, ipſe ſtatim Gregorio Epiſcopo Turonenſi cum tanta hilaritate tantáque ſuperbia retulit, vt ei viſus ſit nec minùs lætari nec minùs ſuperbire, quàm ſi Turonenſem Pontificatum, qui ſupradictis ob Metropolitanam dignitatem præſtabat, adeptus eſſet. Quis exiſtimet Guntchramnum-Boſonem adeò impudentem aut dementem fuiſſe, vt palàm Gregorio loqueretur de Præſulatu Turonenſi, quem ſexto pòſt anno ſe conſecuturum crederet, vel depoſito vel mortuo ipſomet Gregorio, qui triceſimum-tertium ætatis annum tunc agebat? Gregorius verò meminit Epiſcopatûs Turonenſis in ſua narratione, non vt inſinuaret illum aut Pythoniſſæ verbis aut Guntchramni-Boſonis explicatu comprehenſum fuiſſe, ſed vt ipſum Guntchramnum ſummè dementem ſumméque arrogantem publicaret. Quid enim ſtultius ac ſuperbius fingi poteſt, quàm ſi quis audito à Pythoniſſa, quòd *in vna ciuitatum, quæ ſuper Ligeris alueum ſita eſt, in dextra eius parte, fauente populo Epiſcopatûs gratiam* poſt quinquennium adepturus ſit, mox ita glorietur, ac ſi Turonicæ ciuitatis, quæ ſiniſtræ Ligeris ripæ affixa eſt, Pontificatu ceteris ad Ligerim ſitis ob Metropolitanam dignitatem multò nobiliore iam potiatur? Guntchramnus-Boſo, ſi benè coniicimus, facilè ſibi perſuaſit reſponſum Pythoniſſæ capiendum eſſe de Præſulatu Namnetenſi, ſeque Namnetenſem Epiſcopum fore ſub Gregorio Turonenſi Metropolitano, cui ſermones Pythoniſſæ mulieris per ordinem ſtatim retulit. Ætas Felicis Epiſcopi Namnetenſis haud refragatur. Felix annum in Epiſcopatu viceſimum-ſeptimum numerabat, annóſque natus erat iam quatuor & ſexaginta, quin & ſexto pòſt anno vitam clauſit, quo tempore Guntchramnus-Boſo Pontificales inſulas ſibi delatum iri credebat. Quinam autem Epiſcopi Diœceſes Niuernenſem & Aurelianenſem rexerint, cùm idem Guntchramnus Pythoniſſam conſuluit, haud æquè patet. Poſt ſanctum enim Æoladium, qui ſuâ ſubſcriptione Lugdunenſe Concilium anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo muniuit, in Cathedra Niuernenſi ſedit Agricola, de quo nihil occurrit ante annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-tertium quo Concilium Lugduni iterum celebratum eſt. Similiter ignoratur annus quo Namatius in Epiſcopatum

[b] Valeſ. lib. 10.

AN. CH. 577.

ſcopatum Autelianenſem Ricomero ſucceſſit, Concilio Pariſienſi quarto Ricometus ſubſcripſit anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, Namatius anno pòſt decimo interfuit primæ Synodo Matiſconenſi.

GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB II. R. 2.

IV. EX BASILICA SANCTI MARTINI.

Commorantibus Merouco & Guntchramno-Boſone *apud Baſilicam ſancti Martini, miſit ad Guntchramnum-Boſonem Fredegundis Regina, quæ ei iam pro morte Theodoberti patrocinabatur, occultè dicens, Si Merouechum eiicere poteris de Baſilica vt interficiatur, magnum de me munus accipies. At ille praſtò putans eſſe interfectores, ait ad Merouechum. Vt quid hic quaſi ſegnes & timidi reſidemus, & vt hebetes circa Baſilicam occulimur? Veniant equi noſtri, & acceptis accipitribus, cum canibus exerceamur venatione, ſpectaculiſque patulis iocundemur. Hoc enim aiebat callidè, vt eum à ſancta Baſilica ſepararet. Guntchramnus verò aliàs ſanè bonus, nam in periuriis nimiùm praparatus erat, verumtamen nulli amicorum ſacramentum dedit, quod non protinus omiſiſſet. Egreſſi itaque, vt diximus, de Baſilica, ad Iocundiacenſem domum ciuitati proximam progreſſi ſunt. Sed à nomine Merouechus noſcitus eſt. Et quia impetebatur tunc Guntchramnus de interitu, vt diximus, Theodoberti, miſit Chilpericus Rex epiſtolam ſcriptam ad ſepulchrum ſancti Martini, quæ habebat inſertum, vt ei beatus Martinus reſcriberet, vtrùm liceret extrahi Guntchramnum de Baſilica eius, an non. Sed Bandegilus Diaconus, qui hanc epiſtolam exhibuit, chartam puram cum eadem quam detulerat ad ſanctum tumulum miſit. Cúmque per triduum expectaſſet, & nihil reſcripti reciperet, rediuit ad Chilpericum. Ille verò miſit alios, qui ſacramenta exigerent Guntchramno, vt ſine eius ſcientia Baſilicam non relinqueret. Qui ambienter iurans, pallam altaris fideiuſſorem dedit, numquam ſe exinde ſine iuſſione regia egreſſurum. Merouechus verò non credens Pythoniſſæ, tres libros ſuper Sancti ſepulchrum poſuit, id eſt, Pſalterij, Regum, Euangeliorum; & vigilans totâ nocte petiit vt ſibi beatus Confeſſor, quid eueniret oſtenderet, vtrùm poſſit regnum accipere, an non, indicante cognoſceret. Poſt hæc continuato triduo in ieiuniis, vigiliis atque orationibus, ad tumulum accedens, reuoluit librum qui erat Regum. Verſus autem primus paginæ, quam reſerauit, hic erat. Pro eo quòd dereliquiſtis Dominum Deum veſtrum, & ambulaſtis poſt deos alienos, nec feciſtis rectum ante conſpectum eius, ideo tradet vos Dominus Deus veſter in manibus inimicorum veſtrorum. Pſalterij autem verſus hic eſt inuentus. Verùm propter doloſitatem poſuiſti eis mala; deieciſti eos dum alleuarentur. Quomodò facti ſunt in deſolationem? Subitò defecerunt, & perierunt propter iniquitates ſuas. In Euangeliis autem hoc repertum. Sciatis quia poſt biduum Paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. In his reſponſionibus ille confuſus, flens diutiſſimè ad ſepulchrum beati Antiſtitis, adſumpto ſecum Guntchramno Duce cum quingentis aut eo ampliùs viris, diſceſſit. Egreſſus autem Baſilicam ſanctam, cùm iter ageret per Antiſiodorenſem territorium, ab Herpone Duce Guntchramni Regis comprehenſus eſt. Cúmque ab eo detineretur, caſu neſcio quo dilapſus, Baſilicam ſancti Germani ingreſſus eſt. Audiens hæc Guntchramnus Rex, in ira commotus Herponem* LXX. *aureis damnat, & ab honore remouet dicens. Retinuiſti, vt ait frater meus, inimicum ſuum. Quòd ſi hoc facere cogitabas, ad me eum debuiſti priùs adducere; ſin autem, nec tangere debueras quem tenere diſſimulabas. Exercitus autem Chilperici Regis vſque Toronus accedens, regionem illam in præda mittit, ſuccendit, atque deuaſtat; nec rebus ſancti Martini pepercit, ſed quod manu tetigit, ſine vllo Dei intuitu aut timore* FVGIT IN *diripuit. Merouechus prope duos menſes ad antedictam Baſilicam reſidens, fugam* AVSTRIAM *iniit, & ad Brunichildem Reginam vſque peruenit, ſed ab Auſtraſiis non eſt collectus. Pater verò eius exercitum contra Campanenſes mouit, putans eum ibidem occultari, ſed nihil nocuit, nec eum potuit reperire.* Hue vſque Gregorius [a].

[a] Lib. 5. c. 14.

V. Rex autem Guntchramnus, vt idem Author [b] teſtatur, duos Magnacharij quondam Ducis filios, & Mercatrudis qoondam Reginæ fratres, Guntionem & Vuiotieum interfecit gladio, *pro eo quòd in Auſtregildem Reginam, eiúſque ſobolem, multa deteſtabilia atque execranda proferrent, facultatéſque eorum fiſco ſuo redegit. Ipſe quoque duos filios ſuos ſubito morbo oppreſſos perdidit, de quorum*

[b] Lib 5. c. 17.

FILII REGIS GVNTCHRAMNI MORIVNTVR.

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. R R. 16. CHILDEB. II. R. 2.

funere valdè contriſtatus eſt, eò quòd orbatus abſque liberis remanſiſſet. Aſtipulatur Marius, regios enim atque egregios adoleſcentes Chlotacarium & Chlodomerem Gunthegramni Regis filios anno vndecimo Conſulatûs Iuſtini Iunioris Auguſti Indictione decimâ mortuos tradit. Clotarius annum agebat ætatis decimum, Clodomeres quartum, vt ex eorum epitaphiis [a] conſtat, hoc enim diſticho clauditur epitaphium Clodomeris.

Hunc rapuit mox ſaua dies, cùm quarta tumeſcens
Denſares gelidus horrida bruma dies.

Et in epitaphio Clotarij reperitur hic verſus.

Abſtulit hunc decimus mundanis curſibus annus.

[a] Tom 1. collect. Hiſt. Franc.

VI. INTERPOLATOR GREGORII REFELLITVR.

Ad hunc annum, quo Guntchramnus Rex duos filios amiſit, multa leguntur in vulgata Gregorij Turonenſis Hiſtoria, libro quinto, capite viceſimo-primo, ſed hoc caput nullius eſt authoritatis, abéſtque à Codicibus, Bellouacenſi, Corbeienſi ac Metenſi. *Igitur*, inquit interpolator, *contra Salonium Sagittariumque Epiſcopos tumultus exoritur. Hi enim à ſancto Nicetio Lugdunenſi Epiſcopo educati, Diaconatûs officium ſunt ſortiti. Huiuſque tempore Salonius Ebreduneuſis vrbis, Sagittariúſque Vapigenſis Eccleſia, Sacerdotes ſtatuuntur. Sed adſumpto Epiſcopatu in proprium relati arbitrium, cæperunt in peruaſionibus, cadibus, homicidiis, adulteriis, diuerſiſque in ſceleribus, inſano furore graſſari, itaut quodam tempore, celebrante Victore Tricaſtinorum Epiſcopo ſolemnitatem natality ſui, emiſſâ cohorte, cum gladiis & ſagittis irruerent ſuper eum. Venientéſque ſciderunt veſtimenta eius, miniſtros ceciderunt, vaſa & omnem adparatum prandy auferentes, relinquentes Epiſcopum in grandi contumelia. Quod cùm Rex Guntchramnus comperiſſet, congregari Synodum apud vrbem Lugdunenſem iuſſit. Coniunctíque Epiſcopi cum Patriarcha Nicetio beato, diſcuſſis cauſis, inuenerunt eos de his ſceleribus, quibus accuſabantur, valdè conuictos, præceperúntque, vt qui talia commiſerant, Epiſcopatûs honore priuarentur. At illi cùm adhuc propitium ſibi Regem eſſe noſſent, ad eum accedunt, implorantes ſe iniuſtè remotos, ſibique tribui licentiam, vt ad Papam vrbis Romana accedere debeant. Rex verò annuens petitionibus eorum, datis epiſtolis eos abire permiſit. Qui accedentes coram Papa Ioanne, exponunt ſe nullius rationis exiſtentibus cauſis dimotos. Ille verò epiſtolas ad Regem dirigit, in quibus locis ſuis eoſdem reſtitui iubet. Quod Rex ſine mora, caſtigatis priùs illis verbis multis, impleuit. Sed nulla (quod peius eſt) fuit emendatio ſubſecuta. Tamen Victoris Epiſcopi pacem petierunt, traditis hominibus quos in ſeditionem direxerant. Sed ille recordatus præcepti Dominici, non debere reddi inimicis mala pro bonis, nihil his mali faciens, liberos abire permiſit. Vnde inpoſterùm à communione ſuſpenſus eſt, pro eo quòd publicè accuſans, clam inimicis pepercíſſet abſque conſilio, quibus accuſauerat, fratrum. Sed per fauorem Regis iterum in communionem reuocatus eſt. Hi verò in maioribus ſceleribus quotidie miſcebantur, & in præliis illis, ſicut iam ſuprà meminimus, quæ Mummolus cum Longobardis geſſit, tanquam vnus ex laicis, accincti arma, plurimos propriis manibus interfecerunt. In ciues verò ſuos nonnullos commoti felle, verberantes fuſtibus vſque ad effuſionem ſanguinis ſauiebant. Vnde factum eſt vt clamor populi ad Regem denuò procederet. Eoſdémque Rex arceſſiri præcepit. Quibus aduenientibus, noluit ſuis obtutibus præſentari, ſcilicet vt priùs habitâ audientiâ, ſi idonei inuenirentur, ſic Regis præſentiam mererentur. Sed Sagittarius felle commotus, hanc rationem durè ſuſcipiens, vt erat leuis ac vanus, & in ſermonibus irrationabilibus profluus, declamare plurima de Rege cæpit ac dicere, quòd fily eius regnum capere non poſſent, eò quòd mater eorum ex familiâ Magnachary quondam adſcita, Regis thorum adiiſſet, ignorans quòd prætermiſſis nunc generibus fœminarum, Regis vocitantur liberi qui de Regibus fuerint procreati. His auditis, Rex commotus valdè, tam equos quàm pueros, vel quacumque habere potuerant, abſtulit. Ipſóſque in Monaſteriis à ſe longiori acceſſu dimotis, in quibus pænitentiam agerent, includi præcepit, non ampliùs quàm ſingulos eis Clericos relinquens; iudices locorum terribiliter commonens, vt ipſos cum armatis cuſtodire debeant, ne cui ad eos viſitandos vllus pateat aditus. Superſtites enim erant his diebus*

AN. CH. 577.
GVNTCH. CHILPER. RR. 16.
CHILDEB. II. R. 2.

filij Regis, ex quibus ſenior agrotare cœpit. Accedentes autem ad Regem familiares eius dixerunt. Si propitius audire dignaretur Rex verba ſeruorum ſuorum, loquerentur in auribus ſuis. Qui ait. Loquimini qualibet. Dixeruntque. Ne fortè innocentes hi Epiſcopi exilio condemnati fuiſſent, & peccatum Regis augeatur in aliquo, & ideo filius Domini noſtri pereat. Qui ait. Ite quantocyùs, & laxate eos, deprecantes vt orent pro paruulis noſtris. Quibus abeuntibus, dimiſſi ſunt. Egreſſi igitur de Monaſteriis, coniuncti ſunt pariter, & ſe oſculantes, eò quòd olim à ſe viſi non fuerant, ad ciuitates ſuas regreſſi ſunt. Et intantùm compuncti ſunt, vt viderentur nunquam à pſallentio ceſſare, celebrare ieiunia, eleemoſynas exercere, librum Dauidici carminis explere per diem, noctéſque in Hymnis ac lectionibus meditando deducere. Sed non diu hac ſanctitas inlibata permanſit, conuerſique ſunt iterum retrorſum. Et ita plerúmque noctes epulando atque bibendo ducebant, vt Clericis Matutinas in Eccleſia celebrantibus, hi pocula poſcerent & vina libarent. Nulla prorſus de Deo erat mentio, nullus omnino curſus memoria habebatur. Renidente aurorâ ſurgentes à cœna, mollibus ſe indumentis operientes, ſomno vinóque ſepulti, vſque ad horam diei tertiam dormiebant. Sed nec mulieres deerant, cum quibus polluerentur. Exurgentes igitur, abluti balneis, ad conuiuium diſcumbebant, de quo veſpere ſurgentes, cœna inhiabant vſque ad illud lucis tempus quod ſuperiùs diximus. Sic faciebant ſingulis diebus, donec ira Dei irruit ſuper eos, quod inpoſterùm memoraturi ſumus. Hanc interpolationem multæ res arguunt. Primò Interpolator Nicetium Lugdunenſem Epiſcopum vocat Patriarcham, hoc autem titulo Gregorius nec ipſum Nicetium cuius ſæpè meminit, nec vllum alium è Metropolitanis Epiſcopis Galliæ cohoneſtat. Deinde Interpolator vult Patres in Synodo Lugdunenſi præcepiſſe, *vt* Salonius & Sagittarius, qui cædes & adulteria commiſerant, *Epiſcopatûs honore priuarentur*, apud Gregorium [a] verò Synodus Cabilonenſis, de quâ ſermonem poſt biennium faciemus, *hæc per pœnitentiam purgari* cenſet, & eoſdem Epiſcopos talibus criminibus coinquinatos ab Epiſcopatu non deiicit. Lugdunenſis Concilij Canones omnes ante decennium recitauimus, in his nullum verbum de Salonio & Sagittario. Si tunc ab Epiſcopatu remoti ſunt, quid prohibuit quominus id in acta Synodi referretur? Extat decretum Concilij Pariſienſis ſuper exauctoratione Saffaraci Pariſienſis Antiſtitis ſub Childeberto Rege, *quia ſine dubio*, inquiunt Patres, *culpas eius eſſe capitales Canonum auctoritate monſtratur, vtique confeſſione propria lingua deiectioni ipſe ſe fecit obnoxium*. Patres Concilij Cabilonenſis, quod ſub Clodoueo ſecundo Rege celebratum eſt, Agapium & Bobonem Dinienſis vrbis Epiſcopos ab Epiſcopatu deiiciunt hoc Canone [b]. *Agapium verò & Bobonem Dinienſis vrbis Epiſcopos, pro eo quòd ipſos contra ſtatuta Canonum in multis conditionibus erraſſe vel deliquiſſe cognouimus, ipſos iuxta tenorem Canonum ab omni Epiſcopatuum ordine decreuimus degradare.* Iam verò, cùm Salonius & Sagittarius in Concilio Lugdunenſi non fuerint depoſiti, falſa deprehenduntur multa, quæ de illorum profectione ad Ioannem tertium Papam, déque reditu in Galliam, atque in Epiſcopatum redintegratione ſubiiciuntur ab Interpolatore. Guntehramno Regi tres vxores fuerunt, Veneranda, Mercatrudis & Auſtrechildis ſiue Auſtrigildis. Hæc mater extitit duorum filiorum, Clotharij & Chlodomeris, quos hoc anno mors è viuis abſtulit. Illarum rerum teſtis eſt ipſemet Gregorius capite viceſimo-quinto libri quarti. Nullâ fide dignus videtur Interpolator, cùm prædictos Epiſcopos ait in odium Regis iterum incidiſſe, quia Sagittarius dicebat eius filios in regnum ſuccedere non poſſe, *quòd mater eorum ex familiâ Magnachary quondam adſcita Regis thorum adiiſſet.* Denique commentitia ſunt quæ de Præſulum eorumdem retruſione in Monaſteria, de reuocatione ab exilio, déque ficta pœnitentia narrantur ab eodem Authore. Cetera tantùm, quæ de criminibus ſub finem capitis adduntur, Gregorio conſentiunt.

VII.
COLLOQVIVM GVNTCH. ET CHILDEB. REGG.

Guntehramnus Rex filiis orbatus Childebertum per Legatos ad colloquium inuitauit. *Ad pontem, quem Petreum * vocant, coniuncti ſunt. Cúmque*

[a] Lib. 5. c. 18.

[b] Can. 20.

* *Pierrepont.*

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

ſalutantes atque inuicem oſculantes ſe, Guntchramnus Rex ait. Euenit impulſo peccatorum meorum, vt abſque liberis remanerem, & ideo peto vt hic nepos meus mihi ſit filius. Et imponens eum ſuper cathedram ſuam cunctum ei regnum tradidit dicens. Vna uos parma protegat, vnáque haſta defendat. Quòd ſi filios habuero, te nihilominùs tanquam vnum ex his reputabo, vt illa cum eis tecúmque permaneat charitas, quam tibi hodie polliceor teſte Deo. Proceres verò Childeberti ſimiliter pro eodem polliciti ſunt. Et manducantes ſimul atque bibentes, digníſque ſe muneribus honorantes, pacifici diſceſſerunt, ad Chilpericum Regem legationem mittentes, vt redderet quod de eorum regno minuerat. Quod ſi differret, campum prępararet ad bellum. Quod ille deſpiciens, apud Sueſsionas atque Pariſius circos ædificare præcipit, eóſque populis ſpectaculum præbens. Hæc Gregorius [a].

[a] Lib. 5. c. 18.

VIII. Iiſdem diebus, *audiens Chilpericus, quòd Prætextatus Rothomagenſis Epiſcopus contra vtilitatem ſuam populis munera daret, cum ad ſe arceſsiri præcipit. Quem diſcuſſum, reperit cum eodem res Bruniehildis Reginæ commendatas, ipſáſque ablatas, eum in exilium vſque ad Sacerdotalem audientiam retineri præcipit. Coniuncto autem Concilio, exhibitus eſt. Erant autem Epiſcopi, qui aduenerant, apud Pariſius in Baſilica ſancti Petri Apoſtoli. Cui Rex ait.. Quid tibi viſum eſt, ô Epiſcope, vt inimicum meum Merouechum, qui filius eſſe debuerat, cum amita ſua, id eſt, patrui ſui vxore, coniungeres? An ignarus eras, quæ pro hac cauſa Canonum ſtatuta ſanxiſſent? Etiam non hìc ſolùm exceſsiſſe probaris, ſed etiam cum illo egiſti, datis muneribus, vt ego interficerer. Hoſtem autem filium patri feciſti, ſeduxiſti pecuniâ plebem, vt nullus mecum fidem habitam cuſtodiret, voluiſtíque regnum meum in manu alterius tradere. Hæc eo dicente, infremuit multitudo Francorum, voluítque oſtia Baſilicæ rumpere, quaſi vt extractum Sacerdotem lapidibus vrgeret, ſed Rex prohibuit fieri. Cúmque Prætextatus Epiſcopus ea, quæ Rex dixerat, facta negaret, aduenerunt falſi teſtes, qui oſtendebant aliquas ſpecies, dicentes. Hæc & hæc nobis dediſti, vt Merouecho fidem promittere deberemus. Ad hæc ille dicebat. Verum enim dicitis, vos à me ſæpiùs muneratos. Sed non hæc cauſa extitit, vt Rex eiiceretur à regno. Nam etiam cùm vos mihi & equos optimos, & res alias præberetis, numquid poteram aliud facere, niſi & ego vos ſimili ſorte remunerarem?* His auditis Rex in Regiam ſe recepit, Epiſcopis autem in Baſilicæ ſecretario ſedentibus acceſſit Aetius Archidiaconus Pariſienſis, iiſque ſalutatis ait. *Audite me, ô Sacerdotes Domini, qui in vnum collecti eſtis. Hoc tempore exaltabitis nomen veſtrum, & bona fama gratiâ refulgebitis, aut certè nullus vos amodò pro Dei Sacerdotibus eſt habiturus, ſi perſonas veſtras ſagaciter non erigitis, aut fratrem perire permittitis.* Tunc ceteris tacentibus, & ora digito comprimentibus, vtpote Fredegundis Reginæ, cuius inſtinctu hæc agebantur, furorem veritis, Gregorius Turonenſium Epiſcopus, qui res in illo Concilio geſtas oculatus teſtis accuratè ſcripſit [b], hanc orationem habuit. *Adtenti eſtote, quæſo, ſermonibus meis, ô ſanctiſsimi Sacerdotes Dei, & præſertim vos qui familiariores eſſe Regi videmini. Adhibete ei conſilium ſanctum atque Sacerdotale, ne exardeſcens in miniſtrum Dei pereat ab ira eius, & regnum perdat & gloriam.* Illis quoque nec ad iſta reſpondentibus ſubiunxit Antiſtes. *Mementote, Domini mei Sacerdotes, verbi Prophetici quo ait, [Si viderit ſpeculator iniquitatem hominis, & non dixerit, reus erit animæ pereuntis.] Ergo nolite ſilere, ſed prædicate & ponite ante oculos Regis peccata eius, ne fortè ei aliquid mali contingat, & vos rei ſitis pro anima eius. An ignoratis quid nouo geſtum fuerit tempore, quomodò adprehenſum Sigiſmundum Chlodomeris retruſit in carcerem? Dixítque ei Auitus Dei Sacerdos. Ne iniicias manum in eo, & cùm Burgundiam petieris, victoriam obtinebis. Ille verò abnuens quæ ei à Sacerdote dicta fuerant, abiit, ipsúmque cum vxore & filiis interimit. Petiítque Burgundiam, ibíque oppreſſus ab exercitu, interemptus eſt. Quid Maximus Imperator? Nonne cùm beatum Martinum compuliſſet communicare cuidam homicidæ Epiſcopo, & ille quò faciliùs addictos morti liberaret, Regi impio conſenſiſſet, proſequente*

SYNODVS PARISIENSIS.

PRÆTEXTATVS EP. ROTOM.

[b] Lib. 5. c. 19.

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

Regis æterni iudicio, ab imperio depulſus Maximus, morte peſſimâ condemnatus eſt. Cúmque nec tunc quidem aliquis eorum reſpondiſſet, duo tantùm adulatores ex ipſis (quod de Pontificibus dici dolendum eſt) Chilperico retulerunt neminem ei pertinaciùs quàm Gregorium obſiſtere, ſtatim hic euocatus eſt per aulicum. Stabat Chilpericus iuxta tabernaculum ex ramis factum, Bertchramnus Burdigalenſis Epiſcopus dextræ illius inhærebat, Ragnemodus Pariſienſis Epiſcopus ſiniſtræ, coram eis erat menſa, paniſque ſuperpoſitus cum diuerſis ferculis. Viſo Gregorio Rex ait. *O Epiſcope, iuſtitiam cunctis largiri debes, & ecce ego iuſtitiam à te non accipio, ſed, vt video, conſentis iniquitati, & impletur in te prouerbium illud, quòd coruus oculum corui non eruit.* Ad hæc Gregorius. *Si quis de nobis, ô Rex, iuſtitiæ tramitem tranſcendere voluerit, à te corrigi poteſt. Si verò tu exceſſeris quis te corripiet? Loquimur enim tibi, ſed ſi volueris audis; ſi autem nolueris, quis te condemnabit, niſi qui ſe pronunciauit eſſe iuſtitiam.* Tunc Rex, vt erat ab adulatoribus accenſus, ait, *Cum omnibus enim inueni iuſtitiam, & tecum inuenire non poſſum. Sed ſcio quid faciam, vt noteris in populis, & iniuſtum te eſſe in omnibus perpateſcat. Conuocabo enim populum Toronicum, & dicam eis. Vociferamini contra Gregorium quòd ſit iniuſtus, & nulli hominum iuſtitiam præſtet. Illis quoque hæc clamantibus reſpondebo. Ego qui Rex ſum, iuſtitiam cum eodem inuenire non poſſum, & vos qui minores eſtis inuenietis?* Gregorius autem. *Quòd ſim iniuſtus, tu neſcis, ſcit enim ille conſcientiam meam, cui occulta cordis ſunt manifeſta. Quòd verò falſo clamore populus te inſultante vociferatur, nihil eſt, quia ſciunt omnes à te hæc emiſſa. Ideóque non ego, ſed potiùs tu in adclamatione notaberis. Sed quid plura? Habes Legem & Canones, hæc te diligenter rimari oportet, & tunc quæ præceperint, ſi non obſeruaueris, noueris tibi Dei iudicium imminere.* Tum demùm Rex ad Gregorium quaſi demulcens, *propter te*, inquit, *hæc iuſcella paraui, in quibus nihil aliud præter volatilia, & parumper ciceris continetur.* Gregorius adulatione cognitâ reſpondit. *Noſter cibus eſſe debet, facere voluntatem Dei, & non in his deliciis delectari, vt ea quæ præcipit nullo caſu prætermittamus. Tu verò qui alios de iuſtitia culpas, pollicere priùs quòd Legem & Canones non omittas, & tunc credimus quòd iuſtitiam proſequaris.* Rex porrectâ ſtatim dexterâ iurauit ea quæ Lex & Canones edocebant, nullo pacto ſe tranſgreſſurum. Poſthæc Epiſcopus accepto pane, hauſto etiam vino diſceſſit. Sequenti nocte Legati Fredegundis ad hoſpitium eiuſdem Gregorij venerunt poſcentes, & ducentas argenti libras in munus offerentes, vt in Prætextati deiectionem ceteris Epiſcopis conſentiret, dicebant enim aliorum ſe voluntatem probatam habere. Recuſauit ille, & ſi mille auri argentique libræ darentur, nullomodò aſſentire velle ſe aſſeruit, illiſque magis inſtantibus tandem pollicitus eſt in decretis Canonum fratribus ſuis aſſenſum ſe præbiturum. Tunc illis quæ petebant ſe impetraſſe putantibus, & gratias agendo recedentibus, aduenerunt quidam Pontifices ſimilia rogantes, quibus Gregorius eadem, quæ prioribus fecerat, reſponſa reddidit.

IX. Conuenientibus denuò in Concilium Epiſcopis, manè Rex adfuit in Baſilica ſancti Petri, dixitque. *Epiſcopus enim in furtis deprehenſus ab Epiſcopali officio vt auellatur, Canonum auctoritas ſanxit.* Epiſcopis autem *quis ille Sacerdos eſſet, cui furti crimen irrogaretur*, quærentibus, *vidiſtis*, inquit, *ſpecies quas nobis furto abſtulit.* Oſtenderat enim ante diem tertiam duo volucra, ſpeciebus & diuerſis ornamentis referta, quorum pretium ad tria millia ſolidorum æſtimabatur, & ſacculum cum numiſmatis auri pondere tenentem quaſi millia duo, & hæc omnia ſibi erepta dicebat ab Epiſcopo. Sed Prætextatus obiecta egregiè confutauit. *Recolere vos credo*, ait, *diſcedente à Rothomagenſi vrbe Brunichilde Reginâ, quòd venerim ad vos. Dixíque vobis quia res eius, id eſt, quinque ſarcinas commendatas haberem, & frequentiùs aduenire pueros eius ad me, vt ea redderem, & nolui ſine conſilio veſtro. Tu autem dixiſti mihi, ô Rex, eiice hæc à te, & reuertantur ad mulierem res eius, ne inimicitia inter me*

AN.CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

& Childebertum nepotem meum pro his rebus debeat pullulare. Reuerſus ergo ad vrbem, vnum volucrum tradidi pueris, non enim valebant ampliùs ferre. Reuerſi iterum requirebant alios. Iterum conſiliatus ſum magnificentiam veſtram. Tu autem præcepiſti dicens. Eiice hæc à te, ò Sacerdos, ne faciat ſcandalum hæc cauſa. Iterum tradidi eis duo ex his, duo autem alia remanſerunt mecum. Tu autem, quid nunc calumniaris, & me furti arguis, cùm hæc cauſa non ad furtum ſed ad cuſtodiam debeat deputari?* Ad hæc Rex. *Si hoc depoſitum penes te habebatur ad cuſtodiendum, cur ſoluiſti vnum ex his, & limbum aureis contextum filis in partibus diſſecaſti, & dediſti per viros qui me à regno deiicerent?* Prætexratus reſpondit. *Iam dixi tibi ſuperiùs, quia munera eorum acceperam. Ideóque cum non haberem de præſenti quod darem, hinc præſumpſi, & eis viciſsitudinem munerum tribui. Proprium mihi eſſe videbatur, quod filio Merouecho erat, quem de lauacro regenerationis excepi.* Animaduertens Chilpericus Prætextatum hoc modo ſuperari non poſſe, relicto Concilij loco, ac conuocatis quibuſdam ſibi adulantibus, ait illis. *Victum me verbis Epiſcopi fateor, & vera eſſe quæ dicit. Scio quid nunc faciam, vt Reginæ de eo voluntas adimpleatur. Ite & accedentes ad eum dicite, quaſi conſilium ex vobiſmetipſis dantes. Noſti quòd ſit Rex Chilpericus pius atque compunctus, & citò flectatur ad miſericordiam. Humiliare ſub eo, & dicito, ab eo obiecta à te perpetrata fuiſſe. Tunc nos proſtrati omnes coram pedibus eius, dari tibi veniam impetramus.* His ſeductus Prætextatus promiſit ita ſe facturum.

DOLO CIRCVMVENTVS.

X. Poſterâ die Pontificibus mane conuenientibus ad conſuetum locum, Rex cum Prætextaro iterum altercari cœpit. *Si munera*, inquit, *pro muneribus his hominibus es largitus, cur ſacramenta poſtulaſti, vt fidem Merouecho ſeruarent?* Reſpondit Epiſcopus. *Petij, fateor, amicitias eorum habere cum eo, & non ſolùm hominem, ſed ſi fas fuiſſet, Angelum de cælo euocaueram, qui eſſet adiutor eius. Filius enim mihi erat (vt ſæpè dixi) ſpiritalis ex lauacro.* Quid plura? procedente longiùs altercatione Prærextatus ad pedes Regis corruit clamans. *Peccaui in cælo & coram te, ô Rex miſericordiſſime. Ego ſum homicida nefandus, ego te interficere volui, & filium tuum in ſolio tuo erigere.* Hæc eo loquente proſtratus & ipſe Rex pedibus aliorum Epiſcoporum aiebat. *Audite, ô piiſsimi Sacerdotes, reum crimen exſecrabile confitentem.* Cúmque Pontifices à terra Regem eleuaſſent, ipſe Prætextatum è Baſilica iuſſit egredi, reuersúſque in regiam tranſmiſit librum Canonum, in quo nouus erat adnexus quaternio, complectens Canones quaſi Apoſtolicos, continentes hæc. *Epiſcopus in homicidio, adulterio & periurio deprehenſus, à Sacerdotio diuellatur.* His lectis, cùm Prærexratus ſtaret, ſtupens Bertchramnus Epiſcopus Burdigalenſis ait. *Audi, ô frater & Coepiſcope, quia Regis gratiam non habes, ideóque nec noſtrâ charitate vti poteris, priuſquàm Regis indulgentiam merearis.* Poſthæc rogauit Chilpericus Pontifices, vt aut tunica Prærextati ſcinderetur, aut centeſimus-octauus Pſalmus, qui maledictiones Iſchariothicas continet, ſuper caput eius recitaretur, aut certè iudicium contra eum ſcriberetur ne in perpetuum communicaret. Quibus conditionibus Gregorius Antiſtes Turonenſis reſtitit iuxta promiſſum Regis, vt nihil extra ſtatuta Canonum gereretur. Tunc Prætextatus ab Eccleſia pulſus cuſtodiæ traditus eſt, de qua cùm fugeret nocte, grauiſſimè cæſus in inſulam prope Conſtantiam eſt relegatus, ſubrogato in eius locum Melanio, cuius mentio fit apud Gregorium Turonenſem [a].

PELLITVR IN EXILIVM.

[a] Lib. 7. c. 19.

XI. Quæres quis eſſet ille *Liber Canonum*, quem Chilpericus Rex Epiſcopis tranſmiſit, vt in cauſa Prætextati nihil contra ſtatuta Canonum fieri ſanciriue videretur. Quæres & quis eſſet *nouus* ille *quaternio* qui *adnexus* erat in eodem Libro Canonum, habebátque *Canones quaſi Apoſtolicos*. Vtrique quæſtioni faciemus ſatis.

XII. Innocentius primus Papa, qui Catholicam Eccleſiam ab anno Chriſti quadringenteſimo-ſecundo ad annum vſque Chriſti quadringenteſimum decimum-ſeptimum per annos quindecim texit, in literis ad Cletum Conſtanti-

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

nopolitanum ita ſcribit apud Sozomenum [a]. Περὶ τῆς τῶν κανόνων φυλακῆς τούτοις δεῖν ἕπεσθαι γεγράφαμεν, οἵτινες ἐν Νικαίᾳ εἰσὶν ὡρισμένοι, οἷς μόνοις ὀφείλει ἐξακολουθεῖν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. *Nos, quantùm ad Canonum obſeruantiam attinet, illis obſequendum eſſe ſcribimus, qui Nicaæ dterminati ſunt, quibus ſolis obtemperare & ſuum ſuffragium addere Eccleſia Catholica debet.* Hinc apertiſſimè patet, quòd ante Concilium Nicænum, quod anno Chriſti trecenteſimo viceſimo-quinto celebrarum eſt, Occidentalis Eccleſia nullos Canones nouerat, ſed moribus tantùm & iure non ſcripto regebatur, quódque poſt Synodum Nicænam eadem Occidentalis Eccleſia ſolos illius Oecumenici Concilij Canones amplexa eſt. Alia fuit Orientalis Eccleſiæ ratio, pluribus enim Canonibus vtebatur, quorum varias collectiones in Concordia [b] Sacerdotij & Imperij Petrus *de Marca* tunc Ordinarius Conſiſtorij ſacri Conſiliarius & in ſupremo Nauarræ Senatu Præſes anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo-primo recenſuit. Poſt Concilium autem Chalcedonenſe, quod habitum eſt anno Chriſti quadringenteſimo quinquageſimo-primo, Canones Græci Latinitate donati ſunt, & auctoritate Leonis Papæ primi, qui Pontificatum tunc gerebat geſsitque vſque ad annum Chriſti quadringenteſimum ſexageſimum-primum, noua Canonum Collectio confecta eſt, quæ ſola viguit in Occidente, donec alteram, de qua mox locuturi ſumus, Dionyſius exiguus in lucem emiſit. In Bibliotheca Monaſterij * Riuipullenſis apud Catalanos duo extant [c] exemplaria manuſcripta Collectionis, quam poſt Chalcedonenſe Concilium Leo Papa faciendam curauit. Canones, quos hæc Collectio continebat, Epiſcopi Galliarum obſeruarunt tenaciſſimè, ſeu Francorum, ſeu Burgundionum ſeu Gothorum Regibus obtemperarent. Exempla ſuppeditant tres Synodi ſub totidem nationum Principibus celebratæ, Agathenſis ſub Alarico Rege Wiſigothorum, Aurelianenſis prima ſub Clodoueo Francorum Rege, Epaonenſis ſub Sigiſmundo Rege Burgundionum.

[a] Lib. 8. c. 26.

VARIÆ COLLECTION. CANONVM.

[b] Lib. 3. capp. 2. 3.

* *Ripoll en Catalogne.*

[c] Baluzius in addit. ad num. 6. c. 3. l. 3. de Concord. Sacerd. & Imp.

XIII. Synodum Agathenſem anno Chriſti quingenteſimo-ſexto celebrarunt Epiſcopi quatuor ac viginti cum Preſbyteris octo duobúſque Diaconis ex ditionibus Alarici Regis Wiſigothorum congregati. Canone ſeptimo hæc ſanxerunt de bonis Eccleſiæ. *Caſellas verò vel mancipiola Eccleſiæ, Epiſcopi, ſicut priſca Canonum præcepit auctoritas, vel vaſa miniſterij, quaſi commendata, fideli propoſito integro Eccleſiæ iure poſſideant, id eſt, vt neque vendere, neque per quoſcumque contractus res, vnde pauperes viuunt, alienare præſumant. Quòd ſi neceſſitas certa compulerit, vt pro Eccleſia aut neceſſitate, aut vtilitate, vel in vſufructu, vel in directa venditione aliquid detrahatur, apud duos vel tres comprouinciales vel vicinos Epiſcopos, cauſa, quâ neceſſe ſit vendi, primitus comprobetur, & habitâ diſcuſſione ſacerdotali, eorum ſubſcriptione, quæ facta fuerit venditio roboretur. Aliter facta venditio vel tranſactio non valebit.* Per has voces (*ſicut priſca Canonum præcepit auctoritas*) indicant ſupradictam ſanctionem à ſe hauſtam ex Canone qui numeratur viceſimus-quartus in Codice Canonum Africanorum, quartus inter Canones Concilij Carthaginienſis anno proximo poſt Conſulatum Cæſarij & Attici, id eſt, anno Chriſti duodequadringenteſimo, celebrati, éſtque huiuſcemodi. *Placuit etiam, vt rem Eccleſiæ nemo vendat. Quòd ſi aliqua neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe Primati prouinciæ ipſius, vt cum ſtatuto numero Epiſcoporum, vtrum faciendum ſit, arbitretur. Quòd ſi tanta vrget neceſſitas Eccleſiæ, vt non poſſit antè Primatem conſulere, ſaltem vicinos teſtes conuocet Epiſcopos, curans ad Concilium omnes referre ſuæ Eccleſiæ neceſſitates. Quòd ſi non fecerit, reus Deo & Concilio venditor, honòre amiſſo, teneatur.*

XIV. Synodum Epaonenſem anno Chriſti quingenteſimo decimo-ſeptimo in regno Sigiſmundi Regis Burgundionum celebrarunt Epiſcopi quatuor ac viginti cum vno Preſbytero. Canone triceſimo-primo pœnitentiam homicidijs

AN. CH. 577. GVNTCH CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

ſecundùm Canones Ancyranos ſic impoſuerunt. *De pœnitentia homicidarum, qui ſæculi leges euaſerint, hoc ſummâ reuerentiâ de eis inter nos placuit obſeruari, quod Ancyritani Canones decreuerunt.* Synodus Ancyrana Nicænam anteceſſit, habitáque eſt anno Chriſti circiter trecenteſimo decimo-quarto. Duplex diſtinxit homicidium, vnum voluntarium, alterum non ſponte commiſſum. Vtrique pœnitentiam inflixit. Priori ſic, Canone viceſimo-ſecundo, κβ'. Περὶ ἑκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μὲν, τοῦ δὲ τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν. *Qui voluntariè homicidium fecerint, pœnitentia quidem iugiter ſe ſubmittant, perfectionem verò circa vitæ exitum conſequantur.* Poſteriori ſic, Canone viceſimo-tertio, κγ'. Ἐπὶ ἀκουσίων φόνων, ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν, κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς, ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρῶσαι. *De homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcipit, ſecunda verò quinquenny tempus explere.*

XV. Anno Chriſti vndecimo ſupra quingenteſimum, medio fermè interuallo inter Agathenſem & Epaonenſem habita eſt ex ditionibus Clodouei Regis Francorum Synodus Aurelianenſis prima, cui ſubſcripſerunt Epiſcopi duo & triginta. Nititur etiam hæc Synodus antiquis Canonibus. Patres enim Canone decimo-quarto ſic loquuntur. *Antiquos Canones relegentes priora ſtatuta credidimus renouanda, vt* &c. Et Canone decimo quinto præcipiunt, vt de his, quæ in Parochianis Eccleſiis offeruntur, *antiquorum Canonum ſtatuta ſeruentur.*

XVI. Ceterùm per antiquos Canones nolim intelligas prælaudatam dumtaxat collectionem Canonum, nam Gallicani Præſules vtebantur etiam Canonibus priùs editis in Synodis Gallicanis. Id conſtat ex Canonibus, primo, quarto, viceſimo-quarto & triceſimo-quinto Concilij Agathenſis, quod, vt ſuprà notauimus, anno Chriſti quingenteſimo ſexto celebratum eſt.

XVII. Primus Canon Agathenſis. *In primis id placuit, vt Canones & ſtatuta Patrum per ordinem legerentur. Quibus lectis, placuit de bigamis aut internuptarum maritis, quamquam aliud Patrum ſtatuta decreuerint, vt qui huc vſque ordinati ſunt, habitâ miſeratione, Presbytery vel Diaconatûs nomen tantùm obtineant. Officium verò Presbyteri, conſecrandi; & miniſtrandi, huiuſmodi Diacones non præſumant.* Canon autem, cui ſanctio hæc Agathenſis derogat, non alius eſt ab hoc primo Canone Concilij Valentini, quod ante annos centum triginta-duos, Gratiano Auguſto tertiùm & Equitio Conſulibus, anno Chriſti trecenteſimo ſeptuageſimo-quarto coactum fuerat. *Sedit igitur, neminem poſt hanc Synodum, quâ eiuſmodi illicitis vel ſerò ſuccurritur, de digamis, aut internuptarum maritis, ordinari Clericum poſſe. Nec requirendum, vtrúmne initiati Sacramentis diuinis, ánne Gentiles, hac ſe infelicis ſortis neceſſitate maculauerint, cùm diuini præcepti caſta ſit forma. Sed quia fratrum noſtrorum vel imperitiam, vel ſimplicitatem, vel etiam præſumptionem damnare non poſſumus, nec per omnes Eccleſias quæ ſunt iam pridem malè geſta corrigere, placuit etiam de eorum ſtatu, qui priùs ordinati ſunt, nihil reuolui, ſi nulla extrinſecus cauſa præcedat, quâ indigni miniſterio comprobentur.*

XVIII. Canon Agathenſis quartus *Clerici etiam, vel ſæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut teſtamentis relictas, retinere perſtiterint, aut id quod ipſi donauerint Eccleſiis vel Monaſteriis, crediderint auferendum, ſicut Synodus ſancta conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant, ab Eccleſiis excludantur.* Sancta Synodus, cuius mentio fit in hoc Canone, non alia eſt quàm Vaſenſis * prima, cuius talis eſt Canon quartus. *Qui oblationes defunctorum fidelium detinent, & Eccleſiis tradere demorantur, vt infideles ſunt ab Eccleſia deiiciendi, quia vſque ad exinanitionem fidei peruenire certum eſt hanc diuinæ pietatis exacerbationem, quâ & fideles de corpore recedentes votorum ſuorum plenitudine, & pauperes conlatu alimoniæ & neceſſariâ ſuſtentatione fraudantur. Hi enim tales, quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi ſunt.*

* *de Vaiſon.*

Synodus

Synodus autem Vaſenſis prima, Dioſcoro V. C. Conſule, celebrata eſt, anno AN. CH.
Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo-ſecundo.
Canon Agathenſis viceſimus-quartus. *De expoſitis id obſeruandum, quod* 577.
iam dudum Synodus Sancta conſtituit, id eſt, prædicta Synodus Vaſenſis pri- GVNTCH.
ma, cuius vltimum Canonem ex Codicibus Lugdunenſi & Foſſatenſi ſic accipe. CHILPER.
De expoſitis, quia conclamata ab omnibus querela proceſſit, eos non miſericordiæ RR. 16.
iam, ſed canibus exponi; quos colligere calumniarum metu, quamuis inflexa præ- CHIL-
ceptis miſericordiæ mens humana detrectet, id ſeruandum viſum eſt, vt ſecun- DEB. II.
dùm ſtatuta fideliſſimorum, piiſſimorum, auguſtiſſimorúmque Principum, quiſquis R. 2.
expoſitum colligit, Eccleſiam conteſtetur, conteſtationem colligat, nihilominùs de XIX.
*altario Dominico die miniſter annuntiet, vt ſciat Eccleſia expoſitum eſſe collectum,
vt infra dies decem ab expoſitionis die expoſitum recipiat, ſi quis ſe comprobaue-
rit agnouiſſe; collectori pro ipſorum decem dierum miſericordia, prout maluerit, aut
ad præſens ab homine, aut in perpetuum cum Deo gratia perſoluenda. Sanè ſi quis
poſt hanc diligentiſſimam ſanctionem expoſitorum hoc ordine collectorum repetitor
vel calumniator extiterit, vt homicida Eccleſiaſticâ diſtrictione feriatur.*

Canon Agathenſis triceſimus-quintus. *Si Metropolitanus Epiſcopus ad com-* XX.
*prouinciales Epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem Summi
Pontificis, aut ad Synodum inuitet, poſtpoſitis omnibus, exceptâ graui infirmitate
corporis, aut præceptione regiâ, ad conſtitutum diem adeſſe non differant. Quòd ſi
defuerint, ſicut priſca Canonum præcipit auctoritas, vſque ad proximam Synodum,
caritate fratrum & Eccleſiæ communione priuentur.* Id eſt, ſicut ſecundæ Synodi
Arelatenſis, anno Chriſti circiter quadringenteſimo quinquageſimo-ſecundo
celebratæ, præcipit Canon hic vndeuiceſimus. *Si quis autem adeſſe neglexe-
rit, aut cœtum fratrum, antequàm Concilium diſſoluatur, crediderit deſerendum,
alienatum ſe à fratrum communione cognoſcat, nec eum recipi liceat, niſi in ſe-
quenti Synodo fuerit abſolutus.*

Dionyſius cognomento Exiguus Collectionem Canonum edidit priore au- XXI.
ctiorem. Laudatur hic Auctor à Caſſiodoro [a] Scriptore coætaneo. *Fuit Mo-* [a] De diuin. lect. c. 23.
*nachus, Scytha natione, ſed moribus omnino Romanus, in vtraque lingua valdè
doctiſſimus.* Cyclum Paſchalem *ſub Conſulatu Philoxeni & Probi Iunioris*, id
eſt, anno Chriſti quingenteſimo viceſimo quinto, ſcripſiſſe dicitur [b]. Scripſit [b] Labb. in diſſert. Hiſtor. de Script. Eccleſ.
& de ratione Paſchæ, anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-ſexto, *Indictione
IV. labente & Lunæ cyclo 14.* Iiſdem circiter temporibus, cùm regnum Fran-
corum penes Clodouei Magni filios erat, Collectionem Canonum in lucem
emiſit. Quanam occaſione ad id operis ſuſcipiendum impulſus ſit, initio ſua-
rum literarum ad Stephanum Epiſcopum Salonitanum ſic declarat. *Quamuis
chariſſimus frater noſter Laurentius aſſiduâ & familiari cohortatione paruitatem
noſtram Regulas Eccleſiaſticas de Græco transferre impulerit, confuſione credo priſ-
cæ tranſlationis offenſus, nihilominùs tamen ingeſtum tuæ Beatitudinis conſidera-
tione ſuſcepi, cui Chriſtus omnipotens Deus, ſolitâ populo pietate proſpiciens,
ſummi Sacerdotis contulit dignitatem.* Quàm feliciter autem illud executus ſit,
audi ex Caſſiodoro. *Petitus à Stephano Epiſcopo Salonitano, ex Græcis exem-
plaribus Canones Eccleſiaſticos moribus ſuis, vt erat planus atque diſertus, ma-
gnæ eloquentiæ luce compoſuit, quos hodie vſu celeberrimo Eccleſia Romana com-
plectitur.*

Quos Canones Collectio Dionyſiana comprehendat, Auctor in literis ad XXII.
Stephanum Epiſcopum Salonitanum iam laudatis ſic oſtendit. *In principio
Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus, quibus quia plurimi
conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum ignorare veſtram noluimus Sanctitatem,
quamuis poſteà quadam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus aſſumpta eſſe vi-
deantur. Deinde Regulas Nicænæ Synodi, & deinceps omnium Conciliorum, ſiue
quæ anteà, ſeu quæ poſtmodum facta ſunt vſque ad Synodum centum quinquagin-
ta Pontificum, qui apud Conſtantinopolim conuenerunt, ſub ordine numerorum, id
eſt, à primo Capitulo vſque ad centeſimum ſexageſimum-quintum, ſicut habentur*

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

in Græca auctoritate, digeſſimus. Tum ſancti Chalcedonenſis Concilij decreta ſubdentes, in his Græcorum Canonum finem eſſe declaramus. Ne quid præterea notitiæ veſtræ videamur velle ſubtrahere, ſtatuta quoque Sardicenſis Concilij atque Africani, quæ Latinè ſunt edita, ſuis à nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta. Conſtat igitur Collectio Dionyſiana Canonibus quadringentis & vno, id eſt, quinquaginta Canonibus Apoſtolicis, centum ſexaginta quinque Canonibus antiquiſſimæ Collectionis Græcorum, Canonibus viginti ſeptem Concilij Chalcedonenſis, Canonibus viginti & vno Concilij Sardicenſis, centum triginta & octo Canonibus Conciliorum Africanorum. Denique Dionyſius, vt Collectioni ſuæ nihil deeſſet, Pontificum Romanorum decreta, quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam pertinebant, poſt Canones ſubiunxit, à Siricio vſque ad Hormiſdam cuius obitus cum anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-tertio coincidit.

XXIII. Vſus Collectionis Dionyſianæ, ſtatim atque edita eſt, priore ſpretâ per Gallias inualuit, tum quia vigebat apud Sedem Apoſtolicam, tum etiam quòd nitore ſuo præ veteris ſquallore commendabatur. Id Petrus *de Marca* probat [a] ex Canone tertio Concilij Aurelianenſis tertij, quod habitum eſt anno Childeberti Regis viceſimo-ſeptimo, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo duodequadrageſimo. Canon Aurelianenſis talis eſt. *De Metropolitanorum verò ordinationibus id placuit, vt Metropolitani à Metropolitanis, omnibus, ſi fieri poteſt, præſentibus comprouincialibus, ordinentur, itaut ipſi Metropolitano ordinandi priuilegium maneat, quem ordinationis conſuetudo requirit. Ipſe tamen Metropolitanus à comprouincialibus Epiſcopis, ſicut decreta Sedis Apoſtolicæ continent, cum conſenſu Cleri vel ciuium eligatur, quia æquum eſt, ſicut ipſa Sedes Apoſtolica dixit, vt qui præponendus eſt omnibus, ab omnibus eligatur. De comprouincialibus verò ordinandis, cum conſenſu Metropolitani, Cleri & ciuium, iuxta priorum Canonum ſtatuta, electio & voluntas acquiratur.* Nititur hic Canon decretis Leonis Papæ, hic enim in literis [b] ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem ſic diſſerit de Metropolitanorum electione. *Metropolitano defuncto, cùm in locum eius fuerit ſubrogandus, prouinciales Epiſcopi ad ciuitatem Metropolitanam conuenire debebunt, vt omnium Clericorum atque omnium ciuium voluntate diſcuſſâ, ex Presbyteris eiuſdem Eccleſiæ vel Diaconibus optimus eligatur.* Et paulò ſuperiùs in electione Epiſcopi hæc habet *Ille omnibus præponatur, quem Cleri plebiſque conſenſus concorditer poſtularit, nullus inuitis & non petentibus ordinetur, ne plebs inuita Epiſcopum non optatum aut contemnat aut oderit, & fiat minùs religioſa quàm conuenit, cui non licuerit habere quem voluerit.* Leonis autem Papæ decreta non poterant apud Gallos nomine decretorum valere, niſi ex eo quòd Collectioni Dionyſianæ, cuius auctoritatem Gallicani Epiſcopi amplexi fuerant, ſub decretorum appellatione inſerta eſſent.

[a] Lib. 3. c. 4.

[b] Epiſt. 84.

XXIV. Arbitrabere fortaſſis opinioni noſtræ refragari Synodum Agathenſem Canone nono, qui totus eſt de Preſbyteris & Diaconis ad coniugalem torum reuertentibus, fulcitúrque literis Innocentij primi Papæ, qui Collectionem Dionyſianam integro ſeculo & ampliùs anteceſſit. *Placuit etiam, vt ſi Diacones aut Presbyteri coniugati ad torum vxorum ſuarum redire voluerint, Papæ Innocentij ordinatio & Siricij Epiſcopi auctoritas, quæ eſt his Canonibus inſerta conſeruetur.* Sequuntur in eodem Agathenſi Canone fragmenta literarum, quas Innocentius Romanus Pontifex ad Exuperium Toloſanum Epiſcopum direxit. *Epiſtola ſancti Innocentij Papæ. Dilectiſſimo fratri Exuperio Innocentius. Conſulenti tibi, frater cariſſime,* &c. *Propoſuiſti quid de his obſeruari debeat, quos in Diaconij miniſterio, aut in officio Presbyterij poſitos incontinentes eſſe aut fuiſſe generati filij prodiderunt. De his & diuinarum legum manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Siricij Epiſcopi monita euidentia commearunt, vt incontinentes in officiis talibus poſiti omni Eccleſiaſtico honore priuarentur, nec admitterentur accedere ad miniſterium, quod ſolâ continentiâ oportet impleri,* &c. *Nam ſi ad aliquos forma illa Eccleſiaſtica vitæ pariter & diſciplinæ, quæ à Siricio Epiſcopo*

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

ad prouincias commeauit, non probabitur perueniſſe, his ignorationis venia remittetur, itaut de cetero penitus incipiant abſtinere, & ita gradus ſuos, in quibus inuenti fuerint, ſic retentent, vt ad potiora eis non liceat aſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, quòd hunc ipſum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam viuendi miſſam à Siricio Epiſcopo detegentur, neque ſtatim cupidines libidinis abieciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmouendi, qui poſt admonitionem cognitam præponendam arbitrati ſunt voluptatem.

XXV. Hæc obiectio facilè ſoluitur. Epiſcopi enim Galliarum ante Collectionem Dionyſianam, vt Canonibus, qui ſanciti fuerant in Synodis Gallicanis, ſic & decretalibus epiſtolis in Galliam directis vrebantur. Tales aurem eranr lIteræ, quas ab Innocenrio Papa ſanctus Exuperius Toloſæ in Gallia Epiſcopus acceperat. Ex eo igirur, quòd à Patribus in Concilio Agathenſi decretalis epiſtola Innocentij primi citatur, id duntaxar elicere pores, quòd Epiſcopi Galliarum ante Collectionem Dionyſianam ad dirimendas lites & iudicia Clericorum exercenda vſi ſunr epiſtolis quas Romani Ponrifices Gallicanis Epiſcopis ſcripſerunt, non autem quibuſliber, quas ad Epiſcopos aliarum genrium iidem Romani Pontifices direxiſſenr. Epiſtola Siricij Papæ, quam Innocenrius primus in ſuis ad Exuperium Epiſcopum Toloſanum literis allegauit, inſcripra reperitur Himerio Epiſcopo Tarraconenſi, vimque omnem arque auctoritatem apud Epiſcopos Galliarum obtinuir ex prædictis literis, quas Innocentius Papa, qui poſt quadriennium ab eiuſdem Siricij morte ſedere cœpit, Exuperio Toloſæ in Gallia Epiſcopo miſit. Lireras Siricij Papæ ad Himetium Epiſcopum Tarraconenſem, inregras habes in Collectione Conciliorum. Illarum fragmentum, quod Innocentius primus in literis ad Exuperium Epiſcopum Toloſanum & Synodus Agathenſis ex iiſdem Innocentij Papæ lireris exſcripſerunt, hîc recitaſſe ſufficiet. *Quia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua Sanctitas retulit, ignoratione lapſos eſſe ſe deflent, his hac conditione miſericordiam dicimus non negandam, vt ſine vllo honoris augmento, in hoc, quo detecti ſunt, quamdiu vixerint, officio perſeuerent, ſi tamen poſt hac continentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi verò, qui illiciti priuilegij excuſatione nituntur, vt ſibi aſſerant veteri hoc lege conceſſum, nouerint ſe ab omni Eccleſiaſtico honore, quo indignè vſi ſunt, Apoſtolicæ Sedis authoritate deiectos, nec vnquam poſſe veneranda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi, dum obſcænis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præſentia cauere nos præmonent in futurum, ſi quilibet Epiſcopus, Presbyter atque Diaconus, quod non optamus, deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc ſibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat reſeratum, quia ferro neceſſe eſt excidantur vulnera, quæ fomentorum non ſenſerint medicinam.*

XXVI. QVANAM VSI FRANCI. Per librum igitur Canonum, quem Rex Chilpericus ad Epiſcopos tranſmiſir, cùm damnationem Prætexrati Rotomagenſis Antiſtitis vrgerer, inrellige Canones Gallicanos, id eſt, Canones ediros in Synodis Gallicanis, itémque Canones rrecentos quinquaginta & vnum Collectionis Dionyſianæ, nempe centum ſexaginta quinque vetuſtiſſimæ Collectionis Græcorum, viginri ſeprem Concilij Chalcedonenſis, viginti & vnum Concilij Sardicenſis, centum triginta & octo Africanos, cum Decretis Romanorum Pontificum à Siricio Papa vſque ad Hormiſdam.

XXVII. A Libro Canonum, quem Chilpericus Rex aduersùs Prærextatum Epiſcopum protulit, Gregorius Turonenſis diſtinguit nouum quaternionem, qui adnexus erat, Canoneſque quaſi Apoſtolicos complectebatur. Hinc obſerua Canones Apoſtolicos, quos Dionyſius Exiguus collegit, arque in ipſo ſuæ Collectionis limine collocauir, ab Epiſcopis Galliarum non ſtarim recepros, imò ne quidem deſcriptos fuiſſe cum cereris Canonibus in eodem Codice, quia extra numerum & conſequentiam Canonum, quos anriqua Collectio exhibebar, à Dionyſio poſiti reperiebantur.

XXVIII. Gregorius Turonenſis Canones, quos nouus quaternio in libro Canonum adnexus conrinebat, non abſolutè vocauit Apoſtolicos ſed *quaſi Apoſtolicos.*

AN. CH. De his ita loquitur[a] Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis. *Canones, qui vocantur Apoſtolorum, non ab Apoſtolis conſcripti eſſe creduntur, quoniam, ſicut in*
577. *Hiſtoria legimus, & inde ſcriptum ab Eccleſiæ Magiſtris accepimus, prima Syno-*
GVNTCH. *dus Apoſtolorum habita eſt Hieroſolymis, de electione duodecimi Apoſtoli pro Iuda;*
CHILPER. *ſecunda, de electione ſeptem Diaconorum; tertia, de Circumciſione, ne credenti-*
RR. 16. *bus ex gentibus imponeretur; quarta facta eſt de credentibus ex Iudæis illo tempore,*
CHIL- *ne prohiberentur, vbi neceſſitas exigeret, etiam legalibus cæremoniis initiari, ob*
DEB. II. *deuitandum videlicet eorum ſcandalum, qui putabant eos ita Moſaica decreta tam-*
R. 2. *quam idololatria dogmata damnaſſe, quod etiam antè facere conſueſſe Timothei*
[a] Opuſc. 24. *maximè circumciſione probatum eſt. Quintam verò Synodum Apoſtolorum patres noſtri fuiſſe tradunt, quando ſecundùm quod prædictum eſt tempus adimpletionis aduenit, vt in omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, & ſecundùm Domini dictum, Euangelium prædicaretur in toto mundo per Apoſtolos quibus dixit.* [*Ite, docete omnes gentes.*] *Et tunc Symbolum, ſicut vniuerſalis tenet Eccleſia condiderunt. Denique poſt hæc nulla Synodus ab Apoſtolis legitur celebrata, qui fuerunt per omnem terram ad verbum fidei ſeminandum progrediendo diſperſi.* Idem Auctor, cur illi Canones appellentur Canones Apoſtolorum, ita declarat. *Canones vocantur Apoſtolorum, quia non Epiſcopalium Conciliorum auctoritate ſunt conſtituti, ſed à primis temporibus traditione viritim Apoſtolicorum virorum fuerunt mentibus commendati, & partim verbis, partim ſenſu, ac ſparſim diuerſis quorumdam epiſtolis pro qualitate cauſarum & perſonarum ac temporum inditi, atque exinde, antequàm Epiſcopi Concilia liberè inciperent celebrare, à deuotis quibuſque collecti.*

XXIX. Hæc collectio antiquior eſt Concilio Nicæno. Id ita probatur. Canone decimo-quinto Nicænæ Synodi vetantur migrationes ab vna parœcia in aliam, eáſque Synodus factas fuiſſe *præter regulam* παρὰ τὸν κανόνα, ſic obſeruat. Διὰ τὸν πολὺν τάραχον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας, ἔδοξε περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν, ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. Εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον, τοιούτῳ τινὶ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξ ἅπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη. *Propter multam perturbationem & ſeditiones quæ fiunt, placuit conſuetudinem omnimodis amputari quæ præter regulam in quibuſdam partibus videtur admiſſa, itaut de ciuitate ad ciuitatem non Epiſcopus, non Presbyter, non Diaconus transferatur. Si quis autem poſt definitionem ſancti & magni Concilij tale quid agere tentauerit, & ſe huiuſcemodi negotio mancipauerit, hoc factum prorſus irritum ducatur, & reſtituatur Eccleſiæ, cuius fuit Epiſcopus aut Presbyter ordinatus.* Anterior autem Canon, quo migrationes ab vna parœcia in aliam prohibeantur, non inuenitur præter Canones Apoſtolicos decimum-tertium & decimum-quartum, quorum prior docet, *Epiſcopo non licere alienam parochiam, propriâ relictâ, peruadere, licèt cogatur à plurimis.* Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾷν, κἂν ὑπὸ πλείονα ἀναγκάζηται. Poſterior verò talis eſt. *Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut quilibet de numero Clericorum, relinquens propriam parochiam pergat ad alienam, & omnino demigrans præter Epiſcopi ſui conſcientiam in aliena parochia commoretur, hunc vlteriùs miniſtrare non patimur, præcipuè ſi vocatus ab Epiſcopo redire contempſerit, in ſua inquietudine perſeuerans. Verumtamen tamquam Laicus ibi communicet.* Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ, καὶ παντελῶς μεταστὰς, διατρίβῃ ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, μάλιστα εἰ προσκαλουμένου, ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ. ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

XXX.

A martyrio ſancti Stephani Papæ, quod anno Chriſti ducenteſimo ſexageſimo-primo conſignauimus [a], vſque ad Synodum Nicænam, quæ Paulino & Iuliano Conſulibus, anno Chriſti trecenteſimo viceſimo-quinto celebrata eſt, effluxerunt anni quatuor & ſexaginta. Illo temporis interuallo prodiit primùm in lucem Collectio Canonum Apoſtolicorum. Vt enim antiquior eſt Nicænâ Synodo, ſic recentior probatur diſputatione, quæ de Baptiſmo Hæreticorum mota eſt, ſedente Romæ Stephano Pontifice. Cyprianus Carthaginienſis Epiſcopus in Africa & Firmilianus Cæſarienſis Epiſcopus in Cappadocia dicebant tinctos ab Hæreticis Spiritum ſanctum, qui ad ſolam Eccleſiam pertinet, ſuſcipere non potuiſſe. Stephanus aſſerebat traditionem veterum non eſſe innouandam, neque repetendum Baptiſmum ab Hæreticis collatum, ſed manus in pœnitentiam baptizatis imponendas. Romanus Pontifex nitebatur antiquâ conſuetudine. Cyprianus Scripturas opponebat. Contrariam, quæ vigebat in Oriente, conſuetudinem obiiciebat Firmilianus, vt patet ex eius literis ad Cyprianum ſcriptis exeunte anno Chriſti ducenteſimo duodeſexageſimo, cùm annus poſt Alexandri Auguſti necem viceſimus ſecundus ab Idibus Martiis eiuſdem anni iam inchoatus excurreret. *Quod autem pertinet*, inquit, *ad conſuetudinem refutandam, quam videntur opponere veritati, quis tam vanus ſit, vt veritati conſuetudinem præferat, aut qui perſpectâ luce tenebras non derelinquat? Niſi ſi & Iudæos Chriſto aduentante, id eſt, veritate, adiuuat in aliquo antiquiſſima conſuetudo, quòd relictâ nouâ veritatis viâ in vetuſtate permanſerint. Quod quidem aduersùs Stephanum vos dicere Afri poteſtis, cognitâ veritate errorem vos conſuetudinis reliquiſſe. Ceterùm nos veritati & conſuetudinem iungimus; & conſuetudini Romanorum, conſuetudinem ſed veritatis opponimus, ab initio tenentes quod à Chriſto & Apoſtolo traditum eſt. Nec meminimus hoc apud nos aliquando cœpiſſe, cùm ſemper iſtic obſeruatum ſit, vt non niſi vnam Dei Eccleſiam noſſemus, & ſanctum Baptiſma non niſi ſanctæ Eccleſiæ computaremus. Planè quoniam quidam de eorum Baptiſmo dubitabant, qui etſi nouos Prophetas recipiunt, eoſdem tamen Patrem & Filium noſſe nobiſcum videntur, plurimi ſimul conuenientes in Iconio diligentiſſimè tractauimus, & confirmauimus repudiandum eſſe omne omnino Baptiſma, quòd ſit extra Eccleſiam conſtitutum.* Ad confirmandam autem conſuetudinem illam conſtantem, quam Stephano Firmilianus obtendebat, nihil opportunius ac validius occurrere potuiſſet Collectione Canonum Apoſtolicorum quâ nunc vtimur, ſi compacta tunc fuiſſet. Protuliſſet Firmilianus *κανόνα με΄*. Canonem quadrageſimum-quintum. Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξάμενον βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. Τίς γὰρ συμφώνησις τοῦ Χριστοῦ πρὸς Βελιάλ; ἢ τίς μερὶς πιστοῦ μετ' ἀπίστου. *Epiſcopum aut Presbyterum Hæreticorum ſuſcipientem Baptiſma vel ſacrificium, damnari præcipimus. Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli?* Protuliſſet & *κανόνα μϛ΄* Canonem quadrageſimumm ſextum. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν, ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας τῶν ψευδιερέων. *Epiſcopus aut Presbyter, ſi eum, qui ſecundùm veritatem habuerit Baptiſma, denuò baptizauerit, aut pollutum ab impiis non baptizauerit, deponatur, tamquam deridens crucem & mortem Domini, nec Sacerdotes à falſis Sacerdotibus iure diſcernens.* E ſilentio igitur Firmiliani rectiſſimè colligit [b] Petrus *de Marca* iam laudatus Apoſtolicos Canones eâ ætate incogoitos Orientalibus fuiſſe.

[a] Vid. Tom. 2. pag. 26.

[b] Lib. 3. cap. 2. num. 5.

XXXI.

Nec improbari debet alia eiuſdem Auctoris coniectura, qui Canones Apoſtolicos quadrageſimum quintum & quadrageſimum ſextum, quos ſuprà recitauimus, exiſtimat ex Iconienſi Concilio tranſcriptos fuiſſe, ſuſpicatúrque occaſionem colligendi Canones Apoſtolicos natam eſſe ex ipſa controuerſia

AN. CH 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R 2.

de Baptiſmo hæreticorum, quæ Firmilianum Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopum cum Stephano Romano Pontifice commiſit. Firmilianus Iconienſis Synodi non ſemel meminit in ſuis ad Cyptianum literis. Textum iam ptoduximus. En alterum. *Hæretico ſicut ordinare non licet, nec manum imponere, ita nec baptizare, nec quicquam ſanctè nec ſpiritaliter gerere, quando alienus ſit à ſpiritali & deifica ſanctitate. Quod totum nos iampridem in Iconio, qui Phrygia locus eſt, collecti in vnum, conuenientibus ex Galatia & Cilicia & ceteris proximis regionibus confirmauimus tenendum contra hæreticos firmiter & vindicandum, cùm à quibuſdam de iſta re dubitaretur.* Synodus Iconienſis habita eſt occaſione Cataphrygarum hæreticorum, vt de ipſorum omniúmque aliorum hæreticorum baptiſmatis valote, quid ſtatuendum eſſet, inquiretent Epiſcopi. Ftequentes ex Cappadocia, Cilicia, Galatia, aliíſque ptoximis Orientalibus regionibus acceſſerunt, decteuerúntque nihil eorum quæ ab hæreticis facta ſunt, ab Eccleſia Catholica recipiendum eſſe; ordinationes, Baptiſmum, manuum impoſitiones, aliúdve ſacrum quoduis ab hæreticis adminiſtratum, inualidum eſſe. Stephanus Romanus Pontifex Epiſcopos Orientales, qui talia conſtituerant, anathemate perculſit, priuauitque communione Sedis Apoſtolicæ, teptobauit quoque Synodum ipſam erraticam, quæ dogma ertoneum contra Apoſtolorum traditionem confirmabat.

XXXII. Collectio Canonum Apoſtolicorum paulò pòſt conſarcinata eſt ab Orientalibus, magnámque auctoritatem pet Otientem habuit. Canone triceſimoſexto λϛ' mentio fit menſis Hypetbetetæi. Statuitut enim, vt ſingulis annis Synodus Epiſcoporum bis fiat, *ſemel quidem quartâ ſeptimanâ Pentecoſtes, iterum autem duodecimo die menſis Hyperberetai*, ἅπαξ μὲν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ. Pet menſem Hyperberetæum ſignificatur October linguâ Sytomacedonicâ, cuius vſus erat per Orienrem. Atque vel ex hac obſeruatione patet, nec ab Ægyptiis, nec à Græcis Eutopæis, qui menſibus alia nomina indiderant, ſed à Chriſtianis Orientalibus conſcriptam fuiſſe Collectionem, de qua nunc agimus. Vnde Synodus [a] Antiochena, quæ Iulij Papæ tempotibus habita eſt, eundem menſem nomine Hyperbetetæi deſignauit in ſimili ſpecie. Præcepit enim duas Synodos ſingulis annis in vnaquaque ptouincia celebrari. *Primam quidem poſt tertiam hebdomadem feſti Paſcha, vt quartâ hebdomade Pentecoſtes perficiatur*, ἅπαξ μὲν μετὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς ἐπιτελεῖσθαι τὴν σύνοδον. *Secundam verò Synodum fieri Idibus Octobris, qui dies eſt decimus Hyperberetai*, τὴν δὲ δευτέραν σύνοδον γίνεσθαι Ἰδοῖς Οκτωβρίαις, ἥ τις ἐστὶ δεκάτῃ Υπερβερεταίου.

[a] Can. 20.

XXXIII. Prætet Synodos Nicænam & Antiochenam, quas allegauimus ſuprà, ſunt aliæ non paucæ, quæ palàm teſtantut vſum Canonum Apoſtolicorum viguiſſe plutimùm in Otientalibus Eccleſiis. Synodus Conſtantinopolitana, quæ ſub Nectario habita eſt, ſtatuit Epiſcopum deiici non poſſe, præterquàm à Synodo Epiſcoporum ptouinciæ, *vt Apoſtolici Canones conſtituerunt*, καθὼς οἱ Αποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο, id eſt, vt conſtituit Canon Apoſtolicus ſeptuageſimus tertius, ογ'. qui talis eſt. *Epiſcopum à viris fide dignis ob aliquid accuſatum, ipſum ab Epiſcopis vocari neceſſe eſt, & ſi ſe quidem ſtiterit, & confeſſus vel conuictus ſit, ſtatuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, ſecundò etiam vocetur, miſſis ad ipſum Epiſcopis duobus. Si etiam ſic non obedierit, vocetur & tertiò, duobus ad eum rurſus miſſis Epiſcopis. Si autem vel ſic aſpernans & contumax non ſtiterit, Synodus ea qua videntur aduerſùs eum pronuntiet, ne lucrifacere videatur, dum iudicium ſubterfugit.* Επίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων. Κἂν μὲν ἀπαντήσῃ καὶ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγχθείη, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. Εἰ δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσῃ κα-

λείσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως AN. CH.
καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, 577.
ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν. Antiochenus Epiſcopus in Actis Con- GVNTCH.
cilij Epheſini dicitur ordinationes prouinciæ Cypri conatus ad ſe trahere *con-* CHILPER.
tra Leges Eccleſiaſticas & Canones ſanctorum Apoſtolorum, παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστι- RR. 16.
κοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, id eſt, contra Canones Apo- CHILDEB. II.
ſtolicos triceſimum-tertium λγʹ. & triceſimum-quartum λδʹ. Nam Canone R. 2.
Apoſtolorum triceſimo-tertio decernitur, *vt Epiſcopi nihil aliud gerant quàm illa ſola ſinguli, quæ parochiæ propriæ, & villis, quæ ſub ea ſunt, competunt*, ἐκεῖνα καὶ μόνα πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. Et Canone triceſimo-quarto ſtatuitur *Epiſcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus & villis, quæ illi nullo iure ſubiectæ ſunt. Si verò conuictus fuerit hoc feciſſe præter eorum conſcientiam, qui ciuitates, & villas detinent, & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.* Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾷν ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χώρας. Εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας, ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν. Aliis probationibus ſuperſedemus.

Collectio Canonum Apoſtolicorum, vt ei plùs auctoritatis accederet, edi- XXXIV.
ta eſt primùm ſub auguſto Clementis Papæ nomine. Photius enim in ſua Bibliotheca teſtatur à ſe lecta Clementis Romani Pontificis Librorum volumina duo, de quorum altero ſic ſcribit. *Horum alteri hic eſt titulus [Conſtitutiones Apoſtolorum per Clementem] continétque Synodicos Canones illos, qui Apoſtolorum cætui adſcribuntur*, ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται, Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος· ἐν ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τῷ ἀθροίσματι τῶν ἀποστόλων, κανόνες ἐπιγραφόμενοι περιέχονται. Et caput vltimum Conſtitutionum Apoſtolicarum, quæ nomine Clementis Papæ circumferuntur, complectitur eoſdem Canones Apoſtolicos, illorum tamen Collector cenſeri non poteſt Clemens, qui Martyrium ſub Traiano Imperatore feliciter conſummauit.

In Occidente hæc Collectio non recepta fuit tali applauſu. Etenim in Con- XXXV.
cilio Romano, quod anno Chriſti quadringenteſimo nonageſimo-quarto Gelaſius Papa celebrauit, ſic reiecta fuit inter apocrypha. *Liber Canonum Apoſtolorum, apocryphus.* Robertus Bellarminus [a] Gelaſium de libro illo ſic cen-
ſuiſſe putat, *propter aliquos Canones vel corruptos vel additos ab hæreticis*; Pe- [a] Lib. 1. controuerſ. c. 20.
trus *de Marca* [b] rationem aliam reddit, *quòd in iudiciis non obtineat auctorita-* [b] Lib. 3. de Concord. c. 2. n. 7.
tem, & Apoſtolorum nomen falsò præferat.

Poſt aliquot annos ab obitu Gelaſij Papæ, Dionyſius Exiguus Latinam XXXVI.
interpretationem Græcorum Canonum aggreſſus eſt, & initio ſuæ Collectionis poſuit quinquaginta duntaxat Canones Apoſtolicos, de quorum auctoritate in ſuis ad Stephanum Salonitanum Epiſcopum literis ita præfatus eſt. *In principio Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus, quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum ignorare veſtram noluimus Sanctitatem, quamuis poſteà quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus aſſumpta eſſe videantur.* Reſpexit ad epiſtolam, quam Innocentius Pri-
mus [c] cum Eccleſiæ Romanæ conſuetudines ceteris Eccleſiis præſcribe- [c] Epiſt. 2.
bat, ad Victricium Epiſcopum Rotomagenſem ſcripſit. Sed Innocentius cautè admodum locutus eſt, ne regulam aliquam è Canonibus Apoſtolorum ſumpſiſſe videretur. Teſtatus eſt tantùm optare ſe, vt ea, quæ per deſidiam aliquorum neglecta eſſent, ab omnibus obſeruarentur, *quæ tamen*, inquit, *Apoſtolicâ & Patrum traditione ſunt conſtituta.*

Hæc epiſtola diſtinguitur in capitula tredecim. Capitulo primo prohibetur, XXXVII.

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

ne vnus Epiſcopus ordinare præſumat Epiſcopum, idque iuxta primum hunc Apoſtolorum Canonem, *Epiſcopus à duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur.* ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. Capitulo quinto ſtatuitur, *vt ſi quis viduam, licèt laicus, duxit vxorem, ſiue ante baptiſmum, ſiue poſt baptiſmum, non admittatur ad Clerum*, idque iuxta Canonem hunc Apoſtolorum decimum-ſeptimum. *Si quis viduam acceperit, non poteſt eſſe Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut ex eorum numero qui miniſterio ſacro deſeruiunt*, ὁ χήραν λαβὼν, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Capitulo ſexto vetatur, *ne is qui ſecundam duxit vxorem, Clericus fiat*, idque iuxta Canonem hunc decimum-ſextum Apoſtolorum, *Si quis poſt baptiſma ſecundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non poteſt eſſe Epiſcopus, non Presbyter aut Diaconus, aut prorſus ex numero eorum qui miniſterio ſacro deſeruiunt*, ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Denique Capitulo ſeptimo decernitur, *vt abiectum ab altero Clericum, altera Eccleſia non recipiat*, idque juxta Canonem hunc triceſimum-primum Apoſtolorum, *Si quis Presbyter aut Diaconus ab Epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi*, εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἀπὸ ἐπισκόπου γένηται ἀφωρισμένος, τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου δέχεσθαι. Plura Capitula ex Canonibus Apoſtolorum ſumpta eſſe contendit Binius in notis ad hanc epiſtolam, ſed vtroque opere attentè lecto nullum aliud Capitulum inuenimus, quod ex Collectione Canonum Apoſtolicorum excerptum videatur. Innocentius autem, ne Canonibus Apoſtolicis innixus diceretur, tria ex prædictis Capitulis authoritate vel ſacræ Scripturæ vel Nicænæ Synodi confirmauit. Primo Capitulo, citauit Nicænam Synodum, *Hoc enim*, inquit, *& à Synodo Nicæna conſtitutum eſt atque definitum.* Sexto Capitulo, varios ſacræ Scripturæ textus allegauit, [*vnius vxoris virum*,] &, [*Sacerdotes mei ſemel nubant*,] item, [*Sacerdotes mei non nubant ampliùs.*] Septimo Capitulo, Nicænâ Synodo rurſum ita ſe muniuit, *Hoc etiam Synodus ſtatuit Nicæna, vt abiectum ab altero Clericum, altera Eccleſia non recipiat.*

XXXVIII. Iſidorus Mercator octauo ſeculo Collectionem Canonum Apoſtolicorum, Dionyſianâ longè auctiorem publicauit, ſicque de illa præfatus eſt. *Propter eorum authoritatem ceteris Conciliis præpoſuimus Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licèt à quibuſdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias Synodali authoritate roborauerunt, & inter Canonicas poſuerunt conſtitutiones.*

XXXIX. Longè ante Iſidori Mercatoris ætatem, Græci recenſuerunt in ſuis Collectionibus Canones Apoſtolicos octoginta-quinque. Legitur hic numerus in Collectione Theodoreti, vt obſeruat [a] Petrus *de Marca*. Legitur & in Canone ſecundo Synodi Conſtantinopolitanæ ſeu Trullanæ, qui laudat ſuſceptos *ſanctorum & glorioſorum Apoſtolorum nomine octoginta quinque Canones*, ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας, aſſeritque in iiſdem Canonibus ἐν τούτοις τοῖς κανόσι præceptum eſſe, vt *eorumdem ſanctorum Apoſtolorum per Clementem conſtitutiones*, τὰς αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις, ſuſciperentur. Id autem patet ex vltimo Canone, in quo Collector, qui ſe Clementem Romanum Pontificem fingit, conſtitutiones in octo libris à ſe editas ita commendat. *Conſtitutiones vobis Epiſcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ non ſunt omnibus diuulgandæ, propter ea quæ ſunt in eis myſtica*, διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά. Synodus tamen Trullana reiecit haſce conſtitutiones, *quibus iam*

[a] Lib. 3. cap. 2. num. 4.

iam olim ab iis qui à fide aliena ſentiunt, ad labem Eccleſiæ aſpergendam, adulterina quædam & à pietate aliena introducta ſunt, quæ diuinorum decretorum elegantem ac decoram ſpeciem obſcurarunt. ἅς τισι πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησίας νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας παρενετέθησαν, ὃ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἀμαυρώσαντα. Qua de re iam conqueſtus fuerat ſanctus Epiphanius. Canones Apoſtolici in fine Conſtitutionum Apoſtolicarum rediguntur ad ſeptuaginta-quinque, quia in illa editione non ſemel vnus ex pluribus conflatur. A Gentiano Herueto numerantur octoginta-quatuor, ita vt ei ſit quadrageſimus-nonus qui quinquageſimus eſt Dionyſio, quia vnum ex tertio & quarto Dionyſij confecit.

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

XL. Dionyſius Canones Apoſtolorum multò pauciores, quàm Græci receperant, Latinè vertit. Romanis enim communicauit tantùm Canones quinquaginta. Cur id fecerit, duplex ratio profertur. Rationem enim habuit Concilij Romani ſub Gelaſio Papa celebrati, cuius interdictio caderet in triginta-quinque Canones omiſſos. Deinde ſciebat Canonem ſexageſimum quintum, quo ſecundùm veterem Orientalium Eccleſiarum conſuetudinem ieiunium Sabbati damnabatur, ingratum fore Romanis auribus, quia idem Sabbati ieiunium in Occidente plurimùm commendabatur. Eâdem autem obiectione non poſſunt impugnari Canones quadrageſimus-quintus & quadrageſimus-ſextus à nobis iam laudati, ſiue vt in editione Dionyſij numerantur, Canones quadrageſimus-ſextus & quadrageſimus-ſeptimus, quibus, ſi publicati tunc fuiſſent, opinionem ſuam de Baptiſmo Hæreticorum Firmilianus Cæſarienſis Epiſcopus in Cappadocia defendiſſet. Nam poſt Synodum Nicænam, cuius Canone vndeuiceſimo, *de Paulianiſtis ad Eccleſiam Catholicam confugientibus definitio prolata eſt, vt baptizentur omnimodis*, περὶ τῶν Παυλιανισάντων, εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξ ἅπαντος, Orientales & Occidentales Epiſcopi diſtinxerunt duo genera Hæreticorum, quorum alij verè baptizarent, alij nequaquam. Ante Nicænam Synodum ita iam ſenſerant ſub Conſtantino Magno Patres Concilij Arelatenſis primi, cuius Canon octauus talis inuenitur. *De Afris, quòd propriâ lege ſuâ vtuntur vt rebaptizent, placuit vt ſi ad Eccleſiam aliquis de hæreſi venerit, interrogent eum ſymbolum, & ſi peruiderint eum in Patre & Filio & Spiritu ſancto eſſe baptizatum, manus ei tantùm imponatur, vt accipiat Spiritum ſanctum. Quòd ſi interrogatus non reſponderit hanc Trinitatem, baptizetur.*

XLI. Collectionem Canonum Apoſtolicorum editam à Dionyſio receperunt Romani Pontifices. Ex illa Ioannes Secundus Papa, cuius obitus in annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-quintum incidit, ad Cæſarium Epiſcopum Arelatenſem, cùm Contumelioſus Regenſis Epiſcopus in iudicium vocatus eſſet, duos Canones viceſimum-quintum, & viceſimum-nonum tranſmiſit. Priorem ſic. *Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione aut periurio captus eſt, deponatur, non tamen communione priuetur. Dicit enim Scriptura,* [*Non vindicabit Dominus bis in idipſum.*] Poſteriorem ſic. *Si quis Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, depoſitus iuſtè ſuper certis criminibus, auſus fuerit adtrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum, hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.*

XLII. In Francia, Epiſcopi exercentes iudicia ſetiùs hac vſi ſunt Collectione. Nondum vtebantur cùm Prætextatus Rotomagenſis Epiſcopus odium Chilperici Regis incurrit. Nam teſte Gregorio Turonenſi, quem ſuprà citauimus, à libro Canonum cuius authoritas in iudiciis valebat, diſtinguebatur *nonus quaternio*, qui Canones *quaſi Apoſtolicos* continebat, & aduerſus Prætextatum cum prædicto libro Canonum prolatus eſt. Aliis locis recurret ſermo de Canonibus Apoſtolorum. Hic tantùm obſerua Canonem, qui contra Prætextatum productus eſt, ab eius inimicis deprauatum fuiſſe. Talis eſt in editione Græca. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐπὶ πορνείᾳ, ἢ ἐπιορκίᾳ, ἢ κλο-

AN VSI CANONIBVS APOSTOLORVM? CANON APOSTOL. CORRVPTVS AD OPPRIMENDVM PRÆTEXTATVM.

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB II. R. 2.

πῇ ἁλοὺς καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφή, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. In Latina Dionyſij. *Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione aut periuria, aut furto captus eſt, deponatur: non tamen communione priuetur. Dicit enim Scriptura:* [*Non vindicabit Dominus bis in idipſum.*] Necnon in literis Ioannis Romani Pontificis ad Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum iam laudatis. *Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione aut periurio captus eſt, deponatur, non tamen communione priuetur. Dicit enim Scriptura.* [*Non vindicabit Dominus bis in idipſum.*] Nullum ibi verbum de homicidio, cuius criminis reum Prætextatum dicebant aduerſarij. Sic autem idem Canon eſt in quaternione quo illi contra Prætextatum vſi ſunt, vt non tantùm Epiſcopos adulteros & periuros, ſed etiam Epiſcopos homicidas ita præcipiat deponi. *Epiſcopus in homicidio, adulterio, & periurio deprehenſus, à Sacerdotio diuellatur.*

XLIII. MEROVEVS NECATVR. Illis temporibus *ſigna in cælo apparuerunt, id eſt, viginti radij à parte Aquilonis, qui ab Oriente ſurgentes ad Occidentem properabant. Ex quibus vnus prolixior & alius ſupereminens, vt eſt in ſublime eleuatus, mox defecit, & ſic reliqui, qui ſecuti fuerant, euanuerunt.* Hoc prodigio Gregorius Turonenſis [a] prænuntiatam putat Merouei mortem, quam Synodo Pariſienſi proximè ſubiicit. *Sonuit*, inquit, *quòd Merouechus iterum Baſilicam ſancti Martini conaretur expetere. Chilpericus verò Baſilicam cuſtodiri iubet, & omnes claudi aditus. Cuſtodes autem vnum oſtium, per quod Clerici ad officium ingrederentur relinquentes, reliqua oſtia clauſa tenebant. Quod non ſine tædio populis fuit. Merouechus verò dum in Remenſem Campaniam latitaret, nec palàm ſe Auſtraſiis crederet, à Tarabannenſibus circumuentus eſt, dicentibus. Quòd relicto patre eius Chilperico, ei ſe ſubiugarent, ſi ad eos accederet. Qui velociter adſumptis ſecum viris fortiſſimis, ad eos venit. Hi præparatos detegentes dolos, in villam eum quamdam concludunt, & circumſeptum cum armatis, nuncios patri dirigunt. Quod ille audiens, illuc properare deſtinat. Sed hic cùm in hoſpitiolo quodam retineretur, timens ne ad vindictam inimicorum multas lueret pœnas, vocatum ad ſe Gailenum familiarem ſuum, ait. Vna nobis vſque nunc & anima & conſilium fuit. Rogo ne patiaris me in manibus inimicorum tradi, ſed accepto gladio inruas in me. Quod ille non dubitans, eum cultro confodit. Aduenientem autem Regem, mortuus eſt repertus. Extiterunt tunc qui adſererent verba Merouechi, quæ ſuperiùs diximus, à Regina fuiſſe conficta. Merouechum verò eius fuiſſe iuſſu clàm interemptum. Gailenum verò adprehenſum, abſciſſis manibus, pedibus, auribus vel narium ſummitatibus, & aliis multis cruciatibus adfectum, infeliciter necauerunt. Grindionem quoque intextum rota, in ſublime ſuſtulerunt. Gucilonem, qui quondam Comes Palatij Sigiberti Regis fuerat, abſciſſa capite interfecerunt. Sed & alios multos, qui cum eodem venerant, crudeli nece diuerſis mortibus adfecerunt. Loquebantur tunc homines, in hac circumuentione Egidium Epiſcopum & Guntchramnum-Boſonem fuiſſe maximum caput, eò quòd Guntchramnus Fredegundis Reginæ occultis amicitiis potiretur pro interfectione Theodoberti. Egidius verò, quòd etiam longo tempore eſſet ei charus.* Egidius Epiſcopus fuit Remenſis. Guntchramnus-Boſo fugâ elapſus abiit Turonos cum paucis militibus, filias ſuas, quas in Baſilica ſancti Martini reliquerat, vi abſtulit, & in ditionem Childeberti Regis ad Eccleſiam videlicet beati Hilarij Pictauium perduxit, deinde ad Childebertum ſe contulit. Chilpericus verò Pictauium peruaſit cæſo Childeberti præſidio, & Ennodium Comitem in exilium ablegauit facultatibus eius fiſco regio ſubditis. Ægrotauit hiſce diebus Fredegundis, amiſitque Samſonem filium dyſenteriæ morbo ſublatum anno ætatis tertio vix inchoato. Lege Gregorium Turonenſem [b].

XLIV. Hoc anno dubietas [c] Paſchæ fuit. Turonenſes cum multis ciuitatibus Galliarum decimo-quarto Kalendas Maias, alij cum Hiſpanis duodecimo Kalendas Apriles ſolemnitatem Paſchalem tenuerunt. At Turonenſes cum plerиſque Francorum rectè cenſuiſſe hoc prodigio declaratum eſt, quòd in Hiſpa-

[a] Lib. 5. cap. 19.

[b] Lib. 5. capp. 23. 25.

[c] Gregor. Tur. lib. 5. cap. 17.

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

nia fontes, qui ſolebant in Sabbato ſancto Paſchæ ad baptizandum diuinitus repleti, non in Hiſpanotum ſed in Turonenſium conſentientiúmque Francorum Paſcha repleti fuerunt. Turonenſes Canonem Victorij ſequebantur, Hiſpani Paſcha ipſo æquinoctij die ſecundùm antiquum Latinorum Canonem celebrarunt, apud eos verò qui nondum à Cyclo Lunæ Alexandrino receſſerant Paſcha fuit ſeptimo Kalendas Maias. Ceterùm de fontibus Hiſpaniæ, déque Canone Victoriano & Cyclo Alexandrino fusè Tomo primo diſſeruimus, ad annos Chriſti quadringenteſimum nonageſimum-ſeptimum [a] & quingenteſimum vndequadrageſimum [b].

DVBISTAS PASCHÆ.

[a] Num. 1.
[b] Num. 25. & ſeqq.

XLV. VINNOCHVS SIT PRESB.

Vinnochus Britto, cum Hieroſolymam iter ſuſcepiſſet, è Britannia Turonos venit, nullo alio veſtimento quàm pellibus ouium lanâ ptiuatis vtebatur, vir erat ſummæ abſtinentiæ. Hunc vt faciliùs in ſua Diœceſi tetineret, ad honotem Preſbyteratûs promouit Gregorius Epiſcopus Turonenſis, qui miraculum inſigne, quod eodem Winnocho Preſbytero & Ingertrude piâ feminâ præſentibus contigit, ſic enarrat [c]. *Ingetrudis religioſa conſuetudinem habebat, aquam de ſepulchro sancti Martini colligere. Quâ aquâ deficiente, rogat vas cum vino ad beati tumulum deportare. Tranſactâ autem nocte, id exinde, hoc Presbytero præſente, adſumi mandauit; & ad ſe delato, ait Presbytero. Aufer hinc vinum, & vnam tantùm guttam de aqua benedicta, vnde parum ſupereſt, funde. Quod cùm feciſſet, mirum dictu! vaſculum, quod ſemipleuum erat, ad vnius guttæ deſcenſum impletum eſt. Idem bis aut ter ita vacuatum, per vnam tantùm guttam eſt impletum.* Ex illo miraculo longè latéque vulgato, aliiſque eiuſdem generis accidiſſe crediderim, vt ſancti Martini nomen ſuper vinum inuocaretur, illúdque pariter eo modo ſancti viri nomine benedictum, vnáque ſimul mutuæ ſymbolo charitatis propinatum à conuiuis in honorem eiuſdem ſancti potaretur. Sed quod tum pietas docuit, prauus vſus poſteà labefactauit, vt eius inuocatione non ex vino miracula vt olim, ſed ebrietates ex luxu ſoleant prouenire.

[c] Lib. 5. c. 22.

MIRACVLVM AD TVMVLVM S. MARTINI.

XLVI. EPISCOPI INCVLISM.

Præcurrente Dei iudicio Frontonius, qui Maracharium præceſſorem è viuis veneno ſuſtulerat, interiit vno vix anno functus Epiſcopatu Inculiſmenſi. Succeſſit Heraclius Preſbyter Burdigalenſis, qui quondam Legatus Childeberti Senioris fuerat. Nantinus verò, vt auunculi ſui Maracharij mortem vlciſceretur, Comitatum eiuſdem ciuitatis expetiit obtinuítque, vt ſcribit apud Gregorium Turonenſem [d] Interpolator.

[d] Lib. 5. c. 37.

XLVII. HOMICIDA PVNITVS.

Hoc anno, qui tertius fuit à cæde Petro Diacono illara, Silueſtri filius homicidio manus ſuas iterum polluit, ortâque inde ſeditione in fruſta conciſus eſt ac membratim diſſerptus, teſte etiam Interpolatore Gregorij [e].

[e] Lib. 5. c. 5.

XLVIII. MOTVS BRITANNICI.

*In Britanniis hæc acta ſunt. Maclianus quondam & Bodicus Britannorum Comites, ſacramentum inter ſe dederant, vt qui ex eis ſuperuiueret, filios partis alterius tanquam proprios defenſaret. Mortuus autem Bodicus reliquit filium Theodoricum nomine. Quem *, Maclianus oblitus ſacramenti, expulſum à patria, regnum patris eius accepit. Hic verò multo tempore profugus vagúſque fuit. Cui tandem miſertus eſt Deus, collectis à Britannia viris, ſuper Maclianum obiecit, eúmque cum filio eius Iacob gladio interemit. Partémque regni, quam quondam pater eius tenuerat, in ſua poteſtate reſtituit. Partem verò aliam Warocus Macliaui filius vindicauit.* Huc vſque Gregorius Turonenſis [f]. Atque is exitus fuit Macliaui, qui viuente Chanaone fratre Pontificatum Venerenſem ſuſceperat, nec alium ſe viuo paſſus eſt Antiſtitem illius Eccleſiæ ordinari. Succeſſit poſt eius necem Eunius, eo quoque gradu longè indignus.

* *quem expulſum, id eſt, quo expulſo.*

[f] Lib. 5. c. 16.

EVNIVS FIT EPISCOPVS VENETENS.

XLIX. FRIARDVS EREMITA.

Sanctus Friardus, qui ſolitariam vitam in Vindinuta Inſula prope Nannetas duxit, colitur Kalendis Auguſtis in ſupplemento Martyrologij Gallicani & in Armotica ſancta, illius verò feſtiuitas in ſequentem diem transfertur à Nannetenſibus, quia Kalendæ Auguſtæ feſto *ſancti Petri ad vincula* ſunt impeditæ. Gregorius Turonenſis [g] in libello quem de vita ſancti Friardi ſcripſit, recenſet eius mortem die Dominicâ ſub Felicis Epiſcopi Pontificatu

[g] De vit. Patr. cap. 10.

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

poſt obitum Clotarij Regis, vnde colligimus eam neceſſariò contigiſſe currente per menſem Auguſtum literâ Dominicali C, vel hoc anno, vel anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto, ſed vt præſentem annum è duobus eligamus hæc ratio ſuadet, quòd apud Gregorium Friardus videtur annos plures quàm quinque poſt Clotarium vixiſſe. In Breuiario Nannetenſi dicitur *ætate iam prouectus*, & natus eſt anno Chriſti quingenteſimo vndecimo, ſi fides habetur Authori Armoricæ ſanctæ. *Cùm plerumque tranſitum ſuum fratribus prædiceret*, inquit Gregorius Turonenſis, *quadam die tactus à febre dixit ſuis: ite ad Fœlicem Epiſcopum & nuntiate ei diſceſſum meum dicentes, frater tuus Friardus dicit; ecce conſummato curſu vitæ huius de hoc mundo abſoluor, & vt certior ſis de hoc verbo, die Dominicâ tranſitum accipio, & vado ad requiem quam mihi promiſit Rex æternus Deus, veni obſecro & videam te priuſquàm obeam; cúmque ille occaſione neſcio quâ detineretur, mandatum miſit dicens, rogo ſi fieri poteſt vt me modicùm ſuſtineas, donec moris actionum diſſolutis ad te vſque perueniam; de qua tarditate accepto nuntio protinus quieſcente febre ſanus ſurrexit à lectulo; poſt multum verò tempus adueniente Epiſcopo à febre corripitur, ingreßóque ad ſe, ſalutat & oſculatur dicens; grandes mihi moras de itinere debito facis, ô ſancte Sacerdos; quibus vigilantibus nocte qua erat Dominica, mane facto tradidit ſpiritum, quo emiſſo mox omnis cellula ab odore ſuauitatis repleta tota contremuit, glorioſum corpus Sacerdos ablutum recondit in tumulo.* Hæc Gregorius Turonenſis, qui eodem in loco ſanctum Felicem Nannetenſem Epiſcopum, quem Interpolator acrioribus verbis non ſemel inſectatur, cum ſancto Friardo egregiè confert. *O virum ſanctitate ineffabilem*, Friardum videlicet, *qui quamquam feſtinaret diſſolui, & cum Chriſto eſſe, non tamen oblitus charitatem obtinuit apud Dominum adhuc eſſe in mundo, vt fratrem cerneret ſpiritali intuitu, ſed nec illum* nempe Felicem *infirmi reor fuiſſe meriti, cuius aduentu Dominus huius ſancti dilatare dignatus eſt dies.* In eo loco vbi ſanctus Friardus à Felice Nannetenſium Epiſcopo ſepultus fuit, hodie eſt parœcialis Eccleſia ipſius ſancti Friardi & ſancti Secundelli nomine inſignis, vt in Breuiario Nannetenſi legitur.

L. SECVNDELLVS DIACONVS.

L. Molanus in additionibus ad Vſuardum & Author Martyrologij Gallicani in ſuo ſupplemento ad Kalendas Auguſtas meminerunt ſanctorum Friardi & Secundelli, quos amicitiâ coniunctiſſimos fuiſſe & eremiticam vitam in eadem inſula duxiſſe conſtat. Obſeruat nihilominùs Albertus de Monte Relaxo ſanctum Secundellum ad Deum migraſſe tertio Kalendas Maias, & ſanctum Friardum Kalendis Auguſtis. Gregorius Turonenſis teſtatur ſanctum Friardum ſancto Secnndello diu ſuperſtitem fuiſſe, idque non diffitemur, quamuis nonnulla, quæ de ſancto Secundello dicenda nobis reſtabant, in hunc locum occaſione ſancti Friardi reieceꝛimus. *Cùm* Friatdus & Secundellus Diaconus, *ſtrenuè in oratione perſiſterent*, ait Gregorins [a], *nocte Secundello Diacono apparuit tentator in ſpecie Domini dicens. Ego ſum Chriſtus, quem quotidie deprecaris, iam enim Sanctus effectus es, & nomen tuum libro vitæ cum reliquis Sanctis meis adſcripſi; egredere nunc ab hac inſula, & vade, fac ſanitates in populos. His & ille illectus deceptionibus diſceßit ab inſula, nec ſocio nuntiauit: tamen cùm infirmis in nomine Chriſti manus imponeret, ſanabantur. Regreſſus autem poſt multum tempus ad inſulam, venit ad ſocium cum vana gloria dicens. Aby enim extra inſulam, & virtutes multas in populis feci. Cúmque conterritus ille interrogaret quid hæc ſibi vellet, cuncta quæ geſſerat ſimpliciter pandit. At ſenior obſtupeſcens ſuſpiránſque & lachrymans ait. Væ nobis in quantum audio à tentatore deluſus es, vade, age pœnitentiam ne vltrà tibi praualeant eius doli. Quod ille intelligens & periiſſe ſe timens, cum fletu ad pedes eius proſternitur, rogans vt pro ſe Dominum deprecaretur*, &c. *Idem poſteà Diaconus in ſumma ſanctitate perdurans, die debito defunctus eſt.*

[a] De vit. Patr. cap. 10.

LI. *Tempore Hildeberti Regis Francorum, anno ſcilicet regni eius ſecundo, ſanctus Confeſſor Chriſti Rutbertus in Wormatia habebatur Epiſcopus, qui ex regali proſapia Francorum nobilitate ortus, nobilior fide & pietate fuit. Erat enim*, vt Au-

thot [a] vitæ teſtatur, *manſuetus & caſtus, ſimplex & prudens, in laude Dei deuotus, plenus Spiritu ſancto, prouidus in conſilio, iuſtus in iudicio, à dextris & à ſiniſtris virtutum armis munitus, gregi ſuo forma benè agendi factus, quódque verbis monuit, hoc operum prærogatiuâ confirmauit. Hinc enim ſe frequentibus exercebat vigiliis, inde continuatis macerabat inediis, opus ſuum miſericordiâ ornabat, quia theſauros diſperſit, vt ſe egente pauperes diteſcerent, qui ſuum ſolùm hoc eſſe credidit, quod nudus aut inops accepiſſet. Cùm igitur præcellentiſsima fama huius ſancti viri in fines orbis terrarum exiſſet, quamplurimi illuſtres viri non ſolùm à vicinis, ſed etiam ab exteris nationibus ad eius ſanctiſsimam confluxerunt doctrinam, vt vel illius ſanctiſsimo alloquio in triſtitia cuiuſlibet anxietatis conſolationem reciperent, vel Eccleſiaſticæ religionis ab eo puram veritatem audirent, vnde & multi illius benignâ deuotione à laqueis hoſtis antiqui liberati ſunt, & vias perpetuæ vitæ ingrediebantur. Sed infideles, qui plurimi erant in regione Wormacenſi *, illius ſanctitatem non ferentes, multis eum ſuppliciis affectum, & virgis caſum à ciuitate cum magna eiecerunt iniuria.* Betcharius ſiue Berthatius Comes autbot ſceletis pethibetur in manuſctiptis Codicibus ſancti Petti Saliſburgenſis * apud Henricum Caniſium Tomo ſexto antiquarum Lectionum. Annus ſecundus Childebetti Regis cum anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo coincidit. Rupertus Romam aliáque loca Chriſtianorum peregtinationibus illuſtria viſitauit.

AN. CH. 577.
GVNTCH. CHILPER. RR. 16.
CHILDEB. II. R. 2.

[a] Apud Sur. d. 27. Mart.

* de Worms.

* *de Salsbourg.*

LII. Wotmacia ſita eſt in Germania prima, cuius Metropolis olim Moguntia, ſed, euersâ Moguntiâ, Colonienſis Epiſcopus, qui Metropolitico iute pet Getmaniam ſecundam gaudebat, deinceps non Germaniæ ſecundæ, ſed vtriuſque Getmaniæ dictus eſt Mettopolites, vt ad ætatem Faramundi & Clodionis obſeruatum eſt de Euergiſlo, poſt cuius obitum, cùm Colonia laboraret intetpontificio, Treuitenſis Epiſcopus, qui Belgicæ ptimæ Metropolita iam erat, factus eſt & vtriuſque Germaniæ Metropolitanus. Anno Chriſti quadringenteſimo octogeſimo-ſexto, quo Clodoueus Rex Treuitis potitus eſt, Treuirenſis Epiſcopus erat Metropolita non tantùm Belgicæ primæ, ſed etiam vtriuſque Germaniæ. Fibicius qui promotus eſt ad Epiſcopatum anno Chtiſti duodequingenteſimo, cùm Clodoueus annum regni decimum-ſeptimum agebat, vltimus tecenſetur è Præſulibus Treuitenſibus, qui Metropolitico iure per vtramque Getmaniam vſi ſunt, eodem enim Clodoueo tegnante ius illud Sedi Wotmacienſi attributum eſt. Sanctus Ctotoldus, de quo locuti ſumus ad annum Chriſti tertium ſupta quingenteſimum [b], primus ex Wormacienſibus Epiſcopis auctus eſt dignitate Metropolitanâ per vtramque Germaniam, eius Succeſſores potiti ſunt eodem iure, donec octauo ſeculo Moguntiacenſis Eccleſia priſtinam gloriam tecuperauit dilatauítque. Bruſcbius falsò ſctibit Eccleſiam Vangionum ſeu Wormaciæ Metropolitanam fuiſſe cùm aduersùs Euphratam habita eſt Synodus Agrippinenſis, cui Victor Vangionum Epiſcopus interfuit. Habet & hic Auctot alios næuos. Poſt Carolum, cui ſanctum Crotoldum proximè ſubiecimus, ait duos apud Wotmaciam ſediſſe Pontifices, quorum nomina perierunt. Deinde, quia Ruperti Præſulatum, de quo nobis hîc ſetmo eſt, animaduettit ab ætate ſancti Crotoldi procul abeſſe, addit ignorari quoque nomen Antiſtitis, qui ſancto Crotoldo ſucceſſit, & ſanctum Rupertum in Epiſcopatu anteceſſit. Tomo ptimo meminimus trium Antiſtitum Wormacienſium, Amandi videlicet ſub Merouco Childericóque Regibus, rum Caroli, poſtremò ſancti Ctotoldi ſub Clodoueo Rege, nec alios Epiſcopos Wormaciæ pet illa tempora fuiſſe putauimus. Inter Sanctos autem Crotoldum & Rupertum, quorum ille Wotmacienſem Eccleſiam tegnante Clodoueo gubetnauit, hic vitam ad annum vſque Chtiſti ſexcenteſimum viceſimum-tertium ptoduxit, non vnum exiſtimamus, ſed plutes Epiſcopos extitiſſe, quorum nomina geſtáque penitus interierunt. Præterea Bruſcbius non ſibi conſtat, cùm aſſerit Rupertum Epiſcopum charum extitiſſe *Regi Hilderico*, inuiſum *Præfecto cuidam regio Comiti*

[b] Num. 5. 4.

WORMAC. EPISCOPI METROPOLITANI.

BRVSCHIVS REFELLITVR.

AN. CH. 577. GVNTCH. CHILPER. RR. 16. CHILDEB. II. R. 2.

Beringero inſigni tyranno; ab hoc, vrbe & Epiſcopatu Wormacienſi eiectum eſſe *mortuo Hildeberto Rege*; vitámque clauſiſſe *anno Domini 623*. cùm Eccleſiam Saliſburgenſem ſeu Iuuauianam *annis quadraginta quatuor* rexiſſet. Regem Francorum, in cuius amicitia Rupertus fuit, haud alium arbitrare quàm Sigibertum Auſtraſiæ Regem, cuius mors cum anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto coincidit. Sigiberto ſucceſſit Childebertus filius, hicque regnum vſque ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum per annos vnum ac viginti tenuit. Rupertus exeunte Sigiberti Principatu ſedere cœpit in Cathedra Wormacienſi, atque inde eiectus eſt à Berchario ſeu Beringero Comite, cùm regnabat apud Auſtraſios Childebertus puer ſeptennis. Tantas paſſus eſt iniurias, quia Childeberti Regis vt ætas tenerior, ita minor erat in populum authoritas, intráque fines Diœceſeos Wormacienſis multi ſupererant ethnici, quorum vanas ſuperſtitiones, ſublato etiam è viuis Sigiberto Rege, vehementer inſectari non deſtitit.

578. GVNTCH. CHILPER. RR. 17. CHILDEB. II. R. 3.

ANNVS
CHRISTI 578.
GVNTCHRAMNI R. 17.
CHILPERICI R. 17.
CHILDEBERTI II. R. 3.
INDICTIO 11.

I. RES geſtas anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-octauo Gregorius Turonenſis deſcribit duobus capitibus [a], conſignátque anno Childeberti Regis tertio, Chilperici & Guntchramni Regum decimo-ſeptimo. Harum damus epitomen, quà pertinent ad noſtrum inſtitutum, virtus enim ſancti Martini elucet in victoria Guntchramni-Boſonis, & Eunius Venetorum Pontifex negotiis Britannicis implicatur. Inpoſterum autem ſolis vtemur Codicibus Corbeienſi ac Metenſi quia mutilus eſt Bellouacenſis.

[a] Lib. 5. capp. 26. 27.

II. Dacconem Dagarici quondam filium, qui relicto Chilperico huc illùcque vagabatur, Dracolenus Dux, qui dicebatur Induſtrius, dolo cepit, & vinctum ad Chilpericum Regem Brannacum * deduxit dato priùs ei ſacramento, quòd vitam illius apud Regem ſuis precibus obtineret. Sed oblitus poſteà ſacramenti nefariáſque res aſſerens egit cum Chilperico vt interimeretur. Quod vbi Dacco in cuſtodia poſitus agnouit, à Preſbytero, Rege neſciente, pœnitentiam petiit, eâque acceptâ mox interfectus eſt. Dracoleni facinus haud diu manſit impune, reuerſus enim in patriam Guntchramno-Boſoni filias ſuas Pictauio abducere conanti ſtruxit inſidias, eique per amicum omnia quæ poſſidebat, modò ſibi cum filiabus liberam abſcedendi viam relinqueret, offerenti ſuperbè reſpondit ſe funiculum, quo alios deceptos perdere ſolebat, paratum habere, vt eo illum pariter inuolueret. Quod Guntchramnus-Boſo ferre non potuit, & inuocato nomine Domini cum virtute beati Martini, fauces contumaciæ verbis adhuc tumentes conto transfodit, ſuſpenſúmque hoſtem ex equo in terram exanimem proiecit, ac feliciter id quod ſuſceperat poſteà perfecit.

* Braine.

DRACOLENVS OCCIDITVR.

III. Turonici, Pictauienſes, Baiocaſſini Cenomannicis & Andegauenſibus coniuncti iuſſu Chilperici Regis in Britanniam contra Varochum Comitem profecti poſitis caſtris ad Vicinoniam * fluuium reſederunt, ſed maxima ſtrages

* La Vilaine.

BELLVM ARMORIC.

AN. CH. 578.
GVNTCH. CHILPER. R R. 17.
CHILDEB. II. R. 3.
EVNIVS EP. VENET. EXVLAT.
IVNIORES ECCLESIÆ QVI.

ex Saxonibus Baiocaſſinis doloſè per noctem edita rem eò adduxit, vt tertiâ pòſt die pax amicis conditionibus iniretur. Varochus filium ſuum obſidem dedit, ſacramentum Chilperico Regi dixit, & de Venetorum vrbe tranſegit eâ lege, vt ſi mereretur ex gratia Regis illam ciuitatem retinere, tributa & cuncta quæ exinde debebantur, quot annis nemine admonente ſoluere non moraretur. *Quod cùm factum fuiſſet, exercitus ab eo loco remotus eſt. Poſthæc Chilpericus Rex de pauperibus & iunioribus Eccleſiæ vel Baſilicæ bannos iuſſit exigi, pro eo quòd in exercitum non ambulaſſent. Non enim erat conſuetudo, vt hi vllam exſoluerent publicam functionem. Poſthæc Varochus obliuiſcens promiſſionis ſuæ, volens irrumpere quod fecerat, Eunium Epiſcopum Veneticæ vrbis ad Chilpericum Regem dirigit. At ille irâ commotus, obiurgatum eum exilio damnare præcepit.* Iuniores Eccleſiæ hoc loco interpretare *ſeruitores*, vt hodie loquuntur, cum relatione ad dominos qui *ſeniores* illâ ætate nuncupabantur. In antiquis formulis reperies iuniores quandoque ſumi pro ſucceſſoribus, quandoque pro ſubditis & inferioribus.

IV. NANTINI COMITIS INCVLISM. FLAGITIA.

Nantinus Comes Inculiſmenſis excommunicatus eſt ab Heraclio Epiſcopo, cui multas iniurias intulerat, aiebat enim eum homicidas illos qui Maracharium interfecerant, ſecum retinere, imò & Preſbyteros huic flagitio admixtos ad conuiuium recipere. Deinde villas Eccleſiæ ab auunculo Marachario per teſtamentum relictas innaſerat aſſerens haud æquum eſſe, vt teſtamento facultates adipiſceretur Eccleſia, cuius Clerici teſtatorem ipſum occidiſſent. Poſthæc crudeliori exardeſcens iracundiâ necatis etiam quibuſdam Laicis, vnum ex Preſbyteris haſtâ vulneratum, dum adhuc viueret, ſuſpendi, & ad confeſſionem criminis cogi iuſſerat. Qui reuinctis poſt terga manibus diu pendens ad ſtipitem profluente ſanguine ſpiritum innocentem reddiderat. Varia Nantini Comitis flagitia narrat apud Gregorium Turonenſem Interpolator libro quinto, capite triceſimo-ſeptimo, de ceteris agemus ſuis locis.

V. TRANSLATIO SANCTI BRACHIONIS.

Hoc anno corpus Brachionis quondam Abbatis Menatenſis, cùm in Oratorio prioris cellulæ per biennium delituiſſet, abſoluto ædificio ad quod erat deferendum, patefactóque ſepulchro repertum fuit adeò illæſum, vt teſte Gregorio Turonenſi [a], à quo iſta mutuati ſumus, *putaretur ante diem alterum fuiſſe defunctum.*

[a] De vit. patr. cap. 12.

VI. NASCITVR S. BAVO.

Hoc eodem anno natus eſt ſanctus Bauo, de cuius ortu, patria, parentibúſque ſic Theodoricus in eius vita. *Glorioſus Dei Athleta Allowinus, cognomento Bauo, ante ſecularia tempora prælectus & prædeſtinatus à Deo, Francorum Principum genus, & Auſtraſiorum Ducum hæres, in Gallia Belgica pago Hasbanienſi, loco haud obſcuro natus & altus eſt, Pelagio, qui Gregorium præceſſit, vniuerſalem Pontificatum adminiſtrante, Iuſtino Minore in ſceptris agente, Franciæ Monarchiam Clodoneo gubernante. Pater eius Eilolphus, mater Adelthrudis dicta eſt, Religionis tam caſti amatores, ita continenter limen Eccleſiæ calcantes, vt exemplum vetus de Abraham & Sara putares. Ingenti nobilitate, clarâ domo, amplâ poſſeſſione ditati, ſolas diuitias æſtimauere cultum Dei.* Surius, qui Theodoricum publicauit [b], loco Clodouei monet Clotarium *fortè* reponendum. Ab hiſce temporibus, quibus Eccleſiæ Catholicæ præfuit Pelagius Pontifex, Imperióque potitus eſt Iuſtinus Auguſtus, procul abfuerunt Reges Francorum, Clodoueus Primus, cuius obitus in annum Chriſti quingenteſimum vndecimum incidit, & Clodoueus Secundus qui Dagoberto Patri in regna Neuſtriæ ac Burgundiæ ſucceſſit anno Chriſti ſexcenteſimo duodequadrageſimo. Sed nec epochæ à Theodorico notatæ conuenit Clotarius. Nam Clotarius I. vitam cum morte commutauit anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo, & Clotarius II. anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto regnare cœpit, ſublato iam è viuis Iuſtino Imperatore, quem anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-nono interiiſſe conſtat. Adde quòd Clotarius Secundus Auſtraſiam, vbi natus eſt Bauo, non obtinuit ante annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-tertium. Reſtituendus eſt igitur Childe-

[b] d. 1. Oct.

AN. CH. 578. GVNTCH. CHILPER. RR. 17. CHILDEB. II. R. 3.

bertus Secundus, penes quem Auſtraſiæ regnum ab anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum fuit. Principatus autem Iuſtini cum Pontificatu Pelagij per biennium integrum non coincidit. Anno enim Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo, menſe Nouembri, regimen Eccleſiæ ſuſcepit Pelagius; & anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-nono, menſe Auguſto, vitam clauſit Iuſtinus Imperator. Ex illa obſeruatione colligimus ortum Bauonis, hoc anno, Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-octauo, Childeberti in Auſtraſia regnantis anno tertio, conſignandum eſſe. In *Childeberto*, *Chlotario* & *Chlodoueo* eædem ſunt initiales literæ *Ch*, quæ cauſam errandi fortè Librario fecerunt. Theodoricus poſt Herimannum, qui mortuus eſt anno Chriſti milleſimo nonageſimo-octauo, præfuit Monaſterio Trudonenſi, vitámque clauſit
[a] d. 23. Nou. anno Chriſti milleſimo centeſimo-ſeptimo, vt Fiſenus [a] in Abbatum Trudonenſium nomenclatura docet. Elapſis igitur multis à Bauonis morte ſeculis editus eſt in lucem. Antiquiorem ſancti Bauonis vitam, quam præ manibus habebat, non paucis interpolauit næuis. Nonnulla quoque ſcripſit, quæ benignam poſcunt interpretationem, vt Bauonis ætati conuenire poſſint. Bauonem natum affirmauit *Franciæ Monarchiam Ch. gubernante*, illâque phraſi, quâ Scriptores Bauoni coætanei Regem toti Franciæ dominantem deſignaſſent, intellexit vnum è Regibus Francorum, eum videlicet qui regnabat apud Francos Auſtraſios inter quos vſuram lucis accepit Bauo. Vitam beatus Bauo ſatis longæuam duxit, annorum nempe quatuor & ſeptuaginta. Toto illo tempore ſumma rerum Francicarum penes vnum raò deuoluta eſt. Franciæ Monarchiam obtinuerunt Clotarius Secundus & Dagobertus Primus, ille ab anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-primum, hic ab anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-tertium. Ceteris Regibus pars Franciæ paruit. Franciam enim modò bipertitam duo Reges, modò tripertitam tres Reges adminiſtrarunt. Theodoricus autem & alij recentiores, quia ſcripſerunt cùm omnis Francia ſub vnius eſſet poteſtate, ſecarique in plura regna iampridem deſiiſſet, impropriè Monarcham Franciæ nuncuparunt quemlibet Regem Francorum, eiúſque ditionem ſimiliter *Franciæ Monarchiam* appellarunt ſuperiori obſeruatione neglectâ penitus & antiquatâ.

VII. Ex illvstri familia. Bauo *nobiliſſimus atque ditiſſimus Haſbanienſis pagi Comes, beatiſſimæ Gertrudis Virginis conſobrinus* vocatur in literis, quas Othelboldus ſancti Bauonis apud Gandenſes Abbas ad Otgiuam Flandriæ Comitiſſam direxit. Othelboldus Theodoricum Trudonenſem Abbatem ætate anteceſſit, Abbas enim creatus eſt anno Chriſti milleſimo vndeuiceſimo. In prælaudatis literis, quas
[b] Cap. 81. apud Miræum in Notitia [b] Belgicarum Eccleſiarum integras reperies, citat vitam beati Bauonis ab antiquiore Auctore conſcriptam. Exiſtamus hoc opus Theodorico præ manibus fuiſſe, & ex Othelboldi epiſtola cum ſcriptis Theodorici collata colligimus Bauonem propinquum fuiſſe Pippini Ducis, qui potentiſſimus fuit in Auſtraſia ſub Clotario, Dagoberto & Sigiberto Regibus, habuítque nepotem ex filia Pippinum alterum, qui pater extitit Caroli Martelli, auus Pippini Regis, proauus Caroli Auguſti cognomento Magni.

VIII. Petrvs Met. Ep. obit. In eadem Auſtraſia Petrus Metenſis Epiſcopus obiit quinto Kalendas Auguſtas, cùm ſediſſet annos decem, vt Codex ſancti Symphoriani teſtatur. Sepultus eſt in Æde ſancti Clementis, ibíque magnâ colitur veneratione, ſanctus appellatur ab Epiſcopo Madaurenſi. Succeſſit Aigulfus ſiue Agiulfus aut Egulfus. Hic, teſte Paulo Diacono, *fertur patre ex nobili Senatorum familia*
Svccedit Aigvlfvs. *ortus*, quod verum putamus, *& ex Clodouei Regis Francorum filia procreatus*, quod falſum eſſe iam oſtendimus. Tomo primo prolixam diſputationem
[c] Ad an. 486. num. 8. de Chronologia Metenſium Antiſtitum iniuimus [c]. Villicus, qui Pontificatum anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-tertio, menſe Februario ſuſcepit, obiit decimo-quinto Kalendas Maias anno Chriſti quingenteſimo duode-

duodeſeptuageſimo, poſtquàm annos viginti-quinque, duóſque menſes ſe- AN. CH.
diſſet. Petro Villici ſucceſſori tribuuntur anni decem, tum Aigulfo viginti, 578.
itaut obitus Petri cadat in hunc annum, Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-octauum, Aigulfi mors in annum Chriſti duodeſexcenteſimum, vt ad illum annum ex Codice ſancti Symphoriani reperemus.

---

579. GVNTCH. CHILPER. RR. 18. CHILDEB. II. R. 4.

ANNVS
CHRISTI 579.
GVNTCHRAMNI R. 18.
CHILPERICI R. 18.
CHILDEBERTI II. R. 4.
INDICTIO 12.

ANNO Childeberti Regis quarto, vt ſcribit Gregorius [a], ſiue Indictione duodecimâ, vt habet Marius [b], hoc eſt, anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-nono, mortuus eſt Iuſtinus Imperator anno poſt obitum Iuſtiniani Imperatoris, vt apud eundem Marium & in Geſtis [c] Regum Francorum legitur, decimo-tertio, ſiue cùm annos duodecim & menſes decem cum dimidio imperaſſet, vt Euagrius [d] his verbis teſtatur. Βεβασίλευκεν Ἰουστῖνος ὁ νέος καθ' ἑαυτὸν μὲν ἔτη δυοκαίδεκα πρὸς μησὶ δέκα καὶ ἥμισυ. Hic tamen Auctor corrigendus in eo videtur, quòd addit Iuſtinum tres alios annos & vndecim menſes vnà cum Tiberio prætereà imperaſſe, ſicque totum Imperij ſui tempus annos ſexdecim & menſes nouem cum dimidio complexum fuiſſe. Σὺν Τιβερίῳ δὲ ἔτη τρία, μῆνας ἕνδεκα, τὰ δὲ πάντα ἔτη ἑκκαίδεκα πρὸς μησὶν ἐννέα ἥμισυ. Tempus enim, quo ſimul cum Iuſtino Tiberius imperauit, ex prioribus annis duodecim ac decem menſibus cum dimidio deduci debet, prout ſuis locis ex ſequentibus adhuc innoteſcet. I.

[a] Lib. 5. c. 32. [b] In Chron. IVSTINVS IMP. MORITVR. [c] Cap. 35. [d] Lib. 5. c. 23.

*Anno quarto Childeberti, qui fuit decimus-octauus Guntchramni & Chilperici Regum, apud Cabillonum * ciuitatem Synodus acta eſt, ex iuſſu Principis Guntchramni, diſcuſsíſque diuerſis cauſis contra Salonium & Sagittarium Epiſcopos, iteratur illa antiqua calamitas, obiiciuntur eis crimina, & non ſolùm de adulteriis, verùm etiam de homicidiis accuſantur. Sed hæc per pœnitentiam purgari cenſentes Epiſcopi, illud eſt additum, quòd eſſent rei Maieſtatis & patriæ proditores. Qua de cauſa ab Epiſcopatu diſcincti, in Baſilicam beati Marcelli ſub cuſtodia detruduntur. Ex qua per fugam lapſi diſceſſerunt per diuerſa vagantes, donec in ciuitatibus eorum alij ſubrogati ſunt.* Huc vſque Gregorius Turonenſis [a]. Marius meminit Concilij Cabilonenſis hoc eodem anno, Indictione duodecimâ. Nobiliſſimum ſanè hoc antiquitatis monumentum aduersùs Epiſcopos, qui fidem erga Regem patriámque obliti, ciuiles tumultus aut cient aut fouent, ſeu titulorum quos ambiunt, ſeu diuitiarum quas expetunt causâ. Subrogati ſunt Sagittario in Epiſcopatu Vapincenſi Aridius, qui Synodo Valentinæ poſt annos ſex ſubſcripſit, Salonio in Epiſcopatu Ebredunenſi Emeritus qui Concilio Matiſconenſi ſecundo interfuit. II.

SYNODVS CABILON. * Chalon ſur Saone. SALONIVS ET SAGITTAR. DEIECTI AB EPISCOP. [a] Lib. 5. c. 28.

Chilpericus Rex deſcriptiones nouas & graues in omni Regno ſuo fieri iuſſit. Qua de cauſa multi relinquentes ciuitates illas vel poſſeſſiones proprias, alia Regna petierunt, ſatius ducentes aliis peregrinari, quàm tali periculo ſubiacere. Statutum enim fuerat, vt poſſeſſor de propria terra vnam amphoram vini per aripennem red- III.

TVMVLTVS OB NOVAS DESCRIPTION.

AN.CH. 579. GVNTCH. CHILPER. RR. 18. CHILDEB. II. R. 4.

deret. Sed & alia functiones inſligebantur multa, tam de reliquis terris, quàm de mancipiis, quod impleri non poterat. Lemonicinus quoque populus cùm ſe cerneret tali faſce granari, congregatus in Calendis Martiis, Mareum Referendarium, qui hac agere iuſſus fuerat, interficere voluit, & feciſſet vtique, niſi eum Epiſcopus Ferreolus ab imminenti diſcrimine liberaſſet. Arreptis quoque libris deſcriptionum, incendio multitudo coniuncta concremauit. Vnde multùm moleſtus Rex dirigens de latere ſuo perſonas, immenſis damnis populum adſlixit, ſuppliciis conterruit, morte mulctauit. Ferunt etiam tunc Abbates atque Presbyteros ad ſtipites extenſos diuerſis ſubiacuiſſe tormentis. Calumniantibus regalibus miſsis, quòd in ſeditione populo ad incendendos libros ſatellites adfuiſſent, acerbiora quoque deinceps inſligentes tributa. Hæc Gregorius Turonenſis [a]. Author de Geſtis Regum Francorum addit [b] deſcriptiones illas initas fuiſſe *per conſilium Fredegundis*. Quod attinet ad Ferreolum Epiſcopum, is in Epiſcopatu Lemouicenſi ſucceſsit Exochio, qui poſt Ruricium Iuniorem tenuerat illam ſedem annis quindecim, vt Fortunatus [c] in eius epitaphio docet hoc diſticho.

[a] Lib. 5. c. 29.
[b] Cap. 34.
[c] Lib. 4. c. 6.

Qui tria luſtra gerens in Pontificatûs honore
Pergit ad antiquos plebe gemente patres.

IV. Eunius [d] Epiſcopus Venetenſis cùm per annum in exilio detentus à Chilperico fuiſſet, dimiſſus eſt Andegauum, vt ibi de publico nutriretur, nec facultatem obtinere potuit ad ſedem ſuam redeundi. Varochus Britannorum Comes ciuitatem Venetorum occuparat, quam ſucceſſores vſque ad Pippini Regis tempora retinuerunt.

[d] Greg. Tur. lib. 5. capp. 30. 41.

EVNIVS EP. VENETENS. MITTITVR ANDEGAVVM.

V. Iidem *Britanni*, vt Gregorius Turonenſis [e] hoc anno refert, *grauiter regionem Redonicam vaſtauerunt, incendio, pradâ, captiuitate. Qui vſque Cornutium * vicum debellando progreſsi ſunt, Dippoleuus verò Dux contra Britannos dirigitur, & loca aliqua Britannia ferro incendióque obprimit. Qua res maiorem inſaniam excitauit. Britanni valdè infeſti circa vrbem fuere Namneticam atque Redonicam, qui immenſam auferentes pradam, agros peruadunt, vineas à fructibus vacuant, & captiuos abducunt. Ad quos cùm Felix Epiſcopus Legationem miſiſſet, emendare promittentes, nihil de promiſsis implere voluerunt.* Felix Epiſcopus Namnetenſis multa geſſit laude digniſſima, quæ deſcribuntur à Fortunato variis Carminibus libri tertij. Nullo labori pepercit, vt ciuium commoda procuraret, teſtes ſunt Legationes quas obiit, vt bellum ab agro Namnetenſi remoueret, teſtis fluuius quem detorſit, vt annona nauigio faciliùs in vrbem deueheretur.

[e] Lib. 5. capp. 30. 32.
* *Cornus.*

BELLVM ARMORIC.

VI. *Apud Pariſius mulier quadam ruit in crimen, adſerentibus multis, quaſi quòd relicto viro cum alio miſceretur. Igitur parentes illius acceſſerunt ad patrem dicentes, aut idoneam redde filiam tuam, aut certè moriatur, ne ſtuprum hoc generi noſtro notam inſligat. Noui, inquit pater, ego filiam meam benè idoneam, nec eſt verum verbum hoc, quod mali homines proloquuntur. Tamen ne crimen conſurgat vlteriùs, innocentem eam faciam ſacramento. Et illi, ſi, inquiunt, eſt innoxia, ſuper tumulum hoc beati Dionyſij Martyris ſacramentis adfirma. Faciam, inquit pater. Tunc inito placito ad Baſilicam Martyris ſancti* (hæc in vico Catholacenſi ſita erat quinto à Lutetia Pariſiorum milliario) *conueniunt, eleuatíſque pater manibus ſuper altarium, iurauit filiam non eſſe culpabilem. E contrario verò periuraſſe eum alij à parte viri pronunciant. His ergo altercantibus, euaginatis gladiis in ſe inuicem proruunt, atque ante ipſum altarium ſe trucidant. Erant autem maiores natu & primi apud Chilpericum Regem. Sauciantur multi gladiis, reſpergitur ſancta humano cruore Baſilica, oſtia iaculis fodiuntur & enſibus, atque vſque ad ipſum ſepulchrum tela iniqua deſauiunt. Quod dum vix mitigatur, locus officium perdidit, donec iſta omnia ad Regis notitiam peruenirent. Hi verò properantes ad praſentiam Principis non recipiuntur in gratiam, ſed ad Epiſcopum loci illius remitti eos iuſſum eſt, vt ſi de hoc facinore culpabiles non inuenirentur, ſociarentur communioni. Tunc ab Epiſcopo Ragnemodo, qui Pariſiaca Eccleſia praerat, componentes qua malè geſſerant, in communionem Eccleſiaſticam ſunt recepti. Mulier verò non pòſt mul-*

TVMVLTVS IN ECCLESIA S. DIONYSII.

tu diebus tùm ad iudicium vocaretur, *laqueo vitam finiuit*. Hic textus non eſt AN.CH. 579.
Gregorij Turonenſis, ſed Interpolatoris[a], abeſt enim à Codicibus Corbeienſi GVNTCH.
ac Meteenſi, veritati non repugnat, ſed ex eo nonnulli Neoterici fruſtrà con- CHILPER.
tendunt intra Luteciæ muros fuiſſe Baſilicam, in qua Dionyſius Martyr ſe- RR. 18.
pultus quieſcebat.

Conuenientibus apud ciuitatem Santonas Sacerdotibus, deprecabatur CHIL-
Nantinus Comes, *vt pacem Heraclij Epiſcopi mereretur, promittens ſe omnes* DEB. II.
Eccleſiæ res, quas ſine ratione abſtulerat, redditurum, atque humilem exhibere ſe R. 4.
Sacerdoti. At ille fratrum iuſsioni obedire procurans, cuncta quæ petebantur in- [a] Lib. 5. cap. 33.
dulſit. Cauſam tamen Presbyteri, de qua ſermonem anno priori fecimus, om- VII.
nipotenti Deo commendans, Comitem in charitate recepit. Qui poſt iſta regreſſus NANTINVS
vrbem, domos illas quas malè peruaſerat, ſpoliat, elidit, ac diſiicit dicens, & ſi COMES RE-
hoc ab Eccleſia recipitur, vel deſertum inueniatur. Qua de cauſa iterum motus CONCILIA-
Epiſcopus eum à communione ſuſpendit. Cetera dicemus anno ſequenti, quo TVR EC-
Nantinus obiit, ſi Gregorianus Interpolator benè ſupputauit[b]. CLESIÆ.

Sancti Arthemij Senonenſis Antiſtitis ordinatio recolitur[c] nono Kalendas [b] Lib 5. c. 37.
Maias, vnde probabili admodum coniecturâ colligimus Arthemium loco Con- VIII.
ſtituti demortui ſuffectum hoc anno fuiſſe, currente literâ Dominicali A; neque [c] Martyr. Gall.
enim alius annus eâdem Dominicali literâ præditus occurrit ab anno Chriſti ARTHE-
quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, quo Conſtitutus adhuc ſuperſtes per MIVS FIT
menſem Septembrem Synodo Pariſienſi ſubſcripſit, ad annum vſque quin- EP. SENO-
genteſimum octogeſimum-quartum, quo ſedebat Arthemius, qui ſuâ ſubſcri- NENS.
ptione vtrumque Concilium Matiſconenſe, primum anno Chriſti quingente-
ſimo octogeſimo-tertio, alterum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-
quinto corroborauit. Arthemius, vt Monachus Altiſſiodorenſis teſtatur, vir
fuit honeſtæ & religioſæ vitæ, longóque tempore Senonenſem Diœceſim
prudentiſſimè rexit. Ante Pontificatum filiam ex legitimo thoro ſuſcepit no-
mine Euloſiam, de qua ſermonem ſub ſancto Lupo ipſius Arthemij ſucceſſore
iterum faciemus.

Anno Childeberti Regis quarto, Rupertus Epiſcopus Wormaciæ, cùm IX.
biennium diuerſis peregrinationibus exegiſſet, in Baioariam peruenit, obiit- RVPERTVS
que poſt annos quadraginta-quatuor, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum vi- EP. PROFI-
geſimum-tertium pluribus exponemus. Regnante in Auſtraſia Childeberto CISCITVR
Præfecturam ſeu Ducatum Boiorum geſſit Theodo Tertius. Huic coniux erat IN BOIOA-
Ragintrudis, mulier Chriſtiana, Theodoberti quondam Regis Francorum RIAM.
filia, & Childeberti agnata, cui Rupertus non minùs auxilio fuit, vt mari-
tus baptiſmum ſuſciperet, quàm ſanctus Remigius olim Clotildi, vt Clodo-
ueus idolis renunciaret. Errat Auentinus in Annalibus[d] Boiorum, cùm ait [d] Lib. 5.
Rupertum Epiſcopum poſt Ragintrudis nuptias in Boioariam Theodoberti
Regis iuſſu perrexiſſe. Multi Neotericorum, quod in idem recidit, cùm Ru-
pertum ſub Childeberto Rege floruiſſe legerent, illius profectionem in Bo-
ioariam ſub Childeberto Primo collocarunt, qui Theodoberto Regi, Ragin-
trudis parenti, coætaneus vixit. Apud Caniſium[e] vetus Auctor, qui Ruper-
tum Wormacienſem Epiſcopum ſuâ ſede ſcripſit expulſum anno Childeberti [e] Tom. 6. Antiq. Lect.
Regis ſecundo, non Childebertum Primum intellexit, cuius imperio Wor-
macienſes numquam ſubiacuerunt, ſed Childebertum Secundum ſeu Iunio-
rem, qui Wormaciam & alias ciuitates, quæ Sigiberti patris fuerant, anno
Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto hæreditario iure acceperat. Quæ
ſuis locis ex Gregorio Turonenſi retulimus, cùm tempora diſtingueremus,
quibus Theodobertus Rex vxores duxit, palàm oſtendunt Ragintrudem an-
nis longè minorem fuiſſe, quàm vt nuberet, ac liberos pareret patre Theodo-
berto adhuc ſuperſtite. Brunnerus[f] Ruperti in Boioariam aduentum reiicit
in annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-ſextum, cùm Clotarius vniuerſâ [f] Lib. 5. cap. 1.
Francorum Monarchiâ potiebatur, Annalium domeſticorum authoritate ſe
fretum ait, ſed quo tempore ſcripti ſint eiuſmodi Annales non prodit. Multa

AN. CH. 579. GVNTCH. CHILPER. RR. 18. CHILDEB. II. R. 4.

ſunt in ea ſententia quæ veritati repugnant. Antiqui Scriptores conuerſionem Boiorum ſub Childeberto Rege collocant; tyrannis, quam Bercharius Comes Vangionum in Rupertum Epiſcopum exercuit, minorenni Childeberti Regis ætati potiùs quàm regno Clotarij conuenit; deinde intra ſeptem annos, vel intra duodecim, ſi Ruperti vita vſque ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-octauum prorogetur, vix comprehendi poſſunt res omnes, quas alij à Ruperto quadraginta & ampliùs annorum ſpatio geſtas in Boioaria tradunt. *Debebatur* autem, vt idem Brunnerus notat, *ſingulari fato, Franciæ, vt inde potiſſimùm diuina humanáque lex in Boioariam importaretur. Hanc Reges condiderunt; illius præco & interpres Rupertus fuit.*

X. In vita ſancti Ruperti, de illius aduentu in Boioariam, poſtquàm ab vrbe Wormacienſi *duobus annis* exulaſſet, Romámque Pelagio Secundo tunc ſummo Pontifice adiiſſet, hæc apud Caniſium [a] & Colganum [b] ex antiquis monumentis leguntur. *Tandem, Deo volente, Germaniam felix Doctor intrauit, cuius celeberrima fama longè latéque ſpargi cœpit, peruenit tandem ad notitiam Theodonis, ſiue Dietonis, Ducis Bauariæ, Tertij huius nominis. Is ſalutari motus inſtinctu virum ſanctum & literis & nunciis ſolemnibus feruenter inuitat, vt ad ſe Ratisbonæ commorantem proficiſceretur, & regionem illam idololatriæ erroribus inuolutam ad meliorem cultum Trinitatis redigeret. Quo nuncio almus Pater Rudbertus admodum gauiſus, ſalutem deſiderans multorum, maturandum ratus, cognoſcens in hoc Domini voluntatem eſſe, quòd eum ad gentes iſtas illuminandas Apoſtolorum ſupparem deſtinaret, primò tamen illuc ſuos dirigens legatos, qui Ducem cum Optimatibus ſuis promptiorem ad optimè de fide orthodoxa ſentiendum redderent; poſteà verò breui interlabente tempore, ad præfatum Ducem, veritatis cognoſcendæ cupidum, per ſemetipſum venire dignatus eſt. At vbi Dux virum ſanctum aduentare cognouit, honoris gratiâ obuiam illi cum ſuis prodiit, vrbem Ratisbonenſem ingredienti omnia certè & quidem meritò honoris genera exhibita ſunt. Eúmque Dux in cubiculo aulæ ſuæ, vbi vir ſanctus diuerſaturus eſſet, honorificè collocauit, habitis dehinc ſimul colloquiis, facili ductu in ſententiam deduxit, eiúſque operâ populus omnis regionis illius prorſus proceſſu temporis integram fidem Chriſti recepit, baptiſmíque charactere notatus eſt. Exultant vniuerſi Deum magnificantes, qui eos de tenebris infidelitatis in admirabile lumen ſuum vocare dignatus eſt. Exinde ſanctus vir liberam prædicandi facultatem à Duce obtinens naui aſcensâ fines Noricorum per alueum Danubij vſque ad inferiorem Pannoniam tranſiens, populum hunc ad benè à Deo promerendum exemplo & vitâ inſtruxit, vicis & caſtellis Euangelium prædicans velut tuba inſonat ſalutaris.* Plura de Boiis dicemus anno ſequenti, quo fundata eſt Eccleſia Saliſburgenſis.

[a] Tom. 6. Ant. Lect.
[b] D. 17. Mart.

BAPTIZAT THEODONEM DVCEM.

---

580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

ANNVS

CHRISTI	580.
GVNTCHRAMNI	R. 19.
CHILPERICI	R. 19.
CHILDEBERTI II.	R. 5.
INDICTIO	13.

I. VVLGATVS Gregorius Turonenſis ſeptemdecim [c] poſterioribus capitibus libri quinti complectitur res geſtas anno Childeberti Regis quinto, id eſt, Chriſti quingenteſimo octogeſimo, ſed ex illis capitibus deſiderantur

[c] Capp. 34. & ſeqq.

AN. CH. ſ80.
GVNTCH. CHILPER. RR. 19.
CHILDEB. II. R. ſ.
OBITVS MVLTORVM EPISCOPORVM.

octo in Codicibus Corbeienſi ac Merenſi, atque in horum capitum numero ſunt quinque, in quibus agitur de morre toridem Epiſcoporum, Heraclij, Elaſij, Maurilionis, Agræculæ & Dalmarij, qui Diœceſes Inculiſmenſem, Catalaunenſem, Cadurcenſem, Cabilonenſem & Ruthenenſem adminiſtrarunt. Anre quadriennium ad annum Childeberti Regis primum, Gregorius obitum ſancti Germani Pariſienſis rerulir, Inrerpolaror occaſione velur hinc caprâ morrem aliorum recenſuit, purà Senochi Preſbyreri, Caluppæ Recluſi, Parrocli Preſbyteri & Brachionis Abbatis, eáque de cauſa libro quinto Hiſtoriæ Gregorianæ quatuor inſeruir capita, ſeptimum de morte Senochi, nonum de morte Caluppæ, decimum de morre Parrocli, & duodecimum de morte Brachionis. Simili modo eùm Gregorius hunc annum, Childeberti quintum, obiru duorum filiorum quos Chilpericus Rex ex Fredegunde ſuſceperat, necnon Auſtrechildis Reginæ morte luctuoſum oſtendiſſer capiribus triceſimo-quinto & triceſimo-ſexro libri quinti, Inrerpolator morrem quinque Præſulum inſeruir addiris toridem capiribus; triceſimo-ſeptimo quod eſt de morte Heraclij Egoliſmenſis Anriſtitis, quadrageſimo-primo quod eſt de morte Elaſij Catalaunenſis Epiſcopi, quadrageſimo-rertio quod eſt de morte Mauriliogis Epiſcopi Cadurcenſis, quadrageſimo-ſexro quod eſt de morte Agræculæ Pontificis Cabilonenſis, & quadrageſimo-ſeptimo quod eſt de morte Dalmarij Rurhenenſis Epiſcopi. Nihil aurem in illis quinque capitibus occurrir, quod veritari videatur apertè refragari, quapropter ab iis citandis non abſtinebimus.

II.
[a] Lib. ſ. c. 17.
HERACLII INCVLISM.

Sic igitur de obitu Heraclij Præſulis Inculiſmenſis & de morte Nantini Comitis diſſerit Inrerpolaror [a]. *Impleto beatus Pontifex vita curſu migrauit ad Dominum. Nantinus quoque ab aliquibus Epiſcopis, intercedentibus præmiis àtque adulationibus, communicatur. Poſt paucos verò menſes à morbo* dyſenterico, quo Galliæ plurimùm hoc anno laborarunr, *corripitur. Qui nimiâ exuſtus febre clamauit dicens. Heu! Heu! ab Heraclio Antiſtitè exuror, ab illo ad iudicium vocor. Cognoſco facinus, reminiſcor me iniuſtè iniurias intuliſſe Pontifici, mortem deprecor, ne diutius crucier hoc tormento. Hæc cùm maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis infelicem animam fudit, indubia relinquens veſtigia, hoc ei ad vltionem beati Antiſtitis eueniſſe. Nam exanimum corpus ita nigredinem duxit, vt putares eum prunis ſuperpoſitum fuiſſe combuſtum. Ergo omnes hoc obſtupeſcant, admirentur & metuant, ne inferant iniurias Sacerdotibus, quia vltor eſt Dominus ſeruorum ſuorum ſperantium in ſe.* Heraclio in Epiſcopatum Inculiſmenſem ſucceſſir Nicaſius.

III.
[b] Lib. ſ. c. 41.
ELASII CATALAVN.

Elaſius, inquit Interpolator [b], *Catalaunenſis Epiſcopus propter cauſas Brunichildis Reginæ in Hiſpanias in Legationem directus, correptus à febre nimiâ, ſpiritum exhalauit, & exinde delatus mortuus, ad ciuitatem ſuam ſepultus eſt.* Colitur à Caralaunenſibus decimo-quarto Kalendas Septembris, quo die Sauſſaius reeirar illius laudes, obſeruárque mortuum, cùm ex Hiſpania in Franciam reuerteretur, & Emeritâ Catalaunum reliquias ſanctæ Eulaliæ deferrer. Martyrium ſubierunt in Hiſpania ſub Præſide Datiano imperantibus Diocleriano & Maximiano duæ Eulaliæ elariſſimæ virgines, altera Barcinone pridie Idus Februarias, altera Emeriræ quarto Idus Decembres. Quominus hæc Catalaunum vſque tranſportaretur, obſtitit immatura mors Elaſij Ponrificis qui transferebar, eóque caſu Hiſpani ſuam ſeruarunt Eulaliam, Catalaunenſes autem annuentibus Hiſpanis ſuum Elaſium reeeperunt. Quot annos hic Eccleſiam Catalaunenſem rexerit, haud liquer, ab anno enim Chriſti quingenteſimo triceſimo-quinro quo Lupus Epiſcopus Catalaunenſis Aruernenſe Concilium ſuâ ſubſcriprione roborauit, ad hunc vſque annum quo beatus Elaſius obiiſſe creditur, in catalogis Catalaunenſium Antiſtitum nullus inuenitur Character Chronologicus qui verere aliquo monumento vel Authore probæ fidei nitarur. Inter Lupum & Elaſium tres ſederunr Præſules, Papio, Eucharius & Tattinodus, quorum ſola hodie nomina ſuperſunt. Res

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

enim quas Carolus Rapinius in Annalibus Eccleſiæ Catalaunenſis ſub Epiſcopo Papione poſt mortem ſancti Baſſoli contigiſſe ſcribit, ad ætatem pertinent longè poſteriorem, vt facilè colliget quiſquis apud Flodoardum [a] vitam beati Baſſoli legerit, & in iiſdem Annalibus perperam Eucharius anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo, Tattinodus ſeu Temnodus aut Tectinodus anno ſequenti mortuus fertur, nam Elaſius, qui Tectinodo ſucceſſit, regnante Sigiberto Epiſcopatum obtinuit. Hoc ipſemet Annaliſta non negat, imò vult eodem tempore Gregorium & Elaſium ab Ægidio Metropolitano Remenſi Epiſcopos Turonenſem & Catalaunenſem ordinatos fuiſſe, ſed Gregorij promotionem ad Epiſcopatum, quæ anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio ex ipſius Gregorij ſententia conſignari debet, in annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-octauum malè reücit. Obiit Sigibertus Rex anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto, vt ſuo loco probauimus. Eo regnante, quamuis de anno non conſtet, Catalaunenſes infulas adeptus eſt Elaſius patriâ Lemouicenſis, frater Ludomeri qui poſteà in Epiſcopatum ſucceſſit. Ludomerus erat Diaconus cùm Elaſius * Pontificatum iniit. Vterque facultates ampliſſimas quas à parentibus acceperat, Eccleſiæ Catalaunenſi tradidit, donationi ſubſcripſit Ægidius Remenſis Metropolitanus, vt ex Chartulario Abbatiæ Catalaunenſis omnium Sanctorum refert prædictus Annaliſta. Sigibertus Rex habuit in amicitia non Elaſium modò ſed & Ludomerum, quem adhuc mortalem vt Sanctum veneratus eſt teſte Sauſſaio in Sanctorum, Beatorum & Piorum catalogo. Nonnulli Ludomerum, quem à Sigiberto Rege dilectum fuiſſe non ignorabant, ſub eodem Rege Pontificem finxerunt. At Sigibertus Ludomerum * nouit Diaconum non Epiſcopum, Elaſio enim fratri poſt quinquennium à Sigiberti Regis obitu ſucceſſor in Præſulatu datus aſſeritur hoc anno Ludomerus.

[a] Lib. 2. c. 3.

* *Elaphe.*

* *Lumier.*

IV. MAVRILIONIS CADVRC.

Maurilio Cadurcenſis vrbis Epiſcopus, fuit valdè eleemoſynarius, in ſcripturis Eccleſiaſticis valdè inſtructus, ita vt ſeriem diuerſarum generationum, quæ in libris veteris teſtamenti deſcribitur, quod à multis difficilè retinetur, hic plerumque memoriâ recenſeret. Fuit in iudiciis iuſtus, ac defendens pauperes Eccleſiæ ſuæ de manu malorum iudicum. Grauiter ægrotabat ab humore podagrico. Super hos dolores, quos ipſe humor commouit, magnos ſibi cruciatus addebat. Sæpè candens ferrum tibiis ac pedibus defigebat, quò faciliùs cruciatum ſibi ampliùs adderet. Sed cùm Epiſcopatum eius multi expeterent, ipſe Vrſicinum, qui quondam Referendarius Vltrogotha Regina fuerat, elegit. Quem, dum adhuc viueret, benedici deprecans, migrauit à ſeculo. Hæc apud Gregorianum Interpolatorem [b] leguntur de Maurilione, quem Baronius [c] in Annalibus Eccleſiaſticis ſanctum appellat.

[b] Lib. 5. c. 43.

[c] An. 583. n. 57.

V. AGRICOLÆ CABILON.

Agracula, ſiue Agricola Cabilonenſium Epiſcopus, *obiit Epiſcopatûs anno quadrageſimo-octauo, anni autem octogeſimo-tertio*, die decimâ-ſeptimâ Martij, quâ nomen eius habetur in Martyrologio Romano. *Fuit*, inquit idem Interpolator [d], *homo valdè elegans ac prudens, genere Senatorio. Multa in ciuitate illa ædificia fecit, domos compoſuit, Eccleſiam fabricauit, quam columnis fulciuit, variauit marmore, muſiuo depinxit. Magna abſtinentia fuit, nam numquam prandio vſus eſt, niſi tantùm cœnâ, ad quam ſic temporiuè reſidebat, vt ſole ſtante conſurgeret. Humanitatis exiguæ, facundiæ verò magna erat. Cui Flauius Referendarius Guntchramni Regis ſucceſſit.* Apud Fortunatum [e] extat Carmen Agricolæ Epiſcopo inſcriptum. Miramur à Brouuero intellectum de Epiſcopo Cabilonenſi, quis enim Agricolæ Cabilonenſis, qui vixit annos octoginta tres, ſeditque duodequinquaginta, patri notum fuiſſe, ac filij loco ab illo dilectum credat Fortunatum, qui ante annos octodecim in Gallias primùm venit? Meliùs igitur Carmen illud interpretabere de Agricola Epiſcopo Niuernenſi, qui poſt ſanctum Æoladium circa hæc tempora ſedere cœpit. Epigramma tale eſt.

[d] Lib. 5. c. 46.

[e] Lib. 3. c. 22.

Præſul honoris apex, generis fideique cacumen,
Cultor agri pollens, paſtor opime gregis.

AN. CH. 580.
GVNTCH. CHILPER. RR. 19.
CHILDEB. II. R. 5.

Cùm mea terra manu meruit genitoris arari,
Reddatur nati vomere culta ſui.
Nam pater affectu dulci memorabilis orbi
Me vobiſcum vno fouit amore duos.
Corde parens, paſtu nutrix, bonus ore magiſter,
Dilexit, coluit, rexit, honeſta dedit.
Ille pio ſtudio ſulcata noualia ſeuit,
Quod pater effudit, hoc mihi ſemen ale.

Eo tempore, vt Interpolator Hiſtoriæ Gregorianæ ſubiunxit [a], *& Dalmatius Ruthenæ ciuitatis Epiſcopus migrauit à ſeculo, vir in omni ſanctitate præcelſus, abſtinens vel à cibis vel à concupiſcentiis carnis, valdè eleemoſynarius, & cunctis humanus, in oratione & vigiliis ſatis ſtabilis. Eccleſiam conſtruxit, ſed dum eam ad emendationem ſæpiùs deſtruxit, incompoſitam dereliquit. Poſt cuius obitum, multi Epiſcopatum petebant. Tranſobadus verò Presbyter, qui quondam Archidiaconus eius fuerat, maximè in hoc intendebat, fidus quòd filium ſuum cum Gogone, qui tunc Regis erat nutritius, commendauerat. Condiderat autem Epiſcopus teſtamentum, in quo Regis exenium, qui poſt eius obitum acciperet, indicabat, adiurans terribilibus ſacramentis, vt in Eccleſia illa non ordinaretur extraneus, non cupidus, non coniugali vinculo nexus, ſed ab his omnibus expeditus, qui in ſolis tantùm Dominicis laudibus degebat, ſubſtitueretur. Tranſobadus autem Presbyter epulum in ipſa vrbe Clericis præparat. Reſidentibus autem illis, vnus Presbyterorum cœpit Antiſtitem memoratum impudicis blaſphemare ſermonibus, & vſque ad hoc erupit, vt eum delirum ac fatuum nominaret. Hac eo dicente, pincerna poculum oblaturus aduenit. At ille acceptum dum ori proximat, tremere cœpit, laxatóque de manu calice ſuper alium qui ſibi erat proximus, caput reclinans, reddidit ſpiritum, ablatúſque ab epulo ad ſepulchrum, humo contectus eſt. Poſthac relecto teſtamento Antiſtitis, in præſentia Childeberti Regis ac Procerum eius, Theodoſius, qui tunc Archidiaconatu vrbis illius potiebatur, Epiſcopus ordinatus eſt.* Ceterùm Dalmatius in ſupplemento Martyrologij Gallicani colitur Idibus Nouembris, & quarto eaſdem Idus vita illius legitur in manuſcripto Codice Cœnobij Moſſiacenſis de vitis Sanctorum à nobis ſæpè iam citato. VI.

[a] Lib. 5. c. 47.
DALMATII RVTHEN.

Si benè ſupputauit Interpolator alio loco, cùm de Lingonenſibus Epiſcopis ageret, obiit etiam Pappolus Antiſtes Lingonenſis hoc anno ſui Præſulatûs octauo, ſic enim Author ille loquitur [b] Gregorium mentitus. *Anno octauo Epiſcopatûs ſui, dum Diœceſes ac villas Eccleſiæ circumiret, quadam nocte dormienti apparuit illi beatus Tetricus vultu minaci. Cui ita. Quid tu, inquit, hîc Pappole? vt quid ſedem meam polluis? vt quid Eccleſiam peruadis? Cede loco, relinque ſedem, abſcede longiùs à regione. Et hæc dicens, virgam quam habebat in manu, pectori eius cum ictu valido impulit, in quo ille euigilans, dum cogitat quid hoc eſſet, ficta in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur, abhorret cibum potúmque, & mortem iam ſibi proximam præſtolatur. Quid plura? Tertiâ die cùm ſanguinem ore proiiceret expirauit. Exinde elatus Lingonas, eſt ſepultus. In cuius locum Mummolus Abbas, quem Bonum cognomento vocant, Epiſcopus ſubſtituitur. Quem multi magnis laudibus proſequuntur, eſſe eum caſtum, ſobrium, moderatum, ac in omni bonitate promptiſſimum, amantem iuſtitiam, charitatem omni intentione diligentem. Qui accepto Epiſcopatu cognoſcens quòd Lampadius multùm de rebus fraudaſſet Eccleſiæ, ac de ſpoliis pauperum agros vineáſque vel mancipia congregaſſet, eum ab omni re nudatum à præſentia ſua iuſſit abigi. Qui nunc in maxima paupertate degens, manibus propriis victum quærit.* Illo textu innuit Interpolator, cum Gregorius Hiſtoriam ſcriberet, Mummolum in Epiſcopatu Lingonenſi adhuc ſediſſe, & Lampadium vixiſſe in ſumma paupertate. VII.

[b] Lib. 5. c. 5.
PAPPOLI LINGON.

Mummolus antequàm Epiſcopus Lingonenſium fieret, ſancto Silueſtro in adminiſtrationem Cœnobij Reomaenſis ſucceſſerat. Poſt Mummolum Abbas fuit Leopardinus. Sub eo facta eſt prima ſancti Ioannis Abbatis Tranſlatio, de qua Monachus Reomaenſis anonymus ita diſſerit. *Poſt primariam Ioannis bea-* VIII.

TRANSLATIO S. IOANNIS REOMAENSIS.

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

tiſſimi ſepulturam ſacrum corpus eius à Leopardino, qui quartus poſt ipſum Abbas loci eius ſuffectus eſt, venerabiliter noſcitur tranſmutatum. Vbi quid diuina euidentia fuerit demonſtratum, ad auctoris laudem fideli putatur relatione condignum. Nam cùm ſepulchrum illud à loco in quo poſitum erat auellere ac commutare voluiſſent, & ſublatâ humo vndique, nequaquam tamen ſarcophagum mouere poſſent, triduani ieiunij ſubire laborem conſilium fuit. Cúmque iam tertius dies ieiunij illuxiſſet (erat enim decimus Kalendas Octobris, quo die veneranda feſtiuitas B. Mauritij Martyris cum ſociis ſuis mundo clara niteſcit) & feſſa iam ieiunio membra poſt matutinorum cantus rurſum in ſopore quieſcerent, quidam ſenex Eccleſiam introiens, cernit beatos ſenes, vt ſibi videbatur, Ioannem & Silueſtrum qui ei in regimine loci ſucceſſerat, ante ſepulchrum ſtare, atque his qui cum eo erant albis veſtiti ſtolis imperare, vt ſepulchrum mouentes in locum perducerent deſtinatum. Cúmque ille audaci animo cerneret quid ageretur, à Ioanne vt ipſe arbitrabatur increpatus eſt. Cur, inquit, auſus es Eccleſiam introire? Sed quia ſimplici corde tuum cognoui introitum, vade, inquit, & concito gradu tam Leopardinum quàm ſodales excitato, vt cæptum opus peragant. Feſtinus ille frater ad Leopardinum Abbatem cucurrit, ac rei geſta cauſam deprompſit. Ille cum ſuis ouans ſurrexit, & agnitâ voluntate ſancti viri atque permiſſu propria deuotionis ſurgentes & ſepulchrum amouentes, in locum deſtinatum illud commutarunt. Vbi & ſanctum altarium cum conſilio Epiſcoporum ſtruxerunt, quo Chriſti hoſtia litantur, atque orationum officia perſoluuntur, vbi & remedia agris & quorumcumque votis ſolemnia beneficiorum attribuuntur. Quoniam autem disertè Auctor non tradidit, vnde & quò tranſlatum ſit corpus ſancti Ioannis, obſeruandum inprimis Ioannem ſepultum fuiſſe *haud procul à Cœnobio infra terminos Monaſtery, loco quem ipſe prædixerat*, vt in eius obitu notauimus. Illius Eccleſiæ in qua corpus ſancti Ioannis primò requieuit, mentio fit in Martyrologio Reomaenſi ad decimum Kalendas Iulij, *in Reomai Monaſterij vico, dedicatio Eccleſia S. Mauritij Martyris, in qua S. Ioannes corpore quieſcit.* Extat ea nunc Eccleſia in vico cui nomen eſt *Corporis Sancti*. Inde verò Leopardinus ſanctum corpus intra Cœnobium tranſtulit. Huius Tranſlationis memoria conſignata eſt in ſacris Faſtis die viceſimo-ſecundo Septembris quo contigit. Vetus manuſcriptum Centulenſe, *eodem die Tranſlatio S. Ioannis Rebomenſis*, alij eo die S. Ioannem referunt, nullâ aſſignatâ eius feſtiuitatis ab illa quæ viceſimo-octauo Ianuarij agitur, differentiâ.

IX. GAVGERICVS EP. CAMERAC.

Circa hunc annum Gaugericus poſt Vedulphum in Epiſcopatu Cameracenſi ſedere cœpit, Pontifex enim ordinatus eſt ab Ægidio Remenſium Antiſtite ſub Childeberto Rege, annos in Præſulatu tranſegit plùs minùs triginta-nouem, & Theodeberto ac Theodorico Regibus Childeberti filiis factus ſuperſtes vixit aliquot annis ſub Clotario totius Franciæ Monarcha. Lege illius vitam apud Surium [a]. Gaugericus ortus eſt parentibus ingenuis & Catholicis in Euoſio* Galliarum caſtro. Ibi dum primis literis imbuebatur, tirocinij ſui tempus in emeritam ætatem tranſtuliſſe videbatur, quapropter à Magnetico Treuirorum Epiſcopo, qui parœciam ſuam circumibat, benedictionem ac tonſuram Eccleſiaſticam accepit, deinde ad Leuiticum vſque ſublimatus eſt miniſterium, Diaconus factus cùm obuium haberet paganum hominem, ad baptiſmi gratiam eum perduxit, & vndis ſalutaribus ab vtraque lepra animæ & cutis emundatum, poſteáque literis imbutum, coronæ fratrum religioſorum adiunxit. Increſcente autem beati viri famâ, mortuo Vedulpho Cameracenſi Epiſcopo, Clerus & populus pari voluntate Leuitam Gaugericum poſtulatunt. Childebertus Auſtraſiorum Rex literis confeſtim miſſis ad Ægidium Remenſem Metropolitanum voluit populi votis ſatisfieri. Id vbi cognouit Ægidius, Gaugericum incunctanter in Cameracenſis Eccleſiæ ſede collocauit.

[a] D. 11. Aug.
* Tuoy.

X. EVNIVS EP. VENET.

Libri quinti Gregoriani vulgato capite quadrageſimo-primo, quod ab Interpolatore inſertum fuiſſe iam notauimus, non ſolùs memoratur obitus Elafij Catalau-

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

Catalaunenſis Epiſcopi, ſed & multa referuntur de Eonio Antiſtite Venetenſi, *qui Pariſius accedens, dum die Dominicâ ſancta ſolemnia celebraret, emiſſâ cum hinnitu voco terra corruit. Erumpente verò ab ore eius & naribus ſanguine, inter manus deportatus eſt, ſed conualuit. Nimiùm enim vino deditus erat, & plerumque ita deformiter inebriabatur, vt greſſum facere non valeret.*

XI.

Præter quinque capita, in quibus Iuterpolator de obitu totidem Gallicanorum Præſulum diſſerit, rebus hoc anno geſtis inſerta ſunt apud Gregorium & alia tria, nempe libri quinti duodequadrageſimum, duodequinquageſimum & vndequinquageſimum. Primum illorum verſatur in negotiis Hiſpanienſibus, & ad noſtrum inſtitutum minimè pertinet. Alia duo ſuperſunt examinanda.

XII. INTERPOLATIO GREGOR. EXAMINATVR.

Caput duodequinquageſimum tale eſt. *Audiens autem Chilpericus omnia mala quæ faciebat Leudaſtes Eccleſiis Turonicis & omni populo, Anſoualdum illuc dirigit. Qui veniens ad feſtinitatem ſancti Martini, datâ nobis*, id eſt, Gregorio Turonenſi, *& populo optione, Eunomius in Comitatum erigitur. Denique Leudaſtes cernens ſe remotum, ad Chilpericum dirigit dicens. Vſque nunc, ô piiſſime Rex, cuſtodiui ciuitatem Turonicam. Nunc autem me ab actione remoto, vide qualiter cuſtodiatur. Nam noueris quia Gregorius Epiſcopus eam ad filium Sigiberti tradere deſtinat. Quod audiens Rex ait. Nequaquam, ſed quia remotus es, ideo hæc adponis. Et ille, maiora, inquit, de te ait Epiſcopus. Dicit enim Reginam tuam in adulterio cum Epiſcopo Bertchramno miſceri. Tunc iratus Rex caſum pugnis & calcibus, oneratum ferro, recludi præcepit in carcere. Sed quia liber finem poſtulat, narrare aliqua de eius actionibus libet. Sed priùs videtur genus ac patriam moréſque ordiri. Cracina Pictauenſis Inſula vocitatur, in qua à fiſcalis vinitoris ſeruo Leocadio nomine naſcitur. Exinde ad ſeruitium arceſſitus, culinæ regiæ deputatur. Sed quia lippis erat in adoleſcentia oculis, quibus fumi acerbitas non congruebat, amotus à piſtillo promouetur ad cophinum. Sed dum inter fermentatas maſſas ſe delectari conſimulat, ſeruitium fugam iniens dereliquit. Cumque bis aut tertiò reductus à fuga lapſu teneri non poſſet, auris vnius inciſione multatur. Dehinc cùm notam inflictam corpori occulere nullâ auctoritate valeret, ad Marcoueifam Reginam, quam Charibertus Rex nimiùm diligens in loco ſororis thoro adſciuerat, fugit. Quæ libenter eum colligens, prouocat, equorúmque meliorum deputat eſſe cuſtodem. Hinc iam obſeſſus vanitate ac ſuperbia deditus, Comitatum ambit ſtabulorum. Quo accepto cunctos deſpicit ac poſtponit. Inflatur vanitate, luxuriâ diſſoluitur, cupiditate ſuccenditur, & in cauſis patronæ alumnus proprius huc illúcque defertur. Cuius poſt obitum refertus prædis, locum ipſum cum Rege Chariberto oblatis muneribus tenere cœpit. Poſt hæc, peccatis populi ingruentibus, Comes Turonis deſtinatur. Ibíque ſe ampliùs honoris glorioſi ſupercilio iactat, ibi ſe exhibet rapacem prædis, turgidum rixis, adulteriis lutulentum, vbi ſeminando diſcordias, & inferendo calumnias, non modicos theſauros adgregauit. Poſt obitum verò Chariberti, cùm in Sigiberti ſortem ciuitas illa veniſſet, tranſeunte eo ad Chilpericum, omnia quæ iniquè aggregauerat, à fidelibus nominati Regis direpta ſunt. Peruadente igitur Chilperico Rege per Theodobertum filium vrbem Turonicam, cùm iam ego* Gregorius Epiſcopus *Turonis aduniſſem, mihi à Theodoberto ſtrenuè commendatur, vt ſcilicet Comitatu, quem priùs habuerat, potiretur. Multùm ſe nobis humilem ſubditúmque reddebat, iurans ſæpiùs ſuper ſepulchrum S. Antiſtitis, numquam ſe contra rationis ordinem eſſe venturum, ſéque mihi tam in cauſis propriis in Eccleſiæ neceſſitatibus, in omnibus eſſe fidelem. Timebat enim quod poſteà euenit, ne vrbem illam iterum Rex Sigibertus in ſuum dominium reuocaret. Quo defuncto ſuccedente iterum Chilperico in regnum, iſte in Comitatum accedit. Aduenniente autem Turonis Merouco, omnes res eius vſquequaque diripuit. Sed dum Sigibertus duos annos Turonis tenuit, hic in Britanniis latuit. Qui adſumpto, vt diximus, Comitatu, in tali leuitate eleuatus eſt, vt in domo Eccleſiæ cum thoracibus atque loricis, præcinctus pharetrâ, & contum manu gerens, capite galeato ingrederetur, de nullo ſecurus, quia omnibus erat aduerſus. Iam ſi in iudicio cum*

AN. CH *ſenioribus, vel Laicis, vel Clericis reſediſſet, & vidiſſet hominem iuſtitiam proſe-*
580. *quentem, protinus agebatur in furias, ructabat conuicia in ciues, Presbyteros ma-*
GVNTCH. *nicis iubebat extrahi, milites fuſtibus verberari, tantâque vtebatur crudelitate, vt*
CHILPER. *vix referri poßit. Diſcedente autem Meroueo, qui res eius diripuerat, nobis calum-*
RR. 19. *niator exiſtit, adſerens fallaciter Meroueum noſtro vſum conſilio, vt res eius aufer-*
CHIL- *ret. Sed poſt inlata damna, iterat iterum ſacramenta, pallámque ſepulchri beati*
DEB. II. *Martini fideiuſſorem donat, ſe nobis nunquam aduerſaturum* De criminibus quæ
R 5. Gregotio à Leudaſte ingeſta ſunt, agemus infrà, quia capite ſequenti fuſiùs explicantut. Reliqua Intetpolarotis narratio cum Gregorio conferenda eſt. Gtegotius Leudaſtis motes & flagitia ſæpè redarguit, generis ignobilitatem, auris abſciſſionem, vilia miniſteria numquam exprobrat. Ea igitur quæ ſuprà de Leudaſtis adoleſcentia narrata ſunt, inter commentitia teponimus. Leudaſtes in aula Marcouefæ Reginæ verſatus eſt, in amicitia fuit Chariberti Regis, ab eo poſt obitum Marcouefæ Comitatum Turonenſem accepit, Comitatu pulſus eſt à Sigibetto Chariberti hætede, Tutonis à Theodoberto Chilperici filio capris Comitatum recupetauit, pace inter Chilpericum ac Sigibertum Reges initâ remotus eſt itetum Comitaru, atque in Britannia latuit. Hæc non impugnamus. Sed Interpolatot in eo cottigi debet, quòd affirmat vrbem Tutonicam per annos duos in poteſtate Sigibetti manſiſſe, poſtquàm intet Chilpericum & Sigibettum pax fuit tedintegrata. Sigibertus enim iuxta pacis conditiones anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quarto Turonos tecepit, annóque ſequenti necatus eſt, itaut ciuitatem illam pet annum vnum vix obtinuerit. Ab hac ſententia non recedit qui ſibi non ſatis conſtar ipſemet Interpolatot, ſic enim ſcribit. *Peruadente Chilperico Rege per Theodobertum filium vrbem Turonicam, cùm iam ego* Gregorius Epiſcopus *Turonis adueniſſem, mihi à Theodoberto* Leudaſtes *ſtrennè commendatur, vt ſcilicet Comitatu, quem priùs habuerat, potiretur.* Id autem contigit vettente anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio. Nam Gtegorius illo anno menſe Auguſto exeunte otdinatus eſt Epiſcopus, & menſe ordina-
[a] Cap. 1. tionis ſuæ ſecundo, vt ipſemet libto ſecundo [a] de virturibus ſancti Martini teſtatut, id eſt, menſe Octobri, Tutonos aduenit, Sigibertus igitur ante annum Chtiſti quingenteſimum ſeptuageſimum-quartum nec in agrum Pariſienſem duxit exetcitum, nec ciuitatem Turonicam pace cum Chilpetico fratre ſancitâ tecuperauit. Idem calculus probatut ex Synodo Patiſienſi & ex Gtegotio. Celebtatum eſt Concilium Pariſienſe, vt ex eius conſtitutione patet, menſe Septembri, anno Guntchramni, Chilperici ac Sigiberti Regum duodecimo, id eſt, anno Chtiſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, túncque ciuitas Turonenſis à Theodoberto Chilperici Regis filio nondum occupata fuerat, nam Gtegorius de ptædictâ Synodo déque Tutonis à Theodo-
[b] Lib. 4. c. 42. betto captis ita diſſerit [b]. *Cùm contentio inter Chilpericum & Sigibertum Reges verteretur, Guntchramnus Rex apud Pariſius omnes Epiſcopos regni ſui congregat, vt inter vtroſque quid veritas haberet edicerent. Sed vt bellum ciuile in maiore pernicitate creſceret, eos audire peccatis facientibus diſtulerunt. Chilpericus autem Rex in ira commotus, per Theodobertum filium ſuum ſeniorem, qui à Sigiberto aliquando adprehenſus ſacramentum dederat, vt ei fidelis eſſet, ciuitates eius peruadit, id eſt, Turonus & Pictauis, vel reliquas citra Ligerim ſitas.* Poſteà ſet-
[c] Lib. 4. c. 44. monem habet [c] de itinere Sigiberti Regis ex Auſtraſia cum exetcitu tranſrhenano, qui vicos citca Lutetiam Pariſiotum populatus eſt, & Chilpericum ad pacis conditiones venite compulit anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quatto, vt ſuo loco diximus.

XIII. Caput vndequinquageſimum tale eſt. *Sed quoniam longum eſt per ordinem proſequi periuria, vel reliqua mala eius, veniamus ad illud, qualiter me voluit* (petgit Interpolator in perſona Gtegorij) *iniquis ac nefariis calumniis ſubplantare, vel qualiter in eum vltio diuina deſcendit, vt illud adimpleretur.* [*Omnis ſubplantans ſubplantabitur.*] *Et iterum.* [*Qui fodit foueam, incidet in eam.*] *Igitur*

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

poſt multa mala quæ in me meóſque intulit, poſt multas direptiones rerum Eccleſiaſticarum, adiuncto ſibi Riculfo Presbytero, ſimili malitiâ peruerſo, ad hoc erupit vt diceret, me crimen in Fredegundem Reginam dixiſſe, adſerens ſi Archidiaconus meus Plato, aut Gallienus amicus noſter, ſubderentur pœnæ, conuincerent me vtique hæc locutum. Tunc Rex iratus (vt ſuprà diximus) iuſſit eum pugnis calcibúſque cæſum, oneratum catenis, recludi in carcerem. Nam Riculfum Clericum ſe habere dicebat, per quem hæc loquutus fuiſſet. Hic verò Riculfus Subdiaconus, ſimili leuitate perfacilis, ante hunc annum conſilio cum Leudaſte de hac cauſa habito, cauſas offenſionis requirit, quibus ſcilicet me offenſo, ad Leudaſtem tranſiret. Nactúſque tandem, ipſum adiuit, ac per menſes quatuor dolis omnibus ac muſcipulis præparatis, ad me cum ipſo Leudaſte reuertitur, deprecans vt eum debeam recipere excuſatum. Feci, fateor, & occultum hoſtem publicè in domum ſuſcepi. Diſcedente verò Leudaſte, ipſe ſe pedibus meis ſternit, dicens. Niſi ſuccurras velociter, periturus ſum. Ecce, inſtigante Leudaſte, locutus ſum quod loqui non debui. Nunc verò aliis me regnis emitte. Quod niſi feceris, à regalibus comprehenſus, mortales pœnas ſum luiturus. Cui ego aio. Si quid incongruum rationi effatus es, ſermo tuus in caput tuum erit. Nam ego alteri te regno non mittam, ne ſuſpectus habear coram Rege. Poſt iſta Leudaſtes extitit accuſator eius, dicens ſe ſermones iam dictos à Riculfo audiſſe Subdiacono. At ille iterum vinctus, relaxato Leudaſte, cuſtodiæ deputatur, dicens, Gallienum eâdem die & Platonem Archidiaconos fuiſſe præſentes, cùm hæc eſt Epiſcopus eloquutus. Sed Riculfus Presbyter, qui iam promiſſionem de Epiſcopatu à Leudaſte habebat, intantùm elatus fuerat, vt magi Simonis ſuperbiæ æquaretur. Qui tertiò aut eo ampliùs mihi ſacramentum ſuper ſepulchrum S. Martini dederat, in die ſexta Paſchæ intantùm me conuiciis & ſputis egit, vt vix manibus temperaret, fidus ſcilicet doli quem præparauerat. In craſtina autem die, id eſt, ſabbati, in ipſo Paſcha, venit Leudaſtes in vrbem Turonicam. Adſimulánſque aliud negocium agere, adprehenſos Platonem Archidiaconum, & Gallienum in vincula connectit, catenatóſque ac exutos veſte iubet eos ad Reginam adduci. Hæc ego audiens, dum in domo Eccleſiæ reſiderem, mæſtus turbatúſque, ingreſſus Oratorium, Dauidici carminis ſumo librum, vt ſcilicet apertus aliquem conſolationis verſiculum daret. In quo ita repertum eſt. [Eduxit eos in ſpe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.] Intereà ingreſſi in fluuium ſuper pontem, qui duabus lintribus tenebatur, nauis illa, quæ Leudaſtem vehebat, demergitur, & niſi nandi fuiſſet adminiculo liberatus, cum ſociis forſitan interiſſet. Nauis verò alia, quæ huic innexa erat, quæ & vinctos vehebat, ſuper aquas Dei auxilio eleuatur. Igitur deducti ad Regem qui vincti fuerant, incuſantur inſtanter, vt capitali ſententiâ finirentur. Sed Rex recogitans, abſolutos à vinculo, liberâ cuſtodiâ reſeruat inlæſos. Ad ciuitatem verò Turonicam Berulfus Dux cum Eunomio Comite fabulam fingit, quòd Guntchramnus Rex capere vellet Turonicam ciuitatem. Et idcirco ne aliqua negligentia accederet, oportere ait vrbem cuſtodiâ conſignari. Ponunt portis dolosè cuſtodes, qui ciuitatem tueri adſimulantes, me vtique cuſtodirent. Mittunt etiam qui mihi conſilium miniſtrarent, vt occultè adſumptis melioribus rebus Eccleſiæ, Aruernum fugâ ſecederem. Sed non adquieui. Igitur Rex arceſſitis regni ſui Epiſcopis, cauſam diligenter iuſſit exquiri. Cúmque Riculfus Clericus ſæpiùs diſcuteretur occultè, & contra me vel meos multas fallacias promulgaret, Modeſtus quidam faber lignarius ait ad eum. O infelix, qui contra Epiſcopum tuum tam contumaciter iſta meditaris! Satius tibi erat ſilere, & petitâ veniâ Epiſcopi gratiam impetrares. Ad hæc ille clamare cœpit voce magnâ, ac dicere. En ipſum qui mihi ſilentium indicit, ne proſequar veritatem; en Reginæ inimicum, qui cauſam criminis eius non ſiuit inquiri. Nuntiantur protinus hæc Reginæ. Adprehenditur Modeſtus, torquetur, flagellatur; & in vincula compactus cuſtodiæ deputatur. Cúmque inter duos cuſtodes catenis & cippo teneretur vinctus, mediâ nocte dormientibus cuſtodibus, orationem fudit ad Dominum, vt dignaretur eius potentia miſerum viſitare, & qui innocens colligatus fuerat, viſitatione Martini Præſulis ac Medardi abſolueretur. Mox diſruptis vinculis, confracto cippo, reſerato oſtio, ſancti Medardi Baſilicam

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

nocte nobis vigilantibus introiuit. Congregati igitur apud Brennacum villam Epiſcopi, in vnam domum reſidere iuſſi ſunt. Dehinc adueniente Rege, datâ omnibus ſalutatione, ac benedictione acceptâ, reſedit. Tunc Bertchramnus Burdegalenſis ciuitatis Epiſcopus, cui hoc cum Regina crimen impactum fuerat, cauſam proponit, méque interpellat, dicens, à me ſibi ac Reginæ crimen obiectum. Negaui ego in veritate me hæc locutum, & audiſſe quidem hæc alios, me non excogitaſſe. Nam extra domum rumor in populo magnus erat dicentium. Cur hæc ſuper Sacerdotem Dei obiiciuntur? Cur talia Rex proſequitur? Numquid potuit Epiſcopus talia dicere vel de ſeruo? Heu! heu! Domine Deus, largire auxilium ſeruo tuo. Rex autem dicebat. Crimen vxoris meæ, meum habetur opprobrium. Si ergo cenſetis vt ſuper Epiſcopum teſtes adhibeantur, ecce adſunt. Certè ſi videtur vt hæc non fiant, & in fidem Epiſcopi committantur, dicite, libenter audiam quæ iubetis. Mirati ſunt omnes Regis prudentiam, vel patientiam ſimul. Tunc cunctis dicentibus. Non poteſt perſona inferior ſuper Sacerdotem credi, reſtitit ad hoc cauſa, vt dictis Miſſis, in tribus altaribus me de his verbis exuerem ſacramento. Et licèt Canonibus eſſent contraria, pro cauſa tamen Regis impleta ſunt. Sed nec hoc ſileo, quòd Rigunthis Regina condolens doloribus meis, ieiunium cum omni domo ſua celebrauit, quouſque puer nunciaret, me omnia ſic impleſſe, vt fuerant inſtituta. Igitur regreſſi Sacerdotes ad Regem aiunt. Impleta ſunt omnia ab Epiſcopo, quæ imperata ſunt, ô Rex; quid nunc ad te, niſi vt cum Bertchramno accuſatore fratris communione priueris? Et ille. Non, inquit, ego niſi audita narraui. Quærentibus illis, quis hæc dixerit? reſpondit, ſe hæc à Leudaſte audiſſe. Ille autem ſecundùm infirmitatem vel conſilij, vel propoſitionis ſuæ, iam fugam inierat. Tunc placuit omnibus Sacerdotibus, vt ſator ſcandali, inficiator Reginæ, accuſator Epiſcopi, ab omnibus arceretur Eccleſiis, eò quòd ſe ab audientia ſubtraxiſſet. Vnde & epiſtolam ſubſcriptam aliis Epiſcopis, qui non adfuerant, tranſmiſerunt. Et ſic vnuſquiſque in locum ſuum regreſſus eſt. Leudaſtes verò hæc audiens, Baſilicam ſancti Petri Pariſius expetiit. Sed cùm audiſſet edictum Regis, vt in ſuo regno à nullo colligeretur, & præſertim quòd filius eius, quem domi reliquerat, obiiſſet, Turonis occultè veniens, quæ optima habuit in Biturico, tranſpoſuit. Proſequentibus verò regalibus pueris, ipſe per fugam labitur. Capta quoque vxor eius, in pagum Tornacenſem exilio retruditur. At Riculfus Clericus ad interficiendum deputatur, pro cuius vita vix obtinui, tamen de tormentis excuſare non potui. Nam nulla res, nullum metallum, tanta verbera potuit ſuſtinere, ſicut hic miſerrimus. Ab hora tertia diei, reuinctis poſt tergum manibus, ſuſpenſus ad arborem dependebat, ad horam verò nonam depoſitus, extenſus ad trocleas, cædebatur fuſtibus, virgis ac loris duplicibus, & non ab vno vel duobus, ſed quot accedere circa miſeros potuiſſent artus, tot cæſores erant. Cùm autem iam in diſcrimine eſſet, tunc aperuit veritatem, & arcana Dei publicè patefecit. Dicebat enim ob hoc Reginæ crimen obiectum, vt eiectâ de regno, interfectis fratribus & patre, Chlodoueus regnum acciperet, Leudaſtes Ducatum, Riculfus verò Presbyter, qui iam à tempore beati Eufronij Epiſcopi amicus erat Chlodouei, Epiſcopatum Turonicum ambiret, huic Riculfo Clerico Archidiaconatu permiſſo. Nos verò cum Dei gratia Turonis reuerſi, inuenimus Eccleſiam conturbatam per Riculfum Presbyterum. Nam hic ſub Eufronia Epiſcopo de pauperibus prouocatus, Archidiaconus ordinatus eſt. Exinde ad Presbyterium admotus, receſſit ad propria, ſemper elatus, inflatus, præſumptuoſus. Nam me adhuc commorante cum Rege, hic quaſi iam eſſet Epiſcopus, in domum Eccleſiæ ingreditur impudenter, argentum deſcribit Eccleſiæ, reliquáſque res ſub ſuam redigit poteſtatem. Maiores Clericos muneribus ditat, largitur vineas, prata diſtribuit; minores verò fuſtibus plagíſque multis, etiam manu propriâ adfecit, dicens. Recognoſcite Dominum veſtrum, qui victoriam de inimicis obtinuit, cuius ingenium Turonicam vrbem ab Aruernis populis emendauit. Ignorans miſer, quòd præter quinque Epiſcopos, reliqui omnes, qui Sacerdotium Turonicum ſuſceperunt, parentum noſtrorum proſapiæ ſunt coniuncti. Illud ſæpè ſuis familiaribus dicere erat ſolitus. Quòd hominem prudentem non aliter niſi in per-

AN. CH. 580.
GVNTCH. CHILPER. RR. 19.
CHILDEB. II. R. 5.

iuriis quis decipere poſsit. Sed cùm me reuerſum adhuc deſpiceret, nec ad ſalutationem meam ſicut reliqui ciues fecerant, adueniret, ſed magis me interficere minitaretur, cum conſilio comprouincialium eum in Monaſterium remoueri pracipio. Cúmque ibidem arctiùs diſtringeretur, intercedentibus Felicis Epiſcopi miſsis, qui memorata cauſa fautor extiterat, circumuento periuriis Abbate, fugâ elabitur, & vſque ad Felicem accedit Epiſcopum, eúmque ille ambienter colligit, quem execrari debuerat. Leudaſtes verò in Bituricum pergens, omnes theſauros, quos de ſpoliis pauperum detraxerat, ſecum tulit. Nec multò pòſt inruentibus Bituricis cum Iudice loci ſuper eum, omne aurum argentúmque vel quod ſecum detulerat, abſtulerunt, nihil ei niſi quod ſuper ſe habuit relinquentes, ipsámque abſtuliſſent vitam, niſi fugâ fuiſſet elapſus. Reſumptis dehinc viribus, cum aliquibus Turonicis iterum inruit ſuper pradones ſuos, interfectóque vno, aliqua de rebus ipſis recepit, & in Turonicum reuertitur. Audiens hac Berulfus Dux, miſit pueros ſuos cum armorum adparatu, ad comprehendendum eum. Ille verò cernens ſe iamiámque capi, relictis rebus, Baſilicam ſancti Hilary Pictauenſis expetiit. Berulfus verò Dux res captas Regi tranſmiſit. Leudaſtes enim egrediebatur de Baſilica, & inruens in domos diuerſorum, pradas publicas exercebat. Sed & in adulteriis ſapè infra ipſam ſanctam porticum deprehenſus eſt. Commota autem Regina, quòd ſcilicet locus Deo ſacratus taliter pollueretur, iuſsit eum à Baſilica Sancti eiici. Qui eiectus, ad hoſpites ſuos iterum in Bituricum expetit, deprecans ſe occuli ab eis.
Iſtam interpolationem tres hæ res impugnant; primò Gregorij Præſulis Turonici prudentia, deinde Chilperici Regis ac Reginæ Fredegundis animus immitis, poſtremò ſanctitas Felicis Epiſcopi Namnetenſis. Interpolator Gregorium exhibet nimis imprudentem, qui vocatus in iudicium, accuſatúſque quòd Fredegundem Reginam cum Bertchramno Burdigalenſium Antiſtite turpiter miſceri palàm dixiſſet, negarit hæc ſe locutum, addideritque ab aliis quidem audita, à ſe non excogitata eſſe. *Negaui ego in veritate me hac locutum, & audiſſe quidem hac alios, me non excogitaſſe.* Gregorius negare debuit hæc ſe locutum quæ locutus ferebatur, ſed ſubiicere nequaquam debuit eadem ab aliis audita, à ſe non eſſe excogitata. Hæc enim reſponſio læſiſſet animum Chilperici, ſignificaſſétque Fredegundem apud multos in ſuſpicionem adulterij veniſſe. Quapropter ſiletur ab Aimoino [a], qui purgationem Gregorij complectitur hâc periodo. *Bertranno iniuſtè ſibi crimen impoſitum eſſe conquerente, Gregorius ex decreto fratrum ter iuſiurandum prabuit, ſe id numquam fuiſſe locutum.* Et Hadrianus Valeſius [b], qui nihil ex Interpolatoris textu reſcindit, in ea ſententia rectè obſeruat Gregorium adieciſſe *quod omittere debuerat.* Idem Auctor librum decimum rerum Francicarum ſic abſoluit. *Hic mirari ſubit, quòd Chilpericus naturâ crudelis, & Fredegundis viro ſuo nihilo humanior, iam tum in Chlodoueum non animaduerterint, Riculfúmque Presbyterum minimè punierint, ſi Riculfum hypodiaconum in tormentis de ambobus vera dixiſſe credebant, & alterum cogitati parricidy affectatíque regni reum, alterum conſcium eſſe exiſtimabant.* Hinc patet veram omnibus non videri narrationem de Chlodoueo déque duobus Riculfis ex vulgato Gregorio ſuprà deſcriptam. Præthereà quominùs fidem adhibeamus iis quæ de Riculfo preſbytero ex eodem Authore narrata ſunt, vetat Felicis Namnetenſis Epiſcopi probitas, quam Gregorius in vita ſancti Friardi [c] non reliquit illaudatam, vtriuſque enim ſanctitatem ac merita ſic contulit. *Friardus cùm plerumque tranſitum ſuum pradicaret, quâdam die tactus à febre dicit ſuis. Ite ad Felicem Epiſcopum, & nunciate ei diſceſſum meum dicentes. Frater tuus Friardus dicit. Ecce conſummato curſu vita huius, de hoc mundo abſoluor, & vt certior ſis de hoc verbo die Dominicâ tranſitum accipio, & vado ad requiem quam mihi promiſit Rex aternus Deus. Veni obſecro, & videam te priuſquàm obeam. Cúmque ille occaſione neſcio quâ detineretur, mandatum miſit dicens. Rogo, ſi fieri poteſt, vt me modicùm ſuſtineas, donec meis actionum diſſolutis ad te vſque perueniam. Reuertentibus verò nuntiis & iſta dicentibus, cùm iam lectulo decubaret, ait. Surgamus ergo &*

[a] Lib. 3. cap. 43.

[b] Lib. 10.

[c] de vit. Patr. cap. 10.

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

ſuſtineamus fratrem noſtrum. O virum ſanctitate ineffabilem, qui quanquam feſtinaret diſſolui & eum Chriſto eſſe, non tamen oblitus caritatem obtinuit apud Dominum adhuc eſſe in mundo, vt fratrem cerneret ſpiritali intuitu! Sed nec illum infimi reor fuiſſe meriti, cuius aduentu Dominus huius ſancti dilatare dignatus eſt dies. Quis virum tanti apud Deum meriti credat fautorem fuiſſe perditiſſimorum conſiliorum, quæ leguntur in vulgato Gregorio, vt Clodoucus patre ac fratribus interemptis, nouercâ Fredegunde in exilium ablegatâ, Rex fieret; pulſo Gregorio Riculfus Epiſcopatum Turonenſem occuparet; eiecto Platone alter Riculfus Archidiaconus conſtitueretur. Narrationem igitur de qua nunc inquirimus, inter fabulas repone.

XIV. AGILANES ARIANVS DISPVTAT CVM GREGORIO EP. TVRON. FIT CATHOLICVS.

Habita eſt Synodus Brennacenſis ante menſem Auguſtum, quo morbus dyſentericus poſt varia prodigia graſſari cœpit. Priùs autem quàm conuocaretur, Gregorio Turonenſium Epiſcopo egregium in ciuitate Turonenſi certamen fuit de fide ſanctæ Trinitatis cum Agilane Leuuigildi Wiſigothorum Regis Legato Ariano ad Chilpericum proficiſcente, qui licèt negaſſet ſe vnquam fore Catholicum, tamen reuerſus in Hiſpaniam, cùm cecidiſſet in morbum, Catholicam religionem amplecti non dubitauit, vt ipſemet Gregorius [a] teſtatur.

[a] Lib. 5. c. 44.

XV. INSIGNIS IMPOSTOR.

[b] Lib. 9. c. 6.

Narrat idem [b] Gregorius aduentum Deſiderij impoſtoris in vrbem Turonenſem anno Childeberti Regis duodecimo, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo, deinde ſermonem conuertit ad fraudes alterius ſeductoris, qui Turonos quoque ante ſeptennium venerat, id eſt, hoc anno Childeberti Regis quinto, Chriſti quingenteſimo-octogeſimo. *Hic colobio indutus erat, amictus deſuper ſyndone, crucem ferens, de qua dependebant ampullulæ, quas dicebat oleum ſanctum habere. Aiebat enim ſe de Hiſpaniis aduentare, ac reliquias beatiſſimorum Martyrum Vincentij Leuitæ, Feliciſque Martyris exhibere. Sed cùm iam veſpere ad Baſilicam ſancti Martini Turonus aduenißet*, & Gregorius illius ciuitatis Epiſcopus in conuiuio reſideret, *mandatum miſit, dicens. Occurrant reliquiis ſanctis.* Cui Gregorius, *quia hora iam præterierat*, dixit. *Requieſcant beatæ reliquiæ ſuper altarium, donec mane procedamus ad occurſum earum. Sed hic primo diluculo conſurgens*, nec expectato Epiſcopo, *aduenit cum cruce ſuâ*, & in cellula Epiſcopi adfuit. Stupefactus Gregorius & admirans leuitatem interrogat, quid hæc ſibi velint. *Reſpondit quaſi ſuperbus & inflatâ voce. Meliorem, inquit, nobis occurſum exhibere debueras. Sed hæc ego in auribus Chilperici Regis ingeram, ille autem vlciſcetur deſpectionem meam.* Et ingreſſus in Oratorium, Epiſcopo poſtpoſito, *ipſe capitellum vnum atque alterum ac tertium dicit. Ipſe orationem profert & ipſe conſummat, eleuatâque iterum cruce abiit. Erat enim ei & ſermo ruſticus, & ipſius linguæ latitudo turpis atque obſcœna. Sed nec de eo ſermo rationabilis procedebat. Qui vſque Pariſius acceßit. His enim diebus Rogationes publicæ celebrabantur, quæ ante ſanctum Dominicæ Aſcenſionis diem agi ſolent.* Hoc anno Paſcha in diem Aprilis viceſimum-primum, & Aſcenſio in diem Maij triceſimum inciderunt. *Factum eſt autem, vt procedente Ragnemodo Pontifice cum populo ſuo, & loca ſancta circumeunte, vt & hic cum cruce ſua adueniens, inuſitato populis exhibens indumento, adiunctis publicanis ac ruſticis mulieribus, & iſte chorum ſuum faceret, & quaſi cum ſua multitudine loca ſancta circuire tentat. Hæc cernens Epiſcopus miſit Archidiaconem ſuum dicens. Si reliquias ſanctas exhibes, pone eas paululum in Baſilica, & nobiſcum celebra dies ſanctos. Decurſâ autem ſolemnitate proficiſceris in viam tuam. At ille paruipendens quæ ab Archidiacono dicebantur, cœpit Epiſcopum conuiciis ac maledictionibus proſequi. Sacerdos verò intelligens eum ſeductorem, ιußit eum recludi in cellulam. Perſcrutatiſque cunctis quæ habebat inuenit cum eo ſacculum magnum plenum de radicibus diuerſarum herbarum, ibíque & dentes talpæ & oſſa murium & vngulas atque adipes vrſinos. Vidénſque hæc maleficia eſſe, cuncta ιußit in flumine proiici. Ablatâque ei cruce ιußit eum à termino Pariſiacæ vrbis excludi. Sed hic iterum factâ alterâ cruce cœpit quæ geſſerat exercere. Captúſque ab Archidiaco-*

AN. CH. 580.
GVNTCH. CHILPER. RR. 19.
CHILDEB. II. R. 5.

no & catenis vinctus iuſſus eſt cuſtodiri. His diebus Gregorins Epiſcopus Turonenſis cùm ad Synodum proficiſceretur, Pariſios aduenerat, & ad Baſilicam beati Iuliani Martyris meratum habebat. *Nocte igitur inſequenti erumpens miſer iſte de cuſtodia, cum ipſis quibus erat nexus catenis ad antedictam Baſilicam properat, atque in pauimento* in loco quo Gregorius ſtare ſolitus erat, *ruit, ac ſopore vinóque obpreſſus obdormiuit. Accedens vnus Clericorum, clauſis naribus eum excitare nititur, nec potuit, ita enim erat miſer madefactus vino. Tunc quatuor accedentes Clerici, leuantes eum inter manus, in vno angulo Baſilicæ proiecerunt, nunquam tamen potuit excitari, donec dato terris die altiùs Solis lampas aſcenderet.* Dehinc Gregorius excuſatum reddidit Ragnemodo. *Conuenientibus autem Epiſcopis ad vrbem Pariſiacam*, iter cnim erar ad Synodum Brennacenſem, dum hæc Gregorius in conuiuio narraret, arque ipſum caſtigarionis grariâ adeſſe præcepiſſet, *eleuatis Amelius Beorretanæ vrbis Epiſcopus oculis cognoſcit eum ſuum eſſe famulum, ſibique per fugam lapſum, & ſic excuſatum, receptum reduxit in patriam.* De Amelio Bigorrirano Epiſcopo non ſemel recurrer ſermo.

XVI.

CHILPERICVS LABITVR IN SABELLIANISMVM.

Cùm Pontifices ad Synodum confluebant, Chilpericus Rex, qui præceps in pugnam ruens aduersùs Arianos, qui filium Patri conſubſtantialem negabanr, & limirem prætergreſſus inciderar in errorem Sabellij, qui docuir Patrem & Filinm & Spiritum Sanctum, eſſe vnam perſonam, ſed nomina tria, Gregorium Turonenſem Epiſcopum fruſtrà conarus eſt ad ſuas partes pertrahere. Scripſerar indiculum, *vt ſancta Trinitas non in perſonarum diſtinctione, ſed tantùm Deus nominaretur*, adſcrebar *indignum eſſe, vt Deus perſona, ſicut homo carneus nominaretur*, adfirmabat etiam *ipſum eſſe Patrem qui eſt Filius, idémque ipſum eſſe Spiritum Sanctum, qui Pater & Filius. Sic*, inquiebar, *Prophetis ac Patriarchis apparuit, ſic eum ipſa lex nunciauit.* Cùm autem hæc Gregorio recitari iuſſiſſet, paucis illum ira eſt allocutus. *Sic volo vt tu vel reliqui doctores Eccleſiarum credatis.* Cui Gregorius reſpondit. *Hâc credulitate relictâ, pie Rex, hoc te oportet ſequi, quod nobis poſt Apoſtolos alij doctores Eccleſiæ reliquerunt, quod Hilarius* Pictauienſis *Euſebiúſque* Vercellenſis, Epiſcopi roto Orbe nominatiſſimi *docuerunt, quod & in baptiſmo es confeſſus.* Tunc iratus Rex ait. *Manifeſtum eſt mihi in hac cauſa Hilarium Euſebiúmque validos inimicos haberi.* Ad hæc Gregorius. *Obſeruare conuenit, neque Deum, neque ſanctos eius habere offenſos. Nam ſcias quia in perſona alter Pater, alter Filius, alter Spiritus Sanctus. Non Pater carnem adſumpſit, neque Spiritus Sanctus, ſed Filius, vt qui erat Dei Filius, ipſe ad redemptionem hominis Filius haberetur & Virginis. Non Pater paſſus, neque Spiritus Sanctus, ſed Filius, vt qui carnem adſumpſerat in mundo, ipſe offerretur pro mundo. De perſonis verò quod ais, non corporaliter ſed ſpiritaliter ſentiondum eſt. In his ergo tribus perſonis, vna gloria, vna æternitas, vna poteſtas.* At ille commotus ait. *Sapientioribus te hæc pandam, qui mihi conſentiant.* Et Gregorius intrepidè. *Numquam erit ſapiens, ſed ſtultus, qui hæc quæ proponis ſequi voluerit.* Ad hæc Chilpericus frendens ſiluit. *Non poſt multos verò dies adueniente Saluio Albienſi Epiſcopo, hæc ei præcepit recenſeri, deprecans vt ſibi conſentaneus fieret. Quod ille audiens, ita reſpuit, vt ſi chartam, in qua hæc ſcripta tenebantur, potuiſſet adtingere, in fruſta diſcerperet. Et ſic Rex ab hac intentione quieuit.* Huc vſque Gregorius [a] de illa diſputatione, cuius exitus Chilperico Regi glorioſus fuit, quia præclarum poſteris, vt in rebus fidei Pontificibus acquieſcerent, exemplum reliquir.

ARGVITVR A GREGORIO EP. TVRON.

ET A SALVIO EP. ALBIG.

RESIPISCIT.

[a] Lib. 5. c. 45.

XVII.

Abſolutâ Synodo Gregorius Brennaco Turonos redire noluit inſalntato eodem Saluio, cúmque ſimnl in atrio domûs regiæ colloquium haberent, dixit Gregorio Saluius. *Vidéſne ſuper hoc tectum quæ ego ſuſpicio?* Cui cùm ille reſponderet ſe nihil aliud videre quàm regulas quas nuper Rex ſuperponi iuſſerar, rogarétque vt ſi ipſe aliud quidpiam intuererur, indicaret (ſuſpicabatur enim illum aliquid iocularirer loqui) tum Saluius. *Video ego euaginatum ira diuina gladium ſuper domum hanc dependentem.* Neqne hæc ille fruſtrà vaticinatus eſt, nam poſt viginti dies, vt Gregorius ſcribit [b] & infra nar-

[b] Lib. 5. cap. 50.

AN. CH. 580.
GVNTCH. CHILPER. RR. 19.
CHILDEB. II. R. 5.

ſuſtineamus fratrem noſtrum. O virum ſanctitate ineffabilem, qui quamquam feſtinaret diſſolui & cum Chriſto eſſe, non tamen oblitus caritatem obtinuit apud Dominum adhuc eſſe in mundo, vt fratrem cerneret ſpiritali intuitu! Sed nec illum infimi reor fuiſſe meriti, cuius aduentu Dominus huius ſancti dilatare dignatus eſt dies. Quis virum tanti apud Deum meriti credat fautorem fuiſſe perditiſſimorum conſiliorum, quæ leguntur in vulgato Gregorio, vt Clodoueus patre ac fratribus interemptis, nouercâ Fredegunde in exilium ablegatâ, Rex fieret; pulſo Gregorio Riculfus Epiſcopatum Turonenſem occuparet; eiecto Platone alter Riculfus Archidiaconus conſtitueretur. Narrationem igitur de qua nunc inquirimus, inter fabulas repone.

XIV.
AGILANES ARIANVS DISPVTAT CVM GREGORIO EP. TVRON. FIT CATHOLICVS.

Habita eſt Synodus Brennacenſis ante menſem Auguſtum, quo morbus dyſentericus poſt varia prodigia graſſari cœpit. Priùs autem quàm conuocaretur, Gregorio Turonenſium Epiſcopo egregium in ciuitate Turonenſi certamen fuit de fide ſanctæ Trinitatis cum Agilane Leuuigildi Wiſigothorum Regis Legato Ariano ad Chilpericum proficiſcente, qui licèt negaſſet ſe vnquam fore Catholicum, tamen reuerſus in Hiſpaniam, cùm cecidiſſet in morbum, Catholicam religionem amplecti non dubitauit, vt ipſemet Gregorius [a] teſtatur.

[a] Lib. 5. c. 44.

XV.
[b] Lib. 9. c. 6.
INSIGNIS IMPOSTOR.

Narrat idem [b] Gregorius aduentum Deſiderij impoſtoris in vrbem Turonenſem anno Childeberti Regis duodecimo, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo, deinde ſermonem conuertit ad fraudes alterius ſeductoris, qui Turonos quoque ante ſeptennium venerat, id eſt, hoc anno Childeberti Regis quinto, Chriſti quingenteſimo-octogeſimo. *Hic colobio indutus erat, amictus deſuper ſyndone, crucem ferens, de qua dependebant ampullulæ, quas dicebat oleum ſanctum habere. Aiebat enim ſe de Hiſpaniis aduentare, ac reliquias beatiſſimorum Martyrum Vincentij Leuitæ, Feliciſque Martyris exhibere. Sed cùm iam veſpere ad Baſilicam ſancti Martini Turonus adueniſſet,* & Gregorius illius ciuitatis Epiſcopus in conuiuio reſideret, *mandatum miſit, dicens. Occurrant reliquiis ſanctis.* Cui Gregorius, *quia hora iam præterierat,* dixit. *Requieſcant beatæ reliquiæ ſuper altarium, donec mane procedamus ad occurſum earum. Sed hic primo diluculo conſurgens,* nec expectato Epiſcopo, *aduenit cum cruce ſuâ,* & in cellula Epiſcopi adfuit. Stupefactus Gregorius & admirans leuitatem interrogat, quid hæc ſibi velint. *Reſpondit quaſi ſuperbus & inflatâ voce. Meliorem, inquit, nobis occurſum exhibere debueras. Sed hæc ego in auribus Chilperici Regis ingeram, ille autem vlciſcetur deſpectionem meam.* Et ingreſſus in Oratorium, Epiſcopo poſtpoſito, *ipſe capitellum vnum atque alterum ac tertium dicit. Ipſe orationem profert & ipſe conſummat, eleuatâque iterum cruce abiit. Erat enim ei & ſermo ruſticus, & ipſius lingua latitudo turpis atque obſcœna. Sed nec de eo ſermo rationabilis procedebat. Qui vſque Pariſius acceſſit. His enim diebus Rogationes publicæ celebrabantur, quæ ante ſanctum Dominicæ Aſcenſionis diem agi ſolent.* Hoc anno Paſcha in diem Aprilis viceſimum-primum, & Aſcenſio in diem Maij triceſimum inciderunt. *Factum eſt autem, vt procedente Ragnemodo Pontifice cum populo ſuo, & loca ſancta circumeunte, vt & hic cum cruce ſua adueniens, inuſitato populis exhibens indumento, adiunctis publicanis ac ruſticis mulieribus, & iſte chorum ſuum faceret, & quaſi cum ſua multitudine loca ſancta circuire tentat. Hæc cernens Epiſcopus miſit Archidiaconem ſuum dicens. Si reliquias ſanctas exhibes, pone eas paululum in Baſilica, & nobiſcum celebra dies ſanctos. Decursâ autem ſolemnitate proficiſceris in viam tuam. At ille paruipendens quæ ab Archidiacono dicebantur, cœpit Epiſcopum conuiciis ac maledictionibus proſequi. Sacerdos verò intelligens eum ſeductorem, iuſſit eum recludi in cellulam. Perſcrutatiſque cunctis quæ habebat inuenit cum eo ſacculum magnum plenum de radicibus diuerſarum herbarum, ibique & dentes talpæ & oſſa murium & vngulas atque adipes vrſinos. Vidénſque hæc maleficia eſſe, cuncta iuſſit in flumine proiici. Ablatâque ei cruce iuſſit eum à termino Pariſiacæ vrbis excludi. Sed hic iterum factâ alterâ cruce cœpit quæ geſſerat exercere. Captúſque ab Archidiaco-*

no & catenis vinctus iuſſus eſt cuſtodiri. His diebus Gregorius Epiſcopus Turo- AN. CH.
nenſis cùm ad Synodum proficiſceretur, Pariſios aduenerat, & ad Baſilicam 580.
beati Iuliani Martyris metatum habebat. *Nocte igitur inſequenti erumpens* GVNTCH.
miſer iſte de cuſtodia, cum ipſis quibus erat nexus catenis ad antedictam Baſilicam CHILPER.
properat, atque in panimento in loco quo Gregorius ſtare ſolitus erat, *ruit, ac ſo-* RR. 19.
pore vinóque obpreſſus obdormiuit. Accedens vnus Clericorum, clauſis naribus eum CHIL-
excitare nititur, nec potuit, ita enim erat miſer madefactus vino. Tunc quatuor DEB. II.
accedentes Clerici, leuantes eum inter manus, in vno angulo Baſilicæ proiecerunt, R. 5.
nunquam tamen potuit excitari, donec dato terris die altiùs Solis lampas aſcenderet.
Dehinc Gregorius excuſatum reddidit Ragnemodo. *Conuenientibus autem*
Epiſcopis ad vrbem Pariſiacam, iter enim erat ad Synodum Brennacenſem, dum
hæc Gregorius in conuiuio narraret, atque ipſum caſtigationis gratiâ adeſſe
præcepiſſet, *eleuatis Amelius Beorretanæ vrbis Epiſcopus oculis cognoſcit eum ſuum*
eſſe famulum, ſibique per fugam lapſum, & ſic excuſatum, receptum reduxit in pa-
triam. De Amelio Bigorritano Epiſcopo non ſemel recurret ſermo.

Cùm Pontifices ad Synodum confluebant, Chilpericus Rex, qui præceps XVI.
in pugnam ruens aduersùs Arianos, qui filium Patri conſubſtantialem nega- CHILPERI-
bant, & limitem prætergreſſus inciderat in errorem Sabellij, qui docuit Pa- CVS LABI-
trem & Filium & Spiritum Sanctum, eſſe vnam perſonam, ſed nomina tria, TVR IN SA-
Gregorium Turonenſem Epiſcopum fruſtrà conatus eſt ad ſuas partes pertra- BELLIANIS-
here. Scripſerat indiculum, *vt ſancta Trinitas non in perſonarum diſtinctione,* MVM.
ſed tantùm Deus nominaretur, adſerebat *indignum eſſe, vt Deus perſona, ſicut ho-*
mo carneus nominaretur, adfirmabat etiam *ipſum eſſe Patrem qui eſt Filius, idém-*
que ipſum eſſe Spiritum Sanctum, qui Pater & Filius. Sic, inquiebat, *Prophetis*
ac Patriarchis apparuit, ſic eum ipſa lex nunciauit. Cùm autem hæc Gregorio ARGVITVR
recitari iuſſiſſet, paucis illum ita eſt allocutus. *Sic volo vt tu vel reliqui docto-* A GREGO-
res Eccleſiarum credatis. Cui Gregorius reſpondit. *Hâc credulitate relictâ, pie* RIO EP. TV-
Rex, hoc te oportet ſequi, quod nobis poſt Apoſtolos alij doctores Eccleſiæ reliquę- RON.
runt, quod Hilarius Pictauienſis *Euſebiúſque* Vercellenſis, Epiſcopi toto Orbe
nominatiſſimi *docuerunt, quod & in baptiſmo es confeſſus.* Tunc iratus Rex ait.
Manifeſtum eſt mihi in hac cauſa Hilarium Euſebiúmque validos inimicos haberi.
Ad hæc Gregorius. *Obſeruare conuenit, neque Deum, neque ſanctos eius habere*
offenſos. Nam ſcias quia in perſona alter Pater, alter Filius, alter Spiritus San-
ctus. Non Pater carnem adſumpſit, neque Spiritus Sanctus, ſed Filius, vt qui erat
Dei Filius, ipſe ad redemptionem hominis Filius haberetur & Virginis. Non Pater
paſſus, neque Spiritus Sanctus, ſed Filius, vt qui carnem adſumpſerat in mundo,
ipſe offerretur pro mundo. De perſonis verò quod ais, non corporaliter ſed ſpiritali-
ter ſentiendum eſt. In his ergo tribus perſonis, vna gloria, vna æternitas, vna po-
teſtas. At ille commotus ait. *Sapientioribus te hæc pandam, qui mihi conſen-*
tiant. Et Gregorius intrepidè. *Numquam erit ſapiens, ſed ſtultus, qui hæc quæ*
proponis ſequi voluerit. Ad hæc Chilpericus frendens ſiluit. *Non poſt multos*
verò dies adueniente Saluio Albienſi Epiſcopo, hæc ei præcepit recenſeri, deprecans ET A SAL-
vt ſibi conſentaneus fieret. Quod ille audiens, ita reſpuit, vt ſi chartam, in qua VIO EP. AL-
hæc ſcripta tenebantur, potuiſſet adtingere, in fruſta diſcerperet. Et ſic Rex ab hac BIO.
intentione quieuit. Huc vſque Gregorius [a] de illa diſputatione, cuius exitus [a] Lib. 5. c. 45.
Chilperico Regi glorioſus fuit, quia præclarum poſteris, vt in rebus fidei RESIPIS-
Pontificibus acquieſcerent, exemplum reliquit. CIT.

Abſolutâ Synodo Gregorius Brennaco Turonos redire noluit inſalutato XVII.
eodem Saluio, cúmque ſimul in atrio domûs regiæ colloquium haberent,
dixit Gregorio Saluius. *Vidéſne ſuper hoc tectum quæ ego ſuſpicio?* Cui cùm ille
reſponderet ſe nihil aliud videre quàm tegulas quas nuper Rex ſuperponi
iuſſerat, rogarétque vt ſi ipſe aliud quidpiam intueretur, indicaret (ſuſpi-
cabatur enim illum aliquid ilocaliter loqui) tum Saluius. *Video ego euagi-*
natum iræ diuinæ gladium ſuper domum hanc dependentem. Neque hæc ille fru-
ſtrà vaticinatus eſt, nam poſt viginti dies, vt Gregorius ſcribit [b] & infra nar- [b] Lib. 5. cap. 50.

AN. CH. raturi ſumus, ibidem duo Regis filij morbo dyſenteriæ perierunt. De ſancto
580. Saluio leguntur multa vulgaro capite primo libri ſeptimi Gregoriani, prætermittuntur autem à nobis, quoniam abeſt illud caput à Codice Meteſi, mortémque Saluij referr anno Childeberti Regis nono contra mentem ipſiuſmet Gregorij, qui capite viceſimo-ſecundo libri octaui totus eſt in rebus geſtis anno decimo Childeberti Regis, ibique de Saluio eiúſque ſucceſſore Deſiderio ſic ſcribit. *Poſt obitum ſancti Saluy hoc anno, Deſideratus Albigenſibus Epiſcopus datus eſt.*

GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5. GREGOR. INTERPOLATVS.

XVIII. Hoc anno, Honoratus Ambianenſis Epiſcopus, cùm in Pontiuo Bononeſum verſus, ſuos excoleret, in vico Portu, vbi primæuæ lucis vſuram acceperat, ſanctiſſimè deceſſit decimo-ſeptimo Kalendas Iunias, &, vt Vincentius Bellouacenſis loquitur, *in medio laborum curſu ereptus eſt clariſſimus prodigijs, eximius miraculis, nobilitate & nomine Honoratus.* Quamuis autem reliquiæ ſancti Honorati ad carbedralem Ambianenſem Eccleſiam poſteà fuerint translatæ, tamen ab aduenis & peregrinis etiamnum ad Portum concurritur. Produntur hæc metra in Ambianorum monumentis.

HONORATVS EP. AMBIAN. OBIT.

Quem genuit Portus, deceſſit vbi fuit ortus,
Is ſuus eſt portus, ſuus eſt occaſus & ortus.

XIX. Ætas ſancti Honorati controuertitur, quia ſanctus Saluius falsò creditur ei proximè ſubrogatus. Sanctus Honoratus regnante Childeberto tranſtulit corpora ſanctorum Fuſciani, Victorici & Gentiani Martyrum. Sanctus Saluius regnante Theodorico tranſtulit corpus ſancti Firmini Ambianenſis Epiſcopi & Martyris. Vtrumque ſic docet vetus Anonymus, qui Tranſlationem ſancti Firmini retulit in literas. *Poſt glorificationem Domini & Saluatoris noſtri, primus beatus Firminus à cultura idolorum hanc vrbem*, nempe Ambianum, *expianit, & ad fidem Catholicæ Religionis temporibus nefandorum Imperatorum fecit eſſe perfectam. Is autem illorum tempore ſuſtinuit multa tormenta pro fide Chriſti, & Martyrio coronatus migrauit ad cælum. Ab illorum námque temporibus per ſpatiorum internalla multa ſigna & prodigia operatus eſt Dominus per eum vſque ad tempora Thenderici Chriſtianiſſimi Regis, qui tunc nobili ſceptro inclytum regnum Francorum nutu diuinæ diſpoſitionis regebat. Sed in hac ciuitate iam plebs perfecta erat in fide, & diuinis laudibus fulta, diuinum officium ingi deuotione die noctúque ſtrennè peragebat. Videbant frequenter coruſcare ſigna, miracula fulgere, & corpora Sanctorum quæ diu latebant cum immenſis prodigiis apparere. Iam enim corpora Sanctorum per reuelationem Fuſciani, Victorici, & Gentiani Martyrum, miliario tertio ab vrbe Ambianis inuenta, & mirificè cum aromatibus à beatiſſimo huius loci Epiſcopo Honorato, ſicut illorum geſta perhibent, condita erant. Ipſe Honoratus Præſul tempore Childeberti Regis vir clariſſimus fuit omni dignitate, facundus, prodigiis & miraculis eximius, nomine & nobilitate Honoratus.* Integram hiſtoriam ſuo loco deſcribemus ex Codice Corbeienſi. Diuerſis autem temporibus regnarunt in Francia tres Childeberti quatuórque Theodorici. Nemo repertus eſt hactenus, qui Pontificatum ſancti Honorati reiiceret in tempora Theodorici Tertij, vel qui ſanctum Saluium ſub Theodorico Clodouei Primi filio aut ſub Theodorico Kalenſi floruiſſe diceret. In his igitur duobus tota verſatur difficultas; vtrùm Childeberti Primi, an Childeberti Secundi ætate ſederit Honoratus; vtrùm Saluius ſub Theodorico Secundo, an ſub Theodorico Tertio Pontificatum geſſerit? Ambiani, quibus Honoratus & Saluius Epiſcopi præfuerunt, pertinebant ad Neuſtriam, quæ Childeberto Secundo Theodoricóque Secundo numquam paruit. Hinc conclude, poſt Beatum qui Synodo Aurelianenſi quintæ, regnante Childeberto Primo, interfuit, in Ambianenſium Antiſtitum catalogo proximum locum deberi ſancto Honorato, quem aſſeruimus Epiſcopatu functum ſub eodem Childeberto I. eiúſque ſucceſſoribus, Clotario I. Chariberto & Chilperico, Neuſtriæ tum Regibus. Conclude & ſanctum Saluium, cuius Præſulatus cum principatu Theodorici Tertij coincidit, ſancto Honorato immediatè haud ſucceſſiſſe.

AN. CH. 580.
GVNTCH. CHILPER. RR. 19.
CHILDEB. II. R. 5.

ſiſſe. Robertus & Sammarthani cùm aduerterent ſanctos Honoratum & Saluium in Neuſtria vixiſſe, ſanctúmque Saluium ſancti Honorati proximum ſucceſſorem retinere vellent, hæc inuenerunt ſubterfugia. Robertus ſanctum Honoratum ſub Childeberto benè, malè ſanctum Saluium ſub Chilperico collocauit, citatis in hanc rem Petro [a] de Natalibus & Volaterrano [b], qui ne ſancti Saluij Præſulatum à ſancti Honorati Pontificatu vel tantillùm diſiungerent, confuderunt ſanctum Saluium Ambianenſem Epiſcopum cum ſancto Saluio Epiſcopo Albigenſi, Regíſque Theodorici loco Chilpericum Regem in elogio S. Saluij Ambianenſis Epiſcopi nominarunt. Sammarthani verò decepti ab Anonymo, qui vitam ſancti Saluij contexuit, mortem ſancti Honorati promotionémque ſancti Saluij retulerunt ſub eodem Rege Theodorico, Clodouei Secundi filio, quem illius nominis Primum, ſcilicet in Neuſtria, vocant. Demochares, Cbenutius, aliíque, qui ſanctum Saluium ſancto Honorato ſubrogant, innituntur Ambianenſium Epiſcoporum catalogis, quorum Auctores poſthabitâ temporum ratione, quibus ſinguli Pontificatum geſſerunt, Præſules ſanctitate conſpicuos primùm recenſent ex Litaniis & Martyrologiis Eccleſiarum, deinde ceteros enumerant quorum memoria non ita venerabilis eſt. Neceſſe eſt autem vt in achroniſmos incidant, eâque de re conqueſti iam ſumus aliàs, cùm Chronologiam Argentinenſium Antiſtitum examinaremus. Sua ſit igitur ſedes ſancto Honorato ſub Childeberto Primo, ſua ſancto Saluio ſub Theodorico Tertio, qui anno poſt eiuſdem Childeberti mortem centeſimo decimo-quinto regnare cœpit. Interſtitium verò Deodatus occupabit cum Berbardo, Bertbefrido & Dadone.

[a] Lib 2 cap. 65.
[b] Cap. 5.

EIVS SVCCESSORES.

XX.
DEODATVS EP. AMBIAN.

Deodatus, quem plerique prætermiſerunt, ex vetuſtiſſimo Martyrologio Ambianenſis Eccleſiæ reſtituturus eſt à Sammarthanis, ſed non ſuo loco. Medius enim ſedit inter ſanctum Honoratum, de quo ſuprà, & Berhardum ſeu Berhandum aut Bercundum vel Bernardum, qui poſtremis Clotarij temporibus in vita ſancti [c] Walerici non ſemel commendatur.

[c] Ap. Sur. d. 1. Apr.

XXI.
CHILPERICVS ÆGROTAT.

Morbus dyſentericus menſe Auguſto poſt varia prodigia graſſari cœpit, Regibus Francorum inter ſe iam diſſidentibus, & bellum ciuile parantibus. Chilpericus primùm grauiter ægrotauit. *Quo conualeſcente filius eius iunior necdum ex aqua & Spiritu ſancto renatus ægrotare cœpit. Quem in extremis videntes, baptiſmo abluerunt. Quo parumper meliùs conualeſcente, frater eius ſenior nomine Chlodobertus ab hoc morbo corripitur. Ipſúmque in diſcrimine mortis Fredegundis mater cernens, ſerò pœnitens ait ad Regem. Diu nos malè agentes pietas diuina ſuſtentat. Nam ſæpè nos febribus & aliis malis corripuit, & emendatio non ſucceſſit. Ecce iam perdimus filios. Ecce iam eos lachrymæ pauperum, lamenta viduarum, ſuſpiria orphanorum interimunt, nec ſpes remanet cui aliquid congregemus. Theſaurizamus neſcientes cui congregamus ea. Ecce theſauri remanent à poſſeſſore vacui, rapinis ac maledictionibus pleni. Numquid non exundabant promptuaria vino? Numquid non horrea replebantur frumento? Numquid non erant theſauri referti auro, argento, lapidibus pretioſis, monilibus, vel reliquis imperialibus ornamentis? Ecce quod pulchrius habebamus perdimus. Nunc ſi placet venire, incendamus omnes deſcriptiones iniquas, ſufficiátque fiſco noſtro, quod ſuffecit patri Regíque Chlothachario. Hæc effata Regina, pugnis verberans pectus, iuſſit libros exhibere, qui de ciuitatibus ſuis per Marcum venerant, proiectíſque in ignem, iterum ad Regem conuerſa. Quid tu, inquit, moraris? Fac quod vides à me fieri, vt & ſi natos perdimus, vel pœnam perpetuam euadamus. Tunc Rex compunctus corde tradidit omnes libros deſcriptionum igni, conflagratóſque*, miſit qui futuras prohiberent deſcriptiones. Poſthac infantulus iunior dum nimio labore tabeſcit extinguitur. Quem cum maximo mœrore deducentes à villa Brennaco Pariſius ad Baſilicam ſancti Dionyſij ſepelire mandauerunt. Chlodobertum verò componentes in feretro, Sueſſionas ad Baſilicam ſancti Medardi duxerunt, proiicientéſque eum ad ſanctum ſepulcbrum, vouerunt vota pro eo, ſed me-*

* *Accuſatiuus abſolutus.*

AMITTIT DVOS FILIOS.

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

diâ nocte anhelus iam & tenuis ſpiritum exhalauit, quem in Baſilica ſanctorum Criſpini atque Criſpiniani Martyrum ſepelierunt; magnus quoque hic planctus omni populo fuit. Nam viri lugentes mulieréſque lugubribus veſtimentis induta, vt ſolet in coniugum exequiis fieri, ita hoc funus ſunt proſecuta. Multa poſteà Chilpericus Eccleſiis ſiue Baſilicis vel pauperibus eſt largitus. Lege Gregorium [a] Turonenſem. Extant apud Fortunatum [b] epitaphia, in quibus Clodobertus tria luſtra vixiſſe dicitur, & fratris nomen exprimitur Dagobertus.

[a] Lib. 5. capp. 34. 35.
[b] Lib. 8. carm. 4. 5.

Flere monens populum crudelia funera Regum,
Cum caput orbis humo mæſta ſepulchra tegunt.
Hoc igitur tumulo recubans Chlodobertus habetur,
Qui tria luſtra gerens raptus ab orbe fuit.
De proauo veniens Chlodouecho celſa propago,
Chlothariíque nepos, Chilpericíque genus.
Quem de Regina ſumpſit Fredegunde iugali,
Auxerat & naſcens Francia vota puer, &c.
Dulce caput populi Dagoberte, perennis amore,
Auxilium patria, ſpes puerilis obis.
Germine regali naſcens generoſus, & infans
Oſtenſus terris, mox quoque rapte polis.
Belligeri veniens Chlodouechi gente potenti,
Egregio proaui germen honore pari.
Regibus antiquis reſpondens nobilis infans,
Chilpericíque patris vel Fredegunde genus.
Te veneranda tamen mox abluit vnda lauacri,
Hinc licèt abreptum lux tenet alma throno, &c.

XXII. MORITVR AVSTRECH. REGINA.

His diebus Auſtrechildis Guntchramni Principis Regina, ab hoc morbo conſumpta eſt. Sed priuſquam nequam ſpiritum exhalaret, cernens quod euadere non poſſet, alta trahens ſuſpiria, voluit lethi ſui habere participes, agens vt in exequiis eius aliorum funera plangerentur. Fertur enim Herodiano more Regem petiiſſe dicens. Adhuc ſpes viuendi fuerat, ſi non inter iniquorum medicorum manus interiiſſem. Nam potiones ab illis accepta mihi vi abſtulerunt vitam, & fecerunt me hanc lucem velociter perdere. Et ideo ne inulta mors mea pratereat, quaſo & cum ſacramenti interpoſitione coniuro, vt cùm ab hac luce diſceſſero, ſtatim ipſi gladio trucidentur, vt ſicut ego ampliùs viuere non queo, ita nec illi poſt meum obitum glorientur, ſed ſit vnus dolor noſtris pariter ac eorum amicis. Hac effata infelicem animam tradidit. Rex verò peracto ex more iuſtitio, obpreſſus iniqua coniugis iuramento, impleuit praceptum iniquitatis. Nam duos medicos, qui ei ſtudium adhibuerant, gladio feriri pracepit. Quod non ſine peccato factum fuiſſe, multorum cenſet prudentia. Huc vſque Gregorius [c] Turonenſis. Marius medicos illos vocat Nicolaum & Donatum, aſſeritque mortem Auſtregildis contigiſſe menſe Septembri, Indictione decima-quartâ iam inchoatâ. Vixit Auſtregildis annos triginta duos, eóque calculo, cùm poſt Mercatrudis obitum Guntchramno Regi nupſit, puella erat annorum duodeuiginti. Quæ dicta ſunt de illius ætate, certiora fiunt ex epitaphio, quod Duchesnius [d] ex vetere Codice publicauit.

[c] Lib. 5. c. 36.
[d] Tom. 1. Collect. Hiſtor. Franc.

. . . . *Sunt tempora vita*
In ſpatio breuiata ſuo, cui pulchrior atas
Ter denos tribuens geminos ſuperaddidit annos,
Magna ſed anguſto deducens ſecula curſu.

XXIII. Chilpericus in Coriâ * ſyluâ menſem Octobrem tranſegit, & Clodoueum, quem ex Audouerâ priori coniuge ſuſceperat, Brennacum, vt ſimili quo fratres morbo periret, Fredegunde, quæ priuignum oderat, inſtigante tranſmiſit, deinde Calam * profectus eum poſt paucos dies ad ſe venire præcepit. Hic autem poſtquàm mortis periculum euaſit, multa dixit iniurioſè de nouerca, ſéque ſolum hæredem regni relictum, & inimicis quæcumque pla-

* *la foreſt de Cuiſſe.*
* *Chelles.*

AN. CH. 580.

GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

euerit illaturum iactitauit. Auctum inde Fredegundis ſibi tum timentis odium. Diebus aliquot interiectis creuit metus adiectâ calumniâ, quòd Clodoueus puellam deamabat, & per eius matrem quæ ancilla Reginæ erat, Clodobertum ac Dagobertum, vt ipſe patris regno ſolus potiretur, maleficiis extingui curauerat. Tunc Regina cæſæ grauiter puellæ comam incidi, & abſciſſam ante Clodouei hoſpitium palo præcepit infigi, matrem verberibus laceratam vera fuiſſe, quæ dicta erant, profiteri coegit, vltionem poſteà petiit à Rege, qui profectus ad venationem, filium, vt ad ſe veniret, iuſſum, captúmque à Deſiderio & Bobone Ducibus, armiſque & veſtibus nudatum, vilique indumento contectum & vinculis conſtrictum ad Reginam direxit. *At illa in cuſtodia eum retineri præcepit, elicere ab eo cupiens, ſi hæc ita vt audierat ſe haberent, vel cuius conſilio vſus fuerit, aut cuius hæc inſtinctu feciſſet, vel cum quibus maximè amicitias conligaſſet. At ille reliqua denegans, amicitias multorum detexit. Denique poſt triduum Regina vinctum iuſſit eum transire Matronam * fluuium, & in villâ, cui Noceto * nomen eſt, cuſtodiri. In qua cuſtodia cultro percuſſus interiit, ipſo quoque in loco ſepultus eſt. Intereà aduenerunt nuncij ad Regem, qui dicerent quòd ipſe ſe ictu proprio perfodiſſet, & adhuc ipſum cultrum, de quo ſe perculit, in loco ſtare vulneris adfirmabant. Quibus Rex Chilpericus inluſus, nec fleuit, quem ipſe, vt ita dicam, morti tradiderat, inſtigante Reginâ. Seruientes quoque illius per diuerſa diſperſi ſunt. Mater autem eius crudeli morte necata, ſoror illius in Monaſterio, deluſa à pueris Reginæ, tranſmittitur. Opes eorum omnes Reginæ delata ſunt.* Is fuit exitus Audoueræ Reginæ, ſórſque luctuoſa Baſinæ filiæ, quæ primùm deluſa ſeu ſtuprata fuit à famulis Fredegundis, poſteà in Monaſterio Pictauienſi incluſa, vbi cum Chrodielde Chariberti quondam Regis filia graues tumultus, quos ſuis locis exponemus, aduerſùs Abbatiſſam concitauit. *Mulier quæ ſuper Chlodouechum locuta fuerat, diiudicatur incendio concremari. Quæ cùm duceretur, reclamare cœpit miſera, ſe mendacia protuliſſe. Sed nihil proficientibus verbis, ligata ad ſtipitem, viuens exuritur flammis. Theſaurarius Chlodouechi à Cuppane ſtabuli Comite de Biturigo retractus, Reginæ tranſmiſſus eſt, diuerſis cruciatibus exponendus. Sed eum Regina* rogante Gregorio Epiſcopo Turonenſi, à quo [a] illa omnia deſcripſimus, *& à ſuppliciis & vinculis iuſſit abſolui, liberúmque abire permiſit.* Qualis fuerit ille Cuppa ſeu Cuppanes, docet idem Author [b] ad annum Childeberti Regis decimum-quintum, cùm deſcribit irruptiones ab eo viro factas in agrum Turonenſem vt pecora reliquáſque res diriperet, & in villam Maroialenſem vt puellam vi ſibi ſociaret in coniugem. Deſiderius Dux nequaquam laude dignior erat, mortuâ enim vxore alteram nuper aſſumpſerat nomine Tetradiam, cuius maritum Eulalium ſciebat in viuis eſſe ſuperſtitem. Gregorius Turonenſis in Eccleſiaſtica Francorum Hiſtoria caput octauum libri decimi totum inſtituit de Eulalio & Tetradia, ſimúlque complectitur res multas quæ diuerſis longè temporibus geſtæ ſunt, ideóque in his Annalibus à nobis narrantur partim ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum, quo Caurinus Aruernenſem Diœceſim adhuc adminiſtrabat, partim ad hunc annum quo ſermo de Duce Deſiderio habetur, partim ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum, quo Innocentius Epiſcopatum Rutenenſem obtinuit, partim denique ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum, quo cauſa Tetradiæ tandem iudicata eſt. Eulalius igitur, quem à Cautino Aruernorum Antiſtite aliàs excommunicatum diximus, quia necis illatæ matri ſuæ reus credebatur, *habebat vxorem Tetradiam nobilem ex matre, patre inferiorem. Sed cùm in domo ſua vir ancillarum concubitu miſceretur, coniugem negligere cœpit, & cùm à ſcorto reuerteretur, grauiſſimis eam plagis ſæpiùs adficiebat. Sed & pro multis ſceleribus debita nonnulla contraxerat, in quibus ornamenta & aurum vxoris ſæpiſſimè euertebat. Denique inter has anguſtias mulier conlocata, cùm honorem omnem, quem in domo viri habuerat, perdidiſſet, & ipſe abiſſet ad Regem, hæc à Viro (ſic enim erat nomen hominis) mariti ſui nepote con-*

CLODOVEVS CHILPERICI FIL. NECATVR.

* la Marne.

* Noiſy en Brie preſque vis-à-vis de Chelles.

[a] Lib. 5. c. 40.

[b] Lib. 10. c. 5.

TETRADIA VXOR EVLALII SOCIATVR DESIDERIO.

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. R R.19. CHILDEB. II. R.5.

*cupiſtitur, ſcilicet quia ille perdiderat coniugem, huius matrimonio iungeretur. Virus autem timens inimicitias auunculi, mulierem Deſiderio Duci tranſmiſit, videlicet vt ſuccedente tempore copularetur ei, qua omnem ſubſtantiam viri ſui tam in auro quàm in argento, vel veſtibus, & qua moueri poterant, cum ſeniore filio ſecum ſuſtulit, relictum * in domo alium * iuniorem. Rediens verò Eulalius ex itinere comperit qua acciderant. Sed cùm mitigato dolore paululùm quieuiſſet, ſuper Virum nepotem ſuum irruit, eúmque inter arcta vallium Aruernarum interemit. Audiens autem Deſiderius, qui & ipſe uxorem nuper perdiderat, quòd ſcilicet Virus interfectus fuiſſet, coniugio ſuo Tetradiam ſociauit. Eulalius verò puellam de Monaſterio Lugdunenſi diripuit, eámque accepit. Sed concubina eius inſtigante (vt quidam adſerunt) inuidiâ, maleficiis ſenſum eius oppilauerunt.*

* Id eſt, relicto alio minore.

XXIV. *His diebus, Ingeltrudis, cùm Monaſterium puellarum infra atrium ſancti Martini collocare cœpiſſet, filia ſua mandata mittit, dicens. Relinque virum tuum, & veni vt faciam te Abbatiſſam gregi huic quem congregaui. At illa audito leuitatis conſilio, cum viro Turonus aduenit, ingreſſáque Monaſterium matris, dicebat viro. Regredere hinc, & guberna res liberóſque noſtros, nam ego non reuertar tecum, non enim videbit regnum Dei coniugio copulatus.* Ille autem omnia quæ à coniuge audierat, nunciauit Gregorio Epiſcopo, qui poſteà hæc in literas retulit [a]. Acceſſit Gregorius ad Monaſterium, *Canonum Nicænorum* relegit decreta, in quibus continetur, *quia ſi qua reliquerit virum, & thorum in quo benè vixit ſpreuerit, dicens, quia non ſit ei portio in illa cæleſtis regni gloria qui fuerit coniugio copulatus, anathema ſit.* Quibus auditis Berthegundis metuens ne à Sacerdotibus Dei communione priuaretur, egreſſa Monaſterium redit cum viro ſuo. Canon, quem Gregorius allegauit, hodie non inuenitur inter Sanctiones Nicænas, naufragiúmque cum multis aliis paſſus videtur.

BERTHEGVND. RELINQVERE VVLT MARITVM.

a Lib.9.cap.33.

PROHIBETVR A GREGORIO EP. TVRONENSI.

XXV. Lewigildus Wiſigothorum Rex Arianus Catholicos afflixit. Perſecutionem illam deſcribere non eſt è re noſtra. Quod ad Franciæ commendationem pertinet, id tantùm paucis perſtringemus. Motuum cauſa & origo fuit Goiſuintha Brunichildis Reginæ mater, Childeberti Regis auia, quæ poſt Athanagildi Regis obitum Lewigildo nupſerat ex Theodoſia [b] priori coniuge, Seuetiani Ducis Carthaginienſis * filia, Regis Theodorici nepte, duos iam filios habenti, quorum ſenior Herminigildus Ingundem Childeberti ſororem, iunior Richaredus Riguntheam Chilperici filiam deſponderunt. Ingundis ad ſponſum in Hiſpaniam profecta, cùm Arianam perfidiam ſequi nollet, ab auia ſæpè in terram colliſa, diu calcibus verberata, ſanguine cruentata, & piſcinæ immerſa multas ærumnas pertulit, donec eiuſdem Goiſuinthæ ſuaſu in vnam ciuitatem procul ab aula regia cum marito relegata ſuis hortationibus tantùm profecit, vt ille ſpretis Arij fallaciis Catholicam Religionem amplexaretur. Exarſit inde vehemens odium patris in filium, qui vocatis in auxilium Græcis Præfecto Tiberij Auguſti ſe iunxit, deinde Baſilicam quæ vicina erat expetiit, nefas ratus aut patrem à filio, aut filium à patre trucidari. Quod audiens Lewigildus ad eum miſit Richaredum, qui dato ſecuritatis ſacramento induxit in animum fratri, vt egreſſus Eccleſiâ ſe parentis ſui pedibus aduolueret veniam rogaturus, & dubio procul impetraturus. Proſtratum Lewigildus oſculatus eſt, & blandis ſermonibus delinitum duxit ad caſtra. Tunc oblitus ſacramenti filium veſtimentis ſpoliauit, vilique panno indutum iuſſit in exilium detrudi. Hæc Gregorius Turonenſis [c]. Teſtatur & Ioannes Biclarenſis [d] hoc anno Lewigildi Regis vndecimo Ingundem Herminigildo in matrimonium collocatam fuiſſe. Ceterùm in Hiſpaniam proficiſcenti Fronimius Agathenſis Epiſcopus conſuluit, vt hæreticæ prauitatis veneno numquam imbui ſe fineret, ideóque quæſitus ad necem incidiſſet in ſicarios, niſi fugâ lapſus in ditiones Childeberti ſe recepiſſet, vt pluribus narrat Gregorius Turonenſis [e].

b Luc. Tud. lib. 2.

* *de Cartagene.*

INGVNDIS NVBIT HERMINIGILDO.

c Lib.5.cap.39.

d In Chron.

e Lib. 6 c. 24.

XXVI. Rupertus Wormatienſis Epiſcopus, quem anno priori vocatum in Boioariam diximus, hoc anno, cùm Euangelium Chriſti per vniuerſam Boiorum

regionem annuntiaſſet, Eccleſiam Saliſburgenſem fundauit. Hac de re ſic Auctor vitæ, quem Caniſius [a] & Colganus [b] publicarunt. *Is*, nempe Rupertus, *vbi ex ſententia populi Pannoniam*, in quam ſuperiori anno penetrarat, *ad fidem Chriſti reduxiſſet, inde abiit, & terreſtri itinere, vt ſemper ſolitus erat incedere, ad Laureacenſem ciuitatem peruenit, quæ quoque à fide noſtra aliena erat, monitis tamen viri Dei characterem baptiſmi recepit*, &c. *Verùm qui pluribus intentus eſſe non poterat, quoſdam ad ſacros ordines aſciuit, quique populum verbis & exemplis ad iuſtitiam, pietatem ceteráque chariſmatum opera adhortarentur, ſed ne hos verbo tantùm & cohortatione populos monuiſſe arbitremur, liquidò conſtat eoſdem omnia, quæ exemplo monere poſſunt, ita aſſiduè obiiſſe, vt diſcernere difficile ſit, promptioréſue linguâ quàm opere habiti ſint, & ob eam rem Chriſtiana Religio quotidie magnum incrementum habuit. Laureaco hinc deceſſit, & multa circumiens loca deuenit tandem in pagum Iuuanenſem, id eſt, Dickings (ita enim incolæ vocant iuxta lacum Wallerſee) inſtructus ab incolis locum hunc Theodoni Duci Bauariæ hæreditatis titulo aduenire. Hoc in loco vir ſanctus (impenſis vt reor Theodonis) Eccleſiam extruens, eámque in honorem ſancti Petri Principis Apoſtolorum dedicauit. Tradidítque ad eamdem Eccleſiam præfatus Theodo eumdem locum cum confinio circumiacenti, in aquis, piſcationibus, ſyluis, pratis, paſcuis, molendinis*, &c. *Verùm non longè poſt perſpiciens idem Rudbertus locum præfatum aptum non eſſe ad Epiſcopi ſedem, cœpit aptiorem ad hoc opus in pago Loboacenſium ſuper fluuium Igonta, qui alio nomine Valkaha vocatur, quærere locum. Venit tandem anno à Natiuitate Chriſti* DLXXX. *pridie Calendas Septembris ad fluuium Iauanium, qui alio nomine Valkaha vocatur, in loco vocato Iuuauo, reperiens ibi vrbem delapſam & virgultis coopertam, quæ quondam inter Bauariæ vrbes eminebat nobiliſſima*, &c. *Is locus* (id eſt, Eccleſiæ ſancti Petri Saliſburgi vt titulus capitis habet) *viro ſancto ad Epiſcopi Sedem permaximè accommodus videbatur, qui inter montana à populari tumultu ſemotus, deuotioni & contemplationi foret idoneus. Tunc locum cœpit renouare, extirpare videlicet arbores & vepres, quo purgato, Deo formoſam ædificaret Eccleſiam, quam in honore D. Petri Principis Apoſtolorum dedicauit, ac proceſſu temporis demùm clauſtra Monaſtery cum ceteris habitaculis Clericorum per omnia ordinabiliter conſtruxit eodem in loco, vbi poſteà Sacellum in honorem ſanctæ Crucis extructum eſt, & vſque hodie ſpelunca S. Rudberti vocatur, inibíque non paucos diſpoſitos Monachos, qui die ac nocte laudes Deo canerent, inſtituit, additâ Regulâ S. Benedicti, quâ Monachi integrè & ſanctè viuerent. Verùm fueritne hic ſanctiſſimus Pater Monachus haud ſatis conſtat. Vtcunque eſt, conſtat eum in quouis genere vitæ probatiſſimum fuiſſe, eiuſque nomen omnium laudibus meritò celebratur.* Hic Auctor, qui diſcipulus ſancti Eberhardi Saliſburgenſis Epiſcopi fertur, vitámque ſancti Ruperti duodecimo ſeculo retulit in literas, innititur authoritate Arnonis Saliſburgenſis Antiſtitis, cuius lucubrationem ante annum Chriſti octingenteſimum, regnante Carolo Magno editam præ manibus habuit.

AN. CH. 580.
GVNTCH. CHILPER. RR. 19.
CHILDEB. II. R. 5.
[a] Tom. 6. Antiq. Lect.
[b] D. 27. Mart.
ECCLESIA SALISBVRGENS. FVNDATVR IN BOIOARIA.

XXVII. Longè aliter ſcripſit, qui Wiguleum Hundium alióſque complures decepit, & emendatione in multis eget Auentinus. Hic Boioariam tripertitam finxit, & vnicuique parti ſuum Ducem ſic attribuit [c]. *Theodo Tertius, Vto qui & Oto, Theodoualda, fratres germani, poſteaquàm parentis*, Theodonis videlicet Secundi, *funeri ritu patrio iuſta fecerunt, Boiariam in tres partes diuiſerunt. Theodo, qui maximus natu erat, Nariſcos, Reginoburgium, ea loca, quæ inferiorem Boiariam vocamus, inter Oenum & Danubium poſſedit. Theodoualda Piſonium, Atheſinos montes Oeno continuos, finitima Italiæ accepit. Vto Laureacum, Noricum Ripenſe, quicquid inter Taurum & Alpes, inter Anaſſum, Danubium & Oenum clauditur, & Vindeliciam ſubditam Alpibus ſortitus eſt. Pontes Oeni reſtaurauit, à ſuo vocabulo Vtinum appellauit, Otingam * vulgò vocant. Ibi regiam conſtituit Vto atque habitauit, vbi tria flumina confluunt, Oenus, Iſeniſcus *, Merena.* Et paulò pòſt, trium illorum Ducum ad Chriſtum conuerſionem ſic expoſuit. *Primùm Theodo cum filio Theodoperto Reginoburgy aquâ cæleſti luſtra-*

[c] Lib. 3.
BOIOARIA TRIPERTITA FINGITVR AB AVENTINO.
* Otingen.
* l'Iſm.

AN. CH. *tus eſt, deinde Rupertus in Danubio nauibus delatus, vbique confluentibus certatim*
580. *Boiis myſteria philoſophiæ noſtræ edidit, atque ita Laureacum deuenit, inde per No-*
GVNTCH. *ricum Vtinum perrexit, vbi Vtonem Ducem ſacro lauacro, Theodoualdam Piſonij*
CHILPER. *abluit. Vtini tum atque Reginoburgij, Chriſto Deo, eius genitrici, prope prætoria*
RR. 19. *Principum, templa extruuntur, à Ruperto conſecrantur, vtrumque adhuc ſacellum*
CHIL- *ædiculáque vetus vocari ſolet. Poſt hæc, per omnes Boiorum regiones, ſacræ ædes*
DEB. II. *paſſim ædificantur, & à Ruperto & ſociis dedicantur.* Poſteriorem hunc Auentini
R. 5. textum Wiguleus *Hund à Sultzennos* penè ad verbum deſcripſit in catalo-
[a] Tom. 1. Metrop. Saliſb. logo [a] Saliſburgienſium Antiſtitum, & Piſonium interpretatus eſt *Polzn*, ne
fortè quis crederet Piſonium eſſe, quod & Poſonium ac Poſſonium, vulgò
Presbourg, ad læuam Danubij ripam in hodierna Hungaria vocatur.

XXVIII. In Ducatu, quem Auentinus Theodoni tribuit, notiſſimi ſunt amnes, Da-
* l'Inn. nubius, & qui dexteram Danubij ripam ſubit Oenus *. Hic inter Noricum
& Vindeliciam medius labitur. De Norici finibus ad annum Chriſti quin-
[b] Num. 10. genteſimum vndeſeptuageſimum [b] locuti ſumus. Vindeliciæ termini ſunt
Oenus fluuius ab Ortu, Lychus amnis ab Occaſu, Alpes à Meridie, Danu-
* le Lech. bius à Septentrione. Vindeliciam Oenus à Norico, Alpes ab Italia, Lychus *
à Rhætia, Danubius à Germania ſeparat. De Lycho ſeu Lycia ſic loquitur
Ptolemæus, ὁ Λυκίας ποταμὸς, ὁ εἰς τὸν Δανούβιον ἐμβάλλων, διείργει τὴν
Ῥαιτίαν ἀπὸ τῆς Οὐινδελικίας, *Lycias flumen, quod in Danubium euoluitur, Rhæ-
tiam à Vindelicia diſterminat.* Et in quinta Europæ tabula, prouincias, quæ
mediæ ſunt inter Germaniam & Italiam, hoc connectit ordine, *Rhætiam,
Vindeliciam, Noricum, duáſque Pannonias*, ὁ πέμπτος πίναξ τῆς Εὐρώπης περιέχει
Ῥαιτίαν καὶ Οὐινδελικίαν, καὶ τὰς δύο Παννονίας. In Notitia Imperij Romani &
in Itinerario Antonini, duæ ſæpiùs leguntur Rhætiæ iuxta diuiſionem ab
Hadriano Auguſto factam, recentioréſque Geographi primam Rhætiam cis
Lychum collocant, ſecundam Rhætiam trans eundem Lychum vſurpant
pro Vindelicia, cui Rhætobonna ſeu Rhætopolis attribuitur. Hæc ciuitas,
quæ primaria eſt in ſorte Theodonis apud Auentinum, vt à Rhætis dicta eſt
* le Regen. Rhætopolis & Rhætobonna, vnde Ferrario Ratiſpona *Ratiſbonne*, ſic à Re-
[c] Auct. vit. S. Rupert. ap. Caniſium tom. 6. ant. lect. gi * ſeu Regini confluentibus in læuam Danubij ripam Reginum, Caſtra
Regina, Reginopolis, Reginoburgum & Reginoburgium *Regensburg*. Non-
nulli [c] tamen Ratiſponam ſeu Ratiſbonam *à ponendo vel figendo rates cum mer-
cibus venientes* ita vocatam putant. Per Nariſcos, quorum meminit Auen-
* *le Lantgrauiat de Leuchtenberg.* tinus, intellige Bauariam ſuperiorem ſeu Palatinatum Bauariæ cum * Lant-
grauiatu Leuchtenbergenſi. Nariſci populi ſunt antiquæ Germaniæ, de quo-
rum finibus plura dicemus infrà.

XXIX. Vtonis ſiue Otonis Ducatus, qualis ab Auentino deſcribitur, partim ad
Noricum, partim ad Vindeliciam pertinet. Ducatu Theodonis clauditur ab
Occaſu, Danubio à Septentrione, Anaſſo amne ab Ortu, à Meridie Tauro
monte necnon Alpibus quà Vindeliciam ab Italia ſeparant. Noricum diuidi-
tur in Ripenſe & Mediterraneum. Ripenſe, cuius mentio fit apud Auenti-
num ſuprà citatum, Borealius eſt adiacétque Danubio. Mediterraneum lon-
giùs à Danubio in Auſtrum recedit. Taurus, vnde Tauriſcorum nomen, mons
eſt inſignis inter Drauum & Salſiacum amnes, variiſque cognomentis diſtin-
guitur, vt *Krumler-taurn*, *Windiſch-taurn*, *Felber-taurn*, *Karn taurn*, *Kalſer-
taurn*, *Rauriſſer-taurn*, *Kaſtein-taurn*, *Vollacher-taurn*, *Rahſtater-taurn*, &c. Dra-
* *le Draue.* uus * per Noricum & Pannoniam fluit, Danubiúmque ad Teutoburgium *
* Hodie *Erdewdy.* à dextra ingreditur. Salſiacus * ſeu Salza vel Saltza, olim Iouauus, Iuuauus,
* *le Salzach.* Iuuarus & Iuuanius alluit Saliſburgium * olim Iuauum, Iuuauum, Iuua-
uium, Iuuanum, Iuuanium & Iuuaniam, egeritúrque in Oenum ſiue Ænum
* *Saltsbourg.* à dextra ripa. Regiam Vtonis ad eundem Oenum figit Auentinus, vbi olim
Pontes Oeni, hodie Otinga. Collocat & in eodem Vtonis Ducatu Lauria-
cum ſeu Laureacum oppidum aliàs percelebre, quod in exiguum vicum de-

AN. CH. 580.
GVNTCH. CHILPER. RR. 19.
CHILDEB. II. R. 5.

generauit ad Anaſi * ſiue Aniſi confluentem in Danubium, nec vt quondam *Laurich* vel *Lorich* ſed contractâ voce *Lorch* hodie nuncupatur. Ex illius loci ruina creuit vrbs vicina, cui nomen eſt Aniſus * à fluuio cognomine.

Sors Theodoualdæ ſeu Theoualdæ, quem Wiguleus Hundius Dielpoldum nominat, apud Auentinum partem Auſtralem Norici, Piſonium ſcilicet, Arheſinos montes Oeno continuos è quibus oritur Atheſis, Italiæque finitima complectitur.

Sedes igitur Boiorum ex Auentini ſententia, cùm Rupertus Wormacienſis Epiſcopus ad eos peruenit, erant apud Nariſcos, Vindelicos & Noricos. Id autem alienum à vero non arbitramur.

XXX.

XXXI. SEDES BOIORVM

Anno ante Chriſtum natum circiter ſexcenteſimo, cùm Tarquinius Priſcus Romæ regnabat, duæ tranſmigrationes, vna in Germaniam duce Sigoueſo, altera in Italiam duce Belloueſo, è Gallia Celtica, primæua Boiorum patria, ſuſceptæ ſunt. *Tum Sigoueſo*, inquit Liuius [a], *ſortibus dati Herciniꝫ ſaltus. Belloueſo haud paulò lætiorem in Italiam viam dij dabant.* Boij regionem, in quam penetrarunt, de ſuo nomine Boiemum ſeu Boiohœmum vel Boiohæmum vocari voluerunt. Id apertè colligitur ex Tacito, qui de ſedibus Heluetiorum & Boiorum è Galliis in Germaniam tranſgreſſorum ſic ſcribit in libro de ſitu, moribus & populis Germaniæ. *Inter Herciniam ſyluam, Rhenúmque & Mænum amnes, Heluetij; vlteriora Boij, Gallica vtraque gens, tenuere. Manet adhuc Boiemi nomen, ſignificátque loci veterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus.* Lipſius ad hunc Taciti locum obſeruat in Codice Bambergenſi ſic legi, *manet adhuc Boiis è munere nomen;* vnde ſuſpicatur ita reponendum, *manet adhuc Boiiaſmi è re nomen*, vel, *manet adhuc Boyaſmum è re*, additque regiam Marobodui Βουίασμον à Strabone nominari, nec diffitetur *Boyaimum* vſurpari poſſe veriùs propiúſque ad etymon, quaſi Boiorum domum. Velleius Paterculus [b] Boiohœmum dixit, *Boiohæmum id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen eſt.* Prouinciam illam Boiohœmum * etiamnum appellant, licèt in ea Boij nihil occupent, imò ex ea penitus expulſi fuerint à Maroboduo Rege Marcomannorum, longè ante ætatem Taciti, cuius textus ſuprà recitatus innuit haud antiquatum fuiſſe Boioemi nomen *quamuis mutatis cultoribus*, id eſt, Boiis, qui nomen fecerant, aliò ſe recipere coactis, retentóque Boioemi nomine conſeruatam fuiſſe *veterem loci memoriam*, in quo Boij diu conſederant. Andreas Brunnetus [c] hanc Boiorum diſceſſionem è Boioemo refert ſub Auguſto Cæſare, anno circiter ante Chriſtum natum octauo, vúltque Boios relicto Boioemo tunc in Nariſcorum prouinciam primùm migraſſe. Verùm apud probatos Auctores inueniuntur argumenta, quæ demonſtrant Boios, antequàm bellum cum Maroboduo gererent, non tantùm potitos eſſe toto Boioemo vnde pulſi ſunt à Marcomannis, ſed etiam in vicinis regionibus Nariſcorum, Vindelicorum & Noricorum, latè cis & vltra Danubium dominatos eſſe. Noricos [d] & Vindelicos [e], ſuis limitibus, vt occaſio poſtulauit, circumſcripſimus ſuprà. De Nariſcis ita loquitur Tacitus in libro iam laudato. *Iuxta Hermunduros Nariſci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt. Præcipua Marcomannorum gloria viréſque, atque ipſa etiam ſedes pulſis olim Boiis virtute parta. Nec Nariſci Quadíue degenerant. Eáque Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio prætexitur.* Ex illo textu Cluuerius [f] colligit fines Nariſcorum fuiſſe montes ſaltúſque Boiohæmicos cum Danubio ab Ingolſtadio vſque ad Oeni confluentem lineâque ab eodem Ingolſtadio * ad fontes Mœni ductâ. Pars autem Boiorum, ante bellum Marcomannicum egreſſa Boiohæmo Noreiam, ciuitatem Norici primariam, oppugnauit. Cæſar mentionem huius obſidionis facit ſub initium libri primi de bello Gallico. *Heluetij*, inquit, *id, quod conſtituerant, facere conantur, vt è finibus ſuis exeant. Vbi iam ſe ad eam rem paratos eſſe arbitrati ſunt, oppida ſua, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua priuata ædificia incendunt; frumentum*

XXXII. APVD NARISCOS.

* *l'Ens.*
* *Ens.*
[a] Lib. 5.
[b] Lib. 2.
* *la Boheme.*
[c] Lib. 3. n. 10.
[d] An. 569. num. 10.
[e] Hoc an. n. 28.
[f] Lib. 3. antiq. German. c. 29.
* *Ingolſtadt.*

AN. CH. *omne, præter quod ſecum portaturi erant, comburunt, vt domum reditionis ſpe*
580. *ſublatâ, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent; trium menſium molita ci-*
GVNTCH. *baria ſibi quemque domo efferre iubent; perſuadent Rauracis & Tulingis & Lato-*
CHILPER. *bricis finitimis, vti, eodem vſi conſilio, oppidis ſuis vicíſque exuſtis, vnà cum*
RR. 19. *ipſis proficiſcantur; Boióſque, qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Nori-*
CHILDEB. II. *cum tranſierant, Noreiámque oppugnarant, receptos ad ſe ſocios ſibi adſciſcunt.*
R. 5. Hæc Boiorum cum Heluetiis poſt oppugnatam Noreiam inita ſocietas eſt Caio Iulio Cæſare & Marco Calpurnio Bibulo Conſulibus. Heluetij enim, cunctis rebus ad profectionem comparatis, diem dixerunt, quâ die ad ripam Rhodani omnes conuenirent, &, vt apud Cæſarem in libro iam citato legitur, *is dies erat ad v. Kal. Apr. L. Piſone, A. Gabinio Coſſ.* Lucius autem Piſo & Aulus Gabinius Conſulatum anno proximo poſt Caium Iulium Cæſarem & Marcum Calpurnium Bibulum geſſerunt. Brunnerus in Indice Chronologico, quem primæ Annalium Boicorum parti ſubiecit, ab oppugnatione Noreiæ, vſque ad annum quo Chriſtus natus eſt, numerat annos ſex & quinquaginta. Non recedimus ab hoc computo, licèt Conſulatum Caij Iulij Cæſaris & Marci Calpurnij Bibuli cum anno ante Chriſtum natum quinquageſimo-ſeptimo coincidiſſe cenſeamus, annum enim Chriſti primum non à die viceſima-quinta Decembris quâ natus eſt, Caio Lentulo & Marco Meſſalâ ſeu Marcellino tunc Conſulibus, ſed à proximis auſpicamur Kalendis Ianuarij, quibus Conſulatum Auguſtus decimum-tertium & Plautius Silanus ſeu Siluanus inierunt, vt in Apparatu Chronologico monuimus. Atque vt hæc clariora fiant, in ſequenti laterculo nonnulla paria Conſulum deſcribemus.

XXXIII.

ANNI ANTE CHRIST. NATVM.	*CONSVLES.*
57.	CAIVS IVLIVS CÆSAR. MARCVS CALPVRNIVS BIBVLVS.
56.	LVCIVS CALPVRNIVS PISO CÆSONINVS. AVLVS GABINIVS.
55.	PVBLIVS CORNELIVS LENTVLVS SPINTHER. QVINTVS CÆCILIVS METELLVS NEPOS.
54.	CNEIVS CORNELIVS LENTVLVS MARCELLINVS. LVCIVS MARCIVS PHILIPPVS.
53.	CNEIVS POMPEIVS MAGNVS II. MARCVS LICINIVS CRASSVS II.
52.	LVCIVS DOMITIVS AHENOBARBVS. APPIVS CLAVDIVS PVLCHER.
51,	CNEIVS DOMITIVS CALVINVS. MARCVS VALERIVS MESSALLA.
50.	CNEIVS POMPEIVS MAGNVS III. QVINTVS CÆCILIVS METELLVS PIVS SCIPIO.
49.	SER. SVLPICIVS RVFVS. MARCVS CLAVDIVS MARCELLVS.

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

Anni ante Christ. natvm.	Consvles.
48.	Lvcivs Æmilivs Pavllvs. Caivs Clavdivs Marcellvs.
47.	Caivs Clavdivs Marcellvs. Lvcivs Cornelivs Lentvlvs Crvs.
46.	Caivs Ivlivs Cæsar II. Pvblivs Servilivs Isavricvs.
45.	Qvintvs Fvfivs Calenvs. Pvblivs Vatinivs.
44.	Caivs Ivlivs Cæsar III. Marcvs Æmilivs Lepidvs.
43.	Caivs Ivlivs Cæsar IV. Sine Collega.

XXXIV. Superſedemus enumerandis ſubſequentium annorum ante Chriſtum natum Conſulibus, ne bis eadem paria Conſulum repetamus, ad annum enim quadringenteſimum ſexageſimum-quartum [a] poſt Chriſtum natum, cùm Chronologiam noſtram ratione à Biſexto ductâ confirmaremus, ordinarios Conſules in alio laterculo recenſuimus à tertio Iulij Cæſaris Conſulatu, id eſt, ab anno ante Chriſtum natum quadrageſimo-quarto, quo Iulius ipſe Cæſar tertiò Conſul annum correxit, vſque ad duorum Sextorum Conſulatum, id eſt, vſque ad annum à Chriſto nato decimum-ſextum, quo Auguſtus interiit. Neutrum horum laterculorum extra rem poſuimus. In vtroque enim reperiuntur paria Conſulum non pauca, quæ noſtram Chronologiam non parum ſtabiliunt, neceſſarióque conſuli debent, vt certò deprehendantur anni, quibus contigerunt variæ populorum migrationes, quas inſtituti noſtri ratio ſileri non patitur, alioquin incerti Francicæ Monarchiæ fines eſſent, Annaliúmque noſtrorum materia, quam iiſdem quibus Franciam limitibus circumſcribimus, dubia ſæpè fluctuaret.

XXXV. Noricos et Vindelicos. Boiodurum, quod à Boiorum tranſitu nomen accepit, Ptolemæo non incognitum fuit, quamuis ab eo malè collocetur ad ſiniſtram Oeni ripam in Vindelicia, ſitum enim erat in Norico ad dexteram Oeni ripam eiuſdémque Oeni confluentem in Danubium, vbi hodie conſpicitur Oenopolis ſiue Oenoſtadium [*]. Obſeruat Cluuerius [b] locum illum, cui nomen Βοιόδουρον apud Ptolemæum, & *Boiodurum* in Notitia Imperij, vitiosè dici *Bolodurum* & *Boledurum*, peſſimè *Baodurum* ab Interprete Ptolemæi. Strabo [c] de frequentibus Vindelicorum ac Noricorum in Boiorum aliorúmque vicinorum populorum agros incurſionibus ita loquitur. Οἱ δὲ Οὐινδελικοὶ καὶ Νορικοὶ τὴν ἐκτὸς παρωρείαν κατέχουσι τὸ πλέον μετὰ τῶν Βρεύνων καὶ Γεναύνων, ἅπαντες δὲ οὗτοι καὶ τῆς Ἰταλίας τὰ γειτονεύοντα μέρη κατέτρεχον ἀεὶ, καὶ τῶν Ἐλουηττίων, καὶ Σηκουανῶν, καὶ Βοΐων, καὶ Γερμανῶν. *Vindelici ac Norici montana exteriora tenent magna ex parte cum Breunis atque Genaunis, hi omnes vicinas partes cùm Italiæ, tum Heluetiorum, Sequanorum, Boiorum & Germanorum adſiduis incurſionibus vexauerunt.* Boij, quorum ſedes cis Danubium in Boioemo & in Prouincia Nariſcorum tunc erant, cùm ita laceſſerentur, tandem & ipſi factâ in hoſtes irruptione penetrarunt vſque ad Noreiam, quam, vt Cæſar ſuprà citatus teſta-

[a] Num. 15.

[*] Inſtat.

[b] Cap. 5. de Vindel. & Noric.

[c] Lib. 4.

AN.CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

rur, obſidione cinxerunt. Tranſgreſſis autem Danubium, per quem à Vindelicis & Noricis diſterminabantur, id inprimis curæ fuit, vt in hoſtium agro locum quempiam cingerent propugnaculis ac valido præſidio firmarent. Aptior inueniri non potuit, quàm qui dexteræ Oeni ripæ ad eius amnis confluentem in Danubium proximus erat. Hinc enim vt in patriam, ſi quid malè cederet, tutus regreſſus; ita facilis in Vindeliciam, liberáque in penitiores Norici partes irruptio. Munitioni nomen inditum eſt Boiodurum voce à Boiis deductâ. Non deſunt qui Boiodurum longè vetuſtius arbitrentur, eiúſque conditum ad ætatem Alexandri Magni referant. Aduersùs hoſce Scriptores, ſi lubet, lege Cluuerium capite quinto de Vindelicia & Norico.

XXXVI. Andreas Brunnerus in Indice Chronologico iam laudato ſcribit memoriam Boiorum ſepultam fuiſſe per annos quingentos & ampliùs; ab anno videlicet ante Chriſtum natum octauo, quo pulſos ex Boioemo teſtatur; ad annum vſque à Chriſto nato quingenteſimum-octauum, quo vult eos, duce Theodone, primùm in Vindeliciam, deinde, velut prolatis pomeriis, in Noricum progreſſos eſſe. Sed multò probabilius eſt in Vindelicia Noricóque poſt extructum Boiodurum ſtetiſſe potentiam Boiorum, quos, vt & Alamannos eorum ſocios finitimóſque, memorabili prælio Clodoueus Magnus ad Tulbiacum * fudit. Hæc pugna cis Rhenum commiſſa eſt anno Chriſti quadringenteſimo nonageſimo-ſexto. Abhinc Boiorum Duces, neque enim ampliùs ex illa gente Reges fuerunt, paruerunt Regibus Francorum, quibus prouinciæ transrhenanæ poſt Franciæ diuiſionem in ſortem obtigerunt. Sub Francorum Regibus, Clodoueo, Theodorico, Theodoberto, Theodobaldo, Clotario, Sigiberto & Childeberto, cuius annus in Principatu quartus cum Ruperti Antiſtitis aduentu in Boioariam coincidit, Ducatum ſeu Præfecturam Boiorum geſſerunt ſucceſſiuè tres Theodones. Horum Primus is videtur fuiſſe, quem Brunnerus coloniæ Boicæ in Vindeliciam & Noricum deducendæ auctorem falsò conſtituit. Tertius Secundi filius, Primi nepos, Ragintrudem Theodoberti, Regis quondam Francorum, filiam in vxorem duxit, & à prælaudato Ruperto Vangionum Epiſcopo veram religionem edoctus, vt anno priori dictum eſt, Chriſto ſe mancipauit.

* *Zulch.*

DVCES BOIORVM.

XXXVII. Auentinus, cuius textum iam recitauimus, Theodoni Tertio duos fratres, Vtonem & Theodoualdam, tribuit; &, vt vnumquemque titulo Ducis cohoneſtet, Boioariam in tres partes ſeparat. Huic autem opinioni res multæ refragantur. Primò, cùm Rex Orientalium Francorum pro libitu Ducem Boioariæ conſtitueret, quis credat poſt Theodonis Secundi mortem in poteſtate filiorum fuiſſe, *vt poſteaquàm parentis funeri ritu patrio iuſta fecerunt, Boiariam in tres partes* diuiderent? Deinde in Actis ſancti Ruperti, quæ ſcripta ſunt à variis Auctoribus, Theodo Tertius ab eodem ſancto Ruperto Reginoburgi baptizatur, nec vlla fratrum mentio fit, quorum alterum Otingæ, alterum Piſonij baptizatum ſcribit Auentinus. Præterea, ſi probatur Boioariæ diuiſio, quam hic Auctor inüt, ciuitas Saliſburgienſis non ad Theodonis Tertij ſed ad Vtonis fratris Ducatum pertinuit. Fuit igitur penes vnum Theodonem totius Boioariæ præfectura.

AVENTINVS REPELLITVR.

XXXVIII. De munificentia, quâ Theodo Dux Eccleſiam Saliſburgienſem dotauit, ita ſcripſit Arno [a], qui temporibus Caroli Magni Regis eidem Eccleſiæ præfuit. *Primùm quidem tradidit Theodo Dux prædictum oppidum* Saltzburg, *ſimúlque & caſtrum ſuperiorem Domino Rodberto, cum terminis denominatis & confinibus vel omnibus appendiciis, ſuíſque adiacentiis, vnà cum campis, ſyluis, alpes, aquis, aquarúmque decurſibus, ſicut ad ſuprà memoratum oppidum vel caſtro Saltzburgh, & reliqua loca vel poſſeſſiones, ſicut inferiùs ſcriptum eſſe videtur. Simili modo tradidit idem Dux villâ nuncupante Pidingâ *, in pago Saltzburchone, iuxta fluuium Sala, manſos* XXX. *inter veſtitos & apſos, vel quicquid ad ipſos manſos aſpicitur. Simúlque & tradidit iamdictus Dux in eodem pago, in loco, qui * vocatur Salinas, fornaces* XX. *& totidem pacellis *, & tertiam partem de putiatorio * ibi-*

[a] Ap. Caniſ. tom. 2. antiq. lect.

THEODO DVX MVNIFICVS ERGA ECCLESIAM SALISBVRG.

* Pindinga.

* Dicitur ad Salinas, fornacum loca xx.

* Patellis.

* De illo puteo quo ſal efficitur.

AN. CH. 580. GVNTCH. CHILPER. RR. 19. CHILDEB. II. R. 5.

*dem conceſſit quod barbaricè dicitur Galgo. Inſuper etiam dicto loco conceſſit decimam de ſale de thelonio quod datur * in cenſo Dominico. Necnon & præfatus Dux tradidit Romanos & eorum tributales manſos LXXX. inter veſtitos & apſos, commanentes in ſupradicto pago Salzburgenſe, per diuerſa loca. Simul & iam fatus Dux tradidit in pago Arragoe * ſecus torrentem Fechileſaha * Romanos & eorum manſos tributales V. inter veſtitos & apſos. Itémque tradidit ſupradictus Dux in præſcripto pago Salzburgoe duos * Alpes, qui vocantur Ganzo & Laduſa, in quo ſunt tantummodò paſcua ouium. In pago verò Drnneuſe tradidit memoratus Dux villulam, quæ vocetur Pachman * cum manſos X. inter veſtitos & apſos, cum ſylua, & prata vel paſcua ad eandem villam pertinentem, & in pago etiam Tonaltgor * tradidit ipſe Dux ſecus amne Danubio iugeres vinearum duas, prope ciuitatem Reganesburcha dicta.*

* Ibi in Dominicam tollitur.
* Atargau.
* Fechilaha.
* Duas Alpes his nominibus Gauzo & Laduſo.
* Pachmanna.
* In loco qui dicitur Eruchinperch.

XXXIX. VARIA BOIORVM NOMINA.

Nomen Boiorum variè formatum eſt à ſeculorum ſubſequentium Scriptoribus, quibus paſſim dicuntur Boioarij, Boiouarij, Baioarij, Baiouarij, Baiuuarij, Baiobari, Baibari, Baiuarij, & poſtremùm Bauari, vnde redarguas eos qui Bauaros à Boiis & Auaribus ita nuncupatos fabulantur. Has nuncupationes adeò diligenter obſeruamus, quia plerumque de illa gente verba facturi ſumus. Hactenus quidem, quoniam ritus ethnicorum ſequebatur, ad noſtros Annales nihil penè contulit, quamuis Regibus Francorum ab anno Chriſti quadringenteſimo nonageſimo-ſexto parere cœperit, deinceps verò Chriſtianâ religione ſuſceptâ materiam non parum vberem ſubminiſtrabit. Res geſtas à ceteris Franciæ ditionis gentibus tranſrhenanis haud ſtudioſiùs inueſtigauimus, illas enim nationes vtpote paganas vix aliâ nominauimus occaſione, quàm vt fines Franciæ verſus Ortum longiſſimè porrectos oſtenderemus, ſæpiùs autem nominabimus inferiùs, vbi factæ fuerint Chriſtianæ.

---

581. GVNTCH. CHILPER. RR. 20. CHILDEB. II. R. 6.

ANNVS

CHRISTI 581.

GVNTCHRAMNI R. 20.

CHILPERICI R. 20.

CHILDEBERTI II. R. 6.

INDICTIO 14.

ANNO Chriſti quingenteſimo octogeſimo-primo, ſiue, vt Gregorius Turonenſis [a] ſcribit, *anno ſexto regni ſui Childebertus Rex, reiectam pacem * Guntchramni Regis, cum Chilperico coniunctus eſt. Mummolus à regno Guntchramni fugâ dilabitur, & ſe infra murorum Auennicorum munitionem concludit. Apud Lugdunum Synodus Epiſcoporum coniungitur, diuerſarum cauſarum altercationes incidens, negligentioreſque iudicio damnans. Synodus ad Regem reuertitur, multa de fuga Mummoli Ducis, nonnulla de diſcordiis tractans.* Marius hac Mummoli fugâ, qui ſe Auenionem recepit, *anno ſecundo Conſulatûs*, id eſt, Imperij, *Tiberij Conſtantini Auguſti, Indictione decimâ-quartâ* ſuum Chronicon abſoluit, quod à tempore, quo Proſper Aquitanus deſierat, huc vſque productum ipſius Gregorij Hiſtoriæ Chronologicis notis ſatis deſtitutæ eóque obſcuriori multam lucem affert. Is eſt Marius Epiſcopus Eccleſiæ Auenticæ, qui Concilio Matiſconenſi ſecundo ſubſcripſit, ideóque in perſequendis Burgundionum rebus, ac nominatim in Vallenſis agri ad lacum Lemannum, finitimorúmque Agaunenſium deſcribendis caſibus accuratiorem ſe gerit. In

I.

[a] Lib. 6. c. 1.
* id eſt, reiectâ pace.

CHILDEBERTVS ET CHILPERICVS FOEDERE IVNGVNTVR.

MARIVS EP. AVENTIC.

AN. CH. 581. GVNTCH. CHILPER. RR. 20. CHILDEB. II. R. 6.

Æduis nobili genere natus eſt ſtante Burgundiæ regno, in Auenticenſi ſeu Lauſannenſi Cathedra ſedit annos viginti, menſes octo, vixit omnino annos ſexaginta-quatuor, obiítque pridie Kalendas Ianuarias. Hæc de Marij ætate in præfatione ad eius Chronicon refert ex antiquis Lauſannenſium tabulis Petrus Franciſcus Chifletius, vnde redarguas eos qui Marium hoc ipſo anno, quem operis ſui poſtremum eſſe voluit, Epiſcopum creatum affirmant, id enim ſi verum eſt, ad annum Chriſti peruenit ſexcenteſimum-primum, & lucis vſuram accepit anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-ſeptimo ſeu triennio poſt extinctum Burgundiæ regnum. Promiſcuè dicitur Epiſcopus Auenticenſis & Lauſannenſis, quia Sedem Epiſcopalem Auentico Lauſannam tranſtulit, id Claudius Robertus actum teſtatur Childeberti Regis permiſſu, Childebertus autem Burgundiæ regnum, in quo Auenticus & Lauſanna erant, poſt obitum Guntchramni patrui tenuit ab anno duntaxat quingenteſimo nonageſimo-tertio ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum. Vt igitur Marius, quia Guntchramno Regi ſuperſtes fuit, ante annum Chriſti quinquageſimum nonageſimum-tertium ex hac vita non migrauit, ita nec in viuis eſſe potuit poſt annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-octauum, quia vixit annos duntaxat ſexaginta-quatuor, & natus eſt antequàm Burgundia Francicis ditionibus accederet.

[a] Lib. 6 cap 2.
CHILPERICVS LEGATOS CHILDEBERTI SVSCIPIT.
* Nogent au deſſous de Paris, c'eſt aujourd'huy Saint Clou.

II. Hoc anno Gregorius Turonenſis Epiſcopus Nouigentum ad Chilpericum profectus eſt, vt ipſemet teſtatur [a]. Itineris ſuſcepti rationem non reddit. Nouigentum * etiam Egidius Remenſis cum primis Childeberti Proceribus in legationem ad Chilpericum Regem venit. *Ibi conlocutione factâ, vt ablato Guntchramni Regis regno, hi ſe coniungere debeant in pace, ait Chilpericus Rex. Fily mihi peccatis increſcentibus non remanſerunt, nec mihi nunc alius ſupereſt hæres, niſi fratris mei Sigiberti filius, id eſt, Childebertus Rex. Ideóque in omnibus quæ laborare potuero, hic hæres exiſtat. Tantùm dum aduixero, liceat mihi ſine ſcrupulo aut diſceptatione cuncta tenere. At illi gratias agentes, pactionibus ſubſcriptis ea quæ locuti fuerant firmauerunt, & ad Childebertum cum magnis muneribus ſunt regreſſi. Quibus diſcedentibus Chilpericus Rex Leudoaldum Epiſcopum* Baiocaſſinum *cum primis regni ſui direxit. Qui dato ſuſceptóque ſacramento pactionibúſque firmatis munerati regreſſi ſunt* Nec multò poſt Chilpericus Pariſios venit cum vxore Fredegunde & filia Rigunthe, ſed priuſquàm Nouigento diſcederet, *Priſci Iudæi, qui ei ad ſpecies coemendas familiaris erat, cæſarie blandè adprehenſâ manu* ait ad Gregorium Epiſcopum Turonenſem. *Veni Sacerdos Dei, & impone manum ſuper eum.* Renuit Priſcus. Inde datus locus diſputationi, quam Rex inchoauit, abſoluítque Pontifex validiſſimis argumentis ex ſacra Scriptura. Perſtitit nihilominùs in obſtinatione Priſcus, & Chilpericus benedictionem, quam homo Iudæus reſpuebat, expetiit conuerſus ad Antiſtitem iiſdem verbis, quibus Iacob Angelum allocutus eſt. [*Non dimittam te niſi benedixeris mihi.*] Itaque Gregorius, à quo ſeriem [b] harum rerum deſcripſimus, & Leudoaldum ſeu Leudoualdum Epiſcopum Baiocaſſinorum [c] fuiſſe accepimus, Regi benedixit, panem porrexit, hauſtóque mero felicia precatus ad ſuam Diœceſim rediit. Caue autem ne Leudoualdum Baiocenſem Antiſtitem confundas cum Leodonaldo, qui per idem tempus Epiſcopatum Abrincenſem rexit, & reliquias ſancti Martini per Preſbyterum ſuum deuotus expetiit, vt teſtatur idem Gregorius libro ſecundo [d] de miraculis ſancti Martini.

PARISIOS VENIT.
DISPVTAT CVM IVDÆIS.
[b] Lib. 6. cc. 3. 5.
[c] Lib 9. cap. 23.
[d] Cap 36.

III. Poſtridie quàm Chilpericus Pariſios ingreſſus eſt, in eiuſdem ciuitatis ſuburbio contigit illuſtre miraculum, quod à Gregorio Turonenſi [e] ſcriptum fuit, & Aimoino [f] iiſdem fermè verbis ab Interpolatore inſertum hodie reperitur. *Ingrediente Chilperico Rege in vrbem Pariſiacam,* ait Gregorius, *ſequenti die poſtquàm Rex ingreſſus eſt ciuitatem, paralyticus qui in porticu Baſilicæ ſancti Vincenty, in qua beatus Germanus requieſcit in corpore, reſidebat, dirigitur; mane autem facto exſpectante populo gratias beato Antiſtiti referebat.*

[e] De gloria Conf. cap 90.
[f] Lib 3 cap. 16.
AVDITA PARALYTICI SANITATE.

AN. CH. 581.
GVNTCH. CHILPER. RR 20.
CHILDEB. II. R. 6.

Audito miraculo Rex Baſilicam beati Vincentij ſtatim adiit, & in gratiarum actionem, vt Interpolator apud Aimoinum ſubiungit, epitaphium beati Germani compoſuit, non quidem eo ſtylo quo nunc legitur ſed multùm rudiore, quantitatem enim ſyllabarum penitus ignorabat, & teſte Gregorio [a] Turonenſi pro longis breues, pro breuibus longas ponere conſueuerat. *Per idem tempus*, ita proſequitur Interpolator Aimoini, *defuncto ſanctiſſimo Droctoueo Abbate, Scubilio Abbas ei ſucceſſit in regimine.* Sanctus Droctoueus Abbas ſancti Vincentij fuit in ſuburbio Pariſienſi, colitur in Tabulis Eccleſiaſticis ſexto Idus Martias, ibique diſcipulus ſancti Germani Epiſcopi prædicatur. Beato Germano ſuperſtes vixit, idque non ex interpolato tantùm Aimoino quem citauimus, ſed etiam ex Fortunato Authore ſynchrono probat Menardus libro primo [b] ſuarum obſeruationum ad Martyrologium Benedictinum, vt in obitu ſancti Germani ante quinquennium iam notauimus. Porrò cùm ad Ragnemodi Pontificatum peruenerit, obieritque ſub illud tempus quo Chilpericus Rex Pariſios venit, probabile admodum videtur eius mortem hoc anno eſſe conſignandam, quo Gregorius Turonenſis Chilpericum Regem Nouigento Pariſios cum vxore ac filia profectum ſcribit.

CONDIT EPITAPHIVM B. GERMANI.
[a] Lib. 6. c. 46.
SCVBILIO ABBAS S. VINCENTII.
[b] D. 10 Mart.

IV. Hoc eodem anno migrauit ad Deum Hoſpitius apud vrbem Nicienſem Recluſus, qui colitur in Tabulis Eccleſiaſticis vndecimo Kalendas Iunij, prædicatúrque *virtute abſtinentiæ & prophetiæ ſpiritu inſignis*, cuius quidem commendationis rationem expoſuimus ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-quartum [c], cùm de Longobardorum irruptionibus in Galliam ageremus. *Cùm autem iam dies obitûs eius adpropinquaret, vocauit ad ſe Præpoſitum Monaſterij, dicens. Exhibe ferramentum, & inrumpe parietem, & mitte nuncios ad Epiſcopum ciuitatis, vt veniat ad me ſepeliendum, die enim tertio ab hoc egredior mundo, & vado in requiem deſtinatam, quam mihi Dominus repromiſit. Hæc eo dicente, miſit Præpoſitus Monaſterij ad Epiſcopum ciuitatis Nicenſis* *, *qui hæc ei nunciarent. Poſt hæc Creſcens quidam venit ad feneſtram, & videns eum catenis vinctum, vermibus plenum, ait. O Domine mi, qualiter tam valida tormenta tolerare potes? Cui ille ait. Confortat me ille pro cuius nomine hæc patior; dico autem tibi quia abſoluor ab his vinculis, & vado in requiem meam. Adueniente autem die tertio depoſuit catenas, quibus vinctus erat, proſtrauit ſe in orationem, & cùm diutiſſimè cum lachrymis oraſſet, conlocans ſe ſuper ſcamnum, extenſis pedibus eleuatiſque ad cælum manibus gratias agens Deo tradidit ſpiritum. Et ſtatim omnes vermes illi, qui ſanctos artus perforabant, euanuerunt. Adueniens autem Auſtadius Epiſcopus beatum corpus ſtudioſiſſimè ſepulturæ mandauit.* Hæc ſcribit Gregorius Turonenſis [d], aitque ſe ab hominis Andegauenſis ore cognouiſſe, qui per nimiam febrem eloquium pariter auditúmque perdiderat, lapsúque temporis de febre quidem conualuerat, ſurdus autem permanſerat ac mutus, cúmque ſanitatis obtinendæ causâ Romam ad Apoſtolorum ſepulchra proficiſceretur, in itinere valetudini priſtinæ redditus fuerat, poſtquàm Hoſpitius oleum benedictione ſanctificatum ori verticique eius infudiſſet. Narrat idem Author [e] aliud miraculum haud ſilendum. *Cùm Hoſpitius ſepeliretur, quidam iuxta eius ſepulchrum manum ponens parumper pulueris eleuauit. Quod in linteo inuoluens rudi ſecum ſuſtulit, progreſſúſque poſtridie nauem, qua Maſſiliam ire parabat, offendit in littore, ſed hic Lirinenſe Monaſterium expetere cupiebat. Viri igitur, quorum erat nauis, Iudaica erant ab ſtirpe progeniti. Quâ exiſtente causâ noluit vir indicare naucleris quæ ferebat. Denique poſtquàm progreſſi contra Lirinenſe Monaſterium deuenerunt, nauis in medio pelagi reſtitit, flantibuſque ventis nulla mouetur in parte, ſtupentibus verò Iudæis quid hoc eſſet, homo ille veritatem aperuit, dicens. Reliquias beati Hoſpitij mecum habeo, & nunc Lirinum* * *adire deſidero, quod vobis indicare metui. Nunc autem ſcio quia eius virtute retinetur nauis veſtra. Nec hinc moueri prorſus poterit, niſi conſenſum illuc præbeatis, quò ego ire diſpoſui. Quod audientes viri, ſtupore permoti, mutatis velis, flante vento ſecundo, viro in Inſula Lirinenſi depo-*

HOSPITIVS RECLVSVS MORITVR.
[c] Num. 4.
* Nice.
[d] Lib. 6. cap. 6.
[e] De gloria Conf. cap 97.
* Lerins.

AN. CH. 581. GVNTCH. CHILPER. RR. 20. CHILDEB. II. R 6.

ſito, quo voluerunt liberè abierunt. Venerandum ſancti Hoſpitij corpus in Cathedrali Eccleſia Nicienſi aſſeruari dicitur [a], colique die decimâ-quintâ Octobris. Sancto Hoſpitio non diu ſuperſtes fuit Auſtadius Epiſcopus, illius enim in Epiſcopatu ſucceſſor Catulinus Concilio Mariſconenſi ſecundo poſt quadriennium per Vicarium ſubſcripſit.

[a] Baron. in not. ad Martyr. d. 21. Mai.

V. INTERPOLATIO GREGORIANA.

Interpolator Gregorianus, ſi Gregorius obitum cuiuſpiam recenſuit, facilè expatiatur in mortem aliorum, de quorum tranſitu Gregorius ſiluit. Ad annum Childeberti Regis primum Gregorius refert obitum Germani Pariſienſis Antiſtitis; Interpolator inſerit mortem Senochi Preſbyteri, Caluppæ & Patrocli Recluſorum, necnon Brachionis Abbatis. Ad annum Childeberti Regis quintum, quo Gregorius Auſtrechildem Reginam, duóſque Chilperici Regis filios morbo dyſenterico conſumptos tradit, Interpolator ſubiicit obitum multorum Epiſcoporum, Heraclij Inculiſmenſis, Elaſij Catalaunenſis, Maurilionis Cadurcenſis, Agræculæ Cabilonenſis, & Dalmarij Ruthenenſis. Simili modo poſtquàm Gregorius de obitu ſancti Hoſpitij ad hunc annum, Childeberti Regis ſextum, diſſeruit, Interpolator addit tria capita, vnum de morte ſancti Ferreoli Pontificis Vcecenſis, alterum de morte ſancti Eparchij Recluſi Egoliſmenſis, tertium de morte ſancti Domnoli Cenomanenſis Epiſcopi.

VI. DE FERREOLO ET ALIIS EPP. VCECENS.

Primum tale eſt [b]. *Eo tempore Ferreolus Vcecenſis Epiſcopus, magnæ vir ſanctitatis obiit, plenus ſapientiâ & intellectu. Qui libros aliquos Epiſtolarum, quaſi Sidonium ſecutus, compoſuit. Poſt cuius obitum, Albinus ex Præfecto per Dinamium Rectorem Prouinciæ extra Regis conſilium ſuſcepit Epiſcopatum. Quo non ampliùs quàm tribus vtens menſibus, cùm ad hoc cauſa reſtitiſſet, vt remoueretur, defunctus eſt. Iouinus iterum, qui quondam Prouinciæ Rector fuerat, Regium de Epiſcopatu Præceptum accepit. Sed præuenit eum Marcellus Diaconus, Felicis Senatoris filius. Qui conuocatis comprouincialibus, per conſilium Dinamij Epiſcopus ordinatus eſt. Sed & ipſe vi pulſatus, deinceps à Iouino, vt remoueretur, concluſus in ciuitate virtute ſe defenſare nitebatur, ſed cùm non valeret, muneribus vicit.* Hoc caput abeſt à Codicibus Corbeienſi ac Metenſi. Diuiditur in duas partes. Prima commendationem ſancti Ferreoli complectitur, altera ſucceſſores eius non parum vituperat. Migrauit ad Deum Ferreolus Vcecienſis * Epiſcopus, cùm annum vigeſimum-octauum ageret in Pontificatu, vt conſtat ex eius vita toties citata, cuius initium tale eſt. *Incipit vita beati Ferreoli Epiſcopi & Confeſſoris* II. *Nonas Ianuarij. Ferreolus vir Domini, Confeſſórque beatiſſimus, poſt tranſitum S. Firmini Pontificatum tenuit annis* XX. *&* VIII. Non deſunt, qui ſcribant Ferreolum Martyrio coronatum fuiſſe. Ita cenſent Authores variarum Genealogiarum, quibus Marcus Antonius *Dominicy* familiam Anſberti rediuiuam illuſtrauit. In omnium antiquiſſima, quæ regnante Pipino ſcripta eſt, hæc leguntur. *Ferreolus Epiſcopus in Vcetia ordinatus, ibíque Martyrio coronatus requieſcit in pace, vbi etiam multa per eum fiunt miracula.* In alia, quæ deſinit in Carolo Magno, hæc habentur. *Feriolus quidem Epiſcopus effectus in Vcetia ciuitate Martyrio coronatus eſt, ibíque requieſcit in pace.* Ceteras omittimus in quibus eadem repetuntur. Apertè pugnant hi Scriptores cum Interpolatore Gregoriano. Plura non occurrunt de ſancto Ferreolo. Mondericus eius frater, Ariſidienſis * Epiſcopus, vitam quoque in Chriſto clauſit feliciſſimè, *Ariſidij requieſcit in pace, vbi Deus pro eius meritis multa miracula operatur.* Verba ſunt quibus commendatur ab Auctoribus Genealogiarum, quæ deſinunt in Carolo Magno, in Lothario Auguſto & in Carolo Caluo. Tarſitia, Ferreoli & Monderici Epiſcoporum ſoror, virgo conſenuit apud Rutenos *, à quibus colitur die decimâ-quintâ Ianuarij, *fertur mortua mortuum ſuſcitaſſe.* Lege Genealogias ſuprà laudatas & Carmen de origine & exordio gentis Francorum ſub Carolo Caluo ſcriptum, in quo Poëta, poſtquàm Ferreolum, Mondericum & Tarſitiam laudauit, elogium abſoluit hoc verſu,

Vos tria cæleſti ſcripſiſtis nomina libro.

[b] Lib. 6. c. 7.

* d'Vſez.

* d'Arſat.

* Rhodez.

AN. CH. 581.

GVNTCH. CHILPER. RR. 20.

CHILDEB. II. R. 6.

VII.

Alterum interpolationis caput in vulgato Gregorio [a] tale eſt. *Obiit & Eparchius Reclauſus Egoliſmenſis, vir magnificæ ſanctitatis, per quem Deus multa miracula oſtendit, de quibus, relictis plurimis, pauca perſtringam. Petrogoricæ * vrbis incola fuit, ſed poſt conuerſionem Clericus factus, Egoliſmam veniens, Cellulam ſibi ædificauit. In qua collectis paucis Monachis, in oratione morabatur aſſiduè, & ſi ei aliquid auri argentíque offerebatur, aut in neceſſitatibus pauperum, aut in redemptione captiuorum diſtribuebat. Panis in cellula illa eo viuente coctus numquam fuit, ſed è deuotis, cùm neceſſitas exegiſſet, inferebatur. Magnam enim cateruam populorum de oblationibus deuotorum redemit, puſularum malarum venenum Crucis ſigno ſæpè compreſſit: dæmonas de obſeſſis corporibus oratione abegit, & Iudicibus plerumque, vt culpabilibus ignoſcerent, dulcedine profuſá imperauit potiùs quàm rogauit. Nam ita erat dulcis adloquio, vt ei negare non poſſent, cùm fuiſſet indulgentiam deprecatus. Quodam verò tempore, dum pro furto quis ad pendendum deduceretur, qui & in aliis multis ſceleribus tam in furtis quàm in homicidiis accuſabatur ab incolis criminoſiùs, & hæc ei nunciata fuiſſent, miſit Monachum ſuum ad deprecandum Iudicem, vt ſcilicet culpabilis ille vita concederetur. Sed inſultante vulgo atque vociferante, quòd ſi hic dimitteretur, neque regioni, neque Iudici poſſit eſſe conſultum, dimitti non potuit. In terra extenditur, ad trocleas virgis ac fuſtibus cæditur, & patibulo condemnatur. Cùmque mæſtus Monachus Abbati renunciaſſet, vade, inquit, adtende à longè, quia ſcito quòd quem homo reddere noluit, Dominus ſuo munere donabit. Tu verò cùm eum cadere videris, protinus adprehenſum adducito in Monaſterium. Monacho verò iuſſa complente, ille proſternitur in oratione, & tam diu in lachrymis ad Dominum fudit preces, quoadusque diſrupto obice cum catenis terra reſtitueretur adpenſus. Tunc Monachus adprehenſum eum, Abbatis conſpectibus incolumem repræſentat. At ille gratias Deo agens, Comitem arceſſiri iubet, dicens. Semper me benigno animo ſolitus eras audire, fili dilectiſſime. Et cur hodie induratus hominem, pro cuius vita rogaueram, non laxaſti? At ille, libenter te, inquit, audio, ſancte Sacerdos. Sed inſurgente vulgo, aliud facere non potui, timens ſuper me ſeditionem moueri. Et ille, tu, inquit, me non audiſti, Deus autem audire dignatus eſt, & quem tu tradidiſti morti, ille vitæ reſtituit, en, inquit, coram te adſtat ſanus. Hæc eo dicente, proſternitur ad pedes Comitis ſtupentis, quòd videbat viuere quem in mortis interitu reliquiſſet. Hæc ego ab ipſius Comitis ore cognoui. Sed & alia multa fecit, quæ inſequi longum putaui. Poſt quadraginta quatuor verò annos Reclusionis ſuæ parumper febre pulſatus tradidit ſpiritum. Protractuſque è cellula, ſepulturæ mandatus eſt. Magnus autem conuentus (vt diximus) de redemptis, in eius proceſſit exequiis.* Hoc caput abeſt à Codicibus Corbeienſi ac Metenſi, atque inſertum Gregorio facilè probatur, quia diſcrepat ab eodem Gregorio & à recta Chronologia. Maximam inter vtrumque Scriptorem differentiam reperies, ſi narrationem Interpolatoris ſuprà recitatam contuleris cum hoc Gregorij textu quem liber de gloria Confeſſorum [b] ſuppeditat. *Sed & ad Eparchy Egoliſmenſis vrbis Reclauſi ſepulchrum ſæpiùs infirmi ſanantur. Nam & frigoreticorum febres & alia incommoda eius meritis reſtinguntur. Cæcus verò de Petragorico * territorio, vt ſe ſepulturæ illi proiecit, fuſá oratione lumen recipere meruit. Comes autem antedictæ vrbis * Egoliſmenſis, fure inuento ac ſuppliciis dedito, patibulo condemnari præcepit. At ille cùm duceretur ad mortem, inuocare huius Sancti nomen cœpit, & adductus ad ſtipitem fuſô oratione ſuper terram patibulo adpenſus relictus eſt. Quod cùm Monachi præſenſiſſent, ſimul proiecti ad tumulum Sancti orare cœperunt dicentes. O ſancte Confeſſor, ſi tibi vita ſuperſtes eſſet in ſeculo, eruere potueras hunc pauperem de manu mortis, ſicut plerumque tali addictos ſupplicio liberaſti. Sed nunc non diffidimus de tua oratione, vt quod viuens feciſti in ſeculo, poſſis renouare ſublimatus in cælo. Et datâ nocte miſit Abba vſque ad furcam. Accedente autem Monacho, ſtatim diſruptis ligaminibus, terra dilapſus eſt, & ſic ſuſtentatus à Monacho viuens adducitur ad Monaſterium, hauſtúmque parumper vinum *, conualuit, vitáque à Iudice obtentá liber abſceſſit.* Quod attinet ad Chronologiam, calculus Interpolatoris ſtare non

[a] Lib. 6. c. 8. De Eparchio Recluso.

* Perigueux.

[b] Cap. 100.

* le Perigord.

* Angoulesme.

* id eſt, hauſto vino.

AN. CH. 581. GVNTCH. CHILPER. RR. 20. CHILDEB. II. R. 6.

poteſt. Eparchius enim, ſi *poſt quadraginta-quatuor annos Recluſionis ſuæ parumper febre pulſatus, tradidit ſpiritum*, vitam vltra hunc annum, Childeberri Regis ſextum, protraxit, quia Recluſionem non appetiit antequàm Pontificatum Inculiſmenſem obtineret Aptonius, cuius deceſſot Lupicinus Concilio Aurelianenſi quarto per Egerium Preſbyterum ſubſctipſit anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-primo. Meliùs igitur Author vitæ, quem iam laudauimus, eius obitum conſignar poſt annos Recluſionis nouem ac triginta. Colitur ſanctus * Eparchius Kalendis Iulijs; Abbas vocatur in Tabulis Eccleſiaſticis quia multos diſcipulos erudiuit.

* S. Cybar.

VIII.

a Lib. 6. cap. 9.

DE DOMNOLO EP. CENOMAN.

Tertium caput interpolationis in vulgato Gregorio [a] tale eſt. *Domnolus verò Cenomannorum Epiſcopus ægrotare cœpit. Tempore enim Chlothary Regis apud Pariſius ad Baſilicam ſancti Laurenty gregi monaſteriali præfuerat. Sed quoniam, Childeberto ſeniore viuente, ſemper Chlothario fidelis extitit, & nuncios illius ad ſpeculandum crebriùs occulebat, præſtolabatur Rex locum, in quo Pontificatûs honorem acciperet. Migrante enim Auennienſis ciuitatis Pontifice, iſtum illuc dare deliberauerat. Sed beatus Domnolus hæc audiens ad Baſilicam ſancti Martini Antiſtitis, quò tunc Chlotharius Rex ad orationem veneras, acceßit, & nocte totâ in vigiliis excubans per priores qui aderant Regi ſuggeſtionem intulit, vt non quaſi captiuus ab eius elongaretur aſpectu, nec permitteret ſimplicitatem illius inter Senatores Sophiſticos ac Iudices Philoſophicos fatigari, adſerens hunc locum humilitatis ſibi eſſe potiùs quàm honoris. Ad hæc Rex annuens, migrante Innocentio Cenomannorum Epiſcopo, ipſum Eccleſiæ illi Antiſtitem deſtinauit. Iam adſumpto Epiſcopatu, talem ſe tantúmque præbuit, vt in ſumma ſanctitatis culmen euectus, debili vſum greſſuum, cæco reſtitueret viſum. Qui poſt viginti-duos Epiſcopatûs annos, dum ſe cerneret morbo regio calculóque grauißimè fatigari, Theodulfum Abbatem in locum ſuum praelegit. Cuius adſenſui Rex præbuit voluntatem. Sed non multum poſt tempus mutatâ ſententiâ, in Badegiſilum domûs regiæ Maiorem transfertur electio. Qui tonſuratus, gradus quos Clerici ſortiuntur aſcendens, poſt quadraginta dies migrante Sacerdote ſucceßit.* Hoc caput, quod in Codicibus Corbeienſi ac Metenſi non inuenitur, ad annum Chriſti quingenteſimum

b Num. 19. & ſeqq.

quadrageſimum-quintum [b] iam examinauimus maxima ex parte, fabuloſáque deprehendimus ea quæ ibi nattantur de Domnolo Abbate, de Pontificatu Auenionenſi, de obitu ſancti Innocentij Cenomanenſis Epiſcopi, déque tempore quo Domnolus Diœceſim Cenomanenſem rexit. Supereſt vt de illius morte ac ſucceſſore diſſeramus. *Militiæ certamine iam peracto*, inquit Au-

c Ap. Sur d. 16. Maij.

ctor vitæ coætaneus [c], *& impendente reſolutionis eius tempore, cœpit vir pius morbo laborare, nec tamen os eius morbi vis à laudando Deo potuit cohibere. Conuocans autem diſcipulos ſuos diem & horam obitûs ſui illis prædixit imminere, docuitque eos, quemadmodum antiqui hoſtis inſidias cauerent, & à malo ſe abſtinentes bonis operibus inhærerent. Deinde ipſis Calendis Decembris in ſenectute bona vir beatißimus in pace quieuit, humatúſque eſt à diſcipulis ſuis in Eccleſia beatorum Martyrum Vincenty & Laurenty, vbi longè antè ſepulchrum beato Germano ipſe condiderat.* Hic Auctor nec exponit genus morbi quo Domnolus laborauit, nec eius ſucceſſorem nominat, ſed diem notat obitûs quem Intetpolator Gregorianus omiſit. Vtroque Scriptore ſimul collato, non exiſtimamus veritati repugnare poſteriores has periodos interpolationis. *Domnolus dum ſe cerneret morbo regio calculóque grauißimè fatigari, Theodulfum Abbatem in locum ſuum praelegit. Cuius adſenſui Rex præbuit voluntatem. Sed non multum poſt tempus mutatâ ſententiâ, in Badegiſilum domûs regiæ Maiorem transfertur electio. Qui tonſuratus, gradus quos Clerici ſortiuntur aſcendens, poſt quadraginta dies migrante Sacerdote ſucceßit.* Domnolus igitur morbo regio calculóque grauiſſimè vexatus interiit Kalendis Decembris. Eo viuente Bade-

d Lib. 8. c. 39.

geſilus, cuius mentio fit apud Gregorium [d] Turonenſem, electus eſt in Epiſcopum, & Eccleſiaſticos Ordines ſuſcepit aſſentiente vxore Magnatrude, quæ priùs ei filiam pepererat, quam poſteà ſub Bertchramni Pontificatu

Cuppa,

Cuppa, qui Comitatum ſtabuli ſub Chilperico Rege geſſerat, vi ſibi ſociare voluit in coniugem anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo, vt Gregorius Turonenſis [a] ad illum annum, Childeberti Regis decimum-quintum, ſcribit. *Badegiſilus tonſuratus, gradus quos Clerici ſortiuntur aſcendens, poſt quadraginta dies migrante Sacerdote ſucceſſit.* Hæc verba Badegiſilum ad Eccleſiaſticos Ordines promotum fuiſſe ſuperſtite ſancto Domnolo, eidémque poſt quadraginta dies demortuo ſucceſſiſſe palàm declarant. Miramur ea in alium ſenſum à Ioannne Bondonneto detorqueri, qui Badegiſilum ſancto Domnolo poſt quadraginta dies ab eius obitu ſubrogatum putat, atque inde ſibi ob oculos ponit varias difficultatum ambages, è quibus extricare ſe nequit expeditè. Sanctus Domnolus, vt Author vitæ teſtatur, migrauit ad Deum Kalendis Decembribus, quo die feſtum illius anniuerſariâ celebritate recolitur à Cenomanenſibus, licèt nomen in Tabulis Eccleſiaſticis legatur decimo-ſeptimo Kalendas Iunij. Si Badegiſilus poſt quadraginta dies à migratione ſancti Domnoli ſeu quarto Idus Ianuarij ſucceſſit in Epiſcopatum anno ſequenti, quomodò ſextum Pontificatûs annum inchoauit currente anno Childeberti Regis vndecimo, quem Bondonnetus claudit octauo Kalendas Ianuarias anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto, quia Gregorius Turonenſis Childeberti Regis annos, quibus & aliorum Regum annos illigat, à die Natiuitatis Dominicæ, quo Rex eleuatus eſt, auſpicatur? Vt autem ex Badegiſili Pontificatu conſtat Domnolum vltra hunc annum haud vixiſſe, ſic eumdem Domnolum ad hunc annum perueniſſe liquet ex nouis reditibus, quibus Eccleſiam beatorum Martyrum Vincentij & Laurentij auxit hoc anno, vt Bondonnetus in obſeruationibus ad eius vitam probat ex charta ipſiuſmet donationis, anno Chilperici Regis viceſimo, Nonis Septembribus data.

AN. CH. 581.
GVNTCH. CHILPER. RR. 20.
CHILDEB. II. R. 6.

[a] Lib. 10. c. 5.

IX. Præter vulgata capita, ſeptimum, octauum & nonum libri ſexti Gregoriani, quæ non inueniuntur in Codicibus Corbeienſi ac Metenſi, deſiderantur etiam in iiſdem Codicibus duo proximè ſubſequentia, quorum vnum eſt de Baſilica ſancti Martini effracta, alterum de Theodoro Epiſcopo Maſſilienſi & Dinamio Rectore Prouinciæ. Deſunt argumenta, quibus prius aut probetur aut improbetur. Poſterius autem, quamuis à prædictis Codicibus abſit, pluis promeretur fidei, quia vulgata eiuſdem libri capita duodecimum & viceſimum-quartum, quæ deſcripta ſunt in prælaudatis Codicibus, arctiſſimè cum capite illo vndecimo connectuntur. Caput enim duodecimum inchoatur ab his verbis, *igitur Chilpericus Rex cernens has diſcordias inter fratrem & nepotem ſuum pullulare*, nec ad alias referendum videtur diſcordias quàm ad eas quæ narrantur ſuperiori capite, cuius poſtrema periodus hæc eſt, *ex hoc autem grauis inimicitia inter Guntchramnum Regem & Childebertum nepotem ſuum exoritur, diſruptóque fœdere ſibi inuicem inſidiabantur.* Et caput viceſimum-quartum cum hoc exhibetur initio, *noua iterum contra Theodorum bella conſurgunt*, nec alia ſubindicat bella contra Theodorum antè geſta, quàm quæ capite commemorantur vndecimo. Præterea capitis duodecimi, quod cum vndecimo tam arctè coniungitur, mentionem facit Fredegarius [b] in Hiſtoria epitomata.

[b] Cap. 87.

X. Caput [c], quod de Baſilica ſancti Martini inſtituitur, tale eſt. *His diebus Baſilica ſancti Martini à furibus effracta fuit. Qui ponentes ad feneſtram abſidæ cancellum, qui ſuper tumulum cuiuſdam defuncti erat, aſcendentes per eum, effracta vitrea ſunt ingreſſi. Auferentéſque multùm auri argentique & palliorum holoſericorum abierunt, non metuentes ſuper ſanctum ſepulchrum pedem ponere, vbi vix vel os adplicare præſumimus. Sed virtus Sancti voluit hanc temeritatem etiam cum iudicio manifeſtare terribili. Nam hi perpetrato ſcelere ad Burdegalenſem ciuitatem venientes, orto ſcandalo, vnus alterum interemit. Sícque patefacto opere furtum repertum eſt, ac de hoſpitali eorum argentum comminutum & pallia ſunt extracta. Quod cùm Regi Chilperico nunciatum fuiſſet, iuſſit eos alligari vinculis, & ſuo conſpectui præſentari. Tunc ego* (Gregorius Turonenſis Epiſcopus) *metuens, ne ob illius cauſam homines morerentur, qui viuens in corpore pro perditorum vita ſa-*

[c] Lib. 6. cap. 10.

DE BASILICA S. MARTINI EFFRACTA.

AN. CH. 581. GVNTCH. CHILPER. RR. 20. CHILDEB. II. R. 6.

piùs deprecatus eſt, Epiſtolam Regi precationis tranſmiſi, ne nobis non accuſantibus, ad quos proſecutio pertinebat, hi interficerentur. Quod ille benignè ſuſcipiens, vitæ reſtituit. Species verò, quæ diſsipata fuerant, ſtudioſiſsimè componens, loco ſancto reddi præcepit.

XI. [a] Lib. 6. c. 11. DISSENSIONES INTER THEODORVM EP. MASSIL. ET DINAMIVM RECTOREM PROVINCIÆ.

Caput [a], quod de Theodoro Epiſcopo & Dinamio inſcribitur, tale eſt. *Apud Maſſilienſem verò vrbem Dinamius Rector Prouinciæ grauiter inſidiari Theodoro Epiſcopo cœpit. At ille ad Regem properare diſponens, comprehenſus ab eo, in medio ciuitatis tenetur, & grauiter iniuriatus tandem laxatus eſt. Clerici autem Maſſilienſes dolum cum Dinamio moliebantur, vt ab Epiſcopatu eiiceretur. Sed dum ad Regem Childebertum ambularet, cum Iouino Expræfecto à Guntchramno Rege detineri iubetur. Quod audientes Maſſilienſes Clerici, gaudio magno repleti, quòd iam teneretur, iam deputaretur exilio, quòd iam in hoc res perſtitiſſet, vt nunquam Maſſiliam reuerteretur, domos Eccleſiæ adprehendunt, miniſteria deſcribunt, regeſtoria reſerant, promptuaria expoliant, omnéſque res Eccleſiæ tanquam ſi iam mortuus eſſet Epiſcopus, peruadunt, diuerſa crimina de Pontifice proloquentes, quæ falſa, Chriſto auſpice, deprehendit. Childebertus verò poſtquàm cum Chilperico pacificatus eſt, Legatos ad Guntchramnum Regem mittit, vt medietatem Maſſiliæ, quam ei poſt obitum patris ſui dederat, reddere deberet. Quod ſi nollet, nouerit ſe multa perditurum pro partis iſtius retentione. Sed ille cùm hæc reddere nollet, vias claudi præcepit, vt nulli per regnum eius tranſeundi aditus panderetur. Hæc cernens Childebertus Gundulfum ex Domeſtico Ducem factum, de genere Senatorio, Maſſiliam dirigit. Qui cùm non auderet ambulare iam per Guntchramni regnum, Turonis venit. Quem benignè ſuſceptum, recognoſco* (verba ſunt Gregorij Turonenſis) *matris meæ auunculum eſſe*, id eſt, ſancti Nicetij Lugdunenſis quondam Epiſcopi fratrem, *retentúmque mecum quinque diebus, impoſitíſque neceſſariis, abire permiſi. Ille verò progreſſus, Maſſiliam ingredi obſiſtente Dinamio non valebat. Sed nec Epiſcopus, qui iam tunc cum Gundulfo venerat, in Eccleſia ſua recipiebatur. Dinamius autem vnà cum Clericis portas obſerat vrbis, inſultans pariter, atque vtrumque deſpiciens, Epiſcopum ſcilicet & Gundulfum. Tandem ad colloquium Ducis adſcitus, in Baſilicam beati Stephani, quæ vrbi eſt proxima, venit. Oſtiarij enim cuſtodiebant ædis ingreſſum, vt introeunte Dinamio valuæ protinus clauderentur. Quo facto, excluſa armatorum turba poſt Dinamium ingredi nequiuerunt. Quo non intelligente, dum diuerſa inter ſe ſuper altarium conferunt, recedentes ab altario, ſalutatorium ingrediuntur. Introeuntem cum his Dinamium, nudatúmque iam à ſuorum ſolatio terribiliter increpant. Fugatíſque ſatellitibus, qui cum armis eo adducti circumſtrepebant, ſeniores ciuium ad ſe Dux vnà cum Epiſcopo collegit, vt ciuitatem ingrederetur. Tunc Dinamius hæc omnia cernens, veniam petens, datis Duci multis muneribus, reddito etiam ſacramento, ſe fidelem Epiſcopo deinceps Regíque futurum, ſuis induitur veſtimentis. Tunc reſeratis tam portarum quàm ſacrarum ædium valuis, ingrediuntur vtrique ciuitatem, Dux ſcilicet & Epiſcopus, cum ſignis & laudibus diuersíſque honorum vexillis. Clerici autem, qui ſceleri huic mixti fuerant, quorum caput Anaſtaſius Abbas & Proculus Presbyter erant, intra Dinamij tecta confugiunt, petentes ab eo opem refugij, à quo fuerant incitati. Multi tamen eorum per idoneos fideiuſſores dimiſſi, ad Regem iuſſi ſunt ambulare. Intereà Gundulfus ſubiugatâ ciuitate in Childeberti Regis ditionem, reſtitutóque in locum ſuum Antiſtite, ad Regem Childebertum regreſſus eſt. Sed Dinamius immemor fidei, quam Childeberto Regi promiſerat, ad Guntchramnum Regem nuncios dirigit dicens, quòd partem ſibi debitam ciuitatis per Epiſcopum perderet, nec vnquam Maſſilienſem vrbem ſuo potiretur dominio, niſi hic euellatur ab ea. At ille irâ commotus, iubet contra fas religionis, vt Pontifex ſummi Dei arctatus vinculis ſibi exhiberetur, dicens. Trudatur exilio inimicus regni noſtri, ne nobis nocere ampliùs valeat. Sed cùm Epiſcopus de his ſuſpectus eſſet, nec facilè poſſet ab vrbe erui, aduenit feſtiuitas dedicationis Oratorij ruris ſuburbani. Cúmque ad hæc feſta egreſſus ciuitatem properaret, ſubitò armati cum magno fremitu ab occultis inſidiis ſcatentes ſanctum vallant Antiſtitem, deiectúmque ab equo, fugant omnes comites eius, ſeruientes*

alligant, Clericos cadunt, ipſúmque ſuper miſerabilem imponentes caballum, nul- AN. CH.
lum de ſuis ſequi permittentes, ad Regis deducunt præſentiam. Cúmque per Aquen- 581.
*ſem * præterirent vrbem, Pientius Epiſcopus loci, condolens fratri, datis Clericis* GVNTCH.
ad ſolatium, impoſitíſque neceſſariis, abire permiſit. Dum hæc agerentur, Clerici CHILPER.
iterum Maßilienſes domos Eccleſiæ reſerant, arcana rimantur, & alia deſcribunt, RR. 20.
alia ſuis domibus inferunt. Epiſcopus verò ad Regem deductus, nec culpabilis inuen- CHIL-
tus, ad ciuitatem ſuam redire permiſſus, cum grandi eſt à ciuibus laude ſuſceptus. DEB. II.
Ex hoc autem grauis inimicitia inter Guntchrammum Regem & Childebertum nepo- R. 6.
tem ſuum exoritur, diſruptóque fœdere ſibi inuicem inſidiabantur. Belli gerendi
occaſione ex illis diſcordiis ſumptâ, quid Chilpericus aduerſus Guntchram- * Aix.*
num Regem molitus fuerit, capite ſequenti ſic exponit Gregorius [a]. *Igitur* CHILPERICVS
Chilpericus Rex cernens has diſcordias inter fratrem & nepotem ſuum pullulare, De- BELLVM
ſiderium Ducem euocat, iubétque vt aliquid nequitiæ inferat fratri. At ille, commoto INFERT
*exercitu, Regnoualdo Duce fugato, Petrogoricum peruadit, exactáque * ſacramen-* GVNT-
ta, Agennum pergit. Hæc audiens vxor Regnoualdi, quòd ſcilicet fugato viro ſuo, hæ CHRAMNO.
ciuitates in poteſtatem Regis Chilperici redigerentur, Baſilicam ſancti Martyris Ca- [a] Lib. 6. c. 12.
praſij expetiit. Sed extracta exinde, & ſpoliata à facultate ac famulorum ſolatio, * id eſt, exacto ſacramento.
datis fideiuſſoribus Tholoſæ dirigitur. Ibíque iterum in Baſilica ſancti Saturnini re-
ſidebat. Deſiderius verò cunctas ciuitates, quæ in parte illa ad Regem Guntchram-
num aſpiciebant, abſtulit, & ditionibus Chilperici ſubegit. Beruljus verò Dux, cùm
Bituricas mußitare, quòd Toronicum terminum ingrederentur, audiſſet, exercitum
commouet, & ſe in ipſos fines ſtatuit. Grauiter tunc pagus Siodunenſis ac Berranen-
ſis vrbis Toronicæ deuaſtati ſunt. Sed & poſteà crudeliter, qui in hac obſidione adeſ-
ſe non poterant, ſunt damnati. Baudaſtis verò Dux in Waſconiam abiit, maxi-
mámque partem exercitûs ſui amiſit. In illa narratione nonnulla ſunt obſeruan-
da. Theodorus Maſſilienſis Epiſcopus, *dum ad Regem Childebertum ambularet,*
cum Iouino Expræfecto à Guntchramno Rege detineri iubetur; poſteà reſtituitur li-
bertati, cúmque Gundulfo, quem Childebertus ex Domeſtico Ducem fe-
cerat, Maſſiliam proficiſcitur. Iouinus liber proculdubiò dimiſſus eſt cum
Theodoro, túncque, ſi vera ſcripſit Interpolator [b], *Regimen de Epiſcopatu* Vce- [b] Lib. 6. c. 7.
cenſi *Præceptum* accepit à Childeberto Rege. *Sed præuenit eum Marcellus Dia-*
conus, Felicis Senatoris filius. Qui conuocatis comprouincialibus, per conſilium Di-
namij Epiſcopus ordinatus eſt. Sed & ipſe vi pulſatus, deinceps à Iouino, vt re-
moueretur, concluſus in ciuitate, virtute ſe defenſare nitebatur, ſed cùm non vale-
ret, muneribus vicit. Anaſtaſius Abbas, qui Theodoro Epiſcopo inimicum ſe
præbuit, inter Abbates ſancti Victoris annumeratur. Baſilicæ ſanctorum Mar-
tyrum Capraſij & Saturnini, quas vxor Regnoualdi Ducis expetiit, percele-
bres erant. Sanctus Capraſius in Tabulis Eccleſiaſticis ita commendatur de-
cimo-tertio Kalendas Nouembris. *Agenni * in Gallia, S. Capraſij Martyris, qui* * Agen.
cùm rabiem perſecutionis declinans lateret in ſpelunca, tandem audiens qualiter bea-
ta Fides Virgo pro Chriſto agonizaret, animatus ad tolerantiam paßionum, orauit ad
Dominum, vt ſi cum gloriâ Martyrij dignum indicaret, ex lapide ſpeluncæ limpi-
diſſima aqua manaret, quod cùm Dominus præſtitiſſet, ſecurus ad aream certaminis
properauit, & palmam Martyrij ſub Maximiano fortiter dimicando promeruit. Et
ſanctus Saturninus * Toloſanæ ciuitatis Epiſcopus, *temporibus Decij in Capi-* * S. Sernin.
tolio eiuſdem vrbis tentus, atque à ſumma Capitolij arce per omnes gradus præcipi- XII.
tatus, capite colliſo, excuſſóque cerebro, & toto corpore dilaniato, dignam Chriſto GREGORIVS INTERPOLATVS.
animam reddidit, vt habent eædem Tabulæ tertio Kalendas Decembris.

Vulgatum caput decimum-tertium libri ſexti Gregoriani, quod de Lu-
po & Ambroſio Turonicis ciuibus interfectis inſcribitur, nec pertinet ad An- XIII.
nales Eccleſiaſticos, nec inuenitur in Codicibus Corbeienſi ac Metenſi.

Hoc anno Theodorus ciuis Gratianopolitanus, Romanæ ſtirpis nobilitate AMATVS
clarus, cùm filium Amatum Monaſterio ſe traditurum promiſiſſet, beati Mau- FIT MONACHVS
ritij liminibus, id eſt, Agaunenſi Cœnobio pium adoleſcentem munus Deo AGAVN.
gratiſſimum obtulit, vt legitur in vita ipſius Amati [c]. De tempore dubium [c] Ap. Sur. d. 13. Sept.

AN. CH. 581. GVNTCH. CHILPER. RR. 20. CHILDEB. II. R. 6.

otiti non poteſt, Amatus enim anno pòſt trieeſimo-tertio, eùm annos triginta in Agaunenſi Monaſterio, triennium fermè in ſolitudine exegiſſet, in familiaritatem venit Euſtaſij Abbatis Luxouienſis, qui Clotarij Regis iuſſu Bobium ad Columbanum Abbatem contendebat. Euſtaſius autem anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto profectionem in Italiam ſuſcepit, vt ſuo loco dicturi ſumus.

XIV. SANCTINVS EP. SILVANECTENSIS MORITVR.

In Annalibus Siluanectenſibus hoc anno ponitur obitus ſancti Sanctini Siluanectenſis Epiſcopi, poſtquàm ſediſſet annos vnum ac viginti, ſed hic annorum numerus in duos Præſulatus diſtingui debet, quia beatus Sanctinus ad Epiſcopatum non eſt promotus ante annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſextum, quo ſanctus Lethardus Gonotigerni ſucceſſor in Angliam profectus eſt cum Adilberga Regina. Colitur Siluanecti * ſanctus Sanctinus ſeptimo Idus Ianuarij, viſuntúrque etiamnum rudera Capellæ ſancti Sanctini prope muros eiuſdem ciuitatis in cœmeterio ſancti * Reguli. Beato Sanctino in Epiſcopatum ſucceſſit Malulfus, qui funus Chilperici Regis curauit, vt ſuo loco dicemus.

* Senlis. * S. Rieule.

SVCCEDIT MALVLFVS.

XV. ECCLESIA S. MAXIMILIANI CONSTRVITVR IN BOIOARIA.

Inter Eccleſias, quas Rupertus Epiſcopus in Boioaria temporibus Theodonis Ducis erexit, annumeratur Eccleſia ſancti Maximiliani, cuius conditum ſic exponit Arno [a]. *De Cella ſancti Maximiliani ita contigit, vt conſtrueretur ab initio. Ibant duo fratres in locum, qui dicitur Ponganni, nomen vnius Tonozanus, & alterius nomen Vrſo, in venatione & ad aurum faciendum, ibi enim erant auri fodinæ, & viderunt illuc multa luminaria pluribus noctibus, & alia ſigna multa, & venientes ad Dominum Hrodbertum Epiſcopum dixerunt ei quod ipſi ibi viderunt, & ipſe pergens cum eis vidit ibi ſimiliter. Tunc quoque miracula, ipſa* [illegible] *Theodo ei perrexit Dominus Hrodbertus ad Theodonem Ducem, & dixit ei* [illegible] *rogáuſque cum licentia ſibi dare vt cellam ibi conſtrueret, & ita* [illegible] *licentiam dedit. Veniénſque Dominus Hrodbertus iterum ibidem cum* [illegible] *ſuis & cum prædictis fratribus, & cœpit ibi ſtirpare, & locum mundare, & Oratorium facere. Facto autem Oratorio venit iterum ad Theodonem Ducem, & rogauit eum ſecum ibidem venire, venientes autem ibidem Dominus Hrodbertus conſecrauit ipſum Oratorium. Theodo Dux tradidit ipſum locum ad ſanctum Petrum ad Salzburg Monaſterium, & ex omni parte miliarios III. Et ipſi prædicti fratres cum licentia & cum conſenſu Theodonis Ducis tradiderunt ibidem omnem rem eorum quamcumque habebant, & nepotes eorum commendauerunt ad diſcendum & ad tendendum ad Salzburch Monaſterium, nomen vnius Wrmhari & alterius nomen Ciſſimo, & Dominus Hrodbertus miſit ibidem ſuos Monachos ad officium Dei faciendum & ad ipſam cellam faciendam.* In Actis ſancti Ruperti, quæ primùm à Caniſio [b], deinde à Surio [c] publicata ſunt, loco, quem idem Epiſcopus Æde ſancti Maximiliani conſpicuum fecit, nomen eſt *Bong*[illegible], mentióque fit Domningi Presbyteri, quem beatus Antiſtes ad eundem *miſit, præcipiens vt veritatem huius ſigni,* lucernarum ſcilicet ardentium, *diligenter approbaret, ponendo in eodem loco Crucem ligneam, quam ipſe S*[illegible] *ſuâ almâ benedixit manu, & illuc direxit. Domningus verò illuc cùm perueniſſet, ſtatim primo noctis exordio cum Religioſis qui ſecum aderant, cælitus emiſſas aſpiciebat claras lucernas deſcendere, & totam illam regionem loci ad inſtar ſolaris radij irradiare, & hanc viſionem per tres noctes cum ſuauitate mirifici odoris viderant radiare. Tunc ipſe in eodem loco benedictam Crucem erexit, & ſuper* ibi *vicats tugurio ad ſanctum Rudbertum regreſſus eſt, priorem aſſertionem certâ relatione confirmans. Sanctus Rudbertus quoque communicato conſilio cum Theodone per ſemetipſum tandem eremum petiit,* vt dictum eſt ſuprà.

* Apud Caniſ. Tom. 2. antiq. lect.

DOTATVR A THEODONE DVCE.

b Tom. 6. antiq. lect. c D. 27. Mart.

XVI. ET A THEODOBERTO EIVS FILIO AC SVCCESS.

Idem Auctor mortem Theodonis Ducis proximè ſubiungit, cùm Rupertus Epiſcopus erigendæ ſancti Maximiliani Baſilicæ ſedulò incumbebat. *Iſdem*, inquit, *temporibus Theodo aduerſam incidit valetudinem, cúmque e vita terminum ſibi appropinquare ſentiret, vocauit ad ſe Theodobertum filium ſuum, & Ducem Noricorum conſtituit, præcipiens ei obedire ſancto Rudberto ad Chriſtiani-*

tatem ſuam, & ſic ad opes diuinum diligenter illum adiuuare, ſanctúmque locum | AN. CH.
Iuuauenſis Eccleſiæ amare & honoribus & dignitatibus iugiter ſublimare. Cúmque | 581.
huiuſmodi mandatis & omnibus quibus voluerat filium inſtruxiſſet, vltimum | GVNTCH.
diem clauſit migrans ad Dominum. Ceterùm cùm Theodobertum à patre | CHILPER.
Theodone Ducem conſtitutum audis, caue ne Theodonem filiúmque Theodo- | RR. 20.
bertum ſupremo in Boios imperio potitos credas. Vterque Ducatum ſeu Præ- | CHIL-
fecturam Boicæ ſub Auſtraſiæ ſiue Orientalis Franciæ Regibus geſſit. | DEB. II.

Theodobertus Boiorum Dux auum maternum, Francorum quondam Re- | R. 6.
gem, nomine referebat. Poſt Patris obitum *cum Optimatibus ſuis ad ſanctum*
Rudbertum viſendi gratiâ perrexit, & veniens ad illum in dicta eremo, & illum | XVII.
& locum pio venerabatur affectu, dans ad Eccleſiam, quam ſanctus Rudbertus ibi | DICATVRA
conſtruxit, ac ipſo Duce præſente in honore ſancti Maximiliani dedicauit, tria mil- | RVPERTO
liaria vndique de eadem ſylua, & villam Albinam cum ceteris donariis, in ali- | EPISC.
moniam Monachorum, quos ſanctus Pontifex ibi ad Deo ſeruiendum poſuerat. In
Tabulis Eccleſiaſticis memoria ſancti Maximiliani celebris eſt quarto Idus
Octobris, *Celena in Pannonia ſancti Maximiliani Epiſcopi Laureacenſis.* Cele-
næ ſeu Celeiæ * natus eſt, inde digreſſus Noricum Ripenſe potiſſimùm ex- | * Cilley.
coluit, factus eſt Epiſcopus Laureacenſis, & in patriam reuerſus capitis ab-
ſciſſione Martyrium conſummauit ſub Ethnicis Romanorum Imperatoribus
Diocletiano & Maximiano. Lege illius elogium in Annalibus [a] Boicis apud | a Cap. 4. n. 3.
Andream Brunnetum.

ANNVS | 582.
CHRISTI 582. | GVNTCH.
GVNTCHRAMNI R. 21. | CHILPER. RR. 21.
CHILPERICI R. 21. | CHIL- DEB. II.
CHILDEBERTI II. R. 7. | R. 7.

ANNO Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſecundo, ſiue *anno ſeptimo* | I.
Childeberti Regis, qui, teſte Gregorio Turonenſi [b], *erat Chilperici &* | b Lib. 6. c. 14.
Guntchramni viceſimus-primus, in Galliis varia prodigia contigerunt, & ma- | PRODIGIA.
gna lues in populo fuit, vt idem Author teſtatur toto capite decimo-quarto
libri ſexti.

Interpolator duo capita [c] proximè ſubiunxit, vnum de Felice Epiſcopo | II.
Namnetenſi, alterum de Pappoleno & eius vxore. | c Lib. 6, capp. 15. 16

Primum abeſt à Codicibus Corbeienſi ac Metenſi, éſtque huiuſcemodi. | III.
Felix verò Epiſcopus Namnetica ciuitatis in hanc valetudinem corruens, grauiter | INTERPO-
ægrotare cæpit. Tunc vocatis ad ſe Epiſcopis qui propinqui erant, ſupplicat vt con- | LATIO DE
ſenſum, quem in Burgundionem nepotem ſuum fecerat, ſuis ſubſcriptionibus robo- | FELICE EP.
rarent. Quod cùm factum fuiſſet, eum ad me (ſic loquitur in perſona Gregorij | NAMNET.
Turonenſis) *dirigunt. Erat tunc temporis Burgundio quaſi annorum viginti-quin-*
que. Qui veniens rogat vt accedens vſque Namnetas, Epiſcopum eum in locum
auunculi, qui adhuc ſuperſtes erat, tonſoratum conſecrare deberem. Quod ego ab-
nui, quia Canonibus non conuenire cognoui. Conſilium tamen præbui, dicens. Ha-
bemus ſcriptum in Canonibus, fili, non poſſe quemquam ad Epiſcopatum accedere,
niſi prius Eccleſiaſticos gradus regulariter ſortiatur. Tu ergo, dilectiſſime, reuer-
tere illuc, & pete vt ipſe te qui elegit debeat tonſorare. Cúmque Presbyterij ho-
norem acceperis, ad Eccleſiam aſſiduus eſto. Et cùm eum Deus migrare voluerit,
tunc facilè Epiſcopalem gradum aſcendes. At ille regreſſus, conſilium acceptum ad-

AN. CH. 582. GVNTCH. CHILPER. RR. 21. CHILDEB. II. R. 7.

implere diſſimulauit, eò quòd Felix Epiſcopus ab incommodo leniùs agere videretur. Sed poſtquàm febris diſceſſit, tibia eius ab humore puſulas emiſerunt. Tunc cantharedarum cataplaſmam nimiùm validam ponens, computreſcentibus tibiis, anno Epiſcopatûs ſui triceſimo-tertio, ætate ſeptuagenariâ, vitam finiuit. Cui Nonnichius conſobrinus, Rege ordinante, ſucceſſit. Huic textui refragatur pietas Felicis Epiſcopi, qui Sanctorum numero inſcriptus reperitur in Tabulis Eccleſiæ Nannetenſis. Nefas eſt eum ſuſpicari tranſgreſſorem Canonum in gratiam nepotis. Tanti Pontificis laudi non ſemel detrahit Interpolator, vt alibi iam probauimus. Eundem verò Præſulem Gregorius in libro de gloria Confeſſorum & Fortunatus in ſuis Carminibus plurimùm laudant. Sancto Felici non inficiamur in Epiſcopatum ſucceſſiſſe Nonnichium, cuius meminit Gregorius Turonenſis [a] ad annum Childeberti Regis duodecimum, Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſeptimum; ſed eiuſdem ſancti Felicis obitum, quia octauo Idus Ianuarij contigit, in annum ſequentem reiicimus.

[a] Lib. 8. c. 43.

IV. ET DE PAPPOLENO.

Alterum caput, quamuis in Codicibus Corbeienſi ac Metenſi legatur, videtur etiam inſititium, quia cum ſuperiore quod admitti non poteſt arctiſſimè coniungitur hoc exordio, *audiens autem Pappolenus eius*, id eſt Felicis Epiſcopi, *obitum*, & ipſum Felicem Epiſcopum Nannetenſem in cauſa neptis non parum vituperat. Eſt autem huiuſmodi. *Audiens autem Pappolenus eius obitum, neptem illius, de qua ſeparatus fuerat, recipit. Ante autem hoc tempus deſponſatam eam habuerat. Sed diſſimulante de nuptiis Felice Epiſcopo, hic cum magna cohorte veniens ab Oratorio puellam abſtraxit, & in Baſilicam beati Albini confugit. Tunc Felix Epiſcopus irâ commotus circumuentam puellam dolis à marito ſeparauit, mutatâque veſte apud Vaſatenſem * vrbem in Monaſterio poſuit. Sed illa poſita erat occultos pueros nuncios dirigit, vt ſcilicet eam ereptam à loco in quo poſita erat acciperet. Quod ille non abnuens, adſumptam de Monaſterio puellam ſibi coniugio copulauit, regalibúſque munitus præceptionibus, timere parentum diſtulit* [illegible].

* Baſas.

Auctor nec ſatis æquus eſt erga Felicem Epiſcopum, quem iracundiæ ac doli palam inſimulat; nec ſibi ſatis conſtat, quia Pappolenus ſub huius capitis initium vxorem poſt Felicis Epiſcopi mortem recipit, ſub eiuſdem verò capitis finem per occultos nuncios monitus eam è Vaſatenſi Monaſterio educit, & ne quid ab eius propinquis ac parentibus atque ab ipſomet Epiſcopo timendum ſibi ſuperſit, præceptionem à Rege poſtulat obtinétque.

V. IVDÆI CONVERSI.

Poſt illam interpolationem ſequitur narratio rerum hoc anno geſtarum, atque inprimis ob oculos ponitur Iudæorum conuerſio. *Rex Chilpericus*, inquit Gregorius [b], *multos Iudæorum baptizari præcipit, ex quibus plures excepti ſunt à ſancto lauacro. Nonnulli tamen eorum corpore abluti tantùm non corde ad ipſam, quàm priùs perfidiam habuerant Deo mentiti regreſſi ſunt, itaut & Sabbatum obſeruare & diem Dominicum honorare videantur. Priſcus verò*, cuius mentionem anno priori iam fecimus, *ad cognoſcendam veritatem nullâ penitus potuit ratione deflecti. Tunc iratus Rex iuſſit eum cuſtodia mancipari, ſcilicet vt quem credere voluntariè non poterat, audire & credere faceret vel inuitum. Sed ille datis quibuſdam muneribus ſpatium poſtulat, donec filius eius Maſſilienſem Hebræam accipiat, pollicetur doloſè ſe deinceps quæ Rex iuſſerat impleturum. Intereà oritur intentio inter illum & Phatyren ex Iudæis conuerſum, qui iam Regis filius erat ex lauacro. Cúmque die Sabbati, Priſcus præcinctus orario, nullum in manu ferens ferramentum, Moyſaicas leges quaſi impleturus ſecretiora competeret, ſubitò Phatyres adueniens ipſum gladio cum ſociis qui aderant iugulauit. Quibus interfectis, ad Baſilicam ſancti Iuliani cum pueris ſuis, qui ad propinquam plateam erant, confugit. Cúmque ibidem reſiderent, audiunt, quòd Rex, dominum * interfectum, famulos tanquam malefactores à Baſilica tractos iuberet interfici. Tunc vnus ex his euaginato gladio, domino iam fugato, ſocios ſuos interfecit. Ipſe poſtmodum cum gladio de Baſilica egreſſus, ſed irruente ſuper ſe populo crudeliter interfectus eſt. Phatyres autem acceptâ licentiâ, ad regnum Guntchramni, vnde venerat, eſt regreſſus. Sed non poſt multos dies à parentibus Priſci interfectus eſt.* Huc vſque Gregorius Turonenſis.

[b] Lib. 6. c. 17.

* id eſt, Domino interfecto.

AN. CH. 582. GVNTCH. CHILPER. RR. 21. CHILDEB. II. R. 7.

Ceterùm ab his vocibus (*Priſcus pracinctus orario*) incipit Codex manuſcriptus ſancti Michaëlis, quo nondum vſi ſumus, quia caret initio.

Ex prædicta narratione, & ex multis aliis quæ paſſim leguntur, obſeruamus prauam priuatæ vindictæ conſuetudinem per ſexcentos fermè annos in regno Francorum inualuiſſe. Si quis occiſus, aut volneratus, aut malè mulctatus ab inimico quodam priuato fuerat, continuò illius propinqui, affines & amici adunabant ſuam & ſuorum iniuriam armis vindicaturi. Si pax aliquando per amicos fiebat, aut ſecundùm Leges in iudicio tranſigebatur, tunc ſecuritatis cautiones interponi ſolebant. Homicidium illis temporibus pecuniariâ tantùm pœnâ plectebatur. Wirgildus vocabatur ea pecunia quæ luendi homicidij cauſâ ſoluebatur. Apud Marculfum [a] reperitur formula Regij diplomatis, quo præcipitur, vt qui Regis antruſtionem interficere præſumpſerit, ſolidos ſexcentos ſoluat. *Rectum eſt, vt qui nobis fidem pollicentur illæſam, noſtro tueantur auxilio. Et quia ille fidelis, Deo propitio, noſter veniens ibi, in palatio noſtro vnà cum arimania ſua in manu noſtra truſtem & fidelitatem nobis viſus eſt coniuraſſe, propterea per præſens Præceptum decernimus ac iubemus, vt deinceps memoratus ille in numero antruſtionum computetur. Et ſi quis fortaſſe eum interficere præſumpſerit, nouerit ſe Wirgildo ſuo ſol.* DC. *eſſe culpabilem.* In illa formola truſtis fidem, arimania familiam, antruſtio fidelem ſignificat.

VI. QVID SIT WIRGILDVS.

[a] Lib. 1. c. 18.

Extat apud Marculfum [b] inter chartas pagenſes formula ſecuritatis pro homicidio facto. *Domino fratri illi, ille. Dum & inſtigante aduerſario, quod non debueras, germanum noſtrum illum viſus es interfeciſſe, & ab hoc vita periculum incurrere potueras. Sed interuenientes Sacerdotes, & magnifici viri, quorum nomina ſubtus tenentur adnexa, nos ad pacis concordiam ob hoc viſi fuerunt reuocaſſe. Itaut pro ipſa cauſa ſolidos tantos, quos in præſentia mihi dare deberes, quos & in præſenti per Wadium tuum viſus es tranſſoluiſſe, & nos ipſe cauſâ perſiſtatâ, contra te viſum ſum werpiſſe. Propterea iuxta quod conuenit, hanc epiſtolam ſecuritatis, in te nobis conſcribere complacuit, vt de ipſa morte germani noſtri, nec à me, nec ab hæredibus meis, aut ſuis, nec de iudiciaria poteſtate, nec à quolibet, nullo caſu, nec refragationem aliquam, aut damnationem ampliùs habere non pertimeſcas, ſed in omnibus exinde ductus & abſolutus appareas. Et ſi fortaſſe ego ipſe, aut aliquis de hæredibus meis, vel quicumque te ob hoc inquietare voluerit, & à me defenſatum non fuerit, inferamus tibi cum cogente fiſco, duplum, quod nobis dediſti; & quod repetit quis vindicare non valeat, ſed præſens epiſtola ſecuritatis à me facta firma permaneat.*

[b] Lib. 2. c. 18. FORMVLA SECVRITATIS.

Legati Chilperici Regis, id eſt, Anſoaldus & Domigiſelus, qui ad conſpiciendam dotem in Hiſpaniis fuerant miſſi, regreſſi ſunt. Accedente autem Anſoaldo, ad Chilpericum Regem Legatio Hiſpanorum eſt ſubſecuta. Quæ à Chilperico ad Childebertum accedens in Hiſpanis eſt regreſſa. Hæc Gregorius Turonenſis [c]. Dotem tunc appellabant, quidquid ſponſus ſponte, vel ſocer nurui ante diem nuptiarum donabat, atque in perpetuum donatum eſſe volebat. Quippe & apud Francos in Gallia & apud Gothos in Hiſpania, more veteri Germaniæ, dotem non vxor viro, ſed vir vxori offerebat, vt Hadrianus Valeſius ad hunc Gregorij locum obſeruauit. Ceterùm colligere eſt Legationem directam à Lewigildo Rege Wiſigothorum Ariano, cùm vt Rigunthem Chilperici filiam Richaredo filio ſuo in vxorem obtineret, tum vt deliniret animum Childeberti, ſi fortè ſororis Ingundis & Herminigildi ſororij Emeritâ tunc pulſi partes tueri vellet. Legationem illam exiſtimamus obitam à Florentio & Exuperio viris Catholicis, quos cùm Gregorius Turonenſis ad conuiuium excepiſſet, Florentius ætate ſenior magnam virtutem ſancti Martini ſuper ſe oſtenſam dixit, aſſeruitque ſe cùm trium adhuc menſium infans eſſet, à morte ſuſcitatum inuocato ſanctiſſimi Præſulis nomine, in cuius honorem Baſilicam auus eius erexerat. Ipſius Florentij ſuper ea re ſermonem, qualem audiuit, in literas retulit Gregorius libro tertio [d] de miraculis ſancti Martini.

VII. VARIÆ LEGATIONES.

[c] Lib. 6. c. 18.

[d] Cap. 1.

AN. CH. 582. GVNTCH. CHILPER. RR. 21. CHILDEB. II. R. 7.

Eo anno, inquit idem Author[a], *Chrodinus obiit, vir magnificæ bonitatis & pietatis, eleemoſynarius valdè, pauperúmque refector, profluus ditator Eccleſiarum, Clericorum nutritor. Nam ſæpè à nouo fundans villas, ponens vineas, ædificans domos, culturas erigens, vocatis Epiſcopis, quorum erat parua facultas, dato epulo, ipſas domos cum cultoribus & culturis, cum argento, periſtromatibus, vtenſilibus, miniſtris & famulis benè diſtribuebat, dicens. Sint hæc Eccleſiæ data, vt dum de his pauperes reficiuntur, mihi veniam obtineant apud Deum. Tranſiit autem ætate ſeptuagenariâ.*

VIII. [a] Lib. 6. c. 20. OBITVS CHRODINI.

Hiis diebus adprehenſi ſunt duo homines à Nonnichio Lemouicinæ vrbis Comite, deferentes ex nomine Charterij Petrogoricæ vrbis Epiſcopi literas, quæ multa improperia loquebantur in Regem. In quibus inter reliqua erat inſertum, quaſi quereretur Sacerdos, ſe à Paradiſo ad inferos deſcendiſſe, ſcilicet quòd à regno Guntchramni in Chilperici fuerit ditiones commutatus. Has literas cum his hominibus iam dictis Comes ſub ardua cuſtodia Regi direxit. Rex verò patienter propter Epiſcopum mittit, quò eum ſuo conſpectui præſentarent, diſcuſſurus vtique ſi vera eſſent quæ ei opponebantur, an non. Adueniente verò Epiſcopo, Rex homines illos cum literis repræſentat. Interrogat Sacerdotem, ſi ab eo directæ fuerint? Negat ille à ſe directas. Interrogantur verò homines, à quo eas acceperint. Frontonium Diaconum proferunt. Interrogatur de Diacono. Sacerdos reſpondit, ſibi eum eſſe præcipuum inimicum, nec dubitari debere ipſius eſſe nequitias, qui contra eum ſæpiùs cauſas commouiſſet iniquas. Adducitur Diaconus ſine mora, interrogatur à Rege, confitetur ſuper Epiſcopum dicens. Ego hanc epiſtolam Epiſcopo iubente dictaui. Proclamante verò Epiſcopo & dicente, quòd ſæpiùs hic ingenia quæreret, qualiter eum ab Epiſcopatu deiiceret, Rex miſericordiâ motus, commendans Deo cauſam ſuam, ceſſit vtriſque, deprecans clementer Epiſcopum pro Diacono, & ſupplicans vt pro ſe Sacerdos oraret. Et ſic cum honore vrbi remiſſus eſt. Poſt duos verò menſes Nonnichius Comes, qui hoc ſcandalum ſeminauerat, ſanguine percuſſus interiit. Huc vſque Gregorius Turonenſis[b], aut potiùs eius Interpolator. Iſta enim abſunt à Codicibus Corbeienſi ac Metenſi, videntúrque non ſatis conuenire Chilperico Regi, qui cùm ſumendarum pœnarum auidus eſſet, aut Catterium Epiſcopum ob crimen Maieſtatis, aut ſi is inſons erat, Frontonium Diaconum ob calumniam condemnare debuit.

IX. INTERPOLATIO GREGOR. DE CHARTERIO EP. PETRAGOR.

[b] Lib. 6. c. 22.

X. Ioannes Puteanus * in Hiſtoria Petracoricenſi ſub prædicto Charterio Pontifice meminit ſanctorum Sori & Amandi. Sorus ab eo die quo ſibi locum ad ſolitariam vitam prope Viſeram * elegit, annis vixit penè quadraginta. Mortuus videtur circa hæc tempora, cùm ſuperſtes aliquandiu fuiſſet ſanctis Amando & Cypriano, qui tamen ad eius obitum præſentes adfuerunt, *quibus vnum fuerat vitæ ſtudium, par fieret recompenſatio & præmium.* Sepultus fuit in Baſilica quam dudum in honorem ſancti Iuliani Martyris conſtruxerat. Lege illius vitam à Labbeo[c] publicatam, & inter fabellas repone quæ ibi de Guntchramno Rege narrantur. Fatemur quidem Guntchramnum apud Petracoricos * regnaſſe vſque ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-primum, quo Chilpericus Rex illam regionem occupauit, ſed non legimus Guntchramnum Regem elephantiaco morbo laboraſſe. Hactenus de beato Soro, cui propter copioſam multitudinem diſcipulorum quos erudiuit, Abbatis nomen æquè tribui poteſt ac Cypriano eius ſocio, quem Gregorius Turonenſis[d] ita commendat. *Cyprianus Abbas Petrocorici oppidi magnificæ ſanctitatis vir fuit, per quem Deus multa miracula in hoc mundo operari dignatus eſt. Nam manus debiles frequenter redintegrauit, paralyticis greſſum, cæcis reſtituit viſum. Tréſque leproſos inunctos oleo priſtinæ reddidit ſanitati, ſed & nunc crebrò ſuper infirmos ſanitates oſtendit, ſi fideliter eius tumulum expetant, aut exorent.* In Tabulis Eccleſiaſticis memoria ſancti Cypriani celebris eſt quinto Idus Decembris, & oppidulum ad Dorononiam * eiuſdem beati Cypriani nomen etiamnum ſeruat. De ſancto Amando qui beatorum Sori ac Cypriani ſodalis fuit, præter ea quæ alibi retulimus, nihil occurrit. Colitur

* du Puy. SORVS EREMITA. * la Vesere. [c] Tom. 2. Biblioth. * le Perigord. CYPRIANVS. [d] De gloria Conf. c. 102. * la Dordogne. AMANDVS.

etiam

AN. CH. 582.

Nonas Ianuarias in Breuiario * Petrochorenſi ſanctus Eumachius Presbyter, qui vitam eremiticam apud Fontem calidum diu duxit, ſed incertum quo ſeculo.

* de Perigueux.

EVMACHIVS.

XI. NASCITVR FIL. CHILPER. R.

Hoc anno, Chilperico Regi, poſt multa funera filiorum, filius naſcitur. Ex hoc iubet Rex omnes cuſtodias relaxari, vinctos abſolui, compoſitionéſque negligentum fiſco debitas præcipit omnino non exigi. Lege Gregorium Turonenſem [a].

[a] Lib 6 c. 23.

GVNTCH. CHILPER. RR. 21. CHILDEB. II. R. 7.

XII. GVNDOVALDVS VENIT MASSILIAM.

Gundoualdus, qui ſe filium Chlothacharij Regis eſſe dicebat, de Conſtantinopoli veniens, Maſsiliam adpulſus à Theodoro Epiſcopo ſuſceptus eſt, & ab eodem etiam acceptis equis, Mummolo Duci coniunctus eſt. Erat autem tunc Mummolus in ciuitate Aueniica. Guntchramnus verò Dux adprehenſum Theodorum Epiſcopum in cuſtodia pro hac cauſa retruſit, reputans cur hominem extraneum intromiſiſſet in Gallias, voluiſſetque Francorum regnum Imperialibus per hæc ſubdere ditionibus. At ille (vt aiunt) epiſtolam per manum Maiorum Childeberti Regis ſubſcriptam protulit, dicens. Nihil per me feci, niſi quæ mihi à Dominis noſtris & Senioribus imperata ſunt. Cuſtodiebatur igitur Sacerdos in cellula, nec permittebatur Eccleſiæ propinquare. Quadam verò nocte dum attentiùs oraret ad Dominum, refulſit cellula nimio ſplendore, itaut Comes qui erat cuſtos eius, ingenti pauore terreretur. Viſuſque eſt ſuper eum lucis immenſæ globus per duarum horarum ſpatium. Mane autem facto narrabat hæc Comes ille ceteris qui cum eo erant. Poſt hæc autem ductus ad Guntchramnum Regem cum Epiphanio Epiſcopo, qui tunc Longobardos fugiens Maſsiliæ morabatur. ſcilicet quòd & ipſe conſcius huius cauſæ fuiſſet. Diſcuſſi igitur à Rege, in nullo inuenti ſunt crimine. Rex tamen iuſsit eos ſub cuſtodia degere, in qua poſt multa ſupplicia, Epiphanius Epiſcopus obiit. Gundoualdus verò in inſula maris ſeceſsit expectans euentum rei. Hæc Gregorius Turonenſis [b], qui Sedem Epiphanij reticuit, ſed probabilis admodùm coniectura eſt hunc Epiphanium Epiſcopum fuiſſe Foroiulienſem poſt Expectatum, cuius nomine ſubſcripſerat Concilio Aurelianenſi quinto. Theodorus autem à Guntchramno ad Childebertum ſub cuſtodia tranſmiſſus eſt, eius laudes cùm iter Treuiris haberet ipſi dæmones publicarunt, vt Magnericus illius loci Pontifex retulit poſt triennium Gregorio Turonenſium Antiſtiti, qui tunc Confluentiam * ad eundem Childebertum Regem proficiſcebatur [c].

[b] Lib. 6. c. 24.

* Coblentz.

[c] Greg. Tur. lib. 8. cap. 12.

XIII. ÆGIDIVS EP. REM. MVLTA DONA CONFERT ECCLESIÆ.

Hiſce temporibus in aula Childeberti Regis potentiſſimus erat Ægidius Remenſium Epiſcopus. Epiſcopium, teſte Flodoardo [d], inuenitur auxiſſe, arua ſcilicet & mancipia nonnulla emiſſe, campos duos ab Oboleno ſuper fluuium Rotumnam * dato pretio comparaſſe, quorum vnus modios mille tenere ſementis, alter inſcribitur quadringentos, villarem etiam quemdam à Bertulfo quodam cum adiacenti campo modios centum tenente, partem quoque cuiuſdam ſyluæ à Charibodo emiſſe. Necnon apud Regiam Maieſtatem immunitatis præceptum Eccleſiæ ſuæ obtinuit, vt ab omni fiſcali functione vel mutilatione prorſus haberetur ac permaneret immunis, omnia quoque data Eccleſiæ ſtabilem obtinerent firmitatem. Childebertus etiam Rex villarem quemdam ſitum in * Voſago, prope fluuium Saroam, tam ipſi quàm Eccleſiæ ſuæ poſſidendum, inſtrumentis adhuc manentibus inuenitur tradidiſſe.

[d] Lib. 2. cap. 2.

* la Retourne.

* en Voſge.

XIV. SVSCIPIT BASOLVM.

Huius Ægidij tempore, inquit idem Flodoardus [e], ſanctus Domini Baſolus *, territorio Lemouicino, regione Armoricani, nobili proſapiâ oriundus, à partibus Aquitaniæ, patrocinia beatiſſimi Remigij deſiderabiliter appetens Rhemenſem deuenit ad vrbem. Cui aduenienti comes itineris apparuiſſe traditur Angelus Domini, quem conſtat habuiſſe producem, dum deſtinatam ingreditur vrbem. Hunc digniſſimè præfatus Præſul Ægidius ſuſcipiens, cognito peregrinantis deſiderio, petituſque ſecretioris conuerſationis habitaculum concedere, libentiſſimè ceſsit, ſicubi ſibi placitum Dei famulus infra Epiſcopium Rhemenſe valuiſſet reperire. Inuenit tandem supernâ diſponente gratiâ locum ſibi congruum in vico Viriziaco *, ad radices montis Rhemorum, quem nemus * inde incipiens obumbrat Regetiam. Eo

[e] Lib. 2. cap. 3.

* Baſle.

* Verzy.

* la Foreſt de la Rouſe.

AN. CH 582. GVNTCH. CHILPER. RR. 21. CHILDEB. II. R. 7.

loci tunc temporis erat Cœnobium numero duodecim Monachorum. Hic igitur benignè ſuſceptus à fratribus, traditur ab Abbate litteris imbuendus. Nec longum, ſic doctrinâ emicuit, vt coætaneos & contubernales ſapientia luce praeiret. Nulla illi propenſior cura, quàm aut in lectione vel ſermone de Deo, aut in oratione loqui cum Deo. Tranſitoria deſpiciens & æterna concupiſcens, victûs penſam pauperibus erogabat, pauxillum ſibi duntaxat reſeruans, ad infirmitatem corporis ſuſtentandam. Ita virtutum creſcente culmine, ſolitariam concupiſcit vitam, faſtigiumque, ad ſecretiùs habitandum, contigui deligit montis, in quo cellulam cum Oratorio conſtruit, vbi liberiùs cœleſti deſeruiret contemplationi. In qua incluſionis habitatione per quadraginta traditur annos Deo militaſſe. Quapropter de illius obitu agemus ſub Sonnatij Pontificatu.

XV. Apud Hundium [a], Theodopertus Boiorum Dux *villam Titamaningam*, circa hunc annum Eccleſiæ Saliſburgenſi poſſidendam tradit. Sed præſtat conſulere Arnonem Epiſcopum, qui dona Eccleſiæ Saliſburgenſi à Theodberto Duce collata diligenter in hunc modum ſimul congeſſit. *Tradidit villam nuncupante Vzelingâ in iamdicto pago Salzburchoe, ſecus fluuium Salzaha manſos XX. inter veſtitos & apſos, cum omnibus appendiciis ad eam villulam pertinente. Itémque tradidit ipſe Dux in loco qui dicitur Cucullos * in ſupradicto pago Salzburgoe ſuper fluuio Salzſaha, id eſt, manſos III. veſtitos & prata vel paſcua ibidem pertinentia. Ipſéque Dux tradidit villam nuncupante Walarſeo in eodem pago ſecus ſtagnum Walarſeo manſos X. inter veſtitos & apſos, & ſyluam vel aquarum decurſionem in fluenta quæ vocatur Viſchala, & quidquid ad eandem villulam pertinere noſcunt, ſimúlque & locellum, qui vocatur Talgoe *, in ſupradicto pago Saltzburgoe, in quo eſt ſylua, prata vel paſcua. Pari modo præfatus Dux in ſupradicto pago tradidit villulam nuncupante Titamaninga *, in qua ſunt manſi XXIIII. inter veſtitos & apſos, vnà cum ſyluis, campis, pratis, ſeu farinariis, vel quidquid ad ipſam villulam pertinere videtur. In pago verò Iſanagoe * ſuper [illegible] na * tradidit idem Dux villâ nuncupante Ehardinge * cum manſis XV. inter veſtitos & apſos, cum pratis & campis, vel ſyluas, atque farinariis ad eandem villam pertinente. Aliam verò villam in eodem pago tradidit ipſe Dux nuncupante Tuzzlinga * cum manſis XX. inter veſtitas & apſos, vnà cum terminis & confinibus ſuis ad eandem villam pertinente. Tradidítque memoratus Dux in pago * Opinga villam nuncupatam Opinga, in qua ſunt manſi XX. inter barſcalcos & ſeruos inter veſtitos & apſos cum campis, pratis & ſyluis & omnibus appendiciis ſu[illegible]* Hæc Arno Epiſcopus apud Caniſium [b]. Extat & apud eundem Caniſium [c] libellus de donationibus factis Eccleſiæ Saliſburgenſi, vbi prædictæ [illegible]nationes Theodoberti Regis enarrantur cum diuerſis nominum prop[illegible]rum efformationibus, quas ad Arnonis marginem annotandas eſſe duxim[us]. Locus ad Saltzam ſeu Salſiacum amnem ſitus, quem Arno Cucullos, Cuc[illegible] alij vocant, nomen adhuc hodie retinet, vulgò *Kuchel*, quatuordecim [illegible]citer millia paſſuum ſupra Saliſburgium ad eundem fluuium.

[a] Tom. 1. Metr. Salisb. in catal. Ep. Salisb.
THEODOBERTVS DVX MVNIFICVS ERGA ECCLES. SALISB.
* ad Cucullas.
* Talgou.
* Titmanninge.
* Iſnkou.
* Vnam.
* Ehartingen.
* Tuzzlingen.
* in Sundergeu.
[b] Tom. 2. antiq. Lect.
[c] Tom. 6. antiq. Lect.

XVI. Rupertus Epiſcopus, vt in eius vita legitur [d], *videns Bauaricæ dign[illegible] culmen iugo Chriſti ſeſe ſubdidiſſe, ſed gentilitatis errore plures inuolutos ſuperesse, ad patriam ſuam repedauit.* Iter in patriam ſuſcepit, vt ex ea ſocios ad [prædi]candum Boiis Euangelium adduceret. De illius reditu in Boioariam, [illegible] ſociis quos elegit, agemus anno ſequenti. Patriâ, non Gallus vt quida[m vo]lunt, ſed Hybernus fuit. Natus eſt illuſtri loco. Paternum fortè g[enus è] Gallia traxit, ex Hybernia maternum, vnde contigit, vt à nonnullis [Aucto]ribus Gallus [e] diceretur, ab aliis Hybernus, & *ex Regali proſapia Regum* [f] *... corum & Ducum Scotia*, id eſt, Hyberniæ, originem duxiſſe fingeretur.

RVPERTVS EP. E BOIOARIA PROFICISCITVR IN HIBERNIAM.
[d] Ap. Caniſ tom. 6. antiq. Lect.
[e] Sauſſaius d 27 Mart & alii apud Colgan. in not ad vit. S Ruperti.
[f] Ap. Caniſ. tom 6. antiq. Lect.

XVII. Iiſdem circiter temporibus, neque enim certus annus deſignatur, Aunarius *beatiſſimus Pontifex*, vt in Epiſcoporum Autiſſiodorenſium Hiſtoria [g] teſtatum habetur, *plurima conſtituit in Eccleſia Antiſſiodorenſi, ſicut in antiquis Canonibus reperitur, quæ vt præcipuo obſeruarentur vigore, conſilio & authoritate Chriſtianiſſimi Guntranni Regis ſummoperè roborauit. Nam ad tutelam gregis ſibi à Domino*

[g] Cap. 19.
STATVTA ECCL. AVTISS.

...nnuſi, accepit, ut tam in ciuitate Antiſſiodorenſi, quàm per parochias ipſius pa- AN.CH. 582.
gi hac deinceps inſtitutio cuſtodiri. GVNTCH.

Kal. Ianuar. Ciuitas cum Clero & Populo Rogationes faciat. CHILPER. RR. 21.

Primâ die Epponiacus & Vendeſa. CHILDEB. II. R. 7.

II. Die Gaugiacus & Nautriacus. XVIII.

III. Die Creuicus cum Clero & Populo.

IV. Die Baterna & Accolacus.

V. Die Matriacus cum ſuis.

VI. Die Curcedomus cum ſuis.

VII. Die Drogia cum ſuis.

VIII. Die Varciacus cum ſuis.

IX. Die Columbariacus cum ſuis.

X. Die Campus Lamety cum ſuis.

XI. Die Bargiacus cum ſuis.

XII. Die Domiciacus cum ſuis.

XIII. Die Soliacus cum ſuis.

XIV. Die Maſſua cum ſuis.

XV. Die Condida cum Draptiaco.

XVI. Die Eliniacus cum ſuis.

XVII. Die Nouus Vicus cum ſuis.

XVIII. Die Briederus cum ſuis.

XIX. Die Giemus cum ſuis.

XX. Die Blanoilus cum ſuis.

XXI. Die Caſiniacus Nantiniacus cum cella Saluij & Mauri.

XXII. Die Laoderus cum ſuis.

XXIII. Die Vitriacus & Artacius.

XXIV. Die Balgiacus cum ſuis.

XXV. Die Interanis cum ſuis.

XXVI. Die Tauriacus cum ſuis.

XXVII. Die Liccadiacus cum ſuis.

XXVIII. Die Pulucrenus cum ſuis.

XXIX. Die Odona cum ſuis.

Item conſtituit vt per duodecim menſium capita ita eadem celebrentur Litania. XIX.

Kalendis Ianuary Baſilica Domini Germani,

Kalendis February Baſilica Domini Amatoris,

Kalendis Marty Monaſterium Domini Mariani,

Kalendis Aprilis Baſilica ſancti Petri Apoſtoli,

Kalendis Maij Baſilica Domini Valeriani & Monaſterium Vulſini,

Kalendis Iuny Baſilica Domini Martini,

Kalendis Iuly Baſilica Domini Iuliani,

Kalendis Augusti Monaſterium Decimiacenſe ad Sanctum Ciricum,

Kalendis Septembris Monaſterium Fontanetenſe,

Kalendis Octobris Monaſterium Coacenſe ad Sanctos,

Kalendis Nouembris Monaſterium Saſſiacenſe,

Kalendis Decembris Monaſterium Mannacenſe.

Cæteris verò diebus menſium vt ſuprà.

Pari verò conditione inſtituit, vt omnibus Dominicis diebus ab vniuerſis Archi- XX.
presbyteris vel Abbatibus taliter vigilia in propriis locis fiant; hoc eſt, à die ſancto Paſcha vſque ad Calendas Octobris à primo ſero vſque ad illuceſcentem diem, à Kalendis verò Octobris vſque ad Natalem Domini à Gallorum cantu, & à Natale Domini vſque in Paſcha à media nocte.

Item conſtituit à quibus vigiliæ in Baſilica ſancti Stephani in ciuitate cum Ab- XXI.
batibus celebrentur.

Dominicâ nocte Baſilica Domini Germani & Monaſterium Decimiacenſe.

Secundâ feriâ Baſilica Domini Amatoris & Monaſterium Fontanenſe.

AN. CH. 582. *Tertiâ feriâ Monaſterium, quod Dominus Germanus conſtruxit, vbi ſanctus Marianus requieſcit, ſimúlque Seſiacus.*
Quartâ feriâ Baſilica ſancti Petri & Monaſterium Mannacenſe.
Quintâ feriâ Baſilica Domini Martini & Monaſterium Vulfini.
Sextâ feriâ Baſilica Domini Valeriani & Monaſterium quod dicitur Varrenas.

583. GVNTCH. CHILPER. RR 22. CHILDEB. II. R. 8.

ANNVS
CHRISTI 583.
GVNTCHRAMNI R. 22.
CHILPERICI R. 22.
CHILDEBERTI II. R. 8.

I. FELIX EP. NANNET. OBIT. ANNO Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio, die octauâ Ianuarij migrauit ad Deum Felix Epiſcopus Nannetenſis. Colitur in Breuiario Nannetenſi Nonis Iulijs, quo die ſacræ illius Reliquiæ humo leuatæ perhibentur.

II. SVCCEDIT NONNICHIVS. In Epiſcopatum Nannetenſem ſucceſſit Nonnichius. Hic, priuſquam Epiſcopus fieret, vxorem duxit, vt patebit ex iis, quæ poſt quadr[illegible]ennium ex Hiſtoria Gregorij Turonenſis dicturi ſumus.

III. SYNODI LVGDVN. CANONES. Hoc anno Guntchramni Regis viceſimo-ſecundo, menſe Maio, celebratum eſt Lugduni Concilium, cui ſubſcripſerunt octo Epiſcopi, Priſcus Lugdunenſis, Euantius Viennenſis, Syagrius Æduenſis, Heſychius Gratianopolitanus, Ragnoaldus Valentinus, Euſebius Matiſcenſis, Agricola Niuernenſis, Flauius Cabilonenſis, ac præterea Epiſcoporum Miſſi duodecim.

IV. Extant huius Concilij ſex Canones.

V. DE MVLIERIBVS EXTRANEIS. *I. Vt nullum Clericum, ab ordine ſancto Antiſtitis vſque ad Subdiaconi[illegible]dum, mulierem, præter matrem, amitam & ſororem, in hoſpitio ſuo habere lic[illegible] Placuit etiam, vt ſi quicumque vxoribus iuncti ad Diaconatûs aut Presbyter[illegible] ordinem quoquomodo peruenerint, non ſolùm lecto ſed etiam frequentatione q[illegible]dianâ debeant de vxoribus ſuis ſequeſtrari. Quòd ſi, quod Deus auertat, [illegible]rum familiari contubernio poſt acceptam benedictionem infans natus paruerit, [illegible] officij gradu priuentur.*

VI. DE EPISTOLIS CAPTIVORVM. *II. Id etiam de epiſtolis placuit captiuorum, vt ita ſint ſancti Pontifices [illegible] vt in ſeruitio Pontificibus conſiſtentibus, qui eorum manu* (locus hic men[illegible] nec adhuc comperimus quomodo debeat emendari) *vel ſubſcriptione [illegible] epiſtola aut qualibet inſinuationum littera dari debeant, quatenus de ſubſcr[illegible] bus nullâ ratione poſſit Deo propitio dubitari, & epiſtola commendationis pro [illegible] ſitate cuiuſpiam promulgata, dies datarum, & pretia conſtituta, vel ne[illegible] captiuorum, quos cum epiſtolis dirigunt, ibidem inſerantur.*

VII. DE VIRGINIBVS DEO DEVOTIS. VIII. DE PRÆCIPVIS FESTIVITATIBVS. Canonibus tertio & quarto, de puellis Deo deuotis, quæ à Monaſt[illegible] cedunt, & de inceſtis coniunctionibus, hoc placuit cuſtodiri, quod priſca ſtatuta Canonum ſanxerunt.

IX. DE LEPROSIS. *V. Vt nullus Epiſcoporum Natalem Domini aut Paſcha, alibi niſi in Eccleſiam ſuam, præter infirmitatis incurſum, aut ordinem regium, celebrare præſumat.*

X. EPISCOPI SANCTITATE CELEBRES. *VI. Placuit etiam vniuerſo Concilio, vt vniuſcuiuſque ciuitatis lepro[illegible]ſi, qui intra territorium ciuitatis ipſius aut naſcuntur, aut videntur conſiſtere, ab Epiſcopo Eccleſiæ ipſius ſufficientia alimenta & neceſſaria veſtimenta accipiant, vt illis per alias ciuitates vagandi licentia denegetur.*

Inter octo Præſules, qui Concilio Lugdunenſi ſubſcripſerunt, quinque

floruerunt ſanctitate conſpicui, Priſcus Lugdunenſis, Euantius Viennenſis, Syagrius Æduenſis, Agricola Niuernenſis, & Flauius Cabilonenſis, de quibus agemus fuſiùs poſt primam Synodum Matiſconenſem, cui cum tredecim aliis Epiſcopis hoc eodem anno, Guntchramni Regis viceſimo-ſecundo, Kalendis Nouembribus, interfuerunt.

AN. CH. 583. GVNTCH. CHILPER. RR. 22. CHILDEB. II. R. 8.

XI. SYNODVS MATISC. I

Non ignoramus eos, qui Concilia collegerunt, variis opinionibus inter ſe diſſidere ſuper anno, quo prima Synodus Matiſconenſis habita eſt. Authores editionis Venetæ, quia duodecimum Guntchramni Regis annum in fine Synodi legerant adſcriptum, putarunt hanc Synodum celebratam fuiſſe anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſexto, cui duodecimum Guntchramni Regis annum illigabant, cùm ex Sigiberti calculo Clodoueum anno Chriſti quingenteſimo decimo quarto, Clotarium Clodouei filium anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quarto, mortuos arbitrarentur. Annus duodecimus Guntchramni Regis cum anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio coincidit, tunc autem Pontificales infulas nondum adepti erant qui primæ Synodo Matiſconenſi ſubſcripſerunt, Euantius Viennenſis Epiſcopus Metropolitanus, Remigius Epiſcopus Bituricenſis Metropolitanus, Artemius Epiſcopus Senonenſis Metropolitanus, Mummolus Epiſcopus Lingonenſis, Flauius Epiſcopus Cabilonenſis, Euſebius Epiſcopus Matiſconenſis, Namatius Epiſcopus Aurelianenſis, Artemius Epiſcopus Vaſienſis & Pappus Epiſcopus Aptenſis. Alio non opus eſt argumento, vt primam Synodum Matiſconenſem longè poſt annum Guntchramni Regis duodecimum, Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-tertium, probemus differendam. Seuerinus Binius in editione Colonienſi poſuit annum Guntchramni Regis decimum-octauum, & annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſecundum, ratus illos Characteres rectè ſtare cum Indictione decima-quinta quam in fine Synodi notatam repererat, ſed nec annus Guntchramni Regis decimus-octauus cum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſecundo, nec annus Chriſti quingenteſimus octogeſimus-ſecundus per menſem Nouembrem conuenit cum Indictione decima-quinta. Guntchramnus non anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quinto menſe Septembri, vt Binius cenſuit, ſed ferè quadriennio citiùs regnare cœpit exeunte anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo, & annus regni decimus-octauus incidit in annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-nonum, cui partim Indictio duodecima partim indictio decima-tertia reſpondet. *In editione Iacobi Sirmondi* poſt Canones primæ Synodi Matiſconenſis *ſubiiciuntur hi* Characteres Chronologici, annus XXI. Guntchramni Regis, *Kalendæ* Nouembres, & Indictio XV. De vulgata editione iſto loco *corrigenda non* cogitauit Sirmondus, & annus XII. quem vulgata editio exhibebat, *vnius literæ* mutatione per negligentiam Librariorum abiit in annum XXI. Conſule notas eiuſdem Authoris, ibi enim mentem ſuam explicat clariſſimè, expunctiſque annis *Guntchramni*, duodecimo quem editio Veneta vulgauit, decimo-octauo quem Binius repoſuit, & viceſimo-ſecundo quem ipſe in Codice Bellouacenſi legit, reſtituendum ſcribit non viceſimum-primum ſed viceſimum, vt ſeruetur Indictio decima-quinta, quæ per menſem Nouembrem cum anno Guntchramni Regis viceſimo, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-primo comparatur.

Sirmondus præter Indictionem, quam conſtantiſſimè ſeruandam exiſtimat, nullum affert argumentum quo ſuam ſententiam confirmet. Nos tanti non facimus Indictionem, quia Franci tunc annos per Indictiones non diſtinguebant, & ſi quæ fortè Indictio circa illa tempora in Conciliis Gallicanis notata reperitur, cenſeri debet additamentum neotericorum. Pluris æſtimamus Characterem à Regis anno deſumptum, Regum enim anni publicis monumentis apud Francos apponebantur. Quamuis autem de Guntchramni Regis anno, quo prima Synodus Matiſconenſis conuocata eſt, libri non conſentiant, is nihilominùs facilè poteſt inueſtigari ac deprehendi. Tres annos di- XII. TEMPVS.

AN. CH. 583. GVNTCH. CHILPER. RR. 22. CHILDEB. II. R. 8.

uerſos habent editio Veneta, cenſura Binij & Codex Bellouacenſis. Nemo prudens ſtabit à partibus Binij, qui regnum Guntchramni malè orditur ab anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quinto & à menſe Septembri, eóque calculo nixus, vt ab Indictione decima-quinta non recedat, annum reponit Guntchramni Regis decimum-octauum ſeu Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſecundum, qui tamen per menſem Nouembrem non ad Indictionem decimam-quintam ſed ad primam pertinet iam inchoatam. Exemplar, in quod inciderunt Veneti, corruptum arguunt ſubſcriptiones Epiſcoporum, qui Pontificatum nondum gerebant anno duodecimo Guntchramni Regis, vt ſuprà demonſtrauimus. Errorem omnem, quem prætermiſſio vnius literæ (x) in editionem Venetam inuexit, tollit Codex Bellouacenſis, qui anni XII. loco annum XXII. reſtituendum docet. Annus autem viceſimus-ſecundus Guntchramni Regis incidit in annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-tertium, nec magis repugnat Synodum è ditionibus Guntchramni bis conuocatam fuiſſe primùm Lugduni deinde Matiſcone anno regni viceſimo-ſecundo, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio, quàm Valentiæ & iterum Matiſcone anno regni viceſimo-quarto, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto. In tota narratione, quam Gregorius Turonenſis [a] de rebus anno Childeberti Regis octauo ſeu Guntchramni viceſimo-ſecundo geſtis init, nihil occurrit, vnde quis inficiari poſſit primam Synodum Matiſconenſem illo anno Kalendis Nouembribus habitam fuiſſe, & à prima Synodo Matiſconenſi ad alteram perbreue tempus interceſſiſſe vel ex eo conſtat, quòd omnes Epiſcopi qui primæ interfuerunt, ſobſcripſerunt etiam ſecundæ, tribus tantùm exceptis Remigio Bituricenſi, Gallomagno Trecenſi, & Victore Tricaſtino, quorum primum vulgarus Gregorius [b] anno Childeberti Regis nono, id eſt Guntchramni viceſimo-tertio, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, mortuum tradit, idémque de duobus aliis ſentiendum videtur.

[a] Lib. 6.

[b] Lib. 6. c. 39.

XIII. CANONES.

In prima Synodo Matiſconenſi, de cuius epocha ſatis ſupérque hactenus præfati ſumus, conditi fuerunt Canones vndeuiginti.

XIV. DE MVLIERIE. EXTRANEIS.

Primus eſt, vt ab Epiſcopis, Preſbyteris atque Diaconis *fugiatur extranearum mulierum culpanda libertas, & tantùm cum auia, matre, ſorore, vel nepte, ſi neceſſitas fuerit, habitent.*

XV. DE MONAST. PVELLARVM.

II. Vt nullus Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, Clericus, vel quicumque ſecularis, in Monaſteriis puellarum, niſi probata vita, & ætatis prouectæ, præter vtilitatem aut quamcumque reparationem Monaſterij, ad quaſcumque earum neceſſitates habitare, aut ſecretas collocutiones habere præſumant; nec extra ſalutatorium [illegible] Oratorium vlteriùs ingredi permittantur. Præcipuè Iudæi, non pro quorumcumque negotiorum occaſione, puellis intra Monaſterium Deo dicatis aliquid ſecretiùs co[illegible] qui, aut familiaritatem vel moras ibi habere præſumant.

XVI. DE EPISCOPIS.

III. Vt nulla mulier in cubiculum Epiſcopi abſque duobus Presbyteris, aut [illegible] Diaconis ingredi permittatur.

XVII. DE OBLATIONIE.

IV. Vt qui oblationes fidelium defunctorum, quæ Eccleſiis conferuntur, [illegible]nent, veluti retentatores Eccleſiæ, aut egentium necatores, ab Eccleſiæ liminibus [illegible]ceantur.

XVIII. DE VESTIMENTIS CLERICORVM.

V. Vt nullus Clericus ſagum, aut veſtimenta vel calceamenta ſecularia, [illegible] religionem deceant, induere præſumat. Quòd ſi poſt hanc definitionem Clericus [illegible] quæ cum indecenti veſte, aut cum armis inuentus fuerit, à ſeniore ita coerceatur, aut XXX. dierum incluſione detentus, aquâ tantùm & modico pane diebus ſingulis ſuſtentetur.

XIX. DE PALLIO.

VI. Vt Archiepiſcopus ſine Pallio Miſſas dicere non præſumat. Hic Canon licèt verbis clariſſimis conceptus videatur, non caret difficultatibus iiſque prægrauibus, quia non patet quid in hoc Canone per Archiepiſcopum, quidue per Pallium debeat intelligi. Antiſtites trium præcipuarum Sedium, Romanæ videlicet, Alexandrinæ & Antiochenæ, quæ poſteà Patriarchales dictæ ſunt, vocantur tantùm Epiſcopi Canone ſexto Synodi Nicænæ, ſed in Actionibus Epheſinæ

nuncupantur Archiepiſcopi, laudatur enim Cyrillus quòd obtineat locum AN. CH.
Cæleſtini ſanctiſſimi Eccleſiæ Romanæ Archiepiſcopi, τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου 583.
τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνου, & ipſemet Cyrillus appellatur Archiepi- GVNTCH.
ſcopus Alexandriæ, Κύριλλος ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας. Archiepiſcopus, CHILPAR.
vt hodie ſumitur, pro Metropolitanæ Sedis Epiſcopo ſeriùs vſurpari cœpit, RR. 22.
nec adhuc ea vox audiebatur in Galliis, cùm Matiſconenſe Concilium habi- CHILDEB. II.
tum eſt. Huic Concilio ſubſcripſerunt ſex Epiſcopi Metropolitani, Lugdu- R. 8.
nenſis, Viennenſis, Senonenſis, Bituricenſis, Veſontienſis & Tarantaſienſis. Omnes ſe ſcripſerunt Epiſcopos, nullus Archiepiſcopum. En ſubſcriptiones. *Priſcus in Dei nomine Epiſc. Eccleſiæ Lugdunenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi. Euantius peccator Epiſcopus Eccleſiæ Viennenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi. Artemius Epiſcopus Eccleſiæ Senonicæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi. Remedius in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Bituricæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi. Silueſter in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Veſontienſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi. Martianus Epiſcopus Eccleſiæ Tarantaſiæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.* Lege ſubſcriptiones omnium Antiſtitum, qui ſexto ſeculo Concilia celebrarunt in Gallia, nullum inuenies qui ſe dixerit Archiepiſcopum. Quin & vocem illam nec in Gallicanis Auctoribus illius ætatis nec in publicis inſtrumentis probatæ fidei reperies. Ea nos ratio non leuiter impellit, vt Canonem, de quo nunc agimus, in primam Synodum Matiſconenſem, quæ regnante Guntchramno coacta eſt, ex quopiam recentiore Concilio tranſlatum arbitremur. Deinde, ne per Archiepiſcopum in Canone Matiſconenſi quemlibet Epiſcopum Metropolitanum intelligas, vetat vſus Pallij ſolis Arelatenſibus Epiſcopis illâ ætate conceſſus, vt conſtat ex epiſtolis Romanorum Pontificum ad eoſdem Epiſcopos Arelatenſes, putà Vigilij ad Auxanium atque Aurelianum, & Pelagij ad Sapaudum, quas recitauimus Tomo ptimo, nec hoc loco repetendas ducimus. Vir eruditiſſimus [a] duplex Pallium nuper diſtinxit, vnum Romanum quo ſolus Arelatenſis Epiſcopus in Galliis, alterum Gallicanum quo Metropolitæ Galliarum omnes vtebantur. Hac excogitatâ diſtinctione ſcripſit ſtatutum eſſe Canone Matiſconenſi, vt Archiepiſcopi, quoties ſacrum Miſſæ ſacrificium celebrarent, vterentur Pallio Gallicano, id eſt, Pallio quod ab antiquis temporibus Metropolitæ Gallicani geſtare conſueuerant, nec à Romanis Pontificibus poſtulabant accipiebántve. Sed cùm nullum Auctorem producat, qui vel mentionem faciat Pallij Gallicani, vel Metropolitas Gallicanos ætate Guntchramni Regis Archiepiſcopos vocet, opinionem noſtram ne leuiſſimo quidem impugnat telo. Plura de Pallio dicemus aliis locis.

[a] De Concord. Sacerd. & Imper. l. 6. c. 7. n. 2.

VII. Canon. *Vt nullus Clericus de qualibet cauſa, extra diſcuſſionem Epiſcopi ſui, à ſæculari iudicio iniuriam patiatur, aut cuſtodiæ deputetur. Quòd ſi quicumque iudex cuiuſcumque Clericum, abſque cauſa criminali, id eſt, homicidio, furto aut maleficio, hoc facere fortaſſe præſumpſerit, quamdiu Epiſcopo loci illius viſum fuerit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur.* XX. DE CAVSIS CLERICORVM.

VIII. Vt nullus Clericus ad Iudicem ſæcularem quemcumque alium fratrem de Clericis accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocumque modo præſumat, ſed omne negotium Clericorum, aut in Epiſcopi ſui, aut in Presbyterorum vel Archidiaconi præſentia finiatur. Quod ſi quicumque Clericus hoc implere diſtulerit, ſi iunior fuerit, vno minùs de quadraginta ictus, id eſt, legitimam diſciplinam, de qua ſuperiùs ad annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-ſextum [b], *accipiat; ſin certè honoratior, XXX. dierum concluſione mulctetur.* Iuniores Clericos interpretare infra Subdiaconatum; honoratiores, à Subdiaconatu & ſuprà. XXI

[b] Num. 77.

IX. Vt à feria ſancti Martini vſque ad Natale Domini, ſecundâ, quartâ, & ſextâ Sabbati ieiunetur, & ſacrificia Quadrageſimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus Canones legendos eſſe ſpeciali definitione ſancimus, vt nullus ſe fateatur per ignorantiam deliquiſſe. Ex hoc Canone, qui de ſolis Clericis intel- XXII. DE IEIVNIIS

AN. CH. 583. GVNTCH. CHILPER. RR. 22. CHILDEB. II. R. 8.

ligi debet, vt ex antecedentibus & ſequentibus manifeſtum erit inſpicienti, rectè colligit Sauſſaius [a] in Concilio Matiſconenſi ſancitum fuiſſe, vt Clerici ampliùs quàm Laici ieiunio inſiſtant. Ieiunio conueniunt Miſſæ Quadrageſimales, quæ Miſſis Matutinis opponuntur in Concilio [b] Vaſenſi ſecundo, quod Decio iuniore Conſule, ſiue anno Chriſti quingenteſimo viceſimonono celebratum legitur. *In omnibus Miſſis*, inquiunt Patres, *ſeu in Matutinis ſeu in Quadrageſimalibus, ſeu in illis quæ pro defunctorum commemoratione fiunt, ſemper Sanctus, Sanctus, Sanctus eo ordine, quomodo ad Miſſas publicas dicitur, dici debeat.* Inter vtraſque Miſſas, Matutinas & Quadrageſimales obſeruantur duæ potiſſimùm differentiæ, altera ſpectat ad feſtiuitatem, ad tempus altera, nam Miſſæ Matutinæ pertinebant ad dies lætitiæ, Quadrageſimales ad dies triſtitiæ, illæ dicebantur horâ Tertiâ, hæ verò Veſpertinâ. Egent iſta fuſiori explicatione, quam in hunc locum reiecimus, cùm Canonem vndeuiceſimum Synodi Aurelianenſis Tertiæ ad annum Chriſti quingenteſimum duodequadrageſimum [c] interpretaremur. In ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ dies erant duplicis generis, alij lætitiæ, alij triſtitiæ; dies lætitiæ dice- lege bantur dies remiſſionis, dies immunitatis, dies ſolennes, dies feſtiui, obſerua- Gabrielem Albaſpinæum de veteribus ritibus Eccleſiæ libro primo, pœnitentiales, tione duodecimâ ſub finem, dies verò triſtitiæ dicebantur dies pleriſque in Stationes, Ieiunia. Dies lætitiæ erant dies Dominici, Sabbata ſolennes locis, Natales Martyrum, dies omnes à Paſchate ad Pentecoſten, Aſcen- feſtiuitates, vt Natiuitatis Domini, Epiphaniorum, Reſurrectionis, Ieiunio- ſionis, Pentecoſtes. Dies triſtitiæ diuidebantur in dies Stationum ac ſolemnitatum, rum. Ieiunia obſeruabantur in Quatuor Temporibus, in vigiliis [illegible] Dominicos ipſius in Sabbato ſancto & per totam Quadrageſimam ſi demas dies Do[illegible] Anaſtaſio Ni- Quadrageſimæ cum reliquis Sabbatis in pleriſque locis, vbi teſte [illegible] cæno Sabbatum & dies Dominicus dies erant ſancti & feſti. Stationes ſiebant feriis quartâ & ſextâ extra dies Ieiuniorum, vt conſtat ex Tertulliano & Epi- phanio citandis inferiùs. Ieiunia obſeruabantur ex præcepto, Stationes fie- bant ex arbitrio, Tertullianus cùm iam miſerè deſciuiſſet in Montaniſtam, & noua ieiunia ſuperimponere vellet, ipſos Orthodoxos, quos Pſychicos ap- pellat, duabus de rebus redarguit, tum quòd Stationes ad arbitrium facerent, tum quòd eas non producerent vltra Nonam. *Certè in Euangelio, inquit, illos dies ieiuniis determinatos putant in quibus ablatus eſt Sponſus, & hos eſſe iam ſolos legitimos ieiuniorum Chriſtianorum abolitis legalibus & propheticis [illegible] tuſtatibus. Vbi volunt enim, agnoſcunt quid ſapiat, Lex & Prophetæ vſque Ioannem. Itaque de cetero indifferenter ieiunandum ex arbitrio non ex imperio [illegible] ua diſciplina pro temporibus & cauſis vniuſcuiuſque. Sic & Apoſtolos obſer[illegible] nullum aliud imponentes iugum certorum & in commune omnibus obeundorum [illegible] iuniorum, proinde nec Stationum, quæ & ipſæ ſuos quidem dies habeant [illegible] feria & ſexta, paſſiuè tamen currant neque ſub lege præcepti neque vltra [illegible] mam diei, quando & orationes ferè hora nona concludat de Petri exemplo [illegible] Actis refertur.* Ieiunia vſque ad finem diei producebantur, Stationes verò [illegible] niebantur ad Nonam, vnde ieiunia Stationum dicuntur à Tertulliano [illegible] ieiunia; ieiunabatur enim & Stationum tempore, ſiquidem Hermas [e] & Am- broſius [f] ipſas Stationes vocant ieiunia, & Epiphanius in Compendio Do- ctrinæ Chriſtianæ, quo ſuum Panarium clauſit ſic de feriis quarta & ſex[illegible] ſerit, *quartâ verò & proſabbato ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonam.* Τετράδι δὲ, καὶ ἐν προσαββάτῳ, ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐννάτης. Diebus læti- tiæ Miſſa celebrabatur; diebus verò triſtitiæ nequaquam, ſiue Stationes eſ- ſent, ſiue Ieiunia, imò hiſce pœnitentiæ diebus Chriſtiani ſacroſanctum Do- mini noſtri Corpus non tantùm prohibebantur conficere, ſed & ſumere, vi- dere, vel etiam tangere, neque aliunde dicti ſunt dies vel lætitiæ vel triſtitiæ, quàm ex eo ritu quòd illis diebus Miſſa celebraretur, & populus ſacro Eucha- riſtiæ pabulo reficeretur, his verò Chriſtiani nec Corpori Dominico partici- parent,

[a] In panopl. clenc. l. 8. c. 5.
[b] Can. 3.
DE MISSIS, MATVTINIS ET VESPERTINIS.
[c] Num. 55.
[d] De ieiun. c. 2.
[e] Lib. 3.
[f] Serm. 36.
[g] Num. 22.

patere, nec offerrent ſacrificium, atque ea fuit antiquiſſima praxis Eccleſiæ. Sacrificium Deo feſtiuæ celebritatis eſt, ea verò celebritas hilaritatis atque lætitiæ, in quo poſſit mœrori quiſpiam ac lacrymis indulgere, idémque ſimul exultare lætitia ac triumphari gaudio queat? Diminutâ ac relaxatâ tantillùm ieiunij ſeueritate, ſolatij aut alleuamenti conceſſum fuit primùm Chriſtianis, vt ſaltem iis Euchariſtiæ videndæ copia fieret, cùm ipſum ieiunium finiendum eſſet diebus cùm Stationum tum Ieiuniorum. Lege Albaſpinæum libro citato, obſeruatione decimâ-quartâ ſub finem. Lapſu temporis conceſſum fuit vt Stationes celebratione Miſſæ & participatione Corporis Dominici finirentur, vnde Baſilius in literis ad Cæſariam [b], *nos quater in quaque hebdomada communicamus, Dominicâ, feriâ quartâ, Paraſceue, Sabbato, ſed & diebus ceteris in quos memoria Martyris alicuius incidit*, & Epiphanius iam laudatus, *pro ſynaxibus*, inquit, *qua quartâ & proſabbato ad horam nonam fiunt*, αἳ δὲ τῇ ὥρᾳ τῇ ἐννάτῃ συνάξεις τετράδων, καὶ προσαββάτων. Tertullianus vtroque antiquior vſum illum ſuo tempore iam inualuiſſe teſtatur in libro de Oratione ſub finem, vbi poſtquàm inſectatus eſt eos qui accepto Corpore Domini recedebant à Statione, nec intererant orationibus quæ poſt ſacrificium fiebant, causámque abeundi prætendebant quòd lætitia quam ex ſumptione Euchariſtiæ conceperant non patiebatur eos in Stationibus remanere quæ preſſura erant & luctus publicus, viam hanc & modum illis aperit, vt officio ſimul & ſacrificio ſatisfaciant, id eſt, vt integras faciant Stationes, & nihil detrahant ex lætitia Euchariſtiæ debita, ſi nimirum ad aram Dei ſtantes in pedes, neque enim acceptâ Euchariſtiâ licebat ex veteri diſciplina de geniculis adorare, tantiſper in manibus ſuis Euchariſtiam à Diacono traditam referuent, eámque non manducent quin abſolutæ fuerint exiguæ illæ preces, quæ poſt ſacrificium, atque vt id Deo commendaretur, ſolebant haberi. Verba Tertulliani hæc ſunt. *Similiter de Stationum diebus, non putant plerique ſacrificiorum orationibus interueniendum, quòd Statio ſoluenda ſit accepto Corpore Domini, ergo deuotum Deo obſequium Euchariſtia reſoluit, an magis Deo obligat? Nonne ſolennior erit Statio tua, ſi & ad aram Dei ſteteris? Accepto Corpore Domini & reſeruato, vtrumque ſaluum eſt, & participatio ſacrificij & executio officij. Si Statio de militari exemplo nomen accipit (nam & militia Dei ſumus) vtique nulla lætitia ſiue triſtitia obueniens caſtris, Stationes militum reſcindit, nam lætitia libentiùs, triſtitia ſollicitiùs adminiſtrabit diſciplinam.* Lapſu temporis conceſſa quoque fuit Miſſæ celebratio in fine Ieiuniorum, ſiue veſpere, vnde illud hemiſtichium Paulini Nolani *ſero libatis veſpere ſacris*, & Theodulphus Epiſcopus Aurelianenſis in ſuo Capitulari ad Sacerdotes ſuæ parochiæ ſic differit articulo tricesimo-nono. *Solent plures, qui ſe ieiunare putant, mox vt ſignum audiunt ad Nonam, manducare, qui nullatenus ieiunare credendi ſunt ſi ante manducauerint quàm veſpertinum celebretur officium. Concurrendum eſt enim ad Miſſas, & auditis Miſſarum ſolennibus, ſiue veſpertinis officiis, largitis eleemoſynis ad cibum accedendum eſt, ſi verò aliquis neceſſitate conſtrictus fuerit, vt ad Miſſam conuenire non valeat, æſtimatâ veſpertinâ horâ, completâ oratione ſuâ, ieiunium abſoluere debet.* Diebus lætitiæ Miſſa celebrabatur horâ Tertiâ. Inde Epiphanius loco iam laudato, *pro communionibus*, inquit, *qua quartâ & proſabbato ad horam nonam fiunt, in die Dominica matutinis horis communiones fiunt*, ἐν ἡμέρᾳ Κυριακῇ, κατὰ τὰς ἑωθινάς, vbi per horas matutinas intellige horam Tertiam, & conſule Synodum tertiam Aurelianenſem Canone decimo-quarto. Hora illa, quia faciendo ſacro computatur, Aurea nuncupatur ab Italis, vt ſcribit Alfonſus Turrianus [c], & olim Sacra dicebatur, vt patet ex Canone qui ſexageſimus-quintus inter illos habetur, quos ex Græcorum Synodis collectos ad Lucenſe * Concilium miſit Martinus Epiſcopus * Bracarenſis Erâ ſexcenteſimâ decimâ, ſiue anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo. Hodie præſtat etiam differri tempus recitandi horam Tertiam,

AN. CH. 583.
GVNTCH. CHILPER. RR. 22.
CHILDEB. II. R. 8.

[a] Zonar. Balſam apud Albaſp. l. 1 obſ. 14.
[b] Ap. Albaſp. l. 1 obſ. 14.
[c] Part. 3 cap. 4. num. 14.
* de Lugo.
* de Braga.

AN.CH. quàm cantare Miſſam ſolemnem de Feſto ſeu de Dominica poſt Sextam, ita
583. enim cenſuit ſacra Rituum Congregatio vt refert Alcocer in ſuo Cætemo-
GVNTCH. niali apud Gauantum in Theſauro [a] ſacrorum Rituum. Denique poſteriori-
CHILPER. bus temporibus vſus obtinuit, vt Annunciatio beatæ Virginis & Natalitia
RR. 22. quorumdam Sanctorum in Quadrageſima recolerentur, Ieiunium ſolueretur
CHIL- ad meridiem, & Miſſæ poſt meridiem non celebrarentur. Pius Quintus an-
DEB. II. no poſt Christum natum milleſimo quingenteſimo ſexageſimo-ſexto Miſſas
R. 8. veſpertino tempore dici vetuit ſub pœna ſuſpenſionis perpetuæ à diuinis, vt
[a] Part. 1. tit. 15. num. 2. aſſerit Gauantus in Manuali [b] Epiſcoporum. Ne tamen memoria priſcæ con-
[b] Tit. Miſſa. num 26. ſuetudinis penitus aboleretur, cautum fuit vt in Quadrageſima Veſpertinæ
horæ ante meridiem, priuſquàm ſolueretur Ieiunium, in choro recitarentur,
Miſsáque fieret poſt Nonam diebus Ieiunij, ac ſimiliter certis diebus Miſſa
diceretur poſt Sextam vt quondam in Stationibus. *Si propterea*, inquit Ama-
[c] Lib. 3. c. 42. larius [c], *aptum eſt tempus hora Tertia celebrationi Miſſæ quia in eo legitur ſecun-
dùm Marcum crucem Christum aſcendiſſe, & nos poſſumus conuenienter dicere aptum
eſſe tempus hora Sexta quo ſecundùm Matthæum Crucem aſcendit, ſed & tempus ho-
ra Nona quando emiſit ſpiritum. Hæc tria tempora ſacrata ſunt Christi fixione, lin-
guis Iudæorum, & ligno.* Alij alia. Lege Durandum libro quarto, capite pri-
mo, & Gauantum in ſuo Theſauro, parte primâ, titulo decimo-quinto. Hæc
dicta ſunto occaſione Matiſconenſis Canonis noni, qui Ieiunium Clericis à
feſto ſancti Martini vſque ad Natale Domini præſcribit feriis, ſecundâ, quar-
tâ, ſextâ, & illis diebus ſacrificia Quadrageſimali vult ordine celebrari. Ce-
teros proſequamur.

XXIII. DE OBEDIENTIA DEBITA EPISCOPO. *X. Vt Presbyteri, Diaconi, vel quolibet ordine Clerici, Epiſcopo ſuo obedienti
deuotione ſubiaceant, & non alibi dies feriatos, niſi in obſequio illius [illegible] liceat tenere
aut celebrare. Quòd ſi quis per quamcumque contumaciam, aut [illegible]
patrocinium, hoc facere fortaſſe diſtulerit, ab officio regradetur.*

XXIV. *XI.* Canon ſimilis eſt decimo-tertio Concilij Aruernenſis primi, vt Epi-
ſcopi, Preſbyteri & vniuerſi honoratiores Clerici, qui ad priſtinas vxores re-
deunt, dignitate priuentur.

XXV. DE MONIALIBVS. *XII. Si qua puella voluntariè aut parentibus ſuis rogantibus, religionem pro-
feſſa, vel benedictionem fuerit conſecuta, & poſteà ad coniugium aut illecebras ſæcu-
li, quod potiùs ſtuprum eſt, quàm coniugium iudicandum, tranſgredi præſumpſerit
vſque ad exitum, cum ipſo qui ſe huiuſmodi conſortio miſcuerit, communione pri-
uetur. Quòd ſi ſe pœnitentiâ ducti ſequeſtrauerint, quamdiu Epiſcopo loci illius
viſum fuerit, à communionis gratia ſuſpendantur, ita tamen vt propter infirmita-
tem aut ſubitaneum tranſitum, viaticum illis miſerationis intuitu non negetur.*
Conſule quæ de viatica communione dicta ſunt ad Canonem ſextum Synodi
[e] Ad an. 538. nu. 25 & ſeqq. Aurelianenſis Tertiæ [e].

XXVI. DE IVDÆIS. *XIII. Ne Iudæi Christianis populis iudices deputentur, aut telonarij eſſe
permittantur, per quod illis, quod Deus auertat, Christiani videantur eſſe ſubie-
cti.*

XXVII. *XIV. Vt Iudæis à Cœna Domini vſque ad primum Paſcha, ſecundùm edictum
bonæ recordationis domni Childeberti Regis, per plateas aut forum, quaſi inſultatio-
nis causâ, deambulandi licentia denegetur, & vt reuerentiam cunctis Sacerdotibus
Domini vel Clericis impendant, nec ante Sacerdotes conſeſſum, niſi ordinati, habe-
re præſumant. Qui hoc facere fortaſſe præſumpſerit, à iudicibus locorum, prout per-
ſona fuerit, diſtringatur.*

XXVIII. *XV. Vt nullus Christianus Iudæorum conuiuiis participare præſumat.
Quòd ſi facere quicumque, quod nefas eſt dici, Clericus aut ſæcularis præſumpſerit, ab om-
nium Christianorum conſortio ſe nouerit compeſcendum, quiſquis eorum impietati-
bus fuerit inquinatus.*

XXIX. *XVI. Vt nullus Christianus Iudæo deinceps debeat deſeruire, ſed datis pro quoli-
bet bono mancipio duodecim ſolidis, ipſum mancipium quicumque Christianus ſeu ad
ingenuitatem ſeu ad ſeruitium licentiam habeat redimendi, quia nefas eſt vt quos
Christus Dominus ſanguinis ſui effuſione redemit, perſecutorum vinculis maneant*

bretiis quod ſi adquieſcere his quæ ſtatuimus quicumque Iudæus noluerit, quam- AN. CH.
diu ad permanendum conſtitutum venire diſtulerit, liceat mancipio ipſi cum Chriſtianis, 583.
vbicumque voluerit, habitare. Illud etiam ſpecialiter ſancientes, quod ſi quis Iu- GVNTCH.
dæus Chriſtianum mancipium ad errorem Iudaicum conuictus fuerit perſuaſiſſe, vt CHILPER.
ipſo mancipio careat, & legali damnatione plectatur. RR. 22.

XVII. Vt ſi quis conuictus fuerit alios ad falſum teſtimonium vel periurium at- CHIL-
traxiſſe, aut quacumque corruptione ſollicitaſſe, ipſe quidem vſque ad exitum non DEB. II.
communicet; hi verò qui ei in periurio conſenſiſſe probantur, poſt ab omni ſint teſti- R. 8.
monio prohibendi, & ſecundum legem infamiâ notabuntur.

XVIII. De his verò, qui innocentes aut Principi, aut Iudicibus accuſare conſul- XXX.
ti fuerint, ſi Clericus honoratior fuerit, ab officij ſui ordine regradetur; ſi verò ſæ- DE PERIV-
cularis, communione priuetur, donec malum, quod admiſit, per publicam pœniten- RIIS.
tiam dignâ ſatisfactione componat. XXXI.

XIX. Et licèt priori titulo legatur definitum, quid de puellis, quæ ſe diuinis DE ACCV-
cultibus, aut parentum, aut ſuâ voluntate dicauerint, debeat obſeruari: tamen quia SATORI-
Monacha nomine Agnes, quæ de Monaſterij ſeptis fugâ ante aliquot annos diſceſſe- BVS.
rat, in eodem eſt Monaſterio reuocata, & dicitur, inſtigante diabolo, agellos vel quaſ- XXXII.
cumque res ad ſe pertinentes, aliquibus potentibus velle donare, dummodo per eo- DE AGNETE
rum patrocinium ſe poſſit de intra Monaſterij ſui ſepta ſubtrahere, & voluptatibus MONACHA.
ſæculi clandeſtinâ vel ſingulari habitatione vacare; ideo præſenti conſtitutione ſanci-
mus, vt tam illa, quàm quæcumque alia Monacha, quæ ſub hac argumentatione ſe
de religionis habitu ad illecebras ſæculi ſubtrahere, aut res ſuas pro tam iniqua de-
liberationis cauſa quibuſcumque dare cenſuerit, tam illa quæ hoc dare voluerit, quàm
illi quicumque hoc acceperint, ne, quod Deus auertat, ambitionis inſtinctu religio-
nis videatur regula vitiari, tamdiu ſint à communionis gratia ſequeſtrati, quamdiu
res ipſas eis, à quibus hæc acceperant, dignâ pœnitentia ſatisfactione reſtituant.

Hæc Synodus, vt ipſa præfatio docet, congregata fuit *ex euocatione glorio-* XXXIII.
ſiſſimi domni Guntchramni Regis, tam pro cauſis publicis, quàm pro neceſſitatibus SVBSCRI-
pauperum. Subſcripſerunt Epiſcopi viginti & vnus ex varijs Prouincijs. PTION. E-
PISCOP.

Priſcus Epiſcopus Lugdunenſis Metropolitanus ſubſcripſit cum omnibus
comprouincialibus, Siagrio Auguſtodunenſi, Mummolo Lingonenſi, Flauio XXXIV.
Cabilonenſi & Euſebio Matiſconenſi.

Ex Prouincia Lugdunenſi quarta ſubſcripſerunt Artemius Epiſcopus Seno- XXXV.
nenſis Metropolitanus, Gallomagnus Epiſcopus Tricaſſinus, Aunacharius E-
piſcopus Altiſiodorenſis, Agricola Epiſcopus Niuernenſis, & Namatius Epi-
ſcopus Aurelianenſis ſucceſſor Ricomeri.

Ex Prouincia Lugdunenſi quinta ſubſcripſit Siluester Epiſcopus Veſon- XXXVI.
tienſis Metropolitanus, de quo iam ſuprà.

Ex Aquitania prima Remedius ſeu Remigius Epiſcopus Bituricenſis Me- XXXVII.
tropolitanus.

Ex Alpibus Graiis Martianus Epiſcopus Tarantaſienſis Metropolitanus, & XXXVIII.
Hiconius qui Maurienſis Eccleſiæ à Guntchramno Rege fundatæ primus
Epiſcopus fuit, vt probauimus Tomo primo [a]. [a] Ad an. 556. num. 6.

Ex Alpibus Maritimis Heraclius Epiſcopus Dinienſis, cuius mentionem XXXIX.
iam fecimus.

Ex Prouincia Viennenſi prima Euantius Epiſcopus Viennenſis Metropoli- XL.
tanus, Heſychius Epiſcopus Gratianopolitanus & Ragnoaldus Epiſcopus Va-
lentinus. Egimus ſuprà de Heſychio. Ragnoaldus Maximo ſucceſſerat, Euan-
tius Philippo, cuius nomen tertio Nonas Februarias in Martyrologio Galli-
cano reperitur.

Ex Prouincia Viennenſi ſecunda ſubſcripſerunt Victor Epiſcopus Trica- XLI.
ſtinus & Artemius Epiſcopus Vaſienſis in hiſce Annalibus iam noti. Sermo
recurret de Artemio, Victori verò paulò pòſt mortuo ſucceſſit Euſebius, qui
Synodo Valentinæ poſt biennium interfuit.

Ex Prouincia Narbonenſi ſecunda ſubſcripſit Pappus Epiſcopus Aptenſis, XLII.

AN. CH. 583. GVNTCH. CHILPER. RR. 22. CHILDEB II. R. 8.

ſucceſſor Clementini, de quo locuti ſumus in Concilio Pariſienſi quarto.

XLIII. Epiſcopi ſanctitate conſpicui. Inter illos Epiſcopos enitebant ſeptem ſanctitate conſpicui; Syagrius Auguſtodunenſis & Aunachatius Altiſſiodorenſis, qui Tabulis Eccleſiaſticis inſcribuntur, ille ſexto Kalendas Septembris, hic ſeptimo Kalendas Octobris; Priſcus Lugdunenſis, qui ſanctus in Adonis Chronico vocatur, & olim colebatur menſe Iunio, vt in eius obitu probabimus, Euantius Viennenſis, Agricola Niuernenſis, & Artemius Senonenſis, quorum memoria celebris eſt in Martyrologio Gallicano totidem diebus, nempe tertio Nonas Februarias, quarto Kalendas Martias & quarto Kalendas Maias; itémque Flauius Cabilonenſis, cuius nomen pridie Kalendas Maias in eiuſdem Martyrologij ſupplemento legitur. Ado nonnullos nominauit in Euantij Viennenſis elogio, quod in ſuo Chronico ſic contexuit. *Poſt Philippum Euantius vir ſanctus, Epiſcopus Viennæ leuatus eſt. Hic cum ſancto Priſco, & Artemio Senonico, & Remigio Bituricenſi, & cum aliis ſanctis Epiſcopis, viginti Capitula Eccleſiaſtica perfectè roborauit. Quibus conſedit quoque Syagrius Eduenenſis Epiſcopus vir ſumma ſanctitatis.* At Adonem obſerua vſum numero nimis rotundo, cùm Canones viginti Synodo Matiſconenſi attribuit.

XLIV. Concilio Matiſconenſi Gallomagnus Trecenſis Epiſcopus diu ſuperſtes non vixit, nam Agrœcius eius ſucceſſor poſt biennium Synodo Matiſconenſi ſecundæ per Vicarium ſubſcripſit. Circa hæc vltima Gallomagni tempora, poſt Audericum factus eſt Abbas Baſilicæ ſancti Lupi extra muros Trecarum [illegible] nebaudus Presbyter, cuius primordia texere placet ex promptuario ſacrarum antiquitatum Diœceſis Tricaſſinæ, quod Nicolaus Camuzatus inſignis Eccleſiæ Trecenſis Canonicus in lucem emiſit. Winebaudus Nogenti* [illegible] *Pater namque*

Winebaudus Abbas S. Lupi.

* Nogent ſur Seine.

Diœceſis Tricaſſinæ ciuitatis indigena, ortus eſt natalibus non infimis [illegible]
eius & mater ex ſobole fuerunt Romana, ſed cùm ſummâ liberta[illegible]
tellerent pollentes, filium ad erudiendum literis deſtinarunt, qui etiam cum ſancti[illegible]
celeritate ſapientiam quæ donum Dei eſt adipiſcitur, & gratiam Spiritus ſanc[illegible]
mox conſequitur, & cùm dic[illegible]*us Deo incertos caducóſque mundanæ fragilitatis*
ſuæ pertimeſceret, Clericatûs onus accepit, & regularem normam fons diuinus
ei infudit, vt in cellula exigua ſolitariam duceret vitam. Audiens beatiſſimus
Gallomagnus Tricaſſinæ vrbis Epiſcopus famam beati Winebaudi, quæ perſpi[illegible]
diuulgabatur in populo, illicò cum feſtinatione reuerentiſſimum Lectorem ad vir[illegible]
venerabilem direxit, quem tertiana incommodis grauiſſimis perurgebat. Vir
ctus Winebaudus pertimeſcens intrinſecus, & cogitans ne magnitudo Ponti[illegible]
ſe non ad propria reuerti permitteret, ait. Frater mi, non audeo renuere iuſſi[illegible]
Pontificalem, ſi Sanctitas ſua permitteret me ſeruulum ſuum ad propriam cell[illegible]
remeare. Deniquè fidentiſſimo merito ad eum peruenit, cui non incognitum erat
cti Lupi exorando detinere ſuffragium; & cùm vis ardoris ac frigoris rep[illegible]
infeſtatione artus Lectoris ſæpiùs exagitaret, inde flexo poplite, ad orationem
ſe proſternens excellentis fidei virtute emicuit, & ſaluberrimam adeptus eſt
ciuam. Quem Pontifex cùm virtute ſancti Winebaudi vi febrium erept[illegible]
videret, ait ad venerabilem virum. Si permittit almitas tua, tibi loqui [illegible]
nam. Neceſſe nobis eſt, vir ſancte, vt ciuitatem iſtam non deſeras, & pro [illegible]
propriis orare diſponas. At vir beatiſſimus ait ad eum. Sancti Pauli mo[illegible]*ita non*
audeo renuere, qui[illegible] *ait, [qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.]* Petiit
vir ſanctus vt ad Baſilicam ſancti Lupi ad ſeruiendum ſanctimonia ſua [illegible] *continuis*
orationibus dignaretur promoueri. Eodem itaque tempore Audericus iam dicta Ba-
ſilicæ Abbas deceſſit, poſt cuius deceſſum ſacra fratrum laus omnium voce vnâ con-
clamat ad prædictum virum Apoſtolicum, vt venerabilem Winebaudum, quem in
Leuitici vel Sacerdotalis honoris gradum benedictione ſacrâ ſummo apice ſublima-
uerat, ſuis obtutibus mererentur adipiſci Abbatem. Videns hæc beatus Pontifex,
quòd nutu Dei vna in populo voluntas proclamaret, ait omnibus qui in amore ipſius
vnanimiter perſiſtebant. O ſacratiſſimi viri, hunc Winebaudum, quem acclama-
tis, ſuperni arbitri nutu & voluntate vtriuſque ſexûs acquieſcimus & ordinamus

AN. CH. 583.	GVNTCH.	CHILPER. RR 22.	CHILDEB. II. R. 8.

Ordinatione acceptâ, hac Abbas ait Fratribus. Conſolamini & caſtitas in nobis inconcuſſa permaneat, vt perfectio non indigeat famulatu. Iuſtus igitur vir electus à Deo iugibus orationibus & ieiuniis placitâ bonitate indeſinenter vacabat. Cetera ſuis locis.

XLV. Gregorius Turonenſis libri ſexti octo capitibus res octauo Childeberti Regis anno geſtas enarrat [a], varia prodigia & mortem Gunechramni Ducis ac Tiberij Auguſti pluribus proſequitur. Ioannes Biclarenſis [b] Tiberium denatum ſcribit anno Lewigildi Regis decimo-quarto, & Euagrius [c] teſtatur illum ex hac vita migraſſe, cùm quatuor annos ἔτι τίοπες ab obitu Iuſtini Iunioris imperaſſet. Succeſſit eius gener Mauricius, ad cuius annum duodecimum Euagrius Hiſtoriam ſuam perduxit. Hæc obiter dicta ſunto ad Chronologiam noſtram multiplici exterarum etiam gentium calculo confirmandam, cui ſuffragatur quoque litera Dominicalis C, quâ Gregorius Turonenſis [d] præditum inſinuat annum Childeberti Regis octauum, quo diem qui Kalendas Februarias præceſſit, Dominicum fuiſſe ſcribit.

[a] Capp. 25 & ſeqq.
[b] In Chron.
[c] Lib. 5 cap. 24.
CHRONOLOGIA STABILITVR.
[d] Lib. 6. cap. 25.

XLVI. *Chilpericus Rex* [e] *pridie quàm Paſcha celebraretur Pariſius abiit. Et vt maledicto, quod in pactione ſua vel fratrum ſuorum conſcriptum erat, vt nullus eorum Pariſius ſine alterius voluntate ingrederetur, carere poſſet, reliquiis ſanctorum multorum præcedentibus, vrbem ingreſſus eſt, diéſque Paſchæ cum multa iocunditate tenuit, filiúmque ſuum baptiſmo tradidit. Quem Raghemodus ipſius vrbis Sacerdos de lauacro ſancto ſuſcepit, ipſúmque Theodericum vocitari præcipit.*

Marcus Referendarius [f] *poſt congregatos de iniquis deſcriptionibus theſauros, ſubito lateris dolore detentus, caput totondit, atque pœnitentiam accipiens ſpiritum exhalauit.*

[e] Greg. Tur. lib. 6. cap. 27.
CHILPERICVS VENIT PARISIOS. BAPTIZATVR EIVS FILIVS.

XLVII. *Leudaſtes in Toronico* [g] *cum præcepto Regis aduenit, vt vxorem acciperet, ibique commoraretur. Sed &* Gregorio Epiſcopo Turonenſi *epiſtolam Sacerdotum manu ſubſcriptam detulit, vt in communione reciperetur.* Gregorius autem, quoniam literas Reginæ non vidit, cuius cauſâ maximè à communione remotus fuerat, ipſum recipere diſtulit, donec Reginæ mandatum ſuſcepiſſet, interim ſcripſit ad Fredegundem, cuius reſponſum tale fuit. *Compreſſa à multis, aliud facere non potui, niſi vt eum abire permitterem. Nunc autem rogo vt pacem tuam non mereatur, neque eulogias de manu tua ſuſcipiat, donec à nobis quid agi debeat pleniùs pertractetur.* Gregorius hæc ſcripta relegens timuit ne Leudaſtes interficeretur, accerſitóque ſocero eius hæc ei patefecit, obſecrans vt ſe cautum redderet, donec Reginæ animus leniretur. Ille ſpreto hoc conſilio ad Regem direxit, *qui tunc cum exercitu in pago Migludinenſe degebat, deprecatúſque eſt populum, vt Regi preces funderet, & eius præſentiam mereretur.* Quæ ſecuta ſunt dicemus paulò inferiùs.

[f] Greg. Tur. lib. 6. cap. 28.
XLVIII.
[g] Greg. Tur. lib. 6. cap. 32.
LEVDASTES VENIT TVRONOS.

XLIX. *Chilpericus Rex* [h] *Legatos nepotis ſui Childeberti ſuſcepit, inter quos primus erat Egidius Remenſis Epiſcopus. Quibus intromiſſis ad Regem, datâ ſuggeſtione dixerunt. Pacem quam cum Domino noſtro nepote tuo feciſti, petit à te omnimodis conſeruari. Cum fratre verò tuo pacem habere non poteſt, quia partem Maſſiliæ ei poſt mortem abſtulit patris, fugacéſque ſuos retinet, nec eos vult ei remittere. Ideo Childebertus nepos tuus charitatem, quam nunc tecum retinet, integrè vult ſeruare. Et ille, in multis, inquit, frater meus acceſſit culpabilis. Nam ſi ordinem rationis filius meus Childebertus inquirat, cognoſcet protinus, quòd huius conludio pater eius eſt interfectus. Hæc eo dicente, Egidius * Epiſcopus ait, ſi cum nepote tuo coniungeris, & ipſe coniungitur tibi, commoto exercitu vltio quæ debetur ſuper eum velociùs inferetur. Quod cùm iuramento firmaſſent, obſidéſque inter ſe dediſſent, diſceſſerunt. Igitur fidens in promiſſis eorum Chilpericus, commoto regni ſui exercitu Pariſius venit. Vbi cùm reſediſſet, magnum diſpendium rerum incolis intulit. Berulfus verò Dux cum Turonicis, Pictauis, Andecauiſque * atque Namneticis ad terminum Bituricum venit. Deſiderius verò & Bladaſtis cum omni exercitu Prouinciæ ſibi commiſſæ ab alia parte Bituricum vallant, multùm vaſtantes per quas venerunt regiones. Chilpericus verò iuſſit exercitum, qui ad*

[h] Greg. Tur. lib. 6 cap. 31.
BELLVM CIVILE.
* Gilo.
* Angeuini.

AN. CH. 583. GVNTCH. CHILPER. RR. 22. CHILDEB. II. R. 8.

*cum acceſſit, per Pariſius tranſire. Quo tranſeunte & ipſe tranſiit, atque ad Miglidunenſem caſtrum abiit, cuncta incendio tradens, atque deuaſtans. Et licèt exercitus nepotis ſui ad eum non veniſſet, tamen Duces & Legati eius cum ipſo erant. Tunc miſit nuncios ad ſupradictos Duces, dicens. Ingredimini Bituricum *, & accedentes vſque ad ciuitatem, ſacramentum fidelitatis exigite de nomine noſtro. Biturigi * verò cum quindecim millibus ad Mediolanenſem caſtrum confluunt, ibíque contra Deſiderium Ducem confligunt. Factáque eſt ibi ſtrages magna, ita ut de vtroque exercitu ampliùs quàm ſeptem millia cecidiſſent. Duces quoque cum reliqua parte populi, ad ciuitatem peruenerunt, cuncta diripientes vel deuaſtantes. Taliſque depopulatio ibi acta eſt, qualis nec antiquitus audita fuiſſet, vt nec domus remaneret, nec vinea nec arbores, ſed cuncta ſuccìderent, & debellarent. Nam & ab Eccleſiis auferentes ſacra miniſteria, ipſas incendio cremabant.. Guntchramnus verò Rex cum exercitu contra fratrem ſuum aduenit, totam ſpem in Dei iudicio collocans. Qui die vnâ iam veſpere miſſo exercitu, maximam partem de germani ſui exercitu interfecit. Mane autem currentibus Legatis, pacem fecerunt, pollicentes alter alterutrum, vt quicquid Sacerdotes vel ſeniores populi indicarent, pars parti componeret quæ terminum legis exceſſerat, & ſic pacifici diſceſſerunt. Chilpericus verò Rex cùm exercitum ſuum à prædis arcere non poſſet, Rothomagenſem Comitem gladio trucidauit, & ſic Pariſius rediit, omnem relinquens prædam, captiuóſque relaxans. At iſti, qui Bituricas * obſidebant, accepto mandato vt reuerterentur ad propria, tantas prædas ſecum ſuſtulerunt, vt omnis regio illa, vnde egreſſi ſunt, valdè putaretur euacuata, vel de hominibus, vel de ipſis pecoribus. Ingreſſus quoque exercitus Deſidery atque Bladaſtis per Toronicum *, incendia, prædas & homicidia tanta fecerunt, ſicut ſolet contra inimicos fieri. Nam & captiuos abduxerunt, de quibus ſpoliatos plurimos poſteà dimiſerunt. Subſecutus eſt morbus pecorum hanc cladem, ita vt vix vel vnicum remaneret, nouúmque eſſet, ſi aliquis iumentum videret, aut cerneret buculam.* In vulgato Gregorio Biturici non ad Mediolanenſe vt ſcripſimus, ſed *ad Mecledonenſe caſtrum* confluunt, atque inde oboritur non parua terum confuſio. Bellum enim, quod à Gregorio narratur, non totum detonuit ad vnum idémque caſtrum Mecledonenſe, ſed in duobus locis geſtum eſt valdè diſtinctis, in agro videlicet Bituricenſi, vbi Bituricenſes cum Deſiderio & Bladaſte Chilperici Ducibus ſtrenuè dimicarunt, & in agro Senonenſi, vbi Guntchramnus Rex magnâ clade Chilpericum fratrem affecit. Aimoinus, qui Gregorium præ oculis habebat, caſtrum ad quod Bituricenſes pugnarunt, Mediolanenſe vocat, eâque quâ ſcribebat ætate Magdunum iam dictum ſic taſtatur [a]. *Chilpericus exercitum de regno ſuo commoueri præcepit, qui ciuitates fratri ſubditas obſidens, circumiacentes depopularetur agros. Tunc Berulfus partium eius Dux, cum Turonicis * & Andegauis vna ex parte, Deſiderius & Bladaſtis ex alio latere cum maxima multitudine, Bituricenſes aggrediuntur. Quibus Rex hoc dedit mandata, vt captâ vrbe ſacramenta de nomine exigerent ſuo. Sed Biturigi apud caſtrum Mediolanenſe, quod nunc Magdunum dicitur, quindecim armatorum millia Deſiderio Duci opponentes, cum eo conflixere. Reliqui Duces vrbem obſidione cinxerunt. Chilpericus verò, licèt nondum exercitus Childeberti adueniſſet, tamen quoſdam de eius Ducibus ſecum habens, vniuerſas copias ſuas per Pariſius tranſducens, cuncta vaſtando Milidunum venit. Cui Guntrannus non dubitauit obuiam ire, in ſolo Deo ſpem habens, cuneúmque hoſtium, præ cupiditate ab aliis ſegregatum, crepuſculo noctis aggreſſus vltimâ labefactauit pernicie. In craſtinum, intercurrentibus Legatis, frater cum fratre paciſcitur, pollicentibus vtriſque commiſſorum correctionem. Quippe Chilpericus, cùm milites furto ac rapinis abſtinere moneret, nec tamen obtemperarent, Comitem Rothomagenſem gladio percuſſit, ſicque reliquos coercens, ad propria reduxit, cunctam priùs reſtituens prædam, captiuóſque relaxans. At illi qui Bituricos obſederant, accepto nuncio vt inde recederent, quæcunque oculi viderant, manus rapiebant, dum ad ſua redirent.* Duo igitur caſtra iure diſtinximus in textu Gregoriano, caſtrum Mediolanenſe ſeu Magdunum * ad Euuram in Epiſcopatu Bituricenſi, & caſtrum Mecledonenſe

* le Berry.
* les Berruyers.
* Bourges.
* la Touraine.
[a] Lib. 3. c. 50.
* Tourangeaux.
* Meun ſur Yeure.

AN. CH. 583.

GVNTCH. CHILPER. RR. 22.

CHILDEB. II. R. 8.

...Meclidunum * ad Sequanam in Epiſcopatu Senonenſi. Cum Chilpericus in Meclidonenſi degebat, illuc profectus eſt Leudaſtes, *Rex ſe videndum exhibuit*, vt Gregorius Turonenſis [a] affirmat, *proſtratúſque pedibus eius veniam flagitauit. Cui Rex, cautum, inquit, te redde paulisper, donec viſa Regina conueniat, qualiter ad eius gratiam reuertaris, cui multùm inuenirìs eſſe culpabilis.* Leudaſtis exitum inferiùs recitabimus. Quid intereà Childebertus Rex egerit, & quantum vitæ diſcrimen ſubierit Ægidius Remenſis Epiſcopus, accipe ex eodem [b] Gregorio. *Dum hæc agerentur, Childebertus Rex cum exercitu ſuo vno in loco reſidebat. Nocte autem quadam commoto exercitu, magnum murmur contra Egidium Epiſcopum & Duces Regis minor populus eleuauit, ac vociferari cœpit, & publicè proclamare. Tollantur à facie Regis, qui regnum eius venundant, ciuitates illius dominationi alterius ſubdunt, populum ipſius Principis alterius ditionibus tradunt. Dum hæc & his ſimilia vociferando proferrent, facto mane adprehenſo armorum apparatu, ad tentorium Regis properant, ſcilicet vt adprehenſis Epiſcopo vel ſenioribus vi obprimerent, verberibus adficerent, gladiis lacerarent. Quo comperto, Sacerdos fugam iniit, aſcensóque equite * ad vrbem propriam tendit. At populus ille cum clamore ſequebatur, proiiciens poſt eum lapides, euoménſque conuicia. Fuitque tunc ei hæc cauſa præſidium, quòd hi paratos equites * non habebant. Attamen laſſatis ſociorum equis, ſolus pertendit Epiſcopus, tanto timore perterritus, vt vnam caligam de pede elapſam alligare non curaret. Et ſic vſque ciuitatem veniens, ſe infra murorum Remenſium ſepta concluſit.*

Melun.

[a] Lib. 4. c. 38.

[b] Lib. 4. c. 31.

TVMVLTVS CONTRA EGIDIVM EP. REM.

* id eſt, equo.

* equos.

L. Leudaſtes [c], *vt erat incautus & leuis, in hoc fidens, quòd Regis præſentiam meruiſſet, Rege Pariſius reuertente, die Dominico in Eccleſia ſancta Reginæ pedibus prouoluitur, veniam deprecans. At illa frendens & execrans aſpectum eius, à ſe repulit, fuſíſque lacrimis ait. Et quia non extat de filiis, qui criminis mei cauſas inquirat, tibi eas, Ieſu Domine, inquirendas committo. Proſtratáque pedibus Regis adiecit. Væ mihi quæ video inimicum meum, & nihil ei præualeo. Tunc repulſo eo à loco ſancto Miſſarum ſolennia celebrata ſunt. Igitur egreſſo Rege cum Regina de Eccleſia ſancta Leudaſtes vſque ad plateam eſt profectus, inopinans quid ei accideret, domúſque negotiantium circumiens, ſpecies rimatur, argentum penſat, atque diuerſa ornamenta proſpicit dicens. Hæc & hæc comparabo, quia multum mihi aurum argentúmque reſedit. Iſta illo dicente, ſubitò aduenientes Reginæ pueri voluerunt eum vincire catenis. Ille quoque euaginato gladio, vnum verberat. Exinde ſuccenſi felle, adprehenſis parmis & gladiis ſuper eum irruunt. Ex quibus vnus librans ictum, maximam partem capitis eius à capillis & cute detexit. Cúmque per pontem vrbis fugeret, elapſo inter duas axes, quæ pontem faciunt, pede, effractâ oppreſſus eſt tibiâ. Ligatíſque poſt tergum manibus, cuſtodia mancipatur. Iuſsítque Rex vt ſuſtentaretur à medicis, quoadúſque ab his ictibus ſanatus, diuturno ſupplicio cruciaretur. Sed cùm ad villam fiſcalem ductus fuiſſet, & computreſcentibus plagis extremam ageret vitam, iuſſu Reginæ in terram proiicitur reſupinus. Poſito ad ceruicem eius vecte immenſo, ab alio ei gulam verberant. Sicque perfidam agens vitam, iuſtâ morte finiuit.* Hæc narratio prauam atque omnino vituperandam oſtendit illorum temporum conſuetudinem, quâ merces diebus Dominicis publicè vendebantur emebantúrque.

[c] Greg. Tur. lib. 6. c. 32.

LEVDASTES NECATVR.

LI. *In Monaſterio beatæ Radegundis, puella quædam nomine Diſciola, quæ beati Saluij Albienſis Epiſcopi neptis erat, obiit. Et ecce quidam energumenus, qui tunc ad beatæ Crucis gloriam mundandus aduenerat, arreptam manibus cæſariem, conliſit ſe in terram dicens. Heu! heu! heu nobis! qui tale damnum perpeſſi ſumus. Vel licuiſſet priùs cauſas inquirere, & ſic de poteſtate noſtra fuiſſet ablata hæc anima. Inquirentibus verò his qui aderant, quod eſſet hoc verbum, quod loquebatur, reſpondit. Ecce animam puellæ Michael Angelus ſuſcepit, & ipſe eam ad cœlum euehit. Princeps verò noſter, quem vos diabolum nominatis, nihil in ea participatur. Poſt hæc corpus aquis ablutum ita candore niueo refulgebat, vt nullum linteum reperire Abbatiſſa potuiſſet in promptu, quod corpore candidius cerneretur. Induta tamen linteis mundis, ſepulturæ mandata eſt.* Huc vſque Gregorius Turonenſis [d]. Ceterùm ſan-

DISCIOLA MONIAL. MORITVR.

[d] Lib. 6. c. 29.

AN. CH. 583. GVNTCH. CHILPER. RR. 22. CHILDEB. II. R. 8.

ćta Diſciola in Litaniis Pictonicis, quas Henticus Ludouicus Caſtanæus * Epiſcopus Pictauienſis concinnauit vulgauitque, colitur tertio Idus Maias.

* Chaſteigner.

LII. S. MAXIMVS NAſCITVR.

Hoc anno, qui numeratur octauus poſt Sigiberti Regis obitum, ſiue octauus Childeberti Regis ſub Brunichildis matris tutela, natus eſt ſanctus Maximus, qui Martyrium in Diœceſi Viennenſi regnante Clotario conſummauit. Initium vitæ, quam Bollandus [a] ex vetuſtiſſimo Codice ſancti Martini Treuirenſis publicauit, tale eſt. *S. Maximus ortus eſt in territorio * Caturcenſe in villa Margarita anno VIII. ſub Brunichilde Regina.* Patrem habuit Gundebertum, matrem Magneldem Anſeberti viri in agro Caturcenſi prædiuitis filiam, auum Maxentium, auiam Radegundem, proauum Vobertum, proauiam Helcanam, abauum Enocium Ducem de territorio Celmanes, & abauiam Siuellam, vt patet ex Genealogia inſtar prologi vitæ præfixa. Vixit annos quadragnta-duos, paſſus enim ſcribitur *anno XII. ſub Clotario Rege*, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, ſiue anno duodecimo poſtquàm Clotarius in Burgundia regnare cœpit. In eadem vita ſunt alij Characteres Chronologici, qui petuntur ab Epiſcopis Cadurcorum *, Aruernorum, & Viennæ, indigéntque correctione, quia nonuna Præſulum à neotericis temerè fuerunt interpolata.

[a] D. 2. Ian.
* le Quercy.
* de Cauors.

LIII. RVPERTVS EP. REDIT IN BOIOARIAM, CVM XII. SOCIIS ET ERNTRVDE NEPTE. CONSTRVIT MONASTERIVM PVELLARE. EX MVNIFICENTIA THEODOBERTI DVCIS.

Rupertus Epiſcopus, vt Anonymus [b] in eius vita teſtatur, ex Hibernia *cum duodecim ad prædicandum ſibi ſociis electis, inter quos erant eximy beatus Kunialdus & ſanctus Giſilarius, ambo Presbyteri, ambo viri ſancti, & ſecum Virginem Chriſti ſanctam Erntrudem neptem ſuam adducens, quaſi cum tot luminaribus ad vrbem Iuuauenſem regreditur. Tunc in ſuperiori caſtro eiuſdem ciuitatis conſtruxit in honore Domini noſtri Ieſu Chriſti & ſuæ ſanctæ genitricis perpetuæ Virginis Mariæ Monaſterium, & ibidem cum Congregatione Sanctimonialium poſuit ſanctam Erntrudem ad ſeruitium cæleſtis Regis, atque cum Theodoberti Ducis aſtipulatione, qui poſſeſſiones ad illud Cœnobium tradidit infinitas, earum conuerſationem per omnia rationabiliter diſpoſuit.* Munificas donationes, quibus Dux Theodobertus hoc Cœnobium ditauit, ita recenſet Arno Saliſburgenſis Epiſcopus. *Tradidit inprimis Theodbertus Dux in pago Salzburgoe villâ nuncupante Aimberingâ * cum manſis XXX. inter veſtitos & apſos & exercitales viros, & quod ad eandem villam pertinuit, cum farinariis in fluuio qui vocatur Sala. Necnon & tradidit illuc memoratus Dux in prædicto pago locellum qui vocatur Viſchaba manſos quinque inter veſtitos & apſos, & farinariis in fluenta, Viſchaba. Tradidit idem Dux in eodem pago Salzburgoe in loco qui dicitur Talgen *, in quo eſt tantummodò Eccleſia, prata, & ſylua, & medietate de locu piſcatione qui vocatur Mamuſeo. Tradidit idem Dux in ſupradicto pago, in loco qui dicitur Cucullos, ſecus fluuio Salzaha, in quo ſunt tantummodò prata, ſylua. Tradidit ipſe Dux in ipſo pago, in loco qui vocatur Hal, ad ſal coquendum fornaces * IX. tres ſunt veſtitos & VI. apſos, & hoc decreuit cenſum dare, vnuſquiſque * homo, qui in Hal habitaret, quod barbaricè dicitur Adalparo, tam hy qui in nana & mona manerent, quàm & illi qui in ipſas Salinas manerent, à medio menſe Madio vſque ad feſtum ſancti Martini omni hebdomadâ, feriâ ſextâ, modo * de ſale dari deberent, excepto IV. manentes. Tradidit etiam ipſe Dux in pago Salzburgoe ſecus fluuio Salzaba, villa quæ vocatur Titamauinga *, & in ea manſos LX. inter veſtitos & apſos, & inter exercitales & barſcbalcos, cum omnibus appendiciis atque adiacentiis, & cunctis terminis ad eandem villam pertinentibus, necnon & farinariis in ipſo loco congruentibus. Similiter ipſe Dux tradidit in ipſo pago ſupraſcripto tributarios Romanos CXVI. inter veſtitos & apſos per diuerſa loca, & venationem in ſylua qua adiacet inter Alpes & Gaizliberch * vſque ad pontes, quæ nunc vocantur Stega *, & Alpes in eodem pago IIII. ita vocantur, Cundicus, & Cuculana, Alpicula, & Lacuana monte, ſeu etiam partem de Abriani lacu piſcationem. Similque præſcriptus Dux tradidit in pago Chimingaoe, villa quæ dicitur Waginga, cum manſis XL. inter veſtitos & apſos, farinariiſque & cum omnibus appendiciis ſuis, & in ipſo pago Chimingaoe tradidit iamdictus Dux villam nuncupatam*

[b] Apud Caniſ. tom. 6. antiq. lect.
* Elnheringa.
* Talgou.
* Loca fornacium nouem cum ſeruis illuc pertinentibus
* vt vnuſquiſque
* donent de ſale modium vnum, exceptis quatuor manentibus.
* Tietramingen.
* Reikberg.
* Stegen.

AN. CH. 583. GVNTCH. CHILPER. RR 22. CHILDEB. II. R. 8.

*Chamara * cum manſos XIII. inter veſtitos & apſos, & inter ſeruos & liberos, aquis, aquarum decurſibus & farinariis, cum omni ſoliditate, & cum omnibus appendiciis ſuis. Inſuper & in ipſo pago iuxta fluenta Druna, tradidit idem Dux Romanos & eorum manſos tributales* LXXX. *inter veſtitos & apſos, cum omnia quicquid ad ipſos manſos aſpicere videtur. Necnon & in pago Adragaoe tradidit ſupradictus Dux Romanos & eorum manſos tributales* III. *Siquidem ipſe Dux tradidit in pago Drunenſe tributarios* XX. *apud manſos eorum. In pago verò Matagaoe tradidit prædictus Dux tributarios* IV. *cum manſis eorum totidem inter veſtitos & apſos per diuerſa loca.* Hæc Arno [a], cuius textum marginalibus notis illuſtrandum duximus ex libello, qui de donarionibus Eccleſiæ Saliſburgienſi collatis inſcribitur [b].

* Ad Chameren, cum manentibus XIV.
a Apud Caniſ. tom. 2 antiq. lect.
b Apud Caniſ. tom 6. antiq. lect.

LIV. CVR ILLVD COENOBIVM DICTVM NVNBERG. NONNÆ SIGNIFICATIO.

Verùm Ruperti ſoror an neptis fuerit Erndrudis ſiue Erendrudis, in dubio relinquit Wiguleus Hundius [c], vbi loquitur de duabus Eccleſiis, quas Rupertus Iuuauij ſeu Saliſburgij conſtruxit, ſed multò plures Auctores inuenio qui neptem, quàm qui ſororem vocent, nec vllum exiſtimo diſputationi locum ſupereſſe. Monaſterium, cui præfuit, ab ipſo ſitu, quia conditum eſt in colle, vocatur hodie *Nunberg*, id eſt, Nonnarum mons, ſeu mons Monacharum, vt enim Nonnus vulgò Monachum, ſic Nonna Monacham ſignificat. *In deſcriptione viſionum*, quæ Flothildi oſtenſæ ſunt, & ſupplemento Flodoardi ſubiectæ reperiuntur, vox *(Nonna)* non aliter accipitur. *Vidit ſe eſſe in quodam amœno loco, velúmque nigrum ſe ſuper caput habere, de quo cùm requiſiſſet, audiuit quòd fieri Nonna deberet.* In propria tamen ſignificatione nomen Nonnæ non conuenit cuilibet Monachæ, ſicut nomen Nonni non cuilibet Monacho tribuitur. *Nonnus* nomen eſt honoris; ſignificat enim patrem, maiorem, ſeniorem, & in Regula Benedictina Monachi iuniores, vt honorem ſenioribus impertiantur, eos Nonnos appellant, idque ad caput ſexageſimum-tertium obſeruauimus [d]. Par eſt ratio de Nonna. Quin & ſanctus Hieronymus [e] in literis ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, reprehendit viduas, quæ in ſuperbiam elatæ viduitatiſque præ ſe ferentes libertatem, caſtas ſe & ab antiquitate Nonnas vocari patiebantur, & epulis expletæ Apoſtolos ſe in ſomnis vidiſſe iactabant. *Eriguntur*, inquit, *in ſuperbiam, & quia maritorum experta dominatum, viduitatis præferunt libertatem, caſta vocantur & Nonnæ, & poſt cœnam dubiam*, id eſt, poſt cœnam ita opiparam, omnique genere epularum ita refertam, vt conuiua dubitet cuinam rei primùm manum admouere debeat, *Apoſtolos ſomniant.*

c Tom 2 Metrop. Saliſburg. catal. Epiſc. Saliſburg.
d Ad ann. 540. num 78.
e Epiſt. 22.

LV. ROMANI COENOBIIS SALISB. EMANCIPATI.

Per Romanos Cœnobiis Saliſburgienſibus emancipatos, quorum non vna mentio eſt in tabulis donationum, quas ſuprà commemorauimus, intellige poſteros veterum incolarum, qui Vindeliciam & Noricum inhabitarunt florente per eas regiones Imperio Romanorum, patriæque charitatem libertati ſic antepoſuerunt, vt nouis dominis parere maluerint in natali ſolo quàm in alias prouincias migrare.

LVI. NOMINA SOCIORVM S. RVPERTI.

Apud Auentinum [f] ſocij, quos Rupertus in Boioariam ſecum duxit, hoc recenſentur ordine, Giſolarius, Domingus, Maternus, Dignulus, Cbunaldus, Iſenardus, Gerardus, Ariofridus, Vitalis, Ratharius, Erchanofridus, ac duodecimo loco ſoror Ariodruda, quam alij Erndrudem & Erendrudem appellant, Rupertique non ſororem ſed neptem fuiſſe diximus ſuprà. Colganus in appendice ad vitam ſancti Ruperti duodecimo loco inter eius ſocios annumerat Erenfridum, quem Auentinus omiſerat, prætereà ex duodecim eius diſcipulis obſeruat tres tantùm pro Sanctis haberi, Vitalem qui ſancto Ruperto in Epiſcopatum ſucceſſit, Chunialdum ſeu Cbunaldum vel Conaldum & Giſolarium ſeu Gilizarium vel Gizilarium aut Gillizanum Preſbyteros, quorum Reliquiæ ſunt Saliſburgi.

f Lib 3.

AN. CH.
584.
GVNTCH.
CHILPER.
R R. 23.
CHILDEB.
II. R. 9.
CLOTAR.
II. R. 1.

ANNVS
CHRISTI 584.
GVNTCHRAMNI R. 23. 24.
CHILPERICI R. 23.
CHILDEBERTI II. R. 9.
CLOTARII II. R. 1.

I. DE rebus in Francia geſtis anno Childeberti Regis nono, ſiue anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto copioſè diſſerit vulgatus Gregorius Turonenſis quatuordecim poſtremis capitibus libri ſexti & prioribus viginti tribus libri ſeptimi.

II. Capite triceſimo-tertio libri ſexti ſic ait. *Anno nono Childeberti Regis partem Maſſiliæ Guntchramnus Rex ipſi nepoti ſuo refudit. Legati Principis Chilperici de Hiſpaniis regreſſi nuntiauerunt prouinciam Carpitaniam grauiter à locuſtis fuiſſe vaſtatam, ita vt non arbor, non vinea, non fructus aliqui, aut quidquam viride remaneret, quod non à locuſtis euerteretur. Aiebant enim inimicitias illas, quæ inter Leuuigildum & filium ſuum pullulauerant, vehementer agere. Loca enim lues vaſtabat, ſed maximè circa vrbem Narbonenſem validiùs diſæuiebat, etiam tertio anno, quòd ibidem adprehenderat & requieuerat. Populóque reuertente à fuga iterum morbo conſumpti ſunt. Nam & Albienſis ciuitas maximè ab hoc incommodo laborabat. His diebus apparuerunt à parte Aquilonis nocte mediâ radij multi fulgore nimio relucentes, qui ad ſe venientes iterum ſeparabantur vſque quòd euanuerunt. Sed & cælum ab ipſa Septemtrionali plaga ita reſplenduit vt putaretur Auroram producere.* Deinde capite triceſimo-quarto. *Legati iterum ab Hiſpania venerunt, deferentes munera, & placitum accipientes cum Chilperico Rege, vt filiam ſuam ſecundùm conniuentiam anteriorem filio Regis Leuuichildi tradere deberet in matrimonium. Denique dicto placito, & omnibus pertractatis, Legatus ille reuerſus eſt. Sed Chilperico Regi egreſſo de Pariſius, vt in pagum Sueſſionicum accederet, nouus luctus aduenit. Filius enim eius, quem anno ſuperiore ſacro baptiſmate abluerat, à dyſenteria correptus ſpiritum exhalauit. Hoc enim fulgor ille, quem ſuperiùs ex nube dilapſum memorauimus, figurauit. Tunc cum immenſo fletu regreſſi Pariſius, ſepelierunt puerum, mittentes poſt Legatum, vt reuerteretur, ſcilicet vt placitum quod poſuerat prolongaret, dicente Rege. Ecce planctum in domo ſuſtineo, & qualiter nuptias filiæ celebrabo? Voluit enim tunc aliam filiam illuc dirigere, quam de Audouera habebat, & eam in Monaſterio Pictauenſi poſuerat. Sed illa diſtulit, reſiſtente præcipuè beatâ Radegunde, & dicente. Non eſt enim dignum, vt puella Chriſto dicata iterum ad ſeculi voluptates reuertatur.* Et capite triceſimo-quinto. *Dum hæc*

THEODORICVS CHILPERICI FIL. OBIT.

agerentur, nuntiatur Reginæ puerum, qui mortuus fuerat, maleficiis & incantationibus fuiſſe ſubductum, ibique Mummolum Præfectum, quem iamdiu Regina inuiſum habebat, conſcium eſſe. Vnde factum eſt vt epulante eo in domo ſua, quidam de aulicis Regis puerum dilectum ſibi, qui à dyſenteria correptus fuerat, lamentaretur. Cui Præfectus reſpondit. Habetur mihi herba in promptu, de qua ſi dyſentericus hauriat, quamlibet deſperatus ſit, mox ſanatur. Nuntiatis his Regina, maiore furore ſuccenditur. Intereà adprehenſis mulieribus vrbis Pariſiacæ, tormentis adplicat, ac verberibus cogit fateri quæ nouerant. At illæ confitentes ſe maleficas eſſe & multos occumbere letho ſe feciſſe teſtatæ ſunt, addentes illud, quod nulla ratione

ſtior, filium, aiunt, tuum, ô Regina, pro Mummoli Præfecti vita donaui- AN. CH.
mus. Tunc Regina tormentis grauioribus mulieribus adfectis, alias necat, alias in- 584.
*cendit, alias rotis oſſibus confractis innectit, & ſic Compendio * villam vnà cum* GVNTCH.
Rege ſeceſſit. Ibique vniuerſa Regi, quæ de Præfecto audierat, reuelauit. Rex verò CHILPER.
miſſis pueris iuſſit eum arceſſiri, diſcuſſumque catenis onerant & ſupplicijs ſubdunt. RR. 23.
Trabi poſt tergum reuinctis manibus adpenditur, & ibi quid maleficij nouerit inter- CHILDEB.
rogatur. Sed nihil de his quæ ſuperiùs memorauimus confitetur. Hoc tamen protulit II. R. 9.
ſæpiùs ſe vnctiones & potiones, quæ ei Regis Reginæque gratiam præberent, ab CLOTAR.
his mulieribus ſuſcepiſſe. Depoſitus igitur de pœna vocat ad ſe lictorem dicens. Dic II. R. 1.
Domino meo Regi, quia nihil mali ſentio de his quæ inlata ſunt mihi. His auditis *Compiegne.
Rex. Verùmne eſt, inquit, hunc eſſe maleficum, ſi de his nihil eſt læſus pœnis?
*Tunc extenſum * ad trocleas; tamdiu loris triplicibus cæſus eſt, quoadusque ipſi laſ-* * extenſum per modum ablatiui abſoluti.
ſarentur tortores. Poſt hæc ſudes vngulis manuum pedúmque deſigunt. Cumque in
hoc cauſa ageretur, vt ad decidendam ceruicem eius gladius immineret, à Regina
vitam obtinuit. Sed non fuit minor morte humilitas ſubſecuta. Nam impoſitus plan-
ſtro ad Burdegalenſem vrbem, in qua ortus fuerat, ablatâ omni facultate transmit-
titur. In via verò ictuatus ſanguine vix accedere quò iuſſus eſt valuit, ſed non
poſt multum tempus ſpiritum exhalauit. Poſt hæc Regina adprehenſa puerili theſau-
ro, tam veſtimenta quàm reliquas ſpecies, vel ex ſerico, aut quæcunque vellere in-
uenire potuit, igne conſumpſit, quod ferunt quatuor plauſtra leuaſſe. Aurum verò
vel argentum fornace conflatum repoſuit, ne aliquid integrum remaneret, quod ei
planctum filij in memoriam reuocaret. Caput triceſimum-quartum, quod ha-
bes ſuprà deſcriptum, non reperitur in Codicibus Corbeienſi ac Metenſi. VARIÆ GREGORII INTERPOLATIONES EXAMINANTVR.
Diuidi poteſt in tres partes, quarum vna eſt de Gothorum Legatione, altera
de morte Theodorici Regij infantuli, tertia de Baſina Chilperici Regis &
Audoueræ quondam Reginæ filia. Prima & vltima carent veriſimilitudine,
ſecunda veriſſima eſt, ſed ſequenti capite ſatis explicatur, Fredegarióque
manſit cum aliis duabus incognita. Præter Legationem, de qua nunc diſ-
putamus, Gregorius Turonenſis ᵃ duas commemorat à Gothis ad Chilperi- ᵃ Lib. 6. capp. 40. 45.
cum hoc anno directas. Oppila, qui priorem obiit, Turonis diem feſtum Paſ-
chæ tranſegit. Poſterior, quæ magna Legatio Gothorum vocatur, Kalendis DE LEGATIONE GOTHICA.
Septembribus ad Chilpericum acceſſit. Aliam Gothorum Legationem hoc
anno præceſſiſſe quis ſibi perſuadeat, maximè cùm Legati Chilperici Regis
hoc ipſo anno ex Hiſpaniis ante aduentum Oppilæ redierint? Addequòd Au-
ctor non ſatis conſtanter affirmat vtrùm vnus an plures functi ſint prima illâ
Legatione de qua loquimur. *Legati*, inquit, *iterum ab Hiſpania venerunt*, pau-
lò pòſt, *dato placito & omnibus pertractatis Legatus ille reuerſus eſt*, & inferiùs,
ſepelierunt puerum, mittentes poſt Legatum vt reuerteretur. Hæc de Legatione,
quam prima pars inſititij capitis amplectitur. A ſimilitudine veri magis re-
cedit pars poſtrema, quæ teſtatur Chilpericum de Baſina filia loco RiguntHis
in Hiſpaniam mittenda poſt Theodorici filij mortem cogitaſſe. Chilpericum
volunt id conſilij cepiſſe ſuaſu Fredegundis, quæ ferret ægerrimè ſe libero-
rum ſuorum præſentiâ omnino deſtitui. Sed quominùs id credamus, vetant
nex Clodoueo Baſinæ fratri & Audoueræ illorum matri crudeliter irrogata,
ſtuprúmque ipſi Baſinæ, priuſquàm in Monaſterium retruderetur, à pueris
ſeu famulis Fredegundis illatum, vt ante quadriennium probauimus, quis
enim ſuſpicetur optaſſe Fredegundem, vt Baſina poſt tantas contumelias è
Monaſterio educta filio Regis Gothorum nuberet? Supereſt vt mortem exa-
minemus Theodorici pueruli. Theodoricus Chilperici filius, qui baptiſmum
anno priori ſuſceperat, abiit è viuis hoc anno. Id in dubium à nobis non
reuocatur, expuncto enim vulgato ſexti libri Gregoriani capite triceſimo-
quarto, quod ab Interpolatore inſertum exiſtimamus, ex ſequenti ſatis in-
noteſcit, vbi mors Theodorici notatur, exprimitur morbus quo laborauit,
indicatur ciuitas in qua vitam clauſit. Theodoricum vitæ ereptum hæc in-
nuunt verba, *nuntiatur Reginæ puerum, qui mortuus fuerat, maleficiis & incan-*

AN. CH. *tationibus fuiſſe ſubductum.* Hæc morbo dyſenterico ſublatum, *factum eſt vt*
584. *quidam de Aulicis Regis puerum dilectum ſibi, qui à dyſenteria correptus fuerat,*
GVNTCH. *lamentaretur.* Hæc mortuum apud Pariſios, *Regina adprehenſis mulieribus vrbis*
CHILPER. *Pariſiaca, tormentis adplicat.* Plura de pueri morte quæri vix poſſunt, & apud
R R. 25. vulgatum Gregorium omiſſo libri ſexti capite triceſimo-quarto triceſimum-
CHILDEB. quintum triceſimo-tertio rectè connectitur, vt Lector facilè iudicabit. Sanè
II. R. 9. caput illud triceſimum-quartum ignorauit Fredegarius, qui triceſimum-ter-
CLOTAR. tium & triceſimum-quintum in epitomen ſic redegit [a]. *Guntramnus partem*
II. R. 1. *Childeberti de Maſſilia reddidit. Mummolum factione Fredegunda, cui reputa-*
[a] Cap. 90. *bant filium ſuum per incantationem interfeciſſe, iuſſit Rex ſuggillare, multaque*
mulieres pro ipſo mendacio à Fredegunde ſunt interfecta.

III. A Codicibus Corbeienſi ac Metenſi abſunt etiam quatuor vulgata ſexti li-
bri Gregoriani capita, triceſimum-ſextum, triceſimum-ſeptimum, triceſi-
mum-octauum & triceſimum-nonum, in quorum vno deſcribitur exilium
Ætherij Epiſcopi Lexouienſis, in altero cædes Lupentij Abbatis Gabalitani,
in tertio mors Theodoſij Rutenenſis Epiſcopi, in vltimo obitus Remigij Bitu-
ricenſis Antiſtitis.

IV. Caput triceſimum-ſextum ex alio Scriptore, qui fabulis non careat, ab In-
DE ÆTHE- terpolatore inſertum Gregorio putamus. Cùm enim Gregorius Ætherij priùs
RIO EPISC. haud meminerit, oportet has voces *(cuius ſuprà meminimus)* alterius Autho-
LEXOV. ris eſſe, cui fidem integram non habemus, quia de Clerico Cenomanenſi mul-
ta ſcribit, quæ quoniam Ætherium nimis imprudentem conſtituunt, falſa
[b] Lib. 11. iudicantur, nec ob aliam cauſam ab Hadriano Valeſio [b] videntur prætermiſſa,
quis enim arbitretur ab Epiſcopo pio ac ſapiente prouinciam erudiendorum
puerorum commiſſam fuiſſe luxurioſo Clerico, qui mutato virili habitu mu-
lierem turpiſſimum ſcortum in aliam ciuitatem ſecum abduxerat? Ætherius,
qui Luxoenſis in Codice ſancti Michaelis, in editione Ducheſniana Lixoenſis,
* de Liſieux. alibi Lexouienſis * Epiſcopus appellatur, hiſce temporibus locum obtinere
poteſt in catalogo Lexouienſium Antiſtitum, nec ſupra fidem eſt eum prauis
quorumdam Clericorum machinationibus à ſede pulſum fuiſſe. Totam rei
geſtionem, vt exiſtimamus, partim veram, partim falſam accipe, qualem
Gregorio Interpolator immiſcuit ex alio deſcriptam Authore. *Ætherius verò*
Lixoenſis Epiſcopus, cuius ſuprà meminimus, hoc ordine à ciuitate ſua vel expul-
ſus eſt, vel receptus. Clericus quidam extitit ex Cenomannica vrbe, luxurioſus
nimis, amatórque mulierum, & gula ac fornicationis, omnique immunditia valdè
deditus. Hic mulieris cuiuſdam ſæpiùs ſcorto commixtus, comam capitis totondit,
mutatóque virili habitu, ſecum in aliam ciuitatem deduxit, vt ſuſpicio adultery
auferretur, cùm inter incognitos deueniſſet. Erat enim mulier ingenua genere, &
de bonis orta parentibus. Comperto autem poſt dies multos propinqui eius quæ acta
fuerant, ad vlciſcendam humilitatem generis ſui velociùs properant, repertúmque
Clericum vinctum cuſtodia mancipant, mulierem verò igni conſumunt. Et ſicut
cogit auri ſacra fames, Clericum ſub precio venundari procurant, eâ videlicet ra-
tione, vt aut eſſet qui redimeret, aut certè morti addicerentur obnoxius. Cúmque
hac Ætherio Epiſcopo delata fuiſſent, miſericordiâ motus, datis viginti aureis,
eum ab imminenti exemit interitu. Igitur poſtquàm vita donatus eſt, profert ſe
literarum eſſe doctorem, promittens Sacerdoti, quòd ſi ei pueros delegaret, perfe-
ctos eos in literis redderet. Gauiſus auditu Sacerdos, pueros ciuitatis collegit, ip-
ſique delegat ad docendum. Denique cùm iam honoraretur à ciuibus, & Pontifex
ei aliquid terra vinearúmque largitus fuiſſet, ac per domos parentum eorum quos
erudiebat inuitaretur, reuerſus ad vomitum, vnius puer uli matrem, immemor an-
terioris iniuria concupiſcit. Quod cùm pudica viro mulier declaraſſet, coniuncti pa-
rentes eius grauiſſimis Clericum tormentis ſubdentes interimere voluerunt. Quem
Sacerdos iterùm miſericordiâ motus, caſtigatum verbis lenibus liberauit, honorique
reſtituit. Sed mens laua nunquam ad bonitatem potuit inclinari, ſed potiùs factus
eſt eius inimicus, à quo ſæpiùs fuerat de morte redemptus. Coniunctus eſt enim

AN. CH. 584.

GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

ſſiacono ciuitatis, & ſe Epiſcopatu dignum proferens, Epiſcopum molitur oc-
ambit Locatóque Clerico, qui cum bipenne percuteret, ipſi vbique diſcurrunt, muſ-
cidere amicitias clàm inligant, proferunt præmia, vt ſi Sacerdos obiret, ipſe ſuc-
ſiunt Sed miſericordia Domini anticipauit eorum perfidiam, crudelitatémque
cederet hominum veloci pietate repreſſit. Die verò, quo Sacerdos operarios in
inquor agro adgregauerat ad ſulcandum, Clericus antedictus cum ſecuri proſequitur Sacer-
dotem, nihil de his penitus ſcientem. Tandem igitur hac aduertens. Quid tu, in-
quit, tam attentiùs cum hac bipenne proſequeris? At ille timore perterritus, ad ge-
nua viri prouoluitur, dicens. Fortis eſto Sacerdos Dei. Nam ſcias me emiſſum ab
Archidiacono ac præceptore, vt te ſecuri percuterem. Quod cùm ſæpiùs facere vo-
luiſſem, & ictum dextrâ ſuſpenſâ librarem, tegebantur tenebris oculi mei, & au-
res obſerabantur, totumque corpus tremore quatiebatur. Sed & manus abſque vir-
tute erant, & quæ optabam implere non poteram. Cùm verò manus depoſuiſſem, ni-
hil mali ſentiebam omnino. Cognoui enim quoniam tecum eſt Dominus, eò quòd
non potui aliquid tibi nocere. Hæc eo dicente, flente Sacerdos, imponens ſilen-
tium Clerico, reuerſúſque domum cœna diſcubuit. Quâ exactâ, in ſtrato ſuo quie-
uit, habens circa lectum ſuum multos lectulos Clericorum. Denique diffiſi hi de
Clerico, per ſe nefas perficere cogitantes, noua argumenta machinantur, per quæ
aut eum vi extinguerent, aut certè crimen quo à Sacerdotio diuelleretur imponerent.
Intereà quieſcentibus cunctis, mediâ ferè nocte cubiculum Sacerdotis irrumpunt,
exclamantes voce magnâ, atque dicentes, vidiſſe ſe mulierem à cubiculo egredi,
ipſámque ob hoc dimiſiſſe, dum ad Epiſcopum feſtinaſſent. Et ſanè pars hæc &
conſilium diaboli fuit, vt in tali ætate crimen imponerent Sacerdoti, qui erat ferè
LXX. annorum. Nec mora, coniuncto ſecum antedicto Clerico, adligatur Sacerdos
catenis ab eius manibus, de cuius collo ſæpiùs vincula diſcuſſerat, & ardua cuſto-
diæ mancipatur ab eo, quem de cœnoſis carceribus plerumque liberauerat. At ille co-
gnoſcens inimicos ſibi vehementer inualuiſſe, Domini miſericordiam cum lachrymis
in vincula compactus exorat. Mox opprimuntur ſomno cuſtodes, ſolutíſque diuini-
tus vinclis, de cuſtodia procedit innoxius, noxiorum frequentiſſimus liberator.
Deinde dilapſus ad regnum Guntchramni Regis tranſiit. Quo diſcedente, liberiùs
iam coniuncti ſatellites, ad Regem Chilpericum properant pro Epiſcopatu petendo,
multa crimina de Epiſcopo proloquentes. Addentes iſta. In hoc cognoſce, Rex glo-
rioſiſſime, vera eſſe hæc quæ dicimus, quia mortem pro ſceleribus timens, ad fratris
tui tranſiit regnum. Quod ille non credens, hos ad ciuitatem redire iubet. Dum
hæc agerentur, mœſti ciues de Paſtoris abſentia, cognoſcentes omnia quæ de eo acta
fuerant per inuidiam & auaritiam perpetrata, adprehenſo cum ſatellite Archidia-
cono, iniuria ſubdentes, ad Regem petierunt, vt acciperent Sacerdotem ſuum. At
Rex Legatos fratri ſuo dirigit, adſerens nihil ſe criminis in Epiſcopo reperiſſe.
Tunc Guntchramnus Rex, vt erat benignus & profluus ad miſerandum, multa ei
munera contulit, dans etiam epiſtolas per omnes Epiſcopos regni ſui, vt peregri-
num aliquo pro Dei intuitu conſolarentur. Tunc circumiens ciuitates tanta ei à Sa-
cerdotibus Dei collata ſunt, tam in veſtibus quàm in auro, vt vix ciuitati quæ me-
ruerat poſſent inferri. Impletúmque eſt illud quod ait Apoſtolus. [Quia diligenti-
bus Deum omnia concurrunt in bonum.] Nam huic peregrinatio diuitias attulit, &
exilium opes multas inuexit. Poſt hæc regrediens, à ciuibus cum tali honore ſuſce-
ptus eſt, vt pro gaudio flerent, & benedicerent Deum, qui tandem Eccleſiæ tan-
tum reſtituit Sacerdotem. Erat tunc, vt dictum eſt, annorum ferè ſeptuaginta.
In Epiſcopatum ſuccedere potuit Theodobaudi, cuius meminimus ad annum
Chriſti quingenteſimum vndequinquageſimum, ſed immediatè non anteceſ-
ſit Launobodum, qui Concilio Cabilonenſi ſubſcripſit regnante Clodoueo
Secundo. Adeò manci ſunt Antiſtitum Lexouienſium Catalogi, vt in illis ab
Eccleſiæ Lexouienſis exordio ad nonum vſque ſeculum ſola nomina trium
Pontificum legantur, Theodobaudis ſcilicet, qui Conciliis Aurelianenſibus
tertio, quarto & quinto ſynchronus ex eorum ſubſcriptionibus probatur,
Ætherij quem Gregorianus Interpolator ad annum Childeberti Regis no-

AN. CH. 584. GVNTCH. CHILPER. R R. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

num, Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum laudat, & Launobodi qui Cabilonenſem Synodum ſub Clodoueo Secundo Rege cum alijs Præſulibus celebrauit. Epiſcopi Lexouienſes facilè abierunt in Lexobienſes vnius literæ factâ mutatione, idque vero ſimile admodum videtur, quia Lexobienſium Pontificum catalogus multis aut qui numquam vixerunt pro arbitrio fictis, aut qui alibi ſederunt perperam inſertis, ita excreuit, vt beatus Tugdwalus, qui Ætherio Lexouienſi coætaneus fuit, in Armorica ſacra ſexageſimus-quintus Antiſtes Lexobiæ numeretur.

V. De S. Lvpentio Martyre.

Vulgatum libri ſexti Gregoriani caput triceſimum-ſeptimum, in quo Martyrium ſancti Lupentij deſcribitur, cenſeri debet inſititium, nec integrâ dignum fide, quia Lupentium teſtatur interfectum fuiſſe ab Innocentio Comite Gabalitano, qui Rutenenſem Epiſcopatum paulò pòſt ſuſcepit. De comprouincialibus enim Præſulibus non adeò prauè ſentimus, vt eos hominem, qui tanto ſe flagitio coinquinaſſet, credamus in Collegium Epiſcoporum admiſſuros fuiſſe. Textus Interpolatoris talis eſt. *Lupentius verò Abbas Baſilica ſancti Priuati Martyris vrbis * Gabalitanæ, à Brunichilde Regina arceſſitus, aduenit. Incuſatus enim (vt adſerunt) fuerat ab Innocentio ſupradictæ vrbis Comite quòd prophanum aliquid effatus de Regina fuiſſet. Sed diſcuſſis cauſis, cùm nihil de crimine Maieſtatis conſcius eſſet inuentus, diſcedere iuſſus eſt. Verùm, vbi viam carpere cœpit, iterum ab antedicto Comite captus, & ad Ponticonem villam deductus, multis ſupplicijs eſt adfectus. Dimiſſúſque iterum vt rediret, cùm ſuper Axonam * fluuium tentorium tetendiſſet, iterum irruit ſuper eum inimicus eius. Cuius vi oppreſſi amputatum caput in culeum oneratum lapidibus poſuit, & flumini dedit, reliquum verò corpus vinctum cum ſaxo immerſit gurgiti. Poſt dies verò paucos adparuit quibuſdam paſtoribus, & ſic extractum à flumine ſepulturæ mandatum eſt. Sed dum neceſſitates funeris pararentur, & ignoraretur quis eſſet è populo, præſertim cùm caput truncati non inueniretur, ſubitò adueniens aquila leuauit culeum à fundo fluminis, & ripa depoſuit. Admirantéſque qui aderant, adprehenſo culeo dum ſollicitè quid contineret inquirunt, caput truncati reperiunt, & ſic cum reliquis artubus eſt ſepultum.* Deinde quæ Lupentij cædem ſecuta ſunt ſanctitatis ſigna ſic exponit. *Ferunt nunc & lumen ibi diuinitus adparere, & ſi infirmus ad hunc tumulum fideliter deprecatus fuerit, acceptâ ſoſpitate recedit.* Beatus * Lupentius hodie quieſcit Catalauni in Eccleſia Cathedrali, ibique colitur vndecimo Kalendas Nouembres, quo etiam die apud Molanum celebris eſt eius memoria in additionibus ad Vſuardum. Præter Innocentium Comitem in præcitato textu Scriptor neminem necis illatæ reum conſtituit. In Breuiario autem Catalaunenſi *, quod anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo-ſexto recognitum fuit, totum flagitium in Brunichildem refunditur, & Lupentius cùm Sacerdos eſſet, & in aulæ vitia inueheretur, ea de cauſa dicitur in odium Comitis incurriſſe. *Lupentius in Gabalitano agro illuſtri genere, litteris eruditus, præpoſitúſque Baſilicæ ſancti Priuati Martyris, ad Sacerdotij dignitatem prouectus eſt. Cùm autem, vt Sacerdotem decet, in aula vitia inueheretur, ab Innocentio Comite Gabalitano delatus eſt apud Reginam Brunechildem, quaſi de eâ contumelioſè aliquid protuliſſet. Proinde venire iuſſus ad dicendam cauſam, laſæ Maieſtatis crimen ita diluit, vt & eius innocentia, & delatoris calumnia plenè conſtaret. Cùm autem Lupentius peroratâ cauſâ Reginam non exoraſſet, quæ in eum maiori odio incenſa eſt, quòd palàm & publicè publica flagitia denotaſſet, ab aſſentatoribus aulicis & linguâ & manu diuexatus, in carcerem truditur. Sed callida mulier, ſanctum Sacerdotem iubet ocyùs è carcere emitti, ſtatuítque non vi apertâ, ſed clanculum per inſidias interficere, ne in ſe inuidioſi facti inuidiam reciperet, & omnium animos erga Lupentium benè affectos in ſe concitaret. In nefarij igitur ſceleris conſcientiam paucos admittit, nocentem Comitem Innocentium, Agminum & Rodonem * purpuratos ſatellites. Illi Lupentium, qui in viam ſe dederat aſſecuti, ad Ponticonem * villam pertrahunt, variíſque ſupplicijs exagitatum dimittunt.* Subiungitur Martyrium elegantiore quidem ſtylo quàm narratur ab Authore præci-

* Iauouls.

* Aiſne.

* S. Louuent.

* de Châlons ſur Marne.

* Pont-Yon.

AN. CH. 584.
GVNTCH. CHILPER. RR. 25.
CHILDEB. II. R. 9.
CLOTAR. II. R. I.

ſed eodem prorſus ſenſu. Denique vltio diuina quæ ſubſecota eſt ita deſcribitur. *Vindicante autem Domino ſanguinem ſerui ſui, Brunechildem velociſsimi equi diſcerpſerunt, Rodonem dæmon inuadens extinxit, Agminum aquæ præfocauerunt.* Carolus Rapinæus in Hiſtoria Catalaunenſium Antiſtitum teſtatur vitam beati Lupentij manuſcriptam in Monaſterio * ſancti Petri ad montes prope Catalaunum aſſeruari, ſed ex eius epitome quam elogio ſancti Leudomini Catalaunenſis Epiſcopi ſubiecit, ſatis patet quàm ineptè ſit concinnata. Inprimis ait Lupentium in Diœceſi Catalaunica & vixiſſe & martyrio coronatum fuiſſe, cùm Leudominus Pontificatum gereret, & Brunichildis alteram Ieſabelem ſe præſtaret. Martyrij quidem palmam in Epiſcopatu Catalaunenſi percepit Lupentius Leudomino Antiſtite Catalaunenſem Eccleſiam adminiſtrante ac viuente tum Brunichilde, de cuius vita & exiſtimatione ſæpiùs locuturi ſumus odio procul remoto, ſolitus autem erat degere in ciuitate Gabalitana, vbi Abbatis officio in Monaſterio ſancti Priuati fungebatur, caſúque tantùm contigit vt interimeretur ad Axonam fluuium, cùm per Diœceſim Catalaunenſem iter haberet, & in Cœnobium ſuum reuerteretur ex aula Childeberti Regis, quem Gregorius * Turonenſis apud Moguntiam & in vicinis locis ad Rhenum aut ad Moſellam ſæpè commoratum docet. Rapinæus vult Martyrium beati Lupentij contigiſſe ſub Principatu Theodorici, qui poſt Childebertum patrem in Burgundia regnauit. At ex ſuperiore calculo ſanctus Lupentius in Auſtraſia Martyrium ſubiit, Theodorico, de cuius ortu poſt triennium agemus, in lucem nondum edito, & Childeberto nondum obtinente Burgundiam quæ Guntchramno Childeberti patruo ad annum vſque quingenteſimum nonageſimum-tertium paruit. Fruſtrà igitur Rapinæus à Brunichilde & eius nepote Theodorico multa nefariè geſta dixit, vt inde occaſionem & Lupentio in Brunichildem acriùs inuehendi, & Brunichildi in Lupentium vehementiùs iraſcendi, datam inſinuaret. Apud eundem Scriptorem Innocentius vrbis Gabalitanæ Comes, quem vnum ſceleris & authorem & actorem Gregorianus Interpolator facit, ne quidem nominatur; Brunichildis autem, à qua prædictus Interpolator ſuſpicionem criminis remouet, necem Abbati machinatur, & vt voti compos fiat, Bozone militum Tribuno & duobus nobilibus Agnuino & Rodone præcipuis miniſtris vtitur in Gregoriana interpolatione nuſquam notis, Lupentium in carcerem à Bozone primùm detrudi iubet, poſteà libertati redditum curat interfici ab Agnuino & Rodone. Rapinæus aſſerit poſterâ die caput Martyris ex aquis leuatum ab aquila, ſepultúmque perhonorificè à Paulo Preſbytero, qui Dei iuſſu ad amnis ripam ſe contulerat, addit interiecto temporis quodam interuallo repertum quoque fuiſſe corpus, & ab Hermentio Preſbytero conditum in Eccleſia parœciali ſancti Remigij, in quam caput etiam paulò pòſt tranſlatum affirmat. Interpolator nec Preſbyterorum meminit, nec Eccleſiæ Remigianæ, corpúſque priùs inuentum teſtatur quàm caput, nec die poſt martyrium proximo, ſed, vt loquitur, *poſt dies paucos*. Denique Rodo & Agnuinus ſiue Agminus, de quibus apud Interpolatorem altum eſt ſilentium, diuinam vltionem experiuntur in Annalibus Catalaunicis. Rodo à dæmone ſtatim correptus extinguitur, Agnuinus hoc lethi genere territus ductúſque pœnitentiâ Romam bis ad Apoſtolorum limina proficiſcitur, ac tandem poſt varias peregrinationes in flumen lapſus aquis præfocatur. De morte Brunichildis agemus opportuniùs ſuo loco. Necem beato Lupentio nec Brunichildis Regina, nec Innocentius Comes inferendam curauit. Gregorianus Interpolator Brunichildem in ſuſpicionem criminis ne quidem vocat, cúmque Pontificales infulas Innocentio ſtatim defert, eum quoque declarat innocentem, non enim putamus illa tempora fuiſſe adeò facinoroſa, vt ad Epiſcopatum is aſſumeretur, quem tam recentis támque horrendi criminis memoria quolibet Eccleſiaſtico gradu prorſus indignum oſtendiſſet. Totum ſcelus in eos reiicimus, qui Lupentium apud Innocentium Comitem aut apud Brunichildem Regi-

* *S. Pierre aux monts.*

* Lib. 8. cap. 13. Lib. 9. capp. 20. 24.

AN. CH.
584.
GVNTCH.
CHILPER.
RR. 23.
CHILDEB.
II. R. 9.
CLOTAR.
II. R. 1.
VI.

[a] Lib. 9. cap. 41.
[b] Rapin Breuiar. Catalaun.
[c] Lib. 2. cap. 5.
[d] D. 2 Oct.
* S. Lum[illegible]r.

nam falsò accuſarunt, & quem fraudulentis delationibus enecare non potuerunt, vi tandem & armis aggreſſi ſunt ad Axonam fluuium, cùm ex aula regia in Monaſterium ſuum reuerteretur.

Leudomirus ſeu Ludomirus aut Ludomerus, vel vt quidam neoterici vocant, Ludouicus, ſub cuius Pontificatu beatus Lupentius occubuit, Epiſcopatum Catalaunenſem ſuſcepit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo, vt dictum eſt ſuprà. Quot annis ſederit vixeritque, non liquet. Felicem eius ſucceſſorem Gregorius Turonenſis [a] laudat anno Childeberti Regis decimoquarto, ſeu Criſti quingenteſimo octogeſimo-nono. Vixit igitur in Præſulatu Leudomirus annos ad ſummum octo. Falluntur [b] ſanè qui mortem illius collocant ſub Clotario Secundo, vel anno Chriſti ſexcenteſimo quo Clotarius Auſtraſiam nondum adeptus erat, vel anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimoſexto, id eſt, anno proximo poſt Remenſe Concilium, cui Felix Catalaunenſis Epiſcopus interfuit teſte Flodoardo [c]. Cùm de tempore quo Leudomirus obiit, inter Authores diſcrepantia reperiatur annorum ferè quadraginta, mirum eſſe nemini debet, ſi quem alij anno ætatis ſeptuageſimo-quinto mortuum tradiderunt, hunc Sauſſaius [d] anno ætatis triceſimo-quinto terris ereptum affirmarit. Res ab eo præclarè geſtas accipe ex Breuiario Catalaunenſi, & ex Martyrologio Gallicano. Inter Miſſarum ſolemnia in Baſilica ſancti Stephani, dum pro more benediceret populo, efformato ſigno crucis nonnullos energumenos à vexatione liberauit, in hiſque puellam venuſtate corporis æquè ac generis nobilitate inſignem, quam plerique Sacerdotes exorciſmis ſanare non potuerant. A Marogilo caſtello ad fluuium Matronam, precibus ad Deum fuſis, exitialem peſtem depulit. Pergens ad Eccleſiam B Mariæ, mulierem cæcam illuminauit miſſo Laudetio Subdiacono, qui Chriſti charactere palpebras eius ſignaret. Tantæ humilitatis erat, vt ad vitandos laudis rumuſculos, eiuſmodi diuinæ virtutis opera, non per ſe ederet, ſed in his alieno miniſterio vteretur. Mirâ præditus fuit ſimplicitate & innocentiâ, adeò vt aues beſtiæque in iuſtitiæ ipſius indicium ei ad libitum obſequerentur. Pauperum neceſſitatibus conſulebat, viduas & pupillos recipiebat in tutelam, & quoſcumque iniuſtè oppreſſos nouerat, ſuo patrocinio tuebatur. Prædicti Breuiarij recognitor addit rem planè mirabilem. *Euocatus*, inquit, *à Brunechilde in interius cubiculum quaſi de negotiis, Eccleſiæ vel regni vtilitati conducentibus, collocuturus, de nefario opere velut alter Ioſeph ſollicitatus, caſto & ſeuero intuitu laſciuientis Reginæ improbitatem caſtigauit. Nec miraculo caruit tanta inter corruptos aulæ mores integritas; etenim poſt quadringentos & ampliùs annos ſanus & integer oculus, quo Reginæ blanditias deſpexerat, in ſolemni corporis tranſlatione inuentus eſt.* Eandem hiſtoriam habes in Annalibus Catalaunicis longè fuſiùs deſcriptam à Rapinæo, qui Leudomirum tradit pulſum in exilium ab irata Brunichilde, & in Diœceſim poſt annos viginti reuocatum à Clotario Secundo totius Franciæ tunc Monarcha, ſubditque oculum eiuſdem Leudomiri ſanum & integrum à Rogerio Catalaunenſium Epiſcopo, illius nominis Secundo, repertum fuiſſe, poſtquàm ab obitu iam anni triginta vel quadraginta ſupra quadringentos effluxiſſent. At in Martyrologio Gallicano nihil tale reperitur. Nos à neotericis arbitramur excogitata, quæ de Brunichilde Leudomirum ad laſciuiam prouocante circumferuntur. Quamuis autem ita ſentiamus de Brunichilde, non ideò negamus oculum beati Pontificis integrum ac ſanum ſub Rogerio Secundo Epiſcopo inuentum fuiſſe, maximè cùm Rapinæus præter Authores recentiores oculatum teſtem producat Ioannem Omnium Sanctorum Monaſterio apud Catalaunos præpoſitum Abbatem; huius miraculi gloriam libenter prædicamus, ſed aliam ab ea, quam Scriptores hactenus protulerunt, cauſam præceſſiſſe contendimus. Apud Molanum in additionibus ad Vſuardum depoſitio ſancti Leudomiri * Epiſcopi & Confeſſoris notatur pridie Kalendas Octobres, eius tamen feſtum à Catalaunenſibus celebratur ſexto Nonas Octobres ritu ſemiduplici, eóque die extat elogium

in

Martyrologio Gallicano. Cur in illum vſque diem ſolemnitas beati Ponti- AN. CH.
ficis differatur, hæc occurrit ratio, quòd pridie Kalendas Octobres Natalis 584.
ſancti Hieronymi, & ipſis Kalendis Tranſlatio ſancti Remigij ritu duplici co-
litur in Diœceſi Catalaunica. GVNTCH.

Gregorianus Interpolator, vt ſemel atque iterum ad annos Childeberti Re- CHILPER.
gis primum ac quintum iam notauimus, ſi quod Gregorij caput reperit ob R R. 23.
mortem clariſſimæ cuiuſdam perſonæ luctuoſum, alia ſtatim æquè lugubria CHILDEB.
interſerit. Sic ad hunc annum, quem Gregorius obitu Theodorici regij in- II. R. 9.
fantuli funeſtum exhibet, ſubiungit mortem non tantùm Lupentij Abbatis, CLOTAR.
cuius ſuprà meminimus, ſed etiam duorum Epiſcoporum, nempe Theodoſij II R. 1.
qui Rutenenſem * Eccleſiam in Aquitania prima gubernabat, & Remigij VII.
qui Metropolitanam eiuſdem Prouinciæ Sedem obtinebat, præeratque Bitu- * *de Rodez.*
rigibus.

Vulgato capite duodequadrageſimo libri ſexti ſic ait. *Theodoſius Rutenorum Epiſcopus, qui ſancto Dalmatio ſucceſſerat, diem obiit. In qua Eccleſia intantùm pro Epiſcopatu intentiones & ſcandala orta conualuerunt, vt penè ſacris miniſteriorum vaſis & omni facultate meliori nudaretur. Veruntamen Tranſobadus Preſbyter reiicitur, & Innocentius Gabalitanorum Comes eligitur ad Epiſcopatum, opitulante Brunichilde Reginâ. Sed adſumpto Epiſcopatu confeſtim Vrſicinum Cadurcinæ vrbis Epiſcopum laceſſere cœpit, dicens quia Diœceſes Rutenæ Eccleſiæ debitas retineret. Vnde factum eſt vt diuturnâ intentione gliſcente, poſt aliquot annos coniunctus Metropolitanus cum ſuis Prouincialibus apud vrbem Aruernam reſidens, iudicium emanaret, ſcilicet vt parochias, quas Rutena Eccleſia tenuiſſe recolebatur, reciperet. Quod ita factum eſt*, vt dicemus poſt quadriennium. Innocentius ſub initium ſui Pontificatûs numero Clericorum aſcripſit Ioannem filium Eulalij Comitis, cuius bis iam meminimus; ſemel ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum, cùm eum ab Aruernorum Antiſtite Cautino excommunicatum diximus; iterùm ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum, cùm eius vxoriſque adulteria narrauimus, puellam enim è Monaſterio Lugdunenſi rapuit viuente coniuge Tetradiâ, quæ marito ſuperſtite per eadem tempora Deſiderio Duci adhærebat, ſecúmque habebat prædictum Ioannem filiorum natu maiorem, in cuius laudes expatiatur Gregorius Turonenſis *, poſtquàm patris flagitia commemorauit. *Eulalius*, inquit, *Emeritum* (* Lib. 10. c. 8.) *puellæ, quam de Monaſterio Lugdunenſi diripuit, conſobrinum clàm adpetiit, occiditque. Similiter Socratium fratrem ſororis ſuæ, quem pater ex concubina habuerat, interemit. Et alia multa mala fecit, quæ enarrare longum eſt. Ioannes filius eius, qui cum ſua diſceſſerat genitrice, à domo Deſiderij dilapſus, Aruernum venit. Cúmque iam Innocentius Epiſcopatum Rutenæ vrbis ambiſſet, mandatum ei mittit Eulalius, vt res, quæ ipſi in huius ciuitatis territorio debebantur, per huius auxilium recipere poſſet. Sed Innocentius ait. Si de filiis tuis vnum accipio, quem Clericum factum in ſolatio meo retineam, faciam quæ precaris. At ille tranſmiſit puerum Ioannem, recepítque res ſuas. Suſceptóque Innocentius Epiſcopus puero, totondit comam capitis eius, dedítque eum Archidiacono Eccleſiæ ſuæ. Qui in tanta ſe abſtinentia ſubdidit, vt pro tritico hordeum ſumeret, pro vino aquam hauriret, & pro equo aſino vteretur, viliſſima veſtimenta habens.*

VIII. De Episcopis Rutenens.

Vulgatum caput vndequadrageſimum libri ſexti Gregoriani ſic editum eſt ab Interpolatore. *Remigius Biturigum Epiſcopus obiit. Cuius poſt tranſitum graui incendio pars maxima ciuitatis cremata eſt, ibíque illa, quæ hoſtilitati reſederant, perierunt. Poſt hæc Sulpitius in ipſa vrbe ad Sacerdotium, Guntchramno Rege fauente, præeligitur. Nam cùm multi munera offerrent, hæc Rex Epiſcopatum quærentibus reſpondiſſe fertur. Non eſt Principatûs noſtri conſuetudo, Sacerdotium venundare ſub precio, ſed nec veſtrum, eum præmiis comparare, ne & nos turpis lucri infamiâ notemur, & vos Mago Simoni comparemini. Sed iuxta Dei præſcientiam Sulpitius vobis erit Epiſcopus. Et ſic ad Clericatum deductus, Epiſcopatum Eccleſiæ ſupradictæ ſuſcepit. Eſt enim vir valdè nobilis, & de primis Senatoribus*

IX. De Episcopis Bituric.

AN. CH. 584.
GVNTCH. CHILPER. R R. 23.
CHILDEB. II. R. 9.
CLOTAR. II. R. 1.

Galliarum, in literis bene eruditus Rhetoricis, in metricis verò artibus nulli ſecundus. Hic Synodum illam, cuius ſuprà meminimus, pro parochiis Cadurcinis fieri commonuit. Secundùm hanc Interpolatoris computationem, ab obitu ſancti Deſidetari Bituricenſis Epiſcopi vſque ad Remigij mortem effluxerunt anni quatuor & triginta. Suffragatur Monachus San-Sulpitianus, ſed annos illos triginta quatuor, quibus Epiſcopi tres Eccleſiam Bituricenſem adminiſtrarunt, non idoneè partitur, Probiano enim annos octo Pontificatûs, Felici quatuordecim, Remigio duodecim attribuit, nos verò auctoritate Fortunati ſynchroni Scriptoris oſtendimus Probianum longè diutiùs ad annum vſque quingenteſimum duodeſeptuageſimum ſediſſe. Cur à nobis diſſideat, hanc præcipuam rationem putamus, quòd Felicem Epiſcopum Nannetenſem, qui Synodo Turonicæ ſubſcripſit anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto, perperam cum Felice Bituricenſi confundit, Bituriges enim Guntchramno Regi parebant, non autem eius fratri Chariberto, è cuius regno Epiſcopi ad Turonenſe Concilium vocati ſunt, & ipſius Felicis ſubſcriptio talis reperitur Tomo primo Conciliorum Gallicanorum, *Felix peccator Epiſcopus Eccleſiæ Nannetica conſenſi & ſubſcripſi.* Qui Felicis Pontificatum ad annos tres ac viginti protogant, eius infulis aſſignant totum interuallum, quod ab anno Probiani octauo interceſſit vſque ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-primum, quo celebratam putant Synodum Matiſconenſem primam, cui Remigius interfuit. Tantùm autem abeſt vt cenſeamus Felicem annis ſediſſe tribus ac viginti, quin & ad annum Epiſcopatûs decimum-ſextum perueniſſe meritò negamus, quia Synodo Matiſconenſi primæ Remigius anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio ſubſcripſit. A Synodo Pariſienſi, cui Felix anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio interfuit, ad annum Childeberti Regis nonum quo Remigius obiit, effluxerunt anni duntaxat vndecim. Errant igitur qui Remigium per annos duodecim Eccleſiæ Bituricenſi præfuiſſe contendunt, & à Sulpitio Remigij ſucceſſore non alius eſt Epiſcopus quem Gregorius Turonenſis in libro [a] de gloria Confeſſorum laudat, quòd amoto viliori lapide ſarcophagum Felicis quondam Antiſtitis poſt annum ab eius obitu ferè duodecimum Heracleo marmore texerit. Totum illud negotium exſcribemus, vt Felicis piiſſimi Præſulis, qui miraculis etiam refulſit, apud poſteros memoria magis commendetur. *Poſt tranſitum Felicis Biturici Epiſcopi, cùm ad eius tumulum, quod marmore ſculptum Pario ſuper terram erat poſitum, cæcus quidam lumen oculorum fugatis tenebris recepiſſet, cognouiſſétque plebs amicum Dei, quem in corpore poſitum obſiſtentibus mundanis caliginibus cognoſcere adplenè non meruit, cœpit in orationum aſſiduitate eius limina penetrare, ſed quoniam, vt diximus, ſarcophagum marmoreum viliori lapide obtectum erat, ſagacitas ciuium, & præſertim Epiſcopi, meliore ſarcophagum opertorio texit, id eſt, ex marmore Heracleo. Amoto ergo viliore lapide poſt annum ferè duodecimum inuenerunt corpus beati Confeſſoris ita inlæſum, vt nulla diſſolutio in corpore, nulla putredo reperiretur in veſte, ſed ita erant cuncta integra, ac ſi, vt ita dixerim, horâ eâdem tumulo putarentur ingeſta. Sed nec ibi quidem miſericordia Domini defuit, vt lapis repulſus non remaneret inglorius. Ferunt enim quòd multi, eraſi potatíque ex eo pulueris modicum, tam à quartanis quàm tertianis ſiue quotidianis febribus celeriter liberantur.*

a Cap. 104.

X. GALLOMAGN. EP. TRECENS. VICTOR EP. TRICASTIN. MORIVNTVR.

Hoc etiam anno migrarunt è viuis Gallomagnus Epiſcopus Tricaſſinus in Prouincia Lugdunenſi quarta, & Victor Epiſcopus Tricaſtinus in Prouincia Viennenſi ſecunda, qui Synodo Matiſconenſi primæ anno ſuperiori interfuerant. Succeſſerunt Gallomagno Agrœcius, Victori Euſebius. Ratio noſtræ Chronologiæ petitur à Synodis Valentina & Matiſconenſi ſecunda, de quibus anno ſequenti verba faciemus, Euſebius enim Valentinæ ſubſcripſit, & ad Matiſconenſem ſecundam vicarios Agrœcius & Euſebius direxerunt.

XI. Apud Gregorium Turonenſem in Codicibus Corbeienſi ac Metenſi, poſt Theodorici regij pueri mortem, quam ſuprà retulimus, proximè ſubiicitur

	AN. CH. 584.

GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

[a] Greg. Turon. lib. 6 c. 40.

GREGORIVS TVRON. DISPVTAT CVM ARIANO.

...ſignis diſputatio, quam ipſemet Gregorius die ſancto Paſchæ Turonis cum Oppila Lewigildi Gothorum Regis Oratore Ariano de fidei rebus [a] iniit. Legatus Oppila nomine de Hiſpaniis aduenit, multa munera Chilperico Regi deferens. ...enim Rex Hiſpanorum ne Childebertus exercitum ad vlciſcendam ſororis ſuæ iniuriam commoueret, quia Lewigildus adprehenſum filium ſuum Hermenegildum, qui ſororem Childeberti Regis acceperat, retruſerat in cuſtodia, ipſâ muliere cum Græcis relictâ. Igitur cùm die ſancto Paſcha hic Legatus Toronus adueniſſet, ſciſcitatus eſt Gregorius vtrùm noſtræ religionis eſſet. Reſpondit ſe hoc credere quod Catholici creannt. Exinde cum Gregorio progreſſus ad Eccleſiam, Miſſarum ſollemnia tenuit, ſed neque pacem cum noſtris fecit, neque de ſacrificiis ſacris communicauit. Cognitúmque eſt mendacium eſſe quod dixerat ſe eſſe Catholicum. Nihiluminùs ad conuiuium inuitatus adfuit. Cúmque Gregorius ſollicitus requireret quid crederet, reſpondit. Credo Patrem & Filium & Spiritum Sanctum vnius eſſe virtutis. Cui Gregorius. Si hæc, vt aſſeris, credis, quæ obſtitit cauſa vt de ſacrificiis, quæ Deo offerimus, communicare differres. Et ille. Quia, inquit, gloriam non rectè reſpondetis. Nam iuxta Paulum Apoſtolum nos dicimus. Gloria Deo Patri per Filium. Vos autem dicitis. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Cùm doctores Eccleſiarum doceant Patrem per Filium nuntiatum fuiſſe in mundum, ſicut ipſe Paulus ait. [Regi autem ſeculorum immortali & inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.] Et Geegorius eeſpondit. Patrem per Filium adnuntiatum, nulli Catholicorum eſſe incognitum reor. Sed ſic prædicauit Patrem in ſeculo, vt & ſe virtutibus oſtenderet Deum. Deo autem Patri neceſſitas fuit Filium mittendi ad terras, vt oſtenderet Deum, vt quia mundus Prophetis & Patriarchis atque ipſi latori legis non crediderat, ſaltem vel Filio crederet. Ideóque neceſſe eſt vt ſub ſignificatione perſonarum, Gloria detur Deo. Dicimus ergo. Gloria Deo Patri qui miſit Filium: Gloria Deo Filio qui ſanguine ſuo redemit mundum: Gloria Deo Spiritui Sancto qui ſanctificat hominem iam redemptum. Nam tu qui dicis, Gloria Patri per Filium, adimis gloriam Filio, quaſi ipſe non ſit glorioſus cum Patre, propterea quòd eum adnuntiauit in mundum. Nuntiauit, vt diximus, Filius Patrem in mundo, ſed multi non crediderunt, dicente Ioanne Euangeliſtâ. [In ſua propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.] Nam tu qui Paulo Apoſtolo derogas, & ſenſum eius non intelligis, percipe quàm cautè loquitur & iuxta vt recipere quis poteſt. Aduerte qualiter prædicat inter gentes incredulas, vt nulli vnus graue videatur imponere, ſicut quibuſdam dicit. [Lac vobis potum dedi, non eſcam. Nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis. Perfectorum eſt enim ſolidus cibus.] Sed & aliis dicit. [Nihil vobis prædicaui, niſi Chriſtum & hunc crucifixum.] Nunc autem quid vis, ô tu hæretice? quia Paulus Chriſtum tantùm crucifixum prædicauit, reſurrexiſſe tu dubitas? Aduerte potiùs cautelam eius, & vide aſtutiam, quid aliis dicit quos robuſtiores videbat in fide? Etſi, inquit, nouimus Chriſtum crucifixum, nunc autem iam non nouimus. Nega ergo tu accuſator Pauli, ſi canea mentem dementia cepit, quia nec crucifixus eſt. Sed quæſo relinque iſta, & audi conſilium meliorem. Adhibe collyria oculis lippis & lucem prædicationis Apoſtolica percipe. Secundùm homines enim loquebatur Paulus humiliùs, vt eos ad celſioris fidei faſtigia ſubleuaret, ſicut alibi ait. [Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem.] Nunquid homo mortalis non eſt daturus gloriam Filio, quem ipſe Pater non ſemel, ſed bis & tertiò glorificauit è cælo. Auſculta quid de cælis loquitur, cùm idem Filius deſcendente Spiritu Sancto, ſub Ioannis manu baptizaretur. Hic eſt, ait, Filius meus dilectus, in quo benè complacui. Certè ſi oppilatas habeas aures, vt iſta non audias, crede Apoſtolis, quid in monte audierunt, cùm transfiguratus Ieſus in gloria loqueretur cum Moyſe & Helia? Nempe de nube ſplendida Pater ait. [Hic eſt Filius meus chariſſimus, ipſum audite.] Ad hæc hæreticus reſpondit. Nihil in his teſtimoniis Pater de gloria loquitur Filij, niſi tantùm ipſum Filium monſtrat. Et Gregorius. Si enim iſta ſic recipis, proferam tibi aliud teſtimonium, in quo Pater red-

AN. CH. 584. GVNTCH. CHILPER. RR 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

didiſt filium glorioſum. Veniente autem Domino ad paſſionem, cùm ille diceret, [Pater glorifica filium tuum, vt filius tuus glorificet te,] quid ei Pater reſpondit de cælo? Nonne ait? [& glorificaui, & iterùm glorificabo.] Ecce enim Pater glorificat eum propriâ voce, & tu ei gloriam conaris adimere. Voluntatem quidem oſtendis, ſed poteſtas nulla ſuppeditat. Nam qui Pauli Apoſtoli accuſator exiſtis, audi ipſum, immò Chriſtum in ipſo loquentem. [Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.] Quòd ſi nunc communis eſt cum Patre gloria, & in ipſa quâ nunc Pater eſt gloria commoratur, qualiter eum tu quaſi inglorium exhonoras? aut cur non erit ei reddenda gloria inter homines, qui pari gloriâ cum Patre regnat in cælis. Confitemur ergo Chriſtum filium Dei Deum verum. Ideóque deitas vna erit & gloria. Poſt hæc dato ſilentio, ab altercatione ceſſatum eſt. Ille quoque ad Chilpericum Regem accedens, oblatis muneribus quæ Rex Hiſpaniarum miſerat, in Hiſpaniam eſt regreſſus.

[a] Lib. 6. cap. 41. — PAX INTER GVNTCHR. ET CHILD.

XII. Iiſdem temporibus Guntchramnus pacem init cum Childeberto. *Comperto autem Chilpericus Rex*, vt Gregorius Turonenſis teſtatur [a], *quòd Guntchramnus frater eius cum Childeberto nepote ſuo pacem fecerat, & ciuitates quas violenter inuaſerat ei ſimul vellent auferre, cum omnibus theſauris ſuis in Cameracenſem vrbem diſceſſit, & omnia quæ meliùs habere potuerat ſecum tulit. Miſítque ad Duces & Comites nuncios, vt muros componerent vrbium, réſque ſuas cum vxoribus & filiis infra murorum munimenta concluderent, atque ipſi, ſi neceſſitas exigeret, repugnarent viriliter, ne his pars aduerſa noceret, illud addens. Et ſi aliquid perdideritis, cùm de inimicis vlciſcemur, maiora conquiretis, neſciens patrationem victoriarum in manu Dei conſiſtere. Deinde ſæpiùs exercitum commouet, & infra terminum requieſcere iubet. His diebus ei filius natus fuerat, quem in villa Victoriacenſe nutrire iubet, ne fortè dum publicè videtur, aliquid mali incurrat & moriatur.* Villa Victoriacenſis inter Atrebatum & Duacum ſita erat.

NASCITVR CLOTAR. FILIVS CHILPER.

[b] Lib. 6. c. 42. — CHILDEB. AGGREDITVR LANGOBARDOS.

XIII. Paulò pòſt Chilpericus aduertit nihil ſibi timendum eſſe, quia Guntchramnus piis rebus ſe totum dedit, & Childebertus bellum contra Longobardos ſuſcepit. De Childeberto ſic diſſerit Gregorius [b]. *Childebertus verò Rex in Italiam abiit. Quod cùm audiſſent Langobardi, timentes ne ab eius exercitu caderentur, ſubdiderunt ſe ditioni eius, multa ei dantes munera, ac promittentes ſe parti eius eſſe fideles atque ſubiectos. Patratíſque cum his omnibus quæ voluit Rex, in Gallias eſt regreſſus, atque exercitum commoueri præcepit, quem in Hiſpaniam dirigi iuſſit, ſed quieuit. Ab Imperatore autem Mauricio ante hos annos quinquaginta millia ſolidorum acceperat, vt Langobardos de Italia extruderet. Audito autem Imperator, quòd cum his in pace coniunctus eſt, pecuniam repetebat. Sed hic fidus à ſolatiis, nec reſponſum quidem pro hac re voluit reddere.*

MVNIFICENTIA GVNTCHR. ERGA MONASTER. S. BENIGNI.

XIV. In Chronico ſancti Benigni Rex Guntrannus dicitur hiſce temporibus ampliſſimas facultates donaſſe variis Eccleſiis, inprimis Diuionenſi Monaſterio ſancti Benigni, quod vnà cum nonnullis aliis ſub regimine Abbatis Agaunenſis eſſe voluerit, vt ex multis Cœnobiis vna Congregatio fieret, & in pleriſque locis idem ordo diſciplinæ ſeruaretur. Inde quoque factum aſſeritur vt ſancto Benigno plurima terrarum prædia traderentur, per quæ iter habendum erat Abbatibus Agauno Diuionem aut Diuione Agaunum proficiſcentibus. *Guntrannus Rex Francorum*, inquit Author Chronici, *cùm iam anno viceſimo-tertio regnum Burgundiæ fœliciter regeret, videns ſibi liberos non ſupereſſe, cœpit theſauros ſuos in eleemoſynis pauperum diſtribuere, Monaſteria & loca ſancta ex ipſis theſauris ditare. Inter quæ Eccleſiam huius Patroni noſtri, ſancti ſcilicet Martyris Benigni, donis optimis extulit. Ipſe denique Dominus Guntrannus præexcellentiſſimus Rex dedit ſancto Benigno vicum, qui eſt in proſpectu Monaſterij, tunc magna amplitudinis, vocatum Elariacum cum omnibus appenditiis ſuis, ſuper Oſcaram * fluuium ſitum. Et omnia quæ nunc vſque ad poſſeſſionem pertinent huius loci, à ponte Diuionis vſque Floriacum villam, contulit memoratus Princeps ſancto Martyri Benigno: in Biciſo ſcilicet, in villa Colonias dicta. In Plomberias, in Selintaco, in Sconſio, in Villari, in Campiniaco, in Lanterinaco, in Girone, in*

* Onſche.

*…, in Flauiniaco, in Prauido, in Iuſſiaco, in Matriniaco, in Barbiriaco, & alijs locis manſa, veſtita & abſa, cum mancipiis plurimis vtriuſque ſexûs, cultis & incultis, vineis, ſyluis, pratis, & paſcuis, aquis aquarúmque decurſibus, ingreſſibus, exiis & egreſſis, omnibus rebus exquiſitis & inquirendis, ad integrum contulit memoriâ dignus Rex Guntrannus Deo & ſancto Benigno, ad victum Monachorum Deo in hoc loco deſeruientium, vt pro ſe ac ſequentium Regum ſalute, & peccatorum remiſſione, regníque totius ſtatu diuinam exorent clementiam Monachi in iſto loco degentes. Inſuper etiam inſtituit, vt ad ſimilitudinem Monaſterij ſanctorum Agaunenſium diu noctúque diuinum in hac Eccleſia perſolueretur officium. Vt hac inſtitutio per ſuccedentia tempora non tepeſceret, vel Monaſticus ordo deperiret, conſtituit, vt Abbates illius loci, rectores & prouiſores in hac domo eſſent, vt vna Congregatio, vnúſque vtrobique ſeruaretur ordo. Similiter inſtituit de loco ſancti Marcelli, vbi ipſe Rex corpore quieſcit, quem theſauris & pecuniis, poſſeſſionibus etiam multis ditauit, operibus miris & ædificiis decorauit. Apollinarem igitur, interreliquos comperimus ſancti Mauricij, atque huius loci, ſanctique Apri apud Tullum fuiſſe Abbatem, vt ipſi referunt in antiquis ſe inueniſſe ſcriptis. Sed & ſucceſſores eius deinceps per multa tempora huius loci habuiſſe curam. Quapropter hic patronus noſter ſanctus Benignus illis in partibus plurima conquiſiuit terrarum prædia per illud tempus, vt in eundo & redeundo Abbates, eorumque fideles, ad hoſpitandum haberent ſuæ poſſeſſionis loca. Siquidem iuxta vicum, qui nuncupatur Vrba *, eſt Eccleſia ſancti Benigni nomine ſacrata, quam ferunt eiuſdem loci incolæ pertinuiſſe quondam ad ius iſtius Eccleſiæ in Burgo, quam vocant Pontem Artiæ, ſuper Dubiam * fluuium ſitum, medietas ipſius vici cum Eccleſia dedicata in honore ſancti Benigni, & villa iuxta ipſum Burgum ſita, quæ dicitur ad Stabulos, olim fuerant poſſeſſio iſtius Abbatiæ. Quæ in præſtariam datæ, poſſidentium violentiâ, ac Principum iniuſtitiâ, ac temporum variis euentibus ſunt amiſſa. Super Lupam rapaciſſimum fluuium, loco nuncupato Petregio, per quod Romam petentium quondam fuit iter, & eſt iuxta Burgum Salinas vocatum, homines liberi ibidem commanentes, ſe & ſua commiſerunt patrocinio huius ſancti Benigni, annîſque ſingulis perſoluebant ad eius altare cenſum à ſemet conſtitutum.* Addit idem Author ſanctum Benignum crebris virtutum ſignis adeò claruiſſe, vt non Reges modò vel Principes locum illum muneribus & bonis extollerent, ſed etiam nobiles quique poſſeſſiones & prædia condonarent, deuotus populus plurima conferret, multi quoque eius patrocinio ſeipſos committerent, exemplúmque ſubiungit honoratorum quorumdam hominum ex territorio Veſuntienſi, *qui de villa Cuſſiacus vocata aduenientes ad eius Sancti limina, eius patrocinio ſe commendauerunt mente deuotâ. Permanſeruntque annis multis in huius ſancti Benigni & ei ſeruientium Monachorum famulatione, donec Alberico Comiti nuper data in præſtariam eadem villa ab eo iniuſtè collata eſt ſancto Stephano prædictæ vrbis patrono, pro ſepultura ſua loco, tamen vſque hodie poſſeſſionis illius homines ſancti Benigni ſeruos ſe profitentur eſſe.* Iſta ſcribebantur vndecimo ſeculo, vt Author ſub finem operis ſui teſtatur, id eſt, poſt annos à Guntchramni Regis obitu circiter quingentos. Fredegarius, qui ſcripſit quadringentis annis citiùs, & proximo poſt Guntchramni mortem ſeculo vixit, Chronicon ſuum, vt inferiùs oſtendemus, auſpicatus eſt à Monaſterio beati Marcelli, quod hoc anno in ſuburbio Cabilonenſi à Guntchramno Rege conditum aſſeruit [a] *ad inſtar inſtitutionis Monaſterij ſanctorum Agaunenſium, quæ temporibus Sigiſmundi Regis ab Auito & ceteris Epiſcopis, ipſo iubente Principe, fuerat firmata.* Sed quamuis in Cœnobiis ſancti Apri Tullenſis, ſancti Benigni Diuionenſis, ſancti Marcelli Cabilonenſis, aliiſque, vt Aimoinus [b] de Monaſterio ſancti Martini Turonenſis teſtatur, regnante Guntchramno viguerit inſtitutum Agaunenſe, non inde ſequitur tot Cœnobiis vnum præfuiſſe Abbatem, qualem Apollinarem nobis exhibuit Author Chronici San-Benigniani præcitatus. In Appendice ad Galliam Chriſtianam extat apud Robertum locuples Abbatum San-Benignianorum catalogus, quem Sammarthani ſecuti ſunt

AN. CH. 584.
GVNTCH. CHILPER. RR. 23.
CHILDEB. II. R. 9.
CLOTAR. II. R. 1.

* Orbe.

* le Doux.

[a] Cap. 1.

[b] Lib. 3 cap 11.

ABBATES S. BENIGN.

AN.CH. 584. GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9 CLOTAR. II. R. 1.

in auctiore Gallia Chriſtiana. Vtrique prædictum Apollinarem Abbatis Wlferanni ſucceſſorem & anteceſſorem Godini ſecundi conſtituunt. Refragatur veriſque cùm in hoc loco, tum in multis aliis quod attentè legimus Chronicon Benignianum. Benignianos Abbates à Monaſterij conditu ad Caroli Magni tempora Robertus & Sammarthani recenſent hoc ordine, Sanctum Euſtadium, Sanctum Tranquillum vel Tranquilinum, Godinum Metio Lingonenſem Epiſcopatum adminiſtrante, Babolenum Modoaldo Lingonenſi Præſuli ſynchronum, Agilbertum, Richimarum Bertholdo Lingonenſi Pontifici coætaneum, Wlferannum vel Wlfechrannum ſub Herono Lingonenſium Epiſcopo, Apollinarem, Godinum ſecundum, Babolenum ſecundum Aſtorico Lingonenſem Pontificatum obtinente, Tauotardum vel Tanothardum, Hildebrannum, & Valdricum Carolo Magno æqualem. Author verò Chronici Benigniani ſic enumerat, Euſtadium, Tranquilum, Apollinarem, Gudinum ſub Mitio Epiſcopo, Bobolenum ſub Dodoaldo Pontifice, Richimarum ſub Antiſtite Bertoaldo, Etherium, Vidradum, Hugonem, Odeleum, Maurinum, Wlfechrannum ſub Erono Præſule, Agilbertum, Bobolenum ſub Aſtorico Epiſcopo & Waldricum Carolo Magno regnum ineunte. Hic igitur Chronologus ſub Guntchramno tantùm Rege mentionem Apollinaris ſemel fecit, & quia id præſtitit ex aliorum relatu, qui nomen eiuſdem Apollinaris in antiquis Scriptis à ſe compertum dicebant, integram fidem iſto loco mereri non videtur. Benignianis Abbatibus Apollinarem libenter accenſemus, nequaquam verò Agaunenſibus & aliis in quorum Monaſteriis inſtitutum Agaunenſe ſeruabatur. Cœnobij Benigniani quatuor primos Abbates agnoſcimus Sanctum Euſtadium, Sanctum Tranquillum, Apollinarem & Gudinum, quorum præfecturas licet ita partiri. Monachis ſancti Benigni præfuerunt, Euſtadius à conditu Monaſterij vſque ad extinctum Burgundionum regnum, Tranquillus poſt Euſtadium vſque ad Guntchramni Principatum, Apollinaris ſub Guntchranno Rege, tum Gudinus, qui peruenit ad annum decimumquartum Theodorici Regis, vt ex Chronico Benigniano conſtat. Habetur apud Sammarthanos locuples Agaunenſium Abbatum catalogus, in quo nomen Apollinaris non legitur. Abbatum, qui Cœnobia ſancti Apri * Tullenſis & ſancti Marcelli Cabilonenſis rexerunt, indices nondum prodierunt in lucem. Hæc de Apollinare Abbate Benigniano ſufficiant. Robertus & ex eo Sammarthani obſeruant ad oram catalogi Benigniani Sanctum Tranquillum inſcribi etiam Abbatem ſancti Apri Tullenſis & ſancti Marcelli, ſed vero ſimile non eſt Tranquillum Abbatem hoc anno ſuperſtitem fuiſſe, quo Guntchramnus Rex in ſuburbio Cabilonenſi Monaſterium ſancti Marcelli condidit, & præter achroniſmum argue falſam opinionem, quâ ſibi nonnulli perſuaſerunt morem illis temporibus viguiſſe, vt vni parerent Abbati cuncta Monaſteria, in quibus Agaunenſis inſtitutio cuſtodiebatur. Caue etiam ne beati Marcelli Baſilicam hoc primùm anno conditam putes, eſt enim antiquior, & ad annum quartum Childeberti Regis in cauſa Salonij & Sagittarij Epiſcoporum à Gregorio [a] Turonenſi memoratur vt ante quinquennium [b] annotauimus, quapropter Fredegarij textum inferiùs citandum, quo Guntchramnus Rex hoc anno *Eccleſiam beati Marcelli mirificè & ſollerter ædificare* iuber, ita interpretare, vt illam Baſilicam hoc anno non à primis fundamentis erectam à Guntchramno ſed auctam ac decoratam Monachiſque traditam pronunties.

* S. Eure de Toul.

[a] Lib. 5. c. 21.

[b] Ad an. 579. num. 2.

XV. LEGATIO GOTHOR. Ad Kalendas Septembres Legati Lewigildi Regis Chilpericum rurſum adierunt, & Rigunthis Richaredo deſponſata profectionem in Hiſpaniam cum magnis theſauris ſuſcepit. Chilpericus ad villam * Calenſem, quæ diſtat ab vrbe Pariſiaca quaſi centum ſtadiis, acceſſit, ibique venationes exercuit. *Quadam verò die regreſſus de venatione, iam ſubobſcurâ nocte, dum de equo ſuſciperetur, & vnam manum ſuper ſcapulam pueri retineret, adueniens quidam eum cultro percutit ſub aſcellam, iteratóque ictu ventrem eius perforat. Statímque*

* Chelles.

AN. CH. 584. GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

…ſte copiâ *ſanguinis tam per os quam per aditum vulneris, ... fudit ſpiritum. Mallulfus Silvanectenſis Epiſcopus, qui iam tertiâ die in territorio reſidebat, & ipſum videre non poterat, vt cum interemptum audiuit, aduenit, ablutumque veſtimentis melioribus induit. Noctem in Hymnis deductam in naue leuauit, & in Baſilica ſancti Vincentij, quæ eſt Pariſius, ſepeliuit, Fredegunde Reginâ in Eccleſia derelictâ.* Is fuit luctuoſus exitus Chilperici teſte Gregorio Turonenſi [a]. Delirant hoc loco Fredegarius, Anonymus de Geſtis Regum Francorum, & Aimoinus; abripiuntur effræni calumniandi licentiâ. Fredegarius [b] Chilpericum à Falcone, quem Brunichildis ad id ſceleris elegiſſet, interfectum tradit, alij [c] ducem facinoris ſtatuunt Fredegundem, quòd à Rege baculo per iocum percuſſa, Landerici, quocum ſtupri conſuetudinem habebat, nomen imprudenter vſurpaſſet. Nos vtramque Reginam, quia Gregorius Turonenſis neutram ſugillauit, participem criminis infieiamur. Vtrique prætereà fauent priuata argumenta. Si Fredegundis conſilio Chilpericus peremptus fuiſſet, cur hoc vnum flagitium tacuiſſet Gregorius Turonenſis, qui deſcripſit vberi ſtylo tot cædes, quas optauit illa vel patrari curauit? deinde poſt ſex annos Sunnegiſilus necis illatæ Chilperico reum ſe confeſſus eſt [d], cur ſuſpicionem criminis in Fredegundem non remouit? *rem enim pergratam feciſſet Childeberto* ac Brunichildi, quorum iuſſu *torquebatur, & Childebertus hac accuſatione* vſus fuiſſet apud Guntchramnum, *cui iam perſuadere [e] voluerat* ſcelus fraude Fredegundis peractum. Inde quoque *Brunichildem coniicere eſt* innocentem, nam ſi conſciam ſe noſſet, *Sunnigiſilum tormentis haud* addixiſſet, addequòd vbi Guntchramnus *inquiſiit in necem illatam Chilperico*, Fredegundis prætermiſsâ Brunichilde, quam tamen *infenſiſſimo odio* proſequebatur, Eberulfum Cubicularium reum nominauit.

CHILPERICI R. MORS.

[a] Lib. 6. capp. 45. 46.

[b] Hiſt. epit. cap. 91.

[c] Geſt. Regg. Franc. cap. 35. Aimon. lib. 3. cap. 57.

[d] Greg. Tur. lib. 10. c. 19.

[e] Greg. Tur. lib. 7. c. 7.

XVI.

Gregorius Turonenſis libro ſexto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite quadrageſimo-ſexto, vehementer in Chilpericum Regem inuehitur. Multa, quæ Chriſtianum Regem minimè decebant, à Chilperico prauè ac nefariè geſta non infieiamur. Sed, vt flagitia vituperium, ſic egregia facinora, quæ nec ab ipſomet Gregorio ſilentur, laudem parere debuerunt. Vtraque, prout noſtrarum partium erat, ſuis locis recitauimus. Turpiter hallucinati ſunt nonnulli neotericorum, qui Chilpericum in hæreſi mortuum tradiderunt. Ab anno enim Chriſti quadringenteſimo nonageſimo-ſexto, quo Clodoueus Magnus abiecto idolorum cultu Chriſtianam Religionem ſuſcepit, nec Chilpericus ipſius Clodouei nepos, nec vllus alius è Regibus Francorum, diſceſſit ex hac vita, vel idololatra, vel hæreticus. Singulari diuinæ bonitatis beneficio conceſſum fuit hoc Francorum Regibus priuilegium, eadémque de prærogatiua vix gloriari poteſt vlla natio, quamuis Domini ceterarum gentium Orthodoxam fidem amplexi ſint ſeriùs Clodoueo, quem inter tot Dynaſtas, quibus vniuerſus Orbis terrarum ſuberat, ſolum aliquando Catholicum fuiſſe conſtat.

XVII. SEPVLTVRA.

Sepultus eſt Chilpericus in Baſilica ſancti Vincentij ritu Catholico, pro ſalute animæ preces fuſæ ſunt apud Deum, & ad noſtram vſque ætatem eadem de cauſa certis diebus ſolemnia Miſſarum peraguntur in multis Eccleſiis quas regali munificentiâ ditauit. Author Hiſtoriæ Tornacenſis [f] id teſtatur de primaria Eccleſia Tornacenſi, & eius Chartulariis obitum Chilperici Regis inſcriptum ait his verbis. *Quinto Calend. April. obitus glorioſi Regis Francorum Chilperici, qui hanc Eccleſiam ita largâ Chriſti charitate dotauit, ex ipſo antiquiſſimo iure regni ſui, vt perpetuò atque abſolutè poſſidendum contraderet ei, quidquid prorſus in ciuitate iſta regia poteſtas obtinebat, & vſque in hodiernum diem Deo militantes in eadem Eccleſia ſtipendiis regalibus paſcat.* Caue tamen ne Chilpericum credas mortuum quinto Kalendas Apriles, obiit enim autumnali tempore, vt liquet ex ſupradictis, clariúſque patebit ex dicendis infrà, quæ menſe decimo ſeu Decembri contigerunt.

[f] Lib. 1. c. 67.

AN. CH. 584. Chilpericus annos vixit vnum circiter & ſexaginta. *Regnauit annos XXIII.* vt vetus Author [a] in geſtis Regum Francorum notat. Tres duxit vxores, Audoueram, Galſuinrham & Fredegundem. Ex Galſuinrha nullam prolem ſuſcepit. Habuit ex Audouera tres filios, Theodobertum, Merouecum, Clodoueum & filiam Baſinam. Ex Fredegunde quinque filios, Chlodobertum, Dagobertum, Samſonem, Theodoricum, Chlotharium, & filiam Riguntbem. Ex tot autem liberis ſuperſtites duntaxat patri vixerunt ambæ filiæ Baſina & Rigunthis cum Chlothario, qui paternum regnum renuit. Baſina varias turbas excitauit in Monaſterio Pictauienſi, Rigunthis innupta conſenuit, neque enim in Hiſpaniam ad Richaredum peruenit. Hæc partim ex Gregotio Turonenſi iam docuimus, cetera ſuis locis fuſiùs explicaturi.

GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1. XVIII.

[a] Cap. 35.

ÆTAS. VXORES. LIBERI.

XIX. DROCTIGISIL. EPISC. SVESSION.

Cùm Chilpericus Rex obiit, Eccleſiæ Sueſſionenſis Epiſcopus erat Droctigiſilus, qui propter nimiam vt ferunt potationem, inſtante quarto Pontificatûs anno ſenſum perdidit. *Adſerebant multi ciuium, quòd hoc ei maleficiu accesſiſſet, per emiſſionem Archidiaconi, quem ab honore repulerat, infantiam vt infra muros vrbis hanc amentiam magis haberet. Si verò de ciuitate fuiſſet egreſſus, agebat commodiùs*, vt Gregorius Turonenſis ad annum Childeberti Regis decimum-quartum, Chriſti quingenteſimum vndenonageſimum teſtatur [b].

[b] Lib. 9 c. 37.

XX. LIBER VII. GREGORII CONFERTVR CVM AIMOINO.

In ſexto libro Hiſtoriæ Gregotianæ ſiue in morte Chilperici *Regis* deſinit Codex Corbeienſis, quo potiſſimùm vbi ſumus hactenus. Eâdem *Chilperici* nece clauſit Hiſtotiam epitomatam Fredegarius, qui ſex tantùm priores *libros* Gregorij legit. Inpoſterùm citabimus codices Thuaneos, quorum alter *pro*dijt è Monaſterio ſancti Arnulfi Metenſis, alter è Cœnobio ſancti Michaelis [illegible] In Codice Metenſi liber ſeptimus Hiſtoriæ Gregorianæ capita duntaxat qu[illegible] draginta, in editione verò Ducheſniana ſeptem ſupra quadraginta compl[illegible] ctitur. A Codice Metenſi abſunt vulgata capita, primum, tertium, viceſimu[illegible] tertium, viceſimum-quintum, quadrageſimum-quartum, quadrageſimu[illegible] ſextum & quadrageſimum-ſeptimum. Editio Ducheſniana confotmis eſt C[illegible] dici ſancti Michaelis, ſed Aimoinus, in cuius manus libri ſeptem Grego[illegible] venerunt, huic Codici Metenſem hoc loco præferendum docet, nam ſi ſepr[illegible] prædicta excipias capita, quorum nuſquam meminit, totum ferè ſeptim[illegible] Gregorij librum politiore ſtylo reddit. Id quiuis facilè iudicabit ex vtr[illegible] que collatione. Aimoinus obitum Chilperici Regis, qui capite vltimo l[illegible] ſexti Gregotiani narratur, & Aurelianenſium ac Bleſenſium expeditionem [illegible] Dunenſes, quæ capite ſecundo libri ſeptimi Gregotiani deſcribitur, refert capite quinquageſimo-ſeptimo libri tertij, deinde proximum caput auſpicatur ab aduentu Fredegundis in ciuitatem Pariſienſem, qui dat initium vulgato capiti quarto libri ſeptimi Gregoriani: ſicque nullam omnino mentionem facit capitum primi ac tertij, quæ deſiderantur in Metenſi Codice. Primum caput eſt de Saluio ad vitam reuocato & ineunte narrationem eorum quæ viderat atque audiuerat dum parabantur exequiæ: inſititium arguitur non tantùm ob rem ipſam quam Auctor multis incredibilem fore non diffitetur, ſed etiam ob Chronologiam quam à Gregotiana diuerſam exhibet, mortem enim Saluij collocat hoc anno, Gregorius autem anno ſequenti conſignat. Caput tertium, quod eſt de nece Vedaſti, probatur etiam interpolatum, quia materiam proſequitur narrari cœptam vulgato capite decimo-tertio libri ſexti, quod in Codicibus Corbeienſi ac Metenſi deſideratur. Aimoinus capite quinquageſimo-octauo libri tertij complectitur capita prædicti libri ſeptimi Gregoriani quartum, quintum & ſextum cum priori parte ſeptimi: capite quinquageſimo-nono poſteriorem partem eiuſdem capitis ſeptimi & caput octauum: capite ſexageſimo capita nonum & decimum: capite ſexageſimo-primo caput vndecimum: capite ſexageſimo-ſecundo capita duodecimum, decimum-tertium, & decimum-quartum: capite ſexageſimo-tertio caput decimum quintum: capite ſexageſimo-quarto caput decimum-ſextum: capite ſexageſimo-quinto capita decimum-octauum, decimum-nonum, & viceſimum:

mum: capite ſexageſimo-ſexto capite vigeſimum-primum, vigeſimum-ſecundum, & vigeſimum-nonum: atque tertium ita concludit res hoc anno geſtas, nec attingit caput Gregorij vigeſimum-tertium, quod à Codice Metenſi abeſſe iam monuimus. Idem Author negotia ſubſequentis anni iuxta indicem capitum Gregorianorum proſequitur: caput Gregorij vigeſimum-quartum exponit capite ſexageſimo-ſeptimo; caput vigeſimum-quintum, quod in Codice Metenſi non inuenitur, alto ſilentio prætermittit: capita vigeſimum-ſextum, vigeſimum-ſeptimum, vigeſimum-octauum, trigeſimum, trigeſimum-primum, & trigeſimum-ſecundum exponit capite ſexageſimo-octauo: mentionem non repetit capitis vigeſimi-noni, quod capite ſexageſimo-ſexto iam expoſuit: caput trigeſimum-tertium explicat capite ſexageſimo-nono: caput trigeſimum-quartum capite ſeptuageſimo: capita trigeſimum-quintum, trigeſimum-ſextum, trigeſimum-ſeptimum, trigeſimum-octauum ac priorem trigeſimi-noni partem, capite ſeptuageſimo-primo: poſteriorem eiuſdem trigeſimi-noni capitis partem capite ſeptuageſimo-ſecundo: caput quadrageſimum capite ſeptuageſimo-tertio. Prætereà Gregorium non vlteriùs ſequitur, ſeptem poſtrema libri ſeptimi capita, è quibus priorum numero tria, nempe quadrageſimum-quartum, quadrageſimum-ſextum & quadrageſimum-ſeptimum, in Codice Metenſi non leguntur, relinquit intacta cum tribus poſterioribus libris, atque inpoſterum Fredegarij veſtigiis inſiſtit. AN. CH. 584. GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

In Hiſtoria Chriſtiana veterum Patrum poſt Gregorij Turonenſis Hiſtoriam, quæ libros decem complectitur, Appendicis loco publicatus eſt liber vndecimus, qui tamen non à fine Hiſtoriæ Gregorianæ, ſed ab exitu libri ſexti ſiue à cæde Chilperici Regis ſortitur initium, deſinitque in obitu Caroli Martelli. Poſteà Henricus Caniſius Tomo ſecundo antiquæ Lectionis vulgauit Chronicon in quinque diuiſum libros, quorum vltimus à libro vndecimo Gregorij ſiue ab Appendice ad Gregorium prælaudata non differt, niſi quòd auctior eſt & vſque ad Pippini Regis obitum perducitur, vnde factum eſt vt Scriptor illius operis Caniſio viſus ſit Gallus quidam Carolo Magno coætaneus. Auctorem patriâ Gallum fuiſſe non inficiamur, ſed Carolo Magno vetuſtiorem probant antiqui Codices optimæ notæ, qui librum prædicti Chronici quintum ſiue vltimum non prorogant vltra Clodouei Iunioris annum quartum, qui cum anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-primo coincidit. Iſtud Chronicon quinquepertitum Fredegario tribuunt viri eruditi, quibus lubenter aſtipulamur. Tres priores libri, cùm res geſtas ab orbis conditu vſque ad aduentum Wandalorum in Galliam complectantur, ad noſtros Annales non pertinent. Quartus Hiſtoriam Eccleſiaſticam Francorum, quam Gregorius Turonenſis Epiſcopus copioſiore ſtylo ſcripſit, in epitomen redigit, ideóque rectè vocatur *Hiſtoria Francorum epitomata*, deſinit autem in nece Chilperici Regis, quâ Gregorius ſextum librum ſui operis abſoluit. Quintus res continet à cæde Chilperici Regis vſque ad ætatem Scriptoris, qui Prologum eiuſdem libri in editione Ducheſniana ſic clauſit. *Tranſacto Gregory libri volumine, temporum geſta, quæ vndique ſcripta potui reperire, & mihi poſteà fuerunt cognita, acta Regum, & bella Gentium quæ geſſerunt, legendo ſimul & audiendo, etiam & videndo cuncta, quæ certificatus cognoui, huius libelli volumine ſcribere non ſilui, ſed curioſiſſimè, quantùm potui, inſerere ſtudui, de eodem incipiens tempore ſcribere, quo Gregorius finem Geſtæ ceſſauit & tacuit, cùm Chilperici vitam finiſſe ſcripſit.* Ex hac Fredegarij præfatione & ex alia quam Gregorianus Interpolator libro ſeptimo præfixit, quidam colligunt non ſimul editos fuiſſe decem libros Hiſtoriarum, quos Gregorius à ſe ſcriptos teſtatur, ſed priores ſex primùm vulgatos, poſteà ſuperadditos quatuor poſteriores. At ex Fredegarij præfatione nihil aliud erui putamus, quàm Fredegarium in Codicem incidiſſe, qui ſex tantùm libros Gregorij continebat, ex eo verò quòd Fredegarius ſex tantùm libros Gregorij legit abbreuiauitque, non magis ſequitur ſex Gregorij libros primùm editos fuiſſe, deinde quatuor nouiſſimos, quàm ſi dicas XXI. FREDEGARII SCRIPTA ET CHRONOLOGIA EXAMINANTVR.

AN. CH. 584.
GVNTCH. CHILPER. R R. 23.
CHILDEB. II. R. 9.
CLOTAR. II. R. 1.

duos primùm poſteà reliquos octo; aut quatuor primùm, poſteà ſex reliquos; vel ſeptem primùm, poſteà reliquos tres in lucem emiſſos eſſe, quia perantiqui Codices repeꝛiuntur, in quorum aliis duo tantùm libri, quatuor in aliis leguntur, nec plures quàm ſeptem in manus Aimoini venerunt. Interpolator ſeptimum librum ſic orditur. *Licèt ſit ſtudium Hiſtoriam proſequi, quam priorum librorum ordo reliquit, tamen priùs aliqua de beati Saluij Epiſcopi obitu expoſcit loqui deuotio, qui hoc anno obiiſſe probatur.* Quibus verbis non præfatur, vt illi volunt, *animum ſibi eſſe Hiſtoriam perſequi, quam in prioribus libris imperfectam reliquerit,* ſed tantùm innuit velle ſe de vita & de morte ſancti Saluij diſſerere, priuſquàm res exponantur geſtæ poſt Chilperici cædem in qua poſtremum caput ſuperioris libri deſinit, ideóque libri ſeptimi caput primum, quod tali fine clauditur, *multa de hoc viro*, nempe Saluio, *bona audiui, ſed ad Hiſtoriæ cœptum reuerti cupio, plurima prætermitto*, haberi vult inſtar parentheſeos, quâ ſublatâ ſecundum eiuſdem libri caput, quod ſic inchoatur, *defuncto igitur Chilperico*, &c. rectè connectitur cum poſtremo præcedentis libri capite quo cædes Chilperici Regis deſcribitur. Verùm nec hæc explicatio laudari debet, inſititium enim eſt primum libri ſeptimi caput vt ſuprà probauimus. Fredegarius igitur Hiſtoriam Francorum epitomatam terminauit obitu Chilperici Regis, quia ſex tantùm libros Gregorij præ manibus habuit; Gregorius verò qui decem libros exarauit, Hiſtoriam ſuam ad ſeptennium *poſt necem* Chilperici produxit, produxiſſétque vlteriùs niſi morte præuentus fuiſſet. Ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum, quo Gregorius obiit, locus agendi de illius ſcriptis commodior occurret, hîc, quoniam de Fredegarij libris tota quæſtio eſt, notaſſe ſufficit ſimul editos eſſe decem li-bros Hiſtoriarum quos Gregorius ſuos agnoſcit, &, ne plures prodirent, im-maturum funus vetuiſſe. Ducheſnius quintum Fredegarij librum, que[m] Caniſius à nece Chilperici Regis ad obitum Pippini publicarat, vulgauit ſ[ub] titulo Chronici, quod iuſſu Childebrandi Comitis ſcriptum vſque ad ele-ctionem Pippini Regis, & iuſſu Nibelungi Comitis vſque ad mortem ei[uſ]dem Pippini continuatum putauit. At Fredegarius Childebrando & Ni[be]lungo Comitibus antiquior fuit, & Chronicon, quod ille Hiſtoriæ Fran[co]rum epitomatæ ſubiecit, nonaginta tantùm capita continet, atque in a[nnum] Clodouei Iunioris quarto, Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-primo, d[eſi]nit. Cetera, quæ Caniſius & Ducheſnius typis mandari curarunt, aliorum ſunt Authorum, de quibus agemus cùm ad illa tempora peruenerimus. Fredegarium patriâ fuiſſe Burgundionem facilè nobis perſuademus, res enim in Burgundia geſtas magna cum cura perſecutus eſt in ſuo Chronico, & quemadmodum Gregorius, quia Turones Childeberto parebant, Chronologiam ſuam annis Childeberti Regis in Auſtria regnantis conſignauit, ſic & ipſe cùm ætatem ageret apud Burgundiones, vt ſtudium ſuum erga Burgundiæ Reges proderet, Chronicon & à laude ac virtutibus Guntchramni Regis auſpicatus eſt, & per annos illius, tum Childeberti, huiúſque filij Theodorici, vtpore Regum Burgundionum, deduxit, omiſſo Theudeberto Rege Auſtraſiorum licèt natu ſenior eſſet, & neglecto Clotario ſecundo Rege Neuſtriæ vſque ad annum regni triceſimum, quando reliquis mortuis etiam in Burgundia & Auſtria regnum arripuit, vt tradit capite quadrageſimo-tertio. Amor Gregorij Turonenſis erga Reges Auſtraſiæ multò minor eſt quàm Fredegarij erga Reges Burgundiæ. Gregorius annos Childeberti Regis, qui tunc apud Auſtraſios ſolos imperabat, ſæpè cum annis aliorum Regum comparauit, putà Guntchramni & Chilperici, quorum ille in Burgundia hic in Neuſtria Principatum gerebat. Fredegarius verò Regum in Burgundia dominantium annos cum annis Regum vel Auſtriæ vel Neuſtriæ ne ſemel quidem confert. Illi Authores, quod magis obſeruari debet, diuerſam ineunt ſupputandi rationem. Gregorius annum decedentis Regis vltimum à primo ſuccedentis ſeparat, Fredegarius non diſtinguit. Ex Gregorij calculo annus

AN. CH. 584.
GVNTCH. CHILPER. RR. 23.
CHILDEB. II. R. 9.
CLOTAR. II. R. 1.

Chriſti quingenteſimus ſexageſimus-primus eſt annus vltimus Clotarij Regis, & annus Chriſti quingenteſimus ſexageſimus-ſecundus eſt annus primus Sigiberti ac fratrum. Ex Fredegarij computo annus Chriſti quingenteſimus ſexageſimus-primus eſt vltimus Clotarij Regis ac primus filiorum. Inde fit vt Fredegarius Gregorianum calculum anno vno præuertat in aſſignandis annis quos filij Clotarij ſenioris in regno exegerunt, & Chilpericus apud Gregorium anno Guntchramni viceſimo-tertio, apud Fredegarium anno Guntchramni viceſimo-quarto interfectus dicatur. Sic autem Chronicon ſuum Fredegarius orditur à rebus geſtis hoc anno, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, Guntchramni Regis, vt ſupputat, viceſimo-quarto. *Guntramnus Rex Francorum, cùm iam annos XXIII. Burgundiæ regnum bonitate plenus feliciter regeret, & cum Sacerdotibus vtique vt Sacerdos ſe oſtenderet, & cum Leudis eſſet aptiſſimus, eleemoſynam pauperibus largiter tribuens, tantâ proſperitate regnum tenuit, vt omnes etiam vicinæ gentes ad plenitudinem de ipſo laudes canerent. Anno igitur XXIV. regni ſui, diuino amore ſuccenſus, Eccleſiam beati Marcelli, vbi ipſe precioſus requieſcit in corpore, quæ in ſuburbano quidem Cabillonenſe, ſed tamen in Segonum eſt territorio, mirificè & ſollerter ædificare iuſſit, ibique Monachos congregans Monaſterium condidit, ipſámque Eccleſiam rebus plurimis ditauit. Synodum XL. Epiſcoporum fieri præcepit, & ad inſtar inſtitutionis Monaſterij Sanctorum Agaunenſium, quæ temporibus Sigiſmundi Regis ab Auito & cæteris Epiſcopis, ipſo iubente Principe, fuerat firmata, idémque & huius Synodi coniunctione Monaſterij ſancti Marcelli Guntramnus inſtitutionem firmare eadem curauit. Hoc anno Gundoaldus cum ſolatio Mummoli & Deſiderij menſe Nouembrio partem regni Guntramni præſumpſit inuadere, & ciuitates euertere. Guntramnus Leudiſclum Comitem ſtabuli & Ægilanem Patricium cum exercitu contra ipſos dirrexit. Gundoaldus terga vertens Conuenam ciuitatem latebram dedit. Exinde de rupe à Boſone Duce præcipitatus interiit. Cumque Guntramno perlatum fuiſſet, eò quòd frater ſuus Chilpericus eſſet interfectus, feſtinans perrexit Pariſius, ibique Fredegundem cum filio Chilperici Chlotario ad ſe venire præcepit, quem in Riogilo villa baptizare iubet, & cum de ſancto lauacro excipiens in regno patris firmauit.* Verùm de his plura inferiùs ex Gregorio Turonenſi. Idem vnius anni diſcrimen, quod in ſucceſſione filiorum Clotarij primi inter Gregorium & Fredegarium intercedit, facilè deprehenditur in annis ſubſequentibus. Nam apud Fredegarium capite quarto *Mummolus anno XXV. regni Guntramni interficitur*, & anno Guntchramni Regis viceſimo-quarto apud Gregorium libro ſeptimo, capite triceſimo-nono. Deinde mors Leouigildi Regis, quæ apud Gregorium libro octauo, capite quadrageſimo-ſexto, refertur anno Guntchramni viceſimo-ſexto, apud Fredegarium capite ſexto collocatur anno Guntchramni viceſimo-ſeptimo. Similiter quæ Fredegarius capite decimo de Boſone ſcribit anno Guntchramni viceſimo-nono, apud Gregorium libro nono, capite triceſimo-primo, narrantur anno Guntchramni viceſimo-octauo. Parcimus pluribus exemplis hoc loco. Fredegarius, quam ſemel iniit ſupputandi methodum, deinceps proſequitur, vt ab vltimo Clotarij ſenioris anno primum filiorum non ſeparat, ita nec ab vltimo Chilperici primum Clotarij in Neuſtria, nec ab vltimo Guntchramni primum Childeberti in Burgundia, nec ab vltimo Childeberti primum Theodorici diſtinguit. Author eſt omnium qui poſt Gregorium res Francicas ſcripſerunt antiquiſſimus. Illius calculo ſæpiùs vſuri ſumus, & ne diſcrimen vnius anni, quo diſſidet à Gregorio, Chronologiam noſtram perturbet, reſiduos Guntchramni Regis annos duobus numeris conſignabimus, quorum prior Gregorij, poſterior Fredegarij ſtylum explicabit. In annis autem Clotarij connotandis ſolum Fredegarij Characterem ideo vſurpabimus, quòd Gregorius, qui Chilperici patris annos cum annis Childeberti & Guntchramni contulerat, neutrius annis annos Clotarij Regis illigauit, fortè quia Guntchramnus quandiu vixit Clotarij ditiones nomine tutoris adminiſtrauit, eam enim ob cauſam poſteà Bertrannus Cenomannorum Epiſcopus, cùm

AN. CH. 584. GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1. XXII.

ſexto Kalendas Aprilis anno Clotarij Regis viceſimo-ſecundo teſtamentum ſuum conderet, Clotarij regnum auſpicatus eſt ab obitu Guntchramni patrui, vt pluribus ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-quintum obſeruamus.

In Fredegarij textu ſuprà recitato quæ de Monaſterio ſancti Marcelli, de Gundoaldo ſeu Gundobaldo & Boſone Ducibus, déque Guntchramno & Clotario Regibus enarrantur, partim ad hunc annum pertinent, partim ad ſubſequentem, vt ex Gregorio Turonenſi conſtat. Hoc anno in ſuburbio Cabilonenſi * ad ſancti Marcelli Baſilicam inſigne Monaſterium virorum à Guntchramno Rege conditum fuit, & Synodus in qua Fredegarius inſtitutionem eiuſdem Cœnobij firmatam ſcribit, habita fuit anno ſequenti Matiſcone, vt capite viceſimo libri octaui docet Gregorius Turonenſis. Hoc anno menſe Nouembri Gundobaldus turbas excitauit, & anno ſequenti cùm fugiſſet Conuenas *, Fredegario corruptè Conbanem, interfectus eſt à Boſone, vt Gregorius Turonenſis teſtatur capite duodequadrageſimo libri octaui. Hoc anno Guntchramnus Rex nuncium de morte Chilperici fratris accepit, & rogatus eſt vt Clotarium ipſius Chilperici filium in die Natali Domini de ſacro fonte ſuſciperet, re tamen in annum ſequentem dilatâ, ipſe anno regni ſui viceſimo-quarto, vt Gregorius Turonenſis ſub initium libri octaui declarat, Cabilone Niuernum, Niuerno Aureliam, vbi ſolemnitatem beati Martini iv. *Nonas menſis quinti* ſeu Iulij celebrauit, Aureliâ profectus eſt Pariſios, & poſtquàm Pariſios peruenit, publicè ſic queſtus eſt. *Germanus meus Chilpericus moriens dicitur filium reliquiſſe, cuius nutritores matre deprecante petierunt, vt eum de ſancto lauacro in Dominici Natalis ſolemnitate deberem excipere, & non venerunt. Rogauerunt deinceps, vt ad ſanctum Paſcha baptizaretur, ſed nec tunc a[…]tus eſt infans. Deprecati ſunt autem tertiò, vt ad feſtiuitatem ſancti Ioannis […]hiberetur; ſed nec tunc venit. Mouerunt itaque me per tempus ſterile de loco […] habitabam. Veni igitur, & ecce abſconditur, nec oſtenditur mihi puer.* De Synodo Matiſconenſi, de morte Gundobaldi, déque aduentu Guntchramni Regis in ciuitatem Pariſienſem agemus anno ſequenti. Interim obſerua Guntchramnum Regem, poſtquàm ſancti Marcelli Monaſterium erexiſſet, imp[…] ſollicitum fuiſſe, vt cetera, quæ deſiderari poterant ad perfectionem Monaſterij, diligenter quoque fierent. *Cenſemus*, inquit in regio diplomate q[…] Labbeus [a] inter miſcellanea curioſa publicauit, *regalíque auctoritate roboramus, vt ibi manentes ſerui hoſpitale conſtruant. Solarium verò cum caminata illi de Gergeiaco & de Alciato faciant, illi autem de Mercureis & de Canopis Lobiam ædificent. De Floriaco quoque introitus Eccleſiæ & Secretarij atque Theſauri Monachi ibidem demorantes operatores mittant. Illi de Vermiaco ad clauſtri introitum præparandum dirigantur. Porticum ſancti Petri, illi de Roſiaco dimidiam, illi de Berineis & de Tapariaco & de Blaico dimidiam partem. Cellarium illi de Areo & de Ogniaco & de Liliaco conſtruant. Qui verò Frenis & Lingis habitant refectorium faciant, & de Scociolis & de Orienſiis & de Aquis cætera peragant neceſſaria.*

* de Chalon ſur Saone.

* Comenge.

MONASTERIVM SANCTI MARCELLI ERIGITVR.

[a] Cap. 2. num. 2.

XXIII. *Fredegundis Regina*, poſtquàm Chilpericum Regem ſepeliuit, *cum theſauris, quos infra murorum ſepta concluſerat, ad Eccleſiam confugit, atque à Ragnemodo fouetur Epiſcopo* Pariſienſi; deinde *accepto conſilio Legatos ad Guntchramnum Regem mittit, dicens. Veniat Dominus meus, & ſuſcipiat regnum fratris ſui. Eſt, inquit, mihi infans paruulus, quem in eius vlnis ponere deſiderans, meipſam eius humilio ditioni.* Guntchramnus de fratris interitu veris indiciis certior factus Pariſios ſummo ſtudio contendit. Childebertus acceſſit ab alia parte, cúmque à ciuibus ingreſſus ei prohiberetur, ad Guntchramnum, quem piiſſimum patrem appellabat, Legatos miſit poſcens, vt pactum quod dudum poſt obitum Sigiberti patris inierant, rectiùs cuſtodiretur. Verùm Guntchramnus ipſos Legatos perfidiæ redarguit, quòd prauis eorum conſiliis anno ſuperiore periclitatus fuiſſet Childeberto & Chilperico ſimul coniurantibus.

FREDEGVNDIS CONFVGIT AD ECCLESIAM.

GVNTCHRAMNVS VENIT PARISIOS.

AN. CH. 584. GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

Tum Legati petierunt, vt ſi nihil indulgere vellet ex iis quæ pollicitus fuerat, ſaltem auferre deſineret ea quæ Childeberto de Chariberti regno debebantur. Quibus reſpondit regnum illud ſibi deberi, nec ſe vllomodò fraternam ditionem alteri niſi ſpontaneâ voluntate ceſſurum, quia præ manibus erant pactiones aliàs initæ, vt quiſquis abſque fratris aſſenſu Pariſios ingrederetur, ille partem ſuam amitteret, aſſumptis periurij teſtibus ac vindicibus Polyeucto Martyre cum Hilario & Martino beatis Confeſſoribus; Sigibertus autem & Chilpericus vrbem illam contra fidem adeuntes, partem quiſque ſuam amiſerant. Rurſum per alios Legatos, vt ſibi Fredegundis ad ſupplicia traderetur, Childebertus rogauit, vt qui vltor futurus patris Sigiberti, Chilperici patrui, Galſuinthæ materteræ, fratrum patruelium Merouei & Clodouei, quos omnes dolo Fredegundis peremptos aiebat. Guntchramnus autem cùm Fredegundi patrocinaretur, in proximo placitum cum Childeberto ſe habiturum, ibique de rebus illis tractaturum reſpondit. Anſoualdus & alij Chilperici quondam Regis Proceres ad eius filium, qui quatuor tantùm menſium erat, ſe collegerunt, eúmque vocitarunt Clotarium, & ex ipſius ac Guntchramni patrui nomine ſacramenta exegerunt à ciuitatibus, quæ Chilperico Regi priùs paruerant. *Guntchramnus verò Rex omnia, quæ fideles Regis Chilperici non rectè diuerſis abſtulerant, iuſtitiâ intercedente reſtituit. Multa & ipſe Eccleſiis conferens, teſtamenta quoque defunctorum, qui Eccleſias heredes inſtituerant, & ab Chilperico compreſſa fuerant, reſtaurauit, multiſque ſe benignum exhibens, ac multa pauperibus tribuens. Sed quia non erat fidus ab hominibus inter quos venerat, armis ſe muniuit, nec vnquam ad Eccleſiam aut reliqua loca, quò ire delectabat, ſine grandi pergebat cuſtodia. Vnde factum eſt, vt quadam die Dominicâ, poſtquam Diaconus ſilentium populis, vt Miſſæ auſcultarentur, indixit, Rex conuerſus ad populum diceret. Adiuro vos, ô viri cum mulieribus qui adeſtis, vt mihi fidem inuiolatam ſeruare dignemini, nec me (vt fratres meos nuper feciſtis) interimatis. Liceatque mihi vel tribus annis nepotes meos, qui mihi adoptiui facti ſunt filij, enutrire, ne fortè contingat (quod diuinitas æterna non patiatur) vt cum illis paruulis me defuncto ſimul pereatis, cùm de genere noſtro robuſtus non fuerit qui defenſet. Hæc eo dicente omnis populus orationem pro Rege fudit ad Dominum.* Auxit Guntchramni diffidentiam mendicus, qui ſuggeſſit vt ſe cuſtodiret à Faraulfo Chilperici quondam Cubiculario, aſſeruitque ſibi conſilium eius compertum eſſe, *vt eundem matutinâ oratione ad Eccleſiam aut cultro adpeteret, aut haſtâ transfoderet.* Guntchramnus tamen Faraulfum, qui paulò poſt è viuis exceſſit, interrogatum & crimen illud conſtanter negantem dimiſit, ſed *armis ſe valdè muniuit, nec penitùs ad loca ſancta, vel alibi, niſi vallatus armatis atque cuſtodibus procedebat.* Lege Gregorium Turonenſem [a].

[a] Lib. 7. capp. 4 5 6 7. 8 12.

XXIV.

Dum Rigunthis Chilperici Regis filia Tholoſæ ſubſiſtebat, vt elegantiori cultu atque apparatu fines Wiſigothorum attingeret, Deſiderius Dux auditâ Chilperici morte ciuitatem Tholoſanam ingreſſus eſt, repertos theſauros è Rigunthis poteſtate ſuſtulit, & ſub ſigillorum munitione ac fortium virorum cuſtodia detinuit, itérque ſuſcepit Auenionem ad Mummolum, quocum fœdus ante biennium inierat. Morabatur illic & Gundobaldus, qui cum prædictis Ducibus Mummolo & Deſiderio in agrum Lemouicenſem profectus, & ad Briuam * Curretiam parmæ ſuperpoſitus in Regem eſt eleuatus ſiniſtro quidem præſagio, nam cùm vniuerſum exercitum tertio gyro circumiret, corruens vix manibus circumſtantium ſuſtineri potuit. Rigunthis theſauro ſpoliata Tholoſæ reſedit in Baſilica ſanctæ Mariæ, in quam Ragnoualdi vxor Chilpericum verita confugerat. Ipſe Ragnoualdus, quem Guntchramnus Legatum in Hiſpaniam miſerat, in Franciam reuerſus vxorem & facultates recepit. Interim *Guntchramnus Rex Comites ſuos ad comprehendendas ciuitates, quas quondam Sigibertus de regno Chariberti fratris ſui acceperat, direxit, vt exigentes ſacramenta, ſuis eas ditionibus ſubiugarent. Turonici verò atque Pictaui ad Childebertum Sigiberti filium tranſire voluerunt. Sed commoti Biturici contra*

RIGVNTHIS RESIDET TOLOSÆ.

* *Briue ſur la Correze, on l'appelle aujourd'huy Briue la gaillarde.*

TVMVLTVS CIVILES.

AN. CH. 584.
GVNTCH. CHILPER. R R. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

eos venire diſponunt, atque infra terminum Turonicum incendia facere cœperunt. Tunc Marcialenſem Eccleſiam termini Turonici, in qua ſancti Martini reliquiæ habebantur, incendio concremarunt. Sed virtus beati adfuit, vt in tam valido incendio pallula, quæ ſuper altarium fuerant poſitæ, non conſumerentur ab igne. Et non ſolùm ipſæ, ſed etiam herbulæ olim collectæ, altarióque locatæ, nequaquam exuſtæ ſunt. Quæ incendia videntes Turonici Legationem mittunt, dicentes, melius ſibi eſſe ad tempus Guntchramno Regi ſubdi, quàm cuncta incendio atque ferro vaſtari. Confeſtim autem poſt mortem Chilperici, Gararicus Dux Lemouicas acceſſerat, & ſacramenta ex nomine Childeberti ſuſceperat. Exinde Pictaui veniens, ab ipſis receptus eſt, & ibi morabatur. Audiens verò quæ Turonici patiebantur, mittit Legationem, obteſtans ne nos, inquit Gregorius qui Turonis tunc verſabatur & illius ciuitatis Pontificatum gerebat, ad partem Guntchramni Regis tradere deberemus, ſi nobis vellemus eſſe conſultum, ſed meminerimus potiùs Sigiberti, qui quondam genitor Childeberti fuit. Nos verò hæc rurſum Epiſcopo & ciuibus mandata remiſimus, quòd niſi ſe ad tempus Guntchramno Regi ſubdererent, ſimilia paterentur. Adſerentes hunc eſſe nunc patrem ſuper duos filios, Sigiberti ſcilicet & Chilperici, qui ei fuerant adoptati, & ſic tenere regni principatum, vt quondam Chlotharius Rex fecerat pater eius. His quoque non acquieſcentibus, Gararicus de ciuitate egreditur, quaſi exercitum adducturus, in vrbe verò Eberonem Cubicularium Childeberti Regis relinquens. Sicharius verò cum Willachario Aurelianenſe Comite, qui tunc Turonus acceperat, exercitum contra Pictauos commouit, vt ſcilicet ab vna parte Turonici, ab alia Biturici commoti cuncta vaſtarent. Qui cùm ad terminum propinquaſſent, ac domos cremare cœpiſſent, miſerunt ad eos Pictaui Legatos, dicentes. Petimus vt vſque in placito, quod inter ſe Guntchramnus & Childebert[illegible] Reges habent, ſuſtineatis. Quòd ſi conuenit, vt pagos hos Rex Guntchramnus accipiat, non reſiſtemus; ſin aliud, Dominum noſtrum recognoſcimus, cui ſeruire p[illegible]niùs debeamus. Ad hæc illi reſponderunt. Nihil vobis de hac cauſa pertinet, n[illegible] tantùm iuſſa Principis adimplere. Nam ſi nolueritis, cuncta vt cœpimus deuaſt[illegible]mus. Cúmque in hoc res ageretur, vt vniuerſa incendio, prædæ, atque captiuit[illegible] traderentur, eiectis de ciuitate hominibus Childeberti, ſacramenta Guntchramno [illegible]gi dederunt, non longo tempore ea cuſtodientes. Hæc idem Gregorius [a].

[a] Lib. 7. capp. 9. 10. 12. 13.

XXV.

Adueniente placito, directi ſunt à Childeberto Rege Egidius Epiſcopus, G[illegible]chramnus Boſo, Siginaldus, & alij multi ad Guntchramnum Regem. Ingreſſiqu[illegible] eum; ait Epiſcopus. Gratias agimus Deo omnipotenti, ô piiſſime Rex, quòd te [illegible] multos labores regionibus tuis regnóque reſtituit. Cui Rex ait. Illi enim digne ſunt gratiæ referendæ, quò eſt Rex Regum & Dominus Dominorum, qui hæc ſuâ miſeratione operari dignatus eſt. Nam non tibi, cuius conſilio doloſo ac periuriis regiones meæ anno ſuperiore incenſæ ſunt, qui nunquam fidem integram cum vllo homine habuiſti, cuius doloſitas vbique diſpergitur, qui non Sacerdotem, ſed inimicum regni noſtri te eſſe declaras. Ad hæc verba Epiſcopus iracundiâ commotus ſiluit. Vnus autem ex Legatis dixit. Supplicat nepos tuus Childebertus, vt ciuitates, quas pater eius tenuit, reddi iubeas. Ad hæc ille reſpondit. Iam dixi vobis priùs, quia pactiones noſtræ mihi hæc conferunt, ideóque eas reddere nolo. Alius quoque Legatorum ait. Rogat nepos tuus vt Fredegundem maleficam, per quam multi Reges interfecti ſunt, reddi iubeas ad vlciſcendam mortem patris, patrui, vel conſobrinorum ſuorum. At ille. Tradi ea, inquit, in poteſtatem non poterit, quia filium Regem habet. Sed & ea quæ contra illam adſeritis, vera eſſe non credo. Poſt hos Guntchramnus Boſo quaſi aliquid ſuggeſturus, ad Regem accedit. Et quia ſonuerat Gundobaldum manifeſtè Regem leuatum, anticipans Rex verba eius ait. O inimice regionis regnique noſtri, qui propterea ante hos annos Orientem adgreſſus es, vt Ballomerem quemdam (ſic enim vocabat Rex Gundobaldum) ſuper regnum noſtrum adduceres, ſemper perfide, & nunquam cuſtodiens quæ promittis. Cui ille. Tu, inquit, Dominus & Rex regali in ſolio reſides, & nullus tibi ad ea quæ loqueris, auſus eſt reſpondere. Inſontem enim me de hac cauſa profiteor. At ſi aliquis eſt ſimilis mihi, qui hoc crimen impingat occultè, veniat nunc palàm, & loquatur. Tu, ô piiſſime Rex, po-

GVNTCHRAMN. SPERNIT LEGATOS CHILDEBERTI.

[illegible] hoc in Dei iudicio, vt ille diſcerna[illegible] cùm nos in vnius campi planitie videris dimicare. Ad hæc cunctis ſilentibus, a[illegible]dit Rex. Omnibus autem hæc cauſa animos accendere debet, vt repellatur à fin[illegible] noſtris aduena, cuius pater molinas gubernauit, & (vt verè dicam) pater e[illegible] pectinibus inſedit, lanáſque compoſuit. Et quamquam poſſit fieri vt vnus homo [illegible] vtriuſque artificij magiſterio ſubderetur, ad increpationem tamen Regis quidam ex [illegible]s reſpondit. Ergo, vt adſeris, duos patres hic homo habuit, lanarium ſimul & molina[illegible]rúmque. Abſit à te, ô Rex, vt tam inculte loquaris. Non enim auditum eſt, vn[illegible] hominem præter ſpiritalem cauſam, duos habere poſſe pariter genitores. Dehinc c[illegible] multi ſoluerentur in riſum, reſpondit alius Legatorum dicens. Vale dicimus t[illegible], ô Rex. Nam quia reddere noluiſti ciuitates nepotis tui, ſcimus ſaluam eſſe ſec[illegible]m, quæ fratrum tuorum capitibus eſt defixa: celeriùs tuum librabit defixa cer[illegible]m. Et ſic cum ſcandalo diſceſſerunt. Tunc Rex his verbis ſuccenſus, iuſſit ſuper ca[illegible] euntium proiici equorum ſtercora, putrefactas haſtulas, paleas, ac fœnum pu[illegible]dine diſſolutum, ipsúmque fœtidum vrbis lutum. Quibus de rebus maculati gr[illegible]iter non ſine immenſa iniuria atque contumelia abierunt. In hoc [a] Gregorij t[illegible]u obſeruandum illud maximè quòd Guntchramnus-Boſo accuſatus à Reg[illegible] innocentiam ſuam pugnâ ſe probaturum ait. Prauam eiuſmodi conſuetudin[illegible]em, quæ lites dubias duello dirimebat, & in controuerſiis circa res Eccl[illegible]æ frequenter vſurpata legitur, alio loco fuſiùs exponemus.

AN. CH. 584.
GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

[a] Lib. 7. c. 14.

PRAVA CONSVETVDO.

XXVI.

MALVLFVS EP. SILVAN. OBIT.

Sub hoc tempus obiit Malulfus ſeu [illegible] Maculfus Siluanectenſis Epiſcopus, qui funus Chilperici Regis nuperrim[illegible] curauerat. Succeſſit Candidus. Vtriuſque memoria colitur à Siluanectenſi[illegible] quarto Nonas Maij, qui dies eſt Tranſlationis, vt Author Annalium Sil[illegible]anectenſium obſeruauit, in hoc tantùm corrigendus quòd Chilperici nec[illegible]m in annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſextum perperam diſtulit.

XXVII.

PRÆTEXTATVS EP. REDIT ROTOMAGVM.

Prætextatum Epiſcopum ciues Rothoma[illegible]enſes poſt exceſſum Regis Chilperici de exilio expetentes, cum grandi lætitia & [illegible]de ciuitati ſuæ reſtituerunt. Poſt reditum verò ſuum ad vrbem Pariſiacam aduen[illegible]ac ſe Guntchramno Regi repræſentauit, exorans vt cauſam ſuam diligenter exquire[illegible]. Adſerebat enim Regina Fredegundis, quæ tunc in Eccleſia Pariſiaca reſidebat, eum non debere recipi, qui fuiſſet per iudicium quadraginta quinque Epiſcoporum à Sacerdotali officio ſegregatus. Cúmque Rex pro hac cauſa Synodum excitare vellet, Ragnemodus huius vrbis Epiſcopus, pro omnibus reſponſum reddidit, dicens. Scit[illegible] ei pœnitentiam indictam à Sacerdotibus, non tamen eum prorſus ab Epiſcopatu remotum. Et ſic à Rege ſuſceptus, atque conuiuio eius adſcitus, ad vrbem ſuam regreſſus eſt. Hæc Gregorius Turonenſis [b]. Anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto Ioannes d'Auezan Anteceſſor in Academia Aurelianenſi primicerius librum edidit de cenſuris Eccleſiaſticis, & in tractatu de excommunicatione ſcripſit receptæ eſſe quædam ſymbola tacitæ abſolutionis, itaut etiam ſine vllo Iudicis Eccleſiaſtici effato poſſit gratia abſolutionis & reconciliationis percipi, veluti ſi ſummus Pontifex excommunicatum tanquam non ligatum admiſerit ad oſculum, vel ſi Rex anathemate perculſum receperit in gratiam benignitatis, aut regalis menſæ participem effecerit. Poſterius ſymbolum ex duodecimo Concilio Toletano quod ab Iuone citatur, & ex Hiſtoria Prætextati proximè recitata confirmare nititur. Eſt, inquit, & aliud indicium indultæ abſolutionis, de quo in Concilio Toletano XII. c. 3. cuius verba retulit Iuo Carnotenſis epiſt. 62. & 171. Ex huius enim Concilij conſtitutione ſi Reges ab Epiſcopis anathemate perculſos aut in gratiam benignitatis receperint, aut menſæ regalis honore dignati fuerint, vinculo anathematis excommunicati liberantur, inque communionem Eccleſiæ recipiuntur. Et ita Prætextatus Epiſcopus Rothomagenſis per iudicium quadraginta quinque Epiſcoporum à Sacerdotali officio ſegregatus, à Guntchramno Rege ſuſceptus, atque conuiuio eius aſcitus, ad vrbem Rothomagum regreſſus eſt, & in Epiſcopatum reſtitutus, narrante Gregorio Turonenſi lib. 7. c. 16. Deinde talem abſolutionem comparat cum libertate quam olim apud Romanos menſâ exceptus à domini-

[b] Lib. 7. c. 16.

AN. CH. 584

GVNTCH.
CHILPER.
R R. 23.
CHILDEB. II. R. 9.
CLOTAR. II. R. 1.

no ſeruus conſequebatur. *Sicut autem*, inquit, *Rex excommunicatum, quem menſa ſua participem effecit, communioni Chriſtiana reddidiſſe creditur; ita olim apud Romanos dominus ſeruo ſuo, quem conniuy adhibitione menſâ ſuâ fuerat dignatus, libertatem dediſſe præſumebatur.* Aliam quoque addit comparationem prædictæ manumiſſionis per menſam cum apotheoſi quam homines ex commento Poetarum adipiſcebantur, ſi menſæ deorum accumbebant. *Et quemadmodum*, inquit, *ſeruus menſâ exceptus à domino libertatem conſequebatur, ita homines deos fieri, ſi eis daretur poteſtas accumbendi deorum epulis, egregio commento finxerunt Poetæ.* Eiuſmodi comparationes à viro Chriſtiano potiùs allatas in ornamentum ſcriptionis quàm in probationem rei propoſitæ nemo non iudicabit. Aliquot antè annis Gregorius Turonenſis, Iuo Carnotenſis & Patres duodecimi Concilij Toletani iam fuerant inter probationes allegati pro tuendis libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, capite quarto, eâ parte cui titulus eſt eos poſſe in communionem recipi quos Rex receperit in gratiam benignitatis, aut menſæ ſuæ participes effecerit. At nihil tale reperitur in Gregorio Turonenſi & in prædicto Concilio Toletano, quod ab Iuone Carnotenſi cùm in decreto [a] tum in epiſtolis [b] citatur. Apud Gregorium Turonenſem, vt ex textu ſuprà deſcripto patet, Ragnemodus Pariſienſis Epiſcopus publicè coram Guntchramno Rege negat Prætextatum fuiſſe excommunicatum. *Scitote*, ait, *ei pœnitentiam indictam à Sacerdotibus, non tamen eum prorſus ab Epiſcopatu remotum.* Quàm vera ſit hæc aſſertio Ragnemodi, docet alio loco [c] Gregorius Turonenſis cùm fuſiùs exponit cauſam Prætextati quæ ſub Chilperico Rege Pariſiis agitata eſt, ſcribit enim Regem poſtulaſſe vt Prætextat excommunicaretur, ſe verò quominùs id fieret palàm obſtitiſſe. En ip verba. *Petiit Rex, vt aut tunica eius ſcinderetur, aut centeſimus-octauus P mus, qui maledictiones Scharioticas continet, ſuper caput eius recitaretur, certè indicium contra eum ſcriberetur ne in perpetuum communicaret. Quibus c ditionibus ego reſtiti, iuxta promiſſum Regis, vt nihil extra Canones gereret Tunc Prætextatus Epiſcopus à noſtris oculis raptus, in cuſtodia poſitus eſt.* Prætextatus in exilium deportatus eſt, ibique ad mortem vſque Chilperici pe ptennium delituit, ſed nulla in eum lata eſt excommunicationis ſente Iam ſi Prætextatus non fuit excommunicatus, quomodo in eius cauſa conuiuij adhibitio dici poteſt indicium indultæ abſolutionis ab excom catione? Capitulum tertium duodecimæ Synodi Toletanæ, in quo ſe fit de excommunicatis, non extendi debet ad quoſlibet excommunicatos, ſed ad eos reſtringi qui perculſi fuerunt anathemate, quia contra Regem ac patriam deliquerunt; Patres iubent, vt eiuſmodi homines, ſi fuerint in gratiam à Principe recepti, communioni quoque fidelium ab Epiſcopis reſtituantur. Conſtitutionem, cuius partem tantùm & ſuo decreto & ſuis epiſtolis Iuo Carnotenſis inſeruit, integram recitabimus. *Vidimus quoſdam & fleuimus, ex numero culpatorum receptos in gratiam Principum, extorres extitiſſe à collegio Sacerdotum; quod denotabile malum illa res agit, quia licentia Principalis, in quo ſe ſolui licentiùs curat, ibi alios alligat, & quos in ſuam communionem videtur ſuſcipere, à communione & pace Eccleſiæ eligit ſeparare, vt qui cum illo conueſcuntur, ſolâ Sacerdotum communione priuentur. Et ideo quia remiſſio talium, qui contra Regem, gentem vel patriam agunt, per definitiones Canonum antiquorum in poteſtate ſolùm Regia ponitur, cui & peccaſſe noſcuntur, ab eis nulla ſe deinceps abſtinebit Sacerdotum communio, ſed quos Regia poteſtas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes menſæ ſuæ effecerit, hos etiam Sacerdotum & populorum conuentus ſuſcipere in Eccleſiaſticam communionem debebit, vt quod iam Principalis pietas habet acceptum, nec à Sacerdotibus Dei habeatur extraneum.* Duodecimum Concilium Toletanum, in quo præcitata conſtitutio legitur, celebratum fuit menſe Ianuario, anno primo Eruigij Regis, Erâ, vt Garſias Loaiſa teſtatur, ſeptingenteſimâ duodeviceſimâ, vel, vt alij volunt, ſeptingenteſimâ vndeviceſimâ, id eſt, anno Chriſti ſecundùm priorem Eram ſexcen-

[a] P. 16. c. 344.
[b] 62. 171.
[c] Lib 5. c. 19.

AN. CH. 584.

GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

ſexcenteſimo octogeſimo, ſecundùm poſteriorem ſexcenteſimo octogeſimo-primo. Definitiones antiquorum Canonum, ad quas eadem conſtitutio alludit his verbis, *remiſſio talium, qui contra Regem, gentem vel patriam agunt, per definitiones Canonum antiquorum in poteſtate ſolùm Regia ponitur, cui & peccaſſe noſcuntur*, habentur in antecedentibus [illegible] Concilijs Toletanis, quinto, ſexto & ſeptimo. Erâ ſexcenteſimâ ſeptuageſimâ-quartâ, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſexto, Cinthillæ Regis primo, in Concilio Toletano quinto conditi ſunt Canones nouem; ſecundus eſt de ſalute Principis, & ſi quis hunc Canonem violauerit, Patres decernunt *vt ſit anathema in Chriſtianorum omnium cœtu, atque ſuperno condemnetur iudicio, ſit exprobrabilis omnibus Catholicis, & abominabilis ſanctis Angelis in [illegible] miſterio Dei conſtitutis, ſit in hoc ſeculo perditus, & in futuro damnatus*; tertius eſt aduersùs eos qui cùm nec origine nec virtute conſpicui ſint, regiam tamen dignitatem ambiunt, Patres ſtatuunt, *vt qui talia meditatus fuerit, quem nec electio omnium probat, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc honoris apicem [illegible] trahit, ſit à conſortio Catholicorum priuatus, & diuino anathemate condemnatus*; quartus eſt aduersùs eos qui Rege ſuperſtite ſibi vel amicis ſuis blandiuntur ſpe regni, Patres iubent *vt quiſquis inuentus fuerit viuente Principe in aliorum [illegible]tendiſſe pro futura regni ſpe, aut alios in ſe propter id attraxiſſe, à conuentu Catholicorum excommunicationis ſententiâ repellatur*; quintus vetat *ne quis in Principem maledicta congerat*, iubétque vt ſi quis hoc fecerit *excommunicatione Eccleſiaſticâ plectatur*; octauus eſt de indulgentia Principum noxiis ſeruata, *in [illegible]bus omnibus quæ præmiſimus*, inquiunt Patres, *poteſtatem indulgentiæ in culpis delinquentium, Principi reſeruamus, vt iuxta bonitatis & pietatis ſuæ moderamen [illegible] emendationem proſpexerit mentium, veniam tribuat culparum.* Breuiùs in ſexto Concilio Toletano, quod biennio pòſt habitum eſt Erâ ſexcenteſimâ ſeptuageſimâ ſextâ, Patres vno eodémque capitulo quód numero duodecimum eſt [illegible] & de excommunicatione eorum qui confugerint ad hoſtes, & de indulgentia Principis loquuntur his verbis. *Prauarum audaciâ mentium, ſæpè aut malitia [illegible] cogitationum, aut cauſa culparum refugium appetit hoſtium. Vnde quiſquis pa[illegible]tor cauſarum extiterit talium, virtute ſe nitens defendere aduerſariorum, & patriæ vel genti ſuæ detrimenta intulerit rerum, in poteſtate Principis ac gentis reductus, excommunicatus & retruſus longinquioris pœnitentiæ legibus ſubdatur. Quòd ſi ipſe [illegible] mali ſui priùs reminiſcens, ad Eccleſiam fecerit confugium, intercceſſu Sacerdotum & reuerentiâ loci Regia in eo pietas reſeruetur comitante iuſtitiâ.* Similis excommunicatio reorum & ſimilis indulgentia Principis adhuc repetuntur in primo Canone ſeptimi Concilij Toletani, cui præfigitur Era ſexcenteſima octogeſima-quarta ſiue annus Chriſti ſexcenteſimus quadrageſimus-ſextus. *Nobis*, aiunt Patres, *ratio perſuaſit Synodali conſtitutione decernere, vt quicunque etiam laicorum, in aduerſitate gentis, aut patria, poteſtatiſue regia, in externas partes ſe conferendo, vel talibus opem præbendo, noxius fuerit vltrà repertus, non ſolùm omnium rerum ſuarum proprietate priuetur, ſed & perpetuâ excommunicatione damnetur, & nunquam illi, niſi in vltimo mortis ſuæ, communio tribuatur, excepto, ſi aliter communionis eius remedium, vel eorum quos ſuprà taxauimus, imploratione Sacerdotum apud Principem fuerit impetratum. Nam ſi in derogationem aut contumeliam Principis reperiatur aliquis nequiter loqui, aut in necem Regis ſeu eiectionem intendere; vel conſenſum præbere, nos quidem huiuſcemodi excommunicatione dignum cenſemus, verùmtamen ſit illi quandoque communicandum, pietati Principis decernendum relinquimus, cuius proculdubiò poteſtatis eſt, ſubiectorum culpas, miſericordiæ indulgentiâque ſententiâ temperare.* Hiſpaniarum Epiſcopi de ſalute regni Regúmque adeò ſolliciti videntur, quia iampridem, vt Gregorius Turonenſis poſt cædem Theodogiſili teſtatur, *ſumpſerant Gothi hanc deteſtabilem conſuetudinem, vt ſi quis eis de Regibus non placuiſſet, gladio eum adpeterent, & qui libuiſſet animo, hunc ſibi ſtatuerent Regem*, atque inde tot tumultus exorti, de quibus adhuc Patres conqueſti ſunt in Concilio Toletano decimo-ſexto, quod Erâ ſeptin-

Lib. 3. c. 30.

AN. CH. 584. GVNTCH. CHILPER. RR. 23. CHILDEB. II. R. 9. CLOTAR. II. R. 1.

gentesimâ tricesimâ-primâ, ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-tertio celebratum legitur. At non capimus cur ex illis decretis neoterici concludant indicium eſſe indultæ abſolutionis à qualibet excommunicatione, ſi excommunicatus regiæ menſæ accubuerit, cúrque contendant eo modo abſolutum fuiſſe ab excommunicatione Prætextatum Epiſcopum Rotomagenſem, quem teſte Gregorio Turonenſi probauimus numquam excommunicatum fuiſſe.

XXVIII. FREDEGVNDIS MITTITVR IN VILLAM ROTOIALENS.

* Rueil au Dioceſe de Rouen. * l'Eure.

Reuerſo Rotomagum Antiſtite Prætextato, Guntchramnus Rex *Fredegundem quoque Reginam ad villam * Rotoialenſem, quæ in Rothomagenſi termino* non procul ab Auduræ * confluente in Sequanam *ſita eſt, abire præcepit, ſecutique ſunt eam omnes meliores natu regni Chilperici Regis, ibique relinquentes eam cum Melanio Epiſcopo, qui de Rothomago ſubmotus fuerat, ad filium eius ſe tranſtulerunt, promittentes quòd ab eis ſtudioſiſſimè nutriretur. Poſtquàm autem Fredegundis Regina ad ſupradictam villam abiit, cùm eſſet valdè mœſta, quòd ei poteſtas ex parte fuiſſet ablata, meliorem à ſe exiſtimans Brunichildem*, id eſt, arbitrata Brunichildem in Auſtria ſe multò fortunatiorem ac potentiorem eſſe, *miſit occultè Clericum ſibi familiarem, qui eam circumuentam dolis interimere poſſet, videlicet vt cùm ſe ſubtiliter in eius ſubderet famulatum, ab ea credi poſſet, & ſic clàm perAcuteretur. Veniens igitur Clericus cum diuerſis ingeniis ſe eidem commendauit, dicens. A facie Fredegundis Reginæ fugio, depoſcens auxilium tuum. Cæpit ſe etiam omnibus reddere humilem, charum, obedientem ac Reginæ priuatum. Sed non longo tempore interpoſito intellexerunt eum dolosè tranſmiſſum. Vinctúſque ac cæſus, cùm rem pateſeciſſet, occultè redire permiſſus eſt ad patronam, reſeránſque quæ acta fuerant, eſſatus quòd iuſſa patrare non potuiſſet, manuum ac pedum abſciſſione m[illegible]ctatur.* Narrat iſta Gregorius Turonenſis [a].

BRVNICHILDI MACHINATVR INSIDIAS.

[a] Lib. 7. capp. 19. 20.

XXIX. PROMOTVS CAVSA CADIT.

[b] Greg. Tur. lib. 7. c. 17. [c] Greg. Tur. lib. 7. c. 21.

Ad Guntchramnum Regem, cùm Pariſius verſaretur, acceſſit Promo[illegible] *deprecans vt ordinationem Epiſcopatûs* in Caſtro Dunenſi *reciperet*, ſed Papp[illegible] Epiſcopo Carnotenſi obſiſtente ac Iudicium Epiſcoporum oſtendente, ni[illegible] aliud obtinere potuit [b] à Rege, quàm *vt ea quæ ſub ipſius Caſtri termino pr[illegible]pria habebat reciperet, vbi cum genitrice adhuc ſuperſtite moraretur.* Poſteà Gu[illegible]chramnus Cabilonem [c] reuerſus in aurhores necis illatæ Chilperico vo[illegible] inquirere. Fredegundis Eberulfi Cubicularij, quem poſt Chilperici mor[illegible] fruſtrà rogarat vt ſecum reſidere vellet, nomen ſtatim detulit, adiecit [illegible] eum magnâ theſauri parte ſublatâ Turonos profugiſſe. Tunc Guntchran[illegible] adhibito iuramento non ipſum modò ſed etiam progeniem eius in non[illegible] generationem delere ſtatuit, vt alij poſthac à nefandis Regum cædibus metu ſuppliciorum ſummouerentur. Quod cùm Eberulfus comperiſſet, Eccleſiam S. Martini, cuius res ſæpè peruaſerat, expetiit, ibique, cùm nullam reuerentiam ſancto præſtaret Antiſtiti, multa geſſit impiè, mortem etiam, ſi cum Rege in gratiam rediret, Epiſcopo Gregorio minatus, qui tamen ei ſe ſolatio fuiſſe ſcribit [d], & cur acceptas iniurias obliuiſceretur, peculiarem cauſam prodit, quòd filium eius de ſacro lauacro ſuſcepiſſet.

GVNTCHRAMN. REDIT CABILONEM.

[d] Lib. 7. c. 22.

XXX. BASILICA S. MARTINI AP. BRIVAM CREMATVR.

* Brive la Gaillarde. [e] Lib. 7. capp. 10. 11.

Hoc eodem anno, menſe decimo, Baſilica beati Martini, qui S. Martini Turonenſis Epiſcopi diſcipulus fuiſſe perhibetur, apud Briuam * vicum ab imminenti hoſte cremata eſt, *itaut tam altarium quàm columnæ, quæ de diuerſis marmorum generibus aptatæ erant, ab igne diſſoluerentur. Sed ita hæc ædes in poſterùm à Ferreolo Epiſcopo reparata eſt, tanquam ſi nihil mali pertuleſſit.* Hæc Gregorius Turonenſis [e], qui prædictum Ferreolum Lemouicenſem Pontificem miraculis inſignem prædicat, vt in huius obitu poſt ſeptennium dicemus.

XXXI. BERTHEGVNDIS BVRDEGALAM PROFICISCITVR.

Circa illa tempora Ingeltrudis quæ Monaſterium in atrio S. Martini ſtatuerat, vt iam notauimus, ad Berthegundem filiam mandata iterum miſit, *deprecans eam ad ſe accedere. At illa oneratis nauibus tam de rebus propriis viri ſui, adſumpto ſecum vno filio, viro abſente, Turonus eſt adpulſa. Sed cùm à matre propter improbitatem viri retineri non poſſet, ſcilicet ne calumniam quæ eius dolo fabricata fuerat exciperet, ad Bertchramnum germanum eius, filium videlicet*

ſuum Burdegalenſis vrbis Epiſcopum eam direxit. Proſequente igitur eam viro eius, AN. CH.
dicebat. Quia ſine conſilio parentum eam coniugio copulaſti, non erit vxor tua. 584.
Erant enim iam ferè xxx. anni, ex quo coniuncti fuerant. Adiit enim vir eius
plerumque vrbem Burdegalenſem, ſed nolebat eam Epiſcopus reſtituere. Cetera ſuo
loco dicemus ex eodem Gregorio Turonenſi [a].

[a] Lib. 9. c. 33.

AN. CH. 585.
GVNTCH. R. 24.
CHILDEB. II. R. 10.
CLOTAR. II. R. 2.

ANNVS

CHRISTI 585.
GVNTCHRAMNI R. 24. 25.
CHILDEBERTI II. R. 10.
CLOTARII II. R. 2.

I. GREGORIVS Turonenſis poſterioribus viginti quatuor capitibus libri ſeptimi, ac prioribus viginti ſeptem libri ſubſequentis fusè deſcribit exortos in Francia tumultus anno Childeberti Regis decimo, Guntchramni viceſimo-quarto, ſeu Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto; ſi qui vel infiniti, vel ad inſtitutum noſtrum minus pertinere videbuntur, hos prætermittemus.

II. BELLVM CIVILE. Pictauienſes à fide, quam Guntchramno Regi promiſerant, deſciuerunt, ideo Bituriges & Aurelianenſes cum potiori parte copiarum, quas Guntchramnus collegerat, Pictauium contenderunt, auditóque quod præmiſſos nuncios Maroueus Epiſcopus durè ſuſceperat, incendia, rapinas, cædes exercuerunt, & intra muros recepti ruerunt in Pontificem, qui fracto calice aureo & in numiſmata redacto ſe ac populum redemit.

III. GVNDOBALDVS IT TOLOSAM. Gundobaldus, qui ſacramentum in ciuitatibus, quæ Sigiberti fuerant, ex nomine Childeberti ſuſcipiebat, ceteras, quæ Guntchramno vel Chilperico paruerant, ſibi iuramento fidei obſtringebat; haud auſus Pictauium accedere, quia Guntchramni Regis exercitus iam commouebatur, Inculiſmam adiit & Petrogoricum. Tunc Inculiſmæ ſedebat Nicaſius, Petrogorici Carterius, vt teſtantur ſubſcriptiones Epiſcoporum, qui Synodo Matiſconenſi Secundæ hoc anno interfuerunt. Gundobaldus Epiſcopum Petragoricenſem *grauiter iniuriatum reliquit, pro eo quòd ab eo ſuſceptus non fuiſſet.* Dein de Toloſam digreſſus magnam habuit verborum contentionem cum Magnulfo Epiſcopo, qui non immemor malorum, quæ regioni per Sigulfum aliàs illata fuerant, ciuibus ſemper author extiterat, vt Guntchramni & nepotis Childeberti, quos Reges eſſe nouerant, partes amplecterentur, Gundobaldo, cuius ortus ignorabatur, nequaquam adhærerent. Acceſſit Magnulfo grauior contumelia, cæſus enim alapis à Mummolo, fune vinctus à Deſiderio in exilium actus eſt. Sceleſtiſſimum hoc facinus ita deſcribit Gregorius. *Cùm ad conuiuium in domo Eccleſiæ Epiſcopus vnà cum Gundobaldo reſideret, ait, ſed vtrùm ſit verum an non, ignoramus, vel ſi poſſis Chlothari Regis adſeris, filium te dicare cœpta, incredibile habetur apud animos noſtros. At ille ait. Ego Regis Chlotharij ſum filius, & partem regni de præſenti ſum percepturus, & vſque Pariſios velociter accedam, & ibi ſedem regni ſtatuam. Cui Epiſcopus ait. Verúmne eſt ergo, quòd nullus de ſtirpe Francorum remanſit, ſi tu quæ dicis impleueris? Inter hæc altercationes, cùm hæc Mummolus exaudiſſet, eleuatâ manu alapis cecidit Epiſcopum, dicens. Non pudet, vt tam degener & ſtultus ita magno Regi reſpondeat? Verùm vbi & Deſiderius de conſilio Epiſcopi comperit quæ fuerant dicta, irâ commotus manus in eum iniecit, caſúmque communiter haſtis, pugnis & calcibus ac fune reuinctum*

AN. CH. *ctum, exilio damnauerunt, res eius tam proprias quàm Eccleſiæ integrè auferentes.*
585. Poſthæc Gunſchramni Regis exercitus Pictauio proceſſis ad ripam* Doronoⁿ-
GVNTCH. niæ, ibique ſubſiſtens præſtolari cœpis quid de Gundobaldo renunciaretur,
R. 24. cui præter Mummolum ac Deſiderium ſe iuuxerant Bladaſtes, Waddo Ma-
CHILDEB. iosdomûs Rigunshis, & Sagittarius Epiſcopus quondam Vapingeuſium, ſpe
II. R. 10. verò factâ Toloſanæ Sedis multò arrogantios. Dum autem hæc agerentur,
CLOTAR. Guntchramnus Turonos Claudium miſis, vt eiectum de Baſilica ſancti Mar-
II. R. 2. sini Eberulfum aut gladio interimeres, aut catenis vinciret, ampliſſima mu-
* la Dordo- nera se geſtâ percepturus, verumtamen ne ſanctæ Baſilicæ iniuriam inferret
gne. omnino, commonuit. At Claudius vt eras vanitati & auaritiæ deditus, Fre-
degundem adiit, quam Eberulfo inimicam ſciebas, ab ea donatus eſt copio-
ſis munesibus, & promiſſiones multas elicuit, ſi aut extractum à Baſilica oc-
cideres, aus dolis circumuentum catenis vinciset, aut certè in ipſo atrio tru-
cidaret. Occiſus eſt Eberulfus in ipſo atrio, nec à ſancto Martino ſaluari pro-
meruis, cuius patrocinium ſynceso animo nunquam popoſcerat. Claudius ab
Eberulfi famulis impesitus cellulam Abbatis experiit, ibique confoſſus eſt,
Abbas verò apprehenſus à duobus Clericis inser gladiorum acies vix viuus
euaſit. Hæc Gunſchramno Regi pluſimùm diſplicuerunt, qui nullam ſanctæ
Baſilicæ iniuriam inferri volebas. Tunc Monaſtesium ſancti Martini regebat
* Ad ann. 573. num. 10. Euſtachius ſiue Euſtochius Abbas, cuius iam meminimus [a].

IV. Gundobaldus Toloſâ Burdigalam profectus, quos amicis Legatos dirige-
BVRDIGA- res, elegis duos Clericos, quorum alses Abbas Cadurcenſis cùm literas, quas
LAM. acceperat, cauatâ Codicis tabulâ ſub cera seconditas ferret, incidis in ho-
nes Guntchramni Regis, ac repertis literis in præſentiam Regis eſt deduc-
cæsúſque grauiſſimè retruſus eſt in cuſtodiam. Cùm Gundobaldus Burdig
degeset, & quid auxilio ſibi poſſet eſſe ſtudioſiùs inquireses, audiuit Reg
eſſe in Osiente, qui quonsam ſancti Sergij Martyris pollicem dexteso ſuo b
chio alligatum gerebat, quoties præliabatur, hoſtem toties quaſi virtuse ſ
cti Martysis oppſeſſum vertebat in fugam, compertóque quòd Eufronius a-
gosiator reliquias eiuſdem Martyris haberet, eas ſibi voluit afferri. Mum- n-
lus Eufronij domo vi peruaſâ reperit os de ſancti Martyris digito, quod le-
mulsos ictus vix frangere potuit, partémque abſtulit haud annuente Mar- lo-
ſecuta eſt enim vltio diuina, vt paulò pòſt dicemus Dum autem in vsbe Poſt
digalenſi morarentur, *Fauſtianum Presbyterum Aquenſi vrbi Epiſcopum ordinari*
præcipiunt. Nuper enim in Aquenſi vrbe Epiſcopus obierat, & Nicetius Comes
loci illius, germanus Ruſtici Vici Iulienſis Epiſcopi, præceptionem ab Chilperico
elicuerat, vt tonſoratus ciuitati illi Sacerdos daretur. Sed Gundobaldus destruere
nitens eius decreta, conuocatis Epiſcopis iuſſit eum benedici. Bertchramnus autem
Epiſcopus, qui erat Metropolis, cauens futura Palladium Sanctonicum iniungit
qui eum benediceret. Nam & oculi eius eo tempore à lippitudine grauabantur. Fuit
autem ad hanc ordinationem & Oreſtes Vaſatenſis Epiſcopus. Sed negauit hoc co-
ram Rege. Verùm Epiſcopi Aquenſis & Vaſatenſis Busdigalenſi Metropolita-
no non ſubiacebant. At inter ciuiles tumultus, quos Bestchramnus Burdiga-
lenſis Epiſcopus fouebat, nullus iuri locus relinquebatur,

V. Poſteà Legaei à Gundobaldo miſſi ſunt ad Guntchsamnum cum virgis con-
LEGATOS ſecratis iuxta veterem Fsancorum ritum, vs à nemine violarentur, & expoſitâ
MITTIT Legasione cum reſponſo tedirent. Sed incauti, priuſquàm Regem adirent,
AD GVNT- quæ pesebant, pleriſque psodiderunt. Extemplò id Guntchramno relatum
CHRAMN. eſt. Itaque vincti catenis ad eum ducti ſunt, nec auſi tunc negare quid quære-
sens, & ad quem vel à quo dirigerentur, à Gundobaldo, qui nuper ab Orien-
te veniens filium ſe Clotarij Regis aſſerebat, ſe miſſos dixerunt, vt regni par-
tem ei debitam recipesent, aut eum cum exercitu venturum denuntiarent,
vtpote qui fortiſſimis gentibus vltra Dorononiam ſitis preeſſet. Guntchram-
nus irâ ſuccenſus Legasos ad trocleas extendi iuſſit, vt, quæ dicta fuerant,
vera confirmarentur, aut ſi lateset adhuc aliquid doli, vis tormentorum vel

ab inuitis id extorqueret. Increſcentibus autem ſuppliciis ſubiecerunt Legati Riguntbem cum Magnulfo Toloſanorum Epiſcopo in exilium ablegatam, theſauros omnes ab ipſo Gundobaldo ſublatos, eundem Gundobaldum à Proceribus Childeberti Regis in Regem expetitum, maximè verò à Guntchramno-Boſone Conſtantinopolim ante aliquot annos profectò in Gallias inuitatum fuiſſe. Tunc Guntchramnus nepotem Childebertum arceſſiri iuſſit, Legati rurſum interrogati, quæ Guntchramnus ſolus audiuerat, coram vtroque Rege palàm euulgarunt, aſſeruerúntque Gundobaldi cauſam in regno Childeberti Regis omnibus Primatibus cognitam eſſe. Et eam quidem ob rem quamplures ex Childeberti Proceribus amborum Regum colloquio adeſſe timuerant. Guntchramnus haſtam manui Childeberti nepotis inſeruit in ſignum, quòd vniuerſum regnum ſuum ei traderet, & omnes ciuitates ſuas eius dominationi ſubiiceret. Deinde obteſtatus diligentiſſimè ne ſecreta collocutio vlli hominum panderetur, clàm indicauit ei, quos in conſilio habere, quos à colloquio reiicere, quibus ſe credere, quos fugere, quibus munera conferre, quos ab honoribus repellere deberet, Egidium Remenſem Epiſcopum inprimis vitandum vt perfidum monuit. Denique cohortatus eſt omnem exercitum, vt Childeberto tanquam legitimo Regi pareret. Poſt triduum ambo Reges diſceſſerunt, Guntchramnus omnia quæ Sigibertus tenuerat Childeberto reddidit, rogans vt ad matrem Brunichildem non accederet, ne fortè aliquis aditus daretur ad Gundobaldum ſcribendi, aut ab eo ſcripta percipiendi. AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

VI. FVGIT CONVENAS.

Gundobaldus cùm audiiſſet Guntchramni copias haud procul abeſſe, relictus à Deſiderio Duce, Conuenas ineunte Quadrageſimâ cum Sagittario Epiſcopo, Mummolo & Bladaſte Ducibus atque Waddone ſe recepit, ciuibus dixit ſibi ab omnibus Childeberti Proceribus in Regem electo vires eſſe non mediocres, quia tamen Guntchramnus cum immenſo exercitu celeriùs aduolabat, iis author fuit, vt intra vrbem omnia alimenta cunctámque ſupellectilem concluderent, deinde ſuaſit vt aduerſus hoſtem egrederentur. Quibus artibus populo & ipſius loci Epiſcopo Rufino deluſis ac foras excluſis incredibilem annonæ viníque copiam in ciuitate repertam ſibi ſuiſque vendicauit.

VII.

Regij milites, quia Gundobaldus in tutum locum cuncta ſecum transferre non potuerat, traiecto Garumnâ non nihil prædæ collegerunt, vlteriúſque progreſſi Conuenas obſidione cinxerunt. Decimo-quinto pòſt die Leudegiſilus admotis machinis vrbem expugnare voluit, ſed nocte prælium dirimente rediit ad caſtra multis ſociorum amiſſis, quos obſeſſi, telis, lapidibus, & cuppis pice & adipe accenſis obruerunt. Interim Bladaſtes veritus ne Leudegiſilus partâ victoriâ cunctos morti traderet, domui Eccleſiæ ignem immiſit, dúmque multi concurrebant ad incendium extinguendum, ipſe fugâ dilapſus abſceſſit. Sequenti die regius exercitus profundam vallem, quæ à parte Orientis erat, faſcibus complere tentauit irrito conatu. Tunc Regij Duces ad alias artes conuerſi Mummolum per nuncios clàm ſollicitarunt, vt relicto Gundobaldo partes Guntchramni Regis amplecteretur. Mummolus ab eo conſilio non viſus eſt alienus, modò vitæ ſecuritatem adipiſci poſſet. Diſcedentibus nunciis, Sagittarius Epiſcopus, Mummolus, Chariulfus vir diues ac præpotens, & Waddo Maiordomûs Rigunthis ad Eccleſiam perrexerunt, datiſque ſacramentis iurarunt, ſi de vitæ promiſſione certiores fierent, Gundobaldum hoſtibus ſe tradituros. Reuerſi denuo nuncij vitæ ſecuritatem promiſerunt. Confeſtim Mummolus, Sagittarius & Waddo ad Gundobaldum acceſſerunt veluti ſalubre conſilium daturi, vt ab vrbe diſcederet, & ſicut optarat plerumque, fratri ſuo ſe ſiſteret. Ille verò dolum præſentiſcens erupit in lacrymas. Mummolus iterum aſſeruit nihil falſi prolatum, & viros fortiſſimos eius aduentum ad portam præſtolari; prætereà ne Gundobaldus nimio cum faſtu videretur incedere, Mummolus, quem ei dono dederat, aureum baltheum re-

AN. CH. 585.
GVNTCH. RR. 24.
CHILDEB. II. R. 10.
CLOTAR. II. R. 2.

OCCIDITVR.

periit, idque Gundobaldum maximo dolore præ ceteris contumeliis affecit. Tandem vterque egreſſus eſt extra vrbem. Gundobaldus ab Ollone Biturigum Comite & Boſone ſuſceptus eſt. Mummolus cum ſatellitibus in vrbem regreſſus portam obſerauit. Ollo Gundobaldum proiecit in vallem, lanceâque transfixiſſet, niſi circuli loricæ prohibuiſſent. Boſo nitentem ad montem regredi obruit lapide. Vniuerſum verò vulgus cadauer fune per caſtra traxit, & cæſarie barbâque auulſis inſepultum reliquit. Alterâ die vrbs tota cum Eccleſiis ſolo æquata eſt. Leudegiſilus cum Mummolo, Sagittario, Chariulfo & Waldone reuerſus ad caſtra clàm per nuncios à Guntchramno Rege ſciſcitatus eſt, quid de captiuis illis agendum decerneret. Ille capitali ſententiâ plectendos dixit. Antequam autem nuntium illud ad caſtra deferretur, Waddo & Chariulfus ad Baſilicam datis filiis obſidibus receſſerunt; Waddo ad Brunichildem Reginam, Chariulfus ad Baſilicam ſancti Martini confugit. Itaque pœna omnis in Mummolum & Sagittarium refuſa eſt. Mummolus cùm ſe periculo mortis expoſitum videret, accinctus armis tugurium Leudegiſili petiit conquerens nihil ex promiſſis ſibi ſeruari. Hic reſpondit ſe foras egreſſurum & cuncta placaturum, egreſſus verò vallari domum & Mummolum interfici iuſſit. Mummolus poſtquàm diutiſſimè ſtrenuéque reſtitit, venit ad oſtium, & in ipſo egreſſu vtrumque latus haſtâ perfoſſus interiit. Sagittarius tecto capite ne agnoſceretur in ſyluam abire voluit, ſed in ipſa fuga gladio percuſſus vitam clauſit. Guntchramnus oblatos ſibi à Leudegiſilo Gundobaldi theſauros pauperibus & Eccleſiis erogauit. Ab vxore verò Mummoli ſtudioſè quæſiit vbinam eſſent eorum theſauri. Illa probè ſciens vitum ſuum iam interfectum, neque ſuperbiæ locum ampliùs ſupereſſe, genuè dixit maximam auri & argenti vim apud Auenionem adhuc deliteſcere. Eò Guntchramnus miſit ex ſuis famulis, qui ducenta & quinquaginta argenti talenta, auri triginta & ampliùs attulerunt. Alteram partem Childeberto nepoti, alteram pauperibus conceſſit, mulieri nihil reliquit præter quod à ſuis parentibus acceperat.

VIII.

BASILICA S. VINCENTII AGINNENS.

Gregorius Turonenſis res ſupra deſcriptas prolixiùs explicat libro Hiſtoriæ ſuæ ſeptimo, nec omittit cæleſtem vltionem, quam copiæ Guntchramni Regis expertæ ſunt ob violatam in Aginnenſi territorio Baſilicam ſancti Vincentij, priuſquàm vrbem Conuenarum obſiderent. *Venerunt*, inquit, *ad Baſilicam ſancti Vincentij, quæ eſt infra terminum Agennenſis vrbis, vbi ipſe Martyr pro Chriſti nomine agonem dicitur conſummaſſe, inueneruntque eam refertam diuerſis theſauris incolarum. Erat enim ſpes incolis, non eſſe à Chriſtianis tanti Martyris Baſilicam violandam, cuius oſtia ſummo ſtudio obſerata erant. Nec mora, adpropinquans exercitus cùm reſerare templi valuas non valeret, ignem accendit, conſumptiſque oſtiis omnem ſubſtantiam cunctámque ſupellectilem, quam in ea inuenire potuerunt, cum ſacris miniſteriis abſtulerunt. Sed multos ibi vltio diuina conterruit. Nam pleriſque manus diuinitus vrebantur, emittentes fumum magnum, ſicut ex incendio ſurgere ſolet. Nonnulli arrepti à dæmone, per energiam debacchantes Martyrem declamabant. Plurimi verò ſemoti à ſeditione, propriis ſe iaculis ſauciabant. Reliquum verò vulgus in ante non ſine grandi metu progreſſum eſt.* Hæc ad Gatumnam Baſilica religionis frequentiâ & famâ miraculorum erat celeberrima, ſolúmque ſtannea tectorum ornamenta Leontij Burdigalenſis Antiſtitis ope acceſſerant, vt alibi retulimus ex Fortunato [a].

[a] Lib. 1. c. 8.

IX.

MMSS. CODD. GREGOR. EXAMINANTVR.

Antequam aggrediamur narrationem rerum, quæ poſterioribus tribus libris Gregorij Turonenſis continentur, iterum obſerua in connotandis capitibus, quæ Gregorio ab Interpolatore inſerta ſunt, nos hactenus vſos eſſe Fredegario & Aimoino, Fredegarius enim ſex duntaxat libros Gregorij redegit in epitomen, Aimoinus ſeptem expoliuit. Deinceps autem præuio deſtituemur Scriptore, à quo diſcere poſſimus, quænam capita ex vulgato Gregorio reſcindenda ſint. A Fredegario non diſſentiunt Codices Bellouacenſis & Corbeienſis, quorum alter ſex priores Gregorij libros complectitur. Ab

Aimoino quoad ſeptimum Gregorij librum non diſcrepat etiam Codex Metenſis, quem ſæpè cum Bellouacenſi & Corbeienſi contulimus. Hæc conſtant ex antedictis. Inpoſterùm idem Codex Metenſis tantæ non erit authoritatis, in ceteris enim libris mancus apparet atque imperfectus. Habet viginti tantum capita ex octauo libro Gregoriano, cui tribuuntur ſex & quadraginta. Libro nono quædam duntaxat capita partim ex nono Gregorij libro, partim ex decimo deſcribit. Libro decimo non Hiſtoriam Gregorij ſed vulgatum Chronicon Fredegarij proponit. Omittit octaui libri Gregoriani capita ſex & viginti, vndecimum, decimum-quartum, decimum-quintum, decimum-ſextum, decimum-ſeptimum, decimum-octauum, decimum-nonum, viceſimum, viceſimum-primum, viceſimum-ſecundum, viceſimum-tertium, viceſimum-quartum, viceſimum-quintum, viceſimum-ſextum, viceſimum-ſeptimum, triceſimum-ſecundum, triceſimum-tertium, triceſimum-quartum, triceſimum-quintum, triceſimum-ſextum, triceſimum-nonum, quadrageſimum, quadrageſimum-primum, quadrageſimum-ſecundum, quadrageſimum-tertium & quadrageſimum-ſextum. Omittit libri noni capita triginta cum dimidio, primum videlicet, ſecundum, quintum, ſextum, ſeptimum, octauum, duodecimum, decimum-tertium, decimum-quartum, decimum-ſeptimum, decimum-octauum, decimum-nonum, poſteriorem partem viceſimi, viceſimum-ſecundum, viceſimum-tertium, viceſimum-quartum, viceſimum-quintum, viceſimum-octauum, viceſimum-nonum, triceſimum-primum, triceſimum-ſecundum, triceſimum-tertium, triceſimum-quintum, triceſimum-ſeptimum, triceſimum-octauum, triceſimum-nonum, quadrageſimum, quadrageſimum-primum, quadrageſimum-ſecundum, quadrageſimum-tertium & quadrageſimum-quartum. Ex libri decimi capitibus triginta & vno prætermittit viginti, primum ſcilicet, quintum, ſextum, octauum, decimum, duodecimum, decimum-tertium, decimum-quartum, decimum-quintum, decimum-ſextum, decimum-ſeptimum, viceſimum, viceſimum-primum, viceſimum-ſecundum, viceſimum-tertium, viceſimum-ſextum, viceſimum-ſeptimum, viceſimum-nonum, triceſimum & triceſimum-primum. Fredegarij Chronicon longè vltra ipſius Fredegarij tempora vſque ad Caroli Martelli mortem perducit. Codex ſancti Michaëlis, qui poſteriorem tantùm partem libri ſexti Gregoriani cum quatuor poſterioribus libris continet, eaſdem prorſus ac editio vulgata res enarrat, quamuis in capita non diſtinguatur, ideóque non conducit ad inquirendas interpolationes ſi quas in tres poſtremos Gregorij libros contigit irrepſiſſe. Prædictorum tamen Codicum collatio cum editione Ducheſniana, vt purus Gregorius exſcribatur, haud erit inutilis. Octauus Gregorij liber initium tale ſortitur ab itinere quod Guntchramnus Rex Cabilone Pariſios menſe Iunio ſuſcepit. *Igitur Guntchramnus Rex anno XXIIII. regni ſui de Cauillono progreſſus Neuernenſem vrbem adgreditur. Inuitatus enim Pariſius veniebat, vt Chilperici filium, quem iam Chlotharium vocitabant, à ſacro regenerationis fonte deberet excipere.* Quâ de re plura inferiùs, agendum enim priùs occurrit de Synodo Valentina quæ menſe Maio præceſſit.

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

X. SYNODVS VALENTINA.

Synodus habita legitur in vrbe Valentina decimo Kalendas Iunij, anno viceſimo-quarto regni glorioſiſſimi Domini Guntchramni Regis, Indictione ſecundâ. Sed Indictio ſecunda addita eſt à neotericis, nam ſiue legatur dies decimus ante Kalendas Iunij, ſiue legatur dies decimus ante Kalendas Iulij, vt quidam legendum putant, reponenda eſſet Indictio tertia, quæ per menſes Maium & Iunium cum anno Guntchramni Regis viceſimo-quarto coincidit. In illa Synodo confirmata ſunt quæcumque Guntchramnus Rex ipſiúſque vxor & filiæ in diuerſas Eccleſias vel alia pia loca contulerant. *Cùm enim Patres in vrbe Valentina iuxta imperium glorioſiſſimi Guntchramni Regis pro diuerſis populorum querimoniis conueniſſent, prædictus Rex per virum illuſtrem Aſclepiodotum Referendarium datis ad ſanctam Synodum epiſtolis ſuis iniunxit, vt quodcumque eam*

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

ipſe, quam bonæ memoriæ iugalis ſua Auſtrechildis, vel filiæ eorum, Deo ſacratæ puellæ, id eſt, bonæ memoriæ Clodebergis vel Clodehildis, locis ſanctis contuliſſent, aut adhuc conferre decreuerint, auctoritate Apoſtolicâ deberet ſancta Synodus præſenti titulo manuum ſuarum ſubſcriptione firmare. Et quia Patres tam laudabili deuotioni non ſolùm ſacerdotalem ſed etiam diuinam crediderunt poſſe conuenientiam conſpirare. Idcirco Synodus ſancta decreuit, vt ſi quis Baſilicæ ſancti Marcelli, vel ſancti Symphoriani, vel quibuſcumque locis, vel ſeruientibus Deo, per quaſcumque auctoritates, vel ſcripturarum epiſtolas præfatus domnus Rex, vel ſuprà nuncupata iugalis ſua & filiæ eorum, ſiue in miniſterio altariorum, ſiue in quibuſcumque ſpeciebus, quæ ad diuinum cultum pertinere noſcuntur contuliſſe, vel adhuc conferre voluerint, neque Epiſcopi locorum, neque poteſtas regia quocumque tempore ſucceſſura, de eorum vtilitate quidquam minorare aut auferre præſumat. Quòd ſi quis hoc quocumque tempore temerare, aut auferre præſumpſerit, velut necator pauperum, anathemate perpetui iudicij diuini plectatur, & veluti ſacrilegij perpetrator, criminis ſui reus, ſupplicij æterni teneatur obnoxius. Non deſunt qui Synodum hanc putent Indictione potiùs ſecundâ & anno Guntchramni Regis viceſimo-tertio celebratam fuiſſe, quàm anno eiuſdem Regis viceſimo-quarto, Indictione tertiâ, ſed vt Guntchramni Regis annum ſeruemus viceſimum-quartum, & Indictionem ſecundam à Neotericis ſuperadditam aſſeramus, varia nos impellunt exempla præcedentium Conciliorum, in quorum ſubſcriptionibus Indictiones aut non notantur, aut ſeriùs ac perperam ab imperitis adiectæ redarguuntur.

XI. SVBSCRIPT. EPISCOPORVM

Valentinæ Conſtitutioni ſubſcripſerunt Epiſcopi ſeptemdecim; Sapau[illegible] Arelatenſis, Priſcus Lugdunenſis, Euantius Viennenſis, Martianus Tar[illegible] taſienſis, Metropolitani: item Iſitius ſiue Eſychius Gratianopolitanus, [illegible] gnoaldus Valentinus, Trapidius Arauſicus, Euſebius Mariſcenſis, Fla[illegible] Cabilonenſis, Pappus Aptenſis, Vrbicus Regenſis, Aridius Vappicenſis, [illegible] temius Vaſenſis, Pologronius Sigeſtaricus, Euſebius Tricaſtinus, Caria[illegible] Genauenſis, & Boetius Carpentoratenſis. Omnium illorum Epiſcopor[illegible] nomina iam vſurpauimus, ſi quinque excipias, Trapidium ſeu Trape[illegible] Arauſicanum, Boetium Carpentoratenſem, Pologronium Sigeſtaricum [illegible] riattonem Genauenſem, & Vrbicum Regenſem. Quo tempore Pontific[illegible] inierint, haud facile eſt diſtinguere, quamquam Trapidius Matthæo, [illegible] tius Tetradio, Pologronius Geneſio, Cariatto Salonio, & Vrbicus Clau[illegible] no videntur ſucceſſiſſe, quia Vindemialis Epiſcopus Arauſicanus Matthæi deceſſor anno Chriſti quingenteſimo vndequinquageſimo, cùm Synodus Aurelianenſis quinta celebrabatur, in viuis adhuc ſupererat, & anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio Tetradius Carpentoratenſis, Geneſius Sigeſtaricus, Salonius Genauenſis, & Claudianus Regenſis Concilio Pariſienſi quarto ſubſcripſerunt.

XII. EPISCOPI REGENS.

Simon Bartellus, qui nomenclaturam Hiſtoricam Regenſium Pontificum edidit, tres agnoſcit Fauſtos Epiſcopos Regenſes; primum qui ſancto Maximo ſucceſſit, ſecundum qui Claudianum tunc Diaconum ad Synodum Aurelianenſem quintam anno Chriſti quingenteſimo vndequinquageſimo direxit, tertium qui medius inter Claudianum & Vrbicum ſedit. Sammarthani, quamuis Bartellum legerint, & eius operam in contexendo Regenſium Præſulum catalogo laudarint, poſtremum Fauſtum expunxerunt. Stamus à partibus Sammarthanorum, & Bartellum ipſo quo ſe tuetur telo confodimus. Dinamius Patricius breuem beati Maximi Regenſis quondam Antiſtitis vitam ſcripſit, deinde poſt aliquot annos cùm locupletiora monumenta ex veteribus chartis ab Vrbico eiuſdem vrbis Epiſcopo accepiſſet, auctiorem edidit, & operi ſuo præfixit ª hanc præfationem, cui ſoli Bartellus innititur. *Domino beatiſſimo Patri, Vrbico Papæ, Dinamius Patricius ſalutem. Cùm Apoſtolicæ, Pater, fidei ardore ſuccenſus, vniuerſa de virtutibus ſancti Maximi, quæ fidelis relatio Geſtorum manifeſtat, ſollicitâ indagatione perquiris, imperitiam meam pulſare non*

ª Ap. Sur. die 27. Nou.

non deſinis: paternis etiam monitis pr[illegible]dicandi authoritate confirmans, quòd non parum ipſius delicti noxâ reus efficiar, [illegible]ſti omnia in vita eius, quam me ante aliquot annos rurali ſermone conſcripſiſſe [illegible]ſtitis, ſtudeam addere quæcumque vos de illius mirabalibus protinus manifeſtum eſſe [illegible] annuiſſe. Vnde ego gemino pudore confundor, cui nec loquendi facultas conce[illegible]tur, nec ſilendi ſecuritas indulgetur. Si loquar, ſenſum monſtrat detecta ruſti[illegible]as imperitum. Nam ſi licuiſſet, vel de ſuccincta poteram dictione placere, cu[illegible]on poſſunt dogmatis augmenta ſuccurrere. Inter vtramque ergo conſtitutus anguſti[illegible], præceptis veſtris parere diſpoſui, placiturus obedientiâ non doctrinâ. Vetera [illegible]os igitur chartarum indicaſtis reuoluiſſe volumina, in qua quid ex eius operibus [illegible] beatiſſimi Fauſti Antiſtitis prædeceſſoris veſtri ſolertia deuota collegerat, unde p[illegible]ca ſenſu potius, quàm obtutu, vix decernere* potuiſtis. Nam plurima æmula [illegible]uſtatis edacitas conſumpſerat, quæ latebant. Quòd niſi ſcriptorum meorum ſ[illegible]ie æterna memoria traderentur pauca de pluribus, ſatis eſſe impium cenſuiſtis. [illegible]de me ex parte votis veſtris ſatisfeciſſe cenſeo, quòd in longam ducta propaginem [illegible]ectio multiplicata ſubſequitur. Quæ quoties audientibus fecerit dudum lecta f[illegible]dum, ad veſtrum poterit pertinere delictum: ſi mercedis præmium contulerit, [illegible]al exinde ad me ſimiliter pertinebit, qui compulſus veſtris imperiis, prolixiora con[illegible]ipſi, quàm volui, & refugium breuitatis omiſi. Me ergo, quem ſilentij peplo, pr[illegible]centiſſime Paſtor, expolias, & tegmine taciturnitatis enudas, ſupplico, vt cum [illegible]nerſa populo, diffuſo munias interceſſionis præſidio. Quoties lectionis redigitur lo[illegible]gitudo, nec dictio impolita diſpliceat, quam tenor relationis ſanctæ commendat. Nam dubium non eſt, quòd quantùm integrâ deuotione cordis, ipſius ſancti Anti[illegible]tis geſta præfers, tantum opera meditæris, vt eius integrâ auiditate mentis con[illegible] ſequi veſtigia, cuius actionum diligis ornamenta, dummodò diuino beneficio, & [illegible]pſius patrocinio tibi concedatur temporalis vita prolixa tranquillitas, & ſancti oper[illegible]is expetita facultas, domine verè ſancte & beatiſſime Papa. Huc vſque Din[illegible]ius. Bartellus ex his verbis (*Fauſti Antiſtitis prædeceſſoris veſtri*) colligit Fau[illegible]ti nomen Epiſcopo fuiſſe, cuius loco ſubrogatus eſt Vrbicus. At Vrbicum F[illegible]auſto, quem Dinamius laudat, non immediatè ſucceſſiſſe ſatis declarant h[illegible] phraſes. *Vetera vos igitur chartarum indicaſtis reuoluiſſe volumina. Pauca ſen[illegible] potius, quàm obtutu, vix decernere* * *potuiſtis. Plurima æmula vetuſtatis edaci[illegible] conſumpſerat, quæ latebant.* Cur enim Dinamius vetera Fauſti volumina diceret, déque vetuſtate cuncta conſumente quereretur, ſi ſermonem haberet de Pontifice, cui mortuo Vrbicus, ſub quo ſcribebat, haud pridem ſucceſſiſſet? Suffectus eſt igitur Vrbicus Claudiano, & Dinamij textus intelligi debet de Fauſto, qui primus poſt beatum Maximum in Regenſi Cathedra ſedit.

* diſcernere.

* diſcernere.

Vitam ſancti Aridij ſiue Arigij Vapincenſis Epiſcopi ſcripſit Author ſynchronus, qui ſuam ætatem ſatis prodit cùm loquitur de Probo tunc Preſbytero, quocum aliàs Lectore Pontifex Arigius de nocte ſecedebat vt orationi vacaret. *Cum vno*, inquit, *Clerico, nomine Probo, qui tunc temporis Lectoris agebat officium, & nunc in ſacris Sacerdos admiſſus noſcitur eſſe myſteriis.* Ab illo Scriptore Arigius quòd Clericos non tantùm intra ſuæ receperit Eccleſiæ ſepta, ſed & diligentem in illis erudiendis operam ſedulò collocarit, pluriimùm laudatur his verbis. *Clericorum autem ſic viſus eſt in omnibus, vt ſpiritalem adſumeret curam, vt induſtriæ adfectum ſeu bonitate miſceret. Sui quippe moris erat, neminem contemnere. Et ſi quempiam ad erudiendum ſuſcepiſſet, indolem primò quidem ob rudimenta infantiæ blando commendans intimabat Magiſtro, vt teneram inſtruens foueret infantiam, ſic demum ſpiritualibus raſtris ad excolendos animos ſuo præcipiebat reſeruari labori. Cùmque eoſdem intra ſua recepiſſet Eccleſiæ ſepta, ita pro ipſis in omnibus induit curam, vt ſub ipſius ditione reuerentiſſimè commorantes in legis Domini meditatione diei ac noctis tempora non tranſirent, quæ continuò ut & perſonaret lectio cum inſtructione, & denuò cum exultatione Dauidicam canerent modulationem.* Corrigendus eſt igitur Ionas in vita ſancti Attalæ, vbi ſcribit ipſum Attalam Vapingo Lirinum * perrexiſſe, quia Vapingi ſub Ari-

* Lerius.

AN. CH. 585.
GVNTCH. R. 24.
CHILDEB. II. R. 10.
CLOTAR. II. R. 2.

XIII.
ARIGIVS EPISC. VAPINC.

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

gio Pontifice *nihil vtilitatis aut diſciplinæ ſpiritalis ſe agere* dolebat. *Attala* (verba ſunt Ionæ) *Burgundionum ortus genere, nobilis natione, ſed nobilior ſanctitate, dum à patre nobili liberalibus literis imbutus fuiſſet, Arigio quondam Pontifici ab ipſo genitore commendatus eſt. Sed bonæ indolis puer nihil ibi vtilitatis aut diſciplinæ ſpiritalis ſe agere dolens, cœpit mente ac ſpiritu ad potiora tendere, & ad altiora anhelare, dedit ergo operam, vt poſtpoſitis totius mundi phaleramentis, Monachorum iungeretur cohorti. Clàm itaque à ſodalibus, duobus pueris contentus, ad Lirinenſe Cœnobium venit.* Ab Arigio Epiſcopo diſceſſit Attala, quia erga Monachatum propenſiori quàm erga Clericatum ſtudio ferebatur, malebàtque Monachum induere ſub alicuius Abbatis diſciplina quàm Clericum ſub cuiuſlibet Epiſcopi magiſterio profiteri. Fruſtrà quæres aliam rationem, cur Vapingo * Lirinum ſeceſſerit. Ex hac autem incuriæ atque oſcitantiæ nota, quam Ionas Arigio perperam inurere conatur, vt Attalam illuſtriùs ac magnificentiùs laudet, obiter notabis hunc illius Authoris eſſe morem in ſcribendo, vt immeritò vituperet complures eorum qui familiaritatem inierunt vixerúntque cum ſanctis, quorum vitam literis commendandam ſuſcipit.

* *Gap.*

XIV. GVNTCHRAMN. ET AVRELIAM.

Guntchramnus poſt feſtiuitatem Ioannis Baptiſtæ Cabillone Pariſios iturus luſtrauit Niuernum, deinde Aureliam quarto Nonas Iulij quo die S. Martini ſolemnitas erat. Obuiam proceſſit omnis populus, nec publicæ lætitiæ defuerunt Iudæi, qui cùm Regis amicitiam aucupari vellent, coram illo in has voces erumperunt. *Omnes gentes te adorent, tibíque genu flectant, atque tibi ſint ſubditi.* Horum mentem Rex, cùm ad conuiuium reſideret, ſic explicuit. *Væ genti Iudaicæ malæ & perfidæ, ac ſubdolo ſemper ſenſu viventi! Ob hoc enim mihi hodie laudes adulatorias adclamabat, vt me cunctæ gentes quaſi Dominum adorarent, vt Synagogam eorum, quæ dudum à Chriſtianis diruta eſt, iuberem ope publicâ ſubleuari, quod inhibente Domino nunquam ero facturus.* Aureliæ ſubſtitit aliquot diebus; Epiſcopos, quotquot aderant, inuitauit ad epulum. Interfuerunt regali conuiuio Gregorius Turonenſis & Bertchramnus Burdegalenſis, Metropolitani; item Palladius Sanctonicus, Nicaſius Inculiſmenſis, Antidius Aginnenſis Sugillarij ſeu Sigillarij, quem Robertus & Sammarthani ſub Guntchramno Rege laudant, ſucceſſor, aliíque multi. *Tunc Bertchramnus Burdegalenſis Epiſcopus cum Palladio Sanctonico valdè Regi infenſus erat pro ſuſceptione Gundobaldi; cuius ſuprà meminimus. Sed & Palladius Epiſcopus ob hoc maximè Regis iram incurrerat, quod ei ſæpiùs fallacias intuliſſet. Diſcuſſi enim ante paululum fuerant ab reliquis Epiſcopis & Optimatibus Regis cur Gundobaldum ſuſcepiſſent, cur Fauſtianum Aquis * Epiſcopum ad præceptionem eius leuiſſimam ordinaſſent. Sed hanc cauſam ordinationis Palladius Epiſcopus à Bertchramno Metropole ſuo auferens ſuper ſe deuoluit, dicens. Oculi Metropolis mei valdè doloribus arctabantur, & ego ſpoliatus & contemptus, inuitus ab eo in eo loco adductus ſum. Non potui aliud facere, niſi quæ ille, qui omnem Principatum Galliarum ſe teſtabatur accipere, imperabat. Cùm hæc Regi nunciata fuiſſent, valdè commotus eſt, itaut vix obtineri poſſet, vt eos ad conuiuium aduocaret quos anteà non viderat. Introeunte itaque Bertchramno, interrogat Rex. Quis, ait, eſt iſte? Diu enim erat quòd ab eo viſus non fuerat. Dixerúntque. Hic eſt Bertchramnus Burdegalenſis vrbis Epiſcopus. Cui ille, gratias, inquit, agimus, quòd ſic cuſtodiſti fidem generationi tuæ. Scire enim te oportuerat, dilectiſſime Pater, quòd parens eras nobis ex matre noſtra, & ſuper gentem tuam non debueras inducere peſtem extraneam. Cúmque talia & his ſimilia Bertchramnus audiſſet, conuerſus ad Palladium Rex ait. Nec tibi, ô Palladi Epiſcope, nimiùm ſunt gratiæ referendæ. Tertiò enim mihi (quod de Epiſcopo dici iniquum eſt) peierasti, mittens indiculos doloſitate plenos. A me excuſabaris per epiſtolas, & germanum meum cum ſcriptis aliis inuitabas. Iudicauit enim Deus cauſam meam, cùm ego prouocare vos ſemper tanquam Eccleſiæ Patres ſtudui, & vos circa me ſemper egiſtis doloſè. Nicaſio autem & Antidio Epiſcopis dixit. Quid vos, ô ſanctiſſimi Patres, pro religionis vtilitate, vel regni noſtri ſoſpitate tractaſtis?*

* *Acqs.*

AN. CH. 585.
GVNTCH. R. 24.
CHILDEB. II. R. 10.
CLOTAR. II. R. 2.

edicite. Illis quoque tacentibus, ablutis Rex manibus, acceptâ à Sacerdotibus benedictione, ad menſam reſedit læto vultu & hilari facie, quaſi nihil de contemptu ſuo fuiſſet effatus. Tum nonnulla dixit de Brunichilde mortem vt ipſe ſuſpicabatur inferre moliente, plura de Childeberto qui natus die Paſchæ, die Pentecoſtes baptizatus, die Natiuitatis Dominicæ Rex coronatus tot felicibus preſagiis ſpem de ſe maximam concitabat. Poſtremò Theodorum Epiſcopum Maſſilienſem, ſi veniret ad Synodum, exilio rurſus mulctandum affirmauit, illum ſiquidem necis Chilperico illatæ authorem ſugillabat. Tunc Gregorius Turonenſis, vt ſuſpicionem criminis à Theodoro remoueret, conuerſo ad Regem ſermone de Chilperici morte ſic locutus eſt. *Et quis Chilpericum interemit, niſi malitia ſua tuáque oratio? Multas enim tibi contra iuſtitiam tetendit inſidias, quæ ei mortis exitium intulerunt. Quod vt dicam, valdè hoc per viſionem ſomny inſpexi, cùm viderem eum à te tonſorato capite quaſi Epiſcopum ordinari, deinde ſuper cathedram puram ſolâ fuligine tectam impoſitum ferri, prælucentibus coram eo lychnis ac cereis.* Gregorio hæc narrante, Rex ait. *Vidi & ego aliam viſionem, quæ huius interitum nunciauit. Adducebatur enim in conſpectu meo à tribus Epiſcopis vinctus catenis, quorum vnus Tetricus, alius Agricola, tertius verò Nicetius Lugdunenſis erat. E quibus dicebant duo. Soluite quæſumus eum, & caſtigatum abire permittite. Quibus è contrario cum amaritudine Tetricus Epiſcopus reſpondebat. Nun fiet ita, ſed igni concremabitur pro ſceleribus ſuis. Et cùm diu multumque quaſi altercantes hæc inter ſe verba proferrent, conſpicio eminus aeneum ſuper ignem poſitum feruere vehementer. Tum me flente, adprehenſum infelicem Chilpericum, confractis membris proiiciunt in aeneum. Nec mora inter vndarum vapores ita diſſolutus ac liquefactus eſt, vt nullum ex eo penitus indicium remaneret.* De Sanctis Epiſcopis, Tetrico Lingonenſi, Agricola Cabilonenſi & Nicetio Lugdunenſi, quorum laudes abundè ſuis locis prædicauimus, nihil hîc repetemus. Sequenti die Garacharius Comes Burdegalenſis & Bladaſtes, qui propterea quòd Gundobaldi partibus adhæſerant, in Baſilicam S. Martini confugerant, in gratiam à Guntchramno recepti ſunt. Gregorius Epiſcopus Turonenſis, cuius opem implorarant, cùm priùs pro his deprecatus nihil obtinere potuiſſet, Regem ſic eſt allocutus. *Audiat, ô Rex, poteſtas tua. Ecce à Domino meo in Legatione ad te directus ſum. Sed quid renunciabo ei qui me miſit, cùm nihil mihi reſponſi reddere velis? At ille obſtupefactus ait. Et quis eſt Dominus tuus, qui te miſit?* Cui Gregorius ſubridens, *beatus Martinus*, inquit, *miſit me. Tunc ille iuſſit ſibi repræſentari viros. Sed cùm in eius conſpectu veniſſent, multas eis perfidias ac periuria exprobrauit, vocans eos ſæpiùs vulpes ingenioſas. Sed reſtituit eos gratiæ ſuæ, reddens quæ illis ablata fuerant.* Proximo die Dominico, Rex *Eccleſiam ad ſpectanda Miſſarum ſolennia petit. Fratres verò, conſacerdoteſque qui aderant, locum Palladio Epiſcopo ad agenda feſta præbuerunt. Quo incipiente Prophetiam, Rex interrogat, quis eſſet? Cúmque Palladium Epiſcopum initiaſſe pronunciaſſent, ſtatim commotus Rex ait. Qui mihi ſemper infidelis & perfidus fuit, ille nunc ſacrata verba prædicabit? Egrediar prorſus ab hac Eccleſia, ne inimicum meum audiam prædicantem. Et hæc dicens, egredi cœpit Eccleſiam. Tunc conturbati Sacerdotes de fratris humilitate, dixerunt Regi. Vidimus enim eum conuiuio tuo adeſſe, ac de eius manu te benedictionem accipere, & cur eum nunc Rex aſpernatur? Si enim ſciſſemus tibi exoſum, declinaſſemus vtique ad alium qui hæc agere debuiſſet. Nunc ſi permittis, celebret quæ cœpit. In poſterum autem ſi aliquid oppoſueris, Canonicæ ſanctionis cenſurâ finiatur. Iam enim Palladius Epiſcopus in ſacrario cum grandi humilitate diſceſſerat. Tunc Rex iuſſit eum reuocari, & ſic quæ agere cœperat expediuit.* Alio die, cùm *iterati ad conuiuium Regis Palladius atque Bertchramnus adſciti fuiſſent, commoti inuicem multa ſibi de adulteriis ac fornicatione exprobrarunt, nonnulla etiam de periuriis. Quibus de rebus multi ridebant, nonnulli verò, qui alacrioris erant ſcientiæ, lamentabantur, cur inter Sacerdotes Domini taliter zizania diaboli pullularet:* Hanc altercationem ita interpretamur, vt Bertchramno Palladius adulteria & fornicationem, huic ille periuria ob-

GVNTCH. vt in eadem tunc exiſtimatione
R. 24. poſteris reliquerunt. Palladius, de quo Gregorius Turonenſis & Fortunatus,
CHILDEB. vt alio loco narrabimus, multa laude digniſſima ſcripſerunt, in Sanctorum nu-
II. R. 10. mero colitur à Sanctonibus. Talem honorem Burdigalenſes numquam detu-
CLOTAR. lerunt Bertchramno, cuius poeticen laudat Fortunatus, mores ſæpiùs carpit
II. R. 2. Gregorius. Antequàm Bertchramnus Aureliâ diſcederet, ſororius illuc ve-
nit, & *eum acriùs impugnare verbis cœpit, dicens. Abſtuliſti vxorem meam cum
famulis eius. Et ecce (quod Sacerdotem non decet) tu cum ancillis meis, & illa cum
famulis tuis dedecus adulterij perpetratis. Tunc furore commotus Rex, adſtrinxit
Epiſcopum, vt polliceretur eam reddere viro, dicens. Quia parens mea hæc eſt.
Si quicquam mali exercuit in domo viri ſui, ego vlciſcar: ſin aliud, cur ſub
omni deformitate redacta viro coniunx eius aufertur? Tunc Bertchramnus Epiſco-
pus pollicitus eſt, dicens. Venit ad me, fateor, ſoror mea poſt multorum annorum
curricula, quam pro charitatis ac deſiderij ſtudio, tenui mecum vt libuit. Nunc autem
receſſit à me. Requirat nunc eam, reuocétque quò voluerit, me obuium non habe-
bit. Et hæc dicens, miſit clàm nuncios ad eam, mandans, vt veſte mutatâ ac pæ-
nitentiâ acceptâ Baſilicam ſancti Martini expeteret. Quod facere illa non diſtu-
lit.* Cetera de Berthegunde ſuis locis.

XV. Aureliâ Pariſios venit Guntchramnus, cauſa profectionis erat, vt Chilpe-
PARISIOS. rici filium, quem Clotarium iam vocitabat, à ſacro fonte baptiſmatis excipe-
ret, cùm autem puer, qui primùm die Natiuitatis Dominicæ, tum in ipſa ſo-
lemnitate Paſchæ, poſtremò die feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ baptizari debue-
rat, repetitis tot procraſtinationibus haud adhuc exhiberetur, ſuſpicari cœ-
pit ne fortè ſuppoſititius eſſet, neque ſuſpicionem illam priùs ex animo depo-
ſuit, quàm Fredegundis cum tribus Epiſcopis & trecentis viris optimis Chil-
perici filium eſſe ſacramento confirmauit.

XVI. Antequàm Guntchramnus Lutetiâ Cabilonem rediret, interitum Merouei
DEFLET ac Clodouei nepotum ſæpè lacrymis proſecutus eſt, auditóque quòd Clodo-
MORTEM ueus ad ripam Matronæ ſuperpoſito ceſpite tumulatus iaceret, eò loci ſe con-
NEPOTVM. tulit, *confingens ſe ad venationem procedere, detectóque tumulo, reperit corpuſcu-
lum integrum & inlæſum. Vna tantùm pars capillorum, quæ ſubter fuerat, iam
defluxerat. Alia verò cum ipſis crinium flagellis intacta durabat. Cognitúmque
eſt, hunc eſſe quem Rex intento animo requirebat. Conuocato igitur Epiſcopo ciui-
tatis,* nempe Ragnemodo, *cum Clero & populo, ac cereorum innumerabilium
ornatu, ad Baſilicam ſancti Vincentij detulit tumulandum, non minùs plangens
nepotes mortuos, quàm cùm vidit filios proprios iam ſepultos. Poſt hæc miſit Pap-
polum Carnotenæ vrbis Epiſcopum, qui Merouei cadauer requirens, iuxta Chlodo-
uei tumulum ſepeliuit.*

XVII. *Cùm Rex maximâ intentione Theodorum Epiſcopum iterum perſequi conaretur,*
THEODORO *& Maſſilia iam in Childeberti Regis dominationem reuocata fuiſſet, ad diſcutien-*
EPISCOPO *das cauſas Ratharius illuc quaſi Dux à parte Regis Childeberti dirigitur, ſed poſt-*
MASSIL. *poſitâ actione, quæ ei à Rege iniuncta fuerat, Epiſcopum vallat, fideiuſſores requi-*
INFENSVS. *rit, & ad præſentiam Regis Guntchramni direxit, vt ſcilicet ad Synodum, quod
Matiſcone futurum erat, quaſi ab Epiſcopis damnandus adeſſet. Nec defuit vltio
diuina, quæ ſeruos ſuos ab ore canum rabidorum defenſare conſueuit. Nam egre-
diente Epiſcopo à ciuitate, ſtatim res Eccleſiæ diripit, & alia quidem ſibi vindi-
cat, alia ſub ſigillorum munitione concludit. Cúmque hoc feciſſet, protinus famu-
los eius ſæuiſſimus inuadit morbus, exhauſtóſque febre peremit. Filius eius ab hoc
incommodo defecit, quem in ſuburbano Maſſiliæ ipſius cum graui gemitu ſepeliuit.*
LEGATOS *Fuítque talis domui eius plaga, vt cùm ab vrbe illa eſt digreſſus, vix ad patriam*
DIRIGIT *ſuam regredi putaretur. Theodorus verò Epiſcopus à Guntchramno Rege detentus eſt.*
AD CHIL- *Sed nihil ei Rex nocuit.* Interim *Legatos ad nepotem ſuum Childebertum Rex di-*
DEBERTVM.

*rigit, qui morabatur tunc ad caſtrum Confluentis *, quod ab hoc nomen accepit,* AN. CH.
pro eo quòd Moſella Rhenúſque amnes pariter confluentes in eodem loco iunguntur. 585.
*Et quia placitum fuerat, vt Trecas * Campaniæ vrbem de vtroque regno coniun-* GVNTCH.
gerent, Sacerdotibúſque de regno Childeberti congruum non fuit, Felix Legatus R. 24.
ſalutatione præmiſſâ oſtenſis literis ait. Patruus tuus, ô Rex, diligenter interro- CHILDEB.
gat, quis te ab hac promiſſione retraxit, vt Sacerdotes regni veſtri ad Concilium, II. R. 10.
quod ſimul decreueratis, venire differrent? An forſitan mali homines aliquam in- CLOTAR.
ter vos diſcordiæ radicem faciunt pullulare? Tunc Gregorius Epiſcopus Turo- II. R. 2.
nenſis, qui præſens aderat, Rege tacente reſpondit. *Nil mirum ſi zizania* * Coblentz.
ſeratur inter populos. Nam inter hos quo radicem abliget, protinus non poteſt repe- * Troyes.
rire. Nullum enim latet, quòd Childebertus Rex alium patrem niſi patruum non
habet. Neque ille alium filium niſi hunc habere diſponit, iuxta id quod cum anno
præſente audiuimus loqui. Abſit ergo vt inter eos radix diſcordiæ germinet, cùm
ſe pariter & tueri debeant & amare. Tunc vocato ſecretiùs Felice Legato, Childe-
bertus Rex rogauit dicens. Deprecor dominum & Patrem meum, vt Theodoro Epi-
ſcopo nihil iniuria inferat. Quod ſi fecerit, confeſtim inter nos ſcandalum ger-
minabit, crimiſque diſcordiâ impediente diſiuncti, qui debemus amorem tuendo
eſſe pacifici. Acceptóque & de aliis cauſis reſponſo, Legatus diſceſſit. At Grego-
rius regio interfuit conuiuio, quod in obſcuram vſque noctem productum fuit.
Sequenti die vale dixit Childeberto, & octo millibus paſſuum procul Epoſio * * Iuoy.
Monaſterium adiit, vbi degebat Wlfilaicus Diaconus inſignis, cuius iam me-
minimus.

Mauritius Imperator aurum quod Childeberto tranſmiſerat, per Legatos XVIII.
denuò repetiit. Tunc & Ingundem Conſtantinopolim delatam fama mendax
euulgauit. His de cauſis exercitum Childebertus iterum in Italiam direxit ad-
uerſus Longobardos, verùm altercantibus inter ſe Ducibus Franci rediere BELLVM
nullâ re præclarè geſtâ. Meminit huius belli Ioannes Biclarenſis in ſuo Chro- LONGO-
nico, aſſeritque Herminigildum in poteſtatem patris deueniſſe hoc anno BARD.
Leuigildi decimo-ſexto, Mauritij Imperatoris ſecundo. Ingundis verò cum
eiuſdem Mauritij exercitu manſit teſte Gregorio Turonenſi.

Dagulfus Abbas cùm in furtis & homicidiis ſæpè verſatus fuiſſet, à viro XIX.
adulteræ interemptus eſt. *Documentum ſit hæc cauſa Clericis, ne contra Cano-* DAGVLFVS
num ſtatuta extranearum mulierum conſortio potiantur, cùm hoc & ipſa lex Cano- ABBAS.
nica & omnis Scriptura ſancta prohibeant, præter has fœminas, de quibus crimen non
poteſt æſtimari. Verba ſunt Gregorij Turonenſis, qui ſi cauſam Berthegundis
excipias, quam narrat libro nono capite triceſimo-tertio, res ſuprà recenſitas,
quæ Matiſconenſem Synodum præceſſerunt, nouemdecim prioribus capiti-
bus libri octaui complectitur, deinde capite viceſimo res in Concilio geſtas ſic
exponit.

Dies placiti aduenit, & Epiſcopi ex iuſſu Guntchramni apud Matiſcenſem vr- XX.
bem collecti ſunt. Fauſtianus autem, qui ex iuſſu Gundobaldi Aquenſis vrbis Epi- SYNODVS
ſcopus ordinatus fuerat, eâ conditione remouetur, vt eum Bertchramnus Orſtéſque MATISCO-
ſiue Palladius qui eum benedixerant, vicibus paſcerent, centenóſque ei aureos an- NENSIS. II.
nis ſingulis miniſtrarent. Nicetius autem ex laico, qui priùs ab Chilperico Rege
Præceptum elicuerat, in ipſa vrbe Epiſcopatum adeptus eſt. Vrſicinus Cadurcenſis
Epiſcopus excommunicatur pro eo quòd Gundobaldum excepiſſe publicè eſt confeſſus.
Accepto huiuſmodi placito, vt pœnitentiam tribus annis agens, neque capillum ne-
que barbam tonderet, vino & carnibus abſtineret, Miſſas celebrare, Clericos ordi-
nare, Eccleſiáſque & chriſma benedicere, eulogias dare penitùs non auderet. Vti-
litas tamen Eccleſiæ per eius ordinationem, ſicut ſolita erat, omnino exerceretur.
Extitit enim in hac Synodo quidam ex Epiſcopis, qui dicebat, mulierem, hominem
non poſſe vocitari. Sed tamen ab Epiſcopis ratione acceptâ quieuit, eò quòd ſacer
veteris teſtamenti liber edoceat, quod in principio Deo hominem creante ait [maſcu-
lum & fœminam creauit eos] vocauítque nomen eorum Adam, quod eſt homo ter-
renus, ſic vtique vocans mulierem ceu virum. Vtrumque enim hominem dixit.

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

Sed & Dominus Ieſus Chriſtus ob hoc vocitatur filius hominie, quòd ſit filius virginis id eſt mulieris. Ad quam, cùm aquas in vina transferre pararet, aie, [quid mihi & tibi eſt mulier?] & reliqua. Prætextatus verò Rothomagenſis Epiſcopus orationes, quas in exilio poſitus ſcalpſit, coram Epiſcopis recitauit. Quæ quibuſdam quidem placuerunt, à quibuſdam verò, quia artem ſecutus minimè fuerat, reprehendebantur. Stylus tamen per loca Eccleſiaſticus & rationabilis erat. Cædes autem magna tunc inter famulos Priſci Epiſcopi & Leudegiſili Ducis fuit. Priſcus tamen Epiſcopus ad coemendam pacem multùm pecuniæ obtulit. His etenim diebus Guntchramnus Rex grauiter ægrotauit, ita vt putaretur à quibuſdam non poſſe prorſus euadere. Gregorius credit id ſingulari prouidentiâ Dei contigiſſe, *cogitabat enim multos Epiſcoporum exilio detrudere, Theodorus itaque Epiſcopus ad vrbem ſuam regreſſus, fauente omni populo cum laude ſuſceptus eſt.*

XXI. Vrſicinus Epiſcopus Cadurcenſis Concilio Matiſconenſi cum ceteris Pontificibus ſubſcripſit, inde Guillelmo à Cruce, qui Cadurcenſium * Præſulum Hiſtoriam ſcripſit, viſa ſunt paulò ſeueriora quæ ſuperiùs ex Gregorio Turonenſi aduersùs Vrſicinum recitauimus, quapropter vt Vrſicini ſubſcriptionem cum Gregorij Turonenſis eâ ætate florentis ſuffragio conciliaret, excommunicationem comminatoriam, niſi Vrſicinus reſipiſceret, non latam incursámque ſtatuit benigniùs interpretari, ſed ſubtili diſtinctione nullatenus opus fuit, quia Patribus ita placuit animaduertere in Vrſicinum, vt tamen ius illi communicandi ac ſedendi cum Epiſcopis non adimerent.

* *de Cahors.*

XXII. CANONES. Extant Synodi Matiſconenſis Secundæ viginti Canones, quos, vbi commodè fieri poterit, in epitomen redigemus.

XXIII. DE DIE DOMINICA. *I. Omnes Chriſtiani* (populum Chriſtianum Patres ſic alloquuntur) *qui non incaſſum hoc nomine fruimini, noſtræ admonitioni aurem accommodate, ſcientes quoniam noſtræ eſt auctoritatis vtilitati veſtræ proſpicere, & à malis operibus coercere. Cuſtodite diem Dominicam, quæ nos denuò peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus veſtrûm litium fomitibus vacet, nullus cauſarum actiones exerceat, nemo ſibi talem neceſſitatem exhibeat, quæ iugum ceruicibus iuuencorum imponere cogat. Eſtote omnes in Hymnis & laudibus Dei animo corporéque intenti. Si quis veſtrûm proximam habet Eccleſiam, properet ad eandem, & ibi Dominico die ſemetipſum precibus lachrymíſque afficiat. Sint oculi, manúſque veſtræ toto illo die ad Deum expanſæ. Ipſe eſt enim dies requietionis perpetuus, ipſe nobis per ſeptima diei vmbram inſinuatus noſcitur in Lege & Prophetis. Iuſtum igitur eſt, vt hanc diem vnanimiter celebremus, per quam facti ſumus quod non fuimus, fuimus enim antè ſerui peccati, ſed per eam facti ſumus ſerui iuſtitiæ. Exhibeamus Domino liberam ſeruitutem, cuius nos nouimus pietate de ergaſtulis liberatos erroris. Non quia hoc Dominus noſter à nobis expetit, vt corporali abſtinentiâ diem Dominicam celebremus, ſed quærit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis artibus ad cælum vſque miſericorditer prouehat. Si quis itaque veſtrûm hanc ſalubrem exhortationem paruipenderit, aut contemptui tradiderit, ſciat ſe pro qualitate meritò principaliter à Deo puniri, & deinceps Sacerdotali quoque iræ implacabiliter ſubiacere. Si cauſidicus fuerit, irreparabiliter cauſam omittet; ſi ruſticus aut ſeruus, grauioribus fuſtium ictibus verberabitur; ſi Clericus aut Monachus menſibus ſex à conſortio ſuſpendetur fratrum. Hæc namque omnia & placabilem erga nos Dei animum reddunt, & plagas morborum vel ſterilitatem amouent atque repellunt. Noctem quoque ipſam, quæ nos inſpiratæ luci inacceſſibili reddidit, ſpiritualibus exigamus excubiis, nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant qui nomine tenus Chriſtiani eſſe noſcuntur, ſed oremus & vigilemus operibus ſacris, vt digni habeamur in regno hæredes fieri Saluatoris.*

XXIV. DE PASCHA. Secundus Canon eſt de Paſcha per ſex dies feſtos agendo, *vt illis ſanctiſſimis ſex diebus nullus ſeruile opus audeat facere, ſed omnes ſimul coadunati, Hymnis Paſchalibus indulgentes, perſeuerationis noſtræ præſentiam quotidianis ſacrificiis oſtendamus, laudantes creatorem ac regeneratorem noſtrum, veſpere, mane & meridie.*

XXV. De Baptiſmo.

III. Comperimus Chriſtianos non obſeruantes legitimum diem Baptiſmi, penè per ſingulos dies ac Natales Martyrum, filios ſuos baptizare, ita vt vix duo aut tres reperiantur in ſancto Paſcha, qui per aquam & ſpiritum ſanctum regenerentur. Idcirco cenſemus, vt ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, præter illos, quos infirmitas nimia, aut dies extremus compellit filiis ſuis baptiſmum percipere. Ideóque præſentibus admonitionibus à ſuis erroribus vel ignorantia reuocati, omnes omnino à die Quadrageſima cum infantibus ſuis ad Eccleſiam obſeruare præcipimus, vt impoſitionem manuum certis diebus adepti & ſacri olei liquore peruncti, legitimi diei feſtiuitate fruantur, & ſacro baptiſmate regenerentur, quò poſſint & honoribus, ſi vita comes fuerit, Sacerdotalibus fungi, & ſingularis celebrationis ſolemnitate frui. Ex illo Canone patet non ſolos adultos ſed ipſos etiam infantes ſcrutiniorum lege aſtrictos fuiſſe, non quidem vt fidei aut morum rationem redderent, quod præſtare per ætatem non licebat, ſed vt luſtrarentur aliquot cæremoniis, quæ per manuum impoſitionem & vnctionem ex ſacro oleo declarantur. Patres Concilij Bracarenſis * Secundi, quod ante annos tredecim Erâ ſexcenteſimâ ſextâ celebratum eſt, præcipiunt *Quadrageſima ſeruare ieiunia, & mediante Quadrageſimâ ex viginti diebus baptizandas infantes ad exorciſmi purgationem offerre.* Hanc purgationem ſignificat manuum impoſitio, vnctio verò ex ſacro oleo. Pertinet ad apertionem aurium, quæ teſte Bernone Augienſi fiebat quartâ feriâ hebdomadæ quartæ in ſcrutinio omnium maximo. *Agendum eſt*, inquit vetus Ordo Romanus, *vt à primo ſcrutinio quod incipit tertiâ hebdomadâ in Quadrageſima vſque in Sabbatum Sanctum in vigilia Paſchæ ſeptem ſcrutinia eſſe debeant ſecundum formam ſeptem donorum Spiritus ſancti.* Primum autem celebrabatur quarto die hebdomadæ tertiæ; ſecundum Sabbato eiuſdem hebdomadæ; tertium, quod reliquis multò ſolennius erat propter apertionem aurium, & per excellentiam *iter ad Baptiſmum* appellabatur, feriâ quartâ hebdomadæ quartæ; ſeptimum in Sabbato Sancto; cetera, quartum, quintum & ſextum, nullum tempus certum ſed varium Epiſcopi arbitratu habuerunt. Nihil vetat quominùs Canonem Matiſconenſem de ſeptem eiuſmodi ſcrutiniis interpretemur, quæ publicè & antiquo ritu peragi velit in Eccleſia *certis diebus*, id eſt, diebus ab Epiſcopo iam præſcriptis aut præſcribendis, nam finito vno ſcrutinio Presbyter diem quo aliud haberetur annunciabat, donec ſeptem, vt dictum eſt, complerentur. Lege Ordinem Romanum de Diuinis Officiis. Quæres vtrùm ſcrutinia æquè ante Pentecoſten ac ante Paſcha celebrarentur, & vtrùm Patres Matiſconenſes Canone ſuprà citato legitimum diem Baptiſmi de Paſcha tantùm an etiam de Pentecoſte intellexerint. Probabile admodum eſt ſingulis Baptiſmi temporibus ſua ſcrutinia ſeparatim fuiſſe; quòd autem ſcrutinia ſolummodò, quæ in Quadrageſima fiebant, monumentis tradita reperiuntur, id ex ea conſuetudine profectum putamus, quòd plures in Paſcha quàm in Pentecoſte cæleſti lauacro tingebantur, ita vt celebrioris Baptiſmatis vſus totam ſcrutiniorum rationem ſibi vindicarit. Eodem prorſus modo legitimus Baptiſmi dies, vt de Paſcha, ſic de Pentecoſte ſumi poteſt in Canone Matiſconenſi, ſtatis enim temporibus Paſchæ ac Pentecoſtes Baptiſmus olim conferebatur, vt fusè probauimus ex Tertulliano, ex ſancto Ambroſio & ex ſancto Leone Papa, cùm de Ingomere Clodouei Magni filio primogenito verba fecimus [a]. Re tamen accuratiùs examinata Canonem Matiſconenſem de Paſcha duntaxat interpretamur. Ita ſentiendum iam docuit Ioannes Launoius Theologus Pariſienſis in tractatu [b] *de priſcis & ſolemnioribus Baptiſmi temporibus.* Huic opinioni quatuor res plurimùm fauent. Primò, verba Canonis ſuprà recitata, quibus nihil clarius ac dilucidius ſcribi potuit. Secundò, Canon Autiſſiodorenſis [c], qui Matiſconenſi ſimillimus eſt, conceptiſque reperitur in hæc verba. *Non licet abſque Paſchæ ſolennitate vllo tempore baptizare, niſi illos, quibus mors vicina eſt, quos grabatarios dicunt.* Tertiò, conſuetudo quam Patres damnant, queruntur enim legitimum Ba-

* de Braga.
[a] Ad an. 494. n. 7.
[b] Cap. 7.
[c] Can. 18.

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

ptiſmi diem adeò contemni, vt Baptiſmus *penè per ſingulos dies ac Natales Martyrum* conſeratur, & vt huic mori videantur magis aduerſari, tempus duntaxat vnum ſolemni Baptiſmo præfigunt, licèt vſu receptiſſimo duo à primis ſeculis aſſignata non ignorent. Quartò, ritus Theſſalorum, qui, teſte Socrate [a], *in diebus tantùm Paſchæ baptizant*, ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πάσχα μόνον βαπτίζοντες. *Propter hanc cauſam*, ſi verum eſt quod idem Author ſubiungit, *omnes exceptis admodùm paucis abſque Baptiſmate moriuntur*, διὸ σφόδρα πλὴν ὀλίγων οἱ λοιποὶ μὴ βαπτισθέντες ἀποθνήσκουσιν. Theſſali, quod ſolemni Baptiſmo Paſcha tantùm deputarint, haud damnandi ſunt, ſed excuſandi non ſunt, quòd non admiſerint omne tempus habile Baptiſmo, cùm aliqua neceſſitas exigebat. Apud Tertullianum [b], *diem Baptiſmo ſolemniorem Paſcha præſtat*, &c. *Exin de Pentecoſte ordinandis lauacris latiſſimum ſpatium eſt*, &c. *Cæterùm omnis dies Domini eſt, omnis hora, omne tempus habile Baptiſmo; ſi de ſolemnitate intereſt, de gratia nihil refert.* Haud aliter ſcribit Leo Magnus in literis [c] ad Epiſcopos Siciliæ. *Ita enim*, inquit, *ad has duas feſtiuitates*, Paſchæ videlicet ac Pentecoſtes, *connexas atque ſibimet cognatas incolumium & in pacis ſecuritate degentium libera vota differimus, vt in mortis periculo, in obſidionis diſcrimine, in perſecutionis anguſtiis, in timore naufragij, nullo tempore hoc verè ſalutis ſingulare remedium cuiquam denegemus.* Qui propter morbum in lecto baptizabantur, clinici dicebantur & grabatarij, nec fungi poterant honoribus Sacerdotalibus. Quapropter Canon Matiſconenſis iubet infantes baptizari legitimo die Baptiſmi, *quò poſſint & honoribus, ſi vita comes fuerit, Sacerdotalibus fungi, & ſingularis celebrationis ſolennitate frui.* Non admittebantur igitur in Clerum, qui Baptiſmum extra legitimum diem ſuſceperant, quamcumque excuſationem prætenderent. Huc pertinet decretum Concilij Neocæſarienſis [d] ante Nicænum celebrati. *Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem presbyterij non poteſt promoueri, quòd non ex propoſito fides eius, ſed ex neceſſitate deſcendit.* Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ δύναται, οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης. Antequàm Synodus Matiſconenſis celebraretur, inter dies, qui Baptiſmo deputabantur, in Gallia valdè ſolemnis erat Natalis Domini, necnon Natalis ſancti Ioannis Baptiſtæ. Theodoricus Chilperici Regis filius in die Paſchæ baptizatus eſt anno ipſius Chilperici Regis viceſimo-ſecundo, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio. Childebertus Rex, Sigiberti Regis filius, in die Pentecoſtes baptizatus eſt anno ipſius Sigiberti Regis nono, Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo. Vtrumque docet Gregorius Turonenſis [e]. Clodoueus Magnus in die Natali Domini baptizatus eſt anno Regni ſui decimo-quinto, Chriſti quadringenteſimo nonageſimo-ſexto, idque teſtatur Auitus Viennenſis in literis ad eundem Clodoueum paulò pòſt datis. Apud Gregorium Turonenſem [f], Guntchramnus Rex anno Regni ſui viceſimo-quarto, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto queritur, quòd Clotarius Rex Chilperici filius nec *in Dominici Natalis ſolemnitate*, nec *ad ſanctum Paſcha*, nec *ad feſtiuitatem ſancti Ioannis* exhibitus ſit, vt à ſe de ſancto lauacro ſuſciperetur. Launoius quia Clotarij Primi mortem, vt patet ex capite primo tractatûs quem *de veteri more baptizandi Iudæos & Infideles* compoſuit, in annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſecundum reiicit, exiſtimat ſecundam Synodum Matiſconenſem priùs habitam fuiſſe, quàm Guntchramnus, vt ex Gregorio Turonenſi dictum eſt ſuprà, de Clotario Chilperici filio poſt varias dilationes nondum ad Baptiſmum exhibito conquereretur, negatque Canonem Matiſconenſem, de quo nunc agimus, Epiſcopos retardaturum fuiſſe à peragendo myſterio, ſi Clotarius ad Baptiſmum veniſſet. *Hic autem Canon*, inquit [g], *neque Ragnemodum Pariſienſem Epiſcopum, qui Chilpericum* (lege *Clotarium*) *baptizaſſet, neque Gregorium Turonenſem, qui eum de lauacro ſuſcepiſſet, retardaſſet à peragendo myſterio, ſi Chilperici filius ad Baptiſmum veniſſet. Nouerat vterque, & Ragnemodus*

[a] Lib. 5. cap. 22.
[b] De Baptiſm. cap. 19.
[c] Epiſt. 4. c. 6.
[d] Can. 12.
[e] Lib. 6. c. 27. Lib. 2. cap. 4.
[f] Lib. 8. cap. 9.
[g] Corollar. 12. de priſcis & ſolemnioribus Bapt. temporibus.

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

modus potiſſimùm qui Concilio interfuerat, quid Canon ille valeat, quid ferre recenſet, an beati Ioannis Baptiſtæ Natalem excludat vel non excludat. In aſſignanda ſecundæ Synodi Matiſconenſis epocha non recedimus à Sirmondi computo quem Launoius ſequitur. Fatemur illam Synodum hoc anno, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto, celebratam fuiſſe, nec opinionem noſtram ſolâ Sirmondi confirmamus auctoritate, nitimur enim Gregorio Turonenſi ſuprà deſcripto, cuius textu ſe quoque fultum teſtatur Sirmondus in ſuis notis [a]. Apud Launoium, *anno* DLXXXV. *celebratum eſſe alterum Matiſconenſe Concilium Sirmondus ex rectiori Chronologia notat.* Cur rectior eſt hæc Sirmondi Chronologia? Quia ducitur ex Gregorio Turonenſi. Nam Gregorius Turonenſis ſecundum Concilium Matiſconenſe refert ad annum Guntchramni Regis viceſimum-quartum, quem Sirmondus cum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto componit argumentatione ex eodem Gregorio Turonenſi ſic deſumptâ. *Annum Regis*, id eſt, annum viceſimum-quartum Guntchramni Regis, *teſtatur vulgata Inſcriptio, quæ cum verbis Synodi perperam anteà copulabatur, extat autem & in Codice Bellouacenſi. [Synodus habita in ciuitate Matiſconenſi anno* XXIV. *regni glorioſiſſimi Guntramni Regis.] Eundémque Guntramni annum, ac diem quoque Synodo indictam,* X. *Kalendas Nouembres, habet Gregorius Turon. lib.* VIII. *cap. 1. & 7. Synodi verò alia quædam exponit cap. 20. Nec dubium, quin Gregorij calculo & noſtro Chriſti annus is fuerit* DXXCV. *vel argumento, quod iam ſuprà obſeruauimus, diei Dominica, qua biennio antè, vt Gregorius idem narrat lib.* VI. *cap. 25. pridie Kalendas Februarias incidens annum arguebat* DXXCIII. *Quare falli eos neceſſe eſt, qui Synodum hanc in annum* DXXCVIII. *vel in ſequentem reiiciunt.* Errant igitur ex Sirmondi ſententia, diuerſámque prorſus à Gregoriana Chronologiam ineunt, qui vel Synodum Matiſconenſem ſecundam non illigant anno Guntchramni Regis viceſimo-quarto, vel annum viceſimum-quartum Guntchramni Regis cum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto non comparant. Nobis prudenter cauimus ab vtroque ſcopulo, anno enim Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo mortem Clotarij Primi conſignauimus. Launoius verò multùm diſcrepat à Sirmondo, quamuis eius Chronologiam laudet, ſecutúſque videatur Synodo Matiſconenſi ſecundâ ſub anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto collocatâ. Nam cùm Clotarij Primi mortem reiiciat in annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſecundum, neceſſe eſt, vt neglectâ Gregorij Turonenſis ac Sirmondi computatione ſecundam Synodum Matiſconenſem cum anno viceſimo-tertio Guntchramni Regis, & annum eiuſdem Guntchramni Regis viceſimum-quartum cum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto componat. Atque hinc fit, vt anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto & Chilpericum Regem mortuum & Synodum ſecundam Matiſconenſem habitam credat, annóque Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto diem Natalem ſancti Ioannis Baptiſtæ deputatum Baptiſmo Clotarij Regis opinetur. At aliter hæc computantur à Gregorio Turonenſi. Diſcedit ex hac vita Chilpericus anno regni ſui viceſimo-tertio, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, proxima ſolemnitas Natiuitatis Dominicæ deſtinatur Baptiſmo Clotarij; tum ſolemnitas Paſchalis anni ſequentis, id eſt, anni poſt Chriſtum natum quingenteſimi octogeſimi-quinti; tertiò dies Natalis ſancti Ioannis Baptiſtæ, id eſt, dies octauus ante Kalendas Iulias eiuſdem anni, poſt Chriſtum natum quingenteſimi octogeſimi-quinti. Guntchramnus Rex Pariſios venis currente eiuſdem anni menſe Iulio, queſtúſque de Clotario nondum ad Baptiſmum exhibito reuertitur in Burgundiam. Denique eodem anno in Burgundia, decimo Kalendas Nouembres, Synodus Matiſconenſis ſecunda celebratur. Hanc igitur Synodum anteceſſit dies Natalis ſancti Ioannis Baptiſtæ, quo Clotarius aquâ ſalutari Baptiſmatis regenerandus dicebatur, & Epiſcopus, qui Clotarium illo die baptizaſſet, haud violaſſet Canonem Synodi Matiſconenſis ſecundæ, quandoquidem hæc Synodus nondum fuerat conuo-

[a] Ad pag. 381. tom. 2. Conc. Gall.

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

cata. Statutúm eſt in hac Synodo, vt exceptâ humanæ infirmitatis neceſſitate Baptiſmus in die tantùm Paſchæ ſuſciperetur. Hac ſanctione abrogata eſt in Francia conſuetudo baptizandi in die Natali Chriſti & Ioannis Baptiſtæ, necnon in feſtis Martyrum, atque etiam in die Pentecoſtes, ſed breui ſpatio temporis interiecto rurſum apud Francos inualuit antiquiſſimus vſus Eccleſiæ, vt non tantùm Paſcha ſed etiam Pentecoſte legitimum Baptiſmi tempus eſſet, idque multis exemplis patebit infrà.

XXVI. De oblationis

IV. Canon. *Omnibus Dominicis diebus, altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis quàm vini, vt per has immolationes & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel vel ceteris iuſtè offerentibus promereantur eſſe conſortes. Omnes autem qui definitiones noſtras per inobedientiam euacuare contendunt, anathemate percellantur.*

XXVII. De decimis.

V. Decimas Eccleſiaſticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat, quas Sacerdotes aut in pauperum vſum aut in captiuorum redemptionem prærogantes, ſuis orationibus pacem populo ac ſalutem impetrent. Si quis autem contumax noſtris ſtatutis ſaluberrimis fuerit, à membris Eccleſiæ omni tempore ſeparetur.

XXVIII. De Miſſarum celebratione.

VI. Nullus Presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, ſacrificia contrectare, aut Miſſas priuatis feſtíſque diebus concelebrare præſumat. Iniuſtum eſt enim, vt ſpiritali alimento corporale præponatur, ſed ſi quis hoc attentare curauerit, dignitatem amittat honoris. Iam enim de tali cauſa & in Conciliis Africanis definitum eſt. Quam definitionem noſtro quoque dignum duximus ſociare decreto, vt ſacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo Cœna Domini celebratur. Quæcumque reliquiæ ſacrificiorum poſt peractam Miſſam in ſacrario ſuperſederint, quartâ vel ſextâ feriâ innocentes ab illo cuius intereſt ad Eccleſiam adducantur, & indicto eis ieiunio eaſdem reliquias conſperſas vino percipiant. Canon, quem Patres citant, octauus eſt inter decreta Conciliorum Africanorum quæ ſub Anaſtaſio Pontifice celebrata ſunt, ibique ſic integer legitur. *Vt ſacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo Cœna Domini celebratur. Nam ſi aliquorum pomeridiano tempore defunctorum ſiue Epiſcoporum ſiue ceterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi qui faciunt, iam pranſi inueniuntur.* Concilium Bracatenſe Secundum [a] iam laudatum pœnas quoque ſtatuerat aduersùs Preſbyteros, qui quocumque cibo præſumpto Miſſas celebrarent, & errorem illum ex veteri Priſcilliana hæreſi profectum notauerat hoc decreto. *Placuit, vt quia per ſtultitiam præſumpti nuper erroris, aut certè ex veteris Priſcillianæ adhuc hæreſis fætore corruptos cognouimus quoſdam Presbyteros in huius præſumptionis audacia detineri, vt in Miſſa mortuorum etiam poſt acceptum merum oblationem auſi ſunt conſecrare, ideóque hoc præfixa euidentis ſententiæ admonitione ſeruetur, vt ſi quis Presbyter poſt hoc edictum noſtrum ampliùs in hac veſania fuerit deprehenſus, id eſt, vt non ieiunus, ſed quocumque iam cibo præſumpto oblationem conſecrauerit, continuò ab officio ſuo priuatus à proprio deponatur Epiſcopo.*

[a] Can. 10.

XXIX. De cauſis libertorum.

Septimus Canon eſt de libertorum cauſis ab Epiſcopo iudicandis. Huius ferendi Canonis authores fuerunt Prætextatus Epiſcopus Rothomagenſis & Pappulus Epiſcopus Carnotenſis, qui dixerunt libertos ideo plùs à iudicibus affligi, *quia ſacris ſunt Eccleſiis commendati*, poſtularúntque, *vt ſi quas quiſpiam dixerit contra eos actiones habere, non audeat eos Magiſtratui contradere, ſed in Epiſcopi tantùm iudicio, in cuius præſentia litem conteſtans, quæ ſunt iuſtitiæ ac veritatis audiat. Indignum eſt enim, vt hi qui in ſacroſancta Eccleſia iure leguntur legitimo manumiſſi, aut per epiſtolam aut per teſtamentum, aut per longinquitatem temporis, libertatis iure fruuntur, à quolibet iniuſtiſſimè inquietentur.* Quibus auditis, vniuerſa Sacerdotalis Congregatio dixit. *Iuſtum eſt vt contra calumniatorum omnium verſutias defendantur, qui patrocinium immortalis Eccleſiæ concupiſcunt. Et quicumque à nobis de libertis latum decretum ſuperbia auſu præuarica-*

tentauerit, irreparabili damnationis ſuæ ſententiâ feriatur. Sed ſi placuerit Epiſcopo ordinarium Iudicem aut quemlibet alium ſæcularem in audientiam eorum accerſiri, cùm libuerit, fiat, & nullus alius audeat cauſas pertractare libertorum, niſi Epiſcopus cuius intereſt, aut is cui idem audiendum tradiderit. AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

Octauus Canon eſt de reis ab Eccleſia in quam confugerint non extrahendis. XXX.

Canon nonus eſt aduersùs eos qui Epiſcopos de atriis venerabilium Eccleſiarum violenter abſtractos, ergaſtulis publicis addicunt. *Cenſemus*, inquiunt Patres, *vt Epiſcopum nullus ſæcularium faſcibus præditus, iure ſuo contumaciter & perperam agens, de ſancta Eccleſia, cui præeſt, trahere audeat. Sed ſi quid contentionis aduersùs Epiſcopum potentior perſona habuerit, pergat ad Metropolitanum Epiſcopum, & ei cauſas alleget, & ipſius ſit poteſtatis honorabiliter Epiſcopum, de quo agimus, euocare, vt in eius præſentia accuſatori reſpondeat, & oppoſitas ſibi actiones extricet. Quòd ſi talis fuerit immanitas cauſa, vt eam ſolus Metropolitanus deſinire non valeat, aduocet ſecum vnum vel duos Epiſcopos. Quòd ſi & ipſis dubietas fuerit, Conciliabulum definito die vel tempore inſtituant, in quo vniuerſa ritè collecta fraternitas Coepiſcopi ſui cauſas diſcutiat, & pro merito aut iuſtificet aut culpet. Nefas eſt enim, vt illius manibus Epiſcopus aut iuſſione de Eccleſia trahetur, pro quo ſemper Deum exorat, & cui, inuocato nomine Domini, ad ſaluationem corporis animæque Euchariſtiam ſæpè porrexit. Hoc enim decretum à nobis præfixum qui fuerit audaćter tranſgreſſus, tam ipſe quàm omnes qui ei conſenſerint, vſque ad generale Concilium anathemate de Eccleſia ſeparentur.* XXXI. EPISCOPORVM.

X. Quod de Epiſcopis cenſuimus, obtinet & in Clero, vt neque Presbyter, neque Diaconus, neque Subdiaconus de Eccleſiis trahantur, aut iniuriam aliquam inſcio Epiſcopo eorum patiantur, ſed quid quis aduersùs eos habuerit, in notitiam Epiſcopi proprij perducat, & ipſe cauſam iuſtitiâ præeunte diſcutiens, animo Clericos accuſantis ſatiſfaciat. XXXII. CLERICORVM.

XI. Canon eſt de hoſpitalitate ſeruanda. XXXIII.

XII. Iudices non priùs viduas & pupillos conueniant quàm Epiſcopo nuntiarint, cuius ſub velamine degunt. Quòd ſi Epiſcopus præſens non fuerit, Archidiacono vel Presbytero cuidam eius, vt pariter ſedentes communi deliberatione cauſis eorum terminos figant, ita iuſtè ac rectè, vt deinceps de talibus antedićta perſona non conquaſſentur. Quòd ſi is qui Iudex eſt, aut impetitor, eis aut iniuriam aliquam ingeſſerit, aut definitionem tanti Concilij tranſgreſſus fuerit, à communione ſuſpendatur. XXXIV. VIDVARVM ET PVPILLORVM.

XIII. Epiſcopalis domus, quæ ad hoc Deo fauente inſtituta eſt, vt ſine perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitate recipiat, canes non habeat, ne fortè hi qui in ea miſeriarum ſuarum leuamen habere confidunt, dum infeſtorum canum morſibus laniantur, detrimentum versâ vice ſuorum ſuſtineant corporum. Cuſtodienda eſt igitur Epiſcopalis habitatio Hymnis non latratibus, operibus bonis non morſibus venenoſis. Vbi igitur Dei eſt aſſiduitas cantilena, monſtrum eſt & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare. Miramur nonnullos hunc Canonem de canibus duntaxat ad venationem exercendam interpretari, quis enim non videt quemlibet canem ab Epiſcopali habitatione procul arceri, cuius aditus omnibus patere debet, & cuius cuſtodiæ Patres deſtinant Hymnos non latratus, opera bona non morſus venenoſos. XXXV. DE DOMO EPISCOPALI.

Canon decimus-quartus eſt aduersùs potentes, qui res alienas inuadunt, & nullis exertis actionibus, aut conuictionibus prærogatis, miſeros non ſolùm de agris ſed etiam de domibus propriis eiiciunt. Patres in remedium conſulentes decernunt, *vt deinceps huius mali licentiam quiſpiam non habeat, ſed ſecundùm Canonum atque Legum tenorem cauſarum ſuarum actionem proponat, vt nullus miſerorum rebus ſuis per vim aut aſſentationem quam habet defraudetur. Illi autem qui contra diſpoſitum non ſolùm hoc, ſed etiam antiquorum Patrum & Regum venire tentauerint, proceſſoſi anathematis vltione plectantur.* XXXVI. DE VIOLENTIA POTENTVM COERCENDA.

XV. Si quis ſæcularium quempiam Clericorum honoratorum in itinere obuiam XXXVII. DE HONORE CLERICIS EXHIBENDO

AN. CH. 585.
GVNTCH. R. 24.
CHILDEB. II. R. 10.
CLOTAR. II. R. 2.

habuerit, vſque ad inferiorem gradum honoris, id eſt, vſque ad Subdiaconum, *veneranter, ſicut condecet Chriſtianum, illi colla ſubdat, per cuius officia & obſequia fideliſſima Chriſtianitatis iura promeruit. Et ſi quidem ille ſæcularis equo vehitur, Clericúſque ſimiliter, ſæcularis galerum de capite auferat, & Clerico ſinceræ ſalutationis munus adhibeat. Si verò Clericus pedes graditur, & ſæcularis vehitur equo ſublimis, illicò ad terram defluat, & debitum honorem prædicto Clerico ſinceræ caritatis exhibeat, vt Deus qui vera caritas eſt, in vtriſque lætetur, & dilectioni ſuæ vtrumque adſciſcat. Qui verò hæc, quæ Spiritu ſancto dictante ſancita ſunt, tranſgredi voluerit, ab Eccleſia quam in ſuis miniſtris dehonorat, quamdiu Epiſcopus illius Eccleſiæ voluerit, ſuſpendatur.*

XXXVIII. DE VIDVIS CLERICORVM.

XVI. Illud quoque rectum nobis viſum eſt diſponere, vt quæ vxor Subdiaconi vel Exorciſtæ vel Acolythi fuerat, mortuo illo, ſecundo ſe non audeat ſociare matrimonio. Quòd ſi fecerit, ſeparetur, & in Cœnobiis puellarum Dei tradatur, & ibidem vſque ad exitum vitæ ſuæ permaneat.

XXXIX. DE SEPVLTVRIS.

XVII. Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris ſepulchra reſerare, & mortuos ſuos ſuperimponere, vel aliorum, quod nefas eſt, mortuis ſuis religioſa loca vſurpare, ſine voluntate ſcilicet domini ſepulchrorum. Ideóque ſtatuimus vt nullus deinceps hoc peragat. Quòd ſi factum fuerit, ſecundùm legum decreta ſuperimpoſita corpora de eiſdem tumulis reiactentur.

XL. DE INCESTIS COPVLATIONIB.

XVIII. Inceſtam copulationem, in qua nec coniux, nec nuptiæ rectè appellari Leges ſanxerunt, Catholica omnino deteſtatur atque abominatur Eccleſia.

XLI. DE CLERICIS.

XIX. Ad locum examinationis reorum nullus Clericorum accedat, neque interſit atrio ſanciolo, vbi pro reatûs ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt. Si tamen nunc aliquis eorum definita contemnens illuc acceſſerit aut interfuerit, defraudatus honeſti honoris ſtolâ, illis gregibus examinatorum ſocietur, quos diuinus prætulit myſteriis.

XLII. DE CONCILIIS CELEBRANDIS.

Canon vltimus eſt de Concilio, tertio quoque anno, celebrando, ex ditionibus videlicet Guntchramni, *vt Epiſcopi de alterna principaliter ſoſpitate exhilarati cauſas exurgentes tam diuinæ religionis quàm humanæ neceſſitatis diſcutiant, & omnibus iuſtum æquúmque finem imponant. Et hoc adimplere*, inquiunt Patres, *ſollicitudinis ſit Metropolitani Lugdunenſis Epiſcopi, vnà cum diſpoſitione magnifici Principis noſtri, priùs definiensis locum mediterraneum, ad quem omnes Epiſcopi ſine labore alacres congregentur. Et ſi aliquis eorum contumax fuerit, aut excuſationem falſæ neceſſitatis, quare non interſit, inuenerit, & poſteà publicatum fuerit, quòd inepta erat eius excuſatio, volumus vt vſque ad Concilium vniuerſale à communione & caritate fraterna maneat alienus.* Concilium vocant vniuerſale, quod ex vniuerſa Francia conuocatur.

XLIII. DE ORDINE PSALLENDI IN MONASTERIO S. MARCELLI.

Præterea ſtatutum eſt vt in Monaſterio ſancti Marcelli, quod Guntchramnus Rex in ſuburbio Cabilonenſi conſtruxerat, idem ordo pſallendi ſeruaretur ac in Cœnobio ſancti Mauritij, quod Sigiſmundus Burgundionum Rex apud Agaunum olim erexerat. Id Fredegarius ſub initium ſui Chronici teſtatur his verbis. *Synodum XL. Epiſcoporum fieri præcepit, & adinſtar inſtitutionis Monaſterij ſanctorum Agaunenſium, quæ temporibus Sigiſmundi Regis ab Auito & cæteris Epiſcopis, ipſo iubente Principe, fuerat firmata, idémque & huius Synodi coniunctione Monaſterij ſancti Marcelli Guntramnus inſtitutionem firmandam curauit* Clariùs Aimoinus [a] poſt obitum Guntchramni Regis, cuius hiſtoriam illuſtri encomio abſoluit. *In Eccleſia*, inquit, *ſancti Marcelli ſepultus eſt. Hanc denique Baſilicam ipſe diuino ſuccenſus amore, in ſuburbio quidem prædictæ ciuitatis, ſed in territorio Segonum, ſaltúque Brexio ſtudioſiſſimè ædificauit. Vbi Monachos aggregans, Monaſterium conſtruxit, quod pluribus prædiis facultatibúſque ditauit. Synodum XL. Epiſcoporum aggregari præcipiens, vt Ordo pſallendi, qui in loco ſanctorum Agaunenſium temporibus Sigiſmundi Regis ab Auito & cæteris Pontificibus illius temporis inſtitutus fuerat, in Cœnobio, quod ipſe fabricarat, teneretur, effecit.* Porrò cùm Fredegarius & Aimoinus dicunt Epiſcopos quadraginta Matiſconenſi Concilio interfuiſſe, rotundo quidem numero ſed mi-

[a] Lib. 3. c. 81.

nûs exacto loquuntur, illi enim Synodo ſubſcripſerunt Epiſcopi quadraginta tres, item miſſi Epiſcoporum viginti, adfuerunt & tres Epiſcopi qui ſedes non habebant. AN. CH. 585.

Ex prouincia Lugdunenſi prima ſubſcripſit Priſcus Epiſcopus Lugdunenſis Metropolitanus cum quatuor comprouincialibus, Siagrio Auguſtodunenſi, Euſebio Matiſcenſi, Mummolo Lingonenſi, & Flauio Cabilonenſi. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10.

Ex prouincia Lugdunenſi ſecunda ſubſcripſit Prætextatus Epiſcopus Rotomagenſis Metropolitanus. CLOTAR. II. R. 2.

Ex prouincia Lugdunenſi tertia ſubſcripſit Badegiſilus ſeu Baudigiſilus Epiſcopus Cenomannenſis. XLIV.

Ex prouincia Lugdunenſi quarta ſubſcripſerunt Artemius Epiſcopus Senonenſis Metropolitanus, Aunacharius Altiſſiodorenſis, Pappolus Carnotinus, Namatius Aurelianenſis, Agricola Niuernenſis, Ragnemodus Pariſienſis, & miſſus Agrœcij Epiſcopi Tricaſſini. XLV. XLVI. XLVII.

Ex prouincia Lugdunenſi quinta ſubſcripſerunt Silueſter Epiſcopus Veſontienſis Metropolitanus, Marius Auenticenſis, & miſſus Felicis Epiſcopi Belicenſis. XLVIII.

Ex Aquitania prima ſubſcripſerunt Sulpitius Epiſcopus Bituricenſis Metropolitanus, Ferreolus Epiſcopus Lemouicinus, Vrſicinus Epiſcopus Cadurcenſis, & miſſus Magnulfi Epiſcopi Toloſani XLIX.

Ex Aquitania ſecunda ſubſcripſerunt Epiſcopi quinque, Bertechramnus Burdigalenſis Metropolitanus, Palladius Sanctonicus, Antidius Agennenſis, Carterius Petrocoricus, & Nicaſius Inculiſmenſis. L.

Ex Aquitania tertia præter miſſum Laban Epiſcopi Eluſani Metropolitani ſubſcripſerunt ſeptem Epiſcopi, Fauſtus Auſcenſis, Oreſtes Vaſatenſis, Ruſticus Vicoiulienſis ſiue Aturenſis, Sauinus Benarnenſis, Rufinus Conuenicus, Lucerius Eloronenſis, & Amelius Bigorritanus. LI.

Ex prouincia Viennenſi prima ſubſcripſit Euantius Epiſcopus Viennenſis Metropolitanus cum tribus ſuis comprouincialibus, Eſitio Gratianopolitano, Ragnoaldo Valentino, & Cariattone Genauenſi. LII.

Ex prouincia Viennenſi ſecunda ſubſcripſerunt tres Epiſcopi, Theodorus Maſſilienſis, Trapetius Arauſicus, & Veranus Cabellicenſis, itémque miſſi ſeptem Epiſcoporum, Sapaudi Arelatenſis Metropolitani, Deſiderij Tolonenſis, Artemij Vaſionenſis, Boetij Carpentoratenſis, Euſebij Tricaſtini, Ioannis Auenionenſis & Pauli Deenſis. LIII.

Ex Alpibus Graiis ſubſcripſerunt Hiconius Epiſcopus Eccleſiæ Maurienenſis, miſſus Martiani Epiſcopi Tarancaſienſis Metropolitani, & miſſus Heliodori Epiſcopi à Sedunis, cuius anteceſſores nec ab oppido Seduno, nec à Sedunis populis dicti ſunt Sedunenſes, ſed Octodorenſes ab vrbe Octodoro. LIV.

Ex Alpibus Maritimis ſubſcripſerunt tres Epiſcopi, Emeritus Ebredunenſis Metropolitanus, Agrœcius Glannatenſis, Heraclius Dinienſis, & miſſi trium Epiſcoporum, Deuterij Vencienſis, Catulini Nicienſis, & Vigilij Senetienſis. LV.

Ex Narbonenſi ſecunda ſubſcripſerunt duo Epiſcopi, Vrbicus Regenſis, Aredius ſiue Aridius Vappincenſis, & quatuor miſſi totidem Epiſcoporum, Pientij ſeu Pienci Aquenſis Metropolitani, Optaci Antipolitani, Pappi Aptenſis, & Pologronij Segeſterici. LVI.

Quod attinet ad tres Epiſcopos Fronimium, Promotum & Fauſtianum, qui ſedes non habebant. Fronimius Epiſcopus fuerat Agathenſis, ſed pulſus à Gothis Sede tunc carebat. Promotum, quia in Dunenſi caſtro non ritè ordinatus fuerat, Synodus Pariſienſis abſtinere iuſſerat. Fauſtianus in hoc ipſo Concilio Matiſconenſi remotus eſt ab Epiſcopatu *Aquenſi, ad quem aſſumptus fuerat iuſſu Gundobaldi, vt dictum eſt ſuprà. LVII. * d'Acqs.

Apud Sirmondum huius Concilij præfatio talis eſt. *Reſidentibus Priſco, Euantio, Prætextato, Bertechramno, Artemio, Sulpitio, Metropolitanis Epiſcopis, cum* LVIII. TEMPVS.

AN. CH.
585.
GVNTCH. RR. 24.
CHILDEB. II. R. 10.
CLOTAR. II. R. 2.

omnibus conſacerdotibus eorum, Priſcus Epiſcopus Patriarcha dixit. Gratias agimus Domino Deo noſtro, fratres & conſacerdotes mei, qui nos in hoc die congregans, alternâ nos fecit ſoſpitate gaudere. Cæteri Epiſcopi Metropolitani reſponderunt. Gaudemus, frater ſanctiſſime, quòd omnes Epiſcopi, qui in regno glorioſi Domini Guntramni Regis Epiſcopali honore funguntur, in vno ſe conſpiciunt coadunati Concilio. Propereà indeſinenter omnes nos orare oportet, vt Dei omnipotentis Maieſtas, & Regis noſtri incolumitatem ſolitâ pietate conſeruet, & nos omnes, qui membra ſumus vno ſub noſtro capite Chriſto coadunati, illa nos operari concedat, quæ Serenitati ac Maieſtati eius rite complaceant. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt. Congratulamur & nos, Patres ſanctiſſimi, qui per interualla temporum ſeparati, hodie noſcimur poſt tot temporum curricula, fraternâ dilectione corporaliter iungi, ideòque petimus, vt quæ tractanda ſunt, vobis præcipientibus, celeriter pertractentur, ne nos ſæua hyemis procelloſa tempeſtas à ſedibus propriis, quia longè ſunt, longitudine ſuâ arceat. Metropolitani omnes dixerunt. Deo auxiliante, communi deliberatione ſingula quæ neceſſaria ſunt à nobis definientur. Hoc vniuerſæ fraternitati veſtræ ſuademus, vt ea quæ Spiritu Sancto dictante, per ora omnium noſtrorum terminata fuerint, ſine aliqua excuſatione condiſcat. Quoniam nos indiuidua Trinitas, quemadmodum ſpiritu, corpore quoque in vno copulauit Conuentu, debemus ſapienti conſilio omnibus ſubuenire, ne fortè taciturnitas noſtra & nobis præiudicium diuinitatis afferat, & ſubiectos in tentationem inducat. In vulgatis editionibus initium eiuſdem præfationis eſt huiuſcemodi. *Synodus habita in ciuitate Matiſconenſi, anno* XXIV. *regni glorioſiſſimi Guntramni Regis, reſidentibus Priſco, Euantio,* &c. Sed ad ipſam præfationem minimè pertinent quæ potiùs tituli loco haberi debent hæc verba. *Synodus habita in ciuitate Matiſconenſi, anno* XXIV. *regni glorioſiſſimi Guntramni Regis.* Quamuis autem prædicta verba ex præfatione cenſeamus expungenda, Concilium tamen Matiſconenſe non alio Guntchramni Regis anno quàm viceſimo-quarto conſignandum putamus, quia Gregorius Turonenſis Author ſynchronus librum octauum ſuæ Hiſtoriæ ſic inchoat. *Igitur Guntchramnus Rex anno* XXIV. *regni ſui de Cabillono progreſſus, Niuernenſem vrbem adgreditur*, & hoc ipſo anno quem Childeberti Regis decimum priùs [a] appellauit, Synodum Matiſcone habitam ita teſtatur capite viceſimo libri proximè citati. *Interim dies placiti aduenit, & Epiſcopi ex iuſſu Guntchramni apud Matiſconenſem vrbem collecti ſunt.* De die nulla difficultas eſt, nam Gregorius capite ſeptimo eiuſdem libri ſcribit Bertchramnum & Palladium Epiſcopos, cùm à Guntchramni Regis præſentia diſcederent, cautiones ac fideiuſſores dediſſe, *vt decimo Kalendas menſis noni*, ſeu Nouembris, *ad Synodum conuenirent*, nec aliud tempus in ipſa Concilij præfatione iam laudata innuunt Epiſcopi, cùm petunt, vt quæ tractanda ſunt, celeriter pertractentur, ne eos *ſæua hyemis procelloſa tempeſtas à ſedibus propriis, quia longè ſunt, longitudine ſuâ arceat.* Quod hi poſtularunt, feliciter impletum eſt, nam Guntchramnus, poſt Synodum ſupraſcriptam, ad Epiſcopos & Iudices regni ſui Præceptionem edidit, quæ data reperitur quarto Idus Nouembris anno regni viceſimo-quarto, & à Conciliorum Collectoribus Secundæ Synodo Matiſconenſi ſubiicitur hoc modo. *Guntchramnus Rex Francorum, omnibus Pontificibus, ac vniuerſis Sacerdotibus, & cunctis Iudicibus in regione noſtra conſtitutis. Per hoc ſupernæ Maieſtatis auctorem, cuius vniuerſa reguntur imperio, placari credimus, ſi in populo noſtro iuſtitiæ iura ſeruamus, & ille pius Pater & Dominus, quẽ humanæ fragilitatis ſubſtantiam ſuo ſemper adiuuare conſueuit auxilio, meliùs dignabitur cunctorum neceſſitatibus quæ ſunt opportuna concedere, quos cognoſcit præceptorum ſuorum monita cuſtodire. Dum pro regni ergo noſtri ſtabilitate, & ſaluatione regionis, vel populi ſollicitudine attentiùs pertractaremus, agnouimus infra regni noſtri ſpatia vniuerſa ſcelera, quæ Canonibus & Legibus pro diuino timore puniri conſuêrant, ſuadente aduerſario boni operis perpetrari; & ex hoc proculdubio indignatione cæleſti, per diuerſas ſæculi tempeſtates, homines ac pecora, aut morbo conſumi cenſentur, aut gladio, dum diuina iudicia non timentur; atque ita fit* vt

[a] Lib. 7. c. 24.

PRÆCEPTIO REGIA.

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

admittendo illicita per ignorantiam multi depereant, & non ſolùm præſentem vitam celeriùs cogantur amittere, ſed & inferni ſupplicia ſuſtinere. Ad vos ergo, ſacroſancti Pontifices, quibus diuina clementia poteſtatis paternæ conceſſit officium, inprimis noſtræ Serenitatis ſermo dirigitur, ſperantis quòd ita populum vobis prouidentiâ diuinâ commiſſum frequenti prædicatione ſtudeatis corrigere, & paſtorali ſtudio gubernare, quatenus dum vniuerſi diligendo iuſtitiam conuerſatione præcipuâ cum omni honeſtate ſtuduerint viuere meliùs, cunctâ rerum aduerſitate remotâ, cæleſti beneficio concedatur tranquillitas temporum, & congrua ſaluatio populorum. Et licèt abſque noſtra admonitione ad vos ſpecialiter prædicandi cauſa pertineat; attamen reliquorum peccatis vos omnino credimus eſſe partic[illegible], ſi filiorum veſtrorum culpas non aſſiduâ obiurgatione corrigitis, ſed ſilentio præteritis. Nam nec nos, quibus facultatem regnandi superni Regis commiſit auctoritas, iram eius euadere poſſumus, ſi de ſubiecto populo ſollicitudinem non habemus. Idcirco huius decreti ac definitionis generalis vigore decernimus, vt in omnibus diebus Dominicis, in quibus ſanctæ Reſurrectionis myſterium veneramur, vel in quibuſcumque reliquis ſolennitatibus, quando ex more ad veneranda templorum oracula vniuerſa plebis coniunctio deuotionis congregatur ſtudio, præter victum quem comparari conuenit, ab omni corporali opere ſuſpendantur, nec vlla cauſarum præcipuè iurgia moueantur: ſed vos, Apoſtolici Pontifices, iungentes vobiſcum conſacerdotes veſtros, & filios ſeniores Eccleſiæ, ac Iudices locorum, quoſcumque agnoſcitis quòd vitæ qualitas honeſta commendat, ita vniuerſam populi multitudinem conſtanti vel Deo placitâ iugiter prædicatione corrigite, vt & benè viuentes myſticus adhortationis ſermo muleeat, & excedentes ad viam recti itineris correctio paſtoralis adducat; quatenus omnes vnanimi deliberatione laudabiliter ſtudeant viuere, vel æquitatem & iuſtitiam conſeruantes, qualiter ab omni peccatorum face liberos ſuos ſancta ſuſcipiat Eccleſia Chriſtianos. Enimuerò quicumque Sacerdotum aut ſæcularium, intentione mortiferâ perdurantes, crebrius admoniti emendare neglexerint, alios Canonica ſeueritas corrigat, alios Legalis pœna percellat: quoniam nec innocentes poteſt reddere collata ſecuritas liberos, niſi culparum probatio puniérit crimino ſos: nec minor eſt pietas proteruos conterere, quàm releuare compreſſos. Conuenit ergo, vt iuſtitiæ & æquitatis in omnibus vigore ſeruato, diſtringat Legalis vltio Iudicum, quos non corrigit Canonica prædicatio Sacerdotum: quo fiat vt dum præterita reſecantur ſcelera, nullus audeat perpetrare futura, & ita vniuerſos excedentes pro diſciplina tenore ſeruando correctionis fræna conſtringant, vt in vniuerſa regione noſtra pacis & concordiæ iura proficiant. Cuncti itaque iudices iuſta, ſicut Deo placet, ſtudeant dare iudicia. Nam non dubium eſt, quòd acriùs illos condemnabit ſententia noſtri iudicij, à quibus non tenetur æquitas iudicandi. Non vicarios aut quoſcumque de latere ſuo, per regionem ſibi commiſſam inſtituere vel deſtinare præſumant, qui, quod abſit, malis operibus conſentiendo, venalitatem exerceant, aut iniqua quibuſcumque ſpolia inferre præſumant. Clericorum tranſgreſſiones, cùm aduerſario inſtigante contigerint, quatenus illis pro diuino amore reuerentia maior impenditur, tantùm conuenit vt acriùs reſecentur: quoniam ſi ſancti Paſtores, aut inſtituti Iudices, quod nefas eſt, ſubiectorum ſuorum ſcelera potiùs occultare, quàm reſecare tentauerint, ſe ex hoc amplius reos eſſe vel noxios non ignorent. Cuncta ergo quæ huius Edicti tenore decreuimus, perpetualiter volumus cuſtodiri, quia in Sancta Synodo Matiſconenſi hæc omnia, ſicut noſtis, ſtuduimus definire, quæ præſenti auctoritate vulgamus. Subſcriptio Domini Guntramni Regis. Data ſub die IV. Idus Nouemb. anno XXIV. regni ſupraſcripti Regis.

Fortè miraberis in præfatione Concilij, de quo nunc differimus, Priſcum
vocari Patriarcham, ſéxque duntaxat numerari Metropolitanos Epiſcopos, LIX.
Priſcum, Euantium, Prætextatum, Bertechramnum, Artemium, & Sulpi- LX.
tium, nullâ factâ mentione Siluestri qui ſedebat Veſontione, & Emeriti qui
ſedebat Ebreduni.

Metropolitani, dicti Patriarchæ

Priſcus Epiſcopus Lugdunenſis appellatur Patriarcha, quia erat Metropolitanus. Eâ ratione Deſiderius Epiſcopus Cadurcenſis duodecimam ſuam

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

epiſtolam inſcribit *ſancto Patriarchæ Sulpitio*, cúmque *primæ Sedis Antiſtitem* vocat, vtriuſque tituli vna eadémque ratio eſt, quòd Sulpitius Metropolitanam Biturigum Sedem obtineret.

LXI. Alibi diſtinximus [a] duo genera Metropolitanorum. Erant enim quidam Metropolitani minoris dignitatis, qui quoad confirmationem Epiſcopalis ordinationis & Conciliorum celebrationem Metropolitanis primi ordinis obnoxij erant. Aquenſis & Ebredunenſis imminutæ inter Metropolitanos dignitatis ſub Arelatenſi diu fuerunt. Idem ſentiendum de Veſontienſi & Tarantaſienſi, quorum hic Viennenſi, ille Lugdunenſi ſummittebatur.

[a] Ad ann. 508. num. 55.

DVO GENERA METROPOLITAN.

LXII. Ex tribus & quadraginta Pontificibus, qui Concilio Mariſconenſi ſecundo interfuerunt, habentur quindecim in numero Sanctorum, putà Priſcus Lugdunenſis, Euantius Viennenſis, Prætextatus Rotomagenſis, Artemius Senonenſis, Syagrius Auguſtodunenſis, Aunacharius Altiſſiodorenſis, Palladius Santonenſis, Agricola Neuernenſis, Flauius Cabilonenſis & Aredius Vappicenſis iam laudati; itémque Sulpitius Bituricenſis, Veranus Cabellicenſis, Theodorus Maſſilienſis, Ferreolus Lemouicenſis, & Marius Auenticenſis, quorum duo primi coluntur in Tabulis Eccleſiaſticis, Sulpitius decimo-ſexto Kalendas Februarias, Veranus decimo-quarto Kalendas Nouembres; duo ſubſequentes celebrantur in Martyrologio Gallicano, Theodorus quarto Nonas Ianuarias, Ferreolus decimo-quarto Kalendas Octobres; & poſtremus apud Sammarthanos pridie Kalendas Ianuarias in catalogo Lauſannenſium Antiſtitum. Colitur & ſexto Kalendas Apriles Euſebius Tricaſtinus, qui procuratorem ad eandem Synodum direxit, conſule Breuiarium Eccleſiæ Tricaſtinæ.

EPISCOPI SANCTITATE CONSPICVI.

LXIII. Kalendis Octobribus, antequàm prædicta Synodus haberetur, cùm Epiſcopus Metenſis, Dux, Primores ciuitatis, & multi ciues ad celebrandam beati Remigij feſtiuitatem extra portam vrbis exiiſſent, famuli Guntchramni-Boſonis venerunt ad Baſilicam, in qua paucis antè diebus vxoris eius propinqua, quæ ſine liberis obierat, cum pretioſis ornamentis & magna auri copia ſepulta fuerat, & aperto ſepulcbro ſublatiſque rebus omnibus, quas repererunt, in fugam ſe dederunt equis velocibus. Interim Monachi, quorum Baſilica ſpoliabatur, Epiſcopum & Ducem monuere. Quapropter rei ne caperentur in via diuerſiſque pœnis addicerentur, veriti redierunt ad Baſilicam velut ad aſylum, & rebus quas ſurripuerant iuxta altare poſitis, palàm ſe miſſos à Guntchramno-Boſone proclamarunt. Eo verò tempore quo Synodus Matiſconenſis agebatur, Childebertus Rex apud Belſonancum villam in medio Arduennæ ſyluæ cum proceribus regni ſui conuentum habuit. Ibi Brunichildis Regina pro Ingunde filia, quæ adhuc in Africa detinebatur, prolixam orationem habuit. Guntchramnus-Boſo interpellatus de furto, quod eius famuli Metis meditati fuerant, nullo dato reſponſo clàm fugit. Ablatæ ſunt ei res omnes, quas in Aruernia de fiſci munere promeruerat, vel aliis eripuerat malis artibus. Lege Gregorium Turonenſem [b]. Eccleſiæ Metenſi tunc præerat Aigulfus.

SEPVLCHRVM VIOLATVM METIS.

[b] Lib. 8. c. 21.

LXIV. Abſolutâ Synodo Matiſconenſi tres obierunt Epiſcopi, Bertchramnus Burdigalenſis, Laban Eluſanus, & Fauſtus Auſcenſis, de quibus ita diſſerit Gregorius Turonenſis [c]. *Laban Heloſenſis Epiſcopus hoc anno obiit. Cui Deſiderius ex laico ſucceſſit*, licèt Rex iureiurando pollicitus fuiſſet ſe nunquam ex laicis Epiſcopos aſſumpturum. *Bertchramnus* Epiſcopus Burdigalenſis *regreſſus ex Synodo à febre corripitur. Arceſſitóque Waldone Diacono, qui & ipſe in baptiſmo Bertchramnus vocitatus eſt, ſummam ei Sacerdotij deputat, omnéſque conditiones tam teſtamenti quàm benè meritorum ſuorum ipſi committit. Quo diſcedente, hic ſpiritum exhalauit. Regreſſus Diaconus cum muneribus & conſenſu ciuium ad Regem properat, ſed nihil obtinuit. Tunc Rex datâ præceptione iuſſit Gundegiſilum Sanctonicum Comitem cognomento Dodonem Epiſcopum ordinari, geſtúmque eſt ita. Et quia multi Clericorum Sanctonicorum ante Synodum conſentientes Bertchramno Epiſcopo*

[c] Lib. 8. c. 22.

MORS TRIVM EPISCOPORVM.

AN. CH. 585.

GVNTCH. RR. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

ſcopo in Palladium Sacerdotem ſuum aliqua aduerſa conſcripſerant, quæ ei humilitatem ingererent, poſt eius obitum adprehenſi à Sacerdote, grauiter caſi atque expoliati ſunt. In locum Fauſti Auſcenſis Epiſcopi Fabius Epiſcopus eſt ſubrogatus.

INGELTRVDIS ET BERTHEGVNDIS DISCORD.

Poſt mortem Bertchramni Burdigalenſis Epiſcopi, ſoror eius Berthegundis, cùm ſe orbatam fratre, à viro derelictam, à filiis ſeparatam videret, habito conſilio Turonis egreſſa, vbi pœnitentiam ſimulabat, Pictauum perrexit. Ingeltrudis mater voluit eam retinere ſecum Turonis, ſed penitus non potuit. *Ex hoc inimicitia orta, dum ſæpius Regis præſentiam adeunt, & hac res patris defenſare cupiens, hac viri, Berthegundis donationem Bertchramni germani ſui oſtendit, dicens, quia hac & hac mihi germanus meus contulit. Sed mater eius non admittens donationem omnia ſibi vendicare cupiens, miſit qui effractâ domo eius, omnes res illius cum hac donatione diriperet. Vnde ſeipſam genitrix reddidit comprobatam, cùm de rebus ipſis in ſequenti filiæ quadam repetenti diſtricta reſtituit.* Gregorius Turonenſis Epiſcopus, qui hæc ſcripſit [a], & Marouæus Epiſcopus Pictauienſis à Rege literas tandem acceperunt, vt earum diſcordias laro iudicio ſedarent. Quid ſecutum ſit, dicemus poſt quadriennium. Fauſtus Epiſcopus Auſcenſis laudatus reperitur à Fortunato [b], quòd Baſilicam in honorem ſancti Martini conſtruxerit. Ceterùm poſt Proculeianum, de quo nos ad annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-primum [c], quo Concilium Aurelianenſe quartum celebratum eſt, Eccleſiam Auſcienſem rexerunt Vigilius, Polemius, Alecius, Comus ſeu Conius, Paulinus, Fauſtus, Fabius, deinde Citharius, Tithonius, Drocoaldus, & Audericus, cuius meminit Flodoardus ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-quintum, quo Synodus Remenſis ſub Sonnatio conſignari debet.

[a] Lib. 9 cap. 33.

[b] Lib. 2. carm. 4.

[c] Num. 58.

EPISCOPI AVSCIENSES.

LXV. Gregorius Turonenſis, poſtquàm de morte prædictorum trium Epiſcoporum diſſeruit, hæc eodem [d] capite addit de obitu Saluij Albigenſis Epiſcopi. *Poſt obitum ſancti Saluij hoc anno, Deſideratus Albigenſibus Epiſcopus datus eſt.* Colitur ſanctus Saluius in Tabulis Eccleſiaſticis quarto Idus Septembris, migrauit igitur ad Deum priuſquàm Synodus Matiſconenſis cogeretur. *Decimum annum cùm ageret, inualeſcente apud Albigenſem* [e] *vrbem inguinario morbo, & maximâ iam parte de populo illo defunctâ, cùm iam pauci de ciuibus remanerent, vir beatus tanquam bonus Paſtor, numquam ab illo loco recedere voluit, ſed ſemper hortabatur eos, qui relicti erant, orationibus incumbere, ac vigiliis inſtanter inſiſtere, & bona ſemper tam in operibus quàm in cogitatione verſare dicens. Hæc agite, vt ſi vos Deus de hoc mundo migrare voluerit, non in iudicium, ſed in requiem introire poſſitis. Cùm autem* (vt Gregorianus Interpolator credit ſcribitque [f]) *iam reuelante Domino, tempus ſuæ vocationis agnoſceret, ipſe ſibi ſarcophagum compoſuit, corpus abluit, veſtem induit, & ſic intentum ſemper cælo beatum ſpiritum exhalauit. Fuit autem magnæ ſanctitatis minimaque cupiditatis, aurum numquam habere volens. Nam ſi coactus accepiſſet, protinus pauperibus erogaſſet. Cuius tempore, cùm Mummolus Patritius multos captiuos ab ea vrbe duxiſſet, proſecutus ille omnes redemit. Tantámque ei Dominus gratiam cum populo illo tribuit, vt ipſi etiam qui captiuos duxerant, & de pretio ei concederent, & in reliquo munerarent, & ſic patriæ ſuæ captiuos libertati priſtinæ reſtaurauit.* Hæc Gregorianus Interpolator, qui mortem ſancti Saluij perperam refert anno ſuperiori, eo enim loci manifeſtè pugnat cum ipſomet Gregorio ſuprà citato. Præter beatum Saluium in Africa Martyrio coronatum, in cuius die Natali ſanctus Auguſtinus ſermonem habuit ad populum Carthaginienſem, vt Eccleſiaſticæ Tabulæ teſtantur tertio Idus Ianuarias, diſtingui debent tres eiuſdem nominis Epiſcopi, Albigenſis, Ambianenſis, & Inculiſmenſis, quorum res geſtæ ſimul confunduntur in Breuiario Ambianenſi quarto Kalendas Nouembres, quo die Ambianenſis Eccleſia Pontificis ſui memoriam celebrat. Albigenſis obiit hoc anno, cùm Childebertus & Clotarius fratres patrueles cum Guntchramno patruo Franciam in tria regna diuidebant. Ambianenſis vixit ſub Theodorico prænominati Clotarij pronepote. Inculiſmenſis ſub Ca-

[d] Lib. 8. cap.

MORS SALVII EPISC. ALBIÆ.

[e] Alby.

[f] Lib. 7. c. 1.

QVATVOR DISTINGVVNTVR SALVII.

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

rolo Magno floruit. Albigenſis Epiſcopi meminerunt Gregorius Turonenſis & eius Interpolator, de Ambianenſi autem ne verbum quidem habent, atque inde Ambianenſium error patet, qui lectiones, quas quarto Kalendas Nouembres in feſto ſui Præſulis recitant, partim ex prædictis Scriptoribus, partim ex Actis Eccleſiæ ſuæ profitentur excerptas: nihil ibi legitur ex iſtis Authoribus, quod ad Saluium Albigenſem non pertineat; cetera, quæ ſumuntur ex Actis Eccleſiæ Ambianenſis, aliena quidem ſunt à Saluio Albigenſi, ſed Ambianenſem atque Inculiſmenſem ſimul commiſcent. Saluius Epiſcopus Ambianenſis deceſſit Monſtrolij * quarto Kalendas Nouembres, Saluius Epiſcopus Inculiſmenſis Martyrium ſubiit Valencenis ſexto Kalendas Iulias. In Breuiario autem Ambianenſi corpus ſancti Saluij Epiſcopi quondam Ambianenſis dicitur Valencenis * ſub Carolo Magno repertum, atque inde Monſtrolium relatum vbi multis ſignis inclaruerit. Eccleſiaſticæ Tabulæ tertio Idus Ianuarij duos habent Saluios Martyres, alterum in Africa, alterum Ambiani, húncque notant Epiſcopali dignitate clarum. Super hoc Saluio Epiſcopo & Martyre non leuis eſt difficultas; Morlierius eundem vult eſſe cum Saluio Martyre Africano, cuius memoria eodem die recurrit; Baronius eundem contendit eſſe cum Saluio Epiſcopo Inculiſmenſi ac Martyre, qui & Ambiani tertio Idus Ianuarias & Valencenis ſexto Kalendas Iulias colatur. Certè Saluiorum, qui Diœceſes Albigenſem & Ambianenſem adminiſtrarunt, neuter Martyrio vitam conſummauit.

* *Montreuil.*

* *Valentiennes.*

LXVI. ENNODIVS DVX TVRON. ET PICTAV.

Turonicis atque Pictauis Ennodius Dux datus eſt. Berulfus autem, qui his ciuitatibus ante præfuerat, pro theſauris Sigiberti Regis, quos clam abſtulerat, cum Arnegiſilo ſocio ſuſpectus habetur. Qui cùm hoc Ducatum in ſupradictis vrbibus expeteret, à Rauchingo Duce facto ingenio cum ſatellite alligatur. Nec mora, miſſi ad domos eorum pueri expilant omnia. Multa ibi de proprio, nonnulla de antedictis theſauris ſunt reperta, quæ omnia ad Childebertum Regem delata ſunt. Cúmque in hoc res ageretur, vt gladius ceruicem decideret, interuentu Epiſcoporum obtentâ vitâ laxati ſunt, nihil tamen de his quæ eis ablata fuerant recipientes. Deſiderius verò Dux cum aliquibus Epiſcopis & Aredio Abbate vel Anteſtio ad Regem Guntchramnum properauit. Sed cùm eum Rex vellet ægrè accipere, victus precibus Sacerdotum in gratiam ſuam recepit. Tunc ibi Eulalius adfuit, quaſi pro coniuge, quæ eum ſpreuerat, & ad Deſiderium transierat cauſaturus. Sed in ridiculo & humilitate redactus ſiluit. Deſiderius verò remuneratus à Rege cum gratia eſt reuerſus. Hæc Gregorius Turonenſis [a]. Quæ verò apud eundem Authorem ſequuntur, pertinent ad annum ſequentem, licèt ſub anno Childeberti decimo poſita videantur.

[a] Lib. 8. capp. 26. 27.

LXVII. AVSTREGIS. FIT CLERICVS.

Circa hæc tempora, cum Priſcus in Cathedra Lugdunenſi & Aunarius ſiue Aunacharius in Antiſiodorenſi ſederent, in Clerum depoſitâ comâ tranſiit Auſtregiſilus, qui ſancto Apollinari in Epiſcopatum Bituricenſem poſteà ſucceſſit. *Auſtregiſilus natus à Gundino patre Biturica ciuitatis indigena fuit. Parentum quidem clara progenies, tamen opulentiâ rerum nec multùm diues nec indigens, ſed ſufficiens erat ex omnibus rerum ſubſtantiis. Cúmque in pueritia ſacris literis fuiſſet inſtitutus, & à minore ad robuſtiorem tranſiſſet ætatem, in obſequio glorioſi Regis Guntranni deputatur à patre vbi non modicum temporis ſpatium ſub ſeculari diſciplina militauit. Erat Regi gratiſſimus & vniuerſis commilitonibus amantiſſimus, in tantum vt linteum, quo Rex lotis manibus tergere ſolitus erat, ipſe proferret, & ob hoc mapparius vocabatur.* Cùm de ducenda vxore cogitaret, per viſionem intellexit diuinitus ſe ad Sacerdotij miniſterium vocari, deinceps cœpit enixiùs in bonis operibus proficere. *Erat tunc in Palatio Regis poteſtate præditus Bethelenus nomine, qui temerario ordine quiddam de fiſcalibus rebus fraudulenter occuparat, vnde dum argueretur à Rege oſtendit illi falſam auctoritatem. Quis, inquit Rex, hanc præceptionem dedit? dixit. Auſtregiſilus mapparius. [illegible] cerſitus Auſtregiſilus, interrogatus quod non fecerat denegauit. Illos diſceptan[illegible]es Rex in furorem verſus iuſſit eos ex hoc in campo certare, vt quis falleret Dom[illegible]ni*

EX AVLICO.

indicio monſtraretur. Iam aduenerat dies inſtitutus certandi. Mane ſurgens Auſtre- AN. CH.
giſilus clypeum cum iaculo per pueros ſuos direxit in campum, vbi Rex agoniſtas 585.
expectare ſolitus erat. Ipſe autem cùm ad Baſilicam ſancti Marcelli orandi gratiâ GVNTCH.
pergeret, habuit quemdam pauperem obuium, & quod ei ampliùs largiretur non ha- R. 24.
bebat quàm vnum trientem, nam & ſi fuerant, in ſimile opus abierant. Venit enim CHILDEB.
in mentem illud Propheticum. [*Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in* II. R. 10.
die mala liberabit eum Dominus, & non tradet eum Dominus in manus inimici CLOTAR.
eius.] *Dato triente ingreditur Baſilicam. Præmiſſâ oratione vexillo crucis ſe muni-* II. R. 2.
uit quod eſt armatura Dei, fidus de ſua iuſtitia & de Domini iuſto iudicio, imper-
territus feſtinuſque ad certamen pergebat. Cùm ibidem præſtolaretur aduerſarij ad-
uentum, ecce veniens quidam ex miniſtris Betheleni anhelabundus & lugubri vul-
tu nunciauit Regi mortuum eſſe Bethelenum. Hic equo excuſſus, eiúſque pedi-
bus calcatus miſerrimè perierat. Sic calumniatorem ſecuta eſt vltio diuina,
& irritæ ceſſerunt fraudes omnes quibus diabolus ſeruum Dei conatus eſt à
ſancto propoſito retardare. *Erat tunc in domo Regis inter ceteros Senatores præ-*
ſtantiſſimus, Ætherius nomine, vir prudentiſſimus & ſingulari cautela deditus, cui
Rex omnia tractatûs ſui præcipua arcana pandebat, qui tunc dignus Epiſcopatu, poſt-
eà Lugduno Galliæ nobiliſſimâ ciuitate Epiſcopus ordinatus eſt, qui memoratum fa-
mulum Dei ſingulariter diligebat. Quem Auſtregiſilus rogauit, vt Regis permiſſu
peteret ſe ad Clericatûs onus venire debere. Qui ſuggeſſit & impetrauit. Acceptis
epiſtolis perrexit Antiſſiodorenſem ciuitatem ibique à beato Aunario Epiſcopo deciſâ
cæſarie Clericus effectus & ordinatus Subdiaconus eſt. Hæc habentur in vita ſan-
cti Auſtregiſili, quam ſtylo ſimplici ab Authore coætaneo conſcriptam legi-
mus in Codice * manuſcripto Bibliothecæ San-Victorinæ prope muros Pari- * *Num.* 877.
ſienſes.

Apud Bollandum in Appendice ad diem decimam-tertiam Ianuarij extat LXVIII.
vita ſancti Lenogiſili deſcripta ex Archiuis Cenomanenſibus Regalis Eccle-
ſiæ Collegiatæ ſancti Petri * de Curia. *Eâ tempeſtate*, inquit Author, *quan-* * *S. Pierre de la Cour.*
do Clotarius Rex genti Francorum principabatur, vir venerabilis Confeſſor Chriſti
Lenogiſilus in Alamannorum regione exoritur, parentibus licèt quidem paganis, no-
bilitate tamen ſanguinis benè idoneus. Clotarium Secundum intellige, obiit
enim Lenogiſilus ſub Clodoueo Secundo Clotarij Secundi nepote. Quæſtio
tamen moueri poteſt, verùm Lenogiſilus ſit natus ineunte Clotarij principa-
tu, nam Clotarius ſolam Neuſtraſiam tunc obtinuit, & in Alemannia quæ
pars erat Auſtraſiæ, ante annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-tertium
non regnauit. Huius difficultatis ſolutio facilis eſt, ſi patriam Authoris at-
tendamus, ſcripſit enim in Cenomania, & Chronologiam ſuam per eos dun-
taxat Reges, quibus illa regio paruit, inſtituendam duxit. Idem præſtiterunt
alij non pauci, prout in multis locis obſeruamus. Lenogiſilus * autem ſiue * *Longis.*
Lenogeſilus à nobis ſcribitur hoc anno natus, quia poſtquàm ab Aruerno-
rum Epiſcopo Preſbyter ordinatus fuit, aliquandiu degit cùm in Aruernia
tum in Cenomania; deinde Romam ad Apoſtolorum limina perrexit, reuer-
ſuſque in Cenomaniam falsò delatus eſt ad Clotarium Regem, cui ſuam in-
nocentiam probauit, ac poſteà ſanitatem alio miraculo reddidit Dagoberto
eiuſdem Clotarij filio nondum Regi, ſiue ante annum Chriſti ſexcenteſimum
viceſimum-ſecundum, quo Clotarius Rex Dagobertum filium Auſtraſiis præ-
fecit. Noſtrum igitur computum ab ortu Lenogiſili vſque ad Dagoberti
principatum in Auſtraſia ſic componimus. Natus eſt Lenogiſilus anno Chri- NASCITVR
ſti quingenteſimo octogeſimo-quinto regnante Clotario, promotus fuit ad S. LENOGI-
Preſbyteratum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto, profectus eſt Ro- SILVS
mam anno Chriſti ſexcenteſimo duodeuiceſimo, accuſatus fuit apud Clota-
rium Regem anno ſequenti, Dagobertum Clotarij Regis filium ſanitati reſti-
tuit anno Chriſti viceſimo poſt ſexcenteſimum. Reliquam Chronologiam
quoad ſancti Lenogiſili vitam ex Actis ſancti Hodoindi Cenomanenſis Epi-
ſcopi confirmabimus.

AN. CH. 585. GVNTCH. R. 24. CHILDEB. II. R. 10. CLOTAR. II. R. 2.

LXIX. Extat apud eundem Bollandum [a] duplex beati Licinij Andegauenſis Antiſtitis vita. Priorem ſcripſit Author peruetuſtus, qui diſcipulos ipſius [illegible] nouerat, vt in operis prologo teſtatur his verbis. *Qualiter autem idem [illegible] Antiſtes maxima ex parte conuerſatus ſit, vel qualiter cum ſuis egeris [illegible] quodam eius diſcipulo narrante cognoui. Nonnulla verò & in eius ſu[illegible] cipulorum epiſtolis & opuſculis ſcripta reperi.* Et ſub initium vitæ. *[illegible] Sancti viri laudabilia facta quæ geſſit, nonnulla ego à familiaribus ei[illegible] qui eius diſcipulos viderunt, à quibus & hæc quæ mihi tradiderunt [illegible] pleraque & per memetipſum, quæ ſcribenda atque prædicanda ſunt, [illegible] lum ſuis meritis fieri cognoui.* Poſteriorem publicauit aut potiùs [illegible] poſteriore recenſuit expoliuitque Marbodus Archidiaconus A[illegible] qui poſteà creatus eſt Epiſcopus Redonenſis anno Chriſti nonageſimo-ſexto ſupra milleſimum. Illis Authoribus, quibus vſuri ſumus, Bollandus præuium commentarium præpoſuit, in quo de Licinij ætate, déque tempore, quo Diœ[illegible] ceſim Andegauenſem rexit, prolixè diſputauit, atque ingenuè confeſſus [illegible] neutrum ex eius vita perſpicuum ſibi videri. Mortem Licinij reiecit in annum [illegible] Chriſti circiter ſexcenteſimum decimum-ſextum, nos illam multò citiùs [illegible] feremus freti authoritate ſancti Magnobodi, qui ſub eiuſdem Licinij Pon[illegible] catu vixit. Ordinationem Licinij quam Franciſcus Grandinus anno C[illegible] quingenteſimo octogeſimo-ſexto conſignauit, ſeriùs differendam aſſeruit [illegible] illam non leuibus coniecturis aſcribemus anno Chriſti quingenteſimo non[illegible] ſimo-ſecundo. *Roboratam ætatem*, ad quam Licinius peruenerat cùm Clo[illegible] Regi Francorum à patre commendatus eſt, annorum dixit circiter vig[illegible] quatuor, cui calculo libenter ſuffragamur, ſed Chriſti annum, cui rob[illegible] Licinij ætas illigari debet, non expreſſit, annum interpretamur quinge[illegible] mum octogeſimum-quintum, cùm Clotarius paucis antè menſibus C[illegible] rico ſucceſſiſſet. Quomodo hæc opinio ſtare poſſit, operæ pretium [illegible] dagare.

[a] D. 13. Febr.

LICINIVS COMMENDATVR CLOTARIO REGI.

LXX. Licinius ante ſuſceptum Pontificatum, ſiue ante annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſecundum multa præclarè geſſit, quæ ſic com[illegible]memorantur in antiquiore vita. *Beatiſſimus Licinius Epiſcopus, proſapiâ Regu[illegible]m Francorum, vtilis ſatis nobiliſque, atque ditiſſimus in rebus ſeculi fui[illegible] nobilior quoque atque ſublimior in diſciplina & fide Chriſti permanſit, &c. [illegible] pueritia formoſus ac nobilis genere, gente verò electus, & in progenie ſ[illegible]a creſcebat benignus. Inter famulos verò & cognitos ſuos vultu fulgenti in omni [illegible] aſperitate pollebat eminenti ætate. Cùmque vidiſſet pater eius tantam filij induſtri[illegible]am, cunctiſque bonis eum cognouiſſet dilectum, lætabatur animo, & in gaudio exultabat, gratiáſque immenſas Domino referebat, qui eum conſolari de tam decor[illegible]a dignatus eſt prole. Cùmque iam tempus adueniret, vt literarum ſtudiis imbuen[illegible]us daretur, mox traditur præceptori, & doctiſſimis ſacrarum literarum magiſtris e[illegible]ocendus informatur. Qui inter ceteros contubernales ſuos ſagax ingenio, & memoriæ capax, amabilis refulgebat, erátque Domino inſtigante cunctis ſubditus, ſed obedientiâ, fide, & caritate celſior omnibus. Cùm autem imbutus fuiſſet à viris prudentiſſimis, reuerſus eſt ad domum patris ſui, pueritiæ excedens animum, adoleſcentiam cum induſtria gerebat. Spiritu quoque ſapientiæ & humilitatis gratiâ fu[illegible]lgebat ſuis in actibus nobiliter, & creſcebat de virtute in virtutem, quotidiéque bonis & ſanctis operibus reſplendebat. Cùmque iam pleniter edoctus ad roboratam perueniſſet ætatem, pretium pater eius commendauit eum Clothario Regi Francorum, cuius & conſanguineus proximus erat. Nam & pater prædicti S. Licinij Satrapa antedicti Clotharij Regis erat, atque inter proximos eius ſuperiorem locum tenebat. Erat enim memoratus S. Licinius adoleſcens ſapiens, aſpectu amabilis, colloquio affabilis, rectâ conuerſatione & ſanctâ fide, tam cum ipſo Rege, quàm & cum omni domo eius gradiens, ita vt omnibus bonis fieret conformis, malis verò & indiſciplinatis informis. Erat enim formâ præcipuus, fortis & velox, agilis & multùm ſapiens & dulcis, caſtitate verò, caritate & humilitate fundatus. Cùmque prædictus Rex ita cum*

probatum habuiſſet dignum, ſuo in miniſterio aptauit, atque Comitem ſui ſtabuli & omnium equorum cuſtodémque eorum conſtituit. Nam virtutem belligerandi, ſeu potentiam illam, Domino adminiculante, qui eum ſuis in actibus cuſtodiebat, multam habebat, præſertim cum ſuo mucrone multas aduerſariorum phalanges ſæpiſſimè, Domino opem ferente, fugaret. Erat enim ſedulus in oratione & in ieiunijs, ſiue in miſericordia pauperum præcipuum incumbebat; etiam ſæpiſſimè lectioni vacabat. Et ſicut ſcriptum eſt, reddebat quæ Domini ſunt Domino, & quæ Cæſaris Cæſari reſtituebat. Intantùm verò erat aptiſſimus omnium ſeniorum, & coæqualium ac ſubditorum, vt eloquentiâ ſuâ placeret omnibus ſibi conſequentibus, ita vt mœrentibus lætitiam redderet, ſceleratis diſciplinam. Intereà verò cùm tempus adueniret, vix cogentibus amicis atque parentibus ab inclyta & nobiliſſima gente puellam ſibi deſponſauit, vt eam tempore congruo duceret vxorem. Cumque tempus adueniret, & amici atque parentes eius amplius cogerent, vt ſponſam ſuam duceret vxorem, ne ſine prole remaneret, & eius hereditas ſine hærede ſubſiſteret proprio, quoniam magnam habebat hæreditatem, & ingentia prædia poſſidebat; ſanè cùm ipſe iam verbis atque exhortationibus amicorum reſiſtere ſine magno odio non valeret, contigit vt iuxto placito diem ſtatuerent, quâ eam conſenſu amicorum & propinquorum memoratam ſponſam in coniugium duceret. Quam cùm ſuadentibus cunctis iam ducere vellet, nutu Dei coram omnibus inuenit eam leprâ percuſſam, quoniam ſic Dominus voluit, vt ipſe poſtmodum eius fieret Pontifex. Et ſicut caſtus erat in animo, ita & caſtus fieret corpore. Dum hæc itaque agerentur, ſicut ſuprà diximus, deuectus ipſe in palatio honoribus, & in miniſterio primus floruit, ſed iugis illius meditatio circa Monaſteria vel loca ſancta inuigilabat. Sed cùm prædicta res ei de iam dicta vxore accederet, rubore confuſus ſtatuit in animo, vt cunctam ſeculi militiam dimitteret, & Regi omnium Sanctorum Domino ſoli militaret. Quod & nutu Dei factum eſſe haud dubium eſt. Conſilio autem inito ſecundùm Domini præceptum, quod dixit, [vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me.] relictis omnibus, militiæ ſpirituali & clericali ſe tradidit, & Domino ſoli vacare ſtuduit. Nam antea Comes atque Dux Andegauenſium erat, & inter primos in Palatio iam dicti Regni pollebat. Sed demùm Clericus effectus, ſolo Domino & ſpiritualibus fratribus placere ſatagebat, pauperem & communem vitam ducere deſiderans, pompam ſeculi ſpernens, omne deſiderium ſuum in diuina voluntate eiuſque ſeruitio conſtituit, &c. Interuenientibus annis contigit, vt præfata Andegauenſium vrbs Præſule indigeret. Tunc copioſa multitudo virorum, regionem illam habitantes, & cognoſcentes præſcripti S. Licinij prudentiam, fidem & opera, conuerſationemque nobiliſſimam, & vitam clariſſimam, conſonâ voce in inuicem eum Pontificem ſibi fore eligere diſponebant. Optimates verò atque viri illuſtriſſimi, qui eo tempore Regiones Palatij videbantur, glorioſo memorato Clothario Francorum Regi eius conſanguineo famam beati viri innoteſcunt, & actus eius non ſilentes, teſtimonium perhibent, dignum tantum talémque virum Pontificem eorum fieri, atque ſummo ſungi Sacerdotio eorum electione deberi. Quorum petitio effectum auxiliante Domino & obtinuit, libentérque impetrauerunt, quod deuoti poſtulauerunt. Tunc omnis plebs in Spiritu ſancto ſimul pariterque acceptis conſilio, cum Regis eiuſdem imperio, adminiſtrante Domino, à quo olim electus erat, ſubrogatus eſt vt præeſſet prædictæ Eccleſiæ Andegauenſi.

AN. CH. 585. Gvntch. R. 24. Childeb. II. R. 10. Clotar. II. R. 2.

In tota Licinij vita vnus tantùm nominatur Clotarius Rex Francorum, nec LXXI.
alius eſſe poteſt à Clotario Chilperici filio, qui poſt patrem regnare cœpit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, vitámque clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-octauo. Sub illo Rege dignitates ampliſſimas geſſit, animum rebus ſecularibus remiſit, Diœceſim Andegauenſem adminiſtrauit, obiítque Licinius. Idcircò aduentum eius in aulam Regiam hoc anno ſub initium regni Clotariani collocamus. Anni ſeptem ſupererunt vſque ad eius Pontificatum, quo temporis interuallo facilè geri potuerunt quæ ſuperiùs narrata ſunt ex illius vita. Primò nihil vetat quominùs Licinius Regio ſtabulo præpo-

Stabulo Regio præpoſitus.

AN. CH. ſitus fuerit ſtatim ac Clotario aut potiùs Clotarij, qui tunc infans quorum-
dam menſium erat, tutoribus à patre commendatus innotuit, cùm ætatem
585. roboratam attigiſſet, annóſque iam natus eſſet circiter viginti quatuor. De-
GVNTCH. inde Anteſtius, vt Gregorius Turonenſis [a] teſtatur, anno Childeberti [illegible]
R. 24. duodecimo, ſiue anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo, in [illegible]
CHILDEB. gauiam cum imperio à Guntchramno Rege Clotarij nepotis regnum [illegible]
II. R. 10. ſtrante directus eſt. Anteſtio in Andegauenſi præfectura Licinius [illegible]
CLOTAR. mus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-octauo, & poſtquàm [illegible]
II. R. 2. in illo munere tranſegerit accenſebimus inter Clericos anno Chriſti [illegible]
[a] Lib. 8. c. 43. genteſimo nonageſimo, bienniόque iterum complero aſſumemus [illegible]
ficem anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſecundo. Is erit [illegible]
Chronologiæ, cui nihil videtur aduerſari.

LXXII. In vtraque Licinij vita quam laudauimus, nomen patris reticetur. Wion Warnerium finxit Burgundiæ Comitem, & Sauſſaius Garnerium Maiorem Auſtraſiani Palatij ſub Clotario Rege. Fuit quidem Warnacharius, vnde Warnerij & Garnerij nomen deflexum eſt, Maiordomûs in Auſtraſia, ſed Licinius patri ſuo ſuperuixit, obiitque priuſquàm Clotarius in Auſtraſia regnaret. Egimus & de Warinario, quem teſte Gregorio Turonenſi [b] Sigibert[illegible] Rex Legatum Conſtantinopolim ad Iuſtinum Imperatorem direxit, at illu[illegible] à Sigiberto aut à Childeberto Sigiberti filio ad Chilpericum Sigiberti fra[illegible]trem eiúſque filium Clotarium tranſiiſſe non legimus. Quapropter ſpre[illegible] neotericorum fabulis libentiùs fatemur nomen, quo Licinij pater appellatur, à nobis ignorari.

[b] Lib. 4. c. 11.

586.
GVNTCH.
R. 25.
CHILDEB.
II. R. 11.
CLOTAR.
II. R. 3.

ANNVS

CHRISTI 586.

GVNTCHRAMNI R. 25. 26.

CHILDEBERTI II. R. 11.

CLOTARII II. R. 3.

I. ANNO Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto, currente litera Dominicali F, Prætextatus Epiſcopus Rothomagenſis Martyrium ſubiit ſexto Kalendas Martias, die Dominico. *Dum Fredegundis*, inquit Gregorius Turonenſis [c], *apud Rothomagenſem vrbem commoraretur, verba amaritudinis cum Prætextato Pontifice habuit, dicens, venturum eſſe tempus quando exilia, in qua detentus fuerat, reuiſeret. Et ille. Ego ſemper & in exilio, & extra exilium Epiſcopus fui, ſum, & ero. Nam tu non ſemper Regali potentiâ perfrueris. Nos ab exilio prouehimur tribuente Deo in regnum; tu verò ab hoc regno demergeris in abyſſum. Rectiùs enim erat tibi, vt relictâ ſtultitiâ atque malitiâ, iam te ad meliora conuerteres, & ab hac iactantia, quâ ſemper ferues, abſtraheres, vt & tu vitam adipiſcereris æternam, & paruulum quem genuiſti perducere ad legitimam poſſes ætatem. Hæc effatus, cùm verba illius mulier grauiter acciperet, ſe à conſpectu eius felle feruens abſtraxit. Adueniente autem Dominicæ Reſurrectionis die, cùm Sacerdos ad implenda Eccleſiaſtica officia, ad Eccleſiam maturiùs properaſſet, Antiphonas iuxta conſuetudinem incipere per ordinem cæpit. Cúmque inter pſallendum formulæ decumberet, crudelis adfuit homicida, qui Epiſcopum ſuper formulam quieſcentem, extracto baltei cultro, ſub aſcella percutit. Ille verò vocem emittens, vt Clerici qui aderant adiuuarent, nullius ope de tantis adſtantibus eſt adiutus. At ille plenas ſanguine manus ſuper altarium extendens, orationem fundens, & Deo gratias*

[c] Lib. 8. capp. 31. 41.
PRÆTEXTATVS EP. ROTOMAG. NECATVR.

AN.CH. 586. GVNTCH. R. 25. CHILDEB. II. R. 11. CLOTAR. II. R. 3.

[...]cens, in cubiculo ſuo inter manus fidelium deportatus, & in ſuo lecto collocatus eſt. Statimque Fredegundis cum Beppoleno Duce & Anſoualdo adfuit, dicens. Non oportuerat hæc nobis ac reliquæ plebi, ô ſancte Sacerdos, vt iſta tuo cultui euenirent. Sed vtinam indicaretur, qui talia auſus eſt perpetrare, vt digna pro hoc ſcelere ſupplicia ſuſtineret! Sciens autem eam Sacerdos hæc doloſè proferre, ait. Et quis hæc fecit, niſi is qui Reges interemit, qui ſæpiùs ſanguinem innocentem effudit, qui diuerſa in hoc regno mala commiſit? Reſpondit mulier. Sunt apud nos peritiſſimi medici, qui huic vulneri mederi poſſunt. Permitte vt accedant ad te. Et ille. Iam, inquit, me Deus præcipit de hoc mundo vocari. Nam tu, quæ his ſceleribus princeps inuenta es, eris maledicta in ſeculo, & erit Deus vltor ſanguinis mei de capite tuo. Cumque illa diſcederet, Pontifex ordinatâ domo ſuâ, ſpiritum exhalauit. Ad quem ſepeliendum Romacharius Conſtantinæ vrbis Epiſcopus aduenit. Magnus tunc omnes Rothomagenſes ciues, & præſertim Seniores loci illius Francos mæror obſedit. Ex quibus vnus Senior ad Fredegundem veniens, ait. Multa enim mala in hoc ſeculo perpetraſti. Sed adhuc peius non feceras, quàm vt Sacerdotem Dei iuberes interfici. Sit Deus vltor ſanguinis innocentis velociter. Nam & omnes erimus inquiſitores mali huius, vt tibi diutius non liceat tam crudelia exercere. Cùm autem hæc dicens diſcederet à conſpectu Reginæ, miſit illa qui eum ad conuiuium vocaret. Quo renuente, rogat, vt ſi conuiuio eius vti non velit, ſaltem vel poculum hauriat, ne ieiunus à Regali domo diſcedat. Quo expectante, accepto poculo, bibit abſinthium cum vino & melle mixtum, vt mos barbarorum habet, ſed hoc potum veneno imbutum erat. Statim autem vt bibit, ſenſit pectori ſuo dolorem validum imminere, & quaſi ſi incideretur intrinſecus, exclamat ſuis dicens, fugite ô miſeri, fugite malum hoc, ne mecum pariter perimamini. Illis quoque non bibentibus, ſed feſtinantibus abire, hic protinus excæcatus, aſcenſoque equo in tertio ab hoc loco ſtadio cecidit, & mortuus eſt. Poſthæc Leudoualdus Baiocaſſinorum Epiſcopus, de quo iam locuti ſumus, epiſtolas per omnes Sacerdotes direxit, & accepto conſilio Eccleſias Rothomagenſes clauſit, vt in his populus ſolemnia diuina non ſpectaret, donec indagatione communi reperiretur huius auctor ſceleris. Sed & aliquos adprehendit, quibus ſupplicio ſubditis, veritatem extorſit, qualiter per conſilium Fredegundis hæc acta fuerant. Sed eâ defenſante, vlciſci non potuit. Ferebant etiam ad ipſum percuſſores veniſſe, pro eo quòd hæc inquirere ſagaciter deſtinaret. Sed cuſtodiâ vallatum ſuorum, nihil eî nocere potuerunt. Itaque cùm hæc ad Guntchramnum Regem perlata fuiſſent, & crimen ſuper mulierem iaceretur, miſit tres Epiſcopos ad Chlotharium, id eſt, Artheminum Senonicum, Veranum Cabillonenſem (Caballicenſem reſtituendum docent ſubſcriptiones Concilij Matiſconenſis Secundi ſub anno ſuperiori recitatæ) & Agrœcium Tricaſſinum, vt ſcilicet cum his, qui paruulum nutriebant, perquirerent huius ſceleris perſonam, & in conſpectu eius exhiberent. Quod cùm Sacerdotes locuti fuiſſent, reſponderunt Seniores. Nobis prorſus hæc facta diſplicent, & magis ac magis ea cupimus vlciſci. Nam non poteſt fieri, vt ſi quis inter nos culpabilis inueniatur, in conſpectu Regis veſtri deducatur, cùm nos poſſimus noſtrorum facinora Regali ſanctione comprimere. Tunc Sacerdotes dixerunt. Noueritis enim quia ſi perſona, quæ hæc perpetrauit, in medio poſita non fuerit, Rex noſter cum exercitu huc veniens, omnem hanc regionem gladio incendioque vaſtabit, quia manifeſtum eſt hanc interfeciſſe gladio Epiſcopum, qui maleficiis Francum iuſſit interimi. Et his dictis diſceſſerunt, nullum rationabile reſponſum accipientes, obteſtantes omnino, vt nunquam in Eccleſia illa Melantius, qui priùs in loco Prætextati ſubrogatus fuerat, Sacerdotis fungeretur officio. Cùm autem [...] illa quoque, quò faciliùs detergeretur à crimine, adprehenſum puerum cædi iuſſit vehementer, dicens. Tu hoc blaſphemium ſuper me inſuliſti, vt Prætextatum Epiſcopum gladio adpeteres. & tradidit eum nepoti ipſius [...] Qui cum eum in ſupplicio poſuiſſet, omnem rem euidenter aperuit, dicens. A Regina enim Fredegunde centum ſolidos accepi, vt hoc facerem, à Melantio verò Epiſcopo quinquaginta, & ab Archidiacono ciuitatis alios quinquaginta

AN. CH. 586. *Inſuper & promiſſum habui, vt ingenuus fierem ſicut & vxor mea.* [illegible]
illius, euaginato homo ille gladio, prædictum reum in fruſta concidit. [illegible]
GVNTCH. R. 25. *verò Melantium, quem priùs Epiſcopum poſuerat Eccleſia, inſtituit.* Recentio[illegible]
Martyrologio Romano ſanctus Prætextatus reperitur inſcriptus ſexto [illegible]
CHILDEB. II. R. 11. das Martias, quo die ibi hæc leguntur, *Rothomagi paſſio ſancti Pr*[illegible]
ſcopi & Martyris. Martyr prædicatur ab Orderico [a], & ſanctus a[illegible]
CLOTAR. II. R. 3. Tabulis Eccleſiæ Rothomagenſis. Verùm Sammarthani [b] obſer[illegible]
quæ proximè recitauimus, *in antiquis Martyrologiis, etiam Roman*[illegible]
rij XIII. iuſſu vulgatis deſiderari, nullámque *in diptychis Rotom*[illegible]
tare Prætextati memoriam, ideóque locum Martyrologij, quem [illegible]
ſuſpicantur accuratiori examine indigere. *Quâ enim ratione, in*[illegible]
dere poteſt in 24. Februarij paſſio Prætextati, qui die rediuiuo Saluatori[illegible] *apud*
B. Gregor. Turon. occiſus perhibetur? Id tamen obiter *inueſtigandæ veritatis animo*
ita notatum volunt, *vt nihil inde vel Prætextati ſanctitati, vel Eccleſiæ Roto-*
magenſis auctoritati, vel Baronij, qui Prætextatum Martyrem in Annalibus Ec-
cleſiaſticis & in notis ad Martyrologium Romanum laudauit, *exiſtimationi de-*
trahatur. At inualidum eſt argumentum quod deducunt à Paſchali ſolemnita[illegible]
DIE DOMINICA. te, nam Gregorius Turonenſis per *diem Reſurrectionis Dominicæ* non intelli[illegible]
ſolemnitatem Paſchalem ſed diem Dominicum, quia ſingulis diebus Do[illegible]
nicis memoria Reſurrectionis Dominicæ celebratur. Anno autem quing[illegible]
teſimo octogeſimo-ſexto, quo Martyrium beati Prætextati contigit, dies ſ[illegible]
tus ante Kalendas Martias, qui feſto eiuſdem Martyris inſignitur, Domini[illegible]
fuit currente tunc literâ Dominicali F. Similes phraſes, quibus antiqui S[illegible]
ptores plerumque diem Dominicum circumſcripſerunt, neotericos ſæ[illegible]
adduxerunt in errorem. Cur Baronius necem beati Prætextati reiiciat in [illegible]
num Chriſti quingenteſimum octogeſimum nonum, & eo loco Annali[illegible]
nobis integro triennio diſſideat, explicuimus ſuprà, cùm ad annum C[illegible]
quingenteſimum vndecimum retulimus mortem Clodouei Regis, quar[illegible]
in annum vſque quingenteſimum decimum-quartum diſtulit. Iuxta no[illegible]
calculum Sammarthani ſecundum Concilium Matiſconenſe, cui Prætextatus
interfuit rectè conſignant anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-q[illegible]
Guntchramni Regis vt Gregorius Turonenſis ſupputat viceſimo-quarto [illegible]
anno ſeptuageſimo-quarto ab obitu Clodouei, ſed vt eodem quo Ba[illegible]
anno cædem Prætextati collocent, fingunt hunc Pontificem poſt præ[illegible]ctam
Synodum Matiſconenſem *quatuor annis* ſuperſtitem vixiſſe, quamuis Grego-
rius Turonenſis, quem citant, contrarium doceat, libro enim octauo [illegible] Hi-
ſtoriæ capite viceſimo ſermonem facit de ſecundo Concilio Matiſconenſi ſub
anno Childeberti decimo, Guntchramni viceſimo-quarto, deinde capite
triceſimo-primo eiuſdem libri narrat Prætextati necem ineunte anno Childe-
berti Regis vndecimo, de quo loquitur vſque ad caput quadrageſimum-ter-
tium, quod ab anno duodecimo ſic auſpicatur, *anno quoque duodecimo Childe-*
berti Regis, Nicetius Aruernus, &c. Operæpretium putamus hæc obſeruare,
quia dies ſextus ante Kalendas Martias quo Prætextatus occubuit, anno Chri-
ſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto fuit Dominicus, anno autem quingente-
ſimo octogeſimo-nono in feriam quintam incidit.

II. CHRONOLOG. EPISC. ROTOMAG. In catalogo Rotomagenſium Antiſtitum poſt ſancti Prætextati Martyrium,
vſque ad Pontificatum ſancti Audoeni, qui ſedere cœpit anno Chriſti ſexcen-
teſimo quadrageſimo, nulla certa reperitur epocha. Medij ſederunt tres Epi-
ſcopi, Melantius ſeu Melanius, Hidulphus & Romanus, quibus Ordericus
Vitalis annos ſedis attribuit tres & quinquaginta, nempe Melantio duodecim,
viginti-octo Hidulpho, tredecim Romano. Ab Orderici calculo non recedit
Tallepedius [c] in antiquitatibus Rotomagenſibus, & quia beatum Prætexta-
tum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſecundo denatum putat, Melan-
tium aitobiiſſe anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto, Hidulphum
anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo, & Romanum anno Chriſti ſex-
centeſimo

[a] Lib. 5.
[b] Tom. 1. Gall. Chriſt.
[c] Capp. 10. 11.

centeſimo triceſimo-quinto die viceſimâ-tertiâ Octobris. Ioannes Dadræus cùm in Rotomagenſium Pontificum Chronologia quam delineauit, ſententiam Tallepidij ſecutus fuiſſet in conſignandis annis quibus Prætextatus, Melantius & Hidulphus ex hac vita diſceſſerunt, perperam exiſtimauit ab Hidulphi exitu vſque ad initium Audoeni longè plures quàm tredecim annos ſupereſſe, & dubius an interpontificium poſt Romanum collocaret, abſtinuit à ſupputatione annorum quos Romanus ſedit. Ex ſupradictis conſtat ſanè dum Prætextatum ad annum vſque quingenteſimum octogeſimum-ſextum perueniſſe, quamuis Dadræus, qui quadriennio citiùs enecatum prodit, appendicem ad Robertum de Monte in teſtem ſuæ aſſertionis adducat. Nullum autem occurrit argumentum quo cogamur ab Orderico recedere. Pontificatum igitur Melantij claudemus anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-octauo, deinde Præſulatum Hidulphi producemus ad annum vſque ſexcenteſimum viceſimum-ſextum, tum Romanum Epiſcopum vſque ad annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-nonum per annos tredecim ſubiiciemus. AN.CH. 586. GVNTCH. R. 25. CHILDEB. II. R. 11. CLOTAR. II. R. 3.

Hoc anno, qui tertius Mauritij Auguſti, & decimus-ſeptimus Lewichildi Wiſigothorum Regis apud Ioannem Biclarenſem habetur, Martyrium quoque conſummauit Herminichildus Childeberti Regis ſororius, ipſius Lewichildi Regis Ariani filius natu maior. Audiendus ea de re Gregorius Papa[a]. *Superueniente, inquit, Paſchalis feſtiuitatis die, intempeſtæ noctis ſilentio, ad Herminichildum perfidus pater Lewichildus Arianum Epiſcopum miſit, vt ex eius manu ſacrilegæ conſecrationis communionem perciperet, ac per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano Epiſcopo venienti exprobrauit vt debuit, eiúſque à ſe perfidiam dignis increpationibus repulit. Ad ſe itaque reuerſo Epiſcopo Arianus pater infremuit, ſtatímque ſuos apparitores miſit qui conſtantiſſimum Confeſſorem Dei illic vbi iacebat occiderent. Quod & factum eſt*, Idibus Aprilis, quo die nomen eius in Tabulis Eccleſiaſticis legitur. Idus autem Aprilis in Sabbatum ſanctum inciderunt hoc anno, quod obiter notatum volumus in ſtabilimentum noſtræ Chronologiæ. *Ingundis* Herminichildi coniux, vt alter Gregorius teſtatur[b], *cum Imperatoris exercitu derelicta, dum ad ipſum Principem cum filio paruulo duceretur, in Africa defuncta eſt, & ſepulta.* Parentibus orthodoxis nata, vixit Catholicè, nec vllis artibus ad Arianam impietatem flecti potuit, imò ſuis hortationibus apud Herminigildum maritum, à quo plurimùm diligebatur, adeò profecit, vt ille hæreſi relictâ Catholicam fidem ſuſceperit. Idque Francis non leui gloriæ ceſſit apud poſteros, quod orthodoxa pietas in regiam Wiſigothorum familiam, quæ toti tunc Hiſpaniæ necnon & Septimaniæ in Gallia dominabatur, à Sigiberti Francorum Regis filia primùm illata fuerit. III.

MARTYRIVM HERMINICHILDI.

a Dial. lib. 3. cap. 31.

b Gregor. Tur. lib. 8 cap. 28.

Guntchramnus Rex Herminichildi mortem vlturus bello ſe accinxit aduerſùs Lewichildum. Tunc repertæ ſunt à ruſticis & ad Guntchramnum tranſmiſſæ literæ, quaſi Lewichildus ad Fredegundem ſcriberet, vt illa quâcumque poſſet arte Guntchramnum à propoſito reuocaret, Childebertum & eius matrem Brunichildem curaret interfici, pacem cum Guntchramno iniret, vel etiam præmiis emeret, pecuniam pro certo haberet ſibi non defuturam modò vindictam aſſequeretur, peractâ vltione Amelio Epiſcopo Bigorritano & Leubæ matronæ, quæ Bladaſtis Ducis ſocrus erat, munera tribueret, quia per eos ad illam aditus Legatis Wiſigothis patebat. Hæc cùm veniſſent in notitiam Guntchramno, ille Childebertum, vt ſibi caueret, quamprimùm monuit. Fredegundis autem duos Clericos, qui ſe mendicos mentiebantur, miſit cum cultris veneno infectis, vt Childebertum, aut ſi Childebertum adire non poſſent, ſaltem Brunichildem confoderent. Captos Sueſſione, criménque confeſſos Rauchingus Dux in carcerem coniecit, & paucis pòſt diebus duci curauit ad Childebertum, cuius iuſſu, præter manuum, aurium, & narium abſciſſionem, variis ſuppliciis affecti perierunt. Exercitus Guntchramni duabus viis in Septimaniam venit. Altera pars quæ conſtabat IV.

BELLVM IN SEPTIMANIA.

GVNTCH. R. 25. CHILDEB. II. R. 11. CLOTAR. II. R. 3.

tunc ſubiiciebantur, per agrum Toloſanum Carcaſſonem contendunt. Carcaſſonenſes vltrò deditionem fecerunt, ottóque poſtmodùm tumultu quos in vrbem admiſerant egredi coëgerunt. Tunc Tetentiolus Comes quondam ciuitatis Lemouicinæ ictu lapidis è muro proiecti læſus occubuit, copiæ diffugete palabundo milite, vnuſquiſque prædâ relictâ domum redite in votis habuit, plerique cæſi ſunt à Toloſanis, quibus anteà grauia intulerant mala. Res haud feliciùs ſucceſſere circa Nemauſum, vrbs capi non potuit, aliæ etiam fruſtrà tentatæ. Poſtremò Nicetius Dux cum Aruernis acceſſit, & in caſtrum quoddam pacificè receptus, poſthabito ſacramento cuncta diripuit, oppidanos in captiuitatem abduxit. Agri vaſtati, incenſæ ſegetes, nihil geſtum prætereà. Populi oppreſſi & bonis ſpoliati quetelas ad Guntchramnum Regem detulerunt. Duces haud auſi venite in eius conſpectum, Baſilicam ſancti Symphotiani Martyris expetierunt. *Veniente itaque Rege ad eius ſolemnitatem, repræſentati ſunt ſub conditione audientiæ in poſtmodùm futuræ. Poſt dies verò quatuor, coniunctis Epiſcopis necnon & maioribus natu laicorum, Duces diſcutere cœpit, dicens. Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere poſſumus, qui ea quæ patres noſtri ſecuti ſunt non cuſtodimus? Illi verò Eccleſias ædificantes, in Deum ſpem omnem ponentes, Martyres honorantes, Sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, gentéſque aduerſas diuino opitulante adiutorio, in enſe & parma ſæpiùs ſubdiderunt. Nos verò non ſolùm Deum non metuimus, verùm etiam ſacra eius vaſtamus, miniſtros interficimus, ipſa quoque Sanctorum pignera in ridiculo diſcerpimus ac vaſtamus. Non enim poteſt obtineri victoria, vbi talia perpetrantur. Ideo manus noſtræ ſunt inualidæ, enſis tepeſcit, nec clypeus nos (vt erat ſolitus) defendit ac protegit. Ergo ſi hoc meæ culpæ adſcribitur, iam ea Deus capiti meo reſtituat. Certè ſi vos regalia iuſſa contemnitis, & ea quæ præcipio implere differtis, iam debet ſecuris capiti veſtro ſubmergi. Erit enim documentum omni exercitui, cùm vnus de prioribus fuerit interfectus. Verumtamen iam experiri debemus, quid agi oporteat. Si quis iuſtitiam ſequi deſtinat, iam ſequatur. Si quis contemnit, iam vltio publica ceruici eius immineat. Satius eſt enim vt pauci contumaces pereant, quàm ira Dei ſuper omnem regionem dependat innoxiam. Hæc Rege dicente, reſponderunt Duces. Bonitatis tuæ magnanimitas, Rex optime, enarrari facilè non poteſt, qui timor tibi in Deum ſit, qui amor in Eccleſiis, quæ reuerentia in Sacerdotibus, quæ pietas in pauperibus, quæue diſpenſatio in egenis. Sed quia omnia quæ Gloria veſtra profert, recta veráque eſſe cenſentur, quid faciemus quòd populus omnis in vitio eſt dilapſus, omníque homini agere quæ ſunt iniqua delectat? Nullus Regem metuit, nullus Ducem, nullus Comitem reueretur. Et ſi fortaſſis alicui iſta diſplicent, & ea pro longanitate vitæ veſtræ emendare conatur, ſtatim ſeditio in populo, ſtatim tumultus exoritur, & in tantùm vnuſquiſque contra Seniorem ſæuâ intentione graſſatur, vt vix credat euadere, ſi tardiùs ſilere nequiuerit. Ad hæc Rex ait. Si quis ſequitur iuſtitiam, viuat; ſi quis legem mandatúmque noſtrum reſpuit, iam pereat, ne nos diutiùs hoc blaſphemium proſequatur. Hæc eo dicente, aduenit nuncius dicens. Richaredus filius Leuuieldi de Hiſpaniis egreſſus, Caput * arietis & aliud Caſtrum obtinuit, & ex pago Tholoſano maximam partem depopulatus eſt, hominéſque captiuos abduxit. Vgernum Arelatenſe Caſtrum inrupit, réſque cunctas cum hominibus abſtulit, & ſic ſe infra muros Nemauſenſis vrbis incluſit. Hæc audiens Rex, Leudegiſilum in locum Calumnioſi cognomento Ægilanis Ducem deligens, omnem ei prouinciam Arelatenſem commiſit, cuſtodéſque per terminos ſuper quatuor virorum millia conlocauit. Sed & Nicetius Aruernorum Dux ſimiliter cum cuſtodibus perrexit, & fines regionis ambiuit.* Hæc Gregorius Turonenſis [a]. Meminit eiuſdem belli Ioannes Biclatenſis [b] ad annum Mauritij Auguſti tertium, Lewigildi Regis decimum-ſeptimum.

EGREGIA SENTENTIA GVNTCHRAM. REG.

* Cabarat.

[a] Lib. 8. capp. 28. 29. 30.

[b] In Chron.

V.

Hoc anno, Childeberti Regis vndecimo, Gregorius Turonenſis [c] quam-

[c] Lib. 8. c. 39.

AN. CH. 586.

GVNTCH. R. 25.

CHILDEB. II. R. 11.

CLOTAR. II. R. 3.

Plures Epiſcopos obiiſſe tradit, è quorum numero recitat Badegiſilum Cenomanenſem, Sabaudum Arelatenſem & Euantium Viennenſem.

VI. Mors Euantii Ep. Vienn.

In Martyrologio Gallicano colitur tertio Nonas Februarij ſanctus Euantius Viennenſis Epiſcopus, quamuis apud Boſcium in Vienna Sancta ac Senatoria mortuus dicatur Idibus Ianuarijs, *in cuius Sede*, vt Gregorius ſcribit, *Virus Presbyter de Senatoribus Rege eligente ſubſtituitur.* Deſiderius Auguſtoduni nobili genere natus, & à pueritia ingenuis artibus præclarè cinctus, ſub Epiſcopis Viennenſibus, Naamatio, Philippo, Euantio ac Viro claruit, ordinatúſque eſt Diaconus à Viro cui poſteà in Epiſcopatum ſucceſſit, vt narratur in Breuiario Viennenſi.

VII. Sabaudi Ep. Arelat.

De Sabaudo ſeu Sapaudo ita Gregorius Turonenſis, *obiit & Sabaudus Arelatenſis Epiſcopus, in cuius locum Licerius Regis Guntchramni Referendarius eſt adſcitus. Grauiter tunc Prouinciam ipſam lues depopulata eſt.*

VIII. Badegiſil. Ep. Cenom.

Et de Badegiſilo ſic. *Badegiſilus verò Cenomannorum Epiſcopus quinto anno Epiſcopatûs ſui expleto, cùm iam ſextum ingrediens epulum ciuibus cum immenſa lætitia præparaſſet, à febre correptus, annum quem cœperat protinus morte imminente finiuit.* Vnde patet illum obiiſſe hoc anno, menſe Decembri, neque enim citiùs auſpicari potuit annum Epiſcopatûs ſextum, quia ſanctus Domnolus deceſſor ad Deum migrarat Kalendis Decembribus, nec etiam ſeriùs produci poteſt annus Epiſcopatûs quintus, alioquin proferretur vltra annum Childeberti Regis vndecimum, qui clauditur hoc anno, die viceſimâ quintâ Decembris. Badegiſili mores ita depingit Gregorius. *Vir valde ſæuus in populo, auferens ſiue diripiens iniuſtè res diuerſorum, ad cuius animum acerbum atque immitem coniunx acceſſerat ſæuior, quæ illum in committendis ſceleribus nequiſſimis conſilij ſtimulis perurgebat. Nec prateribat dies aut momentum vllum, in quo non aut in ſpoliis ciuium, aut in diuerſis altercationibus graſſaretur. Quotidie autem cum Iudicibus cauſas diſcutere, militias ſeculares exercere, ſæuire in alios, alios cædibus agere non ceſſabat, manibus etiam proprijs verberare, perimere multos, ac dicere. Num ideo quia Clericus factus ſum, vltor iniuriarum mearum non ero? Sed quid dicam de ceteris, cùm nec ipſis quoque germanis parceret, ſed ipſos magis expoliaret. Cum quo nunquam iuſtitiam de rebus paternis materniſue adſequi potuerunt.* Deinde ſic agit de ſucceſſore. *In Badegiſili locum Bertchramnus Pariſiacæ Archidiaconus ſubrogatus eſt. Qui multas altercationes cum relicta illius defuncti habuiſſe probatur, eò quòd res, quæ tempore Badegiſili Epiſcopi Eccleſiæ data fuerant, tanquam proprias retinebat, dicens. Militia hæc fuit viri mei. Et licèt inuita, tamen cuncta reſtituit. Erat enim ineffabili malitiâ. Nam ſæpiùs viris omnia pudenda cum ipſis ventris pellibus incidit, fœminis ſecretiora corporis loca laminis candentibus peruſſit, & multa alia iniquè geſſit, quæ tacere melius putaui.*

IX. Bertchramn. fit Ep. Cenoman.

Bertchramnus Archidiaconus Pariſienſis, cùm ad Epiſcopatum Cenomanenſem promotus eſt, natus erat annos triginta tres, obiit enim anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-tertio, Pontificatûs ſui triceſimo-ſeptimo, ætatis ſeptuageſimo. Archidiaconi dignitate in Eccleſia Pariſienſi non potitus eſt diu, nam laicus adhuc erat, cùm Clotarius Chilperico patri in regnum ſucceſſit, vt ipſemet in ſuo teſtamento, quod Coruaiſierus publicauit, teſtatur his verbis. *Item mihi placuit delegare, vt villa de Nimione ſita in territorio Pariſiaco, cum vineis quæ fundi ratione apta ad plaſtarias & vinitores eſſe noſcuntur, quas mihi Domnus Clotarius Rex dedit dum laicus fui, fundúmque quem dedit ſæpiùs laudatus tam de fiſco quàm de comparato poſſidendum, ſanctæ Eccleſiæ Pariſiacæ, ſub cuius gratia nutritus ſum, ad integrum volo eſſe donatum.*

X

Si Coruaiſiero fides eſt in vita Bertchramni, ſanctus Germanus Pariſienſis Epiſcopus Bertchramnum de ſacro fonte ſuſcepit, bonis moribus inſtituit, in Archidiaconum Eccleſiæ Pariſienſis aſſumpſit, & in Epiſcopum Cenomanenſem poſt mortem ſancti Domnoli Turonis conſecrauit.

XI.

Ioannes Bondonnetus Bertchramnum à ſancto Germano Pariſienſium Epiſcopo literis ſecularibus ac diuinis imbutum non diffitetur, cetera quæ pro-

AN. CH. 586.
Gvntch. R. 25.
Childeb. II. R. 11.
Clotar. II. R. 3.

ferũtur à Coruaiſiero, tectâ Chronologiâ negat inniti. Bondonneto [illegible] poſſumus non aſſentiri, quia Bertchramnus natus eſt anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-tertio, ſiue biennio priuſquàm ſanctus Germanus Pariſienſem Epiſcopatum obtineret, & laicus adhuc erat longè poſt obitum [illegible] dem ſancti Germani, qui migrauit ad Deum anno quingenteſimo ſeptuageſimo-ſexto, & ſancti Domnoli qui vitam mortalem clauſit anno ſeptingeſimo octogeſimo-primo. Quod autem attinet ad locum, vbi Bertchramnus Epiſcopum Cenomanenſem ordinatus fuit, quominùs id Turoni [illegible] Gregorio Præſule Metropolitano, nihil videtur impediiſſe. Certè cùm [illegible] chramnus Clero primùm voluit aſcribi, Turonis ad ſepulchrum [illegible] peculiaris Patroni ſui ſancti Martini Antiſtitis comam depoſuit, vt ip[illegible] ſuo teſtamento teſtatur. Haud alienum à vero videtur eum Turonos quoque profectum fuiſſe, vt in Epiſcopum Cenomanenſem conſecraretur, maximè cùm Turonenſis Eccleſia ſit Metropolitana Galliæ Lugdunenſis tertiæ, in qua ſitum eſt Cenomanum, ſed Bertchramnus in Epiſcopum ordinari non potuit à Germano Epiſcopo Pariſienſi, quem ante decennium è viuis exceſſiſſe conſtat.

XII. Qui pertinaciùs negant Bertchramnum adhuc è laicorum numero fuiſſe, cùm Germanus Epiſcopus Pariſienſis ad Deum migrauit, in probationem ſuæ ſententiæ citant ex eiuſdem Berchramni teſtamento hæc verba, *Baſilica Domni & peculiaris patroni mei Germani Epiſcopi, qui me dulciſſimè enutriuit, & ſuâ ſanctâ oratione, etſi indignum, ad Sacerdotij honorem perduxit;* deinde & illa, *Baſilica ſancta beatiſſimi ac ſancti Germani Pariſiaci Antiſtitis, qui me dulciter enutriuit, & ad Sacerdotale onus ſuâ interceſſione promouit.* At in illis locis, vt Ioannes Bondonnetus optimè notauit, Bertchramnus nihil aliud profitetu[r] quàm ſe ſancti Germani, cuius anima corpore iam exuta in cælos auolarat, *in terceſſione* ſiue *oratione* adiutum fuiſſe, vt ad *Sacerdotium* promoueretur, ſiue Preſbyteratum intelligas ſiue Epiſcopatum.

XIII. Hoc tempore, vt Gregorius Turonenſis [a] ſcribit, *Domnola relicta quondam Burgoleni, quæ fuit filia Victorij Redonenſis Epiſcopi, quam Nectarius matrimonio copulauerat, intentionem de vineis cum Boboleno Referendario Fredegundis habebat. Audiens eam in his vineis aduenisse, miſit nuncios obteſtantes, ne ingredi penitus in hac poſſeſſione præſumeret. Quod illa deſpiciens & res patris ſui fuiſſe proclamans ingreſſa eſt. Tunc ille commotâ ſeditione, ſuper eam cum armatis irruit. Quâ interfectâ vineas vindemiauit réſque diripuit, & tam viros quàm mulieres, qui cum ea venerant, interfecit gladio, nec remanſit ex his niſi qui [illegible] labi potuit.*

[a] Lib. 8. cap. 32.
Domnola necatur.

XIV. Hoc anno, *Childeberto Regi filius natus eſt, qui à Magnerico Treuerorum Epiſcopo de ſacro fonte ſuſceptus, Theodobertus eſt vocitatus, de quo tantum gaudium Guntchramnus Rex habuit, vt ſtatim Legatos dirigens multa ei munera tranſmitteret, dicens, per hunc enim Deus erigere Francorum regnum propriâ Maieſtatis ſuæ pietate dignabitur, ſi huic pater, aut ipſe vixerit patri.* Hæc idem Gregorius [b].

Naſcitur Theodobertus II.
[b] Lib. 8. c. 37.

XV. In Synodo Autiſiodorenſi, quam Aunacharius Autiſiodorenſis Epiſcopus cum Abbatibus & Preſbyteris ſuæ Diœceſeos celebrauit, nihil eſt quod tempus denotet præter nomen ipſius Epiſcopi qui præfuit. Cùm autem Aunacharius diuturno tempore ſederit, inde factum eſt, vt alij Synodum illam citiùs collocarint, alij ſeriùs reiecerint, exiſtimamus habitam fuiſſe paulò poſt Concilia Matiſconenſia, vt multa, quæ communi Patrum conſenſu ibi ſancita fuerant, Aunacharius hac Synodo ſuis Diœceſanis intimaret. Editi ſunt Canones quadraginta-quinque.

Synodus Autiſsiod.
Canones.

XVI. *I. Non licet Kalendis Ianuarij vetulâ aut ceruolo facere, vel ſtrenas diabolicas obſeruare ſed in ipſa die ſic omnia beneficia tribuantur ſicut & reliquis diebus.* Vetus pœnitentiale in Codice Andegauenſi crimen illud triennali mulctat pœnâ. *Si quis,* inquit, *in Kalendis Ianuariis in ceruolo & in vetula vadet, tribus annis*

De Kalendis Ianuariis.

586.

GVNTCH. R. 25.
CHILDEB. II. R. 11.
CLOTAR. II. R. 3.

pœniteat, quia hoc dæmonum eſt. Vtrobique porrò *vetula* priſco more ſcribitur pro *vitula*, vt & apud ſanctum Audoenum in vita ſancti Eligij, *nullus in Kalendis Ianuarij nefanda & ridiculoſa, vetulas aut ceruulos, &c. faciat.* Lege quæ ſuprà retulimus anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto ad Canonem viceſimum-ſecundum Synodi Turonenſis. Obſeruauimus enim gentiles formis ferarum ac pecudum aſſumptis huc & illuc petulantiùs diſcurſitare ſolitos fuiſſe Kalendis Ianuariis, & in idem flagitium aliquando nonnullos Chriſtianos incidiſſe, quos Patres meritò negant integros poſſe dici Chriſtianos, cùm quædam de gentilitate cuſtodiant.

XVII. DE INITIO QVADRAGESIMÆ NVNTIANDO.

II. Canon. *Vt omnes Presbyteri ante Epiphaniam miſſos ſuos dirigant, qui eis de principio Quadrageſimæ nuntient, & in ipſa Epiphania ad populum indicent.* Aunacharius hunc edidit Canonem, vt feſtum Dominicæ Reſurrectionis per totam Diœceſim Autiſſiodorenſem vno eodémque die celebraretur, idque perſtitit prudentiſſimè, quia frequenter oriebatur dubietas Paſchæ ſeu controuerſia de die quo Paſchalis ſolemnitas agenda eſſet. Cauſas huiuſce contentionis, vt occaſio fuit, explicuimus ad annos Chriſti quingenteſimum vndequadrageſimum [a] & quingenteſimum ſeptuageſimum-ſeptimum [b]. In Concilio Aurelianenſi quarto, quod anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-primo conuocatum eſt ex tripertito Franciæ regno, ſiue ex vniuerſa Francia quæ tribus Regibus, Childeberto, Clotario, & Theodoberto tunc parebat, primus Canon de celebratione Paſchæ ſic editus fuerat. *Placuit Deo propitio, vt ſanctum Paſcha ſecundum laterculum Victorij ab omnibus Sacerdotibus uno tempore celebretur. Quæ feſtiuitas annis ſingulis ab Epiſcopo, Epiphaniorum die, in Eccleſia populis denuntietur. De qua ſolemnitate quoties aliquid dubitatur, inquiſita vel agnita per Metropolitanos à Sede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur.* Patres licèt in hoc Canone ſtatuerint, vt Paſcha ſecundùm Victorij Aquitani cyclum celebraretur, non exiſtimarunt nullam deinceps controuerſiam fore, quapropter mox addiderunt *Sedem* Romanam, quam *Apoſtolicam* per excellentiam vocarunt, ea de re conſulendam eſſe per Metropolitanos, ſi qua dubietas adhuc oriretur. Gregorius Turonenſis teſtatur poſt illa tempora diem Paſchæ bis controuerſum fuiſſe, ſemel anno ſecundo Childeberti Regis, iterum anno eiuſdem Regis decimo-ſexto. Priorem controuerſiam, de qua nos ſuperiùs ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-ſeptimum, ſic expoſuit [c]. *Eo anno dubietas Paſchæ fuit. In Galliis verò nos cum multis ciuitatibus, XIV. Calendas Maias, ſanctum Paſcha celebrauimus. Alij verò cum Hiſpanis, XII. Calendas Aprilis ſolemnitatem hanc tenuerunt.* Poſteriorem, de qua nos inferiùs ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum, ſic enarrauit [d]. *Dubietas Paſchæ fuit ob hoc, quòd in cyclo Victor Lunâ XV. Paſcha ſcripſit fieri. Sed ne Chriſtiani vt Iudæi ſub hac Luna hæc ſolemnia celebrarent, addidit, Latini autem Lunâ XXII. Ob hoc multi in Galliis XV. Lunâ celebrarunt. Nos autem XXII.* Canon igitur Autiſſiodorenſis Aurelianenſi præcitato nititur. Aunacharius ex Aurelianenſi decreto ſcit ſibi Epiſcopo id muneris incumbere, vt Epiphaniorum die ſingulis annis in Eccleſia Cathedrali Paſchalem feſtiuitatem populo denuntiet, tantùm autem abeſt vt officio ſuo deeſſe velit, quin eandem rem in ceteris Eccleſiis ſuæ Diœceſeos fieri præcipit, vtque commodè perfici queat, ſtatuit à Preſbyteris, quibus curam illarum Eccleſiarum commiſit, ante Epiphaniam mittendos ad ſe nuntios, per quos eis diem Paſchæ notum faciat, vt & ipſi quoque in Epiphania ſuos parochianos diem illum edoceant.

[a] Num. 15.
[b] Num. 44.
[c] Lib. 5. cap. 17.
[d] Lib. 10. c. 23.

XVIII. DE VOTIS ET VIGILIIS IN ECCLESIA EXSOLVENDIS.

III. Canon. *Non licet conuentus in domibus propriis, nec vigilias in feſtiuitatibus Sanctorum facere, nec inter ſentes aut ad arbores ſacriuos vel ad fontes vota exſoluere, ſed quicumque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & matriculæ ipſum votum aut pauperibus reddat, nec ſculptilia aut pede aut homine lineo fieri penitus præſumat.* Hoc Canone prohibentur vigiliæ, quæ cum quadam ſuperſtitione quam admixtam habebant, in priuatis domibus fieri conſueuerant.

AN. CH. 586. GVNTCH. R. 25. CHILDEB. II. R. 11. CLOTAR. II. R. 3.

Ita quoque intelligenda ſunt quæ de ſuperſtitioſa vigiliarum obſe[illegible]ratione Canone quinto inferiùs recitabuntur. Hæc expoſitio confirmatur decreto Synodi Matiſconenſis Secundæ, quo Patres quemlibet diem Dominicum præcedentibus nocturnis vigiliis à fidelibus celebrari conſtituerunt. *N[illegible] quoque ipſam*, inquiunt [a], *quæ nos inſpiratæ luci inacceſſibili reddidit, [illegible] bus exigamus excubiis, nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant [illegible] mine tenus Chriſtiani eſſe noſcuntur, ſed oremus & vigilemus operibus ſ[illegible] digni habeamur in regna hæredes fieri Saluatoris.* Aunacharius Epiſcopus [illegible] tiſſiodorenſis, cùm prædictum decretum Concilij Prouincialis, [illegible] conuenerant omnes Epiſcopi, qui *in regno* [b] *glorioſi Domini Guntr[illegible] gi* Epiſcopali honore fungebantur, ſuâ præſentiâ & ſubſcriptione [illegible] nierit, per hoc Diœceſanum Concilium iſti conſtitutioni aliquid derogare noluit, imò Canone vndecimo huius Concilij de vigiliis Paſchæ, Natalis Domini, & aliarum ſolemnitatum, religioſè ſeruandis, ſanctiſſimam conſtitutionem promulgauit, vt patebit infrà. In Canone, quem explicamus, per matriculam intellige matriculam Eccleſiæ, à qua matricularij dicebantur pauperes, quorum nomina in album Eccleſiæ relata erant, vt communibus eius opibus alerentur. Idem Canon prohibet ne vota fiant aut reddantur *inter ſentes aut ad arbores ſacriuas vel ad fontes.* Conformis eſt Turonico [c], qui repelli ab Eccleſia iubet eos, quos Epiſcopus aut Preſbyter viderit *ad neſcio quas petras, aut arbores, aut ad fontes, deſignata loca gentilium, perpetrare quæ ad Eccleſia rationem non pertinent.* Vtrumque ſimul contulimus explicuimúſque ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſextum [d]. Per *ſentes* de quibus Canon Autiſſiodorenſis, & per *petras* de quibus Canon Turonenſis loquitur, intellige lapides terminales, qui non rarò in ſentibus deliteſcunt, & ab ethnicis olim ſub Dei Termini nomine colebantur. Aduerte etiam *ſacriuos*, id eſt, conſecratos vel diis dedicatos, vocari *ſentes, arbores, fonte[illegible]* in Canone Autiſſiodorenſi, *fontes & arbores* à ſancto Audoeno [e], apud quem beatus Eligius ita loquitur. *Fontes vel arbores, quos ſacriuos vocant, ſuccidi [illegible].* Idem autem Eligius hæc proximè ſubiungit in eodem ſermone. *Pedum ſimi[illegible]litudines, quas per biuia ponunt, fieri vetate, & vbi inueneritis, igni crema[illegible].* Nec parum lucis affert poſtremæ parti Canonis Autiſſiodorenſis, quâ cau[illegible]tur, ne Chriſtianus mores gentilium imitatus faciat in biuiis *ſculptilia [illegible] pede aut homine lineo.* Ita Sirmondus. At legendum ſuſpicamur, *aut ho[illegible] ligneo.* Vitioſiſſima eſt editio Binij, qui locum obſcurum fatetur, *nec ſub[illegible]ilia pede, aut hominem lineo fieri.* Senſus Canonis eſt, vt Chriſtiani ſtatuas in biuiis more paganorum non erigant. Triumphus ceſſit Chriſtianis. Euerſis ethnicorum ſimulachris erectæ ſunt in biuiis Cruces, quæ nunc etiam frequentiſſimæ conſpiciuntur in Prouinciis vbi floret Orthodoxa Religio, ſecus eſt in locis vbi dominatur hæreſis, nam poſteriorum temporum hæretici ſignum noſtræ Redemptionis non minùs, quàm olim gentiles, auerſati videntur.

IX. DE AVGVRIIS ET SORTILEGIIS CAVENDIS.

IV. Canon. *Non licet ad ſortilegos vel ad auguria reſpicere, non ad caragios, nec ad ſortes quas Sanctarum vocant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt, [illegible]ſpicere, ſed quæcumque homo facere vult, omnia in nomine Domini facia[illegible].* [illegible] ad[illegible]tiones multæ non habent *caragios* ſed characteres. At *caragios* retinendus [illegible] Edi[illegible]ti Codicibus antiqnis, Tiliano, Bellouacenſi & Pithoeano, quos Sirmondus conſuluit, necnon authoritate ſancti Eligij, qui caragiorum ſeu caragorum, id eſt, magorum promittentium explere quæ non poſſunt, ſic meminit apud ſanctum Audoenum. *Non caragios, non diuinos, non ſortilegos, non præcantores, nec pro vlla cauſa aut infirmitate eos conſulere vel interrogare præſumatis.* Et infe[illegible]riùs. *Quoties aliqua infirmitas ſuperuenerit, non quærantur præcantores, non diuini, non ſortilegi, non caragi.*

X. DE VIGILIIS S. MARTINI.

V. Canon. *Omnino & inter ſupradictas conditiones, peruigilias, quas in honore Domini Martini obſeruant, omnimodis prohibete.*

XI. DE CHRISMATE PETENDO.

VI. Vt à media Quadrageſima Presbyteri chriſma petant, & ſi quis infirmitate

[a] Can. 1.
[b] Præfat. Conc. Matiſcon. 2.
[c] Can. 22. Conc. Turon. 2.
[d] Num. 41.
[e] In vit. S. Eligij.

AN. CH. 586. GVNTCH. RR. 25. CHILDEB. II. R. 11. CLOTAR. II. R. 3.

detentus venire non potuerit, ad Archidiaconum ſuum vel Archiſubdiaconum tranſmittat, ſed cum chriſmario & linteo, ſicut reliquiæ Sanctorum deportari ſolent.

VII. Vt medio Maio omnes Presbyteri ad Synodum in ciuitatem veniant, & Kalendis Nouembris omnes Abbates ad Concilium conueniant.

VIII. Non licet in altario in ſacrificio diuino mellitum, quod mulſum appellant, nec vllum aliud poculum, extra vinum cum aqua mixtum, offerre, quia ad reatum & peccatum pertinet Presbytero illi, quicumque aliud poculum, extra vinum, in conſecrationem ſanguinis Chriſti offerre præſumpſerit.

IX. Non licet in Eccleſia choros ſæcularium, vel puellarum cantica exercere, nec conuiuia in Eccleſia præparare, quia ſcriptum eſt. [Domus mea, domus orationis vocabitur.]

X. Non licet ſuper vno altario in vna die duas Miſſas dicere, nec in altario vbi Epiſcopus Miſſas dixerit, vt Presbyter in illa die Miſſas dicat.

XI. Non licet in vigilia Paſchæ ante horam ſecundam noctis vigilias perexplere, quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, nec in Natali Domini, nec in reliquis ſolennitatibus.

XII. Non licet mortuis, nec Euchariſtiam, nec oſculum dari, nec velo vel pallis corpora eorum inuolui.

XIII. Non licet Diacono, velo vel pallâ ſcapulas ſuas inuolui.

XIV. Non licet in baptiſterio corpora ſepeliri.

XV. Non licet mortuum ſuper mortuum mitti. Horum Canonum, qui pertinent ad ſepulturam mortuorum, poſterior innitur Canoni decimo-ſeptimo Concilij Matiſconenſi Secundi. Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris ſepulcra reſerare, & mortuos ſuos superimponere, vel aliorum, quod nefas eſt, mortuis ſuis religioſa loca vſurpare, ſine voluntate ſcilicet Domini ſepulcrorum. Ideóque ſtatuimus, vt nullus deinceps hoc peragat. Quòd ſi factum fuerit, ſecundùm legum decreta ſuperimpoſita corpora de eiſdem tumulis reiactentur.

XVI. Non licet die Dominico boues iungere, vel alia opera exercere, niſi pro cauſis conſtitutis. Hæc clauſula, (niſi pro cauſis conſtitutis) abeſt à multis editionibus. Aunacharius aliique Præſules, qui Synodum Matiſconenſem Secundam celebrarunt, primo Canone ſic omnes Chriſtianos alloquuntur. Cuſtodite diem Dominicam, quæ nos denuò peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus veſtrûm litium fomitibus vacet. Nullus cauſarum actiones exerceat. Nemo ſibi talem neceſſitatem exhibeat, quæ iugum ceruicibus iuuencorum imponere cogat.

XVII. Quicumque ſe propria voluntate in aquam iactauerit, aut collum ligauerit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione voluntariæ ſe morti tradiderit, iſtorum oblatio non recipiatur, id eſt, oblatio pro eorum delictis non recipiatur, ſeu Miſſa altaris pro eis non celebretur.

XVIII. Non licet abſque Paſchæ ſolennitate vllo tempore baptizare, niſi illos quibus mors vicina eſt, quos grabatarios dicunt. Quòd ſi quis in alio pago, contumaciâ faciente, poſt interdictum hoc infantes ſuos ad baptiſmum detulerit, in Eccleſias noſtras non recipiantur vſque ad ſatisfactionem. Et quicumque Presbyter ipſos extra noſtrum permiſſum recipere præſumpſerit, tribus menſibus à communione Eccleſiæ ſequeſtratus ſit. In Synodo Matiſconenſi Secunda iam ſtatutum fuerat, vt ſola Paſchalis ſolennitas dies Baptiſmi legitimus haberetur. Canon enim tertius talis eſt. Relatione quorumdam fratrum noſtrorum comperimus, Chriſtianos non obſeruantes legitimum diem Baptiſmi, penè per ſingulos dies ac Natales Martyrum, filios ſuos baptizare, itaut vix duo vel tres reperiantur in ſancto Paſcha, qui per aquam & Spiritum Sanctum regenerentur. Idcirco cenſemus, vt ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, præter illos quos infirmitas nimia, aut dies extremus compellit filios ſuos Baptiſmum percipere. Ideóque præſentibus admonitionibus à ſuis erroribus vel ignorantia reuocati, omnes omnino à die Quadrageſima cum infantibus ſuis ad Eccleſiam obſeruare præcipimus, vt impoſitionem manuum certis diebus adepti, & ſacri olei liquore peruncti, legitimi diei feſtiuitate fruantur, & ſacro baptiſmate regenerentur, quò poſſint & honoribus, ſi vita comes

XII. De Synodis.
XIII. De mulso non offerendo in altari.
XIV. De Eccleſiis.
XV. De celebratione Miſſarum.
XVI. De vigiliis ſolennitatum.
XVII. De mortuis.
XVIII. De Diaconis.
XIX. De ſepultura.
XX. De die Dominico.
XXI. De iis qui mortem ſibi conſciſcunt.
XXII. De die legitimo Baptiſmi.

AN. CH. 586. *fuerit, Sacerdotalibus fungi, & ſingularis celebrationis ſolennitate fru*[illegible]

GVNTCH. R. 25. CHILDEB. II. R. 11. CLOTAR. II. R. 3.

XXIII. De Miſſis celebrandis a ieiunis.

XIX. Canon. *Non licet Presbytero aut Diacono aut Subdiacono poſt* [illegible] *accep*[illegible] *cibum vel poculum Miſſas tractare, aut in Eccleſia, dum Miſſa dicun*[illegible] Patres, è quorum numero fuit Aunacharius, in Synodo Matiſcone [illegible] da iam ſanciuerant, vt à ieiunis Miſſæ celebrarentur, Canon enim [illegible] inchoatur. *Item decernimus, vt nullus Presbyter confertus cibo, aut* [illegible] *vino, ſacrificia contrectare, aut Miſſas priuatis feſtiſque diebus conceleb*[illegible] *mat. Iniuſtum eſt enim, vt ſpiritali alimento corporale præponatur, ſed* [illegible] *attentare curauerit, dignitatem amittat honoris.*

XX. XXI. Quòd ſi Presbyter, quod nefas eſt dicere, aut Diaconus [illegible] *diaconus, poſt acceptam benedictionem, infantes procreauerit, aut adulte*[illegible] *miſerit, & Archipresbyter hoc Epiſcopo aut Archidiacono non innotuerit* [illegible] *integro anno non communicet, illi verò qui hoc commiſerint deponantur. XXI. Non*

XXIV. De Presbyteris, Diaconis, et Subdiaconis, qui redeunt ad priſtinas vxores, aut adulterium committunt.

licet Presbytero, poſt acceptam benedictionem, in vno lecto cum Presbytera ſua dormire, nec in peccata carnali miſceri, nec Diacono aut Subdiacono. Aduersùs honoratiores hoſce Clericos, qui vel redibant ad priſtinas vxores, vel adulterium committebant, in Synodo Matiſconenſi prima, cui ſubſcripſit etiam Aunacharius, eædem pœnæ iam ſancitæ fuerant hoc Canone, qui numero eſt vndecimus. *Epiſcopi, Presbyteri, vel vniuerſi honoratiores Clerici, cum ſublimi dignitatis apice ſublimantur, actibus omnino renuntient ſæculi, & ſacro electi miniſterio repudient carnale conſortium, ac permixtionis priſtina contubernium permutent germanitatis affectu. Et quiſquis ille eſt, diuino munere benedictione perceptâ* [illegible] *vxori priùs ſua frater illicò efficiatur ex coniuge. Eos verò, quos reperimus ardore* [illegible] *libidinis inflammatos, abiecto religionis cingulo, ad vomitum priſtinum & inhibit*[illegible] *rurſus contigia repetiſſe, atque inceſti quodammodo crimine clarum decus Sacerdot*[illegible] *violaſſe, quod nati etiam filij prodiderunt. Quod quiſquis feciſſe cognoſcitur, o*[illegible] *in perpetuum, quam admiſſo iam crimine perdidit, dignitate priuabitur.*

XXV. De relictis Clericorum.

XXII. Canon. *Non licet relicta Presbyteri, nec relicta Diaconi, nec Subd*[illegible] *coni, poſt eius mortem maritum accipere.* Huc ſpectat Canon hic decimus-ſex[illegible] ſecundæ Synodi Matiſconenſis. *Illud quoque rectum nobis viſum eſt diſponere* [illegible] *vt quæ vxor Subdiaconi, vel Exorciſtæ, vel Acolythi fuerat, mortuo illo, ſecund*[illegible] *non audeat ſociare matrimonio. Quòd ſi fecerit, ſeparetur, & in Cœnobiis p*[illegible] *larum Dei tradatur, & ibidem vſque ad exitum vitæ ſuæ permaneat.*

XXVI. De Abbatibus et Monachis.

XXIII. XXIV. XXV. XXVI. Si Monachus in Monaſterio adulte[illegible] *commiſerit, aut peculiare habere præſumpſerit, aut furtum fecerit, & hoc* [illegible] *per ſe non emendauerit, aut Epiſcopo, aut Archidiacono non innotuerit, ad* [illegible] *tentiam agendam in alio Monaſterio retrudatur. XXIV. Non licet Abbati* [illegible] *Monacho, ad nuptias ambulare. XXV. Non licet Abbati filios de baptiſmo habere, nec Monachus commatres habere. XXVI. Quòd ſi quis Abbas mulierem in Mo-naſterio ſuo ingredi permiſerit, aut feſtiuitates aliquas ibi ſpectare præceper*[illegible]*, tribus menſibus in alio Monaſterio retrudatur, pane & aquâ contentus.*

XXVII. De inceſtis coniunctionibus.

XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. Non licet vt aliquis ſuam nouercam accipiat vxorem. XXVIII. Non licet vt filiam vxoris ſuæ quis accipiat. XXIX. Non licet vt relictam fratris ſui quis in matrimonium ducat. XXX. Non licet duas ſorores, ſi vna mortua fuerit, alteram in coniugium accipere. XXXI. Non licet conſobrinam, hoc eſt, quæ de duobus fratribus, aut de duabus ſororibus procreatur, in coniugium accipere, nec qui de ipſis nati fuerint, in coniugio ſocientur. XXXII. Non licet vt nepos auunculi vxorem accipiat. Inceſtas coniunctiones Canon decimus-octauus Synodi Matiſconenſis ſecundæ ſic damnat. *Inceſtam copulationem, in qua nec coniux, nec nuptiæ rectè appellari leges ſanxerunt, Catholica omnino deteſtatur atque abominatur Eccleſia.* Quas autem inceſtas coniunctiones Canon Matiſconenſis generatim complectitur, eas Autiſſiodorenſis ſingulatim enumerat, eodémque penè modo quo quartus hic tertiæ Synodi Pariſienſis. *Nullus ergo illicita coniugia contra præceptum Domini ſortiri præſumat, id eſt, fratris relictam, nec nouercam ſuam, relictámque*

AN. CH. 586.

GVNTCH. R. 25. CHILDEB. II R. 11. CLOTAR. II. R. 5.

ctámque patrui, vel ſororem vxoris ſuæ ſibi audeat ſociare; neque auunculi quoque relictæ, neque nurûs ſuæ vel matertera coniugio patiatur. Pari etiam conditione à coniugio amita, priuigna ac filia priuigna coniunctionibus præcipimus abſtineri. Lege prætereà Canonem duodecimum Concilij Aruernenſis primi. Si quis relictam fratris, ſororem vxoris, priuignam, conſobrinam, ſobrinámque, vel relictam patrui atque auunculi, &c. Et Canonem decimum Concilij Aurelianenſis tertij. Ne quis ſibi ſub coniugij nomine ſociare præſumat relictam patris, ſiliam vxoris, relictam fratris, ſororem vxoris, conſobrinam aut ſobrinam, relictam auunculi vel patrui. In vtroque enim, vt in Autiſſiodorenſi, prohibetur copulatio conſobrinæ necnon ſobrinæ, de quibus ſilet Pariſienſis.

XXVIII. De Clericis, ne interſint nici reorum, neve eorum criminaliter frequentant, et ne Clericum Clericum ad ſecularem Iudicem trahat.

XXXIII. XXXIV. XXXV. Non licet Presbytero, nec Diacono, ad trepalium, vbi rei torquentur, ſtare. XXXIV. Non licet Presbytero in iudicio illo ſtare, vnde homo ad mortem tradatur. XXXV. Non licet Presbytero, aut Diacono, vel cuiquam Clericorum, de qualibet cauſa concleričum ſuum ad Iudicem ſecularem trahere. Ex tribus illis Canonibus duos priores complectitur vndecimus Synodi Matiſconenſis ſecundæ, ſtatuit enim vt ad locum examinationis reorum nullus Clericorum accedat; neque interſit atrio ſanciolo, vbi pro reatûs ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt. Tertium verò Canon octauus Synodi Matiſconenſis primæ, decernit enim vt nullus Clericus ad Iudicem ſecularem quemcumque alium fratrem de Clericis accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocumque modo præſumat, ſed omne negotium Clericorum, aut in Epiſcopi ſui, aut in Presbyterorum vel Archidiaconi præſentia finiatur.

XXIX. De Formineis ad Eucharistiam accedentibus

XXXVI. XXXVII. Non licet mulieri nudâ manu Euchariſtiam accipere. XXXVII. Non licet mulieri manum ſuam ad pallam Dominicam mittere. Cauetur etiam Canone quadrageſimo-ſecundo, de quo infrà, ne mulier ſine Dominicali communicet.

XXX. De excommunicatis.

XXXVIII. XXXIX. Non licet cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum ſumere. XXXIX. Si quis Presbyter, aut quilibet de Clero, aut de populo, excommunicatum abſque voluntate ipſius, qui eum excommunicauit, ſciens receperit, aut cum illo panem manducauerit, vel colloquium habere decreuerit, ſimili ſententia ſubiacebit.

XXXI. De conviviis.

XL. Canon. Non licet Presbytero inter epulas cantare vel ſaltare.

XXXII. De Presbyteris et Diaconis ne quemquam accusent.

XLI. Non licet Presbytero, nec Diacono, quemquam inſcribere, ſiue accuſare, ſed in vice ſua, ſi cauſam habuerit, aut fratrem, aut quemcumque ſecularem roget.

XXXIII. De Dominicali.

XLII. Vt vnaquæque mulier, quando communicat, Dominicalem ſuum habeat. Quod ſi qua non habuerit, vſque in alium diem Dominicum non communicet. Quid per Dominicalem intelligi debeat, accipe [a]. Omnes viri, quando communicare deſiderant, lauent manus, & omnes mulieres nitida exhibeant linteamina, vbi Corpus Chriſti accipiant.

[a] Bin. in notis ad Conc. Autiſſiod.

XXXIV. De Clericis sine Episcopi consensu non distrahendis.

XLIII. Canon. Quicumque Iudex, aut ſecularis, Presbytero, aut Diacono, aut cuilibet de Clero aut de iunioribus, abſque voluntate Epiſcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri, iniuriam inferre præſumpſerit, anno ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus. Canon decimus Synodi ſecundæ Matiſconenſis in eadem cauſa verſatur, vt neque Presbyter, neque Diaconus, neque Subdiaconus, de Eccleſiis trahantur, aut iniuriam aliquam inſcio Epiſcopo eorum patiantur; ſed quidquid quis aduersùs eos habuerit, in notitiam Epiſcopi proprij perducat; & ipſe cauſam iuſtitià præeunte diſcutiens, animo Clericos accuſantis ſatisfaciat. Agit Canon Matiſconenſis de ſolis Clericis honoratioribus, nec comprehendit iuniores qui ſunt infra Subdiaconatum, Autiſſiodorenſis autem agit de vtriſque, imo & de ſeruitoribus eorum, nam Clerum, qui Clericos vtriuſque generis, honoratiores videlicet ac iuniores, amplectitur, diſtinguit à iunioribus, cùm vetat ne Iudex aut ſecularis cuilibet de Clero aut de iunioribus iniuriam præſumat inferre. Iuniores in duplici leguntur acceptione, in vna ſignificant Clericos infra Subdiaconatum, in altera ſeruitores; prio-

AN. CH. 586. GVNTCH. R. 25. CHILDEB. II. R. 31. CLOTAR. II. R. 3.

rem [a] obſeruauimus ad Concilium Matiſconenſe primum, vbi me[illegible] Clerici cùm iunioris rum honoratioris, poſteriorem [c] ad Hiſtoria[illegible] Eccleſiaſticam Gregorij Turonenſis, vbi ſermo habetur [d] *de pauperibus &* [illegible] *Eccleſia vel Baſilica.* Si Canon Autiſſiodorenſis Clero non accenſe[illegible] iuniores de quibus loquitur, hoc vocabulo neceſſe eſt intelligat ſeruitores [illegible] latione ad dominos qui ſeniores vocari conſueuerant.

XLIV. Canon. *Si quis ex ſecularibus inſtitutionem aut admoni*[illegible] *chipresbyteri ſui, contumaciâ faciente, audire diſtulerit, tamdiu à limin*[illegible] *Eccleſia habeatur extraneus, quamdiu tam ſalubrem inſtitutionem adi*[illegible] *ſtuduerit. Inſuper & mulctam, quamglorioſiſſimus Dominus Rex Precept*[illegible] *tuit, ſuſtineat.*

[a] Ad an. 585. n. 21. [b] Can. 8. [c] Ad an. 578. n. 3. [d] Lib. 5. c. 29.

XXXV. DE ARCHIPRESBYTERO.

XLV. Si quis hanc definitionem, quam ex auctoritate Canonica com[illegible] *ſenſu & conniuentiâ conſcripſimus ac inſtituimus, tam ad Clerum quàm ad populum commouendum, vel ad idquod conſtitutum eſt obſeruandum, negligens inuentus fuerit, & ob hoc obſeruare diſtulerit, aut eos qui ipſum audire neglexerint, celauerit aut ſuppreſſerit, & in notitiam Epiſcopi non depoſuerit, anno à conſortio fratrum vel ab omnium Chriſtianorum communione habeatur extraneus.*

XXXVI. DE OBSERVATIONE CANONVM.

XXXVII. SVBSCRIPTIONES.

Hactenus Concilium Autiſſiodorenſe, cui præter Aunarium Epiſcopum ſubſcripſerunt Abbates ſeptem, Winebaudus ſeu Winobaudis, Deſideratu[illegible] Franuulfus ſeu Francolus, Amandus, Cæſarius, Baudoueus ſeu Baudonius[illegible] & Tegridus ſeu Tegredus; Presbyteri triginta tres, Diaconi Presbyterorum vice quatuor.

XXXVIII. MONASTERIA AVTISSIOD.

Multa tunc in Autiſſiodorenſi Diœceſi Monaſteria viſebantur, è quibu[illegible] poſt varias viciſſitudines nunc etiam ſuperſunt quatuor non ignobilia, nem[illegible] pe ſancti Germani, ſancti Mariani, ſancti Petri, & ſancti Iuliani, quoru[illegible] poſtremum à viris poſteà tranſiit ad fœminas ſub Palladij Pontificatu. Ex[illegible] tiquis monumentis ſciri non poteſt quibus Cœnobiis præfuerint Abba[illegible] quorum nomina recitauimus ſi Winebaudum excipias. Georgius *Viole* ap[illegible] Sammarthanos ſeriem Abbatum ſancti Germani orditur ab Aunario, cu[illegible] Epiſcopatum promoto Winebaudum ſuprà laudatum ſubrogat, ſed ex Abbatum catalogo videtur expungendus Aunarius, quia talis haud exhib[illegible] in Epiſcoporum Autiſſiodorenſium Hiſtoria, quamuis Author pleroſque c[illegible] memoret ex Abbatibus ſancti Germani factos Epiſcopos Autiſſiodoren[illegible] putà ſanctum Allodium qui ſuperſtite adhuc beato Germano illius Cœ[illegible] Archimandrita fuit, & ſanctos Palladium ac Tetricum, vt recentiores omittamus. Aſtipulari non poſſumus iis, qui Monaſterium ſancti Mariani à Vigilio Autiſſiodorenſi Epiſcopo conditum volunt [e] anno circiter ſexcenteſimo duodenonageſimo, & Cœnobium ſancti Mariani quod ſub ſancti Aunarij Pontificatu iam fulgebat, confundunt cum Monaſterio, quod beatus Vigilius longè ſeriùs erexit, & in honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ dedicauit, vt ſuo loco ex Hiſtoria [f] Præſulum Autiſſiodorenſium probabimus. Superiùs autem iam obſeruauimus beatum Marianum in Cœnobio ſancti Germani Monachum vixiſſe ſub beato Mamertino Abbate, cùm Eccleſiæ Autiſſiodorenſis Epiſcopus erat beatus Allodius, quo præceptore & Abbate gauiſus fuerat ipſemet ſanctus Mamertinus. Lege encomia ſancti Allodij Epiſcopi in Hiſtoria Pontificum Autiſſiodorenſium capite octauo, ſancti Mariani Monachi tertio Kalendas Maias in Martyrologio Gallicano, & ſancti Mamertini Abbatis tertio Kalendas Apriles in ſupplemento eiuſdem Martyrologij.

[e] Tom. 4. Gall. Chriſt. [f] Cap. 22.

XXXIX. AVNARIVS SS. AMATORIS ET GERMANI VITAS SCRIBI PRÆCIPIT.

Præter Autiſſiodorenſem Synodum Aunarius Epiſcopus res egit quamplurimas laude digniſſimas. Stephanum Presbyterum, vt Sanctiſſimorum Pontificum Amatoris ac Germani vitas, illam ſolutâ hanc ſtrictâ oratione, vtramque pereleganti ſtylo ſcriberet, hortatus eſt hiſce literis. *Dilectiſſimo atque amantiſſimo & interna mihi vinculo charitatis connexo fratri Stephano Presbytero, Aunarius gratiâ Dei Epiſcopus in Domino æternam ſalutem. Tuæ nobis doctrinæ*

AN. CH. 586.

GVNTCH. R. 15.

CHILDEB. II. R. 11.

CLOTAR. II. R. 3

multoris iam experimentis comprobata prudentia compulit nos quamdam tuis humeris imperioſam ſuperponere ſarcinulam, ſed eam quæ tibi non ſit oneris, ſed honoris, nec quæ deorſum inique pondere premat, ſed quæ potiùs cælum vſque ſuſtollat. Cognitum tibi eſt, cariſſime frater, & quæ ſit humanarum mentium diuerſitas, & quemadmodum in ſtudiis contraria non ſolùm inane vulgus verùm etiam vniuerſa fecundatur nobilitas, & quidam quidem proſaico oblectantur ſtylo, quidam autem metri ſe rythmiſue ac cantibus verſuum delectari fatentur: ergo vt omnium votis occurrerem & nullus ſuo deſiderio frauderetur, placuit mihi vt vitas Beatiſſimorum Confeſſorum quaſdam pede libero deſcriberem, quaſdam verò lege metricâ impeditum digererem, ob quam rem obſecro vnitam mihi tuæ dilectionis amicitiam, vt Beatiſſimi Germani Epiſcopi vitam in verſuum qualitatem commutare non deſiſtas, Sancti verò Amatoris proſaicâ modulatione deſcribas, vt ſectatores Apoſtolicæ prædicationis effecti, omnibus omnia efficiamur, & nulli quidquam debeamus, niſi vt inuicem diligamur: in indiuiduam mihi charitatem veſtram diuina cuſtodiat pietas, venerabilis frater. Reſcripſit Stephanus, & poſt longas excuſationes quibus humilitatem ſuam teſtatus eſt, cùm ſe imparem tanto oneri ferendo profiteretur, poſtulationi non illibenter acquieuit, epiſtolam enim ſuam clauſit his verbis. *Si tamen & in hoc opere quidquid illepidè aut infacetè ruſtica garrulitas digeſſeris, æquanimiter feras, aggrediar, & faciam quæ paterna inferi ac iubet authoritas: vale in longum tempus, domine Papa.* Inter Autiſſiodorenſes Epiſcopos celeberrimi fuerunt ſanctus Amator & qui proximè ſucceſſit in Epiſcopatu ſanctus Germanus. Vterque Baſilicam nunc etiam in ciuitate habet ſuo nomini dicatam. Eccleſia ſancti Amatoris hodie parœcia eſt. Eccleſiam verò ſancti Germani à primo conditu ſemper tenuerunt Monachi.

XL. WALERICVS IN MONAST. SVSCIPITVR.

Laudatur etiam Aunarius in vita ſancti Walerici, vbi corruptè Mararius appellatur. Walericus Aruernus, cùm iam Clericus, & ſub regulari ordine in Monaſterio vbi eius auunculus degebat, conſtitutus eſſet, vt Author propè æqualis in eius vita teſtatur, circa hæc tempora *non montis lenitate ſed diuino amore perurgente capit relictâ patriâ & poſthabitis parentibus peregrè velle proficiſci. Abiit igitur ad Monaſterium beati Mararij* (lege Aunarij) *Autiſſiodorenſis Epiſcopi quod in eius vrbis viridario quodam ſuburbano conſtructum eſt, venientemque idem Antiſtes humaniter accepit.* De quo Monaſterio hæc intelligi debeant, haud ſcitur, certè non de Cœnobio ſancti Germani, nam Winebaudus Abbas ei tunc præerat, & in Hiſtoria Præſulum Autiſſiodorenſium, vt notauimus, Aunarius inter Abbates illius loci non reponitur.

XLI. a Lib. 9. c. 40. TVMVLTVS EXORTVR IN MONAST. PICTAV.

Gregorius Turonenſis, cùm deſcribit [a] graue ſcandalum, quod anno Chriſti quingenteſimo vndenonageſimo in Pictauienſi Monaſterio puellarum exortum eſt, meminit cuiuſdam Recluſæ, quæ ante paucos annos dum beata Radegundis adhuc viueret, per murum ſe deiiciens ad Baſilicam ſancti Hilarij confugerat, multáque in Abbatiſſam crimina per calumniam excogitarat. Id contigiſſe ſuſpicamur hoc anno, quia ſequenti mors ſanctæ Radegundis occurret conſignanda. Cùm igitur in Pictauienſi puellarum Cœnobio, quod Radegundis conſtruxerat, non eſſet omnium cor vnum, quædam monialis per murum ſe deiiciens ad Baſilicam ſancti Hilarij confugit, variáque in Abbatiſſam ſcelera confinxit, ſed, vt prææcitatus Author teſtatur, *poſtquàm in Monaſterium per eum locum, vnde ſe præcipitauerat, funibus eſt adſtracta, petiit vt ſe in cellulam ſecretam recluderet dicens. Quia multùm peccaui in Dominum, & dominam meam Radegundem, quæ illis diebus ſuperſtes erat. Volo me, ait, ab hac frequentia Congregationis totam amouere, & pœnitentiam pro neglectis meis agere. Scio enim quia miſericors eſt Dominus, & remittit confitentibus ſe peccata, & ingreſſa eſt in cellulam.* Agemus iterum de illa inferiùs, redit enim ad vomitum.

XLII. * Saverne MONAST. CELLENSE CONSTRVITVR A LEOBARDO

Leobardus, vt Iodocus Coccius ex antiquis monumentis à ſe lectis teſtatur, Cœnobium, cui nomen fuit Cella Leobardi, dimidio ab Tabernis * Alſaticis lapide conſtruxit regnante Childeberto, & anno pòſt triceſimo ter-

AN. CH. 586.

GVNTCH. R. 25.
CHILDEB. II. R. 11.
CLOTAR. II. R. 3.

tio vitam clauſit ſub Clotario Rege. Theodoricus Rex cognomento Kalenſis in diplomate, cuius fragmentum infrà recitabimus, æquè reſtatur initia prædicti Monaſterij ad Principatum Childeberti Regis referenda eſſe. Coccius ſanè veteres chartas, in quas incidit, malè interpretatus, Leobardum finxit [illegible] Benedicti diſcipulum, qui Cellam condiderit regnante Childeberto P[illegible] anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-primo, & è vita diſceſſerit [illegible] gnante Clotario Secundo, die vltimâ Decembris, anno Chriſti quingenteſimo vndenonageſimo. At Childebertus Primus Alſatiam numquam [illegible] & anno Chriſti quingenteſimo vndenonageſimo Clotarius Secundus [illegible] Auſtraſios nondum imperabat. Theodoricus Kalenſis in regio ſuo P[illegible] meminit Childeberti Regis, qui Leobardo Cœnobium ædificanti m[illegible] contulit, tum *Theodeberti, Clotharij, Dagoberti, Sigeberti, itémque D*[illegible] quos omnes in Auſtraſia regnaſſe conſtat. Meliùs igitur & ex Theodorici Regis ſententia ponemus Cellæ Leobardinæ primordia ſub Childeberto Secundo, qui regnum Auſtraſiæ ab anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto ad annum vſque quingenteſimum nonageſimum-ſextum rexit, & mortem ipſius Leobardi ſub Clotario Secundo, qui primùm in Auſtraſia regnare cœpit anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio, & anno pòſt nono eandem Auſtraſiam filio ſuo Dagoberto conceſſit. Sanè Leobardus, vt hæc temporum [illegible]

COLVMBANI DISCIPVLO.

rario docet, in monaſticis diſciplinis vſus eſt magiſtro, non quidem ſancto [illegible] Benedicto qui pridem in Italia deceſſerat, ſed Columbano, qui cum ſociis in [illegible] loco cui nomen Anagrates in Voſago monte à multis annis degebat, & Cellam [illegible] circa hunc annum condidit Childeberto Rege, ac tandem ſub Clotario viuere [illegible] deſiit pridie Kalendas Ianuarias exeunte anno Chriſti circiter ſexcenteſimo [illegible] decimo-octauo, aut quinto Kalendas Martias, quo die in Martyrologio Benedictino colitur, anno Chriſti circiter ſexcenteſimo decimo-nono. Noſtru[illegible] computum apud Coccium non parum confirmat Abbatum ſubſequentiu[illegible] Chronologia. Poſt Leobardum Anaſtaſius Monaſterium rexit annis quadr[illegible] ginta; Anaſtaſium excepit Godefridus; Godefrido ſucceſſit Leobardus Secundus; Leobardo Secundo ſubrogatus eſt Maurus, qui Cœnobium admini[illegible] ſtrabat anno quinto Theodorici Regis, cognomento Kalenſis. Addeq[illegible] in hac annorum per varios Præſulatus diſtributione non eſt neceſſe vitam [illegible] defridi ad annos centum & octo prorogari, quamuis ex authoritate Cocci[illegible] libenter fateamur ipſum Godefridum iam grandæuum fuiſſe, cùm regi[illegible] Monaſterij ſuſcepit.

XLIII. DOTATVR A CHILDEBERTO REGE.

Cellam à Leobardo in Principum Apoſtolorum ac ſancti Martini honorem erectam docet Theodoricus Kalenſis regiis ſuis literis, quibus prætereà limites donationis à Childeberto Rege factæ complectitur his verbis. *Venerabilis Maurus de Monaſterio domini Leobardi, quondam Abbatis, in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſancti Martini peculiaris Patroni noſtri conſtructo, Clementia regni noſtri ſuggeſſit, quòd anteceſſori ſuo domino Leobardo, quondam Abbati, qui ipſum Monaſterium ſuo opere à nouo fundamento ædificaſſe noſcitur, inclytæ memoriæ parens noſter Childebertus quondam Rex ad opportunitatem ipſius Monaſterij terram illam quam de deſerto ipſe ad excolendum vel commanendum præoccuuerat, per loca prænominata de ponte ad Fuenheym vſque ad publicam ſtratam Tabernenſem ac deinde ad ſtratam pagi vel oppiduli Marleienſem, hinc terminum de fonte Ciſternato cum adiacentibus ſuis vſque ad Gunſiumrinum, indéque ad montem Cuberbum per Fraxinetum, tum demum ad locum qui vocatur Iſlaſcowa, & ſic per fluuium Sornam, vſque ad Crucem Petrinam, tum demum ad Mauri riuum, pro futura mercede conceſſiſſet, & nullus ibidem campos facere, nec porcos ſaginare, nec materiam ſuccidere, neque ipſius fines penitus irrumpere præſumeret, ſed hoc ipſi Monaſterio omni tempore conceſſum eſſe deberet, & quidquid intra vel extra præſcriptos terminos in quacumque prouincia vel pago ipſe vel aliquis prædeceſſorum eius tradidiſſet, ſeu ſucceſſorum quilibet potens vel vilis perſona memorato Abbati eiúſque ſucceſſoribus pro anima ſua ſalute tradidiſſet, nullo contradicente aut reſi-*

ſtente liberè atque licenter poſſidere liceret. Theodoricus Childebertum vocat parentem, id eſt, agnatum, Childebertus enim & Theodoricus ex eadem ſtirpe regia proceſſerant, quia Childebertus patrem habuerat Sigibertum Primum, cui frater fuerat Chilpericus proauus Clodouei Tertij, cuius pronepos erat Theodoricus Quartus ſeu Kalenſis. In regij diplomatis fragmento ſuprà recitato videtur obſeruandum, quòd Leobardus dicitur *Monaſterium ſuo opere à nouo fundamento ædificaſſe*, & Childebertus Cœnobio conceſſum vult, *quidquid ipſe vel aliqui prædeceſſorum eius tradidiſſet.* Inde enim colligimus locum, in quo Cellam Leobardus extruxit, antequàm id contingeret, iampridem ab aliis eidem rei deſtinatum fuiſſe.

AN. CH. 586. GVNTCH. R. 25. CHILDEB. II. R. 11. CLOTAR. II. R. 3.

Hoc anno, ſexto Idus Decembris, die Dominico illuceſcente, anno Childeberti Regis duodecimo & Indictione quintâ iam inchoatis mortalem vitam clauſit beata Cæſaria, in Diœceſi Aueniononenſi iuxta oppidum ſancti Andreæ cuius epitaphio ſemieſo ſubiecta reperitur hæc inſcriptio quam fideliter deſcriptam Cæſari Baronio tranſmiſit Franciſcus *Claret* Archidiaconus Arelatenſis. *Obiit bonæ memoriæ Cæſaria, medium noctis die Dominico inluceſcente VI. Id. Decembris, quadragies & VI. P. C. Baſily Iunioris. V. C. C. anno XII. regni domini Childeberti Regis. Indictione quinta.* Baronius mortem beatæ Cæſariæ in annum ſequentem permotus hac temporis notâ, *quadragies & VI. P. C. Baſily Iunioris. V. C. C.* quam cæteris anteponendam duxit, interpretatúſque eſt de anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo, qui quadrageſimus-ſextus haberi debet poſt Conſulatum Baſilij, ſi annus Chriſti quingenteſimus quadrageſimus-ſecundus dicatur primus poſt Baſilij Conſulatum, qui cum anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-primo coincidit. At obſeruare debuit annos qui Conſulibus carent, & in Faſtis numerantur à poſtremis Conſulibus, non eodem ſupputandi modo communiter ab omnibus Chronologis deſignari, primum enim annum qui Conſulibus deſtituitur, alij primum, alij ſecundum poſt præcedentem Conſulatum appellant. Pro priore calculo ſtant Marius Epiſcopus Lauſannenſis & Marcellinus Comes, quorum Faſtis vſi ſumus. Pro poſteriore ſtat Victor Tunnunenſis Epiſcopus. Hic enim è duobus annis inter Lampadium & Oreſtem Conſules atque Iuſtiniani Auguſti tertium Conſulatum interiectis, priorem quidem, poſt Conſulatum Lampadij & Oreſtis annum ſecundum; poſteriorem verò, poſt Conſulatum Lampadij & Oreſtis annum tertium vocat. Similiter duorum annorum, qui ſine Conſulibus poſt Beliſarij Conſulatum fuerunt, alterum, poſt Conſulatum Beliſarij annum ſecundum, alterum poſt eiuſdem Beliſarij Conſulatum tertium nominat, & annum à Conſulatu Baſilij proximum, poſt Baſilij Conſulatum annum ſecundum nuncupat. Inde dubium oboritur, vtrùm in ſubſcriptione de qua loquimur, annus poſt Baſilij Conſulatum quadrageſimus-ſextus annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſextum, an verò annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſeptimum ſignificet. Vt annus ex illis duobus abſque vllo periculo erroris eligatur, conſuli debent aliæ temporis notæ ſimul oppoſitæ, putà Indictio, annus Regis, menſis, dies. Id autem quiſquis præſtiterit, facilè agnoſcet hos Characteres in annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſextum non in ſequentem incidere. Obiit Cæſaria ſexto Idus Decembris, die Dominico, anno duodecimo Childeberti Regis, Indictione quintâ. Anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto per menſem Decembrem non tantùm currebat Indictio quinta, ſed & Childeberti Regis annus duodecimus iam numerabatur. Baronius quia Clodouei Regis mortem triennio ſeriùs in annum Chriſti quingenteſimum decimum-quartum reiecit, & Clotarij regnum vno ampliùs quàm par erat anno produxit, in computandis Childeberti Regis annis à nobis integro quadriennio diſſidet, ideóque anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo, quo Cæſariam obiiſſe ſcribit, illigare non audet Childeberti Regis annum XII. ſed ad marginem innuit anni XII. loco reponendum ſibi videri annum VII. quamquam ſi

XLIV. MORS S. CÆSARIÆ.

AN. CH. 586.
GVNTCH. R. 25.
CHILDEB. II. R. 11.
CLOTAR. II. R. 3.

mors Sigiberti, cui Childebertus filius in regnum ſucceſſit, anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-nono ex Baronij computo collocanda eſt, annus Childeberti Regis ſeptimus non anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo, ſed anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto conuenit. Denique dies ſextus ante Idus Decembris cum die Dominico non coincidit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo cui litera Dominicalis fuit E, ſed anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto qui prædictus fuit literâ Dominicali F. Dices fortaſsè, Childebertum anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto, quo regnum ſuſcepit, ſexto Idus Decembres, id eſt, die octauo Decembris, nondum regnaſſe, nec deeſſe Auctores, qui fauere tibi plurimùm videantur. Childebertus enim teſte Gregorio [a], qui Turonenſis Epiſcopus tunc erat, *die Dominici Natalis*, id eſt, die viceſimo-quinto Decembris, *regnare cœpit*, ſiue, vt Guntchramnus eius patruus apud eundem Gregorium [b] loquitur, *Rex in die ſancto Dominicæ Natiuitatis eſt eleuatus.* At vel ex ipſis Guntchramni verbis liquet in diem Natiuitatis Dominicæ non incidiſſe primordia Childeberti Regis, ſed ſolennem eius eleuationem in Regem, cùm à Sigiberti patris morte nonnihil iam temporis effluxiſſet. Idque manifeſtè docet ipſemet Gregorius, quartum enim Hiſtoriæ librum morte Sigiberti Regis claudit, deinde ſubſequentem ſic auſpicatur. *Igitur interempto Sigiberto apud Victoriacum villam*, (hic locus duabus leucis à Duaco diſtat) *Brunichildis Regina cum filiis*, id eſt, cum liberis, *Pariſius reſidebat. Quod factum cùm ad eam perlatum fuiſſet, & conturbata dolore ac luctu, quid ageret, ignoraret, Gundobaldus Dux adprehenſum Childebertum filium eius paruulum furtim abſtulit, ereptúmque ab imminenti morte, collectiſque gentibus, ſuper quas pater eius regnum tenuerat, Regem inſtituit, vix luſtro ætatis vno iam peracto, qui die Dominici Natalis regnare cœpit.* In monumentis autem publicis initium Principatûs Childebertini non debet à die ſumi quo ſolenniter Rex eleuatus eſt, ſed à die quo Sigibertus eius pater occubuit. Ergo in inſcriptione epitaphio ſanctæ Cæſariæ ſubiecta dies ſextus ante Idus Decembres Indictionis quintæ ſuperiori menſe Septembri iam inchoatæ rectè comparatur cum anno duodecimo Childeberti Regis, id eſt, cum anno Chriſti ſecundùm noſtram computationem quingenteſimo octogeſimo-ſexto. Ioannes *Columbi* non Cæſariam ſcribit, ſed Caſariam, eiúſque mortem anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-ſexto conſignat [c]. Stupendo prorſus modo Chronologiam ſuam componit. Primò, Baſilij Iunioris Conſulatum, cuius mentio fit in epitaphio beatæ Cæſariæ, refert ad annum Chriſti quadringenteſimum-octogeſimum. Deinde Childebertum Regem, ſub cuius anno duodecimo Cæſaria ex hac vita diſceſſit, interpretatur Childebertum Primum, cuius Principatum ab anno Chriſti quingenteſimo decimo-quarto poſt Clodouei patris obitum auſpicatur. Fatemur Conſulem anno Chriſti quadringenteſimo-octogeſimo fuiſſe Baſilium, quem Caſſiodorus, Marius & Continuator Marcellini Comitis in ſuis Chronicis non omiſerunt, & Marius cognomento iuniorem fecit, vt Tomo primo ad illum annum obſeruauimus. Fatemur & multos Auctores reperiri, qui Clodoueo patri Childebertum Primum anno Chriſti quingenteſimo decimo-quarto ſucceſſiſſe tradant. At inficiamur epigraphen, de qua nunc inquirimus, intelligendam eſſe, cùm de Baſilio, cuius Conſulatus in annum Chriſti quadringenteſimum-octogeſimum incidit, tum de Childeberto Primo, qui poſt Clodoueum Magnum regnare cœpit, ſiue anno Chriſti quingenteſimo decimo-quarto, vt Sigebertus, Baronius, aliíque multi perperam aſſerunt, ſiue anno Chriſti quingenteſimo-vndecimo, vt probauimus ſuo loco. Nam Childebertus Clodouei Magni filius in ſua poteſtate nullum oppidum Rhodano impoſitum tenuit anno regni ſui duodecimo, ſiue hic annus poſt Chriſtum natum quingenteſimus viceſimus-tertius, ſiue quingenteſimus viceſimus-ſextus numeretur. Florebant illis temporibus ad Rhodanum regna Burgundionum & Gothorum; Childebertus,

[a] Lib. 5. c. 1.

[b] Lib. 7. c. 4.

[c] Lib. 1. de Geſt. Vaſion. Epiſc. nn. 12. 13. 14.

Clotarius & Theodobertus Francorum Reges anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quarto Burgundiam ſubegerunt; iiſdem Francorum Regibus, quorum amicitiam expetebat, Vitiges Oſtrogothorum Rex anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-ſexto Diœceſim Auenionenſem aliáſque ſponte ceſſit. Hæc ad firmandam noſtram Chronologiam dicta ſunto. AN. CH. 586. GVNTCH. R. 25. CHILDEB. II. R. 11. CLOTAR. II R. 3.

Ex epitaphio beatæ Cæſariæ, quicquid dicat Ioannes *Columbi*, ſuperſunt tantùm quatuor verſus, quos infrà recitabimus, quia teſtantur Cæſariam nuptam fuiſſe Valenti, qui conſentiente vxore, vt ſæpè fieri contingebat, ex coniugio in Sacerdotium tranſierit. Quanto temporis ſpatio Cæſaria manſerit cum marito, aut in ſpelunca poſteà delituerit, Authores non produnt. Virginitatem ſuam illibatam in matrimonio ſeruauit, & in numero virginum habetur à Sauſſaio in Martyrologio Gallicano, & à Gueſnayo in Annalibus Maſſilienſibus ex antiquo Breuiario & manuſcriptis Codicibus Eccleſiæ ac Monaſterij S. Andreæ, *vbi ſacrum virginis caput oſtenditur in argentea lipſanotheca, & deuotionis cauſâ ægrotantium capitibus imponitur, præcipuè eorum qui capitis morbo vexantur, multaque indulgentia conceduntur viſitantibus dictam Eccleſiam & reliquias ſanctæ virginis Cæſariæ die 3. ſolennitatis Pentecoſtes.* Eius tamen feſtum quot annis recolitur ſexto Idus Decembris qui dies obitus fuit. De loco vbi Cæſaria obiit, hæc Franciſcus *Claret* apud Baronium. *Iuxta oppidum S. Andreæ quod in Galliis Oſcitanæ ſitum eſt Diœceſis Auenionenſis, in ſummitate montis, in capella in ipſa rupe exciſa, in qua ſancta Cæſaria agens penitentiam multos annos delituiſſe creditur, videtur hoc epitaphium litteris Romanis maiuſculis in marmore ſemifracto exaratum.* Legi ac deſcribi tantùm potuerunt quatuor hi poſtremi verſus, è quibus patet Valentem Cæſariæ ſuperuixiſſe. XLV. EPITAPHIVM.

Menſibus & geminis concludens tempora vitæ,
Viuit in æternum nullo moritura per æuum.
Iſta Valens fieri fletu manante rogauit, MARITVS.
Iura Sacerdotij ſeruans moreſque iugalis.

Auenionenſes Sacerdotum Valentis interpretantur Epiſcopatum Auenionenſem, idcóque in auctiore Galliæ Chriſtianæ Ioanni Epiſcopo Auenionenſi, qui ſuperiore anno per Miſſum Epiſcopalem Synodo Matiſconenſi ſubſcripſit, ſubrogatur Valens, diciturque claruiſſe annis Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo & quingenteſimo nonageſimo-ſecundo. Suſpicamur horum annorum mentionem fieri ſolâ duntaxat ratione inſcriptionis à nobis iam laudatæ, quæ beatæ Cæſariæ epitaphio ſubiecta reperitur. Ibi enim Baronius reponendum putat annum Childeberti Regis ſeptimum quem anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo illigat, alij verò retinendum cenſent annum Childeberti Regis duodecimum quem ex præmiſſa Baronij ſupputatione cum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſecundo conferunt. At ex adiunctis alius Characteribus Chronologicis oſtendimus ſeruandum eſſe annum Childeberti Regis duodecimum, cúmque per menſem Decembrem concidere cum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto, quo Sanctam Cæſariam ex hac vita ſublatam aſſeruimus. Nihil autem vetat in Auenionenſi Cathedra tunc ſediſſe Pontificem Valentem, qui Ioanni vel exeunte anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto vel ineunte anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto ſucceſſerit. Coniecturam noſtram firmat Vicarius à Ioanne directus ad Synodum Matiſconenſem anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto. Ioannes enim, quominus adeſſet Concilio, videtur impeditus fuiſſe per morbum, quo ingrauescente paulò pòſt extinctus ſit. Quot annos Valens Auenionenſibus præfuerit, incompertum eſt. XLVI. EPISCOPI AVENION.

AN. CH. 587.
GVNTCH. R. 26.
CHILDEB. II. R. 12.
CLOTAR. II. R. 4.

ANNVS
CHRISTI 587.
GVNTCHRAMNI R. 26. 27.
CHILDEBERTI II. R. 12.
CLOTARII II. R. 4.

1. *ANNO duodecimo Childeberti Regis*, id eſt, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo, *Anteſtius in Andegauo à Rege Guntchramno dirigitur, multis ibidem damnis adfligens eos, qui in morte Domnolæ vxoris Nectarij mixti fuerant. Réſque Beppoleni, eò quòd fuerit huius caput ſceleris, in fiſco redigens, Namneticus acceſſit, ac laceſſere cœpit Nonnichium Epiſcopum, dicens. Quia filius tuus in hoc facinus eſt admixtus, vt dignas pro commiſſis ſuis pœnas luat, meritum exigit. Sed puer conſcientiâ accuſante territus, ad Chlotharium filium Chilperici aufugit. Anteſtius verò acceptis fideiuſſoribus ab Epiſcopo, vt in præſentia Regis adeſſet, Sanctonas venit. Sonus autem his diebus exierat, quòd Fredegundis occultos in Hiſpaniis nuncios derigeret, eoſdémque à Palladio Sanctonicæ vrbis Epiſcopo clàm ſuſceptos, & in anteà tranſmiſſos fuiſſe. Erant autem eo tempore dies Quadrageſima ſancta, & Epiſcopus in inſula maris orationis causâ ſeceſſerat. Secundùm conſuetudinem autem dum ad Dominicæ Cœnæ feſta ad Eccleſiam ſuam, populo expectante rediret, ab Anteſtio in via vallatur. Qui nec diſcuſſâ rei veritate dicebat. Non ingredieris vrbem, ſed exilio condemnaberis, quia ſuſcepiſti nuncios inimicæ Domini noſtri Regis. At ille. Neſcio, ait, quid loquaris, tamen quia dies ſancti imminent, accedamus ad vrbem, decurſiſque ſolemnitatum ſanctarum feſtis, poſteà quæcumque volueris obpone, rationem à me accipies, quia quod reputas nihil eſt. At ille. Nequaquam, inquit, ſed non adtinges limen Eccleſiæ tuæ, quia infidelis adparuiſti Domino noſtro Regi. Quid plura? Tenetur in via Epiſcopus, domus Eccleſiæ deſcribitur, réſque diripiuntur. Ciues cum homine obtinere non queunt, vt ſaltem vel celebratâ ſolemnitate Paſchali diſcutiatur. Híſque ſupplicantibus & illo renitente tandem patefecit vulnus quod latebat in pectore. Si, inquit, domum, quam infra territorij Biturigi terminum habere dignoſcitur, meæ ditioni factâ venditione ſubdiderit, quæ flagitatus facio. Alioquin non effugiet manus meas, niſi trudatur exilio. Metuit negare Epiſcopus, ſcripſit, ſubſcripsítque, ac tradidit agrum. Et ſic datis fideiuſſoribus de præſentia ſua ante Regem, in ciuitatem ingredi permiſſus eſt. Tranſactis igitur diebus ſanctis ad Regem pergit. Adfuit & Anteſtius. Sed nihil de his quæ opponebat Epiſcopo potuit adprobare. Epiſcopus autem ad vrbem redire iubetur, & vſque ad Synodum futuram dilatatur, ſi fortè aliqua de his quæ opponebantur euidentiùs poſſint agnoſci. Adfuit & Nonnichius Epiſcopus, qui datis muneribus abſceſſit. Fredegundis verò quaſi ex nomine filij ſui Legatos ad Guntchramnum Regem dirigit, qui reſeratâ petitione, accepto reſponſo, vale dicentes abſcedunt. Sed neſcio quibus cauſis paululum apud metatum ſuum remorati ſunt. Mane autem facto, procedente Rege ad Matutinas, ac præeunte cereo, viſus eſt homo quaſi ebrius in angulo Oratorij dormitare, accinctus gladio, cuius haſta pariete ſuſtentabatur. Hoc viſo Rex exclamauit, dicens. Non eſſe ſimpliciter, hominem ſub hoc horrore noctis tali in loco quieſcere. Obpreſſus autem, & loris reuinctus, interrogabatur quid ſibi hæc vellent. Nec mora, ſupplicio ſubditus, dicit ſe à Legatis qui aduenerant emiſſum fuiſſe, vt Rex deberet interfici. Denique adprehenſi Legati Fredegundis, nihil de his quæ interrogati ſunt confitentur, dicentes. Nos nihil aliud niſi Legationem quam ſuggeſſimus deferemus. Tunc hominem*

PALLADIVS EPISCOPVS SANCTON. ACCVSATVR PRODITIONIS.

LEGATI FREDEGVNDIS AD GVNTCHR.

AN. CH. 587.
GVNTCH. R. 26.
CHILDEB. II. R. 12.
CLOTAR. II. R. 4.

hominem illum diuerſis plagis adfectum, & carceri mancipatum, Legatos per diuerſa loca exilio condemnari præcipit. Manifeſtiſſimè enim patuit ſub hoc dolo à Fredegunde fuiſſe directos, vt Regem interficere deberent. Quod miſericordia Domini non permiſit. Inter quos Baddo ſenior habebatur.

II.
BELLVM IN SEPTIMANIA

*Cùm autem Legati de Hiſpaniis crebrò ad Regem Guntchramnum venirent, & nullius pacis gratiam obtinere potuiſſent, ſed magis inimicitia pullularet, Rex Guntchramnus Albigenſem vrbem nepoti ſuo Childeberto reddidit. Quod cernens Deſiderius Dux, qui maximè in eiuſdem vrbis territorio meliora facultatis ſuæ condiderat, timens ne vltrò expeteretur ab eo, propter antiquam inimicitiam, quòd aliquando in eadem ciuitate exercitum glorioſæ memoriæ Sigiberti Regis grauiter adfeciſſet, cum Tetradia vxore ſua, quam Eulalio tunc Aruerno Comiti abſtulerat, in termino Tholoſano cum rebus omnibus tranſiens exercitum commouet, & contra Gothos abire diſponit diuiſis priùs (vt ferunt) rebus inter filios & coniugem. Adſumptóque ſecum Auſtroualdo Comite, Carcaſſonem petiit. Præparauerant enim ſe hoc audito vrbis illius ciues, quaſi reſiſtere volentes. Audierant autem de his priùs. Deinde inito bello fugere Gothi cœperunt, & Deſiderius cum Auſtroualdo à tergo [illegible]re hoſtem. Illis quoque fugientibus, hic cum paucis ad vrbem acceſſit. Laſſati [illegible] fuerant equites * ſociorum. Tunc ad portam vrbis accedens, vallatus à ciuibus qui intra muros erant, interfectus eſt cum his omnibus qui cum eo fuerant, ita vt vix pauci exinde quodammodo euaderent, qui rem, vt geſta fuerat, annunciarent. Auſtroualdus verò audiens Deſiderium mortuum, de via regreſſus, ad Regem perrexit, qui mox in eius locum Dux ſtatuitur.* Huc vſque Gregorius Turonenſis [a].

* equites, id eſt, eorum.
DESIDERIVS DVX OCCIDITVR.
[a] Lib. 8. capp. 44. 45.

III.
LEWICHILDVS OBIIT.

Poſthæc Lewichildus Wiſigothorum Rex obiit, hoc vtique anno, regni ſui decimo-octauo, Mauritii Imperatoris quarto, Childeberti Regis duodecimo, ſecundâ die Aprilis, feriâ quartâ, Erâ ſexcenteſimâ viceſimâ-quintâ. Teſtes huius epochæ ſunt Gregorius Turonenſis [b] in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica, Ioannes Biclarenſis, Iſidorus & Maximus in ſuis Chronicis. Vitioſè legitur apud Iſidorum Era DCXXXV. abundat x. idque ex eo ſatis colligitur, quod ibidem Leuuigildus dicitur adeptus regnum Erâ ſexcenteſimâ octauâ, & fato functus anno regni decimo-octauo. *Poſt mortem Leuuieldi Hiſpanorum Regis*, vt Gregorius Turonenſis ſubiungit [c], *Richaredus filius eius fœdus iniit cum Goiſuintha relicta patris ſui, eamque vt matrem ſuſcepit. Hæc enim erat mater Brunichildis Reginæ, matris Childeberti iunioris. Richaredus verò de alia vxore erat filius Leuuieldi. Denique cum nouerca habito conſilio, Legatos ad Guntchramnum Regem atque Childebertum dirigit, dicens. Pacem habete nobiſcum, & ineamus fœdus, vt adiuti præſidio veſtro, cùm neceſſitas popoſcerit, ſimili nos conditione intercedente charitate muniamus. Venientes verò Legati, qui ad Guntchramnum Regem directi erant, apud Matiſcenſem * oppidum iuſſi ſunt reſidere. Ibique tranſmiſſis viris, Rex cauſas cognouit, ſed recipere noluit verba eorum. Vnde talis poſtmodum inter eos inimicitia pullulauit, vt ad ciuitates Septimaniæ nullum de regno eius tranſire permitterent. Hi verò, qui ad Childebertum Regem venerunt, cum charitate recepti ſunt, datiſque muneribus, acceptâ pace cum muneribus ſunt regreſſi.*

[b] Lib. 8. c. 46.
[c] Lib. 9. c. 1.
RICHAREDVS LEGATOS MITTIT AD REGES FRANCORVM.
* Maſcon.

IV.
S. RADEGVNDIS MORS.

Eo anno, nempe Childeberti Regis duodecimo, *beatiſſima Radegundis obiit menſe ſexto, tertiâ-decimâ die menſis.* Verba ſunt Gregorii Turonenſis [d]. Baudonivia diem eundem notat, Idus ſcilicet Auguſtas, quas in feriam quartam incidiſſe teſtatur. *Quartâ feriâ*, inquit, *mane primo, Idus Auguſti, quo fecerat idem menſis dies* XIII. *clauſi ſunt eius oculi.* Currebat igitur litera Dominicalis E, quâ prædictus fuit annus Chriſti quingenteſimus octogeſimus-ſeptimus, vnde liquet Chronologiam noſtram optimè conſtare. Radegundis, cùm obiiſſet Idibus Auguſtis, quo die colitur in Tabulis Eccleſiaſticis, ſepulta eſt poſt triduum, vt aſſerit Gregorius [e] Turonenſis, qui præſens adfuit ad eam ſepeliendam, & quæ geſta ſunt in illius ſepultura, ſic enarrat in libro [f] de gloria Confeſſorum. *Beata Radegundis poſt emeritos vitæ labores ab hoc mundo migrans,*

[d] Lib. 9. c. 2.
[e] Lib. 9. cap. 2.
[f] Cap. 106.

AN. CH. 587. GVNTCH. R. 26. CHILDEB. II. R. 12. CLOTAR. II. R. 4.

de cuius tranſitu accipientes nuncium, ad Monaſterium Pictauenſis vrbis acceſsimus, quod ipſa inſtituerat, reperimus autem eam iacentem in feretro, cuius ſanctæ facies ita fulgebat, vt liliorum roſarúmque ſperneret pulchritudinem. Stabat enim circa feretrum multitudo immenſa ſanctimonialium ad numerum circiter ducentarum, quæ per illius prædicationem conuerſæ vitam ſanctam agebant, quæ ſecundùm ſæculi dignitatem non modò de Senatoribus, verùm etiam nonnullæ de ipſa Regali ſtirpe hac religionis formâ florebant. Stabant autem plangentes, &c. Conuerſus ad Abbatiſſam aio. Deſinite parumper ab his fletibus, & ea potiùs quæ ſunt neceſſaria pertractate. Ecce frater noſter Marouens huius vrbis Epiſcopus non eſt coràm, eò quòd illum cauſa viſendarum parochiarum elongauerit. SEPVLTVRA. *Nunc autem habete conſilium, ne ſanctum corpuſculum iniuriam patiatur, & gratia, quam Deus beatis artubus præſtitit, auferatur, dum tempus ſepulturæ differtur. Accelerate debitas exequias, vt ſepulchro cum honore reddatur. Ad hæc Abbatiſſa reſpondit. Et quid faciemus, ſi Epiſcopus vrbis non aduenerit, quia locus ille, quo ſepeliri debet, non eſt Sacerdotali benedictione ſacratus. Tunc ciues & reliqui viri honorati, qui ad exequias beatæ Reginæ conuenerant, imperant paruitati meæ, dicentes. Præſume de charitate fratris tui, & benedic altare illud. Confidimus enim de eius beneuolentia, quòd moleſtum non ferat. Præſume precamur, vt caro ſancta ſepulturæ reddatur, & ſic ab illis iniunctum altare in cellula ipſa ſacraui. Verùm vbi ſanctum corpus mouentes, pſallendo deducere cœpimus, mox energumeni declamantes, & Sanctam Dei confitentes, torqueri ſe ab ea fatebantur. Tranſeuntibus autem nobis ſub muro, iterum caterua virginum per feneſtras turrium, & ipſa quoque muri propugnacula, voces proferre ac lamentari cœpit, ita vt inter ſonos fletuum atque conliſiones palmarum, nullus poſſet à lachrymis temperare, ſed & ipſi quoque Clerici, quorum erat pſallendi officium, vix inter ſingultus & lachrymas Antiphonam potuerunt explicare, dehinc accedimus ad ſepulchrum. Nam prouidentia Abbatiſſæ capſam ligneam fecerat, in qua corpus aromatibus conditum incluſerat, & ob hoc foſſa ſepulturæ ſpatioſior erat, itaut ablatis duorum ſepulchrorum ſingulis ſpondis, ac de latere iuncta capſa cum ſanctis artubus locaretur. Tunc factâ oratione diſceſsimus, reſeruantes Epiſcopo loci, vt ab eo celebratâ Miſſâ tegeretur operculo. Redeuntes verò ad Monaſterium, ducebat nos Abbatiſſa cum virginibus per loca ſingula, in quibus Sancta legere conſueuerat aut orare.*

MIRACVLA. Baudoniuia Monialis addit duo inſignia miracula. *Cùm ſub muro à pſallentibus ſanctum eius corpus portaretur, quia inſtituerat, vt nulla viuens foris Monaſterij ianuam egrederetur, tota Congregatio ſupra murum lamentans, itaut planctus earum ſuperaret ipſos pſalentes, pro pſalmo lacrimas, pro cantico mugitum, & gemitum pro alleluya reddebant. Rogauerunt deſurſum vt ſubtus turrim repauſaretur feretrum, grauiter ſuſtinentes eius abſentiam, ſcilicet vt ſuam fidelem Dominus declararet in medio populi; vbi dum pauſaretur ſanctum corpus, cæcum illuminauit, qui multis annis lumen diei non viderat, poſt feretrum nullo ſuſtentante vadens, tanquam ſi nullum habuiſſet laborem oculorum, ad ſanctum ſepulchrum abiit, & vſque hodie clarè videt. Non prætermittatur & aliud miraculum. Vbi eam ſepeliuit ſupradictus Epiſcopus, compertorium non poſuit, antequàm Pontifex loci veniret, liberéque ante eam cereos portauerunt, tota in giro ſepulchri aſtabant, vnaquæque in ſuo cereo ſuum nomen dabat ſcriptum, tota vni ex famulis cereos ipſos iuxta ordinationem tradebant. Fit contentio in populo. Alij dicebant cereos ipſos in eius ſanctum ſepulchrum missi, alij dicebant non. Dum iſtud ageretur, de pueri brachio, qui totos tenebat, exiliit vnus in alto ſuper omnium populum, & ſe in ſepulchro ad pedes beatæ poſuit, & quod hæſitabatur declarauit. Reſpicientes ad nomen eius, cuius eſſet cereus, inuentum eſt Calua nomen. Hoc videns Epiſcopus vel omnis populus, admirantes virtutem beatæ Radegundis, Domino benedixerunt.* Moniales, quas illa Pictauij conſtituerat, Epiſcopi Marouei gratiam, quam tantopere quæſiuerant, nondum erant adeptæ, quid ſecutum ſit, ita docet Gregorius Turonenſis [a]. *Tempus migrationis beatæ Radegundis aduenit. Quâ migrante, iterum petiit Abbatiſſa, ſe ſub Sacerdotis ſui poteſtate degere. Quod ille cùm primùm reſpuere voluiſſet, conſilio ſuorum promiſit ſe Patrem earum, ſicut di-*

[a] Lib. 9. c. 40.

gnum erat fac[e]ri, & vbi neceſſitas fuiſſet, ſuam præbere defenſionem. Vnde factum eſt vt abierat ad Childebertum Regem præceptionem eliceret, vt ei hoc Monaſterium ſicut reliquas parochias regulariter liceat gubernare. Sed neſcio quid adhuc in eius animo is reſidebat quod moueret ſcandalum, vt dicturi ſumus poſt biennium. AN. CH. 587. GVNTCH. R. 26. CHILDEB. II. R. 12. CLOTAR. II. R. 4. V.

Extant apud Gregorium Turonenſem * literæ, quas loco teſtamenti ſcripſit Radegundis, & ad omnes Epiſcopos regni direxit. Prolixæ ſunt, dignæ tamen quæ recitentur à nobis integræ, quoniam allegari poſſunt in confirmationem multarum rerum quas diuerſis locis expoſuimus. *Dominis ſanctis & Apoſtolicâ ſede digniſſimis in Chriſto Patribus, Radegundis peccatrix. Congruæ prouiſionis tunc roborabiliter ad effectum tendit exordium, cùm generalibus Patribus, medicis ac paſtoribus ouilis ſibi commiſſi cauſſa auribus traditur, cuius ſenſibus commendatur. Quorum participatio de charitate, conſilium de poteſtate, ſuffragium de oratione miniſtrare poterit interuentum. Et quoniam olim vinclis laicalibus abſoluta, diuinâ prouidente & inſpirante clementiâ, ad religionis normam viſa ſum ſpontanea duce Chriſto tranſlata, hac prona mentis ſtudio cogitans etiam de aliarum profectibus, vt annuente Domino mea deſideria efficerentur reliquis profutura, inſtituente atque remunerante præcellentiſſimo domno Rege Chlothario, Monaſterium puellarum Pictauâ vrbe conſtitui, conditúmque, quantum mihi munificentia regalis eſt largita, factâ donatione dotaui. Inſuper Congregationi per me Chriſto præſtante collecta Regulam, ſub qua ſancta Cæſaria deguit, quam ſolicitudo beati Cæſarij Antiſtitis Arelatenſis ex inſtitutione ſanctorum Patrum conuenienter collegit, adſciui. Cui conſentientibus beatiſſimis vel huius ciuitatis vel reliquis Pontificibus, electione etiam noſtra Congregationis, domnam & ſororem meam Agnetem, quam ab ineunte ætate loco filiæ colui & eduxi, Abbatiſſam inſtitui, ac me poſt Deum eius ordinationi regulariter obedituram commiſi. Cuique formam Apoſtolicam obſeruantes, tam ego quàm ſorores de ſubſtantia terrena, quæ poſſidere videbamur, factis chartis tradidimus, metu Ananiæ & Sapphiræ, in Monaſterio poſitæ, nihil proprium reſeruantes. Sed quoniam incerta ſunt humanæ conditionis momenta vel tempora, quippe mundo in fine currente, cùm aliqui magis propria quàm diuinæ cupiant voluntati ſeruire, zelo ducta Dei hanc ſuggeſtionis meæ paginam Apoſtolatûs veſtri in Chriſti nomine ſuperſtes porrigo vel deuota. Et quia præſens non valui, quaſi veſtris prouoluta veſtigiis, epiſtolæ vicarietate proſternor, coniurans per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, ac diem tremendi iudicij, ſic repræſentatos vos non tyrannus oppugnet, ſed legitimus Rex coronet, vt ſi caſu poſt meum obitum quæcumque perſona vel loci eiuſdem Pontifex, ſeu poteſtas Principis, vel alius aliquis (quod nec fieri credimus) Congregationem, vel ſuaſu maliuolo, vel impulſu iudiciario perturbare tentauerit, aut Regulam frangere, ſeu Abbatiſſam alteram quàm ſororem meam Agnetem, quam beatiſſimi Germani præſentibus ſuis fratribus benedictio conſecrauit, aut ipſa Congregatio (quod fieri non poteſt) habitâ murmuratione mutare contenderit, vel quaſdem dominationes in Monaſterio vel rebus Monaſterij, quæcumque perſona vel Pontifex loci, præter quas anteceſſores Epiſcopi aut alij me ſuperſtite habuerunt, nouo priuilegio quicumque adſciſcere voluerit, aut extra Regulam exinde egredi quis tentauerit, ſeu de rebus quas in me præcellentiſſimus domnus Chlotharius, vel præcellentiſſimi domni Regis filij ſui contulerunt, & ego ex eius præceptionis permiſſo, Monaſterio tradidi poſſidendum, & per auctoritatem præcellentiſſimorum domnorum Regum Chariberti, Guntchramni, Chilperici & Sigiberti, cum ſacramenti interpoſitione, & ſuarum manuum ſubſcriptionibus obtinui confirmari, aut ex his quæ alij pro animarum ſuarum remedio, vel ſorores ibidem de rebus propriis contulerunt, aliquis Princeps, aut Pontifex, aut potentes, aut de ſororibus cuiuſlibet perſona auſu minuere, aut ſibimet ad proprietatem reuocare ſacrilego voto contenderit, ita veſtram Sanctitatem Succeſſorumque veſtrorum poſt Deum pro mea ſupplicatione & Chriſti voluntate incurrat: vt ſicut prædones & ſpoliatores pauperum extra gratiam veſtram habeantur, nunquam de noſtra Regula, vel de rebus Monaſterij obſiſtentibus vobis imminuere valeat aliquid aut mutare. Hoc etiam deprecans, vt cùm Deus prædi-*

* Lib. 9. c. 42.

TESTAMENTVM.

AN. CH. 587.
GVNTCH. R. 26.
CHILDEB. II. R. 12.
CLOTAR. II. R. 4.

etiam ſororem noſtram Agnetem de ſæculo migrare voluerit, illa in loco eius Abbatiſſa de noſtra Congregatione debeat ordinari, quæ Deo & ipſi placuerit, cuſtodiens Regulam, & nihil de propoſita ſanctitatis imminuat. Nam numquam propria aut cuiuſcumque voluntas præcipitet. Quòd ſi, (quod abſit) contra Dei mandatum & auctoritatem Regum aliquis de ſupraſcriptis conditionibus coram Domino & Sanctis eius precabiliter commendatis agere, aut de perſona aut ſubſtantia minuenda voluerit, aut memoratæ ſorori meæ Agneti Abbatiſſæ moleſtias aliquas inferre tentauerit, Dei & ſanctæ Crucis & beatæ Mariæ incurrat iudicium, & beatos Confeſſores Hilarium & Martinum, quibus poſt Deum ſorores meas tradidi defendendas, ipſos habeat contradictores & perſecutores. Te quoque, beate Pontifex, ſucceſſoréſque veſtros, quos patronos in cauſa Dei diligenter adſciſco, ſi (quod abſit) extiterit qui contra hæc aliquid moliri tentauerit, pro refellendo & confutando Dei hoſte, non pigeat ad Regem, quem eo tempore locus iſte reſpexerit, vel ad Pictauam ciuitatem pro re vobis ante Dominum commendata percurrere, & contra aliorum iniuſtitiam executores & defenſores iuſtitiæ laborare, vt tale nephas nullo modo ſuis admitti temporibus Rex patiatur Catholicus, nec conuelli permittat quod Dei & meâ & Regum ipſorum voluntate firmatum eſt. Simul etiam Principes, quos Deus pro gubernatione populi poſt deceſſum meum ſupereſſe præceperit, coniuro per Regem, cuius regni non erit finis, & ad cuius nutum regna conſiſtunt, qui eis donauit ipſum viuere vel regnare, vt Monaſterium quod ex permiſſo & ſolatio domnorum Regum, patris vel aui eorum, conſtruxiſſe viſa ſum, & ordinaſſe regulariter, vel dotaſſe, ſub ſua tuitione & ſermone vnà cum Agnete Abbatiſſa iubeant gubernare, & à nullo neque ſæpè dictam Abbatiſſam noſtram, neque aliquid ad noſtrum Monaſterium pertinens moleſtari, aut inquietari, vel exinde imminui, aut aliquid mutari permittant. Sed magis pro Dei intuitu, vnà cum domnis Epiſcopis, ipſi me ſupplicante coram Redemptore gentium, ſicut eis commendo, defenſari iubeant & muniri, vt in honore Dei famulas proſequentes, cum defenſore pauperum, & ſponſo virginum, perpetualiter æterno ſocientur in regno. Illud quoque vos ſanctos Pontifices, & præcellentiſſimos domnos Reges, & vniuerſum populum Chriſtianum, coniuro per fidem Catholicam in qua baptizati eſtis, & Eccleſias conſeruatis, vt in Baſilica, quam in ſanctæ Mariæ Dominæ genitricis honore cœpimus ædificare, vbi etiam multæ ſorores noſtræ conditæ ſunt in requie, ſiue perfecta, ſiue imperfecta, cùm me Deus de hac luce migrare præceperit, corpuſculum meum ibi debeat ſepeliri. Quod ſi quis aliud inde voluerit, aut fieri tentauerit, obtinente cruce Chriſti, & beatâ Mariâ, diuinam vltionem incurrat, & vobis intercurrentibus, in loco ipſius Baſilicæ merear cum Sororum Congregatione obtinere loculum ſepulturæ. Et vt hæc ſupplicatio mea, quam manu propriâ ſubſcripſi, vt in vniuerſalis Eccleſiæ archiuo ſeruetur, effuſis cum lachrymis deprecor, quatenus ſi contra improbos aliquos neceſſitas exegerit, vt veſtrâ defenſione ſoror mea Agnes Abbatiſſa, vel Congregatio eius, quo ſuccurri ſibi popoſcerint, veſtræ miſericordiæ pia conſolatio opem paſtorali ſolicitudine ſubminiſtret. Nec de me deſtitutas ſe proclament, quibus Deus præſidium veſtræ gratiæ præparauit. Illud vobis in omnibus ante oculos reuocantes, per ipſum, qui de Cruce glorioſa Virginem ſuam genitricem beato Ioanni Apoſtolo commendauit, vt qualiter ab illo completum eſt Domini mandatum, ſic ſit apud vos, indigna & humilis domnis meis Eccleſiæ Patribus & viris Apoſtolicis quod commendo. Quod cùm dignanter ſeruaueritis depoſitum, meritis participes, cuius impletis mandatum Apoſtolicum, dignè reparetis exemplum.

Quonam anno datæ ſint hæ literæ non liquet. Sirmondus ad Synodum Turonenſem regnante Chariberto miſſas putauit. Certè ſeriùs ſcriptæ fuerunt cùm Radegundis ætate iam eſſet grandæua, poſt obitum Sigiberti Regis, qui anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto interiit, aut etiam poſt obitum Chilperici Regis, qui anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto necatus eſt, aut etiam ambos Sigibertum enim mortuum & Chilpericum vitâ functos iiſdem literis teſtata eſt Radegundis, cùm Monaſterium dixit à ſe conſtructum *ex permiſſo & ſolatio domnorum Regum, patris vel aui eorum*, nam vocem *aui* vſurpare non potuit niſi

cum relatione ad nepotem aut etiam ad nepotes, ita vt per auum intelligeret Clotarium ſeniorem, ſuum olim coniugem, per nepotem verò Childebertum iuniorem eiuſdem Clotarij ſenioris ex Sigiberto filio nepotem, aut per nepotes deſignaret prædictum Childebertum iuniorem Clotarij ſenioris nepotem ex Sigiberto filio & Clotarium Secundum eiuſdem Clotarij ſenioris nepotem ex filio Chilperico. Inter varia monumenta, quæ poſt Hiſtoriam Aquitanicam ſubiecta ſunt, ſub teſtamenti nomine reperiuntur literæ Radegundis ſupra citatæ, ſed auctiores & ſubſcriptionibus Epiſcoporum firmatæ, totam tamen auctoritatem mutuantur à Gregorio Turonenſi, nec vlla fides aut additamento aut ſubſcriptionibus haberi debet. Subſcriptiones Epiſcoporum tales ſunt. *Marouaus Pictauorum ciuitatis Epiſcopus præſente dominâ meâ Radegunde ſubſcripſi. Paſcentius Epiſcopus in Chriſti nomine ſubſcripſi. Gregorius Turonicæ ciuitatis Archiepiſcopus rogante dominâ Radegunde ſubſcripſi. Medardus indignus Epiſcopus Sueſſionenſis ſubſcripſi. Germanus Pariſiorum ciuitatis Epiſcopus.* Errores in quos Auctor illarum ſubſcriptionum incidit, paucis aduerte. Eodem tempore duos ſtatuit Eccleſiæ Pictauienſis Epiſcopos, Marouеum ſcilicet ac Paſcentium eiuſdem Marouei deceſſorem. Gregorium Turonicæ ciuitatis Archiepiſcopum appellat, illâ autem ætate Metropolitanarum Sedium Pontifices in Gallia nondum vocabantur Archiepiſcopi. Medardum, qui Diœceſes Nouiomenſem ac Tornacenſem rexit, Epiſcopum Sueſſionenſem nuncupat. Vult eundem Medardum ſubſcripſiſſe cum quatuor aliis Epiſcopis, qui poſt eius obitum ſiue poſt annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-quintum promoti ſunt ad Pontificiam dignitatem. Denique, ſi quod ex ſupradictis admodum probabile videtur, literæ Radegundis poſt mortem Chilperici Regis ſeu poſt annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum ſubſcriptæ ſunt, eas affirmat à quinque ſubſcriptas Epiſcopis, è quibus duo duntaxat, Maroueus videlicet Epiſcopus Pictauienſis & Gregorius Epiſcopus Metropolitanus Turonenſis, in viuis adhuc ſupererant. Lectorem igitur facilius hic fefelliſſet impoſtor, ſi Gregorium haud nominaſſet Archiepiſcopum, & ſubſcriptiones Epiſcoporum ad duas, Marouei nempe Pictauienſis & Gregorij Turonenſis Metropolitani, redegiſſet. Apud eundem Auctorem pro Baſilica, cui nomen ſanctæ Radegundis inditum fuit, duo leguntur diplomata, vnum Clotarij Regis, alterum Childeberti, Gontrani, Sigiberti & Chilperici Regum. Neutri fides eſt habenda. Primum commentitium tres hæ res demonſtrant; *Clotarius* inſcribitur *filius Clodouei, nuper Rex Sueſſionum, modo Monarcha Franciæ*; Baſilica fundatur *inſtar Eccleſiæ Turonenſis & ſancti Marci Sueſſionis*; poſtremò ſtatuitur, vt illius loci *Prior non ſit niſi ſolùm Adminiſtrator & Commendatarius*. Cùm multi Reges in Francia regnabant, ij Franciam quidem diuidebant in varia regna, ſed quotquot erant, Reges Francorum appellabantur, nullus ſe Regem dicebat aut prouinciæ cui dominabatur, aut ciuitatis in qua ſedem regni collocarat. Clotarius igitur nec vnquam ſe Regem Sueſſionum inſcripſit, nec poſt Childeberti fratris obitum ſe Monarcham Franciæ nuncupauit cum reſpectu ad priorem ſortem, quæ quartam duntaxat Franciæ partem, deinde tertiam, tum dimidiam complexa fuerat. Idem Clotarius Sueſſione Baſilicam inchoauit in honorem ſancti Medardi, cuius vocabulum lapſu temporis apud plebem in beati Marci nomen ſic abiit, vt illa Eccleſia vulgò *S. Marc* etiamnum vocetur, atque inde colligere eſt diplomatis architectum, qui Clotario impoſuit, ab eius ætate procul abfuiſſe. Tituli quoque Adminiſtratoris & Commendatarij, qui nouæ Baſilicæ Priori tribuuntur, æuum Clotarij Regis minimè ſapiunt. Alterum Præceptum, quo dona Clotarij Regis à quatuor eius filiis confirmata perhibentur, æquè ſuppoſititium oſtenditur, quia quatuor hi Reges ſic exprimuntur, *Childebertus Rex Pariſienſis, Gontrannus Rex Aurelianenſis, Sigibertus Rex Metenſis, Chilpericus Rex Sueſſionenſis*, & ſubſcriptiones Epiſcoporum ita producuntur, *Gregorius Turonicæ Sedis Archipræſul, Marouaus Pictauorum Epiſcopus*. Nam qui natu ma-

AN. CH. 587.

GVNTCH. R. 26.
CHILDEB. II. R. 12.
CLOTAR. II. R. 4.

AN. CH. 587.

GVNTCH. R. 26. CHILDEB. II. R. 12. CLOTAR. II. R. 4.

ximus inter filios Clotarij fuit, is non Childeberti ſed Chariberti nomen geſſit, & Charibertum tres alij ſecuti ſunt non eo quo ſuprà recitati ſunt ordine, Gontranus, Sigibertus, Chilpericus, ſed hoc quo apud Gregorium[a] Turonenſem, apud Fredegarium [b] Scholaſticum & apud Authorem [c] libri de Geſtis Regum Francorum referuntur, Guntchramnus, Chilpericus, Sigibertus. Deinde, vt dictum eſt ſuprà, Reges Francorum ab vrbe regia nec Pariſienſes, nec Aurelianenſes, nec Sueſſionenſes, nec Metenſes fuerunt aliquando cognominati. Denique duo ſubſcribunt Epiſcopi, Gregorius Turonenſis & Marouecus Pictauienſis, de quorum quidem ætate nullum eſt dubium, ſed Gregorius, qui, quoniam Metropolitanæ Eccleſiæ Turonenſi præerat, *Archipræſul* inſcribitur, numquam ſe vel Archiepiſcopum vel Archipræſulem nominauit.

[a] Lib. 4. c. 22. [b] Hiſt. epit. cap. 55. [c] Cap. 29.

VI. IVNIANVS ABB. MARIAC. MORITVR.

Eâdem horâ quâ beata Radegundis ad Deum tranſiuit, in cælumquoque migrauit ſanctus Iunianus. Hic quamuis Cœnobium Mariacenſe conſtruxiſſet, & Pater eſſet Monaſterij, tamen ſolitariæ vitæ ſtudio Coloniacum frequenter ſecedebat. Tandem multis laboribus in Dei cultu exantlatis mortem ſibi impendere præuidens in febrim incidit, & conuocatos diſcipulos ad mundi contemptum adhortatus eſt. Sub auroram beata illius anima ad cælos euolauit. Præceperat autem vt quàm primùm mortuus eſſet, mitteretur aliquis ad Radegundem, vt pro ſe preces funderet. Hæc idem fieri iuſſerat. Nuncij ex vtraque parte profecti ſibi inuicem occurrerunt medio itinere, ſicque compertum eſt eâdem prorſus horâ Iunianum & Radegundem obiiſſe. Innumerabilis Monachorum & populorum turba ad exequias beati Iuniani properauit. Qui feretrum geſtabant aliquâ itineris parte iam confectâ immobiles conſtiterunt, reparatiſque viribus vlteriùs progredi fruſtrà conati ſunt. Attoniti Deum orarunt vt quid opus facto eſſet patefaceret. Finitâ oratione corpus, quod Coloniacum ferebant, Mariacum deferre ſtatuerunt, mox ſine vllâ difficultate rectà contenderunt Mariacum, vbi ſacras reliquias ſommo cum honore condiderunt. Sancto Iuniano in regimen Monaſterij Mariacenſis * ſucceſſit Auremundus eius diſcipulus, cuius elogium apud Boetium Wlfinum in vita ipſius Abbatis Iuniani reperies.

* de Mairé.

VII. GVNTCHR. REGI STRVVNTVR INSIDIÆ.

Cabillone, die quartâ menſis Septembris, ſancto Marcello ſacrâ, *vbi Guntchramnus Rex, peracta * ſolemnia, ad ſacroſanctum altarium communicandi gratiâ acceßiſſet, venit quidam quaſi aliquid ſuggeſturus. Qui dum properat contra Regem, culter ei de manu dilabitur. Adprehenſumque * repente, alium cultrum euaginatum in manu eius reperiunt. Nec mora, eductus à Baſilica ſancta vinctus & tormentis addictus confitetur ſe emiſſum ad interficiendum Regem dicens. Sic enim tractauit qui me miſit. Quia cognouit Rex multorum in ſe odia adgregata, & ſuſpectus ne percutiatur, omnino ſe à ſuis vallari præcipit, nec reperitur aditus, qualiter ad eum cum gladiis poßimus accedere, niſi in Eccleſia, in qua ſecurus & nihil metuens ſtare dignoſcitur, tranſuerberetur. Sed & his, de quibus locutus fuit, adprehenſis, multis interemptis, hunc verberatum plagis dimiſit viuum, quia nefas putauit, ſi is, qui ab Eccleſia eductus fuerat, truncaretur.* Hæc Gregorius Turonenſis [d].

* id eſt, peractis ſolemnibus. * id eſt, adprehenſo.

[d] Lib. 9. c. 3.

VIII. NASCITVR THEODORICVS II.

Eo anno Childeberto Regi alius filius natus eſt, quem Veranus Cauillonenſis Epiſcopus, (in nonnullis exemplaribus Gregorij [e] perperam legitur Cabillonenſis) *ſuſcipiens à lauacro Theodorici nomen poſuit. Erat enim eo tempore ipſe Pontifex magnis virtutibus præditus, itaut plerumque infirmis ſignum Crucis imponens ſtatim ſanitati tribuente Domino reſtauraret.* Miramur iſta in Codice ſancti Michaelis deſiderari.

[e] Lib. 9. c. 4.

IX. DESIDERIVS IMPOSTOR.

Fuit eo anno in vrbe Turonica Deſiderius nomine, qui ſe magnum quemdam eſſe dicebat, adſerens ſe multa poſſe facere ſigna. Nam & nuncios inter ſe atque Petrum Paulúmque Apoſtolos diſcurrere iactitabat. Ad quem, quia Gregorius Epiſcopus, qui hæc ipſemet deſcripſit [f], præſens non erat, *ruſticitas populi multa confluxerat, deferentes ſecum cæcos & debiles, quos non ſanctitate ſanare, ſed errore ne-*

[f] Lib. 9. c. 6.

AN. CH. 587.
GVNTCH. R. 26.
CHILDEB. II. R. 12.
CLOTAR. II. R. 4.

cromanticæ ingenij quærebat inludere. Nam hos qui erant paralytici, aut aliâ impediti debilitate, iubebat validè extendi, vt quos virtutis diuinæ largitione dirigere non poterat, quaſi per induſtriam reſtauraret. Denique adprehendebant pueri eius manus hominum, alij verò pedes, tractóſque diuerſas in partes itaut nerui putarentur abrumpi, cùm non ſanarentur, dimittebantur examines. Vnde factum eſt, vt in hoc ſupplicio multi ſpiritum exhalarent. Tantumque miſer elatus erat, vt minorem ſibi beatum Martinum eſſe diceret, ſe verò Apoſtolis coæquaret. Habebat autem cucullam ac tunicam de pilis caprarum. Et in præſenti quidem abſtinens erat à cibis & potu. Clàm autem cùm in diuerſorio veniſſet, ita infarcibat potum in ore, vt miniſter non occurreret tantùm poſcenti porrigere. Sed detecta doloſitas & deprehenſus eſt & eiectus extra vrbis terminum. Nec cognitum eſt deinceps quò abiſſet. *Dicebat tamen ciuem ſe eſſe Burdegalenſem.*

X. VASCONES IRRVVNT IN NOVEMPOPVL.

Ennodius cùm Ducatum vrbium Turonicæ atque Pictauæ adminiſtraret, adhuc & Vici Iulienſis atque Benarnæ vrbium Principatum accepit. Sed euntibus Comitibus Turonicæ atque Pictauæ vrbis ad Regem Childebertum, obtinuerunt eum à ſe remoueri. Ille verò vbi ſe remotum de his ſenſit, ad ciuitates ſuperiùs memoratas properat. Sed dum in illis commoraretur, mandatum accepit vt ſe ab eiſdem remoueret. Et ſic accepto ocio, ad domum ſuam reuerſus, priuati operis curam gerit. Waſcones verò de montibus prorumpentes in plana deſcendunt, vineas agróſque depopulantes, domos tradentes incendio, nonnullos abducentes captiuos cum pecoribus. Contra quos ſæpiùs Auſtrobaldus Dux proceſſit, ſed paruam vltionem exegit ab eis. Hæc Gregorius [a], ex quibus intelligas partem Nouempopulaniæ à Vaſconibus direptam fuiſſe. Frequentibus Vaſconum irruptionibus obnoxia fuit ea prouincia ſub Regibus Guntchramno, Childeberto eiúſque filiis ac ſucceſſoribus Theodoberto, & Theodorico, donec hic anno regni ſui ſeptimo, Chriſti ſexcenteſimo-ſecundo, Theodobertum fratrem in auxilium vocauit, & Vaſcones qui multa loca cis Pyrenæum montem iam occupauerant in poteſtatem redegit, vt ſuo loco ex Fredegario [b] recitabimus.

[a] Lib. 9. c. 7.

[b] Cap. 41.

XI. GVNTCHRAMNVS BOSO PER EPISCOPOS VENIAM PRECATVR.

Guntchramnus Boſo cùm exoſus Reginæ haberetur, cœpit per Epiſcopos ac Proceres diſcurrere, & veniam miſerò precari, quam antè deſpexerat. Nam cùm Rex Childebertus eſſet iunior, Brunichildem Reginam ſæpè conuiciis atque improperiis laceſſibat. Sed & iniuriis, quæ ei ab aduerſis inferebantur, fautor exstiterat. Sed & Rex ad vlciſcendam iniuriam genitricis, iuſſit eum perſequi atque interfici. Ille verò cùm ſe cerneret poſitum in diſcrimine, Viridunenſem Eccleſiam petiit, per Agericum præſtus Epiſcopum, qui erat Regis pater ex lauacro, veniam impetrare confidens. Tunc Pontifex ad Regem properat deprecaturque pro eo. Cui Rex cùm negare nequiret quæ petebat ait. Veniat coram nobis & datis fideiuſſoribus in præſentia patrui mei, quicquid illius iudicium decreuerit, exequamur. Tunc adductus ad locum vbi Rex morabatur, nudatus armis ac per manicas tentus, ab Epiſcopo repræſentatur Regi. Ad cuius prouolutus pedes ait. Peccaui tibi ac genitrici tuæ, non obediendo præceptionibus veſtris, ſed agendo contra voluntatem veſtram atque vtilitatem publicam. Nunc autem rogo vt indulgeatis malis meis quæ contra vos geſſi. Rex autem iuſſit eum leuari à terra & poſuit in manu Epiſcopi dicens. Sit penes te, ſancte Sacerdos, donec in præſentiam Guntchramni Regis adueniat, & iuſſit eum diſcedere. Hæc Gregorius Turonenſis [c], cetera inferiùs.

[c] Lib. 9. c. 8.

XII. RAVCHINGVS INTERFICITVR

Rauchingus, qui Clotarij quondam Regis filium ac Childeberti patruum mentiebatur, congreſſum habuit cum Proceribus è regno Clotarij ſpecie tractandæ pacis, vt fines vtriuſque regni prædis ac direptionibus eximerentur, aliud autem animo meditatus cum iis conuenit in hoc pactum, vt interfecto Childeberto ipſe cum Theodoberto ſeniore Childeberti filio regnum Campaniæ teneret, Vrſio & Berthefredus aſſumpto Theodorico altero Childeberti filio reliquum regni poſſiderent. Illa proditio venit in notitiam Guntchramno Regi, per quem aperta fuit quam primùm nepoti Childeberto. Rauchingus à Childeberto accerſitus, poſt varios ſermones diuerſis de rebus initos, cùm egrederetur, in ipſo regij cubiculi limine, pedibus à

AN. CH. 587.
GVNTCH. R. 26.
CHILDEB. II. R. 12.
CLOTAR. II. R. 4.

duobus oſtiatiis adprehenſus ita corruit, vt media pars corporis intra cubiculum, media pars per proximos gradus extenderetur, ſtatimque cæſus & per feneſtram eiectus ſepulturæ mandatus eſt. Lege Gregorium Turonenſem [a], & aduerte diuinam vltionem in hominem, qui crudelitatem hactenus inauditam exercuerat haud pridem aduersùs virum ac puellam è ſuo famulatu. *Contigit*, inquit Author [b] iam laudatus, *duos de famulis eius mutuo ſe amore dilexiſſe virum ſcilicet ac puellam. Cúmque hæc dilectio per duorum annorum aut eò ampliùs ſpatia traheretur, coniuncti pariter Eccleſiam petierunt. Quod cùm Rauchingus comperiſſet, accedit ad Sacerdotem loci, rogat ſibi protinus reddi ſuos famulos excuſatos. Tunc Sacerdos ait ad eum. Noſti enim quæ veneratio debeat impendi Eccleſiis Dei. Non enim poteris eos accipere, niſi vt fidem facias de permanente eorum coniunctione, ſimiliter & de omni pœna liberi maneant, repromittas. At ille cùm diu ambiguus cogitatione ſiluiſſet, tandem conuerſus ad Sacerdotem poſuit manus ſuas ſuper altario cum iuramento, dicens. Quia numquam erunt à me ſeparandi, ſed potiùs ego faciam vt in hac coniunctione permaneant, quia quamquam mihi moleſtum fuerit, quòd abſque mei conſily conniuentia iſta ſunt geſta, illud tamen libens amplector, quod nec hic ancillam alterius, neque hæc extranei ſeruum acceperit. Credidit Sacerdos ille ſimpliciter promiſſioni hominis callidi, reddiditque homines excuſatos. Quibus ille acceptis & gratias agens abſceſſit ad domum ſuam, & ſtatim iuſſit elidere arborem, truncatámque, columnam eius per capita cuneo ſciſſam præcepit excauari; effoſſámque in altitudinem trium aut quatuor pedum humum, deponi vas iubet in foueam. Ibíque puellam vt mortuam componens, puerum deſuper iactare præcepit, poſuit operturium & foſſam humo repleuit, ſepelinítque eos viuentes, dicens. Quia non fruſtraui iuramentum meum, vt non ſeparentur hi in ſempiternum. Quæ cùm Sacerdoti nunciata fuiſſent, cucurrit velociter, increpans hominem, vix obtinuit vt detegerentur. Veruntamen puerum viuum extrahit, puellam verò reperit ſuffocatam.*

[a] Lib. 9, cap. 9.
[b] Lib. 5. cap. 3.

XIII.
VXOR CONFVGIT IN ECCLES.

Rauchingo interfecto, *protinus vnus puerorum eius curſu veloci euolans, nunciauit coniugi eius quæ acta erant. Hæc verò per plateam Sueſſionicæ ciuitatis compta grandibus ornamentis, ac gemmarum ſpecioſitatibus vel auri fulgore obtecta, aſcenſo equo, præcedentibus pueris, aliíſque ſequentibus ferebatur, atque ad Baſilicam ſancti Criſpini Criſpinianíque properabat, quaſi ſpectatura Miſſas. Erat enim eo die paſſio Martyrum Beatorum. Sed videns nuncium, per aliam plateam greſſum retorquens proiectis in terra ornamentis, in Baſilicam ſancti Medardi Antiſtitis confugit, ibi ſe tutari Confeſſoris præſidio putans. Pueri verò, qui miſſi à Rege fuerant ad requirendas res eius, tanta in theſauris illius reperiunt, quanta nec in ipſo ærary publici regeſto poterant inueniri, quæ tota Regis conſpectibus repræſentarunt.* Ex illo Gregorij [c] textu colligere eſt Rauchingi mortem contigiſſe menſe Octobri, Natalitia enim ſanctorum Criſpi & Criſpiniani celebrantur octauo Kalendas Nouembres.

[c] Lib. 9. cap. 9.

XIV.
GVNTCHR. BOSO OCCIDITVR.

Dum hæc agerentur, iterum miſit Guntchramnus Rex ad nepotem ſuum Childebertum dicens. Mora omnes abſcedant, & veni vt te videam. Eſt enim certa neceſſitatis cauſa, tam pro vitæ noſtræ cammado, quàm pro vtilitatibus publicis, vt videamur à nobis. Hæc ille audiens, adſumptam matrem cum ſorore & coniuge, ad occurſum patrui deſtinat. Adfuit autem & Magnericus Epiſcopus Trenericæ vrbis. Venit etiam Guntchramnus-Boſo, quem Agericus Viridunenſis Epiſcopus ſua in fide ſuſceperat. Sed Pontifex ille, qui pro eo fidem fecerat, non adfuit, quia conuenerat vt abſque vllius defenſione Regi præſentaretur. Scilicet vt ſi ipſe decerneret eum mori debere, non excuſaretur à Sacerdate, ſin autem ille vitam concederet, liber abiret. Sed coniunctis Regibus, pro diuerſis falſitatibus culpabilis iudicatur, iuſſum eſt vt interficeretur. Quod cùm ille camperiſſet, ad manſionem Magnerici Epiſcopi conuolauit, & clauſis oſtiis, ſegregatis ab eo Clericis vel famulis, ait. Scio te, beatiſſime Sacerdos, magnum cum Regibus honorem habere, & nunc ad te confugio vt euadam. Ecce percuſſares ad oſtium. Vnde manifeſtè ſcias, quòd ſi per te non eruor, interfecto te, egrediar foras & moriar. Manifeſtiſſimè enim noneris

AN. CH. 587.

GVNTCH. R. 26.
CHILDEB. II. R. 12.
CLOTAR. II. R. 4.

ueris quæ aut mors vna nos occupat, aut par vita defenſat. O ſancte Sacerdos, *ſcio enim te patrem communem cum Rege eſſe filio eius, & noui quoniam quæcumque petieris ab eo obtinebit, nec negare omnino poterit Sanctitati tuæ quæcumque popoſceris. Ideóque aut impetrata veniam, aut moriamur ſimul. Hæc autem euaginato gladio. Turbatus Epiſcopus audito hoc ait. Et quid faciam ſi hîc à te Dimitte me vt eam, & deprecer miſericordiam Regis, & fortaſſis miſerebitur. Et ille. Nequaquam, ſed transmitte Abbates & creditos tuos, vt hæc quæ exponant. Verumtamen non hæc Regi vt erant, nunciata ſunt, ſed dixerunt, quòd hic ab Epiſcopo defenſaretur. Vnde factum eſt vt commotus Rex diceret. Si Epiſcopus exinde egredi noluerit, pariter cum illo auctore perfidiæ pereat. Hæc audiens Epiſcopus direxit nuncios ad Regem. Qui cùm iſta narraſſent, ait Rex Guntchramnus. Iniicite ignem in domo, & ſi exire nequiuerit Epiſcopus, pariter concrementur. Hæc audientes Clerici, effractum vi oſtium, Sacerdotem eiiciunt foras. Tunc miſerrimus cùm videret ſe flammis validis ab vtraque parte vallari, accinctus gladio accedit ad oſtium. Verùm vbi primum limen domûs egrediens greſſum foris fixit, ſtatim vnus è populo eiectâ lanceâ frontem eius inliſit. At ille hoc ictu turbatus, quaſi amens gladium eiicere tentans, ab aſtantibus ita lancearum altitudine ſauciatur, vt defixis in lateribus eius ſpiculis & ſuſtentantibus haſtilibus ad terram ruere non poſſet. Arìolis ac ſortibus ſæpè vtebatur, ex quibus futura cognoſcere cupiens, remanſit inluſus. Rex verò Guntchramnus cum nepote ſuo Reginis pacem firmauit quarto Kalendas Decembris.* Hæc Gregorius Turonenſis, qui pacis eiuſdem *ſub die* IIII. *Kal. Decembris, anno* XXVI. *regni Domni Guntchramni Regis, Domni Childeberti verò* XII. *anno* initæ conditiones omnes hoc modo. • Lib. 9. 10. 12. 20.

XV. PAX INTER GVNTCHR. ET CHILDEB. REGES AD ANDELAVM.

*Cùm in Chriſti nomine præcellentiſſimi Domni Guntchramnus & Childebertus Reges, vel glorioſiſſima Domna Brunichildis Regina Andelao charitatis ſtudio conueniſſent, vt omnia quæ vndecumque inter ipſos ſcandalum poterant generare, pleniori conſilio definirent, id inter eos mediantibus Sacerdotibus atque Proceribus, Deo medio, charitatis ſtudio ſedit, placuit atque conuenit. Vt quandiu eos Deus omnipotens in præſenti ſæculo ſupereſſe voluerit, fidem & charitatem puram & ſimplicem ſibi debeant conſeruare. Similiter quia Domnus Guntchramnus iuxta pactionem quam cum bonæ memoriæ Domno Sigiberto inierat, integram portionem, quam de regno Chariberti ille fuerat conſecutus, ſibi diceret in integrum redhiberi, & pars Domni Childeberti ea, quæ pater ſuus poſſederat, ad ſe vellet ex omnibus reuocare, id inter ipſos conſtat fixâ deliberatione finitum, vt illa tertia portio de Pariſius ciuitate cum terminis & populo ſuo, quæ ad Domnum Sigibertum de regno Chariberti conſcriptâ pactione peruenerat, cum caſtellis Duno * vel Vindocino *, & quidquid de pago * Stampinſe vel Carnoteno in peruio illo antefatus Rex cum terminis & populo ſuo perceperat, in iure & dominatione Domni Guntchramni, vel id quod ſuperſtite Domno Sigiberto de regno Chariberti anteà tenuit, debeant perpetualiter permanere. Pari conditione ciuitates Meldus * & duas portiones de Siluanectis, Turonus, Pictauus, Abrincatas *, Vico-Iuli *, Conſoranis *, Lapurdo * & Albige *, Domnus Childebertus Rex cum terminis à præſenti die ſuæ vindicet poteſtati. Eâ igitur conditione ſeruatâ, vt quem Deus de ipſis Regibus ſuperſtitem eſſe præceperit, regnum illius, qui abſque filiis de præſenti ſæculi luce migrauerit, ad ſe in integritate perpetuo iure debeat reuocare, & poſteris ſuis, Domino auxiliante, relinquere. Illud ſpecialiter placuit per omnia inuiolabiliter conſeruari, vt quicquid Domnus Guntchramnus Rex filiæ ſuæ Chlothildi contulit, aut adhuc, Deo propitiante, contulerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam ciuitates quàm agri vel redditus, in iure & dominatione ipſius debeat permanere. Et ſi quid de agris fiſcalibus vel ſpeciebus abſque præſidio, pro arbitrij ſui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerit, in perpetuo, auxiliante Domino, conſeruetur, neque à quocumque vllo vnquam tempore conuellatur, & ſub tuitione ac defenſione Domni Childeberti, cum his omnibus quæ ipſam tranſitus genitoris ſui inuenerit poſſidentem, ſub omni honore & dignitate ſecura debeat poſſidere. Pari conditione repro-*

• Chaſteaudun.
• Vendoſme.
• le territoire d'Eſtampes.
• Meaux.
• Auranches.
• Ayre.
• Conſerans.
• Labourd.
• Alby.

AN. CH. 587.
GVNTCH. R. 26.
CHILDEB. II R. 12.
CLOTAR. II. R. 4.

mittit Domnus Guntchramnus Rex, vt ſi (vt habet humana fragilitas, quod diuina pietas non permittat, nec ille videre deſiderat) contigerit Domnum Childebertum, eo ſuperſtite, de hac luce migrare, filios ſuos Theodobertum & Theodoricum Reges, vel ſi adhuc alios ipſi Deus dare voluerit, vt pius Pater ſub ſua tuitione & defenſione recipiat, itaut regnum patris eorum ſub omni ſoliditate poſſideant, & genitricem Domni Childeberti Domnam Brunichildem Reginam, vel filiam eius Chlodſwindam germanam Domni Childeberti Regis quamdiu intra regionem Francorum fuerit, vel eius Reginam Failenbam, tanquam ſororem bonam, & filias, in ſua tuitione & defenſione, ſpiritali dilectione recipiat, & ſub omni honore & dignitate cum omnibus rebus earum, cum ciuitatibus, agris, reditibus, vel cunctis titulis, & omni corpore facultatis, tam quod praſenti videntur tempore poſſidere, quàm quod adhuc Chriſto praſule iuſtè potuerint augmentare, ſub omni ſecuritate & quiete poſſideant, vt ſi quid de agris fiſcalibus vel ſpeciebus atque praſidio pro arbitry ſui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerint, fixâ ſtabilitate in perpetuo conſeruetur, nec à quibuſcumque voluntas illarum vllo tempore conuellatur. De ciuitatibus verò, hoc eſt, Burdegala *, Lemonicas *, Cadurcus *, Benarno * & Begorra *, quas Gaileſuinda germana Domna Brunichildis, tam in dote quàm in morganegiba (hoc eſt, matutinali dono) in Francia veniens certum eſt adquiſiſſe, quas etiam per iudicium glorioſiſſimi Domni Guntchramni Regis vel Francorum, ſuperſtitee Chilpericum & Sigibertum Regee, Domna Brunichildis noſcitur acquieiſſe, ita conuenit, vt Cadurcum ciuitatem cum terminis & cuncto populo ſuo Domna Brunichildis de praſenti in ſua proprietate percipiat. Reliquas verò ciuitates ex hac conditione ſuperiùs nominatas Domnus Guntchramnus dum aduiuit poſſideat, itaut quandoque poſt eius tranſitum in dominationem Domna Brunichildis hæredúmque ſuorum cum omni ſoliditate Deo propitio reuertantur. Nec ſuperſtite Domno Guntchramno, neque à Domna Brunichilde, neque à filio ſuo Childeberto Rege filiiſque ſuis, quolibet ingenio vel tempore repetantur. Simili modo conuenit, vt Siluanectis * Domnus Childebertus in ſolligritate teneat, & quantùm tertia Domni Guntchramni exinde debita compeſcit, de tertia Domni Childeberti quæ eſt in Roſſontenſe, Domni Guntchramni partibus compenſetur. Similiter conuenit, vt ſecundùm pactionee inter Domnum Guntchramnum & bona memoria Domnum Sigibertum initas, Leudee illi, qui Domno Guntchramno poſt tranſitum Domni Chlothary ſacramenta primitus prabuerunt, etſi poſteà conuincuntur ſe in parte alia tradidiſſe, de locis vbi manere videntur, conuenit vt debeant remoueri. Similiter & qui poſt tranſitum Domni Chlothary conuincuntur Domno Sigiberto ſacramenta primitus prabuiſſe, & ſe in aliam partem tranſtulerunt, modo ſimili remoueantur. Similiter quicquid antefati Reges Eccleſiis aut fidelibus ſuis contulerint, aut adhuc conferre cum iuſtitia, Deo propitiante, voluerint, ſtabiliter conſeruetur, & quicquid vnicuique fidelium in vtriuſque regno per legem & iuſtitiam redhibetur, nullum praiudicium pariatur, ſed liceat rec debitas poſſidere atque recipere. Et ſi aliquid cuicumque per interregna ſine culpa tultum eſt, audientiâ habitâ reſtauretur. Et de eo quod per munificentias pracedentium Regum vnuſquiſque vſque tranſitum glorioſa memoria Domni Chlothary Regis poſſedit, cum omni ſecuritate poſſideat. Et quod exinde fidelibus perſonis ablatum eſt, de praſenti recipiat. Et quia inter praſatos Regee pura & ſimplex eſt in Dei nomine concordia inligata, conuenit vt in vtroque regno vtriuſque fidelibus, tam pro cauſis publicis quàm priuatis, quicunque voluerit ambulare, peruium nullus temporibus denegetur. Similiter cunuenit vt nullus alterius Leudee nec ſolicitet nec venientes excipiat. Quòd ſi forſitan pro aliqua admiſſione partem alteram crediderit expetendam, iuxta qualitatem culpa excuſati reddantur. Hoc etiam huic addi placuit pactioni, vt ſi qua pars praſentia ſtatuta ſub quacumque calliditate tempore quocunque tranſcenderit, omnia beneficia tam repromiſſa quàm in praſentia conlata amittat, & illi proficiat, qui inuiolabiliter omnia ſupraſcripta ſeruauerit, & ſit de ſacramentorum obligatione in omnibus abſoluta.

XVI. His omnibus definitis, iurant partee per Dei omnipotentis nomen & inſeparabilem Trinitatem, vel diuina omnia, ac tremendum diem iudicy ſe omnia qua ſupe-

* Bourdeaux.
* Limoges.
* Cahors.
* Bearn.
* Bigorre.
* Senlis.

rius ſcripta ſunt abſque vllo dolo malo vel fraudis ingenio inuiolabiliter ſeruaturos. Addit Gregorius [a] Dynamium & Lupum Ducem à Childeberto Rege in gratiam receptos, Cadurcum Brunichildi redditum, & vtrumque Regem poſt mutua oſcula in ſuam ciuitatem regreſſum eſſe.

AN. CH. 587. GVNTCH. R. 26. CHILDEB. II. R. 12. CLOTAR. II. R. 4.

[a] Lib. 9. c. 11.

XVII.

Andelaum*, vbi Guntchramnus Rex cum Childeberto colloquium habuit, in vltimis Burgundiæ finibus agróque Lingonico poſitum. Hinc Childebertus Metas reuerſus, omnem curam ac ſollicitudinem eò contulit, vt opprimeret Vrſionem & Berthefredum, qui ſe receperant in arduum montem villæ pagi Vabrenſis imminentem, ibique intra beati Martini Baſilicam naturâ loci munitam cum vxoribus, familia rebúſque ſuis ſe concluſerant. Regio exercitui præfectus fuit Godegiſilus Lupi Ducis gener, Baſilicæ decreuit ignem admouere. In illo diſcrimine Vrſio foras egreſſus Trudulfum Palatij Regalis Comitem & alios quamplures interemit, ipſéque percuſſus in femore debilitatis viribus in terram corruit, & hoſtium multitudine oppreſſus mortem oppetiit. Tunc Godegiſilus, vt apud Gregorium Turonenſem [b] legitur, clamare cœpit. *Fiat nunc pax, ecce maximus inimicus Dominorum noſtrorum ruit. Hic verò Berthefredus vitam habeat. Hæc eo dicente, cùm omnis populus ad direptionem rerum, quæ in Baſilica adunata fuerant, inhiaret, Berthefredus aſcenſo equo ad Viridunenſem vrbem dirigit, ibique in Oratorio, quod in domo Eccleſiaſtica erat, ſe tutari putans, præſertim cùm & ipſe Pontifex Agericus in hac domo reſideret. Sed cùm Childeberto Regi nunciatum fuiſſet, effugiſſe ſcilicet Berthefredum, percuſſus cordis dolore ait. Si hic mortem euaſerit, Godegiſilus non euadet manus meas. Neſciebat tamen Rex, eum in domo Eccleſiæ ingreſſum fuiſſe, ſed in regionem aliam confugiſſe. Tunc timens Godegiſilus, commoto iterum exercitu, domum Eccleſiæ armatu vallat. Sed cùm eum Pontifex reddere nequiret, aſcendentes ſupra tectum, cum ab ipſis tegulis ac materiis, quibus Oratorium coopertum erat, eum illidentes, interfecerunt, ibique cum tribus famulis mortuus eſt. Multùm ex hoc Epiſcopus condolens, quòd eum non ſolùm defenſare non potuit, verùm etiam locum, in quo orare conſueuerat, & in quo Sanctorum pignera adgregata fuerant, ſanguine humano pollui vidit. Miſit autem Childebertus Rex cum muneribus, vt à mœrore reuocaretur, ſed noluit conſolari.*

* Andelot.

VRSIO ET BERTHEFREDVS PERIMVNTVR.

[b] Lib. 9. c. 12.

XVIII. BADDO VENIAM IMPETRAT.

Guntchramnus Baddonem, *quem pro crimine Maieſtatis ſuperiùs diximus vinctum, in præſentia ſua venire iuſſit, & tranſmittens vſque Pariſius, ait. Si eum cum idoneis hominibus Fredegundis ab hac actione qua impetitur, immunem fecerit, abſcedat liber, & quò voluerit, eat. Sed veniens Pariſius, nullus de parte memorata mulieris adfuit, qui eum idoneum reddere poſſet. Tunc vinctus & catenatus, ſub arcta cuſtodia ad vrbem Cabillonenſem reductus eſt, ſed poſteà intercurrentibus nunciis & præſertim Leudoualdo Baiocaſſino Pontifice dimiſſus ad propria rediit*, vt Gregorius Turonenſis [c] teſtatur.

[c] Lib. 9. c. 13.

XIX. NECNON EGIDIVS EP. REM.

Poſt hæc cùm Egidius Remenſis vrbis Epiſcopus de illo crimine Maieſtatis, quo ſuperius memorati interempti ſunt, ſuſpectus haberetur, cum magnis muneribus ad Childebertum accedens, veniam deprecatur, priùs tamen ſacramenta ſuſcipiens in Baſilica ſancti Remigij, ne aliquid mali in itinere pateretur, ſuſceptuſque à Rege cum pace diſceſſit. Pacem etiam cum Lupo Duce obtinuit. Vnde Rex Guntchramnus valde in amaritudine excitatus eſt, eò quòd ei promiſerit Lupus nunquam ſe cum eodem pacem facturum, quia fuiſſet Regis cognitus inimicus. Hæc idem Gregorius [d].

[d] Lib. 9. c. 14.

XX.

Richaredus Wiſigothorum Rex, *intelligens veritatem ſe Catholicæ legi ſubdidit, & acceptum * ſignaculum beatæ Crucis cum chriſmatis vnctione, credidit Ieſum Chriſtum filium Dei æqualem Patri cum Spiritu Sancto, regnantem in ſæcula ſæculorum.* Paulò pòſt ad Guntchramnum & Childebertum pacis gratiâ Legatos direxit, qui repulſi ſunt à Guntchramno Hermenigildi cædem, Ingundis captiuitatem & mortem exprobrante, excepti verò in pace à Childeberto, apud quem, teſte Gregorio [e], ita locuti ſunt. *Vult ſe Dominus noſter, frater tuus Richaredus, de hoc crimine exuere, quod ei imponitur, quaſi in mortem*

* id eſt, accepto ſignaculo.

RICHAREDVS REX GOTH. FIT CATHOLICVS.

[e] Lib. 9. capp. 15. 16.

AN. CH. 587.

Gvntch. R. 26. Childeb. II. R. 12. Clotar. II. R. 4.

Legatos ad Regg. Franc. mittit.

ſororis veſtra fuiſſe conſcium. De quo, ſacramento, ſi vultis, aut qualibet aliâ occaſione idoneus reddi poteſt. Deinde datis gratia veſtra decem millibus ſolidorum charitatem veſtram habere deſiderat, & vt ille veſtro vtatur ſolatio, & vos eius, vbi neceſſe fuerit, beneficiis potiamini. Hac illis dicentibus, promiſerunt Childebertus Rex & mater eius, pacem & charitatem cum ipſo ſe integrè cuſtodituros. Acceptíſque ac datis muneribus addiderunt Legati. Iuſſit etiam Dominus noſter ponere verbum in auribus veſtris de filia ſiue ſorore veſtra Chlodoſinda, vt ei tradatur in matrimonio, quò faciliùs pax, quæ inter vos promittitur, confirmetur. Qui dixerunt. Promiſſio noſtra ex hoc habilis dabitur, ſed ſine patrui noſtri Guntchramni Regis conſilio hac facere non audemus, promiſſum enim habemus de maioribus cauſis nihil ſine eius conſilio agere. Accepto itaque reſponſo redierunt. Ioannes Biclarenſis conuerſionem Richaredi notat menſe decimo ſeu Decembri, ſed eam perperam reiicit in annum ſequentem, illo enim anno, vt Gregorius Turonenſis [a] teſtatur, *Childebertus Rex cùm petentibus Langobardis, ſororem ſuam Regi eorum eſſe coniugem acceptis muneribus promiſiſſet; aduenientibus Gothorum Legatis ipſam, eò quod gentem illam ad fidem Catholicam conuerſam fuiſſe cognoſceret, repromiſit.* De reconciliatione Arianorum per chriſmationem cum impoſitione manuum fusè diſſeruimus ad annum Chriſti quadringenteſimum nonageſimum-ſextum [b].

[a] Lib. 9. cap. 25.

[b] Num. 12 & ſeqq.

XXI.

Britanni in officio continentur.

Britanni Ducibus Warocho & Vidimaclo prædas egerunt in finibus Namneticis, & à Guntchramno per nuncium moniti vt cuncta quæ malè geſſerant emendarent, præ metu promiſerunt ſe correcturos. *His auditis*, vt Gregorius Turonenſis [c] ſcribit, *Rex dirigit illuc Legationem, id eſt, Namatium Aurelianenſem & Bertchramnum Cenomannenſem Epiſcopum, cum Comitibus & aliis viris magnificis. Adfuerunt etiam & de regno Chlothary Chilperici Regis filij, viri magnifici, qui euntes in termino Namnetico locuti ſunt cum Warocho & Vidimaclo omnia qua Rex præceperat. At illi dixerunt. Scimus & nos ciuitates iſtas Chlothary Regis filiis redhiberi, & nos ipſis debere eſſe ſubiectos. Tamen quæ contra rationem geſſimus, cuncta componere non moramur. Et datis fideiuſſoribus atque ſubſcriptis cautionibus, promiſerunt ſe ſingula milia ſolidorum Guntchramno Regi & Chlothario in compoſitione daturos, promittentes nunquam terminum ciuitatum illarum vltrà adgreſſuros. His ita compoſitis, regreſſi ſunt reliqui, & narrauerunt Regi quæ geſſerant. Namatius verò Epiſcopus, dum receptis villis infra terminum Namneticæ vrbis, quas olim parentes eius perdiderant, ibidem moraretur, puſulæ malæ ei tres oriuntur in capite. Ex hoc valdè confectus dolore, dum ad ciuitatem ſuam reuerti cuperet, infra Andegauenſis territory terminum ſpiritum exhalauit. Corpuſculum eius ad vrbem ſuam delatum in Baſilica ſancti Aniani Confeſſoris ſepultum eſt. In cuius Cathedram Auſtrinus Paſtoris quondam filius ſubrogatur.* Auſtrinus ſiue Auſtrenus frater fuit Aunarij ſiue Aunacharij Epiſcopi Altiſſiodorenſis, vt patet ex vita [d] ſancti Lupi Senonenſis Epiſcopi, qui nepos eorum fuit ex ſorore Auſtregilde.

[c] Lib. 9. cap. 18.

Namatius Epiſcopus Aurelian. obit.

[d] Ap. Sur. d. 1. Sept.

XXII.

Monast. Glanderiense conditur.

Circa annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſeptimum, vt Tabulæ Monaſterij Glanderienſis docent, Arnoaldus Anſberti quondam Ducis filius, Odæ coniugis aſſenſu interueniente, *cælibem eligens vitam in Auſtraſia, non longè ab Hilariaco viculo, in monte villæ * Longa, Cænobium propriis ex prædiis, regio cultu conſtruxit, ditauit prouentibus, & in Diui Martini * Antiſtitis honorem conſecrari procurauit, indiditque nomen Glanderia, vbi ſanctiſſimè viuens in pace tandem obdormiuit, & eodem loco ſepultus cum ſancto Vdone quieſcit.* Is Arnoaldus ſiue Arnoldus, dictus eſt etiam Boggus, Botgis, Burgiſus, Buotgiſus, Bodegiſilus & Bodagiſlus.

* Longeuille.

* S. Martin aux Cheſnes.

XXIII.

In literis [e], quas anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo-ſexto Canonici Amanienſes Leodienſis Diœceſis, Abbati & Conuentui Monaſterij ſancti Arnulphi prope ciuitatem Meтenſem ſiti, ſcripſerunt, Arnoaldus ſeu Boggus beati Arnulphi pater duas vxores dicitur duxiſſe, quarum prior ei pepererit Bertrandum ſancti Huberti patrem, altera beatum Arnulphum.

[e] Ap. Domin. ſu probat. familiæ Anſberti rediuiuæ.

AN. CH. 587. GVNTCH. R. 26. CHILDEB. II. R. 12. CLOTAR. II. R. 4.

Boggus, inquiunt, habuit duas vxores, in prima genuit quemdam Bertrandum, & ille Bertrandus ex ſua coniuge vocata Phigberta genuit ſanctum Hubertum, quæ Phigbertæ fuit ſoror legitima B. Odæ vidua. Poſt mortem ſuæ primæ vxoris idem Boggus deſponſauit Beatam Odam, in qua genuit Beatum Arnulphum, &c. & Beata Oda fuit amita ſancti Huberti, & ſanctus Arnulphus filius Beatæ Odæ fuit auunculus ſancti Huberti ex parte Boggi patris ſui, quia Bertrandus & ſanctus Arnulphus fuerunt fratres, non de vna matre, ſed de duabus matribus, & de vno patre ſcilicet Boggo. Falſam hanc genealogiam arguit ratio temporis, obiit enim ſanctus Hubertus anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſeptimo, & matris ſuæ ſororem habere non potuit matrem ſancti Arnulphi, qui creatus eſt Epiſcopus Metenſis anno Chriſti ſexcenteſimo vndecimo. Diſtinguendi ſunt igitur duo Boggi, agnoſcendæ ſunt & Odæ duæ quæ duobus Boggis nupſerunt. Boggus ſenior ex Oda ſeniore filium ſuſcepit Arnulphum, ac poſteà conſentiente vxore cælibem vitam elegit. Arnulphum temporibus Mauritij Auguſti natum omnes conſentiunt, id eſt, ineunte Mauritij Principatu, adepti ſunt enim, vt dictum eſt ſuprà, Mauritius Romanos faſces anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio, Arnulfus Metenſes infulas anno Chriſti ſexcenteſimo vndecimo. Oda iunior iuniori Boggo longè ſeriùs elocata eſt, cum marito recens mortuo ex Aquitania profugit in Auſtraſiam, ſecúmque Hubertum duxit nepotem ſuum ex ſorore, cùm Lambertus Epiſcopatum Traiectenſem adminiſtrabat, & in Auſtraſia potentiſſimus erat Pipinus Heriſtallius ipſius Arnulphi Metenſis olim Pontificis ex Anſchiſo filio legitimo nepos. Senior Boggus ſiue Arnoaldus beati Arnulfi pater colitur decimo-quinto Kalendas Ianuarias in Martyrologio ſancti Naboris. De ſeniore Oda nihil amplius occurret. De iuniore autem Boggo, & de iuniore Oda illius vxore, quæ faſtis Belgicis decimo Kalendas Decembres inſcribitur, agemus inferiùs ſuis locis.

DVO BOGGI DISTINGVVNTVR.

588. GVNTCH. R. 27. CHILDEB. II. R. 13. CLOTAR. II. R. 5.

ANNVS
CHRISTI 588.
GVNTCHRAMNI R. 27. 28.
CHILDEBERTI II. R. 13.
CLOTARII II. R. 5.

I. ANNO Chriſti quingenteſimo octogeſimo-octauo, ſiue anno Childeberti Regis decimo-tertio, Gregorius Epiſcopus Turonenſis, vt ipſemet ſcribit [a], Metas profectus à Childeberto cum Felice Cabillonem miſſus eſt ad Guntchramnum. Actum in illo conuentu quinque maximè de cauſis, de pace anno ſuperiore inita, de Legationibus Fredegundis, de coniugio Chlodeſuindæ, de bello Longobardico & de futura Synodo. Primùm Gregorius Guntchramnum ſic eſt allocutus. *Salutem vberrimam mittit tibi glorioſiſſimus nepos tuus Childebertus, ô inclyte Rex, immenſas referens gratias pietati tuæ, quòd à te iugiter commonetur, vt ea agat, quæ & Deo placeant, & tibi ſint accepta, & populo congrua. De his verò quæ ſimul locuti fuiſtis, omnia implere promittit, nec quicquam ſe de pactionibus quæ inter vos conſcripta ſunt, irrumpere pollicetur.* Rex ad hæc. *Non ſimiliter ego gratias ago, quòd taliter irrumpitur quod mihi promiſſum eſt. Pars mea de vrbe Siluanectenſi non redditur. Homines, quos pro vtilitate mea, quia mihi infenſi erant, migrare volui, non permiſerunt, & quomodò dicitis, quòd nihil de pactionibus ſcriptis transcendere vult dulciſſimus*

[a] Lib. 9. cap. 20.

LEGATIO CHILDEBERTI AD GVNTCHR.

AN. CH. *nepos meus?* Ad hæc Gregorius. *Nihil vult contra pactiones agere illas, ſed omnia implere promittit, ita vt de præſenti ſi ad diuiſionem Siluanectenſem vis mittere, nec tardetur, ſtatim enim recipies tuum. De hominibus verò quos dicis, nomina tradantur ſcripta, & omnia quæ promiſſa ſunt implebuntur.* Cùm Gregorius ita loqueretur, pactionem ipſam relegi Rex coram aſtantibus iuſſit, deinde iurauit in hæc verba. *Iudicio Dei feriar, ſi de his quicquam tranſcendero.* Et conuerſus ad Felicem. *Dic,* inquit, *ò Felix, iam enim pleniſſimè connexuiſti amicitias inter ſororem meam Brunichildem, & inimicam Dei & hominum Fredegundem.* Quo negante, Gregorius dixit. *Non dubitet Rex, quia amicitia inter eaſdem cuſtodiuntur, quæ ante hos plurimos annos ſunt ligatæ. Nam certè ſcias, quia odium, quod inter illas olim ſtatutum eſt, adhuc pullulat, non areſcit. Vtinam tu, ò Rex glorioſiſſime, minùs cum ea charitatem haberes! Nam, vt ſæpè cognouimus, digniùs eius Legationem quam noſtram excipis.* Et ille. *Scias, Sacerdos Dei, quia ſic eius Legationem ſuſcipio, vt charitatem nepotis mei Childeberti Regis non omittam. Nam ibi amicitias ligare non poſſum, de qua ſæpiùs proceſſerunt, qui mihi vitam præſentem auferrent.* Hæc eo dicente, Felix ait. *Perueniſſe ad Gloriam veſtram credo, quòd Richaredus Legationem ad nepotem veſtrum direxit, quæ neptem veſtram Chlodoſuindam filiam fratris veſtri ei in matrimonio poſtularet. Sed ille abſque veſtro conſilio nihil exinde promittere voluit.* Rex ait. *Non eſt optimum enim, vt illic neptis mea ambulet, vbi ſoror ſua eſt interfecta. Sed nec illud rationabiliter complacet, vt non vlciſcatur mors neptis meæ Ingundis.* Felix reſpondet. *Multùm ſe exinde excuſare volunt, aut ſacramentis, aut quibuſlibet aliis conditionibus iuſſeritis. Tantùm vos conſenſum præbete, vt ei Chlodoſuinda, ſicut poſtulat, deſponſetur.* Rex ait. *Si enim nepos meus implet quæ in pactionibus conſcribi voluit, & ego de his facio voluntatem eius.* Legati promiſerunt Childebertum omnia impleturum. Tunc adiecit Felix. *Deprecatur etiam pietatem veſtram, vt ei ſolatium contra Langobardos tribuatis, qualiter expulſi de Italia, pars illa, quam genitor ſuus vendicauit viuens, ad eum reuertatur. Reliqua verò pars per veſtrum ſuúmque ſolatium Imperatoris ditionibus reſtituatur.* Reſpondit Rex. *Non poſſum in Italiam exercitum meum dirigere, vt vlerò eos morti tradam. Grauiſſima enim lues Italiam deuaſtat.* Denique Gregorius ſermonem ſic aggreſſus eſt de Synodo. *Indicaſtis nepoti veſtro, vt omnes regni ſui Epiſcopi in vnum conuenirent, quia multa ſunt quæ debeant indagare, ſed iuxta conſuetudinem Canonum placebat glorioſiſſimo nepoti veſtro, vt vnuſquiſque Metropolis comprouincialibus ſuis coniungeretur, & tunc quæ irrationabiliter in regione propria fiebant, ſanctione Sacerdotali emendarentur. Quæ enim cauſa extat, vt in vnum tanta multitudo conueniat? Eccleſiæ fides periculo vllo non quatitur; hæreſis noua non ſurgit. Quæ erit iſta neceſſitas, vt tanti debeant in vnum coniungi Sacerdotes Domini?* Et ille. *Sunt multa,* inquit, *quæ debeant diſcerni, quæ iniuſtè geſta ſunt, tam de inceſtis, quàm de ipſis quæ inter nos aguntur cauſis. Sed præcipuè illa Dei cauſa extat omnibus maior, vt inquirere debeatis, cur Prætextatus Epiſcopus gladio in Eccleſia fuerit interemptus. Sed & de iis, qui pro luxuria accuſantur, debet eſſe diſcuſſio, vt aut victi ſanctione Sacerdotali debeant emendari, aut certè ſi innocentes inueniuntur, publicè error criminis auferatur.* Tunc iuſſit vt Kalendis menſis quarti hæc Synodus haberetur. Et iis dictis ad Eccleſiam proceſſum eſt. Erat enim dies Dominica, ſiue vt Gregorij verbis vtamur, *erat dies illa Dominicæ Reſurrectionis ſolemnitas.* Poſt celebrationem Miſſarum, Guntchramnus conuiuio Legatos adſciuit, inter epulas de Deo, de ædificatione Eccleſiarum, de defenſione pauperum, ſermonem habuit, multa quoque de Childeberto & Clotario locutus eſt. *Vtinam,* inquit, *nepos meus promiſſa cuſtodiat! Omnia enim quæ habeo eius ſunt. Tamen ſi eum ſcandalizat illud, quòd Legatos Chlotharij nepotis mei ſuſcipio, numquid demens ſum, vt non poſſim temperare inter eos, ne ſcandalum propagetur? Noui enim id magis incidere quàm in longius promulgare. Dabo enim Chlothario, ſi eum nepotem meum eſſe cognouero, aut duas, aut tres in parte aliqua ciuitates, vt nec hic videatur exhæredari de regno meo, nec huic inquietudinem præparent*

588.
GVNTCH. R. 27.
CHILDEB. II. R. 13.
CLOTAR. II. R. 5.

AN. CH. 588.

quæ iſti re[illegible]quero. Peracto conuiuio Legatos dimiſit cum muneribus.

Lues i[illegible]la, quæ Guntchramni Regis animum à bello Longobardico prorſus alien[illegible]m reddidit, non Italiam modò vexauit, ſed & præter Hiſpaniam Lugdun[illegible]m vſque graſſata partem Galliarum grauiter afflixit cum Maſſilia. Theodor[illegible] Epiſcopus ad Regem abierat, quaſi aliquid contra Niceſium Patritium ſuggeſſ[illegible]us. Sed cùm à Rege Childeberto minimè de hac cauſa fuiſſet auditus, ad propria[illegible]edire diſpoſuit, & ſe infra Baſilica ſancti Victoris ſepta continuit cum pan[illegible]que per totam vrbis ſtragem orationibus ac vigiliis vacans, Domini miſericordiam exorabat, vt tandem ceſſante interitu, populo liceret in pace quieſcere. Cùm morbus in dies vehementior augeretur, & à ciuitate Maſſilienſi Lugdunum vſque per Gallias ſerperet, Guntchramnus Rex, ac ſi bonus Sacerdos, prouidens remedia, quibus cicatrices peccatoris vulgi mederentur, iuſſit omnem populum ad Eccleſiam conuenire, & Rogationes ſumma cum deuotione celebrare, & nihil aliud in vſu veſcendi niſi panem hordeaceum cum aqua munda adſumi, vigiliiſque adeſſe inſtanter omnes iubet. Quod eo tempore ita geſtum eſt. Per triduum enim ipſe[illegible] eleemoſynis largiùs ſolito præcurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, vt tam[illegible] tunc non Rex tantùm ſed etiam Sacerdos Domini putaretur, totam ſpem ſuam in Domini miſeratione transfundens, & in ipſo iactans cogitationes, quæ ei ſuperueniebant, à quo eas effectui tradi totâ fidei integritate putabat. Nam celebre tunc à fidelibus ferebatur, quòd mulier quædam, cuius filius quartano typo grauabatur & in ſtrato anxius decubabat, acceſſit inter turbas populi vſque ad tergum Regis, abruptiſque clàm regalis indumenti fimbriis, in aquam poſuit, filióque bibendum dedit, ſtatímque reſtinctâ febre ſanatus eſt. Hæc de Theodoto Epiſcopo Maſſilienſi & de Guntchramno Rege narrat [a] Gregorius Turonenſis, ſubditque [b] mortem trium illuſtrium Epiſcoporum, Agerici Viridunenſis, Licerij Arelatenſis & Deotherij Vincienſis, quorum primus catalogo Sanctorum aſcriptus eſt Kalendis Decembribus.

III. MORS AGERICI EP. VIRODVN.

Agericus Viridunenſis Epiſcopus, teſte eodem Authore [c], cùm ex illo diuturnæ amaritudinis felle grauiter ægrotaret, pro eo quòd Guntchramnus-Boſo, pro quo fideiuſſor exſtiterat, interfectus eſſet; vel etiam additâ amaritudine, quòd Berthefredus infra Oratorium domûs Eccleſiaſticæ fuerat interfectus, & præſertim cùm Guntchramni filios ſecum retinens quotidie fleret dicens. In meo vos odio orphani relicti eſtis. His accenſus (vt diximus) cauſis, felle amaritudinis adgrauatus, & maximè inediâ conſumptus, diem obiit, adpoſitúſque eſt in ſepulchro. Buccionaldus quoque Abba eius pro Epiſcopatu cucurrit, ſed nihil obtinuit. Charimerem enim Referendarium cum conſenſu ciuium regalis decreuit auctoritas fieri Sacerdotem, Buccionaldo Abbate poſtpoſito. Ferebant enim hunc eſſe ſuperbum, & ob hoc à nonnullis Buccus validus vocitabatur. Beatus * Agericus colitur Kalendis Decembribus. Sepultus fuit in Oratorio ſancti Martini. Anno illo biſſextili Kalendæ Decembres inciderunt in feriam quartam. Delirat Hugo Abbas Flauiniacenſis in Chronico Virdunenſi, dum illas reiicit in diem Sabbati, & vt ſibi conſtet, in annum Chriſti ſecundum ſupra ſexcenteſimum differt obitum ſancti Agerici, quem iam mortuum Gregorius Turonenſis laudauit. Pateimus ceteris mendis. In eodem Chronico commendatur beatus Agericus, quòd anteceſſorum ſuorum, Mauri, Saluini & Aratoris ſanctiſſimorum Pontificum reliquias Angelicâ reuelatione compertas in Eccleſia ſancti Petri Apoſtoli honorificentiſſimè collocarit pridie Nonas Septembris, qui dies ob eiuſmodi reuelationem ac tranſlationem Virodunenſibus annuâ deinceps celebritate inſignis fuit.

IV. LICERII EP. ARELAT.

Obiit & Licerius Arelatenſis Epiſcopus, in cuius loco Virgilius Abba Auguſtodunenſis, opitulante Syagrio Epiſcopo ſubſtitutus eſt. In illo Gregorij [d] textu Petrus Saxius duo reprehendit. Primò Codicum Arelatenſium fidem ſecutus inter Licerium & Virgilium reponit Paſchaſium, quem, quia breuiſſimo tempore ſederit, à Gregorio prætermiſſum ait. Deinde Virgilium ex Abbate non Auguſtodunenſi ſed Lerinenſi factum vult Epiſcopum, citátque Authorem vitæ

a Lib. 9. capp. 21. 22.
b Lib. 9. capp. 23. 24.
c Lib. 9. c. 23.
* S. Agr.
d Lib. 9. c. 23.

GVNTCH. R. 27. CHILDEB. II. R. 13. CLOTAR. II. R. 5.

II. LAVS THEODORI EP. MASSIL. ET GVNTCHRAMN. REGIS.

AN. CH. 588. GVNTCH. R. 27. CHILDEB. II. R. 13. CLOTAR. II. R. 5.

incertum ac multò recentiorem, quem Salernus in Chronologia Sanctorum Lerinenſium edidit. Sed potiorem fidem quis non habeat Gregorio Scriptori ſynchrono & Syagrij Auguſtodunenſis Epiſcopi curam teſtanti, vt Virgilius Abbas ad Epiſcopatum promoueretur? Lubentes amplectimur ſententiam Wionis & Salerni, qui Virgilium Monachum Lirinenſem non Abbatem conſtituunt. Hæc igitur fuerunt eius primordia. *In vico proprio, cui vocabulum eſt Samon, qui eſt in partibus Aquitaniæ, vitæ ſumpſit exordium, cunctam facultatum ſuarum copiam derelinquens Monaſterium ſacræ Inſulæ Lerinenſis expetiit, vbi æternas iuſtus divitias inueniret.* Poſteà Monaſterij Auguſtodunenſis curam ſuſcepit. Gregorius Magnus non ſemel queſtus eſt, quòd Virgilius prauo Licerij prædeceſſoris exemplo ductus patrimoniolum Eccleſiæ Romanæ & collectas apud ſe penſiones ſeruaret. Lege in illius Regiſtro epiſtolas quinquageſimam-tertiam & quinquageſimam-quintam libri quinti, quarum altera Virgilio Arelatenſi Epiſcopo, altera Protaſio Aquenſi * Epiſcopo inſcribitur.

* d'Aix.

V. *Obiit & Deotherius* [a] *Vincienſis Epiſcopus, in cuius loco Fronimius ſubrogatus eſt*, qui priùs Agathenſis Pontifex in ditione Gothorum fuerat.

[a] Gregor. Tur. lib. 9 cap. 24.

DEOTHERII EPISCOPI VINCIENS.

VI. *Childebertus Rex cùm petentibus Langobardis, ſororem ſuam Regi eorum eſſe coniugem acceptis muneribus promiſiſſet, aduenientibus Gothorum Legatis ipſam, eò quòd gentem illam ad fidem Catholicam conuerſam fuiſſe cognoſceret, repromiſit, ac Legationem ad Imperatorem direxit, vt quod priùs non fecerat, nunc contrà Langobardorum gentem debellans cum eius conſilio, eos ab Italia remoueret. Nihilominùs & exercitum ad regionem ipſam capeſſendam direxit, tantáque ibi fuit ſtrages de Francorum exercitu, vt olim ſimilis non recolatur.* Hæc Gregorius Turonenſis [b]. Paulus Diaconus eandem Francorum cladem narrat in Geſtis [c] Langobardorum, & Regem qui Chlodeſuindæ nuptias ambiebat, vocat Autharem, qui poſteà Theodelindam Baioariam in vxorem duxit.

CLODOSWINDA DESPONDETVR RICHAREDO REGI.

[b] Lib. 9 cap. 25.
[c] Lib. 3 cap. 13.

VII. Fredegarius [d] hunc annum numerat Guntchramni Regis duodetriceſimum, quo Childebertus Rex expulſo Leudefredo Vncilenum Alamannis ſeu Sueuis Ducem præfecit. *Leudefredus*, inquit, *Alamannorum Dux in offenſam antedicti Regis*, nempe Childeberti, *incidit, etiam & latebram dedit. Ordinatus eſt loco ipſius Vncilenus Dux.* Fredegarium Aimoinus [e] politiore ſtylo ſic reddidit. *Alemannorum Dux offenſam Regis incurrit, fugâ lapſus ne morti adiudicaretur latuit, & Vncelenus loco ipſius Dux ſubſtitutus eſt.* Apud Auentinum [f], qui Boiorum Hiſtoriam ſcripſit, Childebertus *vbi adoleuit, Argentorati (Straſſoburgium eſt) copias cogit, cum exercitu in Sueuiam venit, vbi Landofredum rebus deturbat, Vncilenúmque Sueuis imponit. Inde in Boiariam proficiſcitur, Garioualdum ſuperat.* At hic Auctor, quia bellum Boioaricum poſt biennium differri debet, rectiùs ſcripſiſſet compoſitis Alemanniæ rebus exercitum Childeberti profectum eſſe contra Longobardos, quibuſcum infeliciter, vt proximè dictum eſt, in Italia pugnauit.

[d] In Chron. cap 5.

VNCILENVS DVX ALEMANNIÆ.

[e] Lib. 3. cap. 77.
[f] Libr. 3.

VIII. Clodoueus Magnus, anno Chriſti quadringenteſimo nonageſimo-ſexto, victis ad Tulbiacum Alamannis & Boiis, Alamanniam cum Boioaria ſubegit. *Alemannicum regnum*, vt Martinus Cruſius [g] in Annalibus Sueuicis obſeruat, *tunc à Clodoueo verſum eſt in Ducatum. Deligebatur autem à Francis Regibus Dux ex nobili familia, ſiue ex conſanguineis ipſorum, ſiue ex alienis. Et hi nuncupabantur Duces Alemanniæ vel Sueuiæ.* Philippus Cluuerius Alemanniam ſiue Alamanniam (vtrumque enim vocabulum apud Auctores legitur) *inter Rhenum, Mænum ac Danubium amneis, Hermundurorúmque*, quos à Romanis aliquando per exochen Sueuos appellatos animaduertimus [h], *confinium* collocat [i], & pro linea, quam à Danubio ad Rhenum duci oportet, ſtatuit montis iugum, quod ad Dutlingam * oppidum Danubio adpoſitum exoriens, meridiem verſùs ad lacum Cellenſem & Cellam * oppidum ei adpoſitum extenditur. Alamanni priuſquàm à Francis ſub iugum mitterentur, cis Rhenum in Galliis partem agri Heluetici non ignobilem occuparant, quam Cruſius Heluetícam Alemanniam vocat, & in Clodouei poteſtatem vnà cum Alemannia tranſrhenana

[g] P. 1. l. 3.

FINES ALEMANNIÆ.

[h] Ad ann. 569. num. 26.
[i] Lib. 3. antiq. German. c. 4.
* Dutlingen.
* Zell.

nanæ veniſſe teſtatur. Cùm Alemanni Sueuiſque finitimi eſſent, ab Auſonio, à Claudiano, à Paulo Diacono aliiſque Scriptoribus ſimul confuſi reperiuntur. Paulus in libro [a] ſecundo rerum Longobardicarum, Rhœtias inter Ligurism & *Suauiam, hoc eſt, Alamannorum patriam*, ponit. Et libro tertio [b], Droctulfum ex *Suauorum, hoc eſt, Alamannorum, gente* oriundum ait. Lapſu temporis inter Alamanniam & Sueuiam maxima interceſſit differentia. Alamannia enim, quæ veteris Germaniæ pars erat, pro tota Germania ſumi cœpit, imò accipitur hodie pro terris omnibus, quæ decem Imperij Circulis & Regno Bohemico comprehenduntur, ſiue ſitæ ſint in antiqua Germania, ſiue in Gallia, ſiue etiam inter Danubium & Alpes. Sueuia * verò pars habita eſt atque etiamnum habetur veteris Alemanniæ. Alemanni origine Galli fuerunt, Rhenúmque tranſgreſſi dicti ſunt Alemanni nuncupatione purè Germanicâ, *all* enim omnem ſignificat, & *man* hominem, vnde vocabulum factum *die Allmanner*, ſiue *die Allemannen*. Ita ratiocinatur Cluuerius [c], opinionémque ſuam confirmat ex Agathia, qui citat Aſinium Quadratum, nec hic alius eſt ab Aſinio, cuius mentionem Strabo [d] facit in deſcriptione Rheni. Textus autem Agathiæ talis eſt. Οἱ δὲ Ἀλαμανοὶ, ὡς γε Ἀσινίῳ Κοδράτῳ ἕπεσθαι, ἀνδρὶ Ἰταλιώτῃ καὶ τὰ Γερμανικὰ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγραψαμένῳ, ξυνήλυδές εἰσιν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες, καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία. *Alamani autem, ſi Aſinio Quadrato homini Italo, quique res Germanicas accuratè conſcripſit, credimus, conuenæ ſunt & miſcellanei, quod & appellatio ipſa ſatis indicat.*

IX. Alamanni, vt & Boij, Clodoueo Magno eiúſque poſteris Orientalis Franciæ Regibus, Theodorico, Theodoberto, Theodobaldo, Clotario, Sigiberto & Childeberto, paruerunt. Hactenus tamen nihil contulerunt ad Annales Eccleſiaſticos, quia ſeriùs receſſerunt ab idolorum cultu. Feliciores extiterunt Boij, de quorum conuerſione iam diſſeruimus. Boicæ Præfecturam gerebat Dux Huchbertus, cùm Childebertus Rex amoto Leudefredo Vncilenum Alamanniæ regendæ Ducem præfecit. Huchbertus, Theodoberti filius, Theodonis & Ragintrudis Theodoberti Francorum quondam Regis filiæ nepos, patris auique necnon auiæ pietatem imitatus Eccleſiæ Saliſburgenſi multa bona conceſſit. Arno enim Saliſburgenſis Epiſcopus, poſtquàm dona Theodoberti Ducis enumerauit, in munificentiam Huchberti ſic excurrit. *Succeſſor namque filius eius Huchbertus Dux tradidit in pago Ratagoe * villà nuncupante Sauarſtedi * cum manſos xx. inter veſtitos & apſos, & cum terminis vel appendiciis ſuis. In pago verò Salzburgoe tradidit idem Dux in loco qui dicitur Endorff * manſos veſtitos tres & apſo 1. & terminum ſylua quæ adiacet ſecus fluenta Fiſchaha, & in pago etiam Matagoe * tradidit præfatus Dux in loco, qui vocatur Icinga * manſos tributales* IIII. *apſos.*

X. Poſt Huchbertum Boicam rexit Garioualda, qui neglecto Ducis titulo Regem ſe dixit, atque inde natum bellum, quod poſt biennium deſcripturi ſumus. Huchbertum mortuum exiſtimamus vxore nondum ductâ. De genere Garioualdæ ſeu Garibaldi variè diſputant Scriptores Annalium Boicorum. Inſtructum Chriſti diſciplinâ Garibaldum pro certo tenemus, eo potiſſimùm argumento permoti, quòd de Theodolindæ filiæ admiranda virtute, quâ totam poſtmodum Longobardorum gentem imbuit, grauiſſima ſummorum Pontificum teſtimonia ſuperſunt. Scrupulus autem, quo Brunerus torquetur, facilè poteſt eximi, ſi Chronologia rerum Boicarum rectè inſtituatur. Subdubitat hic Auctor [f], vtrùm Theodelinda Religionem intra paternæ domus penetralia hauſtam Italiæ intulerit, an illic demum melioribus magiſtris, quàm Autharis maritus, vſa, veritatis lumen penitus inſpexerit, cuius poſteà latiùs diffundendæ ipſa egregium ſidus fuit. Ait difficile creditu eſſe, ipſam, ſiquidem inter Chriſtiana ſacra adoleuit, languidiùs pro patria ad Deum adducenda quàm pro Longobardis laboraturam fuiſſe, cùm præſertim facilè illic Regis exemplum, ſi etiam pater Theodelindæ pius fuit, populares ſecuturi

AN. CH. 588.
GVNTCH. R. 27.
CHILDEB. II. R. 13.
CLOTAR. II. R. 5.

[a] Cap. 15. nouæ ed.
[b] Cap. 18.
* la Suaube.
[c] Lib. 3. antiq. Germ. cap. 4.
[d] Lib. 4.

HVCHBERTVS DVX BOIOARIÆ.
MVNIFICVS ERGA ECCLESIAM SALISBVR.
[e] apud Canis. tom. 6. antiq. lect.
* Ratagos ſeu Rotagou.
* Sauerſtett.
* Inpundorff.
* Matalcouſ.
* Iunga.

GARIBALDVS DVX BOIOARIÆ.

[f] Lib. 4. n. 8.

AN. CH. fuerint. Sopponit aliquot, poſt hæc tempora, annis, Boiariam pleramque à
588. Chriſto adhuc alienam fuiſſe, quia Ruperti Wormacienſis Epiſcopi primum
GVNTCH. in Boioariam aduentum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſexto conſignat.
R. 27. Ex ſupradictis autem conſtat Rupertum in Boioariam veniſſe, cùm Childe-
CHILDEB. bertus annum regni quartum agebat, id eſt, cùm annus poſt Chriſtum na-
II. R. 13. tum quingenteſimus ſeptuageſimus-nonus voluebatur. Theodonis Ducis to-
CLOTAR. tiúſque familiæ ſecuta mox ad Chriſtum conuerſio. Garibaldus ex eadem
II. R. 5. gente proculdubiò fuit. Nam Dagobertus Clotarij Secundi filius, qui Regnum Auſtraſianum anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo ſoſcepit, Duces Boioariorum ad ſuam vſque ætatem ſemper de genere Agilolfingo-

a Tit. 2. c. 20. n. 1. rum fuiſſe ſic reſtatus eſt in Lege [a] Baiouariorum. *Dux, qui praeſt in populo, ille ſemper de genere Agilolfingorum fuit, & debet eſſe, quia ſic Reges anteceſſores noſtri conceſſerunt eis, vt qui de genere illorum fidelis Regi erat & prudens, ipſum*

b Lib. 3. *conſtituerit Ducem ad regendum populum illum.* Auentinus [b] Garibaldum, ſeu Garioualdam, vt vocat, Theodonis nepotem ex filio Theodoberto conſtituit. At ætas repugnat, quia Theodelinda proneptis Ragintrudis haberi non poteſt. Arbitramur potiùs Garibaldum Theodonis & Ragintrudis filium fuiſſe, Theodoberti Ducis fratrem natu minorem, Huchberti Ducis patruum, qui Ducatum poſt eundem Huchbertum geſſerit, nec Ducis nomine contentus Regium titulum vſurparit. Spernebat adoleſcentiam Childeberti Regis, cuius iugum ſperauit à Boioariis facilè excuſſum iri, maximè ſi ſocietate cum finitimis Longobardis iungeretur. Eo conſilio Euinum Ducem Tridentinum, qui Boicam proximè contingebat, generum ſibi legit filiâ elocatâ, deinde, vt anno ſequenti dicemus, Authari Longobardorum Regi, cuius pacem affinitatémque Childebertus antea reſpuerat, alteram filiam deſpondit.

XI. Iacobus Sirmondus hoc anno collocat Synodum Aruernenſem, quam Sul-
SYNODVS ARVERNENSIS III. pitius Epiſcopus Bituricenſis pro parochiis Caducinis fieri commonuit. Innocentius Ruthenorum Epiſcopatum adeptus ſtatim Vrſicinum Caducenſem Pontificem laceſſere cœperat, aſſerens *diœceſes* ſeu parochias *Rutena Eccleſiæ debitas* ab eo retineri. Diuturnâ intentione gliſcente poſt aliquot annos Sulpitius Metropolitanus cum ſuis prouincialibus apud vrbem Aruernam coniunctus iudicio definiit, vt parochias, quas numquam Ruthena Eccleſia tenuiſſe recolebatur, Vrſicinus reciperet, quod ita factum eſſe Grego-

c Lib. 6. c. 38. rianus Interpolator affirmat [c].

XII. Apud Ioannem *Columbi*, qui res geſtas Epiſcoporum Viuarienſium libris quatuor complexus eſt, in-fine recenſentur *Epiſcopi Viuarienſes per annos expanſos digeſti cum ſuis probationibus*, ibique de Sabino hæc leguntur. *Saccius ſeu Sabinus, anno* DLXXXVIII. *ex Conc. Matiſcon.* Hic Auctor, qoia Clodouei Magni mortem in annum Chriſti quingenteſimum decimum-quartum reiecit, Synodum quoque Matiſconenſem Secundam triennio ſeriùs in annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-octauum differt. Deinde vt Sac-

d Lib. de Ep. Viuar. n. 16. cium ſeu Sabinum, vel, vt alio loco [d] nominat, Saluinum Concilio Matiſconenſi Secundo interfuiſſe probet, vtitur vulgatis editionibus Conciliorum, quas Iacobus Sirmondus deprauatas eſſe iam docuit emendauitque. Inter vulgatas ſubſcriptiones Epiſcoporum, qui Secondum Matiſconenſe Concilium celebrarunt, hæc habetur in Collectione Biniana. *Sauinus Epi-*

e Tom. 1. Conc. Gallic. *ſcopus Eccleſiæ Viuarienſ. ſubſ.* Sic autem corrigitur à Sirmondo [e]. *Sauinus Epiſcopus Eccleſia Benarnenſium ſubſcripſi.* Sauinus igitur ſeu Sabinus è catalogo Viuarienſium Antiſtitum expungendus videtur, ibique poſt Melanium, qui Cautinum Archidiaconum ad Concilium Aurelianenſe quintum anno Chri-

EPISCOPI VIVARIENSES. ſti quingenteſimo quadrageſimo-nono direxit, enumerandi ſunt, Ardulfus, Venantius Secundus, Longinus, Lucianus, Ruſticus, Melanius Tertius, Firminus Secundus. Tres priores ex Eccleſiæ Viuarienſis dotatione, quatuor poſteriores ex Martyrologio Viuarienſi collegit Ioannes *Columbi*. Quot annos vnuſquiſque ſederit, manet incompertum. Ardulfi munificentia ſic expri-

mit... in prælaudata Viuarienſis Eccleſiæ dotatione, quam prædictus Auctor libro primo de rebus geſtis Epiſcoporum Viuarienſium inſeruit. *Ego Ardulphus Epiſcopus Sedis Viuarienſis dotaui Deo & ſancto Vincentio, Mixano, Vicano* ... *ſ... Canauerro, Fara, cum ſcolis ſancti Laurentij, & Credatis curte cum villa* ... *Pociolis, Caligo, ex Oſipo totum.* Munificentia Venantij ſic commendatur. *Ego Venantius Sedis Viuarienſis Epiſcopus dotaui Eccleſiam in Luciatenſe in honore ſanctæ Mariæ & ſancti Martini Beſiaco. Dotaui eas calonicas LXX. & cum ſeruis* ... *& dimiſi eas Deo & ſancto Vincentio.* Longini munificentia ſic. *Ego Longinus Epiſcopus ædificaui Eccleſiam in honorem ſancti Stephani in monte Conato, quæ di...itur ad Scans, dotaui calonicas viginti. Et Eccleſiam ſancti Laurentij dotaui calonicas quindecim. Et ego indignus & peccator conſecraui eas, & dereliqui Deo & ſancto Vincentio, & Cilaatenſe medio cum centum viginti calonicis vnà cum ſeruis ſ...is.* De ſanctis Luciano, Ruſtico, Melanio & Firmino, hæc in Martyrologio Viuarienſi leguntur x. Kalendas Martij. *Hac die, in noſtra præſente Eccleſia Viuarienſi fit feſtum de Tranſlatione ſancti Iuli Epiſcopi, qui ſancto Luciano ſucceſſit, vt habetur in noſtris antiquis monumentis, quæ cartam antiquam vocant. ...ibri moderni habent eum ſucceſſiſſe Beato Eucherio, cum tamen inter illos, vt aliqua carta docet, ſint ſancti, Venantius, Ruſticus, Melanius, Firminus. Poſt ſequitur Eucherius, cui ſucceſſit Beatus Aulus.* Cæterùm in prædictis donationibus mentio fit ſancti Vincentij, quia Cathedralis Eccleſia nomen ſancti Vincentij iam gerebat, vt & hodie gerit. Sancti Vincentij nomen in Gallus ab anno poſt Chriſtum natum quingenteſimo quadrageſimo-ſecundo cœpit inclareſcere, cùm Childebertus & Clotarius Francorum Reges ex Hiſpania victores redierunt Vaſconiis & Cantabriâ ſub iugum miſſis. Quas enim ſancti Vincentij reliquias ab Epiſcopo Cæſarauguſtano * poſtulauit accepitquè, ſecum detulit in Franciam Childebertus. Abhinc vt innumera per omnes Francorum Prouincias, inuocato ſancti Vincentij nomine, patrata ſunt à Deo miracula, ſic erectæ ſunt in eiuſdem Martyris honorem Eccleſiæ multæ, nec paucæ, relicto veteri nomine quod à conditu tulerant, ipſius nomen acceperunt. Petrus San-Iulianus in antiquitatibus Cabilonenſibus & Matiſconenſibus aduertit earum ciuitatum Cathedrales Eccleſias, ob reliquias ſancti Vincentij, quas Childebertus Rex tradidit, nomen mutaſſe, cùm primaria Cabilonenſis Eccleſia priùs appellaretur à ſancto Stephano, primaria verò Matiſconenſis à ſanctis Apoſtolis Petro & Bartholomæo. Non vocamus in dubium, quin cultus Francorum erga ſanctum Vincentium auctus ſit plurimùm nono ſeculo, poſtquàm eius corpus inuentum fuit ac tranſlatum, vt ſuis locis dicturi ſumus, ſed nominis mutationem, quæ prædictis Eccleſiis illata eſt, non exiſtimamus ad illa vſque tempora differendam eſſe, maximè cùm prælaudati Viuarienſes Antiſtites, Ardulphus, Venantius & Longinus, *Deo & ſancto Vincentio*, id eſt, Eccleſiæ ſancti Vincentij, multa dona contulerunt.

Ecclesia sancti Vincentii.

* de Saragoſſ.

Eo anno, Childeberti Regis tertiodecimo, ad feſtiuitatem, quæ de beato Sancti Martini tranſitu celebratur, ſeruiens Theodulphi, ciuis Turonici, cuſtos ouilis dum nocte circa gregem creditum excubaret, ne quicquam ex eo aut beſtia caperet, aut manus furis auferret, oculis ſubitâ caligine interfuſis lumen amiſit. Quomodo poſt ſex annos vſum oculorum in eadem feſtiuitate receperit dicemus ſuo loco, hic monere tantùm voluimus Gregorium Epiſcopum Turonenſem, qui hæc ſcripſit a, in viuis adhuc ſuperſtitem anno Childeberti Regis decimonono extitiſſe. XIII.

a De Mir. S. Mar. l. 4. c. 5.

XIV.

Licinius fit Comes Andegav.

Licinius, qui ſub initium regni Clotariani regio ſtabulo præpoſitus fuerat, hoc anno Andegauiam cum titulo Comitis regere cœpit, poſteàque Dux appellari meruit. Legenti illius vitam, aut vitæ fragmentum à nobis iam recitatum ante triennium, cùm eius ætatem réſque indagaremus quas ante Pontificatum præclarè geſſit. XV.

Bethaarius Archicapell. Clotarii R.

Hiſce temporibus Bethaarius Diaconus è cellula quam in agro Bleſenſi

GVNTCH. R. 27. CHILDEB. II. R. 13. CLOTAR. II. R. 5.

ſtimonij virum, onus Diaconatûs impoſuit. Et paulò pòſt. *Eo quoque tempore Clotharius Rex Secundus, filius Chilperici Regis, cum Regina Fredegunde nomine, regnabat ſuper gentem Francorum. Qui audiens famam beatiſſimi viri, ſuum conſtituit Archicapellanum, & pignora multa Sanctorum, quæ ſecum deferebat, vt mos eſt Regum, ditioni illius conſtituit, vt Sanctus cum Sanctis haberet cuſtodiam Sanctitatis, & vt meritò de illo diceretur, cum Sancto Sanctus eris. Suſcepit namque officinm à Rege ſibi commiſſum, & erat gratus tam Deo quàm hominibus.*

589. GVNTCH. R. 28. CHILDEB. II. R. 14. CLOTAR. II. R. 6.

ANNVS
CHRISTI 589.
GVNTCHRAMNI R. 28. 29.
CHILDEBERTI II. R. 14.
CLOTARII II. R. 6.

I. INGOBERGA REGINA MORITVR.

ANNO Chriſti quingenteſimo octogeſimo-nono, ſiue *anno* XIIII. *Childeberti Regis, Ingoberga Regina, Chariberti quondam relicta, mulier valdè cordata, ac vitâ religioſâ prædita, vigiliis & orationibus atque eleemoſynis non ignaua, quædam Eccleſiæ Turonicæ & Baſilicæ ſancti Martini, quædam Cenomannicæ Eccleſiæ delegauit, ac poſt paucos menſes ſubitaneâ ægritudine fatigata migrauit à ſæculo, multos per chartulas liberos derelinquens, ſeptuageſimo vitæ anno, relinquens filiam vnicam, quam in Cantia Regis cuiuſdam filius matrimonio copulauit.* Hæc Gregorius Turonenſis [a], ad quem Ingoberga nuncios direxit, vt *in his quæ de voluntate ſua, id eſt, pro animæ remedio cogitabat* adiutor exiſteret.

[a] Lib. 9. c. 26.

II. BERTHA EIVS FILIA NVPTA REGI ANGL.

Ingobergæ filiam Beda Bertham, alij vocant Aldibergam, Edilbertho, qui Cantij Rex fuit, nuptam omnes conſentiunt, is primus inter Anglorum Reges Chriſtianam fidem ſuſcepit, & Aldiberga ſeu Bertha Chariberti Francorum Regis filia Chriſtianam religionem calcatis Oceani fluctibus inuexit in palatium Regum Anglorum qui priùs idolis ſeruiebant. Nam Beda [b] cùm Auguſtini aduentum in Britanniam narrat, de Rege Edilbertho, qui nondum ad Chriſtum conuerſus fuerat, hæc ſcribit. *Anteà fama ad eum Chriſtianæ religionis peruenerat, vtpote qui & vxorem habebat Chriſtianam de gente Francorum regia, nomine Bertham, quam eâ conditione à parentibus acceperat, vt ritum fidei ac religionis ſuæ cum Epiſcopo, quem ei adiutorem fidei dederant nomine Luidhardo, inuiolatum ſeruare licentiam haberet.* Lege quæ dicta ſunt ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſextum [c], quo nuptias Berthæ celebratas fuiſſe contendimus.

[b] Lib. 1. c. 24.

[c] Num. 49.

III. FORMVLA MANVMISSIONIS.

In teſtamento Ingobergæ id inprimis obſeruandum, quòd multis ingenuitatem poſt diſceſſum conceſſit. Extat apud Marculfum [d] formula literarum quibus poſt mortem dominus ſeruum libertate donat. *Dilecto ſuo illi, aut illi. Pro reſpectu fidei ac ſeruitutis quam mihi famularis, pro remiſſione peccatorum meorum, te ab omni vinculo ſeruitutis abſoluo. Eâ tamen conditione, vt dum aduixero, mihi deſeruias: poſt obitum verò meum, ſi mihi ſuperſtes fueris, ſis ingenuus, tanquam ſi ab ingenuis parentibus fuiſſes procreatus, & nulli hæredum ac prohæredum meorum, vel cuicumque ſeruitium impendas. Peculiari*, id eſt, peculio, *conceſſo, quod habes, aut deinceps elaborare potueris. Si tibi neceſſitas, ad*

[d] Lib. 2. c. 33.

tuendam ingenuitatem tuendam, contigerit, abſque vllo præiudicio ingenuitatis tuæ, defenſionem Eccleſiæ, aut cuiuſcumque te eligere placuerit, licentiam habeas, & vitæ tuæ ſemper benè & integrè ducas ingenuam. Si quis verò, quod futurum eſſe non credimus, nos ipſi, quod abſit, aut aliquis de hæredibus noſtris, vel qualibet oppoſita perſona, contra hanc ingenuitatem tuam venire, aut eam infringere conaueritæ, aut te in ſeruitio inclinare voluerit, diuina illum vltio ſubſequatur, & à liminibus Eccleſiarum, vel à communione extranea efficiatur. Et inſuper inferat tibi cum cogente fiſco auri lib. 1. & quod repetit vindicare non valeat, ſed præſens ingenuitas omni tempore firma permaneat, ſtipulatione ſubnixa. | AN. CH. 589. GVNTCH. R. 28. CHILDEB. II. R. 14. CLOTAR. II. R. 6. IV.

In illa formula, manumiſſo liberum relinquitur, vt ſi neceſſitas ad ingenuitatem tuendam contigerit, abſque vllo præiudicio ingenuitatis ſuæ *defenſorem Eccleſiæ aut cuiuſcumque* poſſit eligere. Hæc vt meliùs intelligas, nota Marculfi ſeculo manumiſſionem triplicem fuiſſe, ante Regem, in Eccleſia, & per priuatam epiſtolam. | TRIPLEX MANVMISSIO.

Manumiſſio ante Regem fiebat per denarium, in Eccleſia per chartam ſeu tabulam, inde libertorum alij denariales, alij chartuarij ſeu tabularij dicti. | PER DENARIVM.

Denariales, qui ante Regem liberati fuerant, Regem patronum & defenſorem habebant. Manumiſſi in Eccleſia ſub eiuſdem Eccleſiæ tuitione conſiſtebant. Itaque ſi quis eos occidiſſet, pretium compoſitionis, chartularij quidem Eccleſiæ ſoluendum erat, denarialis autem Regi, iiſque Rex aut Eccleſia ſuccedebat ſi abſque liberis deceſſiſſent. | PER CHARTAM.

Atqui per epiſtolam ita manumittebantur, vt nullum obſequium manumiſſor retineret, ſolebant defenſionem Regis aut Eccleſiæ, aut etiam alterius potentis expetere, vt eſſet qui eorum libertatem tueretur, & ab omni iniuria eos vindicaret. Si patronum & defenſorem non elegerant, horum occiſorum pœna Regi ſoluebatur. | PER EPISTOLAM.

Marculfus [a] habet formulam Præcepti denarialis hoc modo. *Quia apoſtolicus, aut illuſtris vir ille ſeruum ſuum nomine illum, per manum illius ad noſtram præſentiam iactante denario ſecundùm legem Salicam dimiſit ingenuum, eius quoque abſolutionem per præſentem auctoritatem firmamus: præcipientes enim vt ſicut & reliqui manſoarij, qui per talem titulum à iugo ſeruitutis in præſentia principum noſcuntur eſſe relaxati ingenui, ita & à modo memoratus ille per noſtrum præceptum pleniùs in Dei nomine confirmatum nullo inquietante, perennîſque temporibus, cum Dei & noſtra gratia valeat permanere benè ingenuus atque ſecurus.* | [a] Lib. 1. c. 22.

In illa formula *iactante denario* legitur pro *iactato*, nummus enim excutiebatur de manu ſerui qui manumittebatur, & nummus ille vel argenteus vel aureus erat, nullo prorſus diſcrimine. Ibidem manſoarij dicuntur, qui manentes, ſiue commanentes, villici, manſi, manſarij, coloni denique appellantur. In lege [b] Ripuariorum hæc ſanciuntur de tabulariis. *Iubemus vt qualiſcumque Francus, Ripuarius, ſeu tabularius ſeruum ſuum pro animæ ſuæ remedio, ſeu pro pretio ſecundùm Legem Romanam libertare voluerit, vt in Eccleſia coram Presbyteris, Diaconibus, ſeu cuncto Clero & plebe, in manu Epiſcopi, ſeruum cum tabulis tradat, & Epiſcopus Archidiaconum iubeat, vt ei tabulas ſecundùm Legem Romanam, quà Eccleſia viuit, ſcribere faciat, & tam ipſe quàm omnis procreatio eius liberi permaneant, & ſub tuitione Eccleſiæ conſiſtant, vel omnem redditum ſtatûs aut ſeruitij tabularij eorum Eccleſiæ reddant. Et nullus tabularium denarium ante Regem præſumat iactare. Quòd ſi fecerit, CC. ſol. culpabilis iudicetur, & nihilominùs ipſe tabularius & procreatio tabularij perſiſtant, & omnes redditus ſtatûs eorum ad Eccleſiam reddant, & non alibi niſi ad Eccleſiam, vbi relaxati ſunt, mallum teneant. Quòd ſi quis tabularium ſeu Eccleſiaſticum hominem contra Epiſcopum defenſare voluerit, LX. ſol. culpabilis iudicetur, & inſuper hominem cum omnibus rebus ſuis Eccleſiæ reſtituat. Quia inlicitum ducimus, quòd Eccleſiis conceſſimus, iterum ab Eccleſiis reuocare. Tabularius autem qui abſque liberis diſceſſerit, nullum alium niſi Eccleſiam relinquat hæredem.* | [b] Cap. 58.

Et inter veteres [c] formulas, quæ Marculfo ſubiiciuntur, extat diploma Senonenſis Archiepiſcopi ſeruum in Eccleſia manumittentis his verbis. *Per hunc libellum manumiſſionis, te fratrem noſtrum, quem eatenus ſeruilis conditio hactenus addictum tenuit, inter* | [c] Cap. 8.

AN. CH. 589. GVNTCH. R. 28 CHILDEB. II. R. 14. CLOTAR. II. R. 6.

huius Eccleſiæ familiam, quia fratrum teſtimonio, inter quos enutritus es, dignus ad Sacerdotalem honorem ſuſcipiendum prædicaris, cenſeo te atque ſtatuo, ante ſacri altaris cornu, in conſpectu Sacerdotum & Cleri & populi adſtantis, à præſenti die & deinceps ab omni iugo ſeruitutis humanæ abſolutum fore. Seruos ad Eccleſiam vendi ſolitos docet hæc vetus venditionis formula, quæ inter chartas Regales ſiue Parenſales reperitur [a]. *Breue in vicem venditionis. Qualiter vendidit homo aliquis, nomine ille, ad Eccleſiam aliquam, nomine illam, vernaculum ſuum nomine illum, à die præſente, non furem, non fugitiuum, non cadiuum, nec vllum vitium in ſe habentem, ſed in omni corpore ſcimus eum ſanum vſque ad annum & diem. Et accepi à te in pretio pro hoc, iuxta quod mihi benè complacuit, vel conuenit, ſolidos tantos, tanto itant ab hac die memoratum vernaculum ſuperiùs denominatum, quem dato pretio de me legibus comparaſti, habeas, teneas, atque poſſideas, & quicquid exinde facere volueris, liberè & firmiſſimè in tua permaneat poteſtate ad faciendum. Si quis verò, quod fieri non credo, ſi fuerit, aut ego ipſe, aut vllus de hæredibus meis, qui contra venditionem iſtam venire aut eam infringere tentauerit, fiſco diſcutiente ſolidos* XXX. *multa componat, & quod repetit nihil euendicet, ſed præſens ingenuitas & merces noſtra, firma & ſtabilis permaneat, cum ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco illo.*

[a] Cap. 4.

V. AMALO DVX NECATVR.

Amalo Dux, dum coniugem in alia villa pro exercenda vtilitate dirigit, in amorem puellæ cuiuſdam ingenuæ ruit. Et factâ nocte crapulatus à vino miſit pueros, vt detrahentes puellulam, eam thoro eius adſcirent. Illâ quoque repugnante, & violenter in eius manſione deductâ, dum eam alapis cædunt, ſanguinis vndâ ex narium meatibus decurrente perfunditur. Vnde factum eſt, vt ipſe quoque ſtratus Ducis antedicti hoc riuo cruentaretur, quam ipſe pugnis, colaphis, aliíſque ictibus verberatam vlnâ ſuſcepit, & ſtatim obpreſſus ſomno dormire cœpit. At illa extensâ manu trans caput viri gladium reperit. Quo euaginato, caput Ducis, velut Iudith Holofernis, ictu virili librauit. Illo quoque voces emittente, concurrunt famuli. Quam cùm interficere vellent, exclamauit ille, dicens. Ne interficiatis, quæſo. Ego enim peccaui, qui vim caſtitati inferre conatus ſum. Nam hæc, quæ pudicitiam ſtuduit conſeruare, omnino non pereat. Hæc dicens, ſpiritum exhalauit. Cúmque ſuper eum familia coniuncta lamentaretur, adiutorio Dei eruta puella domum egreditur, & per noctem Cabillonenſem vrbem adiit, quæ eſt ſita ab eo loco quaſi millia XXXV. *Ibíque Baſilicam ſancti Marcelli ingreſſa, Regis proſtrata pedibus cuncta quæ pertulerat pandit. Tum Rex miſericordiſſimus, non ſolùm ei vitam donauit, verùm etiam præceptionem tribui iuſſit, vt in verbo ſuo poſita, à nullo vnquam parentum defuncti illius in aliquo moleſtiam pateretur. Veruntamen hoc Deo præſtante cognouimus, quòd puellæ caſtitas non eſt ereptore ſæuo vllatenus violata.* Hæc Gregorius Turonenſis [a] de Guntchramno Rege.

[a] Lib. 9. c. 27.

VI. EPISCOPI MOGVNT.

Childebertus Rex inuitante Sigiberto Momociacenſis oppidi Sacerdote, dies Paſchæ ad ſupradictam celebrari ſtatuit vrbem. Grauiter tunc Theodobertus filius eius ſenior gulæ adflictus tumore laborauit, ſed conualuit. Hæc Gregorius [b] Turonenſis in editione Ducheſniana. Per oppidum Momociacenſe Moguntiam intellige ſeu Moguntiacum, cui ciuitati tunc Epiſcopus præerat Sigibertus, vel Sigimundus vt habet alia Gregorij lectio, ſeu Wilebertus vt eſt apud Serarium [c] in Hiſtoria rerum Moguntiacarum. Succeſſerat Sidonio cuius meminimus ſub Sigiberto Rege Childeberti patre, anteceſſit in Epiſcopatu Leumſium de quo ſub Theodoberto eiuſdem Childeberti filio ſermonem faciemus.

[b] Lib. 9. c. 29.

[c] Lib 2. c. 19.

VII. DESCRIPTORES VRB. PICTAVÆ. ET TVRONICÆ.

Childebertus Rex deſcriptores in Pictauo, inuitante Maroneo Epiſcopo, iuſſit abire, id eſt, Florentianum Maiorem domûs regiæ, & Romulfum Palatij ſui Comitem, vt ſcilicet populus cenſum, quem tempore patris reddiderat, factâ ratione innouatura, reddere deberet. Multi enim ex his defuncti fuerant, & ob hoc viduis orphaníſque ac debilibus tributi pondus inſederat. Quod hi diſcutientes, per ordinem relaxantes pauperes ac infirmos, illos, quos iuſtitiæ conditio tributarios dabat, cenſu publico ſubdiderunt. Et ſic Turonus ſunt delati. Sed cùm populis tributariam functionem infligere vellent, dicentes, quia librum præ manibus haberent, qualiter ſub

anteriorum Regum tempore diſſoluiſſent, Gregorius illius ciuitatis Epiſcopus, cuius ſcripta ª ſuper ea re conſuluimus, generoſè conteſtatus eſt populum Turonenſem præ reuerentiâ ſancti Martini poſt tempora Clotarij Regis nihil tributi pependiſſe, regnantibus, Chariberto, Sigiberto, atque ipſomet Childeberto, cuius annus iam decimus quartus excurrebat. Poſtrema verba protestantis ad deſcriptores hæc fuerunt. *Nunc autem poteſtatis veſtræ eſt, vtrùm cenſeatis tributum, an non. Sed videte ne aliquid noceatis, ſi contra Regis ſacramentum ambulare diſponitis.* Reſponderunt illi. *Ecce, librum præ manibus habemus, in quo cenſus huic populo eſt inflictus.* Ad hæc Gregorius. *Liber hic à Regis theſauro delatus non eſt, nec vnquam per tot conualuit annos. Non eſt mirum enim ſi pro inimicitiis horum ciuium, in cuiuſcumque domo reſeruatus eſt. Iudicabit enim Deus ſuper eos qui pro ſpoliis ciuium noſtrorum hunc poſt tanti temporis tranſactum ſpatium protulerunt.* Dum autem hæc agerentur, *Audini filius, qui librum protulerat, ipſâ die à febre correptus, die tertiâ expirauit.* Poſt hæc Gregorius tranſmiſit nuncios ad Regem, *vt quid de hac cauſa iuberet, mandata remitteret. Sed protinus epiſtolam cum auctoritate miſerunt, ne populus Turonenſis pro reuerentia ſancti Martini deſcriberetur. Quibus relectis, ſtatim viri, qui ad hæc miſſi fuerant, ad patriam ſunt regreſſi.* Vtriuſque Pontificis egregium fuit factum ac laude dignum. Maroueus viduis, orphanis & pauperibus conſultum voluit, ne cum ceteris cenſerentur, Gregorius obſtitit ne populus contra Regis ſacramentum deſcriberetur. Ambo ſub idem tempus regias literas acceperunt, vt Berthegundem Ingeltrudi matri cauſis omnibus diſcuſſis reconciliarent. Berthegundis relicto Pictauo Turonos ad iudicium venit. Ingeltrudis flecti non potuit, *accenſa felle*, vt Gregorius ᵇ ſcribit, *ad Regem abiit quaſi filiam exhæredatura de facultate paterna. Ac in præſentia Regis exponens cauſas ſuas, filiâ abſente, indicatum eſt ei. Vt quartâ parte filia reſtitutâ, tres cum nepotibus ſuis, quos de filio vno habebat, reciperet. In qua cauſa Theutarius Presbyter, qui nuper ex Referendario Sigiberti Regis conuerſus, Presbyterij honorem accepit, acceſſit vt hanc diuiſionem iuxta Regis imperium celebraret. Sed reſiſtente filiâ, nec diuiſio facta, nec ſcandalum reſedatum eſt.* Cùm autem Ingeltrudis è Monaſterio, quod Turonis, in atrio ſancti Martini ſtatuerat, ad Regem accuſatura filiam proceſſit, Berthefledis Chariberti quondam Regis filia ex eodem Monaſterio egreſſa in Cenomannicum ſe contulit, *erat enim gula & ſomno dedita, & nullam de officio Dei curam habens.* Ceterùm Florentianus Maior domûs Regiæ & Romulphus Comes Palatij feſtiuitatem ſancti Martini Turonis celebrarunt, nec illis parua fuit admiratio de gloria beati Confeſſoris per quem Dominus ſanauit quatuordecim paralyticos, illuminauit tres cæcos, emundauit energumenos quinque, vt idem Gregorius ᶜ teſtatur. Haud minorem ſanctiſſimi Præſulis virtutem procul Turonis in Xanctonica Diœceſi expertus eſt Palladius Epiſcopus, qui cùm Baſilicam in illius honorem erexiſſet, eam acceptis hoc anno ᵈ reliquiis dedicauit, & poſt duos aut tres menſes Gregorio Turonenſium Epiſcopo ſignificauit firmitatem pedum tribus paralyticis, viſum duobus cæcis, ſanitatem duodecim aut etiam pluribus qui febre laborabant iam reſtitutam fuiſſe.

Idem Palladius Santonenſis Epiſcopus à Gregorio Turonenſi laudatur libro primo ᵉ de gloria Martyrum, quòd ſancti Eutropij cineres in honoratiorem locum tranſtulerit, & libro ᶠ de gloria Confeſſorum, quòd ſancti Martini Santonenſis Abbatis ſepulchrum mouerit, necnon à Fortunato libro primo ᵍ Carminum, quòd apud Santones Baſilicam ſancti Stephani conſtruxerit. Res adeò præclarè geſtas attentè conſidera, ne Palladium putes talem fuiſſe, qualem ſuprà Guntchramnus Rex & Bertchramnus Burdigalenſis Antiſtes depinxerunt. Eutropius primus Santonenſium Epiſcopus Martyr occubuit. *Poſt multa annorum ſpatia*, verba ſunt Gregorij Turonenſis, *in eius honore Baſilica ædificata eſt, expleto opere Palladius, qui tunc Sacerdotalis ordinis Cathedram regebat, conuocatis Abbatibus ſacros cineres in locum quem præparauerat,*

AN. CH. 589.
GVNTCH. R. 18.
CHILDEB. II. R. 14.
CLOTAR. II. R. 6.

ª Lib. 9. c. 30.

DISCORDIA INTER INGELTRVDEM ET BERTHEGVNDEM FILIAM.

ᵇ Lib. 9. c. 33.

BERTHEFLEDIS CHARIBERTI R. FILIA.

S. MARTINVS MIRACVLIS CLARET.

ᶜ Lib. 4. c. 4. de Mir. S. Mart.

ᵈ Greg. Tur. de Mir. S. Mart. l. 4. c. 8.

VIII.

ᵉ Cap. 56.

ᶠ Cap. 57.

ᵍ Carm. 3.

LAVS PALLADII EP. SANCTON.

AN. CH. 589. GVNTCH. R. 28. CHILDEB. II. R. 14. CLOTAR. II. R. 6.

transferri ſtuduit. Quod cùm factum fuiſſet, duo ex Abbatibus reſerato opertorio, ſanctum corpus aſpiciunt, contemplantur cicatricem capitis qua in parte defixum fuerat ſecuris acumen. Sed ne præſens viſio duceretur in irritum, etiam ſpiritalis hac doctrina commonuit, ſcilicet cùm ſequenti nocte ſtraniſſent Sacerdotes membra quieti, apparuit per viſum his duobus dicens. Cicatricem quam contemplati eſtis in capite, ſcitote me per eam Martyrium conſummaſſe, & ex hoc, quòd Martyr eſſet, innotuit populis, quia non aderat Hiſtoria Paſſionis. De Martini Santonenſis Abbatis tumulo ſic idem Author. *Martinus Sanctonicæ vrbis Abba, Martini, vt ferunt, noſtri diſcipulus, apud vicum vrbis ipſius, in Monaſterio quod ipſe poſt magiſtri dogmata ædificauit, in pace quieſcit. Huius ſepulchrum Palladius Epiſcopus cùm non valuiſſet cum multis, opitulante adiutorio Confeſſoris cum quinque Abbatibus mouit, compoſuitque quò voluit.* Et Carmen de Baſilica beati Stephani ſic abſoluit Fortunatus,

Hac ſacra Palladius Leuita templa locauit,
Extet vt inde ſibi non peritura domus.

IX. COPIÆ GVNTCHR. PROFLIGANTVR A GOTHIS.

Guntchramnus Boſonis & Anteſtij, quos in Septimaniam cum exercitu miſerat, auditâ clade, cauſam omnem mali reiecit in fœdus, quod Childebertus cum Richaredo nuper percuſſerat, ideóque ne quis è regno Childeberti per ditiones ſuas iter ageret, inpoſterum prohibuit. Auxit ſimultatem conſilium à Childeberto ſuſceptum de Theodoberto filio Sueſſionem mittendo, prout Strateburgi rogatus fuerat à Sueſſionenſibus & Meldenſibus. Nam Guntchramnus facilè ſibi perſuaſit eo prætextu Childebertum aliud moliri, Theodobertum Sueſſione Pariſios dirigi poſſe, regno ſuo cauendum. Prætereà Brunichildem laceſſiuit variis opprobriis, ſuſpicatus hæc eius artibus geri, eiúſque literis inuitatum Gundobaldi filium coniugio copulandum. Quapropter & Synodum Epiſcoporum indixit ad Kalendas Nouembres, ſed cùm multi iam venirent ab extremis partibus Galliarum, Brunichildis ſacramento ſe de criminibus purgauit, & Guntchramnus amicitiam redintegrauit cum Childeberto, cuius filius Theodobertus à Sueſſionenſibus exceptus iam fuerat ſummâ lætitiâ, menſe Auguſto. Lege Gregorium Turonenſem [a]. Droctigiſilus Sueſſionenſis Epiſcopus, cuius iam meminimus, meliùs tunc agebat, & liberè ciuitatem ingrediebatur propter aduentum Theodoberti. *Licèt eſſet vorax cibi ac potator vini extra modum quàm Sacerdotalem cautelam decet, tamen nullum de eo adulterium quiſpiam eſt locutus.* Poſteà *cùm apud Sauriciacum* * *villam Epiſcoporum Synodus adgregata fuiſſet, iuſſum eſt vt liceret ei ingredi vrbem ſuam.* Huius conſtitutionis rationem vt meliùs intelligas, conſule quæ de eodem Pontifice ante quinquennium in obitu Chilperici Regis dicta ſunt. Ab anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-quinto, quo ſanctus Bandaricus Sueſſionenſis Epiſcopus ex hac vita deceſſit, nomenclaturam Sueſſionenſium Antiſtitum ad Concilium vſque Remenſe, quod anno pòſt octogeſimo, Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, celebratum eſt, ita reſtituendam iam monuimus [b]. Poſt ſanctum Bandaricum in Cathedra Sueſſionenſi ſederunt, Anectarus, Theobaldus, Droctigiſilus, Tondulphus, Landulfus & Anſericus. Vt Anectari & Theobaldi ſeu Thenebaldi qui Droctigiſilum anteceſſerunt, ſic & Tondulphi ſeu Tandulphi ac Landulphi qui eundem Droctigiſilum ſubſecuti ſunt, ſola ſuperſunt nomina. Droctigiſili verò non ſemel meminimus [c], & Anſericum Remenſi Concilio interfuiſſe conſtat ex Fludoardo [d].

EPISCOPI SVESSION.

[a] Lib. 9. capp. 32. 32. 36. 37.
* Saurecy.
[b] Tom. 7. ad an. 545. n. 34.
[c] Ad ann. 584. & 589.
[d] Lib. 2. cap. 5.

X. INIMICI BRVNICHILDIS DETECTI ET PVNITI.

Faileuba Childeberti coniux partu edito, mox extincto ægrotauit, recuperatâ ſanitate Childeberto & Brunichildi fraudem Septiminæ aperuit, eiuſdémque ſceleris conſcios accuſauit Sunnegiſilum & Gallomagnum cum Droctulfo. Septimina regios liberos enutriebat. Sunnegiſilus Comes erat ſtabuli, Gallomagnus Referendarius, Droctulfus Septiminam in educatione Principum iuuabat. Habito conſilio Regi ſuadere voluerunt, vt eiectâ matre Brunichilde, relictâque Faileubâ aliam vxorem duceret, ſic enim quæcumque vellent, ſe vel acturos pro libitu vel precibus obtenturos putabant. Septimina & Droctulfus

Droctulfus cùm extenſi inter ſtipites vehementiùs cæderentur, poſt criminis confeſſionem nomina Sunnegiſili & Gallomagni detulerunt, hi latebram inter Eccleſiarum ſepta petierunt, ad quos Rex ipſe procedens ait. *Egredimini in iudicium, vt cognoſcamus de his quæ vobis obiiciuntur, ſi vera ſint an falſa. Nam ego vt opinor, in hac Eccleſia fugâ delapſi non fuiſſetis, niſi vos conſcientia terruiſſet. Verumtamen promiſſionem habete de vita, etiamſi culpabiles inueniamini. Chriſtiani enim ſumus. Nefas eſt enim vel criminoſos ab Eccleſia eductos punire.* Tunc educti foras, cum Rege venerunt ad iudicium, dixeruntque. *Regina Septimina cum Droctulfo hoc nobis conſilium patefecit, ſed nos execrantes ac fugientes, nunquam conſentire voluimus hoc ſcelus.* Tunc Rex. *Si vos nullam conniuentiam præbuiſſetis, noſtris auribus vtique intuliſſetis. Verùm nunc ergo eſt, vos in hac cauſa præbuiſſe conſenſum, cùm hoc noſtra ſcientia occulti voluiſtis?* Statim eiecti foras, iterum Eccleſiam petierunt. Priuati rebus, quas à fiſco meruerant, truſi ſunt in exilium, reuocatique poſteà precibus Guntechramni Regis, qui Legatos, inter quos erant Epiſcopi, ad Childebertum ea de re direxit. Lege Gregorium Turonenſem [a], qui Droctulfum & Septiminam ab aula pariter eliminatos docet.

GVNTCH. R. 28. CHILDEB. II. R. 14. CLOTAR. II. R. 6.

[a] Lib. 9. cap. 38.

XI. GRANDE SCANDALVM IN MONAST. PICTAV.

Ortum eſt ſcandalum in Monaſterio Pictauienſi. Chrodieldis Chariberti quondam Regis filia, exactis ſacramentis à Monialibus, vt iniectis in Leuboueram Abbatiſſam (Agneti ea ſucceſſerat) criminibus, illâque deiectâ eius loco ſe ſubſtituerent, egreſſa cum quadraginta vel eo ampliùs puellis & Baſinâ Chilperici filiâ pedibus Turonos venit Kalendis Martiis, cùm vix propter pluuias nimiâ immenſitate aquarum diſſolutæ eſſent, præuiâ ſalutatione Gregorium Epiſcopum, qui totum illud negotium prolixo ſtylo deſcripſit [b], ſic eſt allocuta. *Deprecor, ſancte Sacerdos, vt has puellas quæ in magnam humilitatem ab Abbatiſſa Pictauenſi redactæ ſunt, cuſtodire digneris, ac cibum præbere, donec ego eam ad Reges, parentes noſtros, exponámque eis quæ patimur, ac reuertar.* Reſpondit Epiſcopus. *Si Abbatiſſa deliquit, aut Canonicam Regulam in aliquo prætermiſit, accedamus ad fratrem noſtrum Maroueum Epiſcopum, & coniuncti arguamus eam, emendatiſque negotiis reſtituamini in Monaſterio, ne diſpergatur luxuriâ quod ſancta Radegundis ieiuniis & orationibus crebris eleemoſyniſque frequentibus adgregauit.* Illa dixit. *Nequaquam, ſed ad Reges ibimus.* Et Gregorius. *Quare reſponſioni reſiſtitis? Ob quam rem Sacerdotale monitum non auditis? vereor ne coniuncti Sacerdotes Eccleſiarum vos à communione remoueant. Sic enim & ab anteceſſoribus in epiſtola, quam ad beatam Radegundem in initio huius Congregationis ſcripſerunt, habetur inſertum.* Literas illas ſuo loco recitauimus. Quibus perlectis, Chrodieldis ait. *Nunquam nos vlla retinebit mora, niſi ad Reges, quos parentes noſtros eſſe nouimus, accedamus.* Detrahebant & de Maroueo Epiſcopo dicentes, *quòd illius dolo & hæc turbata, & Monaſterium erat derelictum.* Ad hæc Gregorius. *Intenditis contra rationem, & nullomodò vobis ea ſeries inſeri poteſt, quæ blaſphemium arceat. Sed ſi rationem prætermittitis, nec ſalubre conſilium vultis accipere, vel hoc conſiicite in animis veſtris, vt præterito hiberni huius tempore, quod iam ſtet verno acceſſit, cùm auræ commodiores fuerint, quò ducit voluntas, pergere valeatis.* Tandem acquieuerunt huic conſilio. *Subſequente æſtate, Chrodieldis relictis Turonis ceteris accommodatis conſobrina ſua Sanctimonialibus, ad Regem Guntchramnum acceſſit. A quo ſuſcepta, ac muneribus honorata, Turonum eſt regreſſa. Conſtantina filia Burgolini in Monaſterio Auguſtidunenſi relicta, expectans Epiſcopos, qui ad Regem fuerant iuſſi aduenire, & cauſam ipſarum cum Abbatiſſa diſcutere. Multa tamen ex his à diuerſis circumuentæ matrimonio copulatæ ſunt, priuſquam hæc à Rege regrederetur. Cúmque præſtolantes aduentum, nullum Epiſcopum aduenire ſenſiſſent, Pictauum regreſſæ ſunt, & ſe infra Baſilicam ſancti Hilarij munierunt, congregatis ſecum furibus, homicidis, adulteris, omniùmque criminum reis, ſtabilientes ſe ad bellum atque dicentes. Quia Reginæ ſumus, nec priùs in Monaſterio noſtro ingredimur, niſi Abbatiſſa eiiciatur foras.* Erat ibi tunc Reclauſa quædam, cuius ſuprà meminimus, hæc,

[b] Lib. 9. capp. 39. 40. 41. 43. & lib. 10.

AN. CH. 589. GVNTCH. R. 28. CHILDEB. II. R. 14. CLOTAR. II. R. 6.

cùm Chrodieldic à Guntchramno Rege regreſſa eſſet, diſrupta nocturnis horis cellulæ oſtio egreſſa eſt à Monaſterio, & ad Chrodieldem abiit, multa, ſicut priùs fecerat, crimina de Abbatiſſa prorumpens.

XII. SEDARE MVLTI CONANTVR EPISCOPI.

*Dum autem hæc agerentur, Gundegiſilus Burdegalenſis, adiunctis ſecum Nicaſio Egoliſmenſi, & Saffario Petragorico, ac ipſo Moroneo Pictauenſi, Epiſcopis, eò quod huius vrbis Metropolis eſſet, ad Baſilicam ſancti Hilarij aduenit, arguens has puellas, & in Monaſterio reducere cupiens. Sed cùm illæ obſtinatiùs reluctarentur, & hic cum reliquis iuxta epiſtolam ſuperiùs nominatam eis excommunicationem indiceret, exurgens turba murionum præfatorum, tantâ eos in ipſa ſancti Hilarij Baſilica cæde mactauit, vt corruentibus in pauimento Epiſcopis vix conſurgere poſſent. Sed & Diaconi & reliqui Clerici ſanguine perfuſi, cum effractis capitibus Baſilicam ſunt egreſſi. Tam immenſus enim eos, & (vt credo) diabolo cooperante pauor obſederat, vt egredientes à loco ſancto, nec ſibi vale dicentes, vnuſquiſque per viam quam arripere potuit repedaret. Adfuit huic calamitati & Deſiderius Diaconus Siagrij Auguſtidunenſis Epiſcopi, qui non inquiſito Cleni * fluminis vado, quà primùm littus adtigit, eſt ingreſſus, ac natante equo, ripæ vlterioris campo euectus eſt.* Fama fuit Childericum Saxonem ſceleratorum illorum hominum anteſignanum fuiſſe. *Ex hoc Chrodieldis ordinatores eligit, villas Monaſterij peruadit, & quoſcumque de Monaſterio arripere potuiſſet, plagis ac cædibus adfectos ſuo ſeruitio ſubiugabat, minans, vt, ſi Monaſterium poſſet ingredi, Abbatiſſam de muro proiectam terræ deiiceret. Quod cùm Childeberto Regi nunciatum fuiſſet, ſtatim directâ auctoritate præcepit Macconi Comiti, vt hæc reprimere omni intentione deberet. Gundegiſilus autem cùm has à communione ſuſpenſas cum ceteris (vt diximus) reliquiſſet Epiſcopis, epiſtolam ex ſuo fratrúmque præſentium nomine conſcripſit ad Sacerdotes illos, qui tunc cum Rege Guntchramno fuerant adgregati.* Literæ illæ perierunt, ſed extat reſcriptum Epiſcoporum qui apud Guntchramnum Regem erant, ad Epiſcopos qui Pictauis Chrodieldem & reliquas Monachas illi adhærentes excommunicarant. Fragmentum tantùm recitabimus. *Indicamus*, inquiunt Patres, *ea quæ definiſtis nos concordanter veſtra ſententia conſentire, quoadusque in Synodali Concilio Calendis Nouembribus poſiti debeamus conſilio pari tractare, qualiter talium temeritas frænum diſtrictionis poſſit accipere, vt deinceps nulli liceat ſub hunc lapſum faciente iactantiâ ſimilia perpetrare.* Reſcripto ſubſcripſerunt Ætherius, Syagrius, Aunacharius, Heſychius, Agricola, Vrbicus, Felix, Veranus, item Felix, & Bertchramnus, Epiſcopi. Sedebant, Ætherius Lugduni, Syagrius Auguſtoduni, Aunacharius Altiſſiodori, Heſychius Gratianopoli, Agricola Niuerni, Vrbicus Regij, Felix Belicij, Veranus Cabellicis *, item Felix Catalauni, Cenomanni Bertchramnus. De ſingulis multa iam diximus, ſi Ætherium ſancti Priſci in Epiſcopatu Lugdunenſi ſucceſſorem excipias cum altero Felice, qui ſancto Ludomero in Epiſcopatum Catalaunenſem haud pridem ſucceſſerat. *Poſt hæc Maroueus Epiſcopus, cùm diuerſa improperia audiret, Porcarium Abbatem beati Hilarij ad Gundegiſilum Epiſcopum vel reliquos comprouinciales eius deſtinat, vt datâ communione puellis, ad audientiam veniendi licentiam indulgere dignarentur, ſed nequaquam potuit obtinere.*

NECNON CHILDEBERTVS REX.

Childebertus autem Rex, cùm aſſiduas de vtraque parte, Monaſterij ſcilicet, vel puellarum quæ egreſſæ fuerant, moleſtias pateretur, Theutarium Presbyterum ad dirimendas querimonias, quæ inter eaſdem agebantur, deſtinat. Cui, prouocatæ Chrodieldis & Baſina cum reliquis puellis ad audientiam, dixerunt. Non venimus, quia à communione ſuſpenſæ ſumus. Si reconciliari meremur, tunc ad audientiam venire non differimus. Hæc audiens ille, ad Epiſcopos abiit. Cumque cum his de hac cauſa locutus fuiſſet, nullum effectum obtinere potuit de communione earum, & ſic ad vrbem Pictauam regreſſus eſt. Puellæ verò ſeparatæ ab inuicem, aliæ ad parentes, aliæ ad domos patrias, nonnullæ in hæc Monaſteria, in quibus priùs fuerant, ſunt regreſſæ, quia hyemem validam ſimul poſitæ propter penuriam ligni tolerare non poterant. Paucæ tamen cum Chrodielde & Baſina remanſerunt. Erat enim tunc & inter eaſdem magna diſcordia, pro eo quòd altera alteri ſe præpo-

* le Cla.u.

* Canailon.

nere capiebat. De illo ſcandalo agemus iterum anno ſequenti.

XIII. In prima parte Decreti, capite vndecimo diſtinctionis decimæ-ſeptimæ recenſentur antiquiſſimæ Synodi prouinciales viginti quatuor, prout in noſtram Collection venerunt. Illarum poſtremæ quatuor ponuntur duæ Matiſconenſes, quarum author aſſeritur Priſcus Epiſcopus Lugdunenſis, itémque duæ Lugdunenſes, quarum authores dicuntur Euantius Viennenſis Epiſcopus & Priſcus Lugdunenſis Antiſtes, ille prioris, hic poſterioris. Ex prædicta Synodorum enumeratione quidam apud Seuertium [a] concludunt Priſcum vltimo anno Lugdunenſi Concilio præfuiſſe anno poſt Secundam Synodum Matiſconenſem tertio, quia in iſta Synodo ſtatutum fuerat vt Concilium tertio quoque anno celebraretur. Si vera eſſet hæc neotericorum argumentatio, Priſcus anno priore Concilium Lugdunenſe coegiſſet ſecundùm noſtram ſupputationem, obiiſſétque eodem anno menſe Iunio. Sed prænominatæ quatuor Synodi loco citato non eo recenſentur ordine quo fuerunt habitæ, ambæ enim Lugdunenſes duabus Matiſconenſibus præponi debent. Coacta eſt prior Lugdunenſis anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-primo, eius Acta cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum hodie deſiderantur, ſupereſt tamen illuſtre monumentum apud Gregorium Turonenſem [b], qui ſub anno ſexto Childeberti Regis ita diſſerit. *Apud Lugdunum Synodus Epiſcoporum coniungitur, diuerſarum cauſarum altercationes incidens, negligentioréſque iudicio damnans.* Adeſſe potuit Euantius Epiſcopus Viennenſis, qui multis aliis Conciliis cum Priſco Lugdunenſium Antiſtite ſubſcripſit, & Pontificatum videtur iniiſſe ante annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-primum, quia de Philippo eius anteceſſore nihil prorſus legitur poſt annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-tertium, quo Pariſios ad Synodum venit. Poſterior Synodus Lugdunenſis, cui Priſcus & Euantius interfuerunt, habita eſt menſe Maio, anno Guntchramni Regis viceſimo-ſecundo qui cum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio coincidit. Eodem anno, Guntchramni Regis viceſimo-ſecundo, celebrata eſt Prima Synodus Matiſconenſis, cui Priſcus & Euantius pariter interfuerunt, vt & Matiſconenſi Secundæ, quæ menſe Octobri conuocata eſt anno viceſimo-quarto Guntchramni Regis, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto. Aliarum Synodorum ſeu Lugdunenſium ſeu Matiſconenſium, quæ Priſci & Euantij temporibus habitæ ſint, nullum apud antiquos Authores extat veſtigium. Euantius vitam clauſit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto, menſe Ianuario, ſeu menſe poſt Secundam Synodum Matiſconenſem tertio. An in eundem annum vel in ſequentem aut in annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-octauum inciderit mors Priſci, non liquet, quia poſt Secundam Synodum Matiſconenſem de Priſco nihil occurrit authoritate firmâ nixum, déque Ætherio Priſci ſucceſſore prima mentio fit ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-nonum, cùm ſubſcripſit literis, quas Epiſcopi cum Guntchramno Rege congregati direxerunt ad alios Pontifices, qui tumultus in Pictauienſi puellarum Monaſterio concitatos ſedare conabantur. De menſe quo Priſcus obiit, non tanta eſt controuerſia, mortuum enim & coli ſolitum menſe Iunio docent acta Thabarienſis Epiſcopi, quæ in encomio eiuſdem Priſci ita citantur à Seuertio [c]. *In altari quodam ſubſequenti inuenimus tumbam beati Priſci, prout per ſequentes ſuperpoſitas literas in marmoreo lapide apparebat.*

Hoc tumulata loco Priſci pia membra recumbunt, &c.
Ædibus ad cælum terreſtris migrauit ab imis,
Iunius & menſis celſus honoris habet.

XIV. Quieſcit ſanctus Priſcus in Baſilica ſancti Nicetij. Ætherius eius ſucceſſor, ſub initium ſui Præſulatus, vt in vita ſancti Auſtregiſili legitur [d], ipſum Auſtregiſilum relicto Antiſtes clero ad ſe venientem *ingenti gaudio humaniſſimè excepit, Presbyterúmque & Abbatem beati Nicetij Epiſcopi & Confeſſoris ordinauit, atque in amoris teſtimonium & augmentum, de rebus Eccleſiæ quendam ei lo-*

[a] In Priſc. Ep. Lugd. par. 1.
[b] Lib. 6. c. 1.
[c] Pag. 7.
[d] Ap. Sur. d. 20. Mai.

AN. CH. 589.
GVNTCH. RR. 28.
CHILDEB. II. R. 14.
CLOTAR. II. R. 6.

cum, quem Albiacum vocant, attribuit. Auſtregiſilus maior erat tricenario, nam, vt antiquum illius elogium docet [a], natus eſt *tertio Decembrium Kalendarum, bis vicenis & primo Childeberto regnante in anno, feriâ quartâ*, id eſt, anno Childeberti Regis quadrageſimo-primo iam inchoato, ſiue tertio Kalendas Decembres, anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-primo, currente literâ Dominicali A, meliùs tamen Author annum quartum Theodobaldi Regis ſcripſiſſet quàm Childeberti quadrageſimum-primum, quia Bituriges, apud quos Auſtregiſilus ortus eſt, Theodobaldo Regi non autem Childeberto eius propatruo tunc obtemperabant.

[a] Apud Phil. Labb. tom. 2. biblioth.

XV. S. VERANI EPISCOPI CAVELLIC. MORS ET TRANSLATIO.

De Verano Cauellicenſi Epiſcopo, qui prædicto reſcripto ad Antiſtites, à quibus Chrodieldis excommunicata fuerat, cum aliis Præſulibus ſuſcripſit, nihil deinceps legitur. Obiit tertio Idus Nouembres, ſepultus eſt pridie eaſdem Idus in Oratorio, quod pridem in honorem beatæ Virginis prope fontem Sorgiæ conſtruxerat. Lege Authorem [b] vitæ. Poſteà delatus eſt Cauellicum, vbi multis miraculis inclaruit, habetur Patronus Eccleſiæ ciuitatiſque *Cauellicenſis, vbi colitur Idibus Nouembris. Tandem delatus eſt Iargolium *, quod oppidum eſt Diœceſeos Aurelianenſis, vbi quieſcit in Baſilica ſui nominis, quæ priùs Eccleſia S. Crucis nominabatur, vt Carolus Sauſſeyus obſeruauit [c].

[b] Tom. 2. biblioth. Labb.
* *Canaillon.*
* *Gergeau.*
[c] Lib. 1 n. 11

XVI. BERTCHR. EP. CENOMAN. ERIGIT COENOBIVM DE CVLTVRA DEI

Bertchramnus Cenomanenſis Epiſcopus, cuius nomen inter ſubſcriptiones eiuſdem reſcripti reperitur, rebus piis totus vacabat. Cùm autem aliquando in turri, quæ Cathedralem Eccleſiam contingebat, noctem integram in oratione traduxiſſet, Archangelo Michaele ſub auroram apparente didicit Deum coli velle in loco vicino, cui nomen tunc erat *Vinerens* ad vrbis meridiem, vbi Baſilicam inſignem erexit in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli cum Monaſterio, quod de cultura * Dei vocari voluit, ibique ſeruos Dei congregauit quos in ſuo teſtamento Canonicos appellat, *ſiue alimoniam*, inquit, *Canonicorum, vel pauperum, qui ad ipſam ſanctam Baſilicam ordinariò ſedere videntur.* Poſteà in eadem regione conſtruxit duo xenodochia, alterum ſanctæ Crucis, alterum ſancti Martini ad Pontileugam *. Versùs Septentrionem verò prope ſuburbium in honorem ſancti Germani Pariſienſis quondam Pontificis ædificauit alterum Cœnobium, vbi hodie eſt Eccleſia Parochialis. Addidit & Oratoriolum in eodem loco, vbi Archangelus ſe conſpiciendum obtulerat, quod nunc etiam de nomine ſancti Michaelis ſortitur appellationem. Omnium illorum locorum mentionem facit in ſuo teſtamento, vnde colligimus ante annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſeptimum confecta fuiſſe tot ædificia, nam poſt obitum Fredegundis Reginæ Bertchramnus bis aut tertiò paſſus eſt facultatum ſuarum adeò graue diſpendium, vt idcirco erubeſceret in ſuo teſtamento ſcribere, quòd parum ad offerendum reſediſſet. Coruaiſierus obſeruat inter Epiſcopos Cenomanenſes, qui Bertchramnum præceſſerunt ſubſecutique ſunt, nullum reperiri, qui tot templa tótque xenodochia erexerit. Sanè ante Clotarij cladem abundabat ampliſſimis opibus, quas cùm partim à ſuis parentibus, partim ab ipſo accepiſſet Clotario quem affinitate contingebat, in opera pia liberaliſſimè contulit.

* *la Coulture.*
DVO XENODOCHIA.
* *Pontlieue.*
MONAST. S. GERMANI.
ORATORIVM S. MICHAEL.

XVII. EPISCOPI BELLICENS.

Aiunt neoterici Felicem Epiſcopum obiiſſe cùm rediret è Concilio Matiſconenſi, ſed diutiùs vixiſſe conſtat ex prædicto reſcripto. Quot annis Pontificatum tenuerit, vix coniici poteſt, quia vt antecedentium Præſulum Euroldi & Claudij, qui poſt annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum ſeptimum ſederunt, ita & ſubſequentium Aquilini ac Florentij ſola nomina ſuperſunt vſque ad Cabilonenſe Concilium, cui regnante Clodoueo Secundo Florentius ſubſcripſit. Hæc obiter de Præſulibus Bellicenſibus *.

* *de Bellay.*

XVIII. Autharis Rex Longobardorum, cùm repulſam à Childeberto Rege paſſus fuiſſet, & Garioualdum ſeu Garibaldum, qui Boiorum Regem ſe dicebat, Francis infenſum ſciret, *Legatos*, vt Paulus Diaconus ſcribit [d], *in Baioariam miſit, qui Garibaldi filiam ſibi in matrimonium peterent. Quos ille benignè ſuſcipiens Theodelindam filiam ſuam promiſit Authari ſe daturum.* Garibaldi conſilium

[d] Lib. 3 cap. 24.

AN. CH. 589.

GVNTCH. R. 28.
CHILDEB. II. R. 14.
CLOTAR. II. R. 6.

Childeberto Regi plurimùm diſplicuit, quapropter hic diutiùs haud diſſimulandum ratus de bello Boioariis inferendo cogitauit, quos deinceps amicos ac fœderatos Longobardorum fore præſentiebat. Interim Bodegiſilum, Euantium & Gripponem Legatos Conſtantinopolim direxit, qui cùm Africæ portum attigiſſent, vt anno ſequenti, quem Childeberti Regis decimum-quintum Gregorius Turonenſis [a] numerat, Grippo reuerſus ipſi Regi renuntiauit, Carthaginem magnam ingreſſi ſunt. Vbi dum morarentur, iuſſionem opperientes Præfecti, qui aderat, qualiter Imperatoris præſentiam adire deberent, vnus puerorum Euantij ſcilicet, qui cum eodem venerat, direptam ſpeciem cuiuſdam negociatoris manu detulit. Quem ille proſecutus cuius res erant, reddi ſibi rem propriam flagitabat. Sed iſto differente, cùm de die in diem hoc iurgium in maius propagaretur, quâdam die negociator puerum illum in platea reperit, adprehenſoque veſtimento eius, tenere cœpit dicens. Quia non à me laxaberis, priusquàm res, quas violenter diripuiſti, mea ditioni reſtituas. At ille excutere ſe de eius manibus conatus, non dubitauit erepto gladio hominem trucidare. Et ſtatim ad metatum regreſſus eſt, nec aperuit ſociis quæ geſta fuerant. Erant enim ibi tunc (vt diximus) Legati Bodegiſilus filius Mummoleni Soeſſionici, & Euantius filius Dinamij Arelatenſis, & hic Grippo genere Francus. Qui eleuantes de epulo, ſopori ſe dederant pro quiete. Quæ cùm Seniori vrbis nunciata fuiſſent quæ puer horum geſſerat, collectis militibus vel omni populo armis circumdato, ad metatum eorum dirigit. At illi inopinantes expergefacti, obſtupeſcunt, cernentes hæc quæ gerebantur. Tunc ille, qui prior erat, exclamabat dicens. Arma deponite, & ad nos egredimini, vt cognoſcamus pacificè, qualiter homicidium factum eſt. Hæc illi audientes, timore perterriti, adhuc ignorantes quæ geſta fuerant, fidem expetunt, vt ſecuri ſine armis egrederentur. Iurauerunt homines illi, quod cuſtodire impatientia non permiſit.

CARTHAGINE NECANTVR ORTO TVMVLTV.

Sed mox egredientem Bodegiſilum gladio percutiunt, ſimiliter & Euantium. Quibus ante oſtium metatus proſtratis, Grippo arreptis armis, cum pueris qui ſecum erant proceſſit ad eos dicens. Quæ geſta fuerunt, nos ignoramus, & ecce ſocij itineris mei, qui ad Imperatorem directi fuerant, gladio ſunt proſtrati. Iudicabit Deus iniuriam noſtram, & mortem illorum de interitu veſtro, quia nos innocentes & in pace venientes taliter trucidatis, nec vltrà erit pax inter Reges noſtros, Imperatorémque veſtrum. Nos enim pro pace venimus, & pro adiutorio Reipublicæ impertiendo. Teſtem hodie inuoco Deum, quia veſtra excitauit noxa, vt non cuſtodiatur inter Principes pax promiſſa. Hæc & huiuſcemodi Grippone verba proferente, ſoluto Carthaginenſis belli procinctu, regreſſus eſt vnuſquiſque ad propria. Præfectus verò ad Gripponem accedens, mulcere cœpit animos eius de iis quæ geſta fuerant, ordinans qualiter ad præſentiam Imperatoris accederet. Qui veniens, narratâ Legatione, pro qua directus fuerat, exitum ſociorum expoſuit. Quâ de cauſa Imperator valdè moleſtus, pollicitus eſt vlciſci mortem eorum iuxta id quod Childeberti Regis iudicium promulgaret. Tunc ab Imperatore muneratus, cum pace regreſſus eſt. Quid ſecutum ſit, anno ſequenti narrabimus.

XIX.
NASCITVR S. AMANDVS.

In lucem editus eſt hoc anno beatus Amandus, de quo ſæpiùs locuturi ſumus, obiit enim anno ætatis ſuæ nonageſimo, Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-nono, vt probabimus ſuo loco. Natus eſt Nonis Maij, quo die in antiquo manuſcripto Martyrologio Tornacenſi Monaſterij ſancti Martini, quod Bollandus [b] in commentario vitæ illius præuio citat, hæc habentur. *Nonis May, in pago Aquitaniæ prouincia Herbatilico, Natiuitas ſancti Amandi.* Pagus Herbatilicus, vbi natus eſt Amandus, nec à Ligeri fluuio, nec ab Oceano procul diſtabat. Vitam ſancti Amandi Baudemundus eius diſcipulus, Abbas Blandinienſis, ſic auſpicatur. *Amandus ſanctiſſimus atque religioſiſſimus Aquitaniæ partibus haud procul à maritimis Oceani littore ex Chriſtianis atque inclytis parentibus editus puer eſt. Pater eius Serenus nomine, genitrix verò Amantia vocabatur.* Apud Philippum Haruengium de Eleemoſyna, Abbatem bonæ ſpei, qui vitam quoque beati Amandi conſcripſit, pagus Herbatilicus, *ſicut ab Oceano non plurimùm diſtat, ſic Aquitanicæ* collimitat regioni, quia cùm Philippus

[a] Lib. 10. c. 2.
[b] D. 6. Febr.

AN. CH. 589. GVNTCH. R. 28. CHILDEB. II. R. 14. CLOTAR. II. R. 6.

calamo manum admouit, Ligeris Aquitaniam à Britannia non ampliùs diſterminabat, Britanniæque trans Ligerim amplificatæ pagus Herbatilicus acceſſerat ex Aquitania vetere.

XX. LAVS MONVLPHI EP. TRAIECT. OBITVS.

Eodem anno quo natus eſt beatus Amandus, qui Traiectenſem Pontificatum poſteà ſuſcepit, obiit eiuſdem ciuitatis Antiſtes Monulphus, qui teſte Ægidio *videns ſibi iam imminere finem vitæ, omnibus dignè peractis, in medio Eccleſiæ, in qua per triginta nouem circiter annos fuerat Epiſcopus, deſignauit locum ſepulturæ, vbi vita huius termino feliciter peracto ſepultus eſt cum magno honore, ſeptimo Calendas Auguſti.* Quæ de ſancto Monulpho commemorantur, hæc præcipua ſunt apud Harigerum, Ægidium, Molanum, Placentium & Miræum. Tungrim populatam reparare apud ſe diſponens ſtatim à cœpto deſtitit, omnémque operam in Traiectenſem * ciuitatem tranſtulit; Clericos Deum timentes ibidem inſtituit, quos monuit ſemper ſecundùm Canonica inſtituta in omnibus viuere; Legiam *, vicum non inamœnum, aliquando peragrans, nouâ gratulatione inclytam fore prædixit, locum ibi orationis deſignauit, conſtructam Eccleſiam in honorem ſanctorum Coſmæ & Damiani Martyrum Domino conſecrauit; Dionantum * caſtrum & ceteras poſſeſſiones paternas Eccleſiæ Traiectenſi liberaliter contulit, ſuis precibus animam cuiuſdam Principis demortui liberauit à pœnis purgatorij. Poſtremam hanc hiſtoriam fusè deſcribit Ægidius, in cuius textu *inferni clauſtra* interpretare purgatorium, vbi anima illa propter multorum peccatorum reatus diu crucianda erat, niſi Monulphus Pontifex & populus triduanis ieiunio & precibus adfuiſſent. Elogium ſancti Monulphi reperies apud Molanum, Miræum & Fiſenum decimo-ſeptimo Kalendas Auguſtas, vnde ſuſpicio non leuis eſt diem ſeptimum pro decimo-ſeptimo in textum Ægydij ſuprà citatum irrepſiſſe.

* Maſtrick.
* Liege.
* Dinan.

SVCCESSOR GONDVLPHVS.

Poſt ſanctum Monulphum in Cathedra Traiectenſi ſedit Gondulphus, qui cùm Tungrim non ſatis conſultè reædificare præſumeret, iraſcentem aduersùs ſe Deum ſenſit, opifices enim, quos ædificio admouerat, lupi dilacerabant, & nocte fulmen egreſſum omnem diei operam abſumebat, quapropter animum à cœpto reuocauit, & Traiectum ſe recepit, vir alioqui iuxta ſenſum Domini. Hæc copioſè narrat Ægidius, breuiter Placentius.

590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

ANNVS

CHRISTI 590.
GVNTCHRAMNI R. 29. 30.
CHILDEBERTI II. R. 15.
CLOTARII II. R: 7.

I. GREGORIVS Turonenſis vltimum Hiſtoriæ ſuæ librum orditur ab anno Childeberti Regis decimo-quinto, Chriſti quingenteſimo-nonageſimo, res illo anno geſtas complectitur tribus ac viginti capitibus, initium ducit à reditu Turonenſis Diaconi, qui Româ Turonos reuerſus eſt ſub huius anni finem, nam diſcedere noluit ex Vrbe, quin priùs ordinationem Gregorij Magni, quæ tertio Nonas Septembres facta eſt, præſenti contemplatione ſuſpexiſſet. *Anno*, inquit [a], *quintodecimo Childeberti Regis, Diaconus noſter ab vrbe Româ cum Sanctorum pigneribus veniens ſic retulit, quod anno ſuperiore menſe nono*, id eſt Nouembri, *tantâ inundantiâ Tyberis fluuius vrbem Romam obtexit, vt ædes antiquæ deruerent. Horrea etiam Eccleſiæ ſubuerſa ſunt, in quibus*

DIACONVS TVRONENS.

[a] Lib. 10. c. 1.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

nonum [illegible] millia modiorum tritici periere. Multitudo etiam ſerpentium cum magno dracone, in modum trabis validæ, per huius fluuij alueum in mare deſcendit. Sed ſuffocatæ beſtiæ inter ſalſos maris turbidi fluctus, littori eiectæ ſunt. Subſecuta eſt de veſtigio clades, quam inguinariam vocant. Nam medio menſe XI. ſeu menſe Ianuario præſentis anni, adueniens, primum omnium, iuxta illud quod in Ezechiele Propheta legitur, à Sanctuario meo incipite, Pelagium Papam perculit. Quo defuncto, magna ſtrages populi de hoc morbo facta eſt. Sed quia Eccleſia Dei abſque rectore eſſe non poterat, Gregorium Diaconem plebs omnis elegit, &c. Hunc apicem a[illegible]dentius fugere tentans, ne quod priùs abiecerat, rurſum ei in ſeculo de adepto honore iactantia quædam ſubreperet. Vnde factum eſt, vt Epiſtolam ad Imperatorem Mauritium dirigeret, cuius filium ex lauacro ſancto ſuſceperat, coniurans & multâ prece poſcens, ne vnquam conſenſum præberet populis, vt hunc huius honoris gloria ſublimaret. Sed Præfectus vrbis Romæ Germanus, eius anticipauit nuncium, comprehenſo, diſruptis epiſtolis, conſenſum quem populus fecerat, Imperatori direxit. At ille gratias Deo agens pro amicitia Diaconi, quòd reperiſſet locum honoris eius, datâ præceptione ipſum iuſſit inſtitui, &c. Cúmque latibula fugæ præpararet, capitur, trahitur, & ad beati Apoſtoli Petri Baſilicam deducitur, ibíque ad Pontificalis gratiæ officium conſecratus Papa Vrbi datus eſt. Hæc ordinatio Gregorij Papæ conſignatur in Tabulis Eccleſiaſticis tertio Nonas Septembris, in quem diem transferebatur olim eius Natalis cùm Quadrageſimali tempore de Sanctis agi vetitum eſſet, vt alio loco iam ex Radulpho [a] probauimus. Quòd autem Diaconus Turonenſis illi ordinationi præſens interfuerit, conſtat ex præcitato Gregorio, qui narrationem de Gregorij Magni promotione ad Pontificatum abſoluit his verbis, ſed nec deſtitit Diaconus noſter, niſi ad Epiſcopatum eius de Porto rediret, & qualiter ordinatus fuerit, præſenti contemplatione ſuſpiceret. De tempore quo Gregorius Magnus Eccleſiæ præeſſe cœpit, quamuis Scriptores variè diſputent, firmior authoritas afferri nequit. Aſtipulantur epiſtolæ ipſius Gregorij, quarum antiquiſſimæ datæ repetiuntur Indictione nonâ, cuius initium in Kalendas Septembres huius anni cadit. Ceterùm Turonenſis Diaconus, cùm Romà rediret, naufragio penè abſorptus fuit, ſacris reliquiis quas afferebat vitam acceptam retulit. Erant pignora Sanctorum, quorum, ſacra veſtigia Domini manibus fuerat abluta, cum Pauli Laurentiíque atque Pancratij, Chryſanthi Dariæque Virginis, Iohannis atque alterius Pauli fratris eius reliquiis, vt libro primo [b] de gloriâ Martyrum ſcribit Gregorius Turonenſis. Apud illum Authorem ſimilia frequenter occurrunt exempla, quæ nos docent ſedatas plerúmque tempeſtates inuocatis nominibus Sanctorum quorum reliquiæ deferebantur. Hoc modo è lacu Limanno ſaluus euaſit Presbyter [c] qui ſacra pignora ex Agaunenſi Monaſterio ad Guntchramnum Regem afferebat.

ROMA DEFERT RELIQVIAS.

II. Grippone, quem anno priori Conſtantinopolim miſſum diximus, reuerſo ex Oriente, Childebertus Rex expeditionem in Baioariam atque in Italiam mox ſuſcepit. Maioribus, quàm ante, delectibus habitis, & copiis omnibus rebus magis inſtructis ſummam imperij ducibus viginti commiſit, eo conſilio vt diuerſi diuerſa petentes ipſas Longobardorum vires diſtraherent, edixitque mandatum, vt in Baioariam antè, quàm in Italiam penetrarent.

III. Res feliciter in Baioaria ſucceſſere. Childebertus, inquit Auentinus [d], in Baioariam proficiſcitur, Garioaldum ſuperat, Theſſalonum reſtituit, Boiariaque præficit, qui ſe Ducem non Regem nuncuparet. Theſſalonus ſeu Thaſſilo, quem Theodoberti quondam Ducis filium natu minorem exiſtimamus, poſt Huchberti fratris mortem Boioariâ expulſus à Garibaldo patruo, ſe receperat in aulam regiam. Aimoinus [e] Auentino longè antiquior de Thaſſilone ſic loquitur. Apud Baioariam poſt Garibaldum Thaſſilo à Childeberto Rege ordinatus eſt. Brunnerus [f] domeſticis Annalibus fretus de rebus Boioaricis ita ſcribit. Sequente anno, qui quingenteſimus nonageſimus fuit, Childebertus illum, nempe Garibaldum, bello aggreſſus eſt, non eâ re motus, quæ Velſeri ſuſpicio fuit, vt regno incubator pelleretur, [illegible]que ad veteres ex Agilolfinga familia dominos redi-

BELLVM BAIOARIC.

a Cap. 16.
b Cap. 83.
c De glor. Man. l. 1. c. 76.
d Lib. 1.
e Lib. 3. c. 77.
f Lib. 4. n. 5.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15 CLOTAR. II. R. 7.

ret, ſed vt Autharim ſpe fidiſſimi certiſſimique auxilij nudaret, eádemque operâ Boicam haud obſcurè ad Langobardos inclinantem in fide retineret. Belli tamen turbine Theodelinda inuoluta non eſt, priùs à Gundoaldo fratre in Italiam ad ſponſum deducta. Paulus Diaconus [a] Theodelindæ præcipitem è Boioatia fugam non tacuit. *Cùm propter Francorum aduentum perturbatio Garibaldo Regi* (regium enim titulum Garibaldus Dux Boiorum vſurparat) *aduenisſet, Theodelinda filia tius cum ſuo germano nomine Gundoaldo ad Italiam confugit, séque aduentare Autharí ſponſo ſuo nuntiauit. Cui ille ſtatim obuiam cum magno apparatu ad nuptias celebrandas in campum tognomento Sardis, qui ſupra Veronam eſt, occurrens eandem cunctis lætantibus in coniugem ad Idus Maias accepit.* Interim, vt Brunnetus proſequitur, *triſti exitu Francitum in Boioaria bellum ſtatum. Garibaldo ſiue caſo, ſiue, quod aliquibus viſum, in Italiam ad generum fugâ elapſo, Thaſilo à Childeberto ſuffectus eſt.*

[a] Lib. 3. cap. 14. antiq edit. cap. 31. nouæ edit.

IV. ET LONGOBARD. IN AGRO TRIDENTINO.

Idem Auctor à bello Boico tranſit ad Longobardicum, quod ex Pauli Diaconi & Aimoini ſcripris enarrat, omiſſo Gregorio Turonenſi, qui ceteris ob antiquitatem præferti debet. Primo impetu oppida Longobardorum, quæ Boioatiæ vicina erant, in Tridentino * agro cladem acceperunt, igne ferróque exciſa, hominibúſque in ſeruitutem abſtractis, penè in ſolitudinem redacta. Decem à Paulo [b] ſic enumerantur. *Nomina caſtrorum ſeu oppidulorum quæ* Franci *diruerunt in territorio Tridentino iſta ſunt; Teſana, Maletunum, Sermoſanum, Apianum, Fagitana, Cimbra, Brixianum, Brentonicum, Balneſene, Maſe.* Plura non indicantur ab Aimoino [c], cuius hæc ſunt verba. *In Tridentino quoque territorio decem caſtella à Francis diruta, & commanentes in eis vniuerſi ducti captiui.* Paulus addit alia tria caſtra, *duo in Alſuca & vnum in Verona*, illorúmque tredecim caſtrorum cladem ſic claudit. *Hæc omnia caſtra cùm direpta & diruta eſſent à Francis, ciues vniuerſi ab eis ducti ſunt captiui.* Deinde de Ferruge ſic diſſerit. *Pro Ferruge caſtro, intercedentibus Epiſcopis Ingenuino de Sabione & Agnello de Tridento, data eſt redemptio per caput vniuſcuiuſque viri ſolidus vnus vſque ad ſolidos ſexcentos.* Habet eadem Aimoinus de Ferruge. Poſtremum hoc caſtrum oppugnatum eſt ab exercitu Francorum, qui progreſſus eſt è Boica in vicinum Tridentinorum agrum. Tria verò præcedentia venerunt in poteſtatem Francorum, qui bellum in Italia geſſerunt, & Veronam vſque profecti leguntur. Agnellus apud Ianum Pyrrhum in Tridentinorum Antiſtitum catalogo locum viceſimum-quartum occupat. Ingenuinus celebris eſt inter Epiſcopos Sabionenſes, quorum ſedes vndecimo ſeculo Brixinonem ſeu Brixinam † tranſlata eſt.

* di Trente.

[b] Lib. 1. c. 15. antiq edit cap. 32. nouæ edit.

[c] Lib. 3. cap. 83.

† Brixen.

V. ET IN ITALIA.

Gregorius Turonenſis prolixam narrationem belli Longobardici ſic inſtituit [d]. *Adpropinquantes autem ad terminum Italiæ, Audoualdus cum ſex Ducibus dexteram petiit, atque ad Mediolanenſem vrbem aduenit, ibique eminus in campeſtria caſtra poſuerunt. Olo autem Dux ad Bilitionem huius vrbis caſtrum, in campis ſitum Caninis, importunè accedens, iaculo ſub papilla ſauciatus, cecidit & mortuus eſt. Hi autem cùm egreſſi fuiſſent in prædam, vt aliquid victûs adquirerent, à Langobardis irruentibus paſſim per loca proſternebantur. Erat autem ſtagnum quoddam in ipſo Mediolanenſis vrbis territorio, quod Ceresſium vocitant, ex quo paruus quidam fluuius, ſed profundus egreditur. Super huius loci littus Langobardos reſidere audierant. Ad quem cùm adpropinquaſſent, priuſquàm flumen, quod diximus, tranſirent, à littore illo vnus Langobardorum ſtans loricâ protectus & galeâ, contum manu geſtans, vocem dedit contra Francorum exercitum dicens. Hodie adparebit, cui diuinitas obtinere victoriam præſtet. Vnde intelligi datur, hoc ſignum ſibi Langobardos præparauiſſe. Tunc pauci tranſeuntes contra Langobardum hunc decertantes, proſtrauerunt eum, & ecce omnis exercitus Langobardorum in fugam verſus præteriit. Hi quoque tranſeuntes flumen, nullum de iis reperiunt, niſi tantùm recognoſcentes adparatum caſtrorum, vbi vel focos habuerant, vel tentoria fixerant. Cumque nullum de iis deprehendiſſent, ad caſtra ſua regreſſi ſunt. Ibique ad eos Imperatoris Legati venerunt, nuntiantes adeſſe exercitum in ſolatium eorum,*

[d] Lib. 10 cap. 3.

rum, dicentiſque. *Quia poſt triduum cum eiſdem veniemus, & hoc vobis erit ſignum. Cùm videritis villæ huius, quæ in monte ſita eſt, domus incendio concremari, & fumum incendij ad cælos vſque ſuſtolli, noueritis nos cum exercitu quem pollicemur adeſſe. Sed expectantes, iuxta placitum, dies ſex, nullum ex eis veniſſe contemplati ſunt. Chedinus autem cum tredecim Ducibus læuam Italiæ ingreſſus, quinque caſtella cepit, à quibus etiam ſacramenta exegit. Morbus etiam dyſenteriæ grauiter exercitum adficiebat, eò quòd aëres incongrui inſuetique hominibus eſſent, ex quo plerique interierunt. Commoto autem vento & datâ pluuiâ, cùm paulìſper refrigeſcere aer cæpit, in infirmitate ſalubritatem contulit. Quid plura? per tres menſes Italiam peruagantes, cùm nihil proficerent, neque ſe de inimicis vlciſci poſſent, eò quòd ſe in locis communiſſent firmiſſimis, neque Regem capere de quo vltio fieret, qui ſe infra Ticinenſes * munierat muros, infirmatus aerum intemperantiâ exercitus ac fame adtritus, redire ad propria deſtinauit. Subdens etiam illud, accepta * ſacramenta, Regis ditionibus, quod pater eius priùs habuerat. De quibus locis & captiuos & alias abduxere prædas. Et ſic regredientes ita fame conficiebantur, vt priùs & arma & veſtimenta ad coemendum victum demererent, quàm locum genitalem contingerent.* Autharius Longobardorum Rex (Aptacharius eſt Gregorio) locum eſſe agendi de pace datum arbitratus ſtatim Legatos ad Guntchramnum Regem miſit, atque eos ita diſſerere iuſſit. *Nos, piiſſime Rex, ſubiecti atque fideles vobis gentique veſtræ, ſicut patribus veſtris fuimus, eſſe deſideramus, nec diſcedimus à ſacramento quod prædeceſſores noſtri veſtris deceſſoribus iurauerunt. Nunc autem deſiſtite à perſecutione noſtra, & ſit nobis pax & concordia, vt vbi neceſſarium fuerit contra inimicos auxilium præbeamus, vt veſtrâ ſcilicet noſtrâque gente ſaluatâ, ac nos pacificos cognoſcentes, terreantur magis aduerſarij, qui in circuitu obſtrepunt, quàm de noſtra diſcordia gratulentur. Pacificè hæc Guntchramnus Rex verba ſuſcepit, miſitque eos ad nepotem ſuum Childebertum Regem.* Quid ſecutum ſit accipe à Paulo Diacono [a]. *Dum Legati Autharis Regis in Francia morarentur, Rex Autharis apud Ticinum Nonis Septembris veneno, vt tradunt, accepto moritur poſtquàm ſex regnauerat annos, ſtatimque à Langobardis Legatio ad Childebertum Regem Francorum miſſa eſt, quæ Autharis Regis mortem eidem nunciaret & pacem ab eo expeteret. Quod ille audiens Legatos quidem ſuſcepit, pacem verò in poſterum ſe daturum promiſit, & præfatos Legatos poſt aliquot dies promiſſâ pace abſoluit.*

Authario in regno Longobardorum ſubrogatus eſt Ago ſiue Agilulphus, vnius Theodelindæ Reginæ ſuffragio, ſic enim pergit Paulus Diaconus. *Regina verò Theodelinda, quia ſatis placebat Langobardis, permiſſa eſt in Regia perſiſtere dignitate, ſuadentibus ei vt ſibi quemcumque vellet ex omnibus Langobardis maritum eligeret, talem ſcilicet qui Regnum vtiliter regere poſſit. Illa verò cum prudentibus conſilium habens Agilulphum Ducem Taurinatum * & ſibi virum & Langobardis Regem elegit, &c. Celebrantur mox cum magna lætitia nuptiis, ſuſcipitque Agilulphus, qui fuit cognatus Autharis Regis, initio menſis Nouembris dignitatem regiam.* Poſt aliquot annos beneficium aliud regio diademate multò præſtantius per eandem Reginam obtinuit, eius enim ſalubri ſupplicatione permotus Catholicam fidem amplexus eſt, qui priùs Arianam hæreſim ſectabatur. *Per hanc quoque Reginam*, inquit idem Paulus, *multùm vtilitatis Eccleſia Dei conſecuta eſt. Nam penè omnes Eccleſiarum ſublimitates Langobardi, quum adhuc gentilitatis errore tenerentur, inuaſerant, ſed eius ſalubri ſupplicatione Rex permotus & Catholicam fidem tenuit, & multas poſſeſſiones Eccleſiæ largitus eſt, atque Epiſcopos qui in depreſſione & abiectione erant, ad dignitatem & honorem reduxit.* Aduerte ſingulare noſtrorum Annalium ornamentum in Theodolinda Regina, quæ gentem vniuerſam Longobardorum, quorum alij Ariani, alij gentiles erant, ad veram religionem cum Rege perduxit. Mulier enim illa quæ non minorem in Italia laudem, quàm Clotildis in Francia, Bertha ſiue Aldiberga in Britannia *, Ingundis in Hiſpania conſecuta eſt, apud Fredegarium [b] dicitur *ex genere Francorum*, nec immeritò, cùm ob ſolum natale

AN. CH. 590.
GVNTCH. R. 29.
CHILDEB. II. R. 15.
CLOTAR. II. R. 7.

* de Pauie.

* Ideſt, accepto ſacramento.

a Lib. 3. cap. 18.

VI. AGO REX LONGOB. FIT CATHOLICVS.

* de Turin.

* la Grande Bretagne.

b Cap. 30.

AN. CH 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

quod ad Franciam pertinebat, tum ob auiam, vt remur, Ragintrudem, quæ Theodobertum patrem habuerat Regem Franciæ, Clodouei Regis nepotem.

VII. In Fredegario [a], quamuis Paulo Diacono longè ſit vetuſtior, multa ſunt corrigenda. Primò finxit Theodolindam, priuſquàm in Italiam cum fratre Gundoaldo proficiſceretur, deſponſatam fuiſſe Childeberto Francorum Regi, ne verò nuberet, prohibitam à Brunichilde. Deinde aſſeruit illam è Baioaria in Italiam perrexiſſe, non vt Authario ſociaretur in coniugem, ſed vt Agoni collocaretur, quem ipſius Autharij filium putauit, adeptúmque regiam dignitatem, cùm Guntchramnus apud Francos annum regni iam ageret triceſimum-primum, qui cum anno Incarnationis Dominicæ quingenteſimo nonageſimo-primo ex eiuſdem Authoris calculo coincidit. Aimoinus [b] eodem quo Fredegarius anno nuptias Theodolindæ cum Agilulpho poſt Autharij mortem conſignauit, à ceteris erroribus prudenter cauit lectis proculdubio Pauli Diaconi libris quos citauimus. At Gregorius Magnus palam teſtatur Autharim obiiſſe hoc anno, quo abſoluebatur octaua Indictio & nona inchoabatur, in epiſtola enim ad vniuerſos Epiſcopos [c] Italiæ, quæ cum nonnullis aliis menſe Decembri Indictione nonâ data reperitur, ita diſſerit. *Nefandiſſimus Autharis in hac, qua nuper expleta eſt, Paſchali ſolennitate Longobardorum filios in fide Catholica baptizari prohibuit, pro qua culpa eum diuina Maieſtas extinxit, vt ſolennitatem Paſchalem vlteriùs non videret.*

a Lib. capp. 11. 14

b Lib. 5. capp. 79. 80.

c Lib. 2. ep. 17.

VIII. THASSILO DVX BOIOAR. CONDIT COENOB. WELTEMBVRG.

Thaſſilo, quem Childebertus Rex Garibaldo in adminiſtratione Boioariæ ſubrogauit, Monaſterium virorum Weltemburgij condidit, vbi viſuntur veſtigia veteris Artobrigæ. Ab Aquilone Danubius, ab Auſtro & Orientis ora vndique præruptæ rupes cingunt, ab occiduo cardine vnus aditus patet, ſed quem vix ſingula plauſtra permeent. Primus Abbas fuit Viſundus. Lege Auentinum libro tertio. Iiſdem quoque temporibus erecta ſunt duo templa in honorem beatiſſimæ Virginis, vnum Oetingæ, alterum Ratiſponæ, de quibus Brunnerus [d].

d Lib. 5. n. 2.

IX. MAVRIT. IMP. IN GALLIAS MITTIT INTERFECTORES LEGATORVM.

Mauritius Imperator, cùm Francorum amicitiam multùm ſibi profuturam ſciret, *Carthaginenſes illos, qui Legatos Childeberti Regis anno ſuperiore interemerant, vinctos manibus cateniſque oneratos, ad eius direxit præſentiam; duodecim ſcilicet viros, ſub ea videlicet conditione, vt ſi eos interficere velit, haberet licentiam; ſin autem ad redimendum laxaret, trecentis pro vnoquoque acceptis aureis quieſceret. Sícque vt quod vellet eligeret, quo faciliùs ſopito ſcandalo, nulla occaſio inter ipſos inimicitiæ oriretur. Sed Rex Childebertus differens homines vinctos accipere, ait. Incertum apud nos habetur, vtrùm ſint homicidæ illi quos adducitis, an alij, vel fortaſſis ſerui cuiuſcunque habentur, cùm noſtri benè ingenui generatione fuerint, qui apud vos fuerunt interempti. Præſertim & Grippo adſtabat, qui eo tempore Legatus cum eiſdem fuerat miſſus, qui interfecti ſunt, ac dicebat. Quia Præfectus vrbis illius cum collectis duobus aut tribus hominum millibus irruit ſuper nos, interemítque ſocios meos, in quo excidio & ego ipſe interiiſſem, ſi me viriliter defendere nequiuiſſem. Accedens autem ad locum, homines agnoſcere potero, de quibus ſi Imperator veſter (vt dicitis) noſtro cum Domino pacem cuſtodire deliberat, vltionem exigere debet. Et ſic dato Rex placito, vt poſt eos ad Imperatorem dirigeret, ipſos abſcedere iubet.* Hæc Gregorius Turonenſis [e].

e Lib. 10. c. 4.

X. RES ARVERNÆ.

Apud Aruernus vincti carceris, nocte nutu Dei diſruptis vinculis, reſeratíſque aditibus cuſtodiæ, egreſſi, Eccleſiam ingreſſi ſunt. Quibus cùm Eulalius Comes onera catenarum addi iuſſiſſet, vt ſuper eos poſita, extemplò ceu vitrum fragile comminuta ſunt. Et ſic obtinente Auito Pontifice eruti, propriæ ſunt redditi libertati. In ſupradicta verò vrbe Childebertus Rex omne tributum tam Eccleſiis quàm Monaſteriis vel reliquis Clericis, qui ad Eccleſiam pertinere videbantur, aut quicunque Eccleſiæ officium excolebant, largâ pietate conceſſit. Hæc idem Gregorius [f].

f Lib. 10. capp. 6. 7.

XI. SYNOD. IN CAVSA TETRADIÆ.

In confinio termini Aruerni, Gabalitani atque Ruteni, Synodus Epiſcoporum facta eſt contra Tetradiam relictam quondam Deſiderij, eò quòd repeteret ab ea Eulalius Comes res, quas ab eo fugiens ſecum tuliſſet. Tetradia ab Agino repræſentatur,

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

atque Eulalius contra eam cauſaturus acceſſit. Iudicatum eſt, Tetradia vt quadrupli ſatiſfactione ablata reſtitueret, filióſque, quos de Deſiderio conceperat, incertos haberi. Illud inſuper ordinantes, vt ſi hæc quæ Eulalio eſt iuſſa diſſolueret, accedendi in Aruerno licentia præberetur, rebúſque ſuis quæ ei ex paterna ſucceſſione obuenerant, abſque calumnia frueretur. Quod ita & factum eſt, teſte Gregorio [a] Turonenſi.

XII. Guntchramnus Rex Britannis agros Namnetenſem & Rhedonenſem turſum populantibus obiecit exercitum ducibus Beppoleno & Ebrachario. Fredegundis Beppoleno dudum infenſa Baiocaſſinos Saxones iuxta ritum Britannorum tonſos & cultu veſtimenti compoſitos in auxilium Waroci abire præcepit. Traiecto Vicinoniâ * Beppolenus triduo pugnauit, vno & altero die ſuperior factus, tertio lanceâ ſauciatus occubuit. Receſſerat Ebracharius cum meliore militum manu, nec accedere voluit, donec interemptum audiiſſet. Posteà Veneticam * adiit. *Miſerat enim obuiam Epiſcopus Regalis Clericos ſuos cum Crucibus & Pſallentio, qui eos vſque ad vrbem deduxerunt. Ferebant etiam eo tempore, quòd Warocus in inſulis fugere cupiens cum nauibus oneratis auro argentóque vel reliquis rebus eius, cùm alta maris cepiſſet, commoto vento, demerſis nauibus, res quas impoſuerat, perdidiſſet. Tamen ad Ebracharium veniens pacem petiit, obſidéſque cum multis muneribus tradidit, promittens ſe nunquam contra vtilitatem Guntchramni Regis eſſe venturum. Quo recedente, & Regalis Epiſcopus cum Clericis & Pagenſibus vrbis ſuæ ſimilia ſacramenta dedit, dicens. Quia nihil nos Dominis noſtris Regibus culpabiles ſumus, nec vnquam contra vtilitatem eorum ſuperbi extitimus, ſed in captiuitate Britannorum poſiti, graui iugo ſubditi ſumus. Pace igitur celebratâ inter Warocum atque Ebracharium, dixit Warocus. Diſcedite nunc & renunciate, quia omnia quæ iuſſerit Rex ſponte implere curabo. Quod vt pleniùs credere debeatis, nepotem meum obſidem tribuam. Et ita fecit. Ceſſatumque eſt ab illo.* Tamen, vt Gregorius [b] pluribus proſequitur, oblitus poſtmodum ſacramenti, atque obſidum quos dederat, poſtremum agmen Francorum ad vlteriorem ripam Vicinoniæ penitus oppreſſit. Ad idem bellum pertinent ea quæ Gregorius libro primo [c] de gloria Martyrum ſcribit de quodam Warochi ſatellite, qui cùm munus à viro pio quondam oblatum è Baſilica ſancti Nazarii rapuiſſet, protinus ſpiritum exhalauit. Miramur in Venetenſium Antiſtitum catalogo, quem Author Armoricæ ſacræ texuit, deſiderari Regalem, quem Gregorius Turonenſis illaudatum non reliquit.

[a] Lib. 10. c. 8.

BELLVM ARMORIC.

* la Vilaine.

* Vannes.

[b] Lib. 10. c. 9.

[c] Cap. 61.

XIII. Hoc anno, ſiue vt idem Gregorius [d] loquitur, *anno XV. Childeberti Regis, qui eſt Guntchramni nonus atque viceſimus, dum ipſe Guntchramnus Rex per Voſagum ſiluam venationem exerceret, veſtigia occiſi bubali deprehendit. Cúmque cuſtodem ſiluæ arctiùs diſtringeret, quis hæc in regali ſilua gerere præſumpſiſſet, Chundonem Cubicularium Regis prodidit. Quo hæc loquente, iuſſit eum adprehendi, & Cabillonum compactum in vinculis duci. Cúmque vterque in præſentia Regis intenderent, & Chundo diceret, nunquam à ſe hæc præſumpta quæ obiiciebantur, Rex campum diiudicat. Tunc Cubicularius ille dato nepote pro ſe qui hoc certamen adiret, in campum vterque ſteterunt, iactâque puer ille lanceâ ſuper cuſtodem ſiluæ, pedem eius transfixit, móxque reſupinus ruit. Puer verò extracto cultro, qui de cingulo dependebat, dum collum ruentis incidere tentat, cultro ſauciati ventre transfoditur, cecideruntque ambo & mortui ſunt. Quod videns Chundo ad Baſilicam ſancti Marcelli fugam iniit. Adclamante verò Rege vt comprehenderetur, priuſquàm limen ſanctum adtingeret, comprehenſus eſt, vinctúſque ad ſtipitem lapidibus eſt obrutus.* En multa grauiáque ſuper vno negotio flagitia, quorum poſteà ſeriò Regem pœnituit, ſic enim pergit qui ſuperſtes ei vixit Gregorius. *Multùm ſe ex hoc deinceps Rex pœnitens, vt, ſic eum ira præcipitem reddidiſſet, vt pro paruula cauſa noxa fidelem ſibíque neceſſarium virum tam celeriter interemiſſet.*

[d] Lib. 10. c. 10.

MORS CHVNDONIS.

XIV. Illis temporibus prauus admodum ritus inualuerat, vt dubiæ lites duello dirimerentur. Tria exempla ſub Guntchramni Principatu iam protulimus.

AN. CH. 590.
GVNTCH. R. 29.
CHILDEB. II. R. 15.
CLOTAR. II. R. 7.

Anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, vt ex Gregorio Turonenſi [a] recitauimus, Guntchramnus-Boſo cùm à Guntchramno Rege accuſaretur, innocentiam ſuam pugnâ ſe probaturum dixit. Idem Guntchramnus Rex cùm Auſtregiſilus, vt ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quintum ex ipſius Auſtregiſili vita [b] probauimus, negaret ſe in culpa eſſe cuius à Betellino inſimulabatur, *iuſſit eos duello inter ſe certare, vt fallax diuino iudicio demonſtraretur.* Denique, vt ex Gregorio Turonenſi [c] proximè narratum eſt, Guntchramnus Rex campum hoc anno diiudicauit, vt probaretur crimen, quod regiæ ſiluæ cuſtos à Chundone regio Cubiculario commiſſum aſſerebat, & Chundo à ſe patratum inficiabatur. In grauioribus cauſis, cùm ſcelus controuertebatur quod morte puniendum erat, pugiles lanceâ & cultro inſtructi dimicabant, vt ex poſtremo Chundonis exemplo conſtat. In leuioribus cauſis pugna fiebat ſcuto tantùm & fuſte, vix tamen ſine ſanguine, interdum etiam non ſine cæde certabatur. Peruerſæ conſuetudini ſemper aduerſatæ ſunt Sanctiones Pontificiæ Synodaléſque Conſtitutiones, quòd eâ ratione diuinum explorari videatur iudicium, adeò vt quamplurimi, quorum cauſa iure & æquitate optima erat, minùs feliciter pugnantes ceciderint, ideóque & ius ciuile hæc certamina reprobauit, ſed multorum ſeculorum contentione fuit opus, antequàm mos ſemel receptus abrogaretur. Duellum in controuerſiis etiam circa res Eccleſiæ frequenter initum legimus. Occurrent varia in his Annalibus exempla, licèt Eccleſiæ Rectores continuò reclamarint. Sufficiet hoc loco recitaſſe initium capituli de falſis teſtibus conuincendis, quod in Anſegiſi [d] Collectione ſic habetur. *Si quis cum altero de qualibet cauſa contentionem habuerit, & teſtes contra eum per iudicium producti fuerint, ſi ille falſos eſſe ſuſpicatur, liceat ei alios teſtes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, vt veracium teſtimonio falſorum teſtium peruerſitas ſuperetur. Quòd ſi ambæ partes teſtium ita inter ſe diſſenſerint, vt nullatenus vna pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipſis, id eſt, ex vtraque parte vnus, qui cum ſcutis & fuſtibus in campo decertent, vtra pars falſitatem, vtra veritatem ſuo teſtimonio ſequatur. Et campioni, qui victus fuerit, propter periurium, quod ante pugnam commiſit, dextera manus amputetur. Cæteri verò eiuſdem partis teſtes, qui falſi apparuerunt, manus ſuas redimant. Cuius compoſitionis duæ partes ei, contra quem teſtati ſunt, dentur, tertia pars fredo ſoluatur. Et in ſeculari quidem cauſa huiuſcemodi teſtium diuerſitas campo comprobetur. In Eccleſiaſticis autem cauſis, vbi de vna parte ſeculare, de altera verò Eccleſiaſticum negotium eſt, idem modus obſeruetur.*

DVELLVM IN GRAVIORIBVS ET LEVIORIBVS CAVSIS.

[a] Lib. 7. c. 14.
[b] Apud Sur. d. 20 Maii
[c] Lib. 10. c. 10.
[d] Lib. 4. c. 23.

XV.

CLOTARIVS REX ÆGROTAT.

Sub initium huius anni, *Chlotharius grauiter ægrotauit. Sed cùm eum Fredegundis eius mater deſperatum vidiſſet, multùm pecuniæ ad Baſilicam ſancti Martini vouit, & ſic puer meliùs agere viſus eſt*, vt teſtatur Gregorius Turonenſis [e].

[e] Lib. 1. c. 11.

XVI.

INGELTRVDIS MORITVR.

Ingeltrudis religioſa, quæ, vt expoſuimus, in atrio ſancti Martini, puellarum Monaſterium collocauit, octogeſimo, vt idem Gregorius [f] opinatur, *anno vitæ obiit, ſepultáque eſt* VII. *Idus menſis primi* ſeu Martij. *Cùm ægrotare cœpiſſet, neptem ſuam Abbatiſſam inſtituit. Vnde reliqua Congregatio maximè murmurauit. Sed*, Gregorio Epiſcopo increpante, *ceſſauit à iurgio. Hæc verò cum filia diſcordiam tenens pro eo quòd res ſuas ei abſtulerat, obſecrauit, vt neque in Monaſterio quod inſtituit, neque ſuper ſepulchrum eius permitteretur orare. Sed veniens filia eius Berthegundis Turonus, cùm non fuiſſet excepta, ad Childebertum Regem acceſſit, poſtulans vt ei liceret in locum matris ſuæ Monaſterium regere. Rex verò oblitus iudicij, quod matri eius fecerat, huic aliam Præceptionem manûs ſuæ roboratam ſubſcriptione largitus eſt hæc continentem. Vt res omnes quas mater vel pater eius habuerant, ſub dominio ſubiugaret, & quidquid Monaſterio Ingeltrudis reliquerat auferretur. Cum quo Præcepto veniens, ita cunctam ſupellectilem Monaſterij abſtulit, vt nihil infra præter vacuos relinqueret parietes, colligens diuerſorum criminum reos, atque in ſeditionibus præparatos, qui ſi quid erat de villabus reliquis, quod deuoti dederant, fructum auferrent. Tantáque ibi mala geſſit, quæ vix ex ordine poſſent narrari. Hæc verò acceptis hic rebus, quas diximus, in Pi-*

[f] Lib. 10. c. 12.

MALITIA BERTHEGVNDIS.

AN. CH. 590.

ctanum rediit, multa in Abbatiſſam crimina vomens falſa, quæ parens eius proxima habebatur.

GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

XVII.

His diebus Gregorius Ep. Turonenſis [a], cum quodam è ſuis Preſbyteris, qui Sadducææ malignitatis veneno infectus dicebat non eſſe futuram Reſurrectionem, habuit prolixam diſputationem adeò felici exitu, vt Preſbyter pollicitus ſit credere in Reſurrectionem iuxta ſeriem Scripturarum ſanctarum quas Gregorius allegarat. Idem Author [b] huic diſputationi ſubiungit mortem Theodulfi Diaconi Pariſienſis, qui ſibi videbatur in aliquo ſciolus, & ea de cauſa ſæpiùs altercationes mouebat. *Hic de Pariſius vrbe diſcedens, Andegauis venit, & ſe Audoneo Epiſcopo ſubdidit propter antiquam amicitiam, quam ſimul Pariſius commorantes habuerant. Vnde & à Raguemodo Pariſiaca vrbis Epiſcopo ſæpiùs excommunicatus eſt, quòd ad Eccleſiam ſuam, in qua Diaconus ordinatus fuerat, redire differret. Hic in tanta familiaritate cum præfato Andegauæ vrbis Epiſcopo adhæſerat, vt non ſe poſſet ab eius importunitate diſcutere, pro eo quòd bonis moribus & adfectu pio erat. Factum eſt autem vt ædificaret ſuper muros vrbis ſolarium, de quo cœna epulo perfuncto deſcendens, manum ſuper Diaconum ſuſtentabat, qui intantùm erat crapulatus à vino, vt vix vel figere greſſum valeret, pueróque, qui præibat cum lumine, neſcio quid commotus, pugno ceruicem ferit. Quo impulſo, hic cùm ſe continere non potuiſſet, cum ipſo impetu de muro præcipitatur, ſudarium Epiſcopi, quod balteo dependebat, arripiens; cum quo penè dilapſus fuerat, niſi pedes Epiſcopi Abbas velociter amplexus eſſet. Qui ruens ſuper lapidem, confractis oſſibus & crate pectoris, ſanguinem cum felle diſrupto euomens, ſpiritum exhalauit. Erat enim vino deditus, & in adulteriis diſſolutus.*

[a] Lib. 10. c. 13.

GREGOR. EP. TVR. DISPVTAT DE RESVRRECTIONE.

[b] Lib. 1. c. 14.

THEODVLFVS DIACONVS MORITVR.

XVIII.

SCANDALVM MONAST. PICTAV.

*Cùm ſcandalum, quod ſerente diabolo in Monaſterio Pictauienſi ortum, in ampliori quotidie iniquitate conſurgeret, & Chrodieldis adgregatis ſibi homicidis, maleficis, adulteris, fugitiuis, & reliquorum criminum reis, in ſeditione parata reſideret, iuſſit eis, vt irruentes nocte in Monaſterium, Abbatiſſam foras extraherent. At illa tumultum ſentiens venientium, ad ſancta Crucis archam ſe deportari popoſcit (grauabatur enim dolore humoris podagrici) ſcilicet vt vel eius foueretur auxilio. Sed vbi ingreſſi viri cereo accenſo cum armis huc illúcque vagarentur, per Monaſterium inquirentes eam, introeuntes in Oratorium, repererunt iacentem ante archam ſancta Crucis. Tunc vnus acerbior ceteris, qui ad hoc ſcelus patrandum adgreſſus fuerat, vt Abbatiſſam gladio diuideret, ab alio diuinâ prouidentiâ cooperante cultro percutitur. Profluente verò ſanguine ſolo decubans, votum, quod leui conceperat animo, non expleuit. Intereà Iuſtina Præpoſita cum aliis ſororibus pallâ altaris, quod erat ante Crucem Dominicam, extincto cereo, Abbatiſſam operit. Sed venientes cum euaginatis gladiis ac lanceis, ſciſsâ veſte, & penè Sanctimonialium manibus laniatis, adprehenſam Præpoſitam pro Abbatiſſa, quia tenebræ erant, excuſſis linteaminibus, à capite ſolutâ cæſarie detrahunt, & vſque Baſilicam ſancti Hilary inter manus deferunt cuſtodia mancipandam. Adpropinquantéſque Baſilica, cælo modicùm albeſcente, vbi cognouerunt non eſſe Abbatiſſam, mox ad Monaſterium redire puellam præcipiunt. Reuertentéſque Abbatiſſam adprehendunt, extrahunt, & in cuſtodia iuxta Baſilicam ſancti Hilary, in loco vbi Baſina metatum habebat, retrudunt, poſitis ad oſtium cuſtodibus, ne quis vllum captiua præberet auxilium. Exinde nocte ſubobſcurâ adgreſſi Monaſterium, cùm nullum fulgorem accenſi luminis poterentur, extractâ promptuario cuppâ, quæ olim pice linita ſicca remanſerat, ignem iniiciunt. Factámque farum * magnam, de huius incendio cunctam Monaſtery ſupellectilem rapuerunt, hoc tantùm, quod ferre non poterant, relinquentes. Hæc autem geſta ſunt ante ſeptem dies Paſcha. Cúmque Epiſcopus hæc omnia grauiter ferret, nec valeret ſeditionem diabolicam mitigare, miſit ad Chrodieldem dicens. Relinque Abbatiſſam, vt in his diebus in hoc carcere non retineatur. Alioquin non celebrabo Paſcha Domini, neque baptiſmum in hac vrbe vllus catechumenus obtinebit, niſi Abbatiſſa à vinculo quo tenetur iubeatur abſolui. Quòd ſi nec ſic volueritis, collectis ciuibus auferam eam. Hæc eo dicente, ſtatim Chrodieldis percuſſores deputat dicens. Si eam violenter quis auferre tentaue-*

* Id eſt, facta faro.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 5.

rit, ſtatim èam gladio percutite. Adfuit autem diebus illis Flauianus nuper Domeſticus ordinatus, cuius ope Abbatiſſa ſancti Hilary ingreſſa Baſilicam abſoluitur. Intereà ad ſepulchrum ſanctæ Radegundis homicidia perpetrantur, & ante ipſam beatæ Crucis archam quidam per ſeditionem truncati ſunt. Cúmque hic furor ſuperueniente dit per Chrodieldis ſuperbiam augeretur, & aſſiduæ cædes à ſeditionariis perpetrarentur, atque ita hac iactantiâ tumuiſſet, vt conſobrinam ſuam Baſinam altiori cothurno deſpiceret, illa pœnitentiam agere cœpit, dicens. Errani ſequendo Chrodieldis iactantiam. Et ecce deſpectui habeor ab eadem & Abbatiſſæ meæ contumax exiſto. Et conuerſa humiliauit ſe coram Abbatiſſa expetens pacem eius, fuerúntque pariter vno animo eádémque voluntate. Denique orto ſcandalo, pueri, qui cum Abbatiſſa erant, dum ſeditioni, quam Chrodieldis ſchola commouit, reſiſterent, puerum Baſinæ percutiunt, qui cecidit & mortuus eſt. At illi poſt Abbatiſſam ad Baſilicam Confeſſoris confugiunt, & ob hoc Baſina relictâ Abbatiſſâ diſceßit. Sed pueris iterum per fugam lapſis, in pace quam priùs habuerant redierunt. Poſteà verò inter has ſcholas inimicitiæ ortæ ſunt. Hæc autem Childebertus Rex audiens, Legationem ad Guntchramnum Regem direxit, vt ſcilicet Epiſcopi coniuncti de vtroque regno hæc quæ gerebantur ſanctione Canonicâ emendarent. Ob

[a] Lib 10. capp. 15. 16. 17.

hanc cauſam Childebertus Rex Gregorium Turonenſem qui hæc [a] ſcripſit, *cum Ebregiſilo Agrippinenſi & ipſo vrbis Pictauæ Maroueo Epiſcopo iuſſit adeſſe, Guntchramnus verò Rex Gundegiſilum Burdegalenſem cum Prouincialibus ſuis, eò quòd ipſe Metropolis huic vrbi eſſet.* Licèt hoc loco numerus Epiſcoporum qui venerunt à partibus Guntchramni, non indicetur, veriſimile admodum videtur, vt numero cum Childeberti Epiſcopis conuenirent, plures tribus deſignatos non fuiſſe, & hos potiſſimùm miſſos, qui de hac cauſa proximo antè anno iam cognorant, id eſt, Gundegiſilum Burdegalenſem, Nicaſium Inculiſmenſem, & Saffarium Petrocoricum. Illi autem Epiſcopi Pictauium adire noluerunt, niſi ſæua ſeditio, quæ per Chrodieldem ſurrexerat, Iudicis diſtrictione premeretur. *Pro hac cauſa Macconi tunc temporis Comiti prolata Præceptio eſt, in qua iubebatur, vt hanc ſeditionem, ſi reſiſterent, vi obprimeret. Hæc audiens Chrodieldis ſicarios iſtos cum armis ante oſtium Oratory adſtare iubet, vt ſcilicet repugnantes contra Iudicem, ſi vim vellet inferre, pariter reſultarent. Vnde neceſſarium fuit huic Comiti illuc cum armis procedere, & quoſdam caſos vectibus, nonnullos telis transfixos, & acriùs reſultantes gladiorum ictibus adfectos obprimere. Quod cùm Chrodieldis cerneret, acceptâ Cruce Dominicâ, cuius priùs virtutem deſpexerat, obuiam egreditur, dicens. Nolite ſuper me quæſo vim facere, quæ ſum Regina, filia Regis, Regíſque alterius conſobrina; nolite facere, ne quando veniat tempus, vt vlciſcar ex vobis. Sed vulgus paruipendens quæ ab ea dicebantur, irruens ſupra hos reſultantes, vinctos Monaſterio extraxerunt, ac ad ſtipites extenſas, grauiſſimè caſos, aliis cæſarie, aliis manibus, nonnullis auribus naribúſque deciſis, ſeditio depreſſa quieuit. Tunc reſidentes* * *Sacerdotes qui aderant ſuper tribunal Eccleſiæ, adfuit Chrodieldis multa in Abbatiſſam iactans conuicia cum criminibus, adferens eam virum habere in Monaſterio, qui indutus veſtimenta muliebria pro fœmina haberetur, cùm eſſet vir manifeſtiſſimè declaratus, atque ipſi Abbatiſſæ famularetur aſſiduè, indicans eum digito. En ipſum. Qui cùm in veſte (vt diximus) muliebri coram omnibus adſtitiſſet, dixit ſe nullum opus poſſe virile agere, ideóque ſibi hoc indumentum aptaſſe. Abbatiſſam verò non niſi tantùm nomine noſſe, ſéque eam nunquam vidiſſe, neque cum eadem colloquium habuiſſe profeſſus eſt, præſertim cùm hic ampliùs quam quadraginta ab vrbe Pictaua millibus degeret. Igitur Abbatiſſam de iſto crimine non conuincens adiecit. Quæ enim Sanctitas in hac Abbatiſſa verſatur, quæ viros eunuchos facit, & ſecum habitare imperiali ordine præcipit? Interrogata Abbatiſſa ſe de hac ratione nihil ſcire reſpondit. Intereà cùm hoc nomen pueri eunuchi protuliſſet, adfuit Reoualis Archiater dicens. Puer iſte paruulus cùm eſſet, & infirmaretur in femore, deſperatus cœpit haberi. Mater quoque eius Sanctam Radegundem adiuit, vt ei aliquod ſtudium iuberet impendi. At illa, me vocato, iuſſit, vt, ſi poßim aliquid, adiuuarem. Tunc ego, ſicut quondam apud vrbem*

* Pro reſidentibus Sacerdotibus.

AN. CH. 590.
GVNTCH. R. 29.
CHILDEB. II. R. 15.
CLOTAR. II. R. 7.
XIX.
IVDICIVM EPISCOPORVM.

Conſtantinopolitanam medicos agere conſpexeram, inciſis teſticulis, puerum ſanum genitrici mœſtæ reſtitui. Nam nihil de hac cauſa Abbatiſſam ſcire cognoui. Sed cùm nec de hac re Abbatiſſa potuiſſet culpabilis reperiri, alias cœpit Chrodieldis calumnias ſauas inferre, quarum adſertiones reſponſionéſque, quia in iudicio quod contra eaſdem ſcriptum eſt, habentur inſerta, ipſius magis exemplar lectioni libuit indi.

Domnis glorioſiſſimis Regibus, Epiſcopi qui adfuerunt. Propitiâ diuinitate, piis atque Catholicis populo datis Principibus, quibus conceſſa eſt regio, rectiſſimè ſuas cauſas patefacit Religio, intelligens ſacroſancto participante Spiritu, eorum qui dominantur, ſe ſociari & conſtabiliri decreto. Et quia ex iuſſione poteſtatis veſtræ, cùm ad Pictauam ciuitatem pro condicionibus Monaſterij ſanctæ recordationis Radegundis conuenimus, vt altercationes inter Abbatiſſam eiuſdem Monaſterij vel Monachas, quæ de ipſo grege non ſalubri deliberatione progreſſæ ſunt, ipſis diſceptantibus agnoſcere deberemus. Euocatis partibus, interrogata Chrodieldis vel Baſina, quare tam audacter contra ſuam Regulam foribus Monaſterij confractis diſceſſerint, & hac occaſione congregatio adunata diſciſſa ſit. Quæ reſpondentes profeſſæ ſunt, famis, nuditatis, inſuper & cædis ſe iam non ferre periculum. Adiicientes etiam eò quòd diuerſi earum in balneo lauarentur incongruè, ad tabulam ipſa luſerit, atque ſeculares cum Abbatiſſa reficerent, etiam ſponſalia in Monaſterio facta ſint. De palla holoſerica veſtimenta neptis ſuæ temerariè fecerit. Foliola aurea, quæ fuerant in gyro pallæ, inconſultè ſuſtulerit, & ad collum neptis ſuæ facinoroſè ſuſpenderit. Vittam de auro exornatam eidem nepti ſuæ ſuperfluè fecerit. Barbatorias ſeu barbaturias, id eſt, artem tonſoriam, *intus eò quòd celebrauerit. Interrogantes Abbatiſſam, quid ad hac reſponderet, dixit. De fame quia conqueruntur, ſecundùm quod temporis penuria permitteret, nunquam ipſæ nimiam egeſtatem pertulerunt. De veſtimento verò dixit. Si quis earum arcellulas ſcrutaretur, ampliùs eas habere quàm neceſſitas indigeret. De balneo verò quod opponeretur, retulit hoc factum diebus Quadrageſimæ, & pro calcis amaritudine, ne lauantibus noceret nouitas ipſius fabricæ, iuſſiſſe Domnam Radegundem, vt ſeruientes Monaſterij publicè hoc viſitarent, donec omnis odor nocendi diſcederet. Quod per Quadrageſimam vſque ad Pentecoſten in vſu famulis fuerit. Ad hæc Chrodieldis reſpondit. Et poſteà ſimiliter multi per tempora lauerunt. Retulit Abbatiſſa, ſe nec probare quod dicerent, & ſe neſcire an factum ſit. Sed adhuc inculpans eaſdem, vel ſi ipſæ vidiſſent, cur Abbatiſſæ non proderent? De tabula verò reſpondit. Etſi luſiſſet viuente Domnâ Radegunde, ſe minùs culpa reſpiceret, tamen nec in Regula per ſcripturam prohiberi, nec in Canonibus, retulit. Sed ad iuſſionem Epiſcoporum repromiſit, ceruice ſe inflexâ per pœnitentiam quicquid iuberetur implere. De conuiuiis etiam ait ſe nullam nouam feciſſe conſuetudinem, niſi ſicut actum eſt ſub Domnâ Radegunde. Se Chriſtianis fidelibus eulogias obtuliſſe, nec ſibi comprobari cum illis vllatenus conuiuaſſe. De ſponſalibus quoque ait. Coram Pontifice, Clero, vel ſenioribus, pro nepte ſua orphanula arras accepiſſe, & tamen ſi hæc culpa ſit, veniam ſe coram cunctis petere profeſſa eſt. Tamen nec tunc conuiuium in Monaſterio fecerit. De palla quod reputarent, protulit Monacham nobilem, quæ ei mafortem holoſericum, quem de parentibus, detulit muneris causâ conceſſerit, & inde partem abſcidiſſet, vnde quod vellet & faceret. De reliquo verò quantùm opportunum fuit, ad ornatum altaris pallam condignè condiderit; & de illa inſciſſura, quæ pallæ ſuperfuit, purpuram nepti ſuæ in tunica poſuerit, quam ibi dediſſe dixit, quo Monaſterio profuit. Quæ per omnia donatrix Didimia confirmauit. De foliolis aureis, & vitta auro exornata, Macconem famulum veſtrum præſentem teſtem adhibuit, eò quòd per manum eius ab ſponſo puellæ prædictæ neptis ſuæ viginti ſolidos accepit, vnde hoc publicè fecerit, nec de re Monaſterij quicquam ibi permixtum ſit. Interrogata Chrodieldis cum Baſina, ſi forſitan aliquid Abbatiſſa (quod abſit) adulterij reputarent, ſiue quid homicidij vel maleficij fecerit, aut crimen capitale quo percuteretur edicerent. Reſpondentes protulerunt, non habere ſe aliquid, niſi per hæc quæ dixerant, eam iſta feciſſe contra Regulam proclamarent. Ad extremum, pro peccatis quia clauſtra diſrupta ſunt, & miſeris licuit ſine diſciplina Abbatiſſæ ſuæ quod vellent committere, per tot menſium*

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

ſpatium, quas credebamus innocentes Monachas, nobis protulerunt prægnantes. Quibus per ordinem diſcuſſis, nec inuento crimine quod Abbatiſſam deiiceret, de lenioribus cauſis paternâ commonitione conteſtati ſumus, vt hac nullatenus deinceps pro reprehenſione cognoſceret. Tunc nobis percunctantibus cauſam aduerſæ partis, quæ maiora crimina commiſerunt, id eſt, quæ prædicationem ſui Sacerdotis intra Monaſterium, ne foras procederent, deſpexerunt, Pontifice conculcato & in ſummo contemptu in Monaſterio relicto, confractis ſeris & ianuis, inrito facto diſceſſerunt, & ad ſuum peccatum alia tracta tranſgreſſæ ſunt. Inſuper & Gundegiſilus Pontifex cum ſuis Prouincialibus pro ipſa cauſa commonitus, per Præceptionem Regum Pictauis acceſſiſſent, & ad audientiam eas ad Monaſterium conuocarent, deſpectâ commonitione, ipſis occurrentibus ad beati Hilarij Confeſſoris Baſilicam, vbi ipſæ commorabantur, accedentes, vt condecet Paſtorum ſollicitudinem, dum commonerentur, factâ ſeditione, fuſtibus tam Pontifices quàm miniſtros adfecerunt, & intra Baſilicam fuderunt ſanguinem Leuitarum. Dehinc ex iuſſione Domnorum Principum, cùm vir venerabilis Theutarius Presbyter in cauſa directus fuerit, & ſtatutum fuiſſet, quando iudicium fieret, non expectato tempore, Monaſterium ſeditioſiſſimè accenſis in curte cuppis, vectibus ac ſecuribus confractis poſticis, igne accenſo, intra ſepta caſis & vulneratis Monachabus, in ipſis Oratoriis ſpoliato Monaſterio, denudata & diſciſſa capillis Abbatiſſa, grauiter ad ridiculum ducta & tracta per compita, & in loco retruſa, etſi non ligata, nec libera; ſuperueniente diei Paſchæ feſto per ſeculum, offerente Pontifice pro condemnata precium, vt ſpectaret vel baptiſmum, nec vllâ ſuaſione hoc impetraſſet vox ſupplicum, atque reſpondente Chrodielde, eò quòd tale facinus nec ſciſſent, nec iuſſerint, adhuc Chrodielde adſerente ad interſignium ſuum, ne à ſuis interficeretur, obtentum ſit. Vnde certum eſt tractari quid ex hoc datur intelligi, quod additur crudelitati, ad ſepulchrum beatæ Radegundis fugientem ſeruum Monaſterij ſui occiderent, & ſcelere creſcente nihil petendo ſanauerint. Sed per ſe pòſt intrantes Monaſterium ceperint, & ad Domnorum iuſſionem, vt ſeditioſos illos in publico præſentarent, nolentes adquieſcere, & contra Regum præcepta magis arma tenerent, & ſe ſagittis vel lanceis contra Comitem & plebem indignanter erigerent. Hinc denuò egreſſa ad audientiam publicam, extrahunt Crucem ſanctam ſacratiſſimámque occultè, & ad iniuriam, indecenter, ad culpam, quæ poſteà reſtituere coacta ſunt in Eccleſia. Quibus tot capitalibus agnitis facinoribus, nec refrænatis, ſed iugiter magis auctis criminibus, nobis eiſdem dicentibus, vt Abbatiſſa pro culpa veniam peterent, aut quod malè directum fuerat emendarent, & nolentes hoc facere, ſed magis de eius interfectione tractarent, quod publicè ſunt profeſſa, reſeratis à nobis & recenſitis Canonibus, viſum eſt æquiſſimum, eas vſque quò dignam agerent pœnitentiam, à communione priuari, & Abbatiſſam ſuo loco permanſuram reſtitui. Hæc nos pro veſtra iuſſione, quod ad Eccleſiaſticum pertinuis ordinem, circunſcriptis Canonibus, abſque perſonarum aliqua acceptione ſuggerimus peregiſſe. De cetero, quod de rebus Monaſterij vel inſtrumentis chartarum Domnorum Regum parentum veſtrorum de loco ſubreptum eſt, quæ ſe habere profeſſæ ſunt, ſed nobis inobedientes nullatenus erunt voluntariè reddituræ, qualiter veſtra vel anteriorum Principum merces æterna permaneat, ad loci inſtaurationem, veſtræ pietatis atque poteſtatis eſt, auctoritate regiâ cogere reformari, neque ipſas ad locum, quem tam impiè ac profaniſſimè deſtruxerunt, ne peiora proueniant, vel redire concedite, vel permittatis iterum aſpirare. Quatenus his in integrum, præſtante Domino, reſtitutis ſub Catholicis Regibus totum adquiratur Deo, nihil perdat Religio, vt ſtatus conſeruatus tam Patrum quàm Canonum nobis proficiat ad cultum, vobis propagetur ad fructum. Chriſtus vos Dominus alat regátque, Regnum tribuens prolixius, vitámque conferat beatam.

XX. *Poſt hæc cùm emiſſo iudicio à communione fuiſſent ſuſpenſæ, Abbatiſſa etiam in Monaſterium reſtituta, hæ ad Childebertum Regem petierunt, adiicientes malum ſupra malum, denominantes ſcilicet perſonas quaſdam, quæ non ſolùm cum ipſa Abbatiſſa adulteria exercerent, verùm etiam ad inimicam eius Fredegundem quotidie nuncia deportarent. Quod audiens Rex miſit, qui eos vinctos adducerent. Sed*

cùm

AN. CH. 590.

GVNTCH. R. 29.

CHILDEB. II. R. 15.

CLOTAR. II. R. 7.

XXI.

cum diſcuſſi, nihil criminis inuentum in eis fuiſſet, abſcedere iuſſi ſunt.

Ebregiſilus Colonienſis Epiſcopus, cuius ſuprà meminimus, laudatur à Gregorio Turonenſi [a], quòd apud oppidum Bertunenſe, vbi ſanctus Malloſus Martyrium conſummarat, Eccleſiam ædificarit, in quam ſacras beati Athletæ reliquias tranſtulit, poſtquàm earum ſitus, qui penitus ignorabatur, diuinitus cuidam Diacono Merenſi reuelatus fuit.

EBREGISILVS EPISC. COLON.

Hoc anno dubietas Paſchæ fuit in Galliis. Alij Dominicam Reſurrectionem celebrarunt ſeptimo Kalendas Apriles Lunâ decimâ-quintâ, alij poſtridie eaſdem Kalendas Lunâ viceſimâ-ſecundâ. Gregorius Turonenſis poſteriorem ſententiam amplexus eſt, ſcripſitque fontes Hiſpaniæ, qui diuinitus implentur, eo die repletos fuiſſe, quo Paſchalem ſolemnitatem peregit. En eius verba [b]. *Dubietas Paſcha fuit ob hoc, quòd in cyclo Victor Lunâ* XV. *Paſcha ſcripſit fieri. Sed ne Chriſtiani vt Iudæi ſub hac Luna hæc ſolemnia celebrarent, addidit, Latini autem Lunâ* XXII. *Ob hoc multi in Galliis* XV. *Lunâ celebrauerunt. Nos autem* XXII. *Inquiſiuimus tamen ſtudioſè, ſed fontes Hiſpaniæ, qui diuinitus implentur, in noſtrum Paſcha repleti ſunt.* Diu agitata fuit hæc quæſtio, vtrùm in plenilunio, id eſt, Lunâ decimâ-quintâ Paſchalis ſolemnitas à Chriſtianis ritè celebrari poſſet. Nec etiam defuerunt, qui patrum noſtrorum memoriâ Calendarium Gregorianum improbarent, eò quòd Lunâ decimâ-quintâ, ſi ea in diem Dominicum inciderit, Paſcha celebrandum doceat. Aduerſùs huiuſcemodi homines egregiè diſputat Chriſtophorus Clauius in apologia Kalendarij Romani, capitibus primo & tertio libri primi, necnon & ſexto libri ſecundi. *Mirum*, inquit [c], *nonnullos ex recentioribus tam pertinaciter aſſerere non vereri, Paſcha non eſſe celebrandum Lunâ* XV. *ſiue in plenilunio, etſi ea in diem Dominicum incidat; propterea quòd falsò putant nos tunc Paſcha vnà cum Iudæis celebrare. Neque enim interdictum eſt vnquam Chriſtianis, ne in plenilunio medio, ſiue Lunâ* XV. *Paſcha celebrent, etiamſi Iudæi tunc ſolennitatem Paſcha legalis peragant, ſed ſolùm ne Lunâ* XIIII. *Paſcha celebretur, quando Iudæi ad veſperam agnum immolant; alioquin cadente Lunâ* XV. *ſiue plenilunio medio, in Dominicum diem, ſi alius dies Dominicus expectandus eſſet, celebraretur Paſchale feſtum Lunâ* XXII. *hoc eſt, in quarta hebdomada Lunæ; quod Sanctionibus Pontificum Conciliorúmque repugnat, quibus ſæpè cautum eſt, vt Paſcha poſt* XIIII. *Lunam primi menſis vſque ad* XXI. *eiuſdem incluſiuè celebretur, vt cap.* I. *&* III. *libri* I. *ſcripſimus. Certè noſtro ſeculo, quo viuimus, non ſimel vidimus, Paſcha celebratum eſſe, ex decreto Concilij Niceni, die 22. Martij, hoc eſt, Lunâ* XV. *quam cyclus offerebat, cùm Lunâ* XIIII. *cycli neceſſariò tunc in diem 21. inciderit, ante quem diem nulla Luna* XIIII. *Paſchalis eſſe poteſt, vt ſuperiori libro ſcripſimus. Quin imò quotieſcumque Luna* XIIII. *primi menſis in diem Sabbati incidit, celebratum eſt Paſcha ſequenti ſtatim die Dominico, id eſt, Lunâ* XV. *quam cyclus indicabat.* Clauius hanc apologiam publicauit anno duodenonageſimo ſeculi decimi-ſexti, eiuſdémque ſeculi anno ſeptuageſimo-tertio Paſcha celebratum eſt die viceſimâ-ſecundâ Martij. Ceolfridus Abbas in literis [d] ad Naitanum Regem Pictorum, qui Septentrionales Britanniæ plagas inhabitabant, Paſcha menſe primo, nec ante diem decimam-quintam, nec poſt diem viceſimam-primam eiuſdem menſis, celebrandum eſſe ſic docet. *Si fieri poſſet, vt ſemper in diem quintum-decimum primi menſis, id eſt, in Lunam quintam-decimam Dominica dies incurreret, vno ſemper eodémque tempore cum antiquo Dei populo, quanquam ſacramentorum genere diſcreto, ſicut vnà eâdémque fide Paſcha celebrare poſſemus. Quia verò dies ſeptimana non æquali cum Luna tramite procurrit, decreuit Apoſtolica traditio, quæ per beatum Petrum Romæ prædicata, per Marcum Euangeliſtam & interpretem ipſius Alexandriæ confirmata eſt, vt adueniente primo menſe, adueniente in eo veſperâ diei quarta-decimæ, expectetur etiam dies Dominica à quinta-decimâ vſque ad viceſimam-primam diem eiuſdem menſis. In quacunque enim harum inuenta fuerit, meritò in ea Paſcha celebrabitur.* Et paucis interiectis, Paſcha in tertia primi menſis hebdomada celebrandum

XXII.

DVBIETAS PASCHÆ.

[a] De gloria Mart. lib. 1. cap. 63.

[b] Lib. 10. c. 23.

[c] Lib. 2. c. 6.

[d] Ap. Bedam l. 5. c. 22.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

eſſe ſic aſſerit. *Nullus arguere nos poterit, quòd non rectè Dominicum Paſcha diem, quem de Euangelio ſuſcepimus, in ipſa, quam lex ſtatuit, tertia primi menſis hebdomada celebremus.* Deinde è contrario irrationabilem ait errorem eſſe eorum, *qui præfixos in lege terminos nullâ cogente neceſſitate vel anticipare, vel tranſcendere præſumunt.* Aduersùs eos, qui præfixos in lege terminos anticipant, ita ratiocinatur. *Sine ratione neceſſitatis alicuius anticipant illi tempus in lege præſcriptum, qui Dominicum Paſchæ diem à quarta-decima menſis primi vſque ad viceſimam putant Lunam eſſe ſeruandum. Cùm enim à veſpere diei tertiæ-decimæ vigilias ſanctæ noctis celebrare incipiunt, claret quòd illum in exordio ſui Paſchæ diem ſtatuunt, cuius nullam omnino mentionem in decreto legis inueniunt. Et cùm viceſimâ-primâ die menſis Paſcha Dominicum celebrare refugiunt, patet profectò, quòd illam per omnia diem à ſua ſolennitate ſecernunt, quam lex maiore præ cæteris feſtiuitate memorabilem ſæpenumerò commendat. Sicque diem Paſchæ ordine peruerſo, & aliquando in ſecunda hebdomada totam compleant, & nunquam in hebdomadæ tertia die ſeptimo ponant.* Sic autem aduersùs eos qui tranſcendunt. *Rurſum qui à ſexta-decima die menſis ſæpè dicti vſque ad viceſimam-ſecundam Paſcha celebrandum magis autumant, non minore vtique errore (tametſi altero latere) à recto veritatis tramite diuertunt, & veluti naufragia Scyllæ fugientes in Charybdis voraginem ſubmergendi decidunt. Nam cùm à Luna decima-ſexta primi menſis oriente, id eſt, à veſpera diei quintæ-decimæ, Paſcha incipiendum doceant, nimirum conſtat, quòd quartam-decimam diem menſis eiuſdem, quam lex primitus & præcipuè commendat, itaut quintæ-decimæ, in qua populus Dei ab Ægyptiaca ſeruitute redemptus eſt, & in qua Dominus ſuo mundum ſanguine à peccatorum tenebris liberauit, in qua etiam ſepultus ſpem nobis poſt mortem beatæ quietis tribuit, vix veſperam tangant. Iidémque pœnam erroris ſui in ſemetipſos recipientes, cùm in viceſima-ſecunda die menſis Paſchæ diem ſtatuunt Dominicum, legitimos vtique terminos Paſcha apertâ tranſgreſſione violant, vtpote qui ab illius diei veſpera Paſcha incipiunt, in qua hoc lex conſummari & perfici debere decreuit, illam in Paſcha diem aſſignent primam, cuius in lege mentio nulla vſquam reperitur, id eſt, quartæ primam ſeptimanæ.* Quicquid igitur Gregorius Turonenſis loco præcitato ſcribat, hoc anno, Childeberti Regis decimo-quinto, Chriſti quingenteſimo-nonageſimo, Paſcha ritè celebratum eſt Lunâ decimâ-quintâ, nec aliud ſignificant tabulæ Paſchales, quæ Paſcha hoc eodem anno celebratum oſtendunt die viceſimâ-ſextâ Martij. Sopita nunc illa controuerſia, primum enim ac citimum Paſcha celebratur die viceſimo-ſecundo Martij, quotieſcumque Luna decima-quarta cum æquinoctio in diem Sabbati cadit. Id annis poſterioris ſeculi decimi-ſexti ſeptuageſimo-tertio & nonageſimo-octauo contigit, annóque huius ſeculi decimi-ſeptimi nonageſimo-tertio continget.

XXIII. GREGOR. EP. TVR. ÆDIFICAT ECCLESIAS ET ORATORIA.

Gregorius Antiſtes Turonicus Eccleſiam vrbis Turonenſis, in qua beatus Martinus & cæteri Sacerdotes Domini ad Pontificatûs officium conſecrati ſunt, ab incendio diſſolutam diſruptámque nactus fuerat, eam reædificatam in ampliori altiorique faſtigio, hoc anno, ordinationis ſuæ decimo-ſeptimo, dedicauit. In qua, ſicut à longæuis Preſbyteris comperit, beatorum reliquiæ Agaunenſium ab antiquis fuerunt collocatæ. Ipſam etiam capſulam in theſauro Baſilicæ ſancti Martini reperit, in qua valdè putredine erat pignus diſſolutum, quod pro eorum religionis eſt virtute delatum. Ac dum vigiliæ in eorum honorem celebrarentur, libuit animo hæc iterum prælucescente cereo viſitare. Quæ dum attentè rimantur, dixit ædis ædituus. *Eſt hic lapis opertorio tectus, in quo quid habeatur prorſus ignoro, ſed nec præceſſores miniſtros huius cuſtodiæ ſcire comperi, deferam eum & ſcrutamini diligenter quid contineat infrà concluſum.* Quem delatum reſerauit Gregorius, & inuenit in hoc capſulam argenteam, in qua non modò beatæ Legionis teſtium, verùm etiam multorum Sanctorum tam Martyrum quàm Confeſſorum reliquiæ tenebantur. Nactus eſt etiam & alios lapides, ita, vt hic

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

erat, concauos, in quibus Sanctorum Apoſtolorum, cùm reliquorum Martyrum pignera continebantur. Quod munus diuinitus indultum admirans, & gratias agens, celebratis vigiliis, dictis etiam Miſſis, hæc in Eccleſia collocauit. In cellula ſancti Martini Eccleſiæ ipſi contigua, Sanctorum Coſmæ & Damiani Martyrum reliquias poſuit. Baſilicas ſancti Perpetui aduſtas incendio reperit, quas in illo nitore vel pingi vel exornari, vt priùs fuerant, artificum opere imperauit. Baptiſterium ad ipſam Baſilicam ædificari præcepit, in quo ſancti Ioannis cùm Sergij Martyris reliquias poſuit, & in illo priore Baptiſterio ſancti Benigni Martyris pignera collocauit. In multis verò locis infra Turonicum terminum & Eccleſias & Oratoria dedicauit, Sanctorúmque reliquiis illuſtrauit. Hæc totidem fermè verbis ſcribit ipſemet Gregorius capite vltimo Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ.

XXIV. CONCIL. METENSE.

Exeunte hoc anno, in cauſa Egidij Remenſis Epiſcopi habitum eſt Concilium Metenſe, cuius progreſſum exitúmque Gregorius Turonenſis his verbis enarrat [a]. *Sunnigiſilus iterum tormentis addicitur. In tormentis non ſolùm de morte Chilperici Regis, verùm etiam diuerſa ſcelera ſe admiſiſſe confeſſus eſt. Inter quas confeßiones addidit etiam Egidium Remenſem Epiſcopum ſocium fuiſſe in illo Rauingi, Vrſionis ac Berthefredi, conſilio ad interficiendum Childebertum Regem. Nec mora, rapitur Epiſcopus, & ad Metenſem vrbem, cùm eſſet valdè ab ægrotatione longinqua defeſſus, adducitur. Ibíque ſub cuſtodia degens, Rex Epiſcopos arceſſiri ad eius examinationem præcepit, vt in initio menſis octaui apud Viridunenſem vrbem adeſſe deberent. Tunc ab aliis Sacerdotibus increpatus, cur hominem abſque audientia ab vrbe rapi, & in cuſtodiam retrudi præcepiſſet? permiſit eum ad vrbem ſuam redire, dirigens epiſtolas ad omnes Regni ſui Pontifices vt medio menſe nono ad diſcutiendum in vrbe ſupradicta adeſſe deberent. Erant autem pluuiæ validæ, aqua immenſa, rigor intolerabilis, diſſoluta luto via, amnes littora excedentes. Sed Præceptioni Regiæ obſiſtere nequiuerunt. Denique conuenientes, pertracti ſunt vſque Metenſem vrbem. Ibíque & præfatus Egidius adfuit. Tunc Rex inimicum eum ſibi regioniſque proditorem eſſe denuncians, Ennodium ex Duce ad negotium delegit proſequendum. Cuius propoſitio prima hæc fuit. O Epiſcope, quid tibi viſum fuit, vt relicto Rege, in cuius vrbe Epiſcopatûs honore fruebaris, Chilperici Regis amicitiis ſubdereris, qui ſemper inimicus Domino noſtro Regi fuiſſe probatur, qui patrem eius interfecit, matrem exilio condemnauit, regnúmque peruaſit, & in iis vrbibus quas iniquo peruaſionis ordine ſuo dominio ſubiugauit, tu ab eodem poſſeßionum fiſcalium prædia meruiſti. Ad hæc ille reſpondit. Quòd fuerim amicus Regis Chilperici, negare non potero. Non tamen contra vtilitatem Regis Childeberti hæc amicitia pullulauit. Villas verò quas memoras, per iſtius Regis chartas emerui. Tunc proferens * eaſdem in publico, negat Rex ſe largitum fuiſſe. Requiſitúſque Otho, qui tunc Referendarius fuerat, cuius ibi ſubſcriptio meditata tenebatur, adfuit, negat ſe ſubſcripſiſſe. Conficta enim erat manus eius in huius Præceptionis ſcripto. In hac igitur cauſa primùm Epiſcopus fallax repertus eſt. Poſt hæc epiſtolæ prolatæ ſunt in quibus multa de improperiis Brunichildis Reginæ tenebantur, quæ ad Chilpericum ſcriptæ fuerant, ſimiliter & Chilperici ad Epiſcopum delatæ. In quibus inter reliqua habebatur inſertum. Quia ſi radix cuiuſlibet rei inciſa non fuerit, culmus, qui terris eſt editus, non areſcet. Vnde prorſus manifeſtum eſt, ideo hæc ſcripta, vt ſuperatâ Brunichilde filius eius opprimeretur. Negauit ſe Epiſcopus has epiſtolas vel miſiſſe ſuo nomine, vel ſuſcepiſſe à reſcripto Chilperici. Sed puer eius familiaris adfuit, qui hæc notarum titulis per tomos chartarum comprehenſa tenebat. Vnde non dubium fuit reſidentibus, hæc ab eodem directa. Deinde prolatæ ſunt pactiones quaſi ex nomine Childeberti ac Chilperici Regis, in quibus tenebatur inſertum, vt eiecto Guntchramno Rege, hi duo Reges inter ſe eius regnum vrbéſque diuiderent. Sed negauit hæc Rex cum ſuo factum conſilio, dicens. Quia tu commiſiſti patruos meos, vt inter illos bellum ciuile conſurgeret. Vnde factum eſt, vt commotus exercitus Biturigas vrbem, pagúmque Stampenſem * vel Mediolanenſe * caſtrum attererent atque depopularent. In quo bello multi interempti*

[a] Lib. 10. capp. 19. 20.

IN CAVSA EGIDII EP. REMENS.

* proferens pro proferente.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

ſunt, quorum (vt puto) animæ erunt Dei indicio de tuis manibus requirendæ. Hæc Epiſcopus negare non potuit. Scripta enim erant in regeſtum Chilperici Regis, in vnum ſcriniorum pariter ſunt reperta, ac tunc ad eum peruenerunt, quando interempto Chilperico theſauri eius de Calenſi Pariſiacæ vrbis villa ablati ad eundem delati ſunt. Cúmque de huiuſcemodi cauſis altercatio diutiùs traheretur, adfuit & Abba Epiphanius Baſilicæ ſancti Remigij, dicens, quòd duo millia ſolidorum, ſpeciéſque multas pro conſeruanda Regis Chilperici amicitia accepiſſet. Adſtiterúntque etiam & Legati, qui cum eodem ad memoratum Regem fuerant, dicentes. Quia nobis relictis diutius cum eodem ſolus conlocutus eſt. De quibus verbis nihil intelleximus, niſi ſupradicti excidij proſecutionem inpoſterum cognoſcentes. Hæc eo negante, Abba, qui fuerat ſemper in iis conſiliorum arcanis particeps, locum hominémque denominat, vbi & qui aureos quos diximus detuliſſet, & qualiter de excidio regionis ac Regis Guntchramni conuentum fuerat, vt geſtum eſt, ex ordine denarrauit. Quæ & ille conuictus deinceps eſt confeſſus. Hæc audientes Epiſcopi qui aduocati fuerant, & in tantis malis Sacerdotem Domini contuentes fuiſſe ſatellitem, ſuſpirantes, de his triduani temporis ſpacium deprecantur tractandi, ſcilicet vt forſitan reſipiſcens Egidius vllum modum reperire poſſet, per quem ſe ab iis noxiis, quæ ei obiiciebantur, excuſare valeret. Sed inluceſcente die tertiâ, conuenientes in Eccleſiam interrogant Epiſcopum, ſi aliquid excuſationis haberet, ediceret. At ille confuſus ait, ad ſententiam dandam ſuper culpabilem ne moremini; nam ego noui me ob crimen Maieſtatis reum eſſe mortis, qui ſemper contra vtilitatem huius Regis matríſque eius abij, ac per meum conſilium multa fuiſſe geſta certamina noui, quibus nonnulla Galliarum loca depopulata ſunt. Hæc Epiſcopi audientes ac lamentantes fratris obprobrium, obtentâ vitâ, ipſum ab ordine Sacerdotali, lectis Canonum Sanctionibus, remouerunt. Qui ſtatim ad Argentoratenſem vrbem, quam nunc Strateburgum vocant, deductus, exilio condemnatus eſt. In cuius loco Romulfus filius Lupi Ducis, iam Presbyterij honore præditus, Epiſcopus ſubrogatus eſt, Epiphanio Abbatis officio, qui Baſilicæ ſancti Remigij præerat, remoto. Multa enim auri argentique in huius Epiſcopi regeſtum pondera ſunt reperta. Quæ autem de illa iniquitatis malitia erant, regalibus theſauris ſunt inlata, quæ autem de tributis aut reliqua actione Eccleſiæ inuenta ſunt, ibibi relicta.

* Eſtampes.
* Meun ſur Teure.

XXV. Et Monialium Pictav.

In hac Synodo Baſina Chilperici Regis filia, quam ſuprà cum Chrodielde à communione remotam diximus, coram Epiſcopis ſolo proſtrata, veniam petiit, promittens ſe cum charitate Abbatiſſæ Monaſterium ingredi, ac de Regula nihil tranſcendere. Chrodieldis autem obteſtata eſt, quia Leobouerâ Abbatiſſâ in hoc Monaſterio commorante, ibidem nunquam ingrederetur. Sed vtriſque Rex veniam impertiri deprecatus eſt. Et ſic in communione recepta, Pictauo regredi iuſſa ſunt; ſcilicet vt Baſina in Monaſterio regrederetur, Chrodieldis verò in villa, quæ quondam Waddonis fuerat, ſibi à Rege conceſſa reſideret.

XXVI. Geſta Romulfi Ep. Remenſis.

Flodoardus [a] res geſtas à Romulfo Remenſium Epiſcopo ſic deſcribit. *Poſt Egidium Romulfus Remenſe rexit Epiſcopium, vir carne nobilis, germanus Ioannis tunc temporis Ducis, quorum pater Lupus multas eis poſſeſſiones æqualiter inter ſe diuidendas reliquit. De qua diuiſione pari iure gerenda Præceptum obtinuerunt Regale. Quaſdam villas in territorio Metenſi conſtitutas, quarum caput eſt Ortiuallis *, quas Domnus Egidius à Vincentio quodam traditur coemiſſe, cum Childeberto Rege commutauit, pro aliis villis in pago Remenſi ſitis, id eſt, Marcilianâ * & Arbidogilo *. Res quoque vel mancipia in Pontificatu poſitus ad augmentum Eccleſiæ inuenitur emiſſe, Oratorium denique ſub honore beati Germani conſtruxit in atrio ſancti Remigij. Quaſdam quoque res à quibuſdam peruaſas apud regiam Maieſtatem, agente Sonnatio Archidiacono euindicaſſe reperitur, regia auctoritatis, ſuper his euindicationibus, adhuc manentibus inſtrumentis.*

[a] Lib. 2. cap. 4

* Orual.
* Marzilly.
* Ardenil.

XXVII. Chronologia Epiſcoporum Remens.

Chronologia Remenſium Epiſcoporum, quæ Gregorio Turonenſi & Conciliis in Gallia celebratis hactenus innixa eſt, deinceps innitetur Flodoardo Canonico Remenſi, qui Remenſem Hiſtoriam ad ſua vſque tempora quatuor libris complexus eſt. At cùm nec Gregorius in Hiſtoria Eccleſiaſtica Franco-

rum, nec Flodoardus in Hiſtoria Remenſi numerarit annos ab Incarnatione Dominica, plerique recentiorum Auctorum, qui catalogos Epiſcoporum Remenſium texuerunt, annos illorum Pontificum cum annis Chriſti non benè compararunt. In catalogo, quem Iacobus Sirmondus Hiſtoriæ Flodoardi à ſe primùm publicatæ ſubiecit, nullus à Chriſto nato conſignatur annus ante octingenteſimum decimum-tertium, quo Wlfarus ſub Carolo Magno Synodum Remis habuit. Alij tentarunt annos indicare, quibus ſinguli Remorum Pontifices ordinati ſunt obierúntve. Viſus eſt audacior hic conatus, quoniam eiuſmodi notæ temporum rarò deprehendi poſſunt ex ſcriptis Gregorij & Flodoardi ſuprà laudatis. Plerique Romulfo tres annos in Pontificatu tribuunt, Sonnatio triginta & octo inchoatos, decem Leudegiſelo Non diſplicet hæc partitio, conuenit enim cum Flodoardo [a], qui Romulfum regnante Childeberto teſtamentum condidiſſe, Sonnatium cum Brunichilde Regina res quaſdam commutaſſe, Leudegiſelum tempore Dagoberti Regis Epiſcopium rexiſſe teſtatur. Hâc igitur freti computatione Romulfum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio, Sonnatium anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo, Leudegiſelum anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-primo, mortuos aſſeremus. Qui mortem trium illorum Pontificum ſeriùs in alios annos coniiciunt, putà in annos Chriſti vndeſexcenteſimum, ſexcenteſimum triceſimum-ſeptimum, & ſexcenteſimum quadrageſimum-ſeptimum, non benè aſſequuntur Chronologiam Gregorij Turonenſis, depoſitionem enim Egidij & ſubrogationem Romulfi, quas Gregorius [b] ait factas anno, qui decimus-quintus Childeberti Regis, Guntchramni verò nonus atque viceſimus numerabatur, in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum perperam differunt. Ex ſupradictis conſtat annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum cum anno decimo-quinto Childeberti & viceſimo-nono Guntchramni coincidiſſe. Hoc eſto vnum è præcipuis fundamentis Chronologiæ Remenſis.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

[a] Lib. 2 capp. 4. 5. 6.

[b] Lib. 10. capp. 10. 19.

XXVIII. S. MAXIMI ADOLESCENTIA.

Hoc anno Maximus, quem ante ſeptennium in territorio * Caturcenſi natum diximus, *cùm eſſet annorum ſeptem, derelicto patre & matre ad ſanctam Dei Eccleſiam vrbis Caturcæ S. Stephani Martyris & Leuitæ confugit, vt literis erudiri potuiſſet. Audiens hæc pater eius, quòd filius ſuus fugâ vertiſſet, multùm timuit ne à beſtiis deuoratus fuiſſet. Audiens Deſiderius tunc Caturcæ ciuitatis Epiſcopus ſollicitudinem parentis, in eadem die nunciauit hoc patri ſuo. Tunc accerſiuit memoratus Epiſcopus Notarium ſuum & commendauit illi puerum Maximum, vt illum benè inſtrueret literis, atque ſolerter curam de ipſo in omnibus ageret. Fuit ibi Beatus Maximus decem annis ad eruditionem Grammatici.* Hæc Author [c] vitæ, qui Pontificem Cadurcenſem malè vocauit Deſiderium, nam ſanctus Deſiderius longè poſt obitum ſancti Maximi ſub Dagoberto Rege, Clotarij filio ſedere cœpit.

* le Quercy.

[c] Ap. Bolland. d. 2. Ian.

XXIX.

Albertus de Monte Relaxo in vita ſancti Pauli Leonenſis Epiſcopi ſcribit Cetometinum in ipſius Pauli locum ordinatum fuiſſe Pontificem anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto, & in catalogo Leonenſium Antiſtitum reiicit eandem Cetomerini ordinationem in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum, additque Paulum relicto Epiſcopatu quadriennium in Batha inſula ſuperſtitem fuiſſe, & ad Deum feliciter migraſſe anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto. Cetometini aſſumptionem in Pontificem retulimus anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto, quia Paulus, vt membranæ Floriacenſes apud Boſcium teſtantur, *ſedem ſuam prædicto Cetomerino relinquens, migrauit ad Batham * inſulam, vbi cum plurimo grege Monachorum ſub magiſterio ipſius mirè viuentium multum tempus peregit*, quis autem *multum tempus* quadriennio longiùs non arbitretur? Anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo non ordinationem Cetomerini, ſed mortem Pauli collocandam putamus. Certè Paulus non deceſſit anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto, nam membranæ Floriacenſes iam laudatæ produnt illum obiiſſe quarto Idus

* l'Iſle de Baaz.

AN. CH. 590.
GVNTCH. R. 29.
CHILDEB. II. R. 15.
CLOTAR. II. R. 7.

Martij, die Dominico, id eſt, currente literâ Dominicali A, annus verò quingenteſimus nonageſimus-quartus prædtius fuit literâ Dominicali C. Poſt annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſextum, quo Ceromerinus Pontificatum iniit, dies Dominicus coincidit quarto Idus Martias annis quatuor eiuſdem ſeculi, ſeptuageſimo-tertio, ſeptuageſimo-nono, octogeſimo-quarto, & nonageſimo, ac primo ſubſequentis, vnus igitur annus ex illis quinque neceſſariò eligendus eſt quo mors Pauli conſignetur. Ad ea, quæ de Pauli ætate perhibentur, annus Chriſti quingenteſimus-nonageſimus ceteris propiùs accedit, innuit enim anno ætatis nonageſimo-octauo ſublatum ex hac vita Paulum, quem Boſcius *centum annis & eo ampliùs*, Albertus duobus ſupra centum vixiſſe tradunt.

XXX. OBITVS PAVLI EP. LEONENS.

De morte ſancti Pauli ſic ſcribit Boſcius. *Erat quædam cellula iuxta Monaſterium conſtructa, in qua beatus ſenex feſſa penè iam fracti corporis membra poſt longas vigilias recreare ſolebat. Vbi cùm vnâ nocte proſtratus diutiùs vigiliis ſomnum aliquantiſper capere deſideraret, volens eum Deus à tantis laboribus transferre ad veram requiem, per Angelum ſanctum deſignauit ei extremum exitûs ſui diem. Cui in ſomnis apparens tam coruſco lumine domum illam repleuit, vt totius noctis tenebras amoueret, diémque lucidiſſimum repræſentaret. Qui ad eum reſpiciens dixit. Bonum certamen certaſti ſancte Dei, & felicem vitæ curſum dignè peregiſti. Iam tempus eſt vt præmium laboris recipias cum Sanctorum choris. Imminet tibi proximus dies, in quo tua animæ expectata recompenſabitur æternæ beatitudinis merces. Lætus ergo lætum præſtolare diem Dominicum, in quo tuus ſpiritus à corporeo carcere abſolutus, ingredietur feliciter diu deſideratum perennis vitæ gaudium. His dictis Angelica viſio diſparuit, ſed lumen allatum cum ſancto viro permanſit. Qui Sole terris infuſo, diſcipulis in vnum congregatis, egreſſionis ſuæ à corpore diem vltimum prædixit. Præcepit autem, vt dum ſpiritum exhalaret, corpus eius ad Monaſterium, quod in agro ſitum erat, deportaretur, ibíque ſepulturæ traderetur. Quod videlicet Monaſterium vſque hodie vocatur ſancti Pauli oppidum. Hæc verò extitit cauſa tranſlationis, ne populus ad eius reliquias veniens maris violentiam pateretur. Sciebat quoque ſicut & prædixerat, circa corpus ſuum tam Monachos quam Clericos altercari. Deinde vſque ad horam nouiſſimam lectione diuinâ inſtruere, ac myſticæ intelligentiæ ſententiis docere non ceſſauit. Noctibus verò de more orationi incumbebat. Adueniente autem exitûs ſui horâ, acceptis diuinis ſacramentis, in conſpectu omnium qui aderant, abſque vllo membrorum dolore, ſanctam Chriſto reddidit animam. Quarto itaque Idus Martij beatus Paulus in pace quieſcens, Confeſſor & virgo cælum intrare promeruit.* Quo die nomen eius legitur in additionibus Molani ad Vſuardum. Exortam inter Monachos inſulæ & oppidi Clericos grandem de ſancti Pauli corpore altercationem deſcribit Boſcius, inſulani ſpe ſuâ fruſtrati ſunt, oppidani cum laudibus ſanctum corpus ad oppidum deduxerunt.

XXXI. ET TANGVIDI ABBATIS.

Eodem autem die quo ſanctus Paulus obiit, Tanguidus Abbas eiuſdem ſancti Pauli diſcipulus ad Deum quoque migrauit in ſuo Monaſterio * Gerbetenſi, ſepultúſque fuit in altero ſuo Cœnobio ſancti * Mathæi finis terræ, quod à Gerberenſi quindecim circiter leucis diſtabat. Apud Armoricos in maxima veneratione eſt nomen ſancti Tanguidi. Vitam recitat Albertus decimo-quarto Kalendas Nouembres, obſeruátque vltimum vitæ diem ab Angelo prænunciatum fuiſſe Paulo ſimul ac Tanguido, cùm Paulus Tanguido ciuitatem Oxiſmorum petenti fortuitò in parœcia Drenecenſi * occurriſſet. Hæc Angeli apparitio præceſſit alteram, quæ Paulum, vt diximus, proximo die Dominico moriturum ſignificauit.

* *de Gerber.*
* *S. Mahé.*
* *de Drenec.*

XXXII. GOLVENVS ANACHORETA.

Ceterùm Paulus, cùm vitæ terminus appropinquaret, inter cetera ſancti Spiritûs dona, prophetiæ gratiam aſſequi promeruit, nam quæ ventura erant in proximo, gladium, terræ ſterilitatem, diuerſas peſtes, Northmannorúmque ſeu Borealium populorum aduentum gentibus circum habitantibus prænunciabat. Hæc Boſcius in eius vita. Quod attinet ad irruptionem Northman-

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

norum, hanc Gononus [a] in vita ſancti Golueni, qui ſolitariè viuebat in agro Leonenſi, & Cetomerino Epiſcopo ſucceſſor à Paulo moriente deſignatus fuerat, attingit his verbis. *Cùm multi piratæ & Nortmanni, & alij idololatræ Britanniam ſuis incurſionibus deuaſtarent & popularentur, quidam potens & magnanimus Comes collecto magno exercitu voluit eos debellare. Sed antequam eos aggrederetur, venit ad virum Dei, petiítque orationum ſuarum ſuffragia. Sanctus autem Anachoreta dixit ei vt ſecurè procederet aduersùs inimicos, quia eos debellaturus erat. Comes hoc accepto reſponſo abiit, & cum Dei adiutorio inimicos fugauit. Victor igitur rediens ad virum Dei, inuenit eum proſtratum ſuper terram, & manus in modum Crucis habentem, & orantem pro victoria Comitis. Qui cùm eum ſalutaſſet, & victoriam de inimicis reportatam ei attribueret, vir Dei grauiter eum redarguit, dicens non ſuis victoriam meritis eſſe tribuendam, ſed bonitati & potentiæ Dei.* Albertus [b] in eiuſdem ſancti Golueni vita ſubiungit Monaſterium à Comite qui de Nortmannis triumpharat, erectum fuiſſe prope eremum Golueni, nec Goluenum * induci potuiſſe, vt illius Cœnobij curam & Abbatis titulum ſuſciperet.

[a] Lib. 2.

[b] d. 1. Iul.

* *Gouluen.*

XXXIII. ODOFRED. EP. CARPENT.

Hiſce temporibus Odofredum Epiſcopum Carpentoractenſem floruiſſe ſcribunt Sammarthani veteribus monumentis illius Eccleſiæ freti.

XXXIV. EPISCOPI REGIENSES.

Simon Bartellus in Hiſtorica nomenclatura Præſulum Regienſium ponit hoc anno mortem Vrbici, eíque ſubrogat Bonifacium & Paulinum Regienſes Epiſcopos, quorum mentionem Gregorius Magnus in pleriſque ſuarum epiſtolarum facit. Præter Regium autem Galliæ quod Aquarum Sextiarum Archiepiſcopatui ſubeſt, eſt & Regium Lepidi in Inſubria quod Archiepiſcopatui Bononienſi hodie ſubiicitur, necnon Regium Iulij in Calabria quod Archiepiſcopali dignitate gaudet. Vghellus [c] in catalogo Pontificum, qui Regio Lepidi præfuerunt, poſt Theodoſium qui anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-quarto viuebat, recenſet Donodeum, Adrianum, Benenatum, Lupinum, nec vllum Bonifacio vel Paulino locum tribuit. At non ita ſentiendum de Regio Iulij, cui prædictos Epiſcopos Bonifacium & Paulinum Bartellus & qui Bartellum deſcripſerunt facilè reſtituent, ſi Gregorianas epiſtolas legerint. Quinque datæ reperiuntur ad Bonifacium Epiſcopum Regienſem ſeu Regitanum; quarta videlicet & quadrageſima-tertia libri ſecundi Indictione vndecimâ, quinta libri tertij Indictione duodecimâ, nona libri quinti Indictione decimâ-quartâ, & duodeſexageſima libri octaui Indictione tertiâ. Solam quartam libri ſecundi, quæ ſub initium Indictionis vndecimæ Kalendis Septembribus anni quingenteſimi nonageſimi-ſecundi cœptæ ſcripta eſt, citauit Bartellus, quia Lector ex ea deprehendere non poteſt, vtrùm Bonifacius in Galliis an in Inſubria vel in Calabria ſederit, ceteras verò prætermiſit quæ Bonifacium Regij in Calabria Pontificem certis argumentis oſtendebant. Ac primùm quadrageſima-tertia eiuſdem libri, quæ currente Indictione vndecimâ, menſe Iunio, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio exarata eſt, Bonifacij deceſſori nomen attribuit Lucij. *Stephania*, inquit Gregorius, *latrix præſentium, quaſdam res ſuas temporibus deceſſoris tui Lucij quondam Epiſcopi ab actoribus eius vi queritur occupatas.* Iſtâ autem ætate nullus qui Lucius vocaretur Regij Pontificatum geſſit in Inſubria vt ex Vghello ſuperiùs allato patet, aut in Galliis, vt conſtat ex noſtrorum Annalium ſerie, quæ Gregorio Turonenſi ſubſcriptionibúſque Gallicanarum Synodorum innititur, reſtat igitur vt Bonifacium Epiſcopum Regienſem, qui Lucio ſucceſſit, & à Gregorio Magno ſæpè literas accepit, in Calabria Præſulem fuiſſe concludamus. Eundem Bonifacium, vt Regitanæ ciuitatis Clerum corrigeret, Gregorius eodem anno ſub initium duodecimæ Indictionis epiſtolâ quintâ libri tertij monuit, & de Subdiaconis Regienſibus idem ac de Siculis decreuit obſeruari. *Admonemus, vt nullatenus Clerus Regitanæ ciuitatis in cauſis, quas eorum poſcit officium, fraternitatis tuæ remiſſione laxetur,* &c. *Subdiaconis verò tuis hoc, quod de Siculis ſtatuimus, decreuimus obſeruari.*

[c] Tom. 2. Ital. ſacr.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

Quis illam conſtitutionem, quâ Regienſes Siculíque ſimul comprehendun-tur, à Regienſibus Calabriæ populis freto Siculo imminentibus ad Regienſes in Narbonenſi Gallia ſitos procul à Sicilia detorquendam putet? Gregorius epiſtolâ nonâ libri quinti, indictione decimâ-quartâ recenter inchoatâ, ſiue anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto, Carinenſem Eccleſiam Rhegienſi coniunxit. Initium ipſarum literarum ad Bonifacium Regienſem Præſulem tale eſt. *Poſtquàm Eccleſiæ Carinenſis defuncto eius Antiſtite, alium ordinari, nec loci deſerti habitatio, nec ſinit immunitio perſonarum, maiori curâ conſtringimur, ne defunctis earum Sacerdotibus, ſi conſiſtentes ibidem Paſtoris fuerint moderamine deſtituti, per inuia fidei hoſtis callidi rapiantur inſidiis. Hoc ergo noſtro ſedet cordi conſilium tuæ eam ſollicitudini debere committi, quod facere per præſentia ſcripta perſpeximus.* Numquam autem in Gallia Narbonenſi nomen Eccleſiæ Carinenſis auditum fuit. Denique cùm inter Bonifacium Epiſcopum Regienſem & Gregorium Expræfectum orta eſſet contentio, Gregorius Papa Bonifacio ſcripſit epiſtolam duodeſexageſimam libri octaui, exeunte Indictione tertiâ, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo. Gregorius autem Expræfectus, vt ipſemet titulus Expræfecti declarat, non degebat in Francia cui pridem acceſſerat Regium Galliæ, ſed in ditione Romani Imperij cuius pars erat Calabria, ideóque Bonifacio, de quo querebatur, ſedes Epiſcopalis non in Gallia Narbonenſi ſed in Calabria debet aſſignari. Hanc ſententiam egregiè confirmant prædicti libri octaui epiſtolæ, quinquageſima-quarta, quinquageſima-quinta, quinquageſima-ſeptima & ſexageſima, quibus Papa ſub idem tempus Gregorium Expræfectum Leontio Exconſuli, Bono Epiſcopo Meſſanenſi, Secundino & Ioanni Epiſcopis Siciliæ commendauit, excuſauítque apud Azimarcum Scribonem, quòd corporis infirmitate debilis factus *tardè ad Siciliam* veniſſet. Vt Bonifacius, ita & Paulinus, qui Regienſem Epiſcopatum in Calabria poſt Bonifacium rexit, expungendus eſt è Gallicanorum Præſulum catalogo. Gregorianarum epiſtolarum liber decimus amplectitur quinquaginta-quinque datas Indictione quintâ, quæ partim cum anno Chriſti ſexcenteſimo primo, partim cum ſequenti coincidit. Triceſimam-ſecundam Gregorius inſcripſit Columbo Epiſcopo Numidiæ, triceſimam-tertiam Victori Epiſcopo Panormitano, in vtraque queſtus eſt de peruerſitate Paulini Regenſis Epiſcopi, qui in ſuum Clerum exceſſerat, & per ſimoniam ſubditos ordinabat. In priore ſic allocutus eſt Columbum. *Qualiter fratrem noſtrum Paulinum Regenſis ciuitatis Epiſcopum Clerus ſuus, vel hi qui in ſacro ſunt ordine conſtituti, in ſe perhibeant corporaliter exceßiſſe, audire non indiges; quippe quia priuſquàm hac ad nos querela pertingeret, tibi iam factum eſt, ſicut eis aſſerentibus didicimus, manifeſtum. Et quoniam præpoſitis in ſubiectorum pœnam fas eſſe non debet ſæuiendi, Victori fratri & coepiſcopo noſtro, qui Primatûs inter vos locum tenet, curauimus ſcribendum, vt vnà cum tua fraternitate vel cum aliis fratribus & coepiſcopis noſtris quos adhibere proſpexeritis, inter memoratum fratrem conſacerdotémque noſtrum & Clerum ipſius cauſa ſubtili debeat inueſtigatione cognoſci*, &c. *Et quia memoratus frater noſter Paulinus Eccleſiaſticos ordines per ſimoniacam dare hæreſim, quod auditu nefas eſt, dicitur, vnà cum antedicto Primate vel aliis ſubtiliùs hoc & cum omni tibi diligentia ſit cura perquirere.* In poſteriore ſic Victorem. *Quàm grauis & aſpera aduersùs fratrem noſtrum Paulinum Regenſis ciuitatis Epiſcopum, Clericorum eius, vel eorum, qui in ſacro ſunt ordine poſiti, ſit querela, fraternitati tuæ liquere non dubium eſt, quia latere te in vicino non potuit, quod ad nos in longinquo peruenit. Et quoniam valdè cauendum eſt, ne hoc, quod enim fruſtrà in ſe corporali iniuriâ queruntur excedere, aut licitè præſumatur, aut fiat diſsimulatione deterius; ſic manifeſti exceſſus canonicâ ſemper moderatione premendi ſunt, vt vna res & præteritorum correptio, & eſſe poßit regula futurorum. Proinde ſimul cum dilectiſſimo communi fratre Columbo Epiſcopo, vel aliis Sacerdotibus, quos præuideris, inter ſupraſcriptum fratrem noſtrum & Clericos ipſius cauſam ſubtili inueſtigatione rimari te conuenit*, &c. *Illud autem*

quod

quod idem frater noſter Paulinus Eccleſiaſticos ordines dare ſub præmio perhibetur AN. CH.
ſubtiliùs à vobis omnino & diſtinctè quærendum eſt, &c. Victorem Epiſcopum 590.
Panormitanum fuiſſe docet idem Gregorius epiſtolâ quadrageſimâ-primâ libri GVNTCH. R. 29.
quinti, quam ei tranſmiſit Indictione decimâ-quartâ, ſiue anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto, vt Panormi * in Monaſterio ſancti Hermæ Presbyterum ordinaret. Integram exhibemus. *Vrbicus Abbas Monaſterij ſancti Hermæ, quod Panormi ſitum eſt, à nobis cum Congregatione ſua magnoperè poſtulauit in eodem Monaſterio Presbyterum, qui ſacra Miſſarum ſolennia celebrare debeat, ordinari; & quia huiuſmodi non eſt differenda petitio, fraternitatem veſtram ſcriptis præſentibus neceſſariò duximus adhortandam, vt eum, qui ad hoc miniſterium de eadem Congregatione electus fuerit, cuius vita, mores, & actio tanto poſſint miniſterio conuenire, ſine mora, auxiliante Domino, debeat conſecrari, quatenus nec ille de Monaſterio ſuo hac pro cauſa egredi, nec extraneum ſibi ad peragendum ſacrum opus cogatur adducere.* Iam verò hæc Gregorij ad Epiſcopum Panormitanum verba ſuperiùs allata, *latere te in vicino non potuit, quod ad nos in longinquo perueniat*, quis interpretetur de peruerſitate Regenſis Antiſtitis in Gallia, cùm Regium Galliæ longiùs diſtet Panormo quàm Româ, Regium verò Calabriæ, de quo proculdubio Gregorius locutus eſt, multò vicinius ſit Panormo quàm Romæ? Nonnulli notant Regium Galliæ Narbonenſis à Sidonio Reios vocari, ciuéſque dici Reienſes, atque inde aſſerunt duplex in Italia Regium, nullum in Galliis extitiſſe. Noſtræ ſententiæ fauet hæc obſeruatio, quia Bonifacius & Paulinus apud Gregorium non Reiorum aut Reienſium, ſed Regenſium ſeu Regienſium ac Regitanorum Epiſcopi nominantur, ſed leue nobis videtur hoc argumentum, quia Galli literas *i* & *g* ſæpè confuderunt, ſcripſerunt promiſcuè *maieſtatem* & *mageſtatem*, ita *Reienſium* & *Regenſium*; & ciuitas Regenſium facilè Regium potuit appellari. Satis ſupérque eſt epiſtolas examinaſſe Gregorij, quæ Bonifacium & Paulinum ex albo Gallicanorum Antiſtitum tollendos perſuadent, nec eorum loco ſunt alij reſtituendi, Vrbicus enim Eccleſiæ Regenſis in Gallia Pontifex teſte Gregorio Turonenſi [a] viuebat anno Chriſti quingenteſimo vndenonageſimo, & Claudius, [a] Lib. 9. c. 41.
quem Bartellus eiúſque aſſeclæ Paulino ſufficiunt, teſte Flodoardo[b], interfuit [b] Lib. 2. cap. 5.
Concilio Remenſi, quod anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto celebratum eſt, nihil autem vetat quominùs Vrbicum, de quo nihil ante annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quintum legimus, ad ſeptimum ſeculum perueniſſe, & Claudium Vrbici ſucceſſorem anno eiuſdem ſeculi viceſimo-quinto ſediſſe pronuntiemus.

*Palermo.

Licinius Dux Andegauenſis, patre orbatus, ſuadentibus amicis & conſan- XXXV.
guineis hoc anno puellam nobiliſſimam ſibi deſponſauit. *Quam cùm iam ducere* LICINIVS
vellet, nutu Dei coram omnibus inuenit eam leprâ percuſſam. Rubore confuſus ſta- EX DVCE
tuit in animo, vt cunctam ſeculi militiam dimitteret, & Regi omnium Sanctorum CLERICVS.
Domino ſoli militaret. Demùm Clericus effectus, ſoli Domino & ſpiritualibus fratribus placere ſatagebat, pauperem & communem vitam ducere deſiderans, pompam ſeculi ſpernens, omne deſiderium ſuum in diuina voluntate eiúſque ſeruitio conſtituit. Hæc Author vitæ [c]. Familiæ Benedictinæ Licinium aſcribunt Dor- [c] Ap. Bolland. d. 13. Febr.
ganius, Wion & Menardus. De Monaſterio quod adiecit diſputat Wion, ait enim in exemplari Cœnobium legi Colonetenſe, cuius loco reſtituendum putat Cincillacenſe. Inſignia floruerunt Monaſteria Cincillacenſe & Colonetenſe, illud in Venetenſi Diœceſi, hoc in Andina; illi ſanctus Albinus, huic ſanctus Magnobodus præfuerunt Abbates digniſſimi, quos eximia virtus ad Epiſcopatum Andegauenſem prouexit. Quapropter ſi Wion Monaſterium Colonetenſe ſcriptum reperit, non capimus cur eo expuncto quod intra terminos Epiſcopatus Andini ſitum erat, reponendum contendat Cincillacenſe Venetenſis Diœceſeos. Licinius, vt ſuo loco dicemus, Magnobodum Colonetenſi Monaſterio præfecit, ſed ipſe in eodem Cœnobio priùs habitaſſe nuſquam dicitur, imò nec Monachus exhibetur à Scriptore vitæ coætaneo, cui

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

potior quàm neotericis fides haberi debet. Ante Clericatum laudatur ob artis militaris peritiam ac fortitudinem, nec illis temporibus cùm Guntchramnus Clotarianas ditiones tutoris nomine gubernabat, defuerunt bella, de quibus Gregorium Turonenſem poſterioribus Hiſtoriæ libris conſule.

XXXVI. * Luxenil. MONAST. LVXOVIENS. CONDITVR.

Columbanus, qui cum ſociis hactenus in loco, cui nomen Anagrates, in Voſago monte degerat, hoc anno Luxouium * perrexit, nam teſte Ionâ in eius vita, anno pòſt viceſimo, cùm è Monaſterio Luxouienſi pelleretur, prædixit vniuerſam Franciæ Monarchiam penes Clotarium poſt triennium fore, quod anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio contigit. Cur Columbanus ab vno loco in alium commigrarit, rationem ſic exponit Gononus Ionæ abbreuiator. *Cùm iam multi ſe in eius contubernium & ſocietatem Monachi adiunxiſſent, de commodiori in ea eremo inquirendo loco cogitare cæpit, vbi Monaſterium cauſtrueret, inuenit autem caſtrum quoddam à ſupradicta loco diſtans plùs minùs octo milliaribus, priſcis temporibus Luxouium nuncupatum, vbi etiam thermæ ſiue aquæ calidæ eximio apere extructæ habebantur. Multa illic ſtatuæ lapideæ erant, quas cultu miſerabili ritûque profano pagani quondam coluerant. At nunc ſola illic feræ, belluæ, vrſi, bubali, lupi frequentes viſuntur. Ibi ergo vir egregius Monaſterium conſtruere cæpit. Cuius rei fama cùm percrebuiſſet, multi vndique eò aduolare & religionis ſtudio ſeſe dicare cæperunt. Cùm autem numerus Monachorum excreſceret, alium inquiſiuit locum, quem aquarum copia ornaret. Quo reperta aliud illic Monaſterium ædificauit, quod Fontanas voluit appellari, eique Præpoſitas dedit, & Canonem ſiue Regulam quam ſequerentur, Spiritu Sancto plenus condidit, atque*, vt verbis Aſſonis Abbatis Deruenſis in paſſione S. Bercharij vtamur, *ſexcentorum fermè Monachorum rector extitit.* Cùm autem ducentorum duntaxat & viginti plùs minùs Monachorum pater eſſet, id eſt, ſub primum ipſius aduentum in eremum Luxouienſem, eò ſe contulerunt relicto Antiſiodoro Walericus & Bobo vir nobilis eiuſdem Walerici diſcipulus, vt ex vita ſancti Walerici conſtat.

XXXVII

Erat tunc temporis, inquit Ionas in vita S. Columbani, *Dux quidam nomine Waldelenus, qui gentes, quæ inter Alpium ſepta, & Iurani ſaltûs arua incolunt, regebat: huic ſaboles nulla erat, vt Iuuencus de Zacharia & Elizabeth ait,*

Gratius vt donum iam deſperantibus eſſet,

Hic cum coniuge ſua Flauia nomine, & genere & prudentiâ nobili, ad beatum

* Beſançon. *Columbanum ex Veſontionenſi * oppido pergit; precantes ſimul vt pro eis Dominum deprecaretur, dicentéſque ſe multis opibus eſſe ditatos, ſed cui hæreditatem poſt obitum relinquerent, hæredem non habere. Quibus vir ſanctus; Si, inquit, voti veſtri eſt, vt largitoris donum eius nomini conſecretis, mihique ex lauacro ſuſcipiendum tradatis, pro vobis Domini clementiam implorabo, vt non ſolùm eum, quem Domino vouetis, habeatis, verùm quanta volueritis pòſt pignora ſuſcipiatis. At illi læto animo promittunt, ſe eius imperiis parituros, tamen pro ipſis Domini miſericordiam non deſinat implorare. Spondet vir Dei, muneribus plenus, ſe in promptu habere, tantùm ne pacti fœdus ſtudeant violare. Mirum dictu, vix domum remeant, donum Creatoris aluo grauidâ mater futura expectat. Editum autem puerum ad virum Dei defert, ſuis orationibus largitum munus demonſtrat, grates Conditori agit, qui ſic ad petitiones famulorum ſuorum, quæſita dona largiatur. Quem vir Sanctus ſuis manibus receptum ſacrauit, ſacróque lauacro ablutum ipſe ſuſcepit, Donatum-*

NASCITVR S. DONATVS.

que nomen imponit, matríque ad nutriendum reddit. Addidit poſt eum bonitatis largitor, famuli ſui promiſſum, alium filium Ramelenum nomine, addidítque adhuc duas filias priſtino muneri, & ſeculo nobiles, & Chriſti timori deditas, quarum altera Sirudis ſeu Surudis in veteribus membranis appellatur. Ceterùm Waldeleni & Flauiæ ad Columbanum profectio eodem ferme tempore notari debet, quo Columbanus Luxouium venit, quia Donatus Pontificatum Veſontionenſem anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto iam gerebat. Præter Waldelenum erat & in Burgundia Dux Amalgarius, cui tres liberi fuerunt

AN. CH. 590.

GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

ex Aquillina vxore, Audalricus qui Ducatum poſt patrem ſuſcepit, Waldalenus qui Beſuenſis * Monaſterij primus Abbas fuit pueritiâ in Cœnobio Luxouienſi ſub Abbate Columbano priùs tranſactâ, & Adalſinda quæ Dornatiaci Monaſterij prima fuit Abbatiſſa. Lege Chronicon Beſuenſe.

* Beze.

XXXVIII. REGVLA S. COLVMBANI.

In Concordia Regularum apud ſanctum Benedictum Anianæ Abbatem citatur ſæpè Regula ſancti Columbani, qui Luxouienſe Monaſterium, inſigni pòſt famâ celeberrimum, hoc anno inchoauit. Extant illius Regulæ capitula decem apud Thomam Meſſinghamum in Florilegio Hiberniæ & apud Lucam Holſtenium in Codice Regularum. Primum eſt *de obedientia*. Secundum *de taciturnitate*, ſeu *de ſilentio*. Tertium *de cibo & potu*. Quartum *de cupiditate calcanda*, ſeu *de paupertate ac de cupiditate calcanda*. Quintum *de vanitate calcanda*. Sextum *de caſtitate*. Septimum *de curſu*, ſeu *de curſu Pſalmorum*. Octauum *de diſcretione*. Nonum *de mortificatione*. Decimum, quod in manuſcriptis Codicibus & exemplari ſancti Galli deſideratur, legitur in Codice Bobienſi, & apud Thomam Meſſinghamum inſcribitur *de perfectione Monachi*. Poſtremum hoc capitulum, cui *de perfectione Monachi* titulus eſt in Florilegio Hiberniæ, non omiſit Holſtenius, ſed nono ſubiunxit inſtar appendicis, addiditque decimum *de diuerſitate culparum*, quod alij Pœnitentiale ſancti Columbani vocant, & ab eiuſdem ſancti Columbani Regula diſtinguunt.

XXXIX. DE OBEDIENTIA, SILENTIO, VANITATE, CASTITATE, CIBO ET POTV.

Circa obedientiam, ſilentium, vanitatem & caſtitatem, de quibus ſanctus Columbanus totidem capitulis agit, nihil hîc peculiariter obſeruandum occurrit. Ceteras ſanctiones breuiter exponemus, ordiemur à cibo & potu. *Cibus ſit vilis & Veſpertinus Monachorum ſatietatem fugiens, & potus ebrietatem, vt & ſuſtineat, & non noceat. Olera, legumina, farina aquis mixta cum paruo pane paximatio; ne venter oneretur & mens ſuffocetur. Etenim vtilitati*, nempe ſpiritali, *& vſui* vitæ corporalis, *tantùm conſulendum eſt æterna deſiderantibus præmia. Et ideo temperandus eſt vitæ vſus, ſicut temperandus eſt labor, quia hæc eſt vera diſcretio, vt poſſibilitas ſpiritalis profectûs cum abſtinentia carnem macerante retentetur. Si enim modum abſtinentia exceſſerit, vitium non virtus erit, virtus enim multa ſuſtinet bona & continet. Ergo cotidie ieiunandum eſt ſicut cotidie reficiendum eſt. Et dum cotidie reficiendum eſt, viliùs & parciùs corpori indulgendum eſt, quia ideo cotidie edendum eſt, quia cotidie proficiendum eſt, cotidie orandum eſt, cotidie laborandum, cotidiéque eſt legendum.* Hoc caput mutilum eſt in Codice Holſtenij, nec mendis caret in Concordia Regularum [a]. A nobis reſtitutum eſt ex editione Meſſinghami & ex notis Menardi ad prædictam Concordiam. Ceterùm cibus Veſpertinus non vſurpatur ſtrictè, cibus enim hoc loco vocatur Veſpertinus, qui non ſolùm Veſpere ſumitur, ſed etiam horâ Nonâ, cùm Sol incipit vergere ad Veſperum. Siquidem Monachi, quos ſanctus Columbanus erudiuit, feriâ quartâ & ſextâ reficiebant horâ Nona, vt conſtat ex eius Pœnitentiali, in quo legitur hæc præceptio. *Si quis ante horam Nonam quartâ ſextâque feriâ manducat, niſi infirmus, duos dies in pane & aqua viuat.*

[a] Cap. 48. §. 2.

XL. DE PAVPERTATE ET CVPIDITATE.

Sequitur ſanctio de paupertate, ac de cupiditate calcanda. *Non ſolùm ſuperflua Monachos habere damnabile eſt, ſed etiam velle, quorum non cenſus ſed voluntas quæritur, qui relinquentes omnia & Chriſtum Dominum cum timoris cruce quotidiani ſequentes, in cælis habent theſauros.* Et paulò pòſt. *Nuditas & facultatum contemptus, prima perfectio eſt Monachorum; ſecunda verò, purgatio vitiorum; tertia, perfectiſſima Dei continuata dilectio, ac diuinorum iugis amor, qui terrenorum ſuccedit obliuioni.*

XLI. DE HORIS CANONICIS.

Plura dicenda ſunt de curſu Pſalmorum ſiue de Horis Canonicis. Sanctus Columbanus Officio diuino deſcribendo ſeptimum caput ſuæ Regulæ totum inſumit, quod deſideratur in Codice Monaſterij ſancti Galli, ſed reperitur in Codice Floriacenſi & in editionibus Pariſienſi ac Romana, potéſtque commodè in ſex partes diuidi.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

Prima eſt inſtar procemij, docétque de curſu Pſalmorum à variis varia præſcribi, rationémque celebrandi Officij diuini pro varietate locorum ac temporum diuerſam eſſe. *De ſynaxi verò, id eſt, de curſu Pſalmorum & Orationum modo Canonico quadam ſunt diſtinguenda, quia variè à diuerſis memoria de eo traditum eſt. Ideo iuxta vitæ qualitatem ac temporum ſucceſſionem variè à me quoque literis inſinuetur hoc idem. Nan enim vniformis eſſe debet pro reciproca temporum alternatione, longior enim per longas noctes, breuiórque per breues eſſe conuenit.*

XLII. Secunda eſt de Vigiliis, inuoluitúrque multis tricis ob Codicum deprauationem. XLIII. Textum primò recitabimus, deinde deſcribemus textum ſancti Donati quocum conferri poſſit, tum ſingulas phraſes ſinguláſque periodos explicabimus. *Inde & apud Seniores noſtros ab octauo Kalendas Iulij cum noctis augmento ſenſim incipit creſcere curſus à duodecim choris breuiſſimi modi, in nocte Sabbati ſiue Dominica, vſque ad initium hyemis, id eſt, Kalendas Nouembris, in quibus viginti-quinque canunt Antiphonas Pſalmorum eiuſdem numeri, qui ſemper tres loco duobus* (ſic Holſtenius, Meſſinghamus verò ſic, *eiuſdem numeri dupliicis, qui ſemper tertio loco*) *ſuccedunt pſalsis, itaut totius pſalterij inter duas ſupradictas noctes numerum canteut, duodecim choris ceteras temperantes totâ hyeme noctes, quâ finitâ per ver ſenſim per ſingulas hebdomadas terni ſemper decedunt Pſalmi, vt duodecim in ſanctis noctibus tantùm Antiphona remaneant, id eſt, quotidiani curſûs hyemalis triginta-ſex Pſalmi, viginti-quatuor autem per totum ver & æſtatem & vſque ad antumnale æquinoctium, id eſt, VIII. Kalendas Octobris, in quo ſimilitudo ſynaxeos eſt, ſicut in vernali æquinoctio, id eſt, octauo Kalendas Aprilis, dum per reciprocas vices paulatim & creſcit & decreſcit. Igitur iuxta vices conſideranda Vigilia eſt, maximè cùm ab auctore ſalutis noſtræ iubemur vigilare & orare omni tempore, & Paulus præcipit ſine intermiſſione orare.* Sanctus Donatus, qui Regulam Monialium ex Regulis ſanctorum, Cæſarij, Benedicti & Columbani collegit, hoc caput ſancti Columbani ſic reddidit [a]. *De ſynaxi, id eſt, de curſu Pſalmorum & Orationum modo Canonico iuxta normam Regulæ noſtræ quædam in breue ſunt diſtinguenda. Ab octauo Kalendas Octobris creſcit curſus vſque ad ſummum eius viginti-quinque choris, quas totâ hyeme, quæ à Kalendis Nouembris incipit & finit in Kalendis February, cantandas in nocturnis Vigiliis per noctem Sabbati & Dominicæ Patres noſtri ſanxerunt. Duodecim verò choræ in hyeme omni nocte cantandæ ſunt vſque ad VIII. Kalendas Aprilis. Et poſt hyemem quindecim choræ in ſacris Martyrum Vigiliis. Et ſicut creſcit, ita etiam decreſcit quinque choris, quæ in primo Sabbato quinque choræ augendæ ſunt vt ſint viginti. Per aliud autem Sabbatum vna chora augenda eſt vſque ad Kalendas Nouembris, vſque totus curſus compleatur, id eſt, viginti-quinque choræ Pſalmorum, qui per tres menſes hyemis numerus complendus eſt in duabus ſupradictis noctibus. Et poſt hos decreſcit per Sabbatum. Primo Sabbato quinque choræ, & ſingulæ per alterna Sabbata, quia longius eſt ſpatium ad finem hyemis vſque ad æquinoctium veris in curſu decreſcendo quàm creſcendo, ideo per alterna Sabbata ſingulæ decidant choræ vſque VIII. Kalendas Aprilis. Duodecim namque choræ tempore æſtatis in ſanctarum noctium curſu, id eſt, Sabbati & Dominicæ, cantandæ ſunt. Octo verò ſemper reliquis noctibus de æquinoctio in æquinoctium cantanda ſunt, id eſt, per ſex menſes. De æquinoctio veris in æquinoctium autumni, viginti-quatuor Pſalmi canendi ſunt.* Vtrumque textum confer, faciliùs capies mentem ſancti Columbani, à qua plurimùm receſſit Hugo Menardus, quia nonnulla duntaxat ſancti Donati fragmenta legit in Concordia Regularum [b], cuius caput viceſimum-tertium inſcribitur *de Officiis diuinis in noctibus*, totúmque componitur ex ſcriptis ſancti Benedicti, ſancti Aureliani, ſancti Columbani, Caſſiani & Magiſtri, nullâ prorſus allegatâ ſancti Donati ſanctione.

[a] Cap. 75.

XLIV. Sanctus Columbanus poſtquàm dixit non vniformes eſſe Vigilias per totum anni circulum, quia noctes modò longiores ſunt, modò breuiores, hæc proximè ſubiungit. *Inde*, id eſt, propter illam diſparitatem noctium, *& apud Se-*

niores noſtros ab octauo Kalendas Iulij cum noctis augmento ſenſim incipit creſcere curſus à duodecim choris breuiſſimi modi, hoc eſt, Vigiliæ, quæ ante VIII. Kalendas Iulij *breuiſſimi* ſunt *modi* ſeu numeri, quæ duodecim choras non excedunt, poſteà paulatim incipiunt augeri. Priuſquàm vlteriùs progrediamur, inquirendum nobis eſt, quinam ſint hi Seniores quos ſanctus Columbanus commendat, & quænam chorarum ſignificatio ſit hoc loco. Beatus Columbanus in Hibernia monaſticam vitam ſuſcepit, ſic enim Ionas in eius vita [a] ſcribit. *Dedit operam, vt Monachorum necteretur ſocietati, ac Monaſterium, cuius vocabulum eſt Benchor, petiit, in quo Præſul virtutum vbertate cluebat beatus Congellus, egregius inter ſuos Monachorum Pater, quique & religionis ſtudio & regularis diſciplinæ cultu præcipuus habebatur. Ibi ſolis orationibus & ieiuniis vacare cœpit, & iugum Chriſti, quod ferentibus leue eſt, ſuper ſe ferre, ſemetipſum ſibi abnegando, ac crucem ſuam tollendo, Chriſtum ſequi, vt qui aliorum doctor futurus erat, ipſe quod doctrinâ didicerat, in ſuo corpore mortificationem ferendo, vberiùs exemplo monſtraret, quod aliis implendum fore docuiſſet.* Loquitur ergo de Senioribus Monaſterij Benchotenſis, vbi per aliquot annos degit. Per choras intelligit diſtinctiones Pſalmorum, quæ ſingulæ *Pſalmos plures* continent, teſte Holſtenio in Indiculo declaratorio vocum inuſitatiorum vſurpatarum in Regulis Patrum. Ait ſanctus Columbanus Vigilias Sabbati & Dominicæ ſenſim creſcere ab octauo Kalendas Iulias vſque ad Kalendas Nouembres, itaut deinceps per totam hyemem quâlibet nocte Sabbati & Dominicæ canantur Antiphonæ viginti-quinque, & ſingulis Pſalmorum ternionibus vna interſeratur Antiphona, ſicque cantentur vnaquâque illarum noctium Pſalmi quinque & ſeptuaginta, totúmque Pſalterium duabus iiſdem noctibus perſoluatur. Mentem ſuam explicat ſtylo ſatis obſcuro ac deprauato. *Inde & apud Seniores noſtros ab octauo Kalendas Iulij cum noctis augmento ſenſim incipit creſcere curſus à duodecim choris breuiſſimi modi, in nocte Sabbati ſiue Dominicæ, vſque ad initium hyemis, id eſt, Kalendas Nouembris, in quibus viginti-quinque cannnt Antiphonas Pſalmorum eiuſdem numeri, qui ſemper tres loco de duobus*, vel *eiuſdem numeri duplicis, qui ſemper tertio loco ſuccedunt pſaltis, itaut totius Pſalterij inter duas ſupradictas noctes numerum cantent.*

AN. CH. 590.
GVNTCH. R. 29.
CHILDEB. II. R. 15.
CLOTAR. II. R. 7.

[a] Cap 5.

XLV. Sanctus Columbanus, vt æquinoctium autumnale ponit octauo Kalendas Octobres & æquinoctium vernum octauo Kalendas Apriles, ita ſolſtitium æſtiuale collocat octauo Kalendas Iulias, & quia poſt ſolſtitium æſtiuale noctes creſcere mox incipiunt, ab eodem ſolſtitio ſiue ab octauo Kalendas Iulias augmentum curſûs nocturni ſic auſpicatur. *Ab octauo Kalendas Iuly cum noctis augmento ſenſim incipit creſcere curſus.* Apud ſanctum Donatum non ab octauo Kalendas Iulij ſed *ab octauo Kalendas Octobris creſcit curſus.* Differunt igitur hoc loco ſancti Columbanus & Donatus, ille auctionem Vigiliarum in noctibus Sabbati & Dominicæ inchoat à ſolſtitio æſtiuali, hic ab æquinoctio autumnali. Eſt hæc auctio chorarum tredecim ſeu Pſalmorum vndequadraginta, ſeu principium illius petatur ab octauo Kalendas Iulij, ſeu ducatur ab octauo Kalendas Octobris. Mediæ ſunt hebdomadæ ſex ab æquinoctio autumnali ad Kalendas Nouembres, octodecim autem à ſolſtitio æſtiuali ad eaſdem Kalendas. Sanctus Donatus diſtinctè notat quibus gradibus auctio Vigiliarum à breuiſſimo numero chorarum duodecim vſque ad ſummum viginti-quinque per ſex hebdomadas fieri debeat. Primo poſt æquinoctium autumnale Sabbato choras ſuperaddit octo, vnámque cuilibet Sabbatorum quinque ſubſequentium, itaut primo Sabbato choras viginti; ſecundo, viginti & vnam; tertio, viginti-duas; quarto, viginti-tres; quinto, viginti-quatuor; ſexto, quod aut Kalendis Nouembribus proximum eſt aut cum iiſdem Kalendis coincidit, viginti quinque ſic attribuat. *Poſt hyemem quindecim chora in ſacris Martyrum Vigiliis. Et ſicut creſcit, ita etiam decreſcit quinque choris, quæ in primo Sabbato quinque chora augendæ ſunt vt ſint viginti, per aliud autem Sabbatum vna chora augenda eſt vſque ad Kalendas Nouembris, vſque totus curſus compleatur, id*

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

eſt, viginti quinque chora Pſalmorum. Super eadem auctione quid ſanctus Columbanus in ſua ſententia ſtatuerit, vix deprehendi poteſt, quia phraſis, quâ vſus eſt, hodie ſic deprauatur. *Qui ſemper tres loco duobus ſuccedunt pſallites.* Editiones Pariſienſis & Romana meliùs reponunt, *pſaltis.* At quid adhuc ſibi vult hæc periodus? *In quibus*, nempe Kalendis Nouembribus, *viginti quinque canunt Antiphonas Pſalmorum eiuſdem numeri, qui ſemper tres loco duobus ſuccedunt pſaltes* ſeu *pſallitis*, id eſt, cantatis. Menardus hunc textum ita reſtituendum putat, *in quibus viginti quinque canunt Antiphonas Pſalmorum eiuſdem numeri triplicis, qui ſemper tres ſuccedunt pſaltis*, aitque ſenſum eſſe, vt canantur quinque & viginti Antiphonæ cum Pſalmis quinque & ſeptuaginta, qui numerus ex quinque & viginti triplicatis exurgit, & ſingulis Pſalmorum ternionibus vna interſeratur Antiphona. Sed poſterior phraſis aliam proculdubiò poſtulat emendationem, complectitur enim modum, quo breuiſſimus curſus chorarum videlicet duodecim ad choras viginti quinque creſcit intra ſpatium hebdomadarum duodeuiginti. Si ſingulis hebdomadis vna ſuperaddatur chora, curſus initio hyemis, ſeu Kalendis Nouembribus, excedet choras viginti quinque, conſtabítque triginta. Quapropter choræ tantùm tredecim adiungi debent, vt ex duodecim fiant viginti quinque. Nec ad conficiendum hunc numerum aliâ opus eſt arte, quàm vt tertiâ quâque hebdomadâ nulla inſeratur auctio, ceteris curſus augeatur vnâ chorâ. Sic enim primo poſt ſolſtitium æſtiuale Sabbato canêntur ad Vigilias choræ tredecim; ſecundo, quatuordecim; tertio, totidem; quarto, quindecim; quinto, ſexdecim; ſexto, iterum ſexdecim; ſeptimo, ſeptemdecim; octauo, octodecim; nono, totidem; decimo, nouemdecim; vndecimo viginti; duodecimo, iterum viginti; decimo-tertio, viginti & vna; decimo-quarto, duæ & viginti; decimo-quinto, totidem; decimo-ſexto, viginti tres; decimo-ſeptimo, viginti quatuor; decimo-octauo, iternm viginti quatuor; decimo-nono, quod aut Kalendis Nouembribus proximum erit aut in eaſdem Kalendas incidet, viginti quinque. Textus igitur ſancti Columbani ſic caſtigandus eſt, vt factâ correctione palàm inſinuet toto illo interuallo hebdomadarum octodecim cum dimidia, quod à ſolſtitio æſtiuali ad Kalendas Nouembres intercedit, curſum vnâ chorâ continuò per hebdomadas primam & ſecundam augendum eſſe, per tertiam nequaquam, rurſum per quartam & quintam, nuſquam per ſextam, & ſic de ceteris. Exemplaria ſunt valdè corrupta. Varias editiones allegauimus, tu videris quid tollendum ſit, quid addendum aut mutandum. Modò prædictum aſſequaris ſenſum, quicquid apponas, lubenter approbamus. Interim, ſi placet, ita lege. *Viginti quinque canunt Antiphonas Pſalmorum eiuſdem numeri, qui ſemper omiſſi tertio loco, duobus ſuccedunt pſaltis.* Et hanc lectionem ſic interpretare. *Viginti quinque canunt Antiphonas Pſalmorum eiuſdem numeri*, nempe *triplicis*, vt Menardus addit, canunt enim Antiphonas viginti quinque ſeu Pſalmos quinque & ſeptuaginta, quia ſingulis Pſalmorum ternionibus vna ſubiungitur Antiphona. *Qui*, videlicet tres Pſalmi vnam conſtituentes choram vnámque præcedentes Antiphonam, non adiunguntur ſingulis Sabbatis à ſolſtitio æſtiuali ad Kalendas Nouembris, ſed *ſemper*, id eſt, toto illo temporis interuallo, *omiſſi tertio loco* ſeu tertio quoque Sabbato, *duobus ſuccedunt pſaltis*, hoc eſt, duobus Sabbatis augent numerum Pſalmorum ſuperiori Sabbato pſaltorum ſeu cantatorum.

XLVI. Sanctus Columbanus particulam, *ſine*, cùm agit de Vigiliis *in nocte Sabbati ſine Dominicæ*, non vſurpat diſiunctiuè ſed copulatinè, & ſanctus Donatus, vt nullum dubio locum relinquat, coniunctione, *&*, ibidem ſic vtitur, *in ſanctarum noctium curſu, id eſt, Sabbati & Dominicæ.* Sanctus Columbanus principium hyemis non à ſolſtitio brumali vt fieri ſolet, ſed à Kalendis Nouembribus ſumit habitâ tantùm ratione longiſſimarum noctium, & ſanctus Donatus hyemem ab iiſdem Kalendis Nouembribus ad Februarias ita cir-

cumſcribit. *Totâ hyeme, qua à Kalendis Nouembris incipit, & finit in Kalendis* AN.CH.
February. Itaque Monachi illi, quorum exemplum à ſancto Columbano 590.
proponitur, totâ hyeme, ſiue à Kalendis Nouembribus vſque ad Februarias, GVNTCH.
in Vigiliis Sabbati & Dominicæ canunt Antiphonas quinque ac viginti, eaſ- R. 29.
démque ſingulas Antiphonas tribus Pſalmis *pſaltis* ſeu *pſallitis*, id eſt, canta- CHILDEB.
tis, ita ſubiiciunt, vt perſoluant Pſalmos quinque & ſeptuaginta, hic enim II R. 15.
numerus ex quinque ac viginti triplicatis exurgit. Cùm autem idem Pſal- CLOTAR.
morum numerus mediam Pſalterij partem conficiat, integrum Pſalterium II. R. 7.
in Vigilias duarum prædictarum noctium diuiditur, *itaut totius Pſalterij inter duas ſupradictas noctes numerum cantent*. Idque diſtinctis verbis confirmatur à ſancto Donato, apud quem vnaquæque chora tres Pſalmos complectitur. *Creſcit curſus vſque ad ſummum eius viginti-quinque choris, quas totâ hyeme, quæ à Kalendis Nouembris incipit, & finit in Kalendis Februarij, cantandas in nocturnis Vigiliis per noctem Sabbati & Dominica Patres noſtri ſanxerunt*. Hæc de Vigiliis hyemalibus Sabbati & Dominicæ.

Vigiliæ hyemales aliarum noctium ſunt breuiores, exhibentur enim ii- XLVII.
dem Monachi *duodecim choris ceteras temperantes totâ hyeme noctes*, & paulò pòſt *quotidiani curſûs hyemalis triginta ſex* ponuntur *Pſalmi*. Adſtipulatur ſanctus Donatus, nam poſtquàm ſtatuit choras viginti quinque totâ hyeme *per noctem Sabbati & Dominica* cantandas eſſe, mox de Vigiliis hyemalibus aliarum noctium ſic præcipit. *Duodecim verò chora in hyeme omni nocte cantanda ſunt*, id eſt, Pſalmi ſex & triginta. Vt autem apud ſanctum Columbanum conſtituuntur *quotidiani curſûs hyemalis triginta ſex Pſalmi*, ſic & apud eundem Auctorem quotidianis Vigiliis attribuuntur Pſalmi *viginti quatuor per totum ver & æſtatem, & vſque ad autumnale æquinoctium, id eſt*, VIII. *Kalendas Octobris*. Vnde quæſtioni locus, vtrùm quotidianus curſus hyemalis terminetur Kalendis Februariis, an extendatur vſque ad æquinoctium vernum. Sanctus Donatus quotidianum curſum in hyeme & extra hyemem diſtinguit per æquinoctia. De quotidiano enim curſu ſic ſancit in hyeme. *Duodecim verò choræ in hyeme omni nocte cantandæ ſunt vſque ad* VIII. *Kalendas Aprilis*. Et extra hyemem. *Octo verò ſemper reliquis noctibus de æquinoctio in æquinoctium cantandæ ſunt, id eſt, per ſex menſes; de æquinoctio veris in æquinoctium autumni, viginti quatuor Pſalmi canendi ſunt*. At ſanctus Columbanus textu ſuprà citato, in quotidiano curſu extra hyemem includit *totum ver* à Kalendis Februariis ad Maias, *æſtatem* à Kalendis Maiis ad Auguſtas, & autumni partem à Kalendis Auguſtis *vſque ad autumnale æquinoctium, id eſt*, VIII. *Kalendas Octobris*. Quotidianum igitur curſum hyemalem auſpicatur ab æquinoctio autumnali, clauditque Kalendis Februariis.

Idem ſanctus Columbanus veri, quod hyemi ſuccedit, à Kalendis Februa- XLVIII.
riis ad Maias tribuit menſes tres, ſiue tredecim fermè hebdomadas, & toto vere paulatim per ſingulas hebdomadas Vigiliis Sabbati & Dominicæ tres Pſalmos detrahit, itaut primo æſtatis Sabbato remaneant tantùm Pſalmi ſex & triginta cum Antiphonis duodecim. *Quâ*, inquit, *finitâ*, nempe hyeme, *per ver* (præpoſitio *per* deeſt in Concordia Regularum & ſuppletur ex editionibus Pariſienſi ac Romana) *ſenſim per ſingulas hebdomadas terni ſemper decedunt Pſalmi, vt duodecim in ſanctis noctibus tantùm Antiphonæ remaneant, id eſt, quotidiani curſus hyemalis triginta ſex Pſalmi*. Quædam editiones [a] habent minus rectè, *in ſingulis noctibus*. Quid enim dicendum ſit in noctibus Sabbati & Dominicæ, quæ ſancto Columbano ſolemnes ſunt, hîc ordinatur, & ſanctus Donatus ſanctas etiam noctes illas ſic appellat. *Duodecim chora tempore æſtatis in ſanctarum noctium curſu, id eſt, Sabbati & Dominica, cantandæ ſunt*. In Concordia Regularum ſcribuntur *cotidiani hyemalis* XXV. *Pſalmi curſûs*. Vocem, *curſûs*, quæ tranſpoſita videtur, ſuo loco reſtituimus, repoſuimúſque numerum XXXVI. qui legitur in editionibus Pariſienſi ac Romana, *quotidiani curſûs hyemalis triginta ſex Pſalmi*. Setuandum hunc numerum

[a] Pariſ. Roman.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

Pſalmorum docet duodenarius numerus Antiphonarum, nam ſi per ſingulas Antiphonas tres Pſalmi concinantur, duodecim Antiphonarum numero abſoluentur Pſalmi ſex ac triginta. Deinde cùm à Kalendis Februariis ad Sabbatum Kalendis Maiis proximum, tredecim connumerentur hebdomadæ, ſi per ſingulas hebdomadas ex ſeptuaginta-quinque Pſalmis tres deducantur, triginta-ſex remanebunt. Nec aliò abeunt *duodecim chora tempore æſtatis in ſanctarum noctium curſu, id eſt, Sabbati & Dominicæ*, iuxta Regulam ſancti Donati, *cantanda*. Illi autem Pſalmi dicuntur *quotidiani curſus hyemalis*, quia quotidie, exceptis Dominicâ & Sabbato, in nocturnis Officiis hyemali tempore Pſalmi ſex & triginta concinuntur. Vigiliæ *ſenſim* ſeu paulatim in noctibus Sabbati & Dominicæ toto vere decreſcunt apud ſanctum Columbanum, quia *per ſingulas hebdomadas terni ſemper decedunt Pſalmi*. Secus apud ſanctum Donatum. Nam quinque choræ primo Sabbato, tum ſingulæ alternis Sabbatis vſque ad æquinoctium veris, deinde ſingulæ ſingulis Sabbatis poſt idem æquinoctium decidunt. Verba ſanctionis hæc ſunt. *Per tres menſes hyemis, numerus* chorarum videlicet viginti-quinque *complendus eſt in duabus ſupradictis noctibus* Sabbati & Dominicæ, *& poſt hos decreſcit per Sabbatum. Primo Sabbato quinque choræ, & ſingulæ per alterna Sabbata, quia longius ſpatium eſt ad finem hyemis vſque ad æquinoctium veris, in curſu decreſcendo quàm creſcendo, ideo per alterna Sabbata ſingulæ decidant choræ vſque* VIII. *Kalendas Aprilis.* Id eſt, primo poſt hyemem ſeu poſt Kalendas Februarias Sabbato, Vigiliæ ſunt chorarum viginti; tertio, nouemdecim; quinto, octodecim; ſeptimo, ſeptemdecim; octauo, quod æquinoctio verno proximum eſt, ſexdecim; nono, quindecim; decimo, quatuordecim; vndecimo, tredecim; duodecimo, quod à Kalendis Maiis procul abeſſe non poteſt, duodecim.

XLIX. Veri ſuccedit æſtas à Kalendis Maiis ad Auguſtas iuxta partitionem anni à ſancto Columbano initam & ſuprà ſubindicatam. Dubium non eſt quin Vigiliæ in noctibus Sabbati & Dominicæ, initio æſtatis, ad Kalendas Maias, duodecim Antiphonis ſeu totidem choris aut Pſalmis ſex & triginta conſtarent. Textum ſancti Columbani denuò repetimus. *Per ver ſenſim per ſingulas hebdomadas terni ſemper decedunt Pſalmi; vt duodecim in ſingulis noctibus tantùm Antiphonæ remaneant, id eſt, quotidiani curſûs hyemalis triginta-ſex Pſalmi.* Conſentaneus eſt ſanctus Donatus hac ſanctione. *Duodecim choræ tempore æſtatis in ſanctarum noctium curſu, id eſt, Sabbati & Dominicæ, cantandæ ſunt.* At non idem eſt eorum conſenſus ſuper tempore quo prædictæ Vigiliæ cœperunt augeri. Sanctus Columbanus initium auctionis repetit ab octauo Kalendas Iulij, ſiue à ſolſtitio æſtiuali quo noctes creſcere incipiunt, ſanctus Donatus ab octauo Kalendas Octobris ſiue ab æquinoctio autumnali. Vtriuſque ſententiam, circa augmentum earumdem Vigiliarum vſque ad Kalendas Nouembres, explicuimus ſuprà.

L. Denique quotidie, ſeu priuatis diebus, per totum ver, per totam æſtatem, & per autumni partem æquinoctio anteriorem dicuntur viginti-quatuor Pſalmi, de quibus extat hæc apud ſanctum Columbanum præceptio. *Viginti-quatuor autem* Pſalmi *per totum ver & æſtatem & vſque ad autumnale æquinoctium, id eſt,* VIII. *Kalendas Octobris, in quo ſimilitudo ſynaxeos eſt ſicut in vernali æquinoctio, id eſt, octauo Kalendas Aprilis, dum per reciprocas vices paulatim creſcit & decreſcit.* Quotidianus igitur curſus Vigiliarum duplex eſt; alter hyemalis, qui conſtat Pſalmis ſex & triginta, dicitúrque ab æquinoctio autumnali ad Kalendas Februarias, vt ſuo loco iam notauimus; alter extra hyemem, qui componitur Pſalmis duntaxat quatuor & viginti, canitúrque à Kalendis Februariis ad æquinoctium autumnale. Sanctus Donatus, cùm de quotidiano curſu ſermonem facit, annum alio modo diuidit in partes æquales ab vno æquinoctio ad alterum. Nam de quotidiano curſu hyemali ſic habet. *Duodecim choræ in hyeme omni nocte cantandæ ſunt vſque ad* VIII. *Kalendas Aprilis.* Et extra hyemem ſic. *Octo verò*, ſcilicet choræ, *ſemper reliquis noctibus de aquinoctio*

noctio in æquinoctium cantanda ſunt, id eſt, per ſex menſes; de æquinoctio veris AN. CH.
in æquinoctium autumni viginti quatuor Pſalmi canendi ſunt. Ex vtraque parti- 590.
tione facilè colligitur ſimilitudo ſynaxeos in æquinoctio autumnali ſicut in GVNTCH.
verno. Sed remanet difficultas haud leuis circa ſimilitudinis rationem, quæ ſie R. 29.
effertur in vulgatis exemplaribus ſancti Columbani, *dum per reciprocas vices* CHILDEB.
paulatim & creſcit & decreſcit. Locum corruptum putamus, quia verba, *creſcit,* II. R. 15.
&, *decreſcit,* ad ſynaxim Officij diuini non poſſunt referri, quotidianus enim CLOTAR.
curſus paulatim nec creſcit nec decreſcit, ſeruat quippe modum vniformem II. R. 7.
Pſalmorum ſex & triginta totâ hyeme, viginti-quatuor extra hyemem. Vt
phraſis integra reddatur, occurrátque quidpiam quod paulatim per reciprocas
vices & creſcat & decreſcat, vocabulum, *nox*, inſerendum nobis ita videtur,
dum per reciprocas vices nox & creſcit & decreſcit. Nox enim in vtroque tantùm
æquinoctio æqualis eſt diei, creſcit paulatim ab æquinoctio autumnali ad ſol-
ſtitium hyemale, ac reciprocè decreſcit paulatim ab eodem ſolſtitio ad æqui-
noctium vernum, ſimiliter decreſcir adhuc paulatim ab æquinoctio veris ad
æſtiuale ſolſtitium, ac reciprocè creſcit ab eodem ſolſtitio æſtiuali ad æquino-
ctium autumnale.

Curſus in noctibus Sabbati & Dominicæ ſæpiùs mutatur quàm in aliis no- LI.
ctibus. Eſt enim quadruplex. Vnus hyemalis, qui conſtat Pſalmis ſeptuaginta
quinque, dicitúrque per tres menſes à Kalendis Nouembribus ad Februarias.
Alter vernus, qui per tres menſes canitur à Kalendis Februariis ad Maias,
tribúſque Pſalmis paularim per ſingulas hebdomadas ita minuitur ac decreſ-
cit, vt ad triginta-ſex in Kalendis Maiis poſt tredecim ſeptimanas reducatur.
Tertius æſtiualis, qui componitur Pſalmis ſex & triginta, dicitúrque à Ka-
lendis Maiis ad ſolſtirium æſtiuale. Quartus autumnalis, qui ab æſtiuali ſolſti-
tio ad Kalendas Nouembres decantatur, & per hebdomadas vndeviginti pau-
latim ſic augetur ac creſcit, vt Pſalmis quinque & ſeptuaginta conſtet in Ka-
lendis Nouembribus.

Tertia pars huius capitis eſt de horis diurnis. Ad eas, poſt expoſitionem Vi- LII.
giliarum, de quibus hactenus, ita tranſit ſanctus Columbanus. *Sed quia ora-*
tionum Canonicarum noſcendus eſt modus, in quo omnes ſimul orantes horis conue-
niant ſtatutis, quibúſque abſolutis vnuſquiſque in cubiculo ſuo orare debet, per diur-
nas terni Pſalmi horas, pro operum interpoſitione, ſtatuti ſunt à Senioribus noſtris,
cum verſiculorum augmento interuenientium, pro peccatis primùm noſtris, deinde
pro omni populo Chriſtiano, deinde pro Sacerdotibus & reliquis Deo conſecratis ſa-
cra plebis gradibus, poſtremò pro eleemoſynas facientibus, poſteà pro pace Regum,
nouiſſimè pro inimicis, ne illis Deus ſtatuat in peccatum, quòd perſequuntur & de-
trahunt nobis, quia neſciunt quid faciunt. Per horas diurnas Hugo Menardus
intelligit Primam, Tertiam, Sextam, Nonam & Veſperam. At circa Primam
oriri poteſt dubium, quia non vbiqne celebrabatur, & Officium nocturnnm,
de quo ſuprà, valdè prolixum erat qnâlibet anni tempeſtate.

Quarta pars iterum eſt de curſu nocturno. *Ad initium verò noctis duodecim* LIII.
Pſalmi, ad mediúmque noctis duodecim ſimiliter pſalluntur, ad matutinum verò
bis deni bíſque bini per tempora breuium, vt dictum eſt, noctium, ſunt diſpoſiti;
pluribus, iam vt dixi, ſemper nocti Dominica ac Sabbati vigilia deputatis, in qui-
bus ſub vno curſu ſeptuaginta-quinque ſingillatim cantantur. Ita omnes editiones,
ſed vitioſè, non enim hoc loco *breuium*, vt exemplaria ferunt, ſed brumalium
noctium, quæ longiores ſunt, tempora perpenduntur. Initio noctis duode-
cim dicuntur Pſalmi, hæc pſalmodia reſpondet Completorio, nec ad Vigi-
lias pertinet. Hîc Vigiliarum nomine complectimnr & Laudes, quia ſacris
noctibus Dominicæ & Sabbati propter Officij prolixitatem ſynaxes mediæ
noctis ſeu Vigiliarum, & Maturinorum ſeu Laudum nullo temporis interuallo
diſtingunntur. Ad Vigilias igitur in quotidiano curſu per hyemem mediâ
nocte duodecim canuntur Pſalmi, deinde viginti-qnatuor ad Matutinum ſiue
ad Laudes, itaut ex vtriſque creſcat numerus ad ſex & triginta, curſûs autem

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

hyemalis quotidiani per noctem nec plures ſunt nec pauciores, vt antè declatatunt hæc verba, *quotidiani curſûs hyemalis triginta ſex Pſalmi*. Ceterùm, cùm longiores per hyemem ſint noctes, bteuium noctium nulla hîc mentio fieri debet. Per eandem hyemem in noctibus Dominicæ & Sabbati, *ſub vno curſu*, id eſt, nullo interiecto temporis interſtitio, dicuntut ad Vigilias & Laudes matutinas Pſalmi ſeptuaginta quinque. Textus igitut, quem examinamus totus eſt de curſu nocturno hyemali, nec ad aliam anni tempeſtatem detorqueri poteſt.

LIV. Quinta pars huius capitis hortatut Monachos, vt poſt communem ſynaxim adhuc orationi vacent quantumcumque poſſunt. *Hæc iuxta communem dicta ſunt, ſynaxim. Sed vera, vt dixi, orandi traditio, vt poßibilitas ad hoc deſtinati ſine faſtidio voti præualeat, ſiue ſua perfectio poßibilitatis permittat, vel capacitas mentis illius cum neceßitatum conſideratione, vel vitæ qualitas poßit admittere, & quantùm vniuſcuiuſque feruor exegerit, ſi liber ac ſolus ſit, aut eruditionis eius quantitas poſtulauerit, aut ſtatûs otium, aut magnitudo ſtudij, aut operum qualitas, aut ætatum diuerſitas permiſerit. Ita variè licèt vnius rei perfectio æſtimanda eſt, quia cum labore ac loco adorationis vices partitur, & ideo, licèt longitudo ſtandi aut cantandi ſit varia, vnius tamen perfectionis erit æqualitas orandi in corde, ac mentis cum Deo iugis intentio.*

LV. Poſttema pars eſt de curſu noctutno, quem alij Monachi celebrabant titu prorſus diuetſo. Nam toto anni cutriculo diuinum Officium duodecim Pſalmis in quotidianis noctibus, per quaternas vices, initio noctis, mediâ nocte, ad Gallinicium & ad Matutinum, triginta ſex ad Matutinum Dominicæ ac Sabbati perſoluebant. *Sunt autem*, inquit ſanctus Columbanus, *quidam Catholici, quibus idem eſt Canonicus duodenarius Pſalmorum numerus, ſiue per breues ſiue per longas noctes, ſed per quaternas in nocte vices hunc Canonem reddunt, ad initium ſcilicet noctis, ad mediúmque noctis, ſiue pullorum quoque cantum, ac Matutinum. Curſus ſicut in hyeme paruus eſſe videtur, ita æſtate ſatis laborioſus & grauis inuenitur, dum crebris in noctis breuitate expeditionibus non tam laßitudinem facit quàm fatigationem. Noctibus verò reuerentißimis Dominicæ & Sabbati ad Matutinum ter idem voluitur numerus, id eſt, ter denis & ſex Pſalmis.* Sequitur horum Monachorum inſignis commendatio. *Quorum pluralitas ac ſancta conuerſatio hoc numero Canonicę multis dulcem indixit ſuauitatem, tanquam & reliquam diſciplinam. Sub quorum nimirum Regula nullus inuenitur laſſus, & cùm tanta pluralitas Monachorum ſit, itaut mille Abbates ſub vno Archimandrita eſſe referantur, nulla ibi à conditione Cœnobij inter duos Monachos rixa fuiſſe fertur viſa, quod niſi ibi Dei eſſet habitatio dicentis, [ego in eis habitabo, & inter illos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus,] eſſe non poſſe manifeſtum eſt. Meritò itaque creuerunt, & quotidie, Deo gratias, creſcunt, in quorum medio Deus habitat, quorum meritis mereamur ſaluari à Saluatore noſtro.* Menardus exiſtimat hoc Monaſterium ſancto Columbano apprimè notum fuiſſe, ſitúmque in Hibernia. Sed vox, *referantur*, quâ ſanctus Columbanus vtitut, aliud ſuadet, neque enim vſurpari ſolet de re nota. Adde quòd vix quiſquam ſibi perſuadeat in aliquo Hiberniæ Monaſtetio tantam fuiſſe Monachorum multitudinem, vt illic mille Abbates ſub vnius Atchimandritæ diſciplina degetent, cùm enim ſub vnoquoque Abbate ſeu Decano Monachi pauciores quàm nouem aut decem eſſe non poſſent, decem ſaltem aut vndecim millia ſub Archimandrita fuiſſe oportet. Sanctus Columbanus huius præcipuè Monaſterij meminit, quia vigebat ibi ſingularis omnino charitas, cùm ab ipſo Cœnobij conditu rixa inter dnos Monachos orta non eſſet. Hauſit autem ſuam Regulam ex Benchotenſi diſciplina, nec alium ab eo, quem ipſemet in Benchotenſi Monaſtetio perſoluerat, curſum Pſalmotum ad hotas nocturnas ac diurnas inſtituit. Hunc curſum ſuprà deſcriptum ſi conferas cum Benedictino, quem ſuo loco explicuimus, aduettes intet Regulas ſanctotum Benedicti & Columbani non parum diſcriminis intetcedere.

AN. CH. 590.
GVNTCH. R. 29.
CHILDEB. II. R. 15.
CLOTAR. II. R. 7.

Poſt curſum Pſalmorum ſequitur in Regula ſancti Columbani caput non minùs prolixum *de diſcretione*, quo Monachi monentur bonum à malo diſcernere, vt hoc fugiant, illud ſequantur. Deinde aliud *de mortificatione*, cuius triplex ratio ſtatuitur, *non animo diſcordare. non linguâ libita loqui, non ire quoquam abſolutè, ſed ſuo ſemper dicere ſeni, quamuis contraria iubenti,* [*non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis,*] *iuxta exemplum Saluatoris, qui ait,* [*Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me Patris.*] Ad eandem mortificationem pertinent, quæ de Monachi perfectione ſubiiciuntur ex Codice Bobienſi. *Monachus in Monaſterio viuat ſub vnius diſciplina Patris conſortióque multorum, vt ab alio diſcat humilitatem, ab alio patientiam; vnus eum ſilentium, alter doceat manſuetudinem; non faciat quod vult, comedat quod iubetur, habeat quantùm acceperit, operis ſuis penſum perſoluat, ſubiiciatur cui non vult, laſſus ad ſtratum veniat, ambulánſque dormitet, necdum expleto ſomno ſurgere compellatur; paſſus iniuriam taceat; Præpoſitum Monaſterij timeat vt Dominum, diligat vt parentem; credat ſibi hoc eſſe ſalutare quicquid ille præceperit, nec de maiorum ſententia iudicet, cuius officium eſt obedire & implere quæ iuſſa ſunt.*

LVI.
DE DISCRETIONE, MORTIFICATIONE, ET PERFECTIONE.

LVII.

Huc vſque de ſancti Columbani Regula, cui capitulum à nonnullis adiungitur cum titulo *de diuerſitate culparum*, ſed aliud eſt hoc opus, inſcribitúrque *Pœnitentiale*, nec à nobis omittetur hoc loco, potiſſimam enim partem exhibet monaſticæ diſciplinæ.

LVIII.
POENITENTIALE S. COLVMBANI.

Pœnitentiali ſancti Columbani hæc inſtar procemij præmittuntur. *Diuerſitas culparum diuerſitatis pœnitentiæ medicamento ſanari debet. Itaque, fratres, huiuſmodi ſtatutum eſt à ſanctis Patribus, vt demus confeſſionem de omnibus, non ſolùm capitalibus criminibus, ſed etiam de maioribus negligentiis, quia confeſſio & pœnitentia de morte liberat. Ergo nec ipſa parua à confeſſione ſunt negligenda peccata, quia, vt ſcriptum eſt,* [*qui parua negligit, paulatim defluit,*] *vt detur confeſſio ante menſam, ante introitum lectorum, vel cuicunque fuerit facilè dare.* Deinde diuerſis culpis diuerſæ ſic imponuntur pœnitentiæ.

LIX.

I. Igitur qui non cuſtodierit benedictionem ad menſam, & non reſponderit, Amen, ſex percuſſionibus emendare ſtatuitur. Si locutus fuerit comedens, non neceſſitate alterius fratris, ſex percuſſionibus. Qui dixerit ſuum proprium aliquid, ſex percuſſionibus, & qui non ſignauerit cochleare quod lambit, ſex percuſſionibus. Si locutus fuerit in planſu, id eſt, altiore ſono ſolito, ſex percuſſionibus. Si non ſignatur lucerna, hoc eſt, cùm accenſa fuerit à iuniore fratre, & non exhibeatur ad ſeniorem ad ſignandum, ſex percuſſionibus. Si aliquod opus vanum fecerit, ſex percuſſionibus emendetur. Hæ ſanctiones, aliæque multæ, de quibus infrà, docent ex inſtituto ſancti Columbani Monachos Luxouienſes ſolitos ſignum crucis imponere cochleari, lucernæ, rebúſque ferè cunctis quibus vſuri erant. Agemus ſuo loco de quodam Agreſtino, Luxouienſis Monaſterij deſertore, qui temporibus Euſtaſij Abbatis in Synodo palàm auſus eſt eiuſmodi ritum, veluti ſuperfluum & Canonicæ inſtitutioni contrarium, vituperare.

LX.

II. Quicumque de fratribus, cui ſolicitudo coquinandi vel miniſtrandi commiſſa eſt, quantulum quid effuderit, oratione in Eccleſia poſt expletum curſum, itaut fratres pro eo orent, emendari ſtatuitur. Qui humiliationem in ſynaxi, id eſt, in curſu, oblitus fuerit, hæc eſt humiliatio in Eccleſia poſt finem cuiuſcunque Pſalmi, ſimiliter pœniteat. Simili modo qui perdiderit micas, oratione in Eccleſia emendetur. Ita tamen hæc parua pœnitentia ei indicetur, ſi paruum quid effuderit; ſi negligentiâ, aut obliuione, ſeu tranſgreſſione ſecuritatis, tam in liquidis quàm in aridis ampliùs ſolito perdiderit, longâ veniâ in Eccleſia, dum duodecim Pſalmos ad duodecimam canunt, proſtratus nullum membrum mouens pœniteat; vel certè, ſi multum eſt quod effudit, quadranos de ceruiſia, aut menſuras qualiumcunque rerum intercedente negligentiâ effundens perdidit, ſubputatis tot diebus illo quod in ſumptus proprios vitæ accipere conſueuerat, ſibi eam perdidiſſe ſciat, vt pro ceruiſia aquam bibat; diffuſo ſupra menſam, decidentéque extra eam, veniam in diſcubitu

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

ſufficere. Per duodecimam hîc initium noctis intellige, de quo ſic ſanctus Columbanus in capite [a] de curſu Pſalmorum, *ad initium verò noctis duodecim Pſalmi*, idque rectiſſimè conuenit cum ſuperiori ſanctione, *vt detur confeſſio ante introitum lectulorum.* Cetera clariora ſunt quàm vt egeant interpretatione.

LXI. *III. Qui egrediens domum ad orationem poſcendam non ſe humiliauerit, & poſt acceptam benedictionem non ſe ſignauerit, crucem non adierit, duodecim percuſſionibus emendari ſtatuitur. Similiter qui orationem ante opus aut poſt opus oblitus fuerit, duodecim percuſſionibus. Et qui comederit ſine benedictione, duodecim percuſſionibus. Et qui regrediens domum orationem petens non ſe curuauerit intra domum, duodecim percuſſionibus emendetur. Si verò frater hac omnia confeſſus fuerit, vſque ad ſuperpoſitionem ſemipœnitentiæ, id eſt, media pœnitentia, & de ceteris ſimilia fas ſit temperare.* Sunt & in hoc articulo nonnulla, quæ rabido pòſt dente inſectatus eſt Agreſtinus, vt Ionas his verbis in vita ſancti Euſtaſij teſtatur. *Ait ſuperflua quædam & Canonica inſtitutioni contraria in eorum,* nempe Columbani & Euſtaſij, *ſtudiis teneri, cochleam videlicet, quam lamberent, crucis ſigno crebrò ſignari, & in ingreſſu cuiuſlibet domûs intra Cœnobium, tam introeuntem quàm ingredientem benedictionem poſtulare.* In Monaſterio ſancti Columbani plures erant domus, in quibus habitabant Monachi diuerſas velut in claſſes diuiſi, nemini licebat domo ſuâ egredi, niſi benedictionem cum oratione à Seniore ſuo ſeu Præpoſito priùs accepiſſet, adiiſsétque crucem, ad quam pœnitentes etiam amandabantur, vt ex vita ſancti Lamberti Traiectenſis Epiſcopi conſtat [b]. Apud Lucam Holſtenium, qui Pœnitentiale ſancti Columbani publicauit [c], poſtrema pars articuli quem examinamus ita concipitur. *Qui verò frater hæc omnia confeſſus fuerit, & cetera vſque ad ſuppoſitionem ſemipœnitentia, id eſt, media pœnitentia, & de his ſimilia ſit temperare.* Locus eſt proculdubiò corruptus. Viſus eſt autem nobis hoc modo reſtituendus. *Si verò frater hæc omnia confeſſus fuerit, vſque ad ſuperpoſitionem ſemipœnitentiæ, id eſt, mediæ pœnitentia, & de ceteris ſimilia fas ſit temperare.* Hic igitur eſt ſenſus. Si Monachus aliquam culpam ex prædictis occultè commiſerit, eámque confeſſus fuerit ſponte, fas ſit pœnam ſuperpoſitam adeò temperare, vt mediâ pœnitentiæ parte per indulgentiam remiſſâ tribus tantùm percuſſionibus plectatur, qui ſex eſſet plectendus, & ſic de ceteris. Hunc articulum interpretamur de culpa occulta déque ſpontanea confeſſione, quia ſi delictum eſt publicum, reúſque detectus & coactus confitetur, propter ſcandalum, quod exinde natum eſt, nulla conceditur indulgentia.

[a] Cap. 7.

[b] Godeſch. cap. 3. Steph. cap. 6. Nicol. cap. 8. Rener. cap. 12.

[c] Part. 2. cod. regul.

LXII. *IV. Interim qui tuſſim in exordio Pſalmi non bene canerit, ſex percuſſionibus emendari ſtatuitur. Similiter qui percuſſerit dentibus calicem ſalutaris, ſex percuſſionibus. Ordinem ſacrificij qui non cuſtodierit ad offerendum, ſex percuſſionibus. Sacerdos offerens qui vngulas non dempſerit, & Diaconus cui barba non tonſa fuerit; de raſtro ſacrificium accipientes, ad calicem accedentes, ſex percuſſionibus. Et qui ſubridens in ſynaxi, id eſt, in curſu, ſex percuſſionibus: ſi in ſonum riſus eruperit, ſuperpoſitione, niſi veniabiliter contigerit. Sacerdos offerens & Diaconus ſacrificium cuſtodiens cauere debent ne vagis oculis oberrent; quòd ſi neglexerint, ſex percuſſionibus emendari.* In hoc articulo vt in multis aliis Lucas Holſtenius legit *ſuppoſitionem*, repoſuimus *ſuperpoſitionem*. Quid enim ſibi vult hîc ſuppoſitio? Superpoſitio verò ſignificat ſuperadditionem, & iſta ſuperadditio duplex eſt, vna ſilentij, altera ieiunij, priorem hîc intellige, vt idoneo pœnitentiæ medicamento ſanetur Monachus, qui ridendo in ſonum erupit.

LXIII. *V. Qui oblitus fuerit chriſmal, pergens procul ad opus aliquod, quinis quinquies percuſſionibus. Si ſuper terram in agro dimiſerit, & inuenerit ſtatim, denis quinquies percuſſionibus. Si in ligno illud leuauerit, ter denis. Si ibi maneat nocte, ſuperpoſitione. Eulogias immundus accipiens, duodecim percuſſionibus. Obliuiſcens oblationem facere, vſquedum eat ad offerendum, centum percuſſionibus. Fabulas otioſas proferens ad alienum, ſtatim ſemetipſum reprehendens, veniâ tantùm. Si*

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R 15. CLOTAR. II. R. 7.

autem ſe non reprehenderit, ſed detractauerit qualiter eas excuſare debeat, ſuperpoſitione ſilenty aut quinquaginta percuſſionibus. Excuſationem proferens cum ſimplicitate, quando in aliquo diſcutitur, & non dicit ſtatim veniam petens, mea culpa, pœnitet me, quinquaginta percuſſionibus. Conſilium contra conſilium cum ſimplicitate promens, quinquaginta percuſſionibus. Qui altare concuſſerit, quinquaginta percuſſionibus. Proferens ſermonem altum ſine ſubpreſſione, niſi vbi neceſſitas fuerit, ſuperpoſitione ſilentij aut quinquaginta percuſſionibus. Excuſans ad veniam, quinquaginta percuſſionibus. Chriſmal ſeu Chriſmale, cuius mentio fit in Ordine Romano, faſcia eſt quâ frons chriſmate ab Epiſcopo inunctorum ligatur. Vſus olim erat Chriſtianorum in Hibernia & in Britannia, vt religioſè cuſtodirent velum illud, quo faſciari in Confirmatione fuerant, afficerentúrque pœnâ ſi negligerent. Apud Bedam [a] in excerpto de Canonibus Catholicorum Patrum vel pœnitentiæ ad remedium animarum ſtatuitur, vt *qui in plebem ſuum chriſmalem perdiderit & non inuenerit,* XL. *dies pœniteat vel* III. *quadrageſimas.* Nec mirum, ſi ſanctus Columbanus eos, qui curam Chriſmalis ſtudioſè non gerunt, mulctet etiam *ſuperpoſitione*, id eſt, ieiunio, eodem enim articulo, cùm loquitur de ſilentio, non ſuperpoſitionem ſimpliciter, ſed ſuperpoſitionem ſilentij vocat.

[a] Lib de remedijs peccator. cap. de Euchariſtia.

VI. Qui fratri aliquid indicanti reſponderit, non ita eſt vt dicis, præter ſenio- LXIV.
res iunioribus dicentes ſimpliciter, ſuperpoſitione ſilenty, aut quinquaginta percuſſionibus. Niſi hoc tantùm licet coæquali fratri ſuo, ſi veracius eſt aliquid quàm ille dicit, & recordatur, ſi benè recolis frater; & alter hoc audiens non affirmet ſermonem ſuum, ſed humiliter dicat, ſpero quòd tu meliùs recorderis, ego per obliuionem in verbo exceſſi, pœnitet me quòd malè dixi. Ecce verba filiorum Dei. Nihil per contentionem, vt ait Apoſtolus, neque per inanem gloriam, ſed per humilitatem ſpiritùs, alter alterum exiſtimantes ſuperiorem ſibi. Ceterùm qui ſe excuſauerit, non filius Dei ſpiritalis ſed Adam carnalis iudicetur. Qui ſi non citò ad portum requiei humilitatis Dominicæ confugerit, nimiarum contradictionum aditum aliis aperiens, in ſuperbia perſiſtens, de libertate ſanctæ Eccleſiæ in cellula ob pœnitentiam agendam ſeparetur, vſquedum bona eius voluntas cognoſcatur, atque per humilitatem denuò ſanctæ Congregationi inſeratur. Qui profert ſermonem vel modicum ad reprehendendum opus oſtiary, aut oſtiarius ſi horas benè non cuſtodierit, ſuperpoſitione ſilenty, aut quinquaginta percuſſionibus.

VII. Proferens correctionem contra correctionem, hoc eſt, caſtigans caſtigantem LXV.
ſe, tribus ſuperpoſitionibus. Et qui abſcondit aliquod crimen videns in fratre ſuo, vſquedum corrigatur de alio vitio vel de ipſo, & tunc profert illud aduersùs fratrem, tribus ſuperpoſitionibus. Reprehendens aliorum fratrum opera aut detractans, tribus ſuperpoſitionibus. Qui aliquam contentionem cum triſtitia promit, ſimili modo tribus ſuperpoſitionibus pœniteat. Qui aliquid reprehendens Præpoſito ſuo non vult indicari, vſquedum Abbati indicet, tribus ſuperpoſitionibus, niſi hac omnia confeſſione verecundâ fiant. Si quis frater triſtis fuerit, ſi fieri poteſt, conſolationem accipiat; ſi ſuſtinere valet, ſupprimat interim confeſſionem, vt verecundiùs dicat, quando triſtitia ceſſauerit; orent pro eo fratres. In hoc articulo *ſuperpoſitiones* non ſilentij ſed ieiunij ſuperpoſitiones interpretare.

VIII. Si quis dicat ad conſanguineum ſuum, ſolicitans eum in alio loco habi- LXVI.
tantem, melius eſt vt nobiſcum habites aut cum aliquibus, tribus ſuperpoſitionibus. Et qui vituperat aliquem fratrem obſequium dantem, tribus ſuperpoſitionibus. Qui conſanguineum docet aliquam diſcentem artem, aut aliud quidlibet à ſenioribus impoſitum, vt meliùs lectionem diſcat, tribus ſuperpoſitionibus. Hic etiam ſuperpoſitiones pro ieiuniis accipe.

IX. Qui ad Præpoſitum audet dicere, tu non indicabis cauſam meam, ſed no- LXVII.
ſter Abbas aut ceteri fratres, ſiue, ad Abbatem ibimus omnes, quadraginta diebus caſtigari oportet in pœnitentia in pane & aqua, niſi ipſe dicat proſtratus coram fratribus, pœnitet me, quia malè dixi. Frater quilibet in aliquo opere detentus, quamuis fatigatus ſit, ita tamen ad Oeconomum dicat in propria cauſa, ſi tibi placet dicam

AN. CH. *ad Abbatem, ſin autem, non dicam; in alterius cauſa, ſi tu iteras, non tibi difficile*
590. *videatur, ſi fortè ad Abbatem dicam; vt obedientia cuſtodiatur.*
X. Qui non reportat, quod commodatur, vſque in craſtinum; ſi ipſe reportat
GVNTCH. R. 29. *recordatus, ſex percuſſionibus; ſi oblitus fuerit vſquedum quæratur, duodecim. Si*
CHILDEB. *quis oblitus fuerit interrogare debitum pœnitentia vſque in craſtinum, ſex percuſ-*
II. R. 15. *ſionibus. Qui murmurat aut dicit, non faciam niſi dicat Abbas, vel ſecundus, tri-*
CLOTAR. *bus ſuperpoſitionibus. Curſus non neceſſarius, aut ſaltus, duodecim plagis. Prohibe-*
II. R. 7. *tur ne quis alterius teneat manum.*
LXVIII. *XI. Procuret Oeconomus de humanitate aduenientibus exhibenda tam peregrinis*
LXIX. *quàm reliquis fratribus, & omnes fratres parati ſint ad miniſtrandum cum omni famulatu propter Deum. Quamuis Oeconomus non cenſuerit, aut præſens non fuerit, ceteri faciant diligenter quod neceſſe eſt, & cuſtodiant vtenſilia eorum, donec aſſignent ea parata cuſtodi. Sin autem neglexerint, pœnitentiam de his, vt videatur, adhiberi ad iudicium Sacerdotis.* Rectiùs, *pœnitentiam de his oportet adhiberi ad iudicium Sacerdotis.*

LXX. *XII. Qui non poſtulat veniam correctus, ſuperpoſitione. Qui viſitauerit alios fratres in cella ſeorſum ſine interrogatione, ſimili modo pœniteat; aut in coquinam poſt Nonam ſine ordinatione vel iuſſione ierit, ſuperpoſitione; aut extra vallum, id eſt, extra ſeptum Monaſtery ſine interrogatione ierit, ſuperpoſitione.* Interrogatio hîc ſumitur pro licentia quæ petitur à ſuperiore, prædictæque ſuperpoſitiones videntur eſſe ieiunij, ſed aliæ quæ ſequuntur, proculdubiò ſunt ſilentij, quia loquacitatem ſilentio curari decet. *Iuuenibus, quibus imponitur terminus, vt non ſe appellent inuicem, ſi tranſgreſſi fuerint, tribus ſuperpoſitionibus, hoc tantùm dicant, ſcis quòd nobis non licet loqui tecum. Et ſi quis præceperit eis quod non licet, ipſi dicant, ſcis quòd nobis non licet. Et ſi ipſe præceperit vltrà, ipſe damnetur tribus ſuperpoſitionibus, ipſi tamen dicant, faciemus quod dicis, vt bonum obedientia ſeruetur. Illud verò ſpecialiùs cauendum eſt, vt quomodo inter ſe mutuò non loquuntur, ſic nec per os alterius loquantur, quòd ſi ſcientes tranſgreſſi fuerint, ſimili modo quaſi inter ſe locuti fuiſſent pœniteant.*

LXXI. *XIII. Cui Chriſmal ceciderit, & nihil confringens, duodecim percuſſionibus. Qui profert ſermonem otioſum, ſilentio inter duas horas conſequentes condemnari, aut duodecim percuſſionibus.* Ex hoc loco percuſſiones ſeu plagas cum ſuperpoſitionibus ſilentij componere ac comparare licet. *Pœnitentes fratres, quamuis opera difficilia & ſordida efficiant, non lauent capita, niſi in die Dominica, id eſt, octaua. Sin autem, quintodecimo die, aut certè propter fluentium capillorum incrementum, arbitrio Senioris vnuſquiſque in lauando vtatur. Declinatio de via ſine interrogatione aut benedictione*, id eſt, ſine licentia petita & obtenta, perceptâve benedictione, *ſex percuſſionibus.*

LXXII. *XIV. Pœnitentias minutas iuxta menſam ſi fecerit Præpoſitus, menſa imponat, & ampliùs viginti quinque percuſſiones ſimul non dentur.* Pœnitentiæ dicuntur minutæ, quas paucæ percuſſiones conſtituunt. Monachus diuerſarum culparum, quibus minutæ pœnitentiæ imponantur, reus fieri poteſt. Si decies peccauit, totiéſque damnandus fuit ſex percuſſionibus, ſanctus Columbanus auctor eſt, vt ſexaginta plagarum ſumma colligatur, iubeatúrque infligi, ſed diuerſis temporibus, itaut vnâ vice non plures quàm viginti quinque percuſſiones impetentur. Hinc oriuntur duæ quæſtiones. Vna eſt, vtrùm ſanctus Columbanus ſibi conſtet in hoc eodem Pœnitentiali, nam ſæpiſſimè quinquaginta plagas, non raro centum, aliquando ducentas imponit. Altera eſt, vtrùm diſſentiat à ſanctis Cæſario, Aureliano, & aliis, qui legitimam diſciplinam, ſeu percuſſiones nouem ac triginta, numquam excedunt. At iſtæ difficultates facilè ſoluuntur. In hoc articulo ſanctus Columbanus agit tantùm de plagis, quarum ſummam minutæ leuiorum culparum pœnitentiæ producunt, & vnâ vice non vult plures irrogari quàm viginti quinque. Nihil igitur affinitatis habet hæc ſanctio cum legitima diſciplina ſeuerioribúſque grauiorum culparum pœnitentiis quæ percuſſionum numero legiti-

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

mam diſciplinam ſuperant. Caue tamen ne credas ſanctum Columbanum aut à beatorum Cæſarij & Aureliani ſententia receſſiſſe, cùm culpas percuſſionibus quinquaginta, centum, ducentiſve mulctauit, aut in grauioribus culpis quidpiam pœnitentiæ remiſiſſe, ne reos vltra legitimam diſciplinam feriret. Sanctus Cæſarius, cùm grauitas criminis poſtulauit, percuſſiones indixit pluſquàm triginta nouem; ſed diuerſis vicibus infligendas, vt nec enormi flagitio legitima deeſſet pœna, nec legitimæ diſciplinæ modus excederetur. *Solebat ſanctus vir*, inquit Cyprianus eius diſcipulus, *id accuratè obſeruare, vt nemo ex illis, qui ipſi parebant, ſiue ſerui illi eſſent, ſiue ingenui, ſi pro culpa ſua flagellandi eſſent, ampliùs triginta nouem ictibus feriretur, ſi quis verò in graui culpa deprehenſus eſſet, permittebat quidem, vt poſt dies paucos iterum vapularet, ſed paucis*, id eſt, paucioribus quàm triginta nouem, ne legitimâ diſciplinâ ſæpiùs plecteretur. Eodem modo ſe geſſit ſanctus Columbanus. In culpas animaduertendum cenſuit aliquando quinquaginta plagis, aliquando centum, nonnumquam ducentis. At nemo ſibi perſuadet eum adeò ſeuerum extitiſſe, vt vnâ vice ducenta verbera præceperit infligi. Recurrendum igitur ad varias vices, quarum vnam cum legitima diſciplina componimus, ceteras remiſſiores putamus, ne diſciplina legitima bis ſubeatur.

XV. Pœnitentes fratres, & indigentes pœnitentiâ Pſalmorum, hoc eſt, cui neceſſe fuerit, vt Pſalmos adhuc pro viſione nocturna decantet, quia pro illuſione diabolica, ac pro modo viſionis, alij viginti quatuor Pſalmos in ordine, alij quindecim, alij duodecim, indigentes pœnitentiâ, Pſalmos decantare debent, quamuis ergo in nocte Dominica & in tempore Quinquageſima, pœnitentes genua flectant. LXXIII. Per tempus Quinquageſimæ hîc intellige tempus Paſchale, quod medium eſt inter ſolemnitates Paſchatis ac Pentecoſtes, & quia diebus quinquaginta conſtat, apud pleroſque Scriptores, vt alibi notauimus, nomen obtinet Quinquageſimæ. Toto illo tempore ſicut diebus Dominicis genua non curuantur à Chriſtianis ex antiquiſſima Eccleſiæ traditione, de qua ſic Tertullianus in libro [a] de Corona Militis. *Die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eâdem immunitate à die Paſcha in Pentecoſten vſque gaudemus.* At ſanctus Columbanus talem ritum pœnitentibus interdicit, quia pœnitentiæ non quietis & gaudij ſed laboris ac triſtitiæ ſigna, quales ſunt genuflexiones, conueniunt.

[a] Cap. 3.

XVI. Si cui iniunxerit Abbas aut Præpoſitus de fratribus iter agere, ita obſeruandum eſt, vt ſeniori iunior obediat, ſi tamen rectum fuerit, quod ei indicauerit, obſeruare ſtudeat. Si quid præceperit Abbas vel Oeconomus maior, & alius humilior iterauerit Oeconomus, ipſe obedire debet, indicans tamen in ſilentio, quod præceperit alius maior. Infra Monaſterium verò nullus tamen alio imperio præcellenti imperet, niſi qui præeſt. LXXIV. Hic articulus in Concordia Regularum [b] citatur ex Regula ſancti Columbani, videtur ſatis obſcurus, & in multis locis eget interpretatione. Diſtinguendus inprimis duplex Oeconomus, vnus maior, alter humilior ſeu minor. Maior Oeconomus non differt à Præpoſito. Multorum enim Monaſteriorum vſus erat, vt Præpoſitus inſtar Oeconomi negotiis exterioribus occuparetur, dum Abbas, à quo ſecundus erat, animarum curam gerebat. In Regula ſancti Iſidori, initio capitis vndeuiceſimi, cui titulus, *quid ad quem pertineat*, munus Præpoſiti ſic deſcribitur. *Ad Præpoſitum pertinet ſollicitudo Monachorum, actio cauſarum, cura poſſeſſionum, ſatio agrorum* (corruptè in Concordia Regularum [c] *ratio agrorum*) *plantatio culturáque vinearum, diligentia gregum, constructio ædificiorum, opus carpentariorum, ſiue fabrorum.* Minor Oeconomus curat interiora Monaſterij negotia. Præter illam Oeconomorum diſtinctionem attendendæ ſunt ſignificationes nonnullarum vocum, quarum vſurpatio minùs propria textui non parum caliginis offundit. *Iterare* ſumitur pro *rurſus aliud imperare*, & idem eſt *indicare cum ſilentio* ac *indicare ſubmiſſâ voce*. Nec hæ ſufficiunt obſeruationes. Nam Menardus, apud quem leguntur, Auctoris mentem non aſſequitur, imò detorquet in

[b] Cap. 76. §. 20.

[c] Cap. 27. §. 23.

AN. CH. ſenſum omnino contrarium. Etenim Monachum, cui vel Abbas vel maior
590. Oeconomus aliquid præcepit, ſi minor Oeconomus aliud rurſus iubeat, ma-
GVNTCH. iori Oeconomo vult obedire, modò minori Oeconomo ſubmiſsâ voce id in-
R. 29. dicet quod maior Oeconomus imperauit. At ſanctum Columbanum aliter
CHILDEB. interpretare. *Si quid præceperit Abbas vel Oeconomus maior, & alius humilior*
II. R. 15. *iterauerit Oeconomus*, hoc eſt, & alius minor Oeconomus rurſus aliud impera-
CLOTAR. uerit, *ipſe* frater *obedire debet* minori ſcilicet Oeconomo poſtremùm iubenti,
II. R. 7. *indicans tamen* eidem minori Oeconomo *in ſilentio*, id eſt, ſubmiſsâ voce, *quod præceperit alius maior*. Hæc clauſula, quâ Monachus id minori Oeconomo iubetur indicare ſubmiſsâ voce, quod maior Oeconomus imperauit, opinioni noſtræ plurimùm fauet. Frater à duobus Oeconomis totidem accepit mandata, eáque diuerſa, prius à maiori, poſterius à minori, vtrique facere ſatis non poteſt, quæſtio eſt vtri obedire teneatur, an maiori qui antè præcepit, an minori qui præcipit vrgétque. Sanctus Columbanus in hoc caſu ſancit, vt priuſquàm agendum quidquam ſuſcipiat, id indicet minori Oeconomo quod maior antè præcepit. Hæc autem declaratio teſtatur paratum eſſe ad obedientiam minori Oeconomo præſtandam, imò paritutum eidem minori Oeconomo, niſi ab eodem, poſtquàm maioris Oeconomi mandatum reſcierit, aliter facere iubeatur. Audito igitur, quod à maiore Oeconomo præceptum eſt, vtrùm maioris, an minoris Oeconomi iuſſa exequi debeat, penes minorem eſt pronuntiare, qui ſi mandatum maioris Oeconomi præferendum cenſet, mox iubet illud ocyùs confici, ſin minùs, imperat ſuum fieri ſine mora, nec rebellem ſuper eo negotio fratrem experitur, quoniam hic officio ſuo ſatisfecit indicando ſubmiſsâ voce quod maior Oeconomus anteà præcepit. Ne tamen minor Oeconomus aut alius quiſpiam præter Abbatem intra Monaſterium imperio præcellente imperare, ſuúmque mandatum ipſius Abbatis imperio anteponi velit, hunc articulum ſanctus Columbanus ita claudit. *Infra Monaſterium verè nullus tamen alio imperio præcellente imperet, niſi qui præeſt.*

LXXV. *XVII. Ab initio diei vſque ad noctem commutatio veſtimenti, & altera in nocte, interrogentur ſeparatim.* In Regula ſancti Benedicti [a], *ſufficit Monacho duas tunicas, & duas cucullas habere, propter noctes, & propter lauare ipſas res.* Ex his verbis, *propter noctes*, manifeſtum fit Monachos dormiiſſe veſtitos, & poſitis diurnis veſtibus aſſumpſiſſe nocturnas, quibus induti dormirent & nocturnas Vigilias celebrarent, eas enim minimè deponebant cùm ſurgebant à lecto, imò veſtiti dormiebant vt parati eſſent atque expediti cùm ad nocturnum curſum excitabantur, quod fieri non potuiſſet, ſi, cùm ad Vigilias properabant, exuiſſent nocturnas veſtes ac diurnas induiſſent. Sanctus autem Columbanus vult vtratumque commutationes ſeparatim interrogari, hoc eſt, vtrarumque veſtium commutandarum licentiam ſeparatim peti. Deinde ſic pergit. *Qui miniſtrat in die Dominica, aut in alia ſolemni, ad lauacrum aut ad quamcumque neceſſitatem vnâ oratione ante exitum & introitum eget, interroget tamen. Si non procul exeat, ſigno crucis indiget, quamuis ambulans ſignet ſe, non eſt autem neceſſe ad orientem ſe vertere. Exiens autem extra domum quilibet feſtinans & ſe ſignans non eget ad orientem conuerſione, ita & in ambulando, conueniens quidquam, faciat. Si feſtinet poſtulans orationem & ſe humilians, in domo, in qua non congrua fiat genuflectio, curuatio tantùm ſtatuetur.* Hæc ſatis clara, ſi memineris apud S. Columbanum *interrogare* idem eſſe ac licentiam petere, & eandem licentiam oratione ſeu benedictione concedi ſolitam ab Abbate, Præpoſito, alióve Superiore. Sequuntur obſcuriora. *Si quis voluerit, in die Sabbati præparet oblationem Dominica; conſummato lauacro commutare Sacerdotes, ſi facile fuerit; Diacones autem, aut ante præceptum, aut poſt præceptum, miniſterium opportunum perficient.* Primæ phraſeos hic eſt ſenſus. Is, cui munus incumbit, res neceſſarias ad ſacrificium altaris die Dominicâ peragendum parare poteſt ſi velit die Sabbati. In altera vel voces ſunt corruptæ, vel deeſt aliquod vocabulum. Ex deprauato tamen textu colligere licet curam lauacri penes Sacerdotes fuiſſe.

[a] Cap. 55.

AN. CH. 590.

fuiſſe. Tertia Diaconis liberum relinquit, vt ad miniſterium ſuum obeundum ſe diſponant aut *ante præceptum*, aut poſtquàm audire cœperint ipſum *præceptum* ſeu ſonum, quo vocantur omnes ad ſynaxin.

GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7. LXXVI.

XVIII. Si quis viderit ſomnium immundum, aut coinquinatus fuerit, aut pœnitens, quando datur præceptum, ſtare præcipitur. In magnis autem ſolemnitatibus, quando audiunt ſonum, ſedere, in quotidiano præcepto, penè mediante, iubetur ſedere. Deinde ſonum omnes audientes ad ſynaxin incitantem diei conuentùs lauent ante Oratorij introitus, niſi priùs lauerint. Habes hic duplicem ſitum eorum, qui ſonum vocantem ad ſynaxin audiunt, alij ſtant, ſedent alij. Habes hic & duplicem dierum differentiam, ſunt enim alij ſolemnes, alij priuati. Quolibet die, ſeu feſto ſeu priuato, ſtant ſomnium immundum paſſi, polluti, pœnitentes, ſedent ceteri. Seſſio quietis ac recollectionis eſt indicium, diebúſque ſolemnibus ob maiorem reuerentiam diligentiùs commendatur, imperatur enim diebus feſtis quamdiu ſonus pulſatur auditúrque, ſecus aliis diebus.

XIX. Primarius vt primus pſallat ſtatuetur, & ſecundus, & non flectatur genu, ſed tantùm curuatio fiat. Ordines qui priores, in medio fiant Oratorij, ceteri dextâ læuâque aſſiſtant, præter offerentem eidémque adhærentem. In omníque Dominica ſolemnitate hymnus diei cantetur Dominici, & in die inchoante Paſcha. At qui ad altare inchoauerit, ſacrificium accepturus ter ſe humiliet. Et noui, quia indocti, & quicumque fuerint tales, ad calicem non accedant, & quando offertur oblatio, nullus cogatur coactus accipere ſacrificium, præter neceſſitatem. In omníque Dominica die & ſolemnitate, qui non fuerit in cœtu fratrum ad Dominum fundentium preces, oret ipſe, aliquâ neceſſitate cogente, & quamdiu offeratur, non multùm diſcurratur. Pœnitens quoque neceſſitate itineris occupatus, ambulánſque cum ceteris vtentibus licitò cibis, ſi aduenerit hora tertia, & longè proficiſcantur, accipiat & ipſe quiddam cibi pro modo quodam, & quod ei defuerit accipiat vbi quieſcat. In hoc articulo ſacrificium ſumitur pro ſanctis oblationibus, quæ fidelibus ad vicem eulogiarum diſtribuebantur, vt pluribus probat Cæſar Baronius ad annum Chriſti decimum-tertium ſupra trecenteſimum. LXXVII.

XX. In communi autem omnes fratres omnibus noctibus tempore orationum in fine omnium Pſalmorum genua in oratione, ſi non infirmitas corporis obfuerit, flectere æquo animo debent ſub ſilentio dicentes, [Deus in adiutorium meum intende; Domine ad adiuuandum me feſtina.] Quem verſiculum poſtquàm ter in oratione tacitè decantauerint, id eſt, dixerint, recitauerint, *æqualiter à flexione orationis ſurgant.* Ita Codex à Menardo citatus in obſeruationibus ad Concordiam [a] Regularum, vitioſa enim eſt hoc loco vt & aliis pleriſque editio Holſteniana. LXXVIII.

[a] Cap. 16. paragr. 2.

Iampridem ſanctus Athanaſius vt *ad quemlibet Pſalmum preces & genuum flexio adderentur*, ita ſcripſerat in Tractatu de Virginitate, κατὰ ψαλμὸν εὐχὴ καὶ γονυκλισία ἐπιτελείσθω. A ſancto Columbano non diſſenſerunt beatiſſimi Præſules Iſidorus & Fructuoſus. Ille enim in ſua Regula [b] ſic ſtatuit. *Recitantibus Monachis, poſt conſummationem ſingulorum Pſalmorum proſtrati omnes humi pariter adorabunt, celeritérque ſurgentes Pſalmos ſequentes incipient, eodémque modo per ſingula Officia facient.* Hic verò ſic. *Sanè in omnibus horarum ſingularum orationibus nocturno ac diurno tempore ad omnem Pſalmorum finem gloriam cantantes Deo proſternentur in terram eo ſcilicet ordine, vt nemo priùs Seniore aut incuruetur aut iterum ſurgat, ſed omnes ſummâ æqualitate conſurgant, extenſíſque ad cælum palmis orando perſiſtant, ſicut & æqualiter merguntur.* Lege quæ notauimus ad Regulam [c] ſancti Benedicti. Ceterùm poſt quemlibet Pſalmum omni tempore breuis oratio fundenda eſt, ſed genu non eſt ſemper flectendum. Excipit ſanctus Columbanus diem Dominicum, itémque quinquaginta dies à Paſchate ad Pentecoſten. Sic enim pergit. *Quem verſiculum* (nempe Deus in adiutorium, &c.) *poſtquàm ter in oratione decantauerint, æqualiter à flexione orationis ſurgant, exceptis diebus Dominicis, & à die primo ſancti Paſcha vſque*

[b] Cap 7.

[c] Cap. 10.

AN. CH. 590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

ad quinquageſimum diem, id eſt, vſque ad Pentecoſten, *in quibus moderatè ſe in tempore Pſalmodiæ humiliantes, genua non flectentes, ſedulò Deum orent.*

LXXIX. *XXI. Si quis frater inobediens fuerit, duos dies vnum paximatium & aquam. Si quis dicat, non faciam, duos dies vnum paximatium & aquam. Si quis murmurat, duos dies vnum paximatium & aquam. Si quis veniam non petit, aut dicit excuſationem, duos dies vnum paximatium & aquam. Si duo fratres contendentes aliquid & ad furorem venientes, duos dies vnum paximatium & aquam. Si aliquis contendens mendacium & diſtinctionem confirmat, duos dies vnum paximatium & aquam. Si quis contradicit fratri, & non petit ei veniam, duos dies vnum paximatium & aquam. Si quis contradicit mandatum, aut frangit, duos dies vnum paximatium. Si quis iniungit ei opus, & negligenter facit, duos dies vnum paximatium. Si quis detraxerit Abbatem ſuum, ſeptem dies vnum paximatium; ſi fratrem ſuum, viginti quatuor Pſalmos; ſi ſecularem, duodecim Pſalmos.* Poſtrema pars huius articuli, quæ detractionem caſtigat, in Concordiâ [a] Regularum citatur ex Regula ſancti Columbani. Detractori concedit vnicum paximatium, mulctæ nomine, quia quotidie Monachi, Ægyptij maximè, quos ſanctus Columbanus in multis ſequitur, duo paximatia victitim accipiebant, vt alibi ex Caſſiano retulimus.

[a] Cap. 31. §. 17.

LXXX. *XXII. Si quis obliuiſcitur aliquid foras; ſi minus, duodecim Pſalmos; ſi maius, triginta Pſalmos. Si quis perdiderit, vel deciderit aliquid, ſicut pretium eius, ita pœnitentia eius. Si quis facit colloquium cum ſeculari ſine iuſſu, viginti quatuor Pſalmos. Si quis quando conſummauerit opus ſuum, & aliud non requirit, & aliquid ſine iuſſione fecerit, viginti quatuor Pſalmos cantet.*

LXXXI. *XXIII. Si fuerit aliquis bilinguis, & conturbet fratres, duos dies vnum paximatium. Si quis manducauerit in domo aliena ſine iuſſu, & venerit domui ſua, vno die paximatium. Si quis enarrauerit præteritum peccatum, vno die paximatium. Vel qui ambulauerit in ſeculo, & dicit de ſeculi peccato, vno die in pane & aqua. Et tepidus, qui audierit aliquem murmurantem & detrahentem aut facientem aliquid contra Regulam, & conſenſit à confeſſione, vno die paximatium.*

LXXXII. *XXIV. Si quis ſuſcitat furorem fratri ſuo, & ſatisfacit ei poſteà, & ipſe non remittit ei, ſed dimittit ſuo Seniori, viginti quatuor Pſalmos, & illo die in pane & aqua. Si quid voluerit aliquis, & prohibet Oeconomus, & iubet Abbas, quinque dies*, in pane videlicet & aqua. *Si quis non venerit ad orationem ſupra menſam & poſt cibum, duodecim Pſalmos cantet. Si quis dormierit cùm oratur; ſi frequens, duodecim Pſalmos cantet; ſi non frequens, ſex Pſalmos. Si quis non dicit, Amen, triginta verbera. Si tranſgreſſus fuerit horam, duodecim Pſalmos; ſi Canticum graduum, niſi matutina hyems, duodecim Pſalmos. Et qui non audierit ſonitus orationis, duodecim Pſalmos. Si quis veniat ad ſacrificium cum nocturno cingulo vel veſte* nocturnâ *circa eum, duodecim Pſalmos.* Pſalmus centeſimus decimus-nonus, *ad Dominum cum tribularer clamaui*, inſcribitur Canticum graduum. Eodem modo inſcribuntur & quatuordecim ſequentes Pſalmi. Variæ rationes huiuſcemodi inſcriptionis afferuntur ab interpretibus, quos conſule.

LXXXIII. *XXV. Si quis ante horam Nonam quartâ ſextâque feriâ manducat, niſi infirmus, duos dies in pane & aqua viuat. Si quis dixerit mendacium neſciens, quinquaginta verbera; ſi ſciens & audax, in pane & aqua. Si denegatur mendacium eius, & ille contendit, ſeptem dies in pane & aqua. Si quis Monachus dormierit in vna domo cum muliere, tres dies in pane & aqua; ſi neſciuit quod non debet, vno die.* Hîc attende ſollicitam ſancti Columbani præcautionem, qui Monachos ne quidem ſinit in eadem cubare domo, in qua mulier maneat, vt non tantùm crimine ſed etiam criminis ſuſpicione careant.

LXXXIV. *XXVI. Si quis non claudit Eccleſiam, duodecim Pſalmos. Si quis emittis ſputa, & contingit altare, viginti quatuor Pſalmos; ſi parietem attingit, ſex. Si quis obliuiſcitur pſallendo, ſeu lectiones, quatuor Pſalmos. Si quis tardiùs veniat ad orationem, quinquaginta* Pſalmos recitet, *vel*, id eſt, &, *plagis quinquaginta* va-

pulet. Sic explicanda vox *quinquaginta*, quæ bis ponitur. Primâ vice ad AN. CH.
Pſalmos in quibus priores mulctæ conſiſtebant, alterâ refertur ad plagas de 590.
quibus etiam accipienda eſt in ſequentibus ſanctionibus. *Si ſegniùs exequi-* GVNTCH.
tur quod iubetur ei, quinquaginta. Si poſt pacem ſonuerit, quinquaginta. Si contu- R. 29.
maci reſponderit, quinquaginta. CHILDEB.

XXVII. Si veniat velato capite in domo, quinquaginta verbera. Si non petit ora- II. R. 15.
tionem cùm intrat in domum, quinquaginta. Si manducat ſine oratione, quinqua- CLOTAR.
ginta. Si locutus eſt aliquid in ore ſuo, quinquaginta. Si ſonum fecerit dum oratur, II. R. 7.
quinquaginta verbera. Si quis iracundiam vel triſtitiam vel inuidiam tenet contra LXXXV.
fratrem ſuum, vt tempus tenuerit, ita erit pœnitentia eius in pane & aqua; ſi verò
primâ die confeſſus fuerit, viginti quatuor Pſalmos. Poſtrema pars huius articu-
li, quæ *iracundiam, triſtitiam, inuidiam contra fratrem* pœnis afficit, in Con-
cordia Regularum [a] allegatur ex Regula ſancti Columbani. [a] Cap 31. §. 18.

XXVIII. Quicumque ſacrificium perdiderit, & neſcit vbi ſit, anno pœniteat. LXXXVI.
Qui negligentiam fecerit erga ſacrificium vt ſiccetur & à vermibus conſumatur,
itaut ad nihilum deuenerit; dimidio anno pœniteat. Qui negligentiam erga ſacri-
ficium incurrerit, vt inueniatur vermis in eo, & tamen plenum ſit, igne comburat
iuxta altare, & abſcondat cinerem eius intra ſub altare, & ipſe pœniteat quadraginta
diebus. Qui negligit ſacrificium & immutatum fuerit & panis amiſerit ſaporem;
ſi rubro colore, viginti dies pœniteat; ſi hyacinthino, quindecim dies pœniteat. Si
autem non immutatum fuerit colore ſed conglutinatum, ſeptem dies pœniteat. Qui
autem merſerit ſacrificium, continuò bibet aquam. Qui in Chriſmal eandem aquam
fuderit, ſacrificium comedat. Si de cymba vel de ponte ſeu de ligno ceciderit, &
non per negligentiam, ſed caſu aliquo, vno die pœniteat. Hoc loco, vt & arti-
culo decimo-nono de quo ſuprà, per ſacrificium, ſanctas oblationes, eulo-
gias, panem benedictum intellige.

XXIX. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum ad mortem, & non arguit LXXXVII.
eum, legis Euangely tranſgreſſor notetur, donec arguat eum, cuius malum re-
ticuit, & fateatur Sacerdoti, vt quamdiu conſcientiâ malâ reticuit, tamdiu in af-
flictione pœniteat. Qui paruum peccatum reticuit, ſimili correptione non eâdem af-
flictione pœniteat, ſed plagis triginta, aut quindecim Pſalmos canat. Si de reliquo
ſpernens minima neglexerit, in pane & aqua pœniteat, vt peccans iuxta mandatum
Domini corripiatur. Qui verò arguit non leniter, notetur, donec petat veniam à
fratre correpto, & plagis triginta, aut quindecim Pſalmos. Qui peccatum puden-
dum alicui exprobrat, prinſquàm inter ſe & ipſum ſolum arguat, ſicut Dominus di-
cit, corripiatur donec exprobrato ſatisfaciat, & tribus diebus in pane & aqua pœni-
teat. Poſtrema pars huius articuli citatur etiam in Concordia Regularum [b]. [b] Cap. 30.
Circa hunc eundem articulum occurrunt duo potiſſimùm obſeruanda. Pri- paragr. 17.
mò, ſanctus Columbanus docet confeſſionem peccati mortalis faciendam
eſſe Sacerdoti, eámque diſtinguit à confeſſione paruorum peccatorum, de
quibus in ipſius Pœnitentialis prologo ſcripſit, *vt detur confeſſio ante menſam,*
ante introitum lectulorum, vel cuicunque fuerit facile dare. Hæc confeſſio fieri
poteſt Abbati, Præpoſito aliíve non Preſbytero, illa tantùm Sacerdoti. De
vtraque appoſitè ad noſtrum inſtitutum Radulphus [c] Ardens Pictauienſis [c] Concion. in
Auctor ſatis antiquus qui Gulielmo Quarto Aquitaniæ Duci fuit à concioni- Litan. maiore.
bus. *Cui debet fieri confeſſio? Confeſſio criminalium debet fieri Sacerdoti, qui ſolus*
habet poteſtatem ligandi atque ſoluendi, ſicut & lepræ iudicium ſolis Sacerdotibus in
lege erat commiſſum. Confeſſio verò venialium alterutrum & cuilibet, etiam minori
poteſt fieri, quoniam propter venialia non ſeparatur homo à Deo, niſi vltra modum
per incuriam excedat, ſicut nec per ſcabiem vel impetiginem aliquis in lege ſepara-
batur à caſtris. Fit autem hac confeſſio, non quòd poſſit à peccatis abſoluere, ſed
quia propter propriam humiliationem, & peccatorum noſtrorum accuſationem, & fra-
tris orationem, mundamur à peccatis. Vnde & non dicimus, ego dimitto tibi pecca-
ta tua; ſed dicimus orando, miſereatur tui omnipotens Deus, &c. Quando debet
fieri confeſſio hæc? omni tempore, quo nos peccaſſe cognoſcimus. Siue enim domi,

AN. CH. *ſiue in agro, ſiue in via peccauero, debeo ſtatim dicere fratri qui mecum eſt, pec-*
590. *caui, ora pro me; qui ſi non aderit, debeo confiteri Deo, dicens, Domine peccaui,*
GVNTCH. *miſerere mei.* Secundò, ſanctus Columbanus duo pœnitentiæ genera ſimul
R. 29. confert, vnum quod verſatur in recitatione Pſalmorum, alterum quod in quo-
CHILDEB. dam numero percuſſionum ſeu plagarum aut verberum conſiſtit, eáque ſic
II. R. 15. componit, vt vnum Pſalmum duabus percuſſionibus æquiparet. Quapropter ad
CLOTAR. articulum viceſimum-ſextum, quo ſtatuitur, vt is qui tardiùs ad orationem ve-
II. R. 7. nit, *quinquaginta Pſalmos* recitet, *vel plagis quinquaginta* vapulet, particulam *vel* non diſiunctiuè ſed copulatiuè ſumpſimus, & quinquaginta Pſalmis totidémque plagis damnauimus Monachum, qui tardiùs ad orationem venit.

LXXXVIII. *XXX. Qui transgreditur regulam iuſſionis vel diſciplinæ generalis, maneat expulſus ſine cibo, vt in craſtinum recipiatur. Qui ſolus cum ſola fœmina ſine perſonis certis familiariter loquitur, maneat ſine cibo, vel duobus diebus in pane & aqua, vel ducentis plagis. Qui præſumit facere ambaſciam, non permittente eo qui præeſt, liberâ & effranatâ proceſſione abſque neceſſitate, quinquaginta plagis inhibeatur. Operis peculiaris præſumptio, centum plagis; poſſeſſio alicuius rei, quam non neceſſitas generaliter fratribus conceſſit, amiſſione eiuſdem & centum plagis coerceatur. Neceſſarium verò ac licitum aliquid facere, dare, accipere ſine iuſſione, duodecim plagis, niſi ratio aliqua defendat, vt ſupplex ſatisfactio remittat.* Hic articulus penè totus ex Caſſiano [a] deſumptus eſt, apud quem hæc leguntur. *Aperta conuitia, manifeſti contemptus, contradictiones tumidæ, libera & effrænata proceſſio, familiaritas apud fœminas, ira, rixæ, ſimultates, & iurgia, operis peculiaris præſumptio, philargyriæ contagio, affectus atque poſſeſſio rerum ſuperfluarum, quæ à ceteris fratribus non habentur; extraordinaria ac furtiua cibi refectio, & his ſimilia, non illâ increpatione, quam diximus, ſpiritali, ſed vel plagis emendantur, vel expulſione purgantur.* Iſta expulſio erat tantùm ad quoſdam dies, in quibus Monachus ante fores Monaſterij ſeparatus à conſortio fratrum ad ſui purgationem manebat. Huiuſcemodi expulſionem ſanctus Columbanus vltra vnum diem hoc loco non extendit, Monachum enim, qui *regulam iuſſionis vel diſciplinæ generalis* tranſgreſſus expellitur Monaſterio, vult illo die manere *ſine cibo*, & *in craſtinum* recipi. Sequenti ſanctione, Monachum, *qui ſolus cum ſola fœmina ſine perſonis certis familiariter loquitur*, non expellit Monaſterio, ſed alia tria pœnarum genera in eum decernit; primum, vt ſine cibo maneat, vno videlicet die; ſecundum, vt duobus diebus in pane & aqua viuat; tertium, vt ducentis plagis vapolet, particulam enim, *vel*, quâ vtitur, non vſurpat diſiunctiuè ſed copulatiuè. Quod attinet ad *ambaſciam*, vox illa barbara legationem ſignificat, & ab ambaſcia deriuatur ambaſciator.

[a] Lib 4. c. 16.

LXXXIX. *XXXI. Qui comedens loquitur, ſex plagis. Et cuius vox obſtrepit de menſa ad menſam, ſex plagis. Si de domo foras vel de foris in domum ſonuerit, duodecim plagis. Egredi vel ingredi in domum, aut opus facere ſine oratione & ſigno crucis, duodecim plagis. Si aliter fuerit*, id eſt, ſi declinauerit ab itinere præſcripto, *quinque plagis. Meum vel tuum dixiſſe, ſex plagis. Verbum contra verbum ſimpliciter dictum, ſex percuſſionibus; ſi ex contentione, centum plagis, vel ſuperpoſitione ſilentij. Si ordinem pſallendi non ſeruauerit, ſex percuſſionibus. Si ſtatuto tempore taciturnitatis loqui præſumpſerit ſine neceſſitate, decem & ſeptem plagis.*

XC. *XXXII. Si quis de ſupellectile Monaſterij per contemptum amiſerit vel diſſipauerit quid, proprio ſudore & operis adiectione reſtituat, vel pro æſtimatione, arbitrio Sacerdotis, ſuperpoſitione pœniteat, aut vno die in pane & aqua*, id eſt, & damnum Monaſterio illatum proprio labore reſarciat, & vno die ieiunet, aut eodem modo quo ceteri fratres, aut auſteriùs in pane & aqua, prout Sacerdoti viſum fuerit. *Si non contemptu, ſed caſu aliquo amiſerit, aut fregerit, non aliter negligentiam ſuam quàm publicâ diluat pœnitentiâ, cunctis in ſynaxi fratribus congregatis tamdiu proſtratus in terram veniam poſtulabit, donec orationum conſummetur ſolemnitas, impetraturus eam, cùm iuſſus fuerit Abbatis iudicio de*

ſolo ſurgere. Eodem modo ſatisfaciat quiſquis ad orationem vel opus aliquod accer- AN. CH.
ſitus tardiùs occurrerit. Maxima pars huius articuli deſumpta eſt etiam ex Caſ-
ſiano, qui caput decimum-ſextum libri quarti ſic orditur. *Si quis igitur gillo-* 590.
nem fictilem, quem baucalem nuncupant, vas ſcilicet fictile & potorium, quod GVNTCH.
Hiſpani congilonem, Itali boccale ſeu boccalium, Galli flaſconem dicunt, R. 29.
caſu aliquo fregerit, non aliter negligentiam ſuam quàm publicâ diluet pœnitentiâ, CHILDEB.
cunctiſque in ſynaxi fratribus congregatis, tamdiu proſtratus in terram veniam po- II. R. 15.
ſtulabit, donec orationum conſummetur ſolemnitas, impetraturus eam, cùm iuſſus CLOTAR.
fuerit Abbatis iudicio de ſolo ſurgere. Eodem modo ſatisfaciet, quiſquis ad opus II. R. 7.
aliquod accerſitus vel ad congregationem ſolitam tardiùs occurrerit.

XXXIII. Si decantans Pſalmum titubauerit; ſi ſuperfluo ſit durus; ſi con- XCI.
tumaciùs reſponderit, ſuperpoſitione. Hic locus eſt corruptus, hæc phraſis, *ſi*
ſuperfluo ſit durus, idoneo ſenſu non conſtat, meliùs leges, *ſi ſuperfluè, ſi*
duriùs, vt eſt apud Caſſianum, vt ſuperpoſitio, nempe ieiunij, decernatur in
eum qui decantans Pſalmum titubauerit, qui ſuperfluè, qui duriùs, qui con-
tumaciùs reſponderit. Pergit Codex Romanus. *Si negligentiùs obſequia in-*
iuncta impleuerit, ſuperpoſitione. Si vel leuiter murmurauerit, ſuperpoſitione. Si
lectionem operi obedientiæve præferens, ſuperpoſitione. Si officia ſtatuta ſegniùs
fuerit executus, ſuperpoſitione. Ex duabus hiſce poſtremis ſanctionibus vna con-
flanda eſt hoc modo. *Si lectionem operi obedientiæve præferens officia ſtatuta ſegniùs*
fuerit executus, ſuperpoſitione. Nam Caſſianus, quem S. Columbanus hoc loco
ducem ſequitur, ita ſcribit capite proximè citato. *Si lectionem operi vel obe-*
dientiæ præferens officia ſtatuta ſegniùs fuerit executus. Sequuntur apud ſanctum
Columbanum aliæ præceptiones. *Si dimiſsâ ſynaxi non continuò ad cellam re-*
currerit, ſuperpoſitione. Si cum aliquo ad modicum ſubſtiterit, ſuperpoſitione. Si
ad modicum temporis vſpiam ſeceſſerit, ſuperpoſitione. Si cum vllo, qui cella ſua
cohabitator non eſt, confabulari quantulumcumque præſumpſerit, ſuperpoſitione. Si
alterius tenuerit manum, ſuperpoſitione. Si orauerit cum illo qui eſt ab oratione ſuſ-
penſus, ſuperpoſitione. Præiuit Caſſianus [a] his verbis. *Eodem modo ſatisfaciet* [a] Lib. 4. c. 16.
quiſquis ad opus aliquod accerſitus, vel ad congregationem ſolitam tardiùs occurre-
rit; aut ſi decantans Pſalmum, vel modicùm titubauerit. Similiter ſi ſuperfluè,
ſi duriùs, ſi contumaciùs reſponderit; ſi negligentiùs obſequia iniuncta complene-
rit; ſi vel leuiter murmurauerit; ſi lectionem operi vel obedientiæ præferens officia
ſtatuta ſegniùs fuerit executus; ſi dimiſsâ ſynaxi non concitus ad cellam recurrere
feſtinauerit; ſi cum aliquo vel ad modicum ſubſtiterit; vel ſi ad punctum temporis
vſpiam ſeceſſerit; ſi alterius tenuerit manum; ſi cum illo, qui cellulæ ſuæ cohabi-
tator non eſt, confabulari quantulumcumque præſumpſerit; ſi orauerit cum illo, qui
eſt ab oratione ſuſpenſus. Caſſianus *cellam* & *cellulam* vſurpat promiſcuè, ſan-
ctus Columbanus vtitur ſolo cellæ nomine. *Cella*, à qua diminutiuum *cellula*,
dicta eſt quòd in ea celentur quæ volumus eſſe occulta, nam omnis locus, in
quo quid reponitur vt ſeruetur, appellatur cella. *Semper*, inquit Tullius [b], [b] Lib. de Se-
boni aſſidui domini referta eſt cella vinaria, olearia, mellearia, pomaria. Apud nect.
ethnicos cella pars erat templi ſacratior, in quam ingredi cuilibet non licebat,
vnde apud Gellium [c] Scipio Capitolium ingreſſus iubet cellam Iouis aperiri. [c] Noct. Attic.
At in vſu Eccleſiaſtico cellæ primùm dictæ ſunt domunculæ ſeu parua domici- Lib. 7. c. 1.
lia Monachorum ſiue Anachoretarum, in quibus latentes orationi, contem-
plationi, aliiſque exercitiis in locis remotis & ſolitariis vacabant. Poſteà viri
ſancti etiam in vrbibus & extra vrbes cellas habere cœperunt, quo factum eſt,
vt concurrentibus in vnum fratribus & ſub eorum diſciplina congregatis hu-
miles & contemptibiles cellæ in ampla & ſplendida Monaſteria conſurgerent,
vnde etiamnum multa Cœnobia retento antiquo vocabulo Cellæ nuncupan-
tur. Præterea cùm in multis Monaſteriis variæ domus eſſent, eæque diceren-
tur cellæ, nomen cellæ poſitum eſt in triplici ſignificatione, ſumptúmque
primò pro vniuerſo Cœnobio, ſecundò pro ſingulis domibus Monaſterij, ter-
tiò pro qualibet cella huiuſcemodi domorum. A cella formantur concella-

AN. CH. neus, concellita & ſyncellita. Horum autem vocabulorum, vt & cellæ, tri-
590. plex eſt acceptio. Vocantur concellanei, concellitæ & ſyncellitæ, qui vel
GVNTCH. in eodem Cœnobio, vel in eadem Monaſterij domo, vel in eadem cella
R. 29. morantur. Primo modo Sidonius Antiolium Lupi & Maximi, quibuſcum in
CHILDEB. Cœnobio Lirinenſi Monaſticam vitam duxit, concellitam ſic appellat in li-
II. R. 15. teris [a] ad Principium Sueſſionenſem Epiſcopum. *Quæ loquor falſa cenſete, niſi*
CLOTAR. *profeſſioni meæ competens adſtipulator acceſſerit, ſatis in illo quondam Cœnobio Li-*
II. R. 7. *rinenſi ſpectabile caput, Luporum concellita, Maximorúmque & parſimonia ſalti-*
[a] Lib. 8. ep. 14. *bus conſequi affectans Memphiticos & Palæſtinos Archimandritas. Is eſt Epiſcopus*
Antiolius, cuius relatu, &c. Alardus Gazæus in obſeruationibus ad Caſſia-
[b] Collat. 20. cap. 2. num [b] ſyncellitas nuncupat fratres plùs minúſve quadraginta in vna domo
[c] Cap. 2. commanentes & vni Præpoſito ſubiectos, de quibus ita præfatio [c] à beato Hie-
ronymo Regulæ ſancti Pachomij præfixa. *Habent per ſingula Monaſteria Patres,*
& diſpenſatores, & hebdomadarios, ac Miniſtros, & ſingularum domorum Præpoſi-
tos, itaut vna domus quadraginta plùs minúſve fratres habeat, qui obediant Præpo-
ſito, ſintque pro numero fratrum triginta vel quadraginta domus in vno Monaſterio.
[d] Cap. 31. patagr. 20. Hugo Menardus in notis ad Concordiam [d] Regularum cohabitatorem cel-
læ ſyncellitam nominat, & ſancti Columbani textum, in quem inquirimus,
explicat de cella tertio modo ſumpta, prout pars eſt domûs, & duorum dun-
taxat Monachorum habitationi deſtinatur. At non exiſtimamus à ſancto Co-
lumbano ſancitum fuiſſe, vt duo Monachi in ſingulis cellis habitarent, id
[e] Conc. Tur. 2. can. 15. enim ante aliquot annos Patres [e] Concilij Turonenſis prohibuerant hoc de-
creto. *Neque liceat Monachis cellas habere communes, vbi aut bini maneant, aut*
ſingulares reponi poſſint. Cellam igitur domum interpretare in hac ſanctione
ſancti Columbani. *Si cum vllo, qui cellæ ſuæ cohabitator non eſt, confabulari quan-*
[f] Cap 31. paragr. 20. *tulumcumque præſumpſerit, ſuperpoſitione.* In Concordia Regularum [f] legi-
tur *ſuperpoſitio* in tecto, ſed vitioſè, vt ex aliis locis eiuſdem Pœnitentialis
liquet.

XCII. *XXXIV. Si parentum quempiam vel amicorum ſecularium viderit, vel collocu-*
tus ei fuerit ſine iuſſione; ſi epiſtolam cuiuſcumque ſuſceperit, ſi tribuere præſumpſe-
rit ſine ſuo Abbate, ſuperpoſitione. Si impedierit aliquem à neceſſarij facti exple-
tione, ſuperpoſitione. Si per ardorem mentis legitimum religionis exceſſerit modum,
ſuperpoſitione. Si alium feruentem à legitimo facto retinere teporis ſui gratiâ præ-
ſumpſerit, ſuperpoſitione. Initium huius articuli reperitur cum præcedentibus
[g] Lib 4. c. 16. apud Caſſianum 8. *Si parentum quempiam vel amicorum ſecularium viderit, vel*
collocutus eis ſine ſuo fuerit Seniore; ſi epiſtolam cuiuſcumque ſuſcipere, ſi reſcribere
ſine Abbate ſuo tentauerit. Vt in ſuperiori ſic & in hoc articulo ſanctus Colum-
banus varias enumerat culpas, eáſque caſtigat ſolâ ſuperpoſitione. Cùm au-
tem duplex ſit ſuperpoſitio, vna ſilentij, altera ieiunij, vt Auctoris mentem
aſſequaris, loquacitatem ſilentio, ceteros reatus ieiunio coërce.

XCIII. *XXXV. Huc vſque & in ſimilibus commiſſis procedit animaduerſio ſpiritalis,*
vt increpatio, quæ fit à pluribus, peccanti proficiat ad ſalutem, & de cetero cautior
[h] Lib. 4. c. 16. *& diligentior emendatione morum Deo propitio ſaluatus exiſtat.* Apud Caſſianum [h]
textibus, quos ad clariorem explicationem trium articulorum immediatè
præcedentium citauimus, hæc proximè ſubiiciuntur. *Huc vſque & in huiuſ-*
modi ac ſimilibus admiſſis procedit animaduerſio ſpiritalis. Pertinent igitur ad ani-
maduerſionem ſiue increpationem ſpiritalem ſuperpoſitiones aliæque pœnæ
ſuprà ſtaturæ aduersùs culpas, quas Sanctus Columbanus poſt Caſſianum
tribus prædictis articulis enumerauit. Vt autem duplex eſt culparum ge-
nus, ita & pœnarum; culpæ ſunt aliæ leuiores, aliæ grauiores; animad-
uerſiones aliæ ſpiritales, aliæ corporales; illæ leuioribus culpis, hæ gra-
uioribus irrogantur. Superioribus tribus articulis actum eſt de leuioribus cul-
pis déque increpationibus ſpiritalibus, aliis autem articulis qui præceſſerant
actum ſæpè fuerat de grauioribus culpis, quæ non ſpiritalibus ſed corpora-
libus animaduerſionibus indigent, &, vt Caſſianus ait, *vel plagis emendantur.*

vel expulſione purgantur, duplex eſt enim pœna corporalis, vna verberum ſeu plagarum, altera expulſionis è Monaſterio.

590. GVNTCH. R. 29. CHILDEB. II. R. 15. CLOTAR. II. R. 7.

XCIV. *XXXVI. Qui autem rixam commiſerit, ſeptem diebus pœniteat. Qui verò ſuum Præpoſitum deſpexerit, aut Regulam blaſphemauerit, foras repellendus eſt, niſi ipſe dicat, pœnitet me quod dixi. Si autem ſe non humiliauerit, quadraginta diebus pœniteat, quia ſuperbia morbo detinetur. Verboſus taciturnitate damnandus eſt, inquietus manſuetudine, guloſus ieiunio, ſomnolentus vigiliâ, ſuperbus carcere, deſtitutor repulſione. Vnuſquiſque iuxta quod meretur coæqualia ſentiat, vt iuſtus iuſtè viuat. Amen.* Pœnitentiale ſancti Columbani clauditur hoc articulo, cuius initio nonnullæ grauiores culpæ commemoranrur ex earum numero, quæ teſte Caſſiano [a] *vel plagis emendantur, vel expulſione purgantur*, quales ſunt apud eundem Auctorem *manifeſti contemptus & rixa*. Poſteà proponuntur remedia, quibus vitia ſanentur, & quia contraria contrariis curari ſolent, ſilentium opponitur loquacitati, gulæ ieiunium, & ſic de ceteris.

[a] Lib. 4. c. 16.

ANNVS

CHRISTI 591.
GVNTCHRAMNI R. 30. 31.
CHILDEBERTI II. R. 16.
CLOTARII II. R. 8.

591. GVNTCH. R. 30. CHILDEB. II. R. 16. CLOTAR. II. R. 8.

I. ANNO Childeberti Regis decimo-ſexto, Guntchramni autem triceſimo, ſeu Chriſti quingenteſimo nonageſimo-primo, Gregorius Turonenſis [a], Sulpitij & Ragnemodi Epiſcoporum, necnon Aredij Abbatis, obitum conſignat.

[a] Lib. 10. capp. 26. 29.

II. Sulpitius Epiſcopus erat Bituricenſis. Obiit anno Pontificatûs ſeptimo. Quâ ſollicitudine Epiſcoparum adminiſtrarir, indicat hæc præfatio Hiſtoriæ ſeptem Dormientium in Maiori Monaſterio quieſcentium præfixa. *Beatiſſimo Patri Sulpitio Dei gratiâ Bituricenſi Epiſcopo Gregorius Turonorum indignus Sacerdos, in Deo ſalutari noſtro ſalutem perpetuam. Apud Poëtam ſub figura apum Sanctorum virtus & prudentia laudatur, cum dicitur,*

SVLPITIVS EP. BITVRIC. MORITVR.

Quò magis exhauſtæ fuerint, hoc acriùs omnes
Incumbunt generis lapſi ſarcire ruinas.

Hoc, Pater beatiſſime, in fronte epiſtolæ præmiſiſſe licuerit, conſideranti quantâ prudentiâ, quantâ ſollicitudine, titubantis Eccleſiæ ſtatum firmare, eius ruinas ſarcire contenditis. Hoc vitæ propriæ exemplis lucentibus, hoc mellifluis exhortationum ſermonibus, hoc denique geſtis præcedentium Sanctorum in medium prolatis, agere non ceſſatis. Hinc eſt enim quòd inter cetera paruitati meæ veſtra Sublimitas imperauit (vrgens enim imperium eſt amici admonitio) quatenus ſeptem Dormientium, qui apud Maius Monaſterium dicuntur requieſcere, quorúmque fama percelebris longè latéque diffunditur, actus vitæ vel finem, ſi vſpiam poſſem reperire, ſcripto mandarem. Ceterùm in editione [b] Colonienſi, quæ cetera Gregorij Turonenſis opera, decem videlicet libros Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, duos de gloria Martyrum, vnum de gloria Confeſſorum, quatuor de miraculis ſancti Martini, vnum de Vitis Patrum complectitur, non extat hic libellus de ſeptem Dormientibus, nec eius mentionem facir Gregorius Turonenſis in operum ſuorum catalogo, quem ad calcem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ poſitum reperies. Hinc oboritur dubitationi locus, an genuinus ſit fœtus Gregorij Turonenſis. Qua de re plura poſt quadriennium.

[b] In Biblioth. PP. Tom. 6. part. 2.

AN. CH. 591.

GVNTCH. R. 30.
CHILDEB. II. R. 16.
CLOTAR. II. R. 8.

III.
DVO DISTINGVVNTVR SVLPITII.

In Cathedra Bituricenſi duo ſederunt Sulpitij. Hic Seueri nomen obtinuit, vt ab altero diſtingueretur cui cognomen Pij ceſſit, atque inde factum vt à poſterioris æui Scriptoribus diſcipulus ſancti Martini prædicaretur, ac talis in Martyrologium Romanum irreperet quarto Kalendas Februarias, donec Vrbani Octaui, Romani Pontificis, authoritate abraſæ ſunt illæ voces, *diſcipuli ſancti Martini*, his duntaxat ſeruatis. *Apud Bituricas ſancti Sulpitij Seueri Epiſcopi, virtutibus & eruditione conſpicui.* Sepultus fuit in Eccleſia ſancti Iuliani Martyris prope muros ciuitatis, poſteà in Baſilicam beati Vrſini tranſlatus eſt, vbi nunc vſque venerationi habetur in capſa argentea, quam teſte Monacho[a] Sanſulpitiano ſpectabilis vir Guillelmus Godardi quondam Præcentor inſignis Eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis proprio ſumptu fieri curauit.

[a] Cap. 27.

IV.
EVSTASIVS FIT EPISC. BITVRIC.

Euſtaſius Auguſtodunenſis Diaconus ſancto Sulpitio in Epiſcopatum Bituricenſem ſucceſſit. Commentitiæ ſunt literæ, quas ſub Euſtaſij Pontificatu Monachus Sanſulpitianus [b] datas ait à Guntchramno Rege, cùm Eccleſiam Bituricenſem ſanctæ Mariæ de Salis locupletare vellet, quoniam eius filius qui per triennium à dæmonio vexatus fuerat, multis Sanctorum liminibus fruſtrà viſitatis illic priſtinæ ſanitatis perfectiſſimum receperat beneficium, nam longè antequàm Euſtaſius Præſulatum adipiſceretur, Guntchramnus omnes filios ſuos immaturâ morte ſublatos amiſerat.

[b] Cap. 28.

V.
EPISCOPI PARISIENS.

Ragnemodus Pariſiacæ vrbis Epiſcopus obiit. Cúmque germanus eius Faramodus Presbyter pro Epiſcopatu concurreret, Euſebius quidam negotiator genere Syrus, datis multis muneribus, in loco eius ſubrogatus eſt. Iſque accepto Epiſcopatu omnem ſcholam deceſſoris ſui abiiciens, Syros de genere ſuo Eccleſiaſticæ domus miniſtros ſtatuit. Hæc Gregorius Turonenſis [c]. Poſt Euſebium autem in Epiſcopatu Pariſienſi ſedit Faramodus ſuperioris Ragnemodi frater, tum Simplicius, vt ex variis Pariſienſium Antiſtitum catalogis conſtat.

[c] Lib. 10. c. 26.

VI.
OBITVS AREDII ABBATIS.

Aredius Abbas Lemouicenſis Turonos venit *poſt feſtiuitatem ſancti Martini, ibíque paululum commoratus, dixit* Gregorio Epiſcopo qui hæc literis commendauit [d], *ſe aut longæuo tempore adhuc in hoc mundo retineri, aut certè velociùs diſſolui. Et vale dicens abſceſſit, gratias agens Deo, quia priuſquàm obiret, ſepulchrum beati Antiſtitis oſculari promeruiſſet. Cúmque ad cellulam ſuam acceſſiſſet, teſtamento condito, ordinatis omnibus, ac ſancto Martino Hilarióque Antiſtitibus hæredibus inſtitutis ægrotare cœpit, ac dyſenteriæ morbo grauari. Sextâ quoque ægrotationis eius die, mulier quæ ab ſpiritu immundo ſæpiùs vexata, à ſancto emundari non poterat, ligatis per ſe à tergo manibus, clamare cœpit ac dicere. Currite ciues, exite populi, exite obuiam Martyribus Confeſſoribúſque, qui ad exequium beati Aredij conueniunt. Ecce adeſt Iulianus à Brinate, Priuatus ex Mimate, Martinus à Turonus, Martialíſque ab vrbe propria. Adeſt Saturninus à Toloſa, Dionyſius ab vrbe Pariſiaca, nonnulli & alij quos cælum retinet, quos vos vt Confeſſores & Dei Martyres adoratis. Hæc cùm in exordio noctis clamare cœpiſſet, à domino ſuo reuincta eſt. Sed nequaquam potuit contineri. Quæ rumpens vincula, ad Monaſterium cum his vocibus properare cœpit. Móxque beatus vir ſpiritum tradidit non ſine teſtimonio veritatis, quòd ſit ſuſceptus ab Angelis. Mulierem quoque in exequiis ſuis cum alia muliere nequiori ſpiritu vexata, vt eſt ſepulchro tectus, à nequitia infeſti dæmonij emundauit. Et credo, ob hoc Dei nutu eaſdem in corpore poſitus non potuit emundare, vt exequiæ illius hac virtute glorificarentur. Poſt celebratum verò funus, mulier quædam rictu patulo, ſine vocis officio, ad eius acceſſit tumulum. Quo oſculis delibato, elocutionis meruit recipere beneficium.* Robertus in catalogo Lemouicenſium Antiſtitum obſeruat ſancti Aredij funus à ſancto Ferreolo Pontifice Lemouicenſi curatum fuiſſe. Hunc Epiſcopum ad annum Childeberti Regis nonum, Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum ita laudat Gregorius Turonenſis [e]. *Magno eâ tempeſtate incendio Baſilica antedicti Martini beati apud Briuam vicum ab imminenti hoſte cremata eſt, ita vt tam altarium quàm columnæ, quæ de diuerſis marmorum generibus aptatæ erant, ab igne diſſoluerentur. Sed ita hæc ædes inpoſterum à Ferreolo Epiſcopo reparata eſt, tanquam*

[d] Lib. 10. c. 29
[e] Lib. 7. c. 10.

AN. CH. 591. GVNTCH. R. 30. CHILDEB. II. R. 16. CLOTAR. II. R. 8.

quam ſi nihil mali pertulerit. Vehementer enim admirantur venerantúrque hunc Sanctum incolæ, eò quòd plerumque virtutes eius experiantur. Cùm Gregorius hæc ſcribebat, vtrùm Ferreolus cæleſtem coronam adeptus eſſet, an viuus inter mortales adhuc degeret, haud palam eſt, quia textûs proximè recitati poſtrema verba vtrique ſententiæ conuenire poſſunt, prioti aptantur à Sauſſaio, qui Martyrologio Gallicano ſanctum * Aredium aſcribit octauo Kalendas Septembris, & de felici ſanctl Ferreoli ad Deum tranſitu ſic in eius natali diſſerit decimo-quarto Kalendas Octobris. *Demùm cùm beati Aredy funus pio affectu curaſſet, mortis ſuæ præcognito tempore, Clericos ad omnes officy partes explendas adhortatus, mœrentes etiam conſolatus, ruptis carnis vinculis, ad optatam filiorum Dei libertatem regnúmque, ſpiritum immaculatum tranſmiſit.* Nobis tamen poſterior ſenſus magis arridet, eáque de cauſa mortem Ferreoli poſt aliquot annos differemus. Superſedemus genealogiæ, teſtamento, ac donationibus Aredij, eiúſque matris Pelagiæ, quæ deſcribuntur à Labbeo [a] inter miſcellanea curioſa, & à Sammarthanis [b] in Gallia Chriſtiana, nullius enim ſunt fidei, faſtidiúmque pariunt erudito Lectori. Sanctus Aredius in Martyrologio Gallicano colitur octauo Kalendas Septembres, eius verò ſolemnitas quia cum feſto ſancti Ludouici Regis concurrebat, die ſequenti celebratur apud Turonos in templo ſancti Martini; feſtiuitatem igitur ſancti Martini, quâ expletâ Aredius ſub exitum vitæ ſuæ Turonos venit, interpretare ordinationem ac tranſlationem ſancti Martini & dedicationem eius Baſilicæ, quæ Tabulis Eccleſiaſticis quarto Nonas Iulias inſcribuntur.

* *S. Trier.*
[a] Cap.2 part.5.
[b] Tom. 4.

VII. MIRACVLA IN FESTO S. MARTINI.

Eo feſto adueniente Nonnichius Nanneticorum Pontifex ad Baſilicam Sancti perrexit exhibens ſecum puerum membris diſſolutum, nomine Baudegiſillum, & celebratâ ſolemnitate hunc artubus reſtitutis, ſecum reduxit incolumem. Sed & quatriduo ante illam feſtiuitatem carcer ciuitatis Remenſis patefactus fuit virtute ſancti Martini, cúmque Gregorius Epiſcopus Turonenſis, qui duo illa prodigia libro quarto [c] de miraculis ſancti Martini, anno Childeberti Regis decimo-ſexto conſignat, ad eundem Regem poſteà ſe contuliſſet, & rerum adeò mirabilium narrationem iniret, *affirmauit Rex quoſdam ex his qui abſoluti fuerant ad ſe veniſſe, atque compoſitionem fiſco debitam, quam illi fredum vocant, à ſe fuiſſe reis indultam.*

[c] Capp. 26 27.

VIII. CLOTARIVS REX BAPTIZATVR.

Actum iam quidem anteà non ſemel fuerat de baptiſmo Clotarij, ad quem celebrandum & ante annos ſex inuitatus Guntchramnus Pariſios ex Burgundia venerat. Sed res rum ſtudio dilata, variiſque poſt hæc intercedentibus cauſis impedita, hoc demùm anno apud Nemptodorum * ſeu Nemetodorum Pariſienſis agri vicum peracta eſt in conuentu Epiſcoporum, Ætherij Lugdunenſis, Siagrij Auguſtodunenſis, Flauij Cabillonenſis, aliorúmque quos Guntchramnus adeſſe iuſſerat. *Rex Guntchramnus*, inquit Gregorius [d], *poſtquàm conualuit, acceſſit Pariſius. Exinde ad Rotoialenſem * villam ipſius vrbis properans, euocato puero iuſſit baptiſterium præparari in vico Nemptodoro. Dum autem hæc agerentur, Legati Childeberti Regis acceſſerunt ad eum dicentes. Non enim iſta nuper nepoti tuo Childeberto pollicitus eras, vt cum inimicis eius amicitiam colligares? Sed in quantum cernimus, nihil de promiſſione tua cuſtodis, ſed potiùs quæ promiſeras prætermittis, & puerum iſtum in vrbis Pariſiaca Cathedra Regem ſtatuis. Iudicabit enim Deus, quia non reminiſceris quæ pollicitus es. Hæc iis dicentibus, Rex ait. Promiſſionem, quam in nepotem meum Childebertum Regem ſtatutam habeo, non omitto. Nam illum non oportet ſcandalizari, ſi conſobrinum eius filium fratris mei de ſancto ſuſcipiam lauacro, quia hanc petitionem nullus Chriſtianorum debet abnuere. Eámque ego, vt Deus manifeſtiſſimè nouit, non calliditate aliquâ, ſed in ſimplicitate puri cordis agere cupio, quia offenſam diuinitatis incurrere formido. Non eſt enim humilitas genti noſtræ, ſi hic à me excipiatur. Si enim Domini proprios famulos de ſacro fonte ſuſcipiunt, cur & mihi non liceat propinquum parentem excipere, ac filium facere per baptiſmi gratiam ſpiritalem? Abſcedite nunc, & nuntiate Domino veſtro. Pactionem quam tecum pe-*

* *Nanterre.*
[d] Lib 10. c. 28.
* *Ruel.*

AN. CH. *pigi, cuſtodire cupio inlibatam, quam ſi tua conditionis noxa non omiſerit, à me*
591. *prorſus omitti nequibit. Et hac dicens, Legatis diſcedentibus, Rex accedens ad la-*
GVNTCH. *uacrum ſanctum, obtulit puerum ad baptizandum. Quem excipiens, Chlotharium*
R. 30. *vocitari voluit, dicens. Creſcat puer, & huius ſit nominis executor, ac tali poten-*
CHILDEB. *tiâ polleat, ſicut ille quondam, cuius nomen indeptus eſt. Quod myſterium* * *cele-*
II. R. 16. *bratum, inuitatum ad epulum paruulum multis muneribus onerauit. Similiter &*
CLOTAR. *Rex ab eodem inuitatus, pleriſque donis refertus abſceſſit, & ad Cabillonenſem vr-*
II. R. 8. *bem redire ſtatuit.*

* id eſt, *quo myſterio celebrato.*

IX.

[a] Lib. 10. c. 25.

MORS PSEVDOPROPH.

Hoc anno in Anicienſi Diœceſi necatus eſt Pſeudopropheta, qui ſe Chriſtum mentiebatur. De illo impoſtore ſic diſſerit Gregorius Turonenſis [a]. *Quidam ex Biturico, vt ipſe poſtmodum profeſſus eſt, dum ſaltus ſiluarum ingreſſus, ligna cæderet ad explendam operis cuiuſdam neceſſitatem, muſcarum eum circumdedit examen, qua de cauſa per biennium amens eſt habitus. Vnde intelligi datur diabolica emiſſionis fuiſſe nequitiam. Poſt hac tranſactu vrbibus propinquis Arelatenſem prouinciam adiit. Ibique indutus pellibus quaſi religioſus orabat. Ad quem illudendum pars aduerſa diuinandi ei tribuit facultatem. Ex hoc vt in maiori proficeret ſcelere, commotus à loco, prouinciam memoratam deſerens Gabalitana regionis terminum eſt ingreſſus, proferens ſe magnum, ac profiteri ſe non metuens Chriſtum, adſumptâ ſecum muliere quadam pro ſorore, quam Mariam vocitari fecit. Confluebat ad eum multitudo populi, exhibens infirmos, quos contingens ſanitati reddebat. Conferebant enim ei aurum argentumque ac veſtimenta hi qui ad eum conueniebant. Quod ille quò faciliùs ſeduceret, pauperibus erogabat. Proſternens ſe ſolo, effundens orationem cum muliere memorata, & ſurgens ſe iterum à circumſtantibus adorari iubebat. Prædicebat enim futura, & quibuſdam morbos, quibuſdam damna prouenire denunciabat, paucis ſalutem futuram. Sed hæc omnia diabolicis artibus, & præſtigiis neſcio quibus agebat. Seducta eſt autem per eum multitudo immenſa populi, & non ſolùm ruſticiores verùm etiam Sacerdotes Eccleſiaſtici. Sequebantur autem eum ampliùs quàm tria millia populi. Intereà cœpit quoſdam ſpoliare ac prædari, quos in itinere reperiſſet. Spolia tamen non habentibus largiebatur. Epiſcopis ac ciuibus minas mortis intentabat, eò quòd ab iis adorari deſpiceretur. Ingreſſus autem*

* *Anis.*

Vellaua vrbis terminum, ad locum quem Anicium * *vocitant accedit, & ad Baſilicas propinquas cum omni exercitu reſtitit inſtruens aciem, qualiter Aurelio ibidem tunc conſiſtenti Epiſcopo bellum inferret. Mittens etiam ante ſe nuncios, homines nudo corpore, ſaltantes atque ludentes, qui aduentum eius adnunciarent. Quod ſtupens Epiſcopus, direxit ad eum viros ſtrenuos, inquirentes quid ſibi vellent iſta quæ gereret. Vnus autem ex iis, qui erat ſenior, cùm ſe inclinaſſet quaſi genua oſculaturus, ac diſcuſſurus viam illius, iuſſit eum adprehenſum ſpoliari. Nec mora, ille euaginato gladio in fruſta concidit, cecidiſque Chriſtus ille, qui magis antichriſtus nominari debet, & mortuus eſt. Diſperſíque ſunt omnes qui cum eo erant, Maria autem illa ſuppliciis dedita, omnia phantaſmata eius ac præſtigias publicauit. Nam homines illi, quos ad ſe credendum diabolicâ circumuentione turbauerat, nunquam ad ſenſum integrum ſunt regreſſi, ſed hunc ſemper quaſi Chriſtum, Mariam autem illam partem deitatis habere profitebantur. Sed & per totas Gallias emerſerunt plerique, qui per has præſtigias adiungentes ſibi mulierculas quaſdam, quæ debacchantes ſanctos eos confiterentur, magnos ſe in populis præferebant.* Ex quibus

X. pleroſque à ſe viſos teſtatur Gregorius Turonenſis, quos ab errore niſus eſt

PVNIVNTVR VIOLATORES DIEI DOMIN.

ſuis obiurgationibus reuocare.

Apud Lemouicinam vrbem ob Dominici diei iniuriam pro eo quòd in eo operam publicam exercerent, plerique igne cæleſti conſumpti ſunt. Sanctus eſt enim hic dies, qui in principio lucem conditam primus vidit, ac Dominicæ Reſurrectionis teſtis factus emicuit, ideóque omni fide à Chriſtianis obſeruari debet, ne fiat in eo omne opus publicum. Hæc Gregorius Turonenſis [b], qui deinde ſubiungit catalogum Epiſcoporum Turonenſium, atque ita finem operi ſuo Hiſtorico imponit.

[b] Lib. 10 c. 30.

XI.

CHRONOLOGIA CONFIRMATVR

Hoc loco Chronologiam noſtram obiter ſynchroni Scriptoris authoritate

AN. CH. 591. GVNTCH. R. 30. CHILDEB. II. R. 16. CLOTAR. II. R. 8.

confirmabimus. Ioannes Monaſterij Biclatenſis prope Barcinonem Abbas à Nicæna Synodo ad annum Mauritij Auguſti octauum, Richaredi Regis quartum, quo Chronicon ſuum abſoluit, annos numerat CCLXVI. Quid noſtræ computationi conuenientius dici poteſt? Nicæna Synodus celebrata eſt Paulino & Iuliano Conſulibus, id eſt, anno Chriſti trecenteſimo viceſimo-quinto; annum Mauritij octauum, Richaredi quartum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-primo illigamus. Neque te moueat, quòd acta Synodi Toletanæ tertiæ tale habeant exordium. *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno quarto regnante glorioſiſſimo atque piiſſimo & Deo fideliſſimo Domino Reccaredo Rege, die octauo Iduum Maiarum, æra ſexcenteſimâ vigeſimâ-ſeptimâ, hac Synodus habita eſt in ciuitate regia Toletana.* Irrepſit enim mendum in Eram, & loco ſexcenteſimæ vigeſimæ-ſeptimæ reponi debet ſexcenteſima vigeſima-nona, quæ cum anno Richaredi Regis quarto coincidit.

XII. Hoc anno, Indictione nonâ, Gtegorius Papa datis literis [a] ad Epiſcopos Virgilium Arelatenſem & Theodorum Maſſilienſem in cauſa Iudæorum, quos audierat vi potiùs ad fontem baptiſmatis quàm prædicatione perductos ad priorem vomitum continuò redire, ſuauiter hortatus eſt, vt frequenti prædicatione prouocarent eiuſmodi Iudæos, quatenus mutare veterem vitam magis de Doctoris ſuauitate gauderent. *Gregorius Virgilio Arelatenſi & Theodoro Epiſcopo Maſſiliæ Galliarum. Scribendi ad fraternitatem veſtram reddendique debita ſalutationis alloquium licèt nulla congrui temporis vel perſonarum eſſet occaſio, actum eſt, vt vno in tempore, & quæ decebant de dilectione proximitatis fraternæ perſoluerem, & quorumdam querimoniam, quæ ad nos perlata eſt, quomodo errantium animæ ſaluandæ ſint, non tacerem. Plurimi ſiquidem Iudaicæ religionis viri in hac prouincia commorantes ac ſubinde in Maſſiliæ partes pro diuerſis negotiis ambulantes ad noſtram perduxere notitiam, multos conſiſtentium in illis partibus Iudæorum, vi magis ad fontem baptiſmatis quàm prædicatione perductos. Nam intentionem quidem huiuſcemodi & laude dignam cenſeo, & de Domini noſtri dilectione deſcendere profiteor. Sed hanc eandem intentionem niſi competens Scripturæ ſacræ comitetur effectus, timeo ne aut mercedis opus exinde non proueniat, aut iuxta aliquid, animarum quas eripi volumus, quod abſit, diſpendia ſubſequantur. Dum enim quiſpiam ad baptiſmatis fontem non prædicationis ſuauitate ſed neceſſitate peruenerit, ad priſtinam ſuperſtitionem remeans inde deteriùs moritur, vnde renatus eſſe videbatur. Fraternitas ergo veſtra huiuſmodi homines frequenti prædicatione prouocet, quatenus mutare veterem vitam magis de Doctoris ſuauitate deſiderent. Sic enim & intentio veſtra rectè perficitur, & conuerſi animus ad priorem denuò vomitum non mutatur. Adhibendus ergo eſt illis ſermo, & qui errorum in ipſis ſpinas vrere debeat, & prædicando quod in his tenebreſcit illuminet, vt pro his admonitione frequenti mercedem fraternitas veſtra capiat, & eos, quantùm Deus donauerit, ad nouæ regenerationem vitæ perducat.*

[a] Lib. 1. ep. 45.

GREGORIVS PP. SCRIBIT AD EPISC. ARELAT. ET MASSIL. DE IVDÆIS AD FIDEM PER PRÆDICATIONEM CONVERTENDIS.

XIII. Ex hiſce Gregorij Magni literis apertè conſtat illis temporibus non vnam omnium Eccleſiarum diſciplinam in baptizandis Iudæis viguiſſe. Iudæi cogebantur ad Baptiſmum in Francia, non cogebantur Romæ. De Chilperico Francorum Rege Gregorius Turonenſis ad annum eiuſdem Chilperici Regis ac Guntchramni fratris viceſimum-primum, Childeberti verò ſeptimum, id eſt, ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſecundum ita ſcribit [b]. *Rex Chilpericus multos Iudæorum baptizari præcipit, ex quibus plures excipit è ſancto lauacro. Nonnulli tamen eorum corpore abluti tantùm non corde ad ipſam quam priùs perfidiam habuerant Deo mentiti regreſſi ſunt, itant & Sabbatum obſeruare & diem Dominicum honorare videantur. Priſcus verò ad cognoſcendam veritatem nullâ penitus potuit ratione deflecti. Tunc iratus Rex iuſſit eum cuſtodiæ mancipari, ſcilicet vt quem credere voluntariè non poterat, audire & credere faceret vel inuitum.* Chilperici factum nullus Antiſtes improbauit, ne quidem Gregorius Turonenſis, qui non omiſiſſet in baptizandis Iudæis violatam ab eo Rege diſciplinam Eccleſiæ, ſi reuerà tunc violatam putaſſet. Re-

IVDÆI IN FRANCIA QVOMODO AD FIDEM PERDVCTI.

[b] Lib. 6. c. 17.

AN. CH. 591.
GVNTCH. R. 30.
CHILDEB. II. R. 16.
CLOTAR. II. R. 8.

gnabat Chilpericus in Francia Neuſtraſiana. Parruum in cogendis ad baptiſmum ſuſcipiendum Iudæis imiratus eſt Auſtraſianæ Franciæ Rex Childebertus, intra cuius imperium Diœceſes eranr Arelarenſis & Maſſilienſis, quarum Epiſcopis Gregorius Papa lireras ſuprà deſcriptas tranſmiſir. Illæ autem lireræ non decrerorio ſed ſuaſorio tantùm ſtylo ſunr exaratæ, conſiliúmque duntaxat dederunt & monita, diſciplinam neutiquam præſcripſerunr. Nullum igitur inter Francos & Romanum Ponrificem diſſidium fuir, quod Eccleſiæ pacem perturbare poſſet, eriamſi Præſules Francorum in accepta de baptizandis Iudæis conſuetudine permanerent. Lege Ioannem Launoium Pariſienſem Theologum in opuſculo de veteri more baptizandi Iudæos & Infideles. Quamuis aurem, vr hic Auctor ſcribit, *Galli noſtri*, ſeu Franci, *non crediderint, in cogendis ad baptiſmum gentilibus & Iudæis, contra iuſtitiam peccari; arbitratíque ſint felicem eſſe neceſſitatem, quæ ad meliora compellat; humanam libertatem perfici potiùs, quàm minui, dum ne quis eâ in propriam abutatur perniciem, impeditur*, haud abſtinuerunt ab Euangelicæ veritatis prædicarione, cuius adminiculo conari ſunr primùm Iudæos ad Chriſtianam fidem perducere. Si verba Gregorij Turonenſis arrenrè perpendanrur, id innoteſcet euidenriſſimè. Bis hic Scriptor egit de conuerſione Iudæorum; ſemel libro quinro Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite vndecimo; iterum libro ſexto, capite decimoſeptimo. Primâ vice locutus eſt de ſolis Iudæis, qui ciuitatem Aruernam in regno Childeberri Regis incolebanr. Alterâ vice ſermonem inſtituir de Iudæis, qui degebanr in ditionibus Chilperici. De Iudæis vrbis Aruernæ ſic diſſeruit. *Quia ſemper Deus noſter Sacerdotes ſuos glorificare dignatur, quid Aruerno de Iudæis hoc anno*, Childeberti Regis primo, Chriſti quingenreſimo ſexageſimo-ſexto, *contigerit, pandam. Cùm eoſdem plerumque beatus Auitus Epiſcopus commoneret, vt relicto velamine Legis Moſaicæ, ſpiritaliter lecta intelligerent, & Chriſtum filium viuentis Dei Propheticâ & Legali auctoritate promiſſum, corde puriſſimo in ſacris literis contemplarentur, manebat in pectoribus eorum, iam non dicam velamen illud quo facies Moyſi obumbrabatur, ſed paries. Sacerdote quoque orante, vt conuerſi ad Dominum, velamen ab eis litera rumperetur, quidam ex his ad ſanctum Paſcha, vt baptizaretur expetiit, renatúſque Deo per Baptiſmi ſacramentum, cum albatis reliquis in albis & ipſe procedit. Ingredientibus autem populis portam ciuitatis, vnus Iudæorum ſuper caput conuerſi Iudæi oleum fœtidum diabolo inſtigante diffudit. Quod cùm horrens populus voluiſſent eum vrgere lapidibus, Pontifex vt fieret non permiſit. Die autem beato, quo Dominus ad cælum poſt redemptum hominem glorioſus aſcendit, cùm Sacerdos de Eccleſia ad Baſilicam pſallendo procederet, inruit ſuper ſynagogam Iudæorum multitudo ſequentium, deſtructámque à fundamentis campi planitiæ adſimilatur. Aliâ autem die Sacerdos eis Legatos mittit, dicens. Vi ego vos confiteri Dei filium non impello, ſed tamen prædico, & ſalem ſcientiæ veſtris pectoribus trado. Paſtor ſum enim Dominicis ouibus ſuperpoſitus, & de vobis ille verus Paſtor, qui pro nobis paſſus eſt, dixit habere ſe alias oues, quæ non ſunt ex ouili ſuo, quas eum oporteat adducere, vt fiat vnus grex & vnus Paſtor. Ideóque ſi vultis credere, vt ego, eſtote vnus grex, cuſtode me poſito; ſin verò aliud, diſcedite à loco.* Illi diu æſtuantes atque dubirantes, tertiâ die annuente Antiſtite coniuncti in vnum, tandem perierunt ablui Baptiſmo. *Fuerunt autem qui baptizati ſunt, ampliùs quingenti. Hi verò qui Baptiſmum noluerunt, diſcedentes ab illa vrbe, Maſſiliæ redditi ſunt.* Ex hoc Gregorij Turonenſis rexru parer, Iudæos, vt accederent ad ouile Chriſti, ſæpè monitos fuiſſe ab Auiro Epiſcopo, priuſquàm illis ab eodem per nunrios ſignificaretur, vt aur Chriſtiani fierent, aur ſolum murarenr. In dubium non vocamus, quin & aduersùs Iudæos eodem ſe modo geſſerint Anriſtires Arelarenſis & Maſſilienſis, quibus inſcribuntur literæ Romani Pontificis ſuprà recitaræ. Nec eriam Rex Chilpericus aliter aggreſſus eſt conuerſionem eorumdem Iudæorum, quos cerrè priùs erudiri quàm baptizari præcepit. In cauſa Priſci clariſſimus eſt textus Gregorij Turonenſis iam deſcriptus ex capire decimo-

ſeptimo libri ſexti. *Priſcus ad cognoſcendam veritatem nullâ penitus potuit ratione deflecti. Tunc iratus Rex* Chilpericus *iuſſit eum cuſtodiæ mancipari, ſcilicet vt quem credere voluntariè non poterat, audire & credere faceret vel inuitum.* Vulgata editio non ita benè ſic habet, *vt quem credere voluntariè non poterat, ſaltem credere faceret vel inuitum.* Meliùs Codex Corbeienſis præcitatus docet Priſcum & rationibus tentatum vt ad cognoſcendam veritatem adduceretur, & coniectum in carcerem vt Euangelij præcones vel inuitus audiret, quos liber aliàs contempſerat irriſeratque.

AN. CH. 591. GVNTCH. R. 30. CHILDEB. II. R. 16. CLOTAR. II R. 8.

Paulus Diaconus librum quartum de Geſtis Longobardorum ſic orditur ab eorum redemptione, quos anno priore Franci captiuos ex agro Tridentino abduxerant. *Confirmatâ igitur Agilulfi, qui & Ago dictus eſt, regiâ dignitate, causâ eorum, qui ex caſtellis Tridentinis captiui à Francis ducti fuerant, Agnellum Epiſcopum Tridentinum in Franciam miſit. Qui exinde rediens aliquantos captiuos, quos Brunihildis Regina Francorum ex proprio pretio redemerat, reuocauit. Euin quoque Dux Tridentinorum ad obtinendam pacem ad Gallias perrexit, quâ & impetratâ regreſſus eſt.* XIV.

LONGOBARDI REDEMPTI.

ANNVS

CHRISTI 592.

GVNTCHRAMNI R. 31. 32.

CHILDEBERTI II. R. 17.

CLOTARII II. R. 9.

592. GVNTCH. R. 31. CHILDEB. II. R. 17. CLOTAR. II. R. 9.

ANNVS Chriſti quingenteſimus nonageſimus-ſecundus, Guntchramni Regis triceſimo-primo, Childeberti decimo-ſeptimo illigatur. Fredegario quia calculum Gregorij Turonenſis, quem in annis Guntchramni ſupputandis ſecuti ſumus, vno anno præuertit, eſt annus Guntchramni triceſimus-ſecundus, vt & Aimoino qui poſt Chilperici mortem annos Guntchramni ſecundùm eiuſdem Fredegarij computum numerauit libro tertio ſuæ Hiſtoriæ. I.

CHRONOLOGIA FREDEGARII ET AIMOINI.

Anno XXXII. *regni Guntchramni*, inquit Fredegarius [a], *ita à mane vſque ad medium diem Sol minoratus eſt, vt tertia pars ex ipſo vix adpareret.* Qui diſcrimen vnius anni inter calculos Gregorij Turonenſis & Fredegarij ſuperiùs à nobis obſeruatum non aduertunt, hanc Solis defectionem in annum ſequentem reiiciunt, verùm anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio nulla omnino eclypſis Solaris fuit, nam è quatuor nouiluniis quæ prope caput & caudam Draconis contigerunt, & de quibus ſolis poteſt aliqua quæſtio moueri, tria pluribus poſt Solis occaſum horis facta ſunt, vnicum interdiu, nempe quarto Nonas Auguſtas, horâ circiter ſecundâ pomeridianâ, quod eclypticum non fuit. Solis autem defectionem anno nono Mauritij, qui in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſecundum incidit, verno tempore contigiſſe ſcribunt Theophanes in ſua Chronographia & Anaſtaſius in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Textus Theophanis ad annum Mauritij Auguſti nonum, θʹ, talis eſt. Τούτῳ τῷ ἔτει ἀρχομένου τοῦ ἔαρος, καὶ τῶν πραγμάτων τὴν Θρᾴκην καταλαβόντων, ἐξῆλθεν σὺν αὐτοῖς ὁ Μαυρίκιος ἰδεῖν τὰ ὑπὸ τῶν βαρβάρων κατεστραμμένα. ἡ δὲ Αὔγουστα, καὶ ὁ Πατριάρχης, καὶ ἡ Σύγκλητος παρεκάλουν τὸν βασιλέα μὴ αὐτουργῆσαι πόλεμον, ἀλλὰ στρατηγῷ τοῦτο ἐγχειρῆσαι, ὁ δὲ οὐ κατεδέξατο, ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐν τῷ πολέμῳ, γέγονεν ἡλίου ἔκλειψις. II.

[a] Cap 12.

SOLIS ECLYPSIS.

AN. CH. 592. GVNTCH. R. 31. CHILDEB. II. R. 17. CLOTAR. II. R. 9. *Hoc anno, ineunte vere, & copiis in Thracia iam collectis, Mauricius cum eis egreſſus ruinas à barbaris excitatas viſum perrexit. Auguſta verò, Patriarcha, & vniuerſus Senatus, ne propriâ operâ moueret bellum, quin illud Duci committeret, rogabant; quod ille detrectauit admittere. Eo igitur ad caſtra pergente, Solis defectus contigit.* Eadem ita ſcribit Anaſtaſius. *Anno Imperij ſui nono, cùm ver inciperet, & agmina perueniſſent ad Thracem, exiuit cum eis Mauritius videre, quæ à barbaris eſſent euerſa. Auguſta verò, & Patriarcha, & Senatus rogabant Imperatorem ne per ſemetipſum bellum iniret, ſed potiùs id Prætori committeret. Aſt Imperator non adquieuit. Exeunte autem ad Septimum, Solis eclypſis facta eſt.* Viſa eſt decimo-quinto Kalendas Aprilis, paulò ante horam nonam, & duabus horis ac dimidiâ durauit, vti ſecundùm Pariſinas tabulas accuratè demonſtrat Petauius libro octauo de doctrina temporum. Et hic apud Enſchenium in diatriba [a] de tribus Dagobertis ſolidus habetur Fredegarij & Aimoini Character, quo tempora ſequentia niti poſſunt.

[a] Lib. 1. c. 3.

III. Gregorius Turonenſis, cuius obitus in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum incidit, res poſtremo vitæ ſuæ quadriennio geſtas non eſt proſecutus in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica, ſed libro quarto de miraculis ſancti Martini ſcripſit multa quæ pertinent ad illa tempora; inprimis nos docet capite triceſimo-ſecundo Platonem Pictauenſibus infulis donatum fuiſſe poſt annum Childeberti Regis decimum-ſextum cuius meminerat capite viceſimo-ſexto, & ante Guntchramni Regis mortem quam capite triceſimo-ſeptimo perſtrinxit, id eſt, hoc anno qui decimus-ſeptimus Childeberti Regis numeratur, paucíſque menſibus ante Guntchramni Regis obitum, quem anno ſequenti referemus quinto Kalendas Aprilis. Maroueus igitur Epiſcopus Pictauenſis ad hunc annum peruenit, eique mortuo ſucceſſit Plato Archidiaconus Turonenſis, cuius ſubrogationi præſens interfuit Gregorius Turonenſis Epiſcopus, vt patet ex hoc epigrammate Fortunati [b].

PLATO FIT EPISC. PICTAV.

[b] Lib. 9. c. 30.

Prouida diſponunt Reges ſolatia plebi,
Pontificem dantes quem probat alma fides.
Vt colat Hilarium, quem dat Martinus alumnum,
Et Confeſſoris protegat ala potens.
Dirigat hic populum ſucceſſor, honore beato,
Et Clerum Eccleſiæ qui moderetur ope.
Floreat arce decens Rex Childebertus in orbe,
Cum genitis, populo, matre, ſorore, iugo.
Gaudia læta paret præſentia ſancta Gregori,
Et geminas vrbes adiuuet vna fides.
Qui modò diſcipulo Platone Antiſtite ſummo
Sollemnem Eccleſiæ hic dedit eſſe diem.

IV. Cùm Plato *Epiſcopatum Pictauæ vrbis adeptus eſt, virtus* Sancti Martini *fuit oſtenſa*, inquit Gregorius Turonenſis [c], *domus adiuncta Eccleſiaſticæ domui incendio maximo cremabatur, ac ſcintillæ cum carbonibus ſuper domum Eccleſiæ impellente vento cadebant, ſed ille de puluere beati ſepulchri ſecum habens, eleuatum * chriſmarium contra ignem, exortus ſubitò ventus vento illi contrarius flammas tecta Eccleſiaſtica offendentes alia pepulit in parte, & ſic domus Eccleſiæ liberata eſt.*

[c] De Mir. S. Mart. l. 4. c. 32.

INSIGNE MIRACVL.

* id eſt, eleuato chriſmario.

V. Audoueus ſiue Audoinus aut Andoueus Andegauenſis Epiſcopus, qui prout ex Gregorio Turonenſi [d] in obitu Theodulfi Diaconi probauimus, anno Childeberti Regis decimo-quinto, Chriſti quingenteſimo-nonageſimo in viuis adhuc ſuperſtes erat, obiit etiam hoc anno, vt colligimus ex Licinij ſeu Lucinij ſucceſſoris ordinatione, quæ ſexto Idus Iunias in Martyrologio Gallicano recolitur, & ex antiquo ritu peracta creditur die Dominico, qui per menſem Iunium huius anni biſextilis notatus eſt literâ E. Licinij promotio ad Epiſcopatum ſeriùs differri nequit, nam Magnobodus, qui poſt Cardulphum Licinij ſucceſſorem in eadem Cathedra ſedit, annum ordinationis ſuæ decimum in vita ſancti Maurillij cum anno Clotarij Regis triceſimo-tertio

[d] Lib. 10. c. 14.

LICINIVS FIT EPISC. ANDEG.

AN. CH. 592.
GVNTCH. R. 31.
CHILDEB. II. R. 17.
CLOTAR. II. R. 9.

ſeu Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſexto comparat. Licinium ab omnibus expetitum in Epiſcopum ita declarat Author vitæ coæraneus [a]. *Interuenientibus annis contigit, vt præfata Andegauenſium vrbs Præſule indigeret. Tunc copioſa multitudo virorum, regionem illam habitantes, & cognoſcentes præſcripti S. Licinij prudentiam, fidem, & opera, conuerſationémque nobiliſſimam, & vitam clariſſimam, conſonâ voce in inuicem & in Pontificem ſibi fore eligere diſponebant. Optimates verò atque viri illuſtriſſimi, qui eo tempore rectores Palatij videbantur, glorioſo memorato Clotario Francorum Regi eius conſanguineo famam beati viri innoteſcunt, & actus eius non ſilentes teſtimonium perhibent, dignum tantum talémque virum Pontificem eorum fieri, atque ſummo fungi Sacerdotio eorum electione deberi. Quorum petitio effectum auxiliante Domino obtinuit, libentérque impetrauerunt, quod deuoti poſtulauerunt. Tunc omnis plebs in Spiritu Sancto ſimul paritérque accepto conſilio, cum Regis eiuſdem imperio, adminiculante Domino, à quo olim electus erat, ſubrogatus eſt vt praeſſet prædicta Eccleſiæ Andegauenſi. Ille autem lacrymans, & compulſus, quia ſic Domino placitum erat, iam dictam Eccleſiam ad gubernandum ſuſcipiens, canonicè Epiſcopus ordinatur.* Deinde qualem in Epiſcopatu ſe geſſerit, prolixâ narratione perſequitut. Variis virtutibus ac miraculis refulſit Licinius. Orationibus ac ieiuniis vacabat, paupetibus eleemoſynam largè tribuebat, populis verbum Dei prædicabat ac frequentem communionem ſuadebat, diœceſim aſſiduâ cutâ viſitabat. *Dedit Bertigranno Cenomanenſium Epiſcopo quaſdam reiculas & vineas in adiutorium ad Monaſterium Apoſtolorum, quod ipſe tunc temporis in honore diuino & Sanctorum Apoſtolorum, iuxta prædictam Cenomanicam vrbem, in territorio ſuæ Sedis Eccleſiæ conſtruere, & deuotè tam proprij quàm & prædictæ ſuæ Sedis Eccleſiæ dotare atque ditare nitebatur, ſicut in teſtamento, quod de præfato Monaſterio memoratus Dominus Bertigrannus compoſuit, & propriâ manu, vnà cum aliorum bonorum virorum legali conſenſu etiam regiè atque canonicè corroborauit, hactenus habetur inſertum.* In Hiſtoria Cenomanenſium Antiſtitum apud Antonium Coruæſierium extat integrum Bettigranni ſeu Bettranni teſtamentum, ibique prædicta Licinij donatio ſic laudatut. *Vineas verò quas mihi ſanctæ memoriæ Domnus Licinius Epiſcopus pro amoris adfectu, ſecus Cariliacenſes ſuo munere dedit, quas nos anteà de Sargite quodam, negotiante parte diuinâ, cum terra comparauimus, & inibi vineas poſuimus, & in vna clauſura cum vineis ſanctæ Eccleſiæ adiunximus, volumus vt pro mercede animæ noſtræ hoc Eccleſia ſancta Cenomanica poſſideat.*

[a] Ap. Bolland. d. 13. Febr.

VI. Hoc anno, menſe decimo ſeu Decembti, Leobardus cùm annum viceſimum-ſecundum in cellula Maiori Monaſterio vicina prope Tutonenſem ciuitatem ageret, *de labore lapidis ſubmontani quem aſſiduè cædebat confractus*, vt in eius vita Gregorius Turonenſis [b] ſcribit, *oratione indeſinenti debilitatus cœpit paulatim corporis firmitate deſtitui: quadam autem die dum nimiùm feſſus haberetur,* ipſum Gregorium Tutonenſem Epiſcopum *ad ſe vocari praecepit*, & *eulogias* ab eo *flagitauit, quibus acceptis hauſto mero ait, tempus meum iam impletur iubente Domino, vt me ab huius corporis vinculis iubeat relaxari, ſed adhuc paucis diebus erit ſpatium, verumtamen ante diem ſanctum Paſcha vocandus ero. Erat menſis decimus quando hæc eſt effatus*, obiit ſequenti menſe qui annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium aperuit.

LEOBARDVS MORTEM SVAM PRÆDICIT.

[b] De vit. Patr. cap. 20.

VII. Hoc anno, ſi Iutenſem Chtonologiam benè ſtabiliuimus, Sapientius Abbas obiit, poſtquàm Monaſterio ptæfuiſſet [c] annis ſeptemdecim. Succeſſit Talaſius, de quo iterum anno ſequenti.

ABB. IVRENS.

[c] Gall. Chriſt. tom. 4.

VIII. Anaſtaſius hoc eodem anno, Mautitij Auguſti nono, teſtatut Legatos Ftancorum ptofectos eſſe Conſtantinopolim, & Impetatorem, cùm ad loca maritima iam proceſſiſſet, ptopter eorum aduentum, in Vrbem Regiam rediiſſe. *Cùm veniſſet*, inquit, *ad maritima, & didiciſſet, quòd Legati Perſarum Byzantium, atque Francorum veniſſent, ad regalia remeauit.* Ceterùm Anaſtaſius annum Mauritij Auguſti nonum cum anno diuinæ Incatnationis quingenteſimo octogeſimo-tettio malè comparat. En otiginem totius ertotis. Operæ

LEGATI FRANC. AD IMP.

AN. CH. 592. pretium duxit, vt in operis ſui præfatione teſtatur, *ex Georgy ſummatim quadam, & Theophanis Chronographia plura, ſed ſuccinctè carpenda, quorum prior vſque ad Diocletianum, poſterior verò vſque ad Leonem, qui poſt Michaelem imperauit, prædicti operis ſui ſtylum protraxit.* Theophanes autem initio ſuæ Chronographiæ, annum Diocletiani Auguſti primum, quem cum anno Chriſti ducenteſimo octogeſimo-ſexto compoſuimus, anno diuinæ Incarnationis ducenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo illigat. Atque ita nec plures annos nec pauciores, quàm Theophanes & Anaſtaſius, ab anno Diocletiani Auguſti primo ad annum vſque Mauritij Auguſti nonum numeramus, quamuis illos annos aliter, quàm iidem Auctores, cum annis Dominicæ Incarnationis conferamus.

CHRONOLOGIA THEOPHANIS ET ANASTASII.

---

593. GVNTCH. R. 32. CHILDEB. II. R. 18. CLOTAR. II. R. 10.

ANNVS

CHRISTI 593.

GVNTCHRAMNI R. 32. 33.

CHILDEBERTI II. R. 18. 1.

CLOTARII II. R. 10.

I. ANNO Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio, die decimâ-octauâ Ianuarij migrauit ad Deum ſanctus Leobardus, qui teſte Gregorio [a] Turonenſium Epiſcopo *viginti & duos annos* in cellula prope Maius Monaſterium degit. Sub exitum prioris anni menſe decimo ſeu Decembri prædixerat ſe moriturum intra paucos dies, *vndecimo menſe* ſeu Ianuario proximè ſequenti *cæpit* iterum grauiter ægrotare, *aduenit dies Dominica, vocat miniſtrum ſuum, & ait, præpara quiddam cibi quod accipiam, quia valdè defeſſum me ſentio, illo quoque reſpondente, praſto eſt Domine, ait ad eum; egredere foras & aſpice ſi iam celebrata * ſolemnia, populus de Miſſis egreditur, hoc autem dicebat non quòd cibum capere vellet, ſed vt tranſitûs ſui nullus teſtis adeſſet, quo egrediente & reuertente cùm ingreſſus fuiſſet cellulam, inuenit virum Dei extenſum corpore, clauſis oculis ſpiritum exhalaſſe.* Colitur ſanctus Leobardus decimo-quinto Kalendas Februarias apud Molanum in additionibus ad Vſuardum. Eius obitus contigit die Dominico ſub Epiſcopatu Gregorij, vt probatum eſt ſuprà, ſedente autem Gregorio dies decimus-quintus ante Kalendas Februarias ter tantùm cum Dominico coincidit, annis ſcilicet, quingenteſimo octogeſimo-ſecundo, quingenteſimo duodenonageſimo & quingenteſimo nonageſimo-tertio, cur hunc annum duobus aliis in aſſignanda ſancti Leobardi morte prætulerimus, expoſuimus ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-tertium ſub initium Epiſcopatûs Gregoriani. In libro, quem Gregorius de vitis Patrum ſcripſit, ſancti Leobardi vita poſtremo loco ponitur, quia ceteri omnes, qui laudantur in illo opere, priùs obierunt.

[a] De vit. Patr. cap. 20

OBITVS S. LEOBARDI.

* Id eſt, celebratis ſolemnibus.

II. A ſancto Leobardo tranſeamus ad ſanctum Launomarum, qui poſtridie colitur, nempe decimo-quarto Kalendas Februarias. Si non eodem quo Leobardus deceſſit anno, certè non multùm remoto, peruenit enim ad vltima tempora non quidem Malardi, vt in vulgatis exemplaribus legitur, ſed Pappoli Carnotenſis Epiſcopi, cuius mortem anno ſequenti narrabimus. Launomarus Curbionenſis Abbas Carnotum ab Epiſcopo vocatus, cùm ibi dies aliquot manſiſſet, febre correptus ægrotare cœpit, *eo autem tempore*, vt Author vitæ teſtatur [b], *Carnotenſis Eccleſiæ Præſul erat Pappolus*, corruptè Malardus, cui futuras clades ita prædixit. *Si optio hic adhuc remorandi præbenda ſit, ſcito, mi venerande Papa, quia amarum eſt hic viuere, & exterminium regionis huius videre,*

ET S. LAVNOMARI.

[b] Ap Bolland d. 19. Ian.

AN. CH. 593. GVNTCH. R. 32. CHILDEB. II. R. 18. CLOTAR. II. R. 10.

videre, mortéſque & ſupplicia ciuium intueri, loca quoque Sanctorum ab aduerſariis nationibus profanari. Hae nempe omnia ventura ſunt ſuper locum iſtum, & hoſtilis vaſtitas intellectum hominibus dabit, quia grauia peccauerunt ei, quo permittente duriſſimos dominos patientur. Feliciùs itaque nunc morimur, quam videmus excidium prouinciæ noſtræ iam vicinum. Mors enim verè dulcis, per quam immortalitatis gloriam conſequi ſperamus. Tu autem, ô homo Dei, ne exhorreſcas, non videbis malum quod Dominus ſuper inhabitantes terram hanc ſtillabit, quoniam ante dies obſidionis vitam in bona militia conſummabis, & ad Patres tuos adiungeris. Qui autem remanſuri ſunt, hanc vrbem totam & cunctam in circuitu regionem vaſtari videbunt. Euentum illarum prædictionum exponemus ſuis locis. *Cùm autem de die in diem febrium vis corpus debilitaret, in eadem ciuitate ſenex & plenus dierum obiit die* XIV. *Kalendarum Februariarum & ſepultus eſt in Eccleſia ſancti Martini, vbi etiam beatus Leobinus eiuſdem ciuitatis Pontifex humatus eſt.* Sanctus * Launomarus aſcribitur Tabulis Benedictinis, quamuis ex eius vita nullum argumentum eruere poſſis, quo concludas illum familiæ Benedictinæ eſſe accenſendum.

* *S. Lomer.*

III. Wlfrada, quam in adoleſcentia paralyticam Launomarus ſanauerat, poſtquàm venerabilis Abbatis mortem reſciuit, eius cellulam pro munere rebus ſuis nobiliter ampliauit. *Dedit itaque cum conſenſu viri ſui Chramnulphi ei de prædio ſuo Lontuei villam & Britnogilum voto huiuſcemodi, vt ibi Monachorum & ſeruorum Dei norma conſtitueretur, & in laudibus diuinis celebris locus haberetur. Quod & ita factum eſt. Nam in regimine ouium Chriſti pater memorabilis Launomarus*, vt in eius vita legitur, *ſucceſſorem habuit virum modeſtiſſimum, nomine Ragnebertum, qui de eiuſdem Congregationis cœtu miſit fratres ad hoc opus benè idoneos, & deſiderium præfatorum præcurrente Dei gratiâ ad effectum perduxit. Superadiecit etiam deuotio eorum ob amorem ſanctiſſimi patris villam trans Ligerim fluuium ſitam, quæ nuncupatur Fagia, vt beato Launomaro interueniente ſit eis perpetuum animæ remedium, & ſecundùm ſpem ſuam peccatorum plena remiſſio.* Monaſterium Curbionis, cui poſt ſanctum Launomarum Ragnobertus, aliíque poſt Ragnobertum præfuerunt Abbates, quorum mentionem ſuis locis faciemus, ſitum erat in pago Drocenſi ſeu Doreaſſino, vt conſtat ex variis Martyrologiis in quibus habetur elogium ſancti Launomari. Errant igitur qui Cœnobium Bleſenſe ſancti Launomari, quod longè recentius eſt, confundunt cum Monaſterio Curbionenſi, Bleſis enim diſtant Drocæ triginta fermè leucis, quamuis vtrumque oppidum ad Diœceſim Carnotenſem pertineat.

CELLA S. LAVNOMARI AMPLIATVR.

ABBATES CVRBIONNENSES.

IV. Hoc anno, ſiue anno proximo à Solis defectu de quo locuti ſumus anno priori, vel vt Fredegarius [a] in ſuo Chronico ſupputat, *anno* XXXIII. *regni Guntchramni*, v. *Kal. April. ipſe Rex moritur, ſepultúſque eſt in Eccleſia ſancti Marcelli in Monaſterio quod ipſe conſtruxerat.* Fuit illa Abbatia olim celeberrima, hodie eſt tantùm Prioratus. Nonnulla geſſit Guntchramnus haud laudanda, quæ ſuis locis narrauimus, virtutes tamen & pœnitentia quam Gregorius Turonenſis laudat [b], adeò præualuerunt, vt in numero Sanctorum colatur ab Eccleſia, ſic enim habet Martyrologium Romanum quinto Kalendas Aprilis. *Cabilone in Galliis depoſitio ſancti Guntbramni Regis Francorum, qui ſpiritalibus actionibus ita ſe mancipauit, vt relictis ſæculi pompis theſauros ſuos Eccleſiis & pauperibus erogaret.* Apud Aimoinum [c] hoc celebratur elogio. *Fuit Guntramnus in bonitate præcipuus, in eroganda pauperibus alimonia largiſſimus, Chriſti Sacerdotibus ſe humilem præbens, leudis ſuis beniuolum, gentibus externis pacatum. Talibus itaque pollens virtutibus, multis nationibus eius laudes præcinentibus, præſens regnum Childeberto nepoti ſuo relinquens ipſe ad ſupernum migrauit.* Clotarij nepotis ditiones rexerat tutoris nomine, idcirco poſt eius obitum Bertchramnus Cenomanenſium Epiſcopus Clotario Regi ſacramentum indiſſolubile dedit, vt ipſemet Bertchramnus in ſuo teſtamento ſcribit. Guntchramno Regi magnâ familiaritate coniunctus fuit ſanctus Verulus, qui Pa-

[a] Cap 14.

GVNTCHRAMNI REGIS OBITVS.

[b] Lib.10.c.10.

SANCTITAS.

[c] Lib.5.c.11.

GVNTCH. R. 32. CHILDEB. II. R. 18. CLOTAR. II. R. 10.

tronus eſt Eccleſiæ Caſtellionenſis * ad Sequanam in Epiſcopatu Lingonenſi, vt Auctor vitæ teſtatur.

* *Chaſtillon ſur Seine.*

Guntchramnus tres vxores duxit, Venerandam cùm Rex nondum eſſet, Mercatrudem & Auſtrigildem cùm regno iam potiretur. Veneranda, licèt legitimas contraxerit nuptias, à Gregorio Turonenſi [a] vocatur concubina, quia viliori loco nata; filium peperit nomine Gundobadum, quem nouerca veneno pòſt ſuſtulit. Mercatrudis poſt Venerandæ mortem Guntchramno regnum iam adepto nupſit; Gundobadum priuignum, qui nutriebatur Aureliæ, toxico enecandum curauit; iuſtóque Dei iudicio, erepta eſt paulò pòſt è viuis, filio, quem genuerat, priùs amiſſo. Mortuâ Mercatrude Guntchramnus ſibi ſociauit Auſtrigildem, ex eáque duos ſuſcepit filios, Clotarium & Clodomerem, quos anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo ſubitus morbus oppreſſit, filiíſque mater triennio vix ſuperſtes vixit. Abhinc Guntchramnus in cælibatu manſit per annos duodecim menſéſque ſeptem. Præter ſupradictos quatuor filios, quos Gregorius Turonenſis [b] commemorat, habuit & duas filias, Clodebergem & Clodehildem, puellas Deo ſacratas laudatáſque in Conſtitutione Synodi Valentinæ, quam Epiſcopi ſeptemdecim anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto celebrarunt. Ambas exiſtimamus matre natas Auſtrigilde. Clodebergis obiit ante Synodum Valentinam, vt hæ voces (*bonæ memoriæ Clodebergis*) in ipſa Conſtitutione ſatis indicant. Clotildis ſeu Clodchildis ſuperſtes adhuc erat in viuis quarto Kalendas Decembres anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo, ſiue, vt Gregorius Turonenſis [c] ſcribit, *anno viceſimo-ſexto regni Domni Guntchramni Regis, Domni Childeberti verò duodecimo anno.*

V. VXORES, LIBERI.

[a] Lib. 4. c. 25.

[b] Lib. 4. c. 5.

[c] Lib. 9. c. 20.

VI. SVCCESSOR.

Plerique Clotildem Guntchramno patri ſuperuixiſſe cenſent. Ei tamen non eſt ſubrogata, tum quia fœmina, tum quia Monialis. Patruo ſucceſſit Childebertus. Apud Fredegarium [d], Guntchramni ditio, quam Childebertus ſuſcepit, *regnum Burgundiæ* nuncupatur. In Auſtria iam regnabat idem Childebertus Sigiberti patris hæres, ideóque poſt patrui mortem, *duorum regnorum*, Auſtriæ videlicet ac Burgundiæ, vallatus præſidiis apud Aimoinum [e] dicitur.

[d] Cap. 15.

[e] Lib. 3. c. 82.

VII.

Vixit Guntchramnus annos vnum circiter & ſeptuaginta, regnauit vnum & triginta cum aliquot menſibus, & quia pars iſtorum menſium pertinet ad annum quo patri Sigiberto ſucceſſit; altera pars ad annum quo receſſit è viuis, inde factum vt apud Fredegarium & Aimoinum mortuus aſſeratur anno regni triceſimo-tertio, vel, vt ſupputamus, anno triceſimo-ſecundo ex ratione computi à Gregorio Turonenſi inita & ſæpius à nobis explicata.

VIII. S. MARTINVS MIRACVLIS CLARET.

Poſt Guntchramni Regis obitum Deus hoc anno ſanctum Martinum variis miraculis illuſtrauit quæ copioſè deſcribuntur à Gregorio Turonenſi. Seligemus tantùm quatuor ex longè pluribus. Primum erit de frigoretico ſanato Aureliæ in aula Childeberti Regis. Secundum de cæcis, energumenis & paralyticis curatis in feſtiuitate ſancti Martini menſe Iulio. Tertium de claudo erecto in altera feſtiuitate ſancti Martini menſe Nouembri. Quartum de carceratis laxatis poſt aliquot dies ab illa poſteriori feſtiuitate. *Tempore quo poſt obitum glorioſiſſimi Regis Guntchramni Childebertus Rex Aurelianenſium vrbem adiit. puerorum vnus aulicorum, grauiter à typo tertiano, accedentibus diſcedentibúſque febribus, tremore ſuperueniente quatiebatur,* id cùm Gregorio Epiſcopo Turonenſi qui fortè ad Regem ſe contulerat, *fuiſſet queſtus*, Gregorius *de puluere ſancti ſepulchri* porrexit. *Quod hauriens compreſſo tremore conualuit. Non poſt multos dies, cùm ſolennia Sancti dies annuus retuliſſet.* Gregorius *à Rege* regreſſus *feſtiuitati* affuit, *in qua quatuor cæci lumine recepto regreſſi ſunt, duo energumeni mundati, duo paralytici contracti reſtitutis greſſibus incolumes redierunt. Aliâ verò feſtiuitate adueniente, quæ in hyeme celebratur, Marcellus quidam ex domo Ponticonenſi, ſeruus Agini Ducis, qui menſe Martio per incurſionem neſcio quam, vnius poplitis perdiderat vſum, & greſſum figere non valens, adhibi-*

AN. CH. 593.
GVNTCH. R. 32.
CHILDEB. II. R. 18.
CLOTAR. II. R. 10.

to ſibi ad geniculum fuſte, vt mos eſt claudorum, affuit. Is cùm per triduum orationem fudiſſet ad Dominum, quartâ die quæ eſt in craſtinum de feſtiuitate, genu directo ſanus abſceſſit. Poſt paucos autem dies homines, qui carceris vinculis tenebantur, diuinitus abſoluti, Sancti Baſilicam ſunt ingreſſi, & per Iudicem immunes à damno laxati ſunt. Hæc Gregorius [a], qui & alia poſteriora ſubdit, vnde liquidò conſtat illum ſuperſtitem poſt hunc annum vixiſſe.

IX. DAGAMOD. ABB. IVRENS.

Talaſio Abbati Condateſcenſi ſeu Iurenſi, qui Monaſterium octo duntaxat menſibus rexit, ſucceſſit Dagamodus, qui ſub Regibus Burgundiæ, Childeberto, Theodotico & Clotario floruit, vt in auctiore Gallia Chriſtiana obſeruatur. Lege quæ ſuprà de Iurenſibus Abbatibus ad annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-ſecundum diximus [b].

X. BELLVM CIVILE.

Hoc anno, quem Fredegarius [c] triceſimum-tertium Guntchramni Regis ac primum Childeberti in Burgundia conſignat, inter eundem Childebertum & Clotarium Reges exarſit bellum, cuius etiam meminerunt Author de Geſtis Regum [d] Francorum & Aimoinus [e]. In Geſtis Regum Francorum Fredegundis *Chlotharium paruulum Regem in brachia vehitans* depingitur, & Aimoinus Clotarium exhibet *adhuc matris ſugentem vbera.* Sed illis Scriptoribus non eſt aſſentiendum temerè, nam Clotarium annos tunc natum nouem, quæ ſuperiùs diximus in obitu Chilperici patris, ſatis euincunt.

XI. RELIQVÆ IN GALLIAM DELATÆ.

Hoc anno, Indictione vndecimâ, menſe Aprili, Gregorius Papa Dinamio Galliarum Patricio Crucem tranſmiſit, in qua reliquiæ continebantur. Literarum [f], quibus id teſtatum habetur, talis eſt exitus. *Suſcepimus per Hilarium filium noſtrum de præfatis Eccleſiæ noſtræ redditibus Gallicanos ſolidos quadringentos. Tranſmiſimus autem beati Petri Apoſtoli benedictionem, crucem paruulam, cui de catenis eius beneficia ſunt inſerta. Quæ illius quidem ad tempus ligauerunt, ſed veſtra colla in perpetuum à peccatis ſoluant. Per quatuor verò in circuitu partes de beati Laurentij craticula, in qua peruſtus eſt, beneficia continentur, vt hoc, vbi corpus illius pro veritate crematum eſt, veſtram mentem ad amorem Domini accendat.*

XII. PRIVILEGIVM PRO MONAST. S. MEDARDI.

Eâdem Indictione vndecimâ, regiſtro Gregoriano inſertum habetur à patrum noſtrorum memoria Priuilegium, quod Sueſſionenſi Monaſterio ſancti Medardi Gregorius in hæc verba tradidiſſe fertur. *Gregorius omnibus Epiſcopis, pretioſiſſimis lapidibus in diademate Chriſti meritò renitentibus, omnibúſque ſanctæ Dei Eccleſiæ membris, quorum vniuerſale caput eſt Chriſtus, Gregorius licèt ſanctæ Romanæ ſedis Pontificio ſublimetur, humillimus tamen ſeruorum Dei ſeruus. Quando Catholicorum Regum corda ad ea, quæ Pontificalibus ſunt monitis prouocanda, ita ardenti deſiderio diuinâ præueniente gratiâ ſuccenduntur, vt ab eis vltrò poſcantur, tantò alacri & læto ſunt animo concedenda, quantò & ea ipſa, quæ cupiunt, ſi nollent facere, peti debuerant; proinde iuxta filiorum noſtrorum præcellentiſſimorum ſcripta Regum Brunichildis ac nepotis eius Theodorici Monaſterio ſanctæ Dei genitricis Mariæ ac beatorum Petri Apoſtolorum Principis necnon protomartyris Chriſti Stephani, quod eſt in Sueſſorum ciuitate ſitum, vbi ſanctus Medardus requieſcere, & vir venerabilis Gairaldus Abbas praeſſe videtur, huiuſmodi Priuilegia auctoritatis noſtræ decreto indulgemus, & ea pleniùs confirmamus Priuilegia, quæ à bona memoriæ Domino Papa Ioanne, comitante illuſtrium Regum clementiâ, Clotarij ſcilicet & Sigeberti huius noſtræ filiæ iugalis, ipſi loco ſub anathematis vinculo ſunt conceſſa vel indulta, concedimus atque firmamus; ſtatuentes nullum Regum, Antiſtitum vel Iudicum, nullum quacumque præditum dignitate, ea quæ à præcellentiſſimis Regibus vel quibuſcumque aliis Deum timentibus loco conceſſa ſunt, vel conferentur, ſub cuiuſlibet occaſionis ſpecie minuere vel auferre, vel ſuis vſibus applicare, ſed cuncta, quæ Deo ſeruientibus Monachis oblata ſunt vel offerri contigerit, perenni tempore illibata, & ſine aliqua inquietudine volumus poſſideri, eorum vſibus, pro quorum ſuſtentatione conceſſa ſunt, modis omnibus profutura. Concedimus etiam vt obeunte Abbate non alius ibi quicunque obreptionis aſtutiâ ordinetur, niſi quem communis conſenſus Monachorum elegerit, aut prauiderit ordi-*

[a] De Mir. S. Mart. lib. 4. capp. 37. 38. 40.
[b] Num. 18.
[c] Cap. 14.
[d] Cap. 36.
[e] Lib. 3. c. 81.
[f] Lib. 2. ep. 33. Ind. 11.

AN. CH. 593.
GVNTCH. R. 32.
CHILDEB. II. R. 18.
CLOTAR. II. R. 10.

nandum. Caueant autem præfati Monachi Simoniacam hæreſim, ne potentiâ Regum vel Antiſtitum conuicti loco paſtoris ſuſcipiant tyrannum. Quod omnino fieri prohibemus, & eundem Abbatem cauſâ ordinationis ſuæ aliquid dare præſumere vetamus, ne hac occaſione, quæ à fidelibus piis locis offeruntur, vel oblata ſunt, conſumantur, & quia fama religionis Deo ſeruientium Monachorum noſtras peruenit ad aures, quibus vir vitæ venerabilis Gairaldus præeſſe dignoſcitur, iuſtis petitionibus præcellentiſſimorum Regum Brunichildis atque Theoderici fauentes, ob amorem Domini Medardi tantam diuini honoris dignitatem & ſecuritatem concedimus perenni tempore manſuram. Auctoritate igitur diuinâ, vice beati Petri Apoſtolorum Principis, conſenſu omnium Romanorum Pontificum, & voluntate totius Senatûs Romani, ſuadente nobis viro Apoſtolico Anſerico Sueſſorum vrbis Pontifice, & omnium Galliæ Epiſcoporum fauente iudicio decernimus, vt nullus Archiepiſcoporum vel Archidiaconorum fratres præfatæ Baſilicæ de ordinatione ſui Abbatis vel Eccleſiaſticorum graduum aſſumptione inquietet, ſed ſecundùm prærogatiuam ipſius loci vobis modò recitatam beatiſſimi prædeceſſoris noſtri Domini Ioannis Papæ tempore decretam, & Apoſtolicâ auctoritate firmatam, ordinationem ſui Abbatis ipſi fratres peragant, & Eccleſiaſticorum graduum dignitatem ſuſcipiant. Conſecrationes quoque fontium, & ſcrutinij myſteria in ipſo Monaſterio celebrent. Chriſmatis quoque ac olei, altaris, calicis, corporalis, à quocumque voluerint Pontifice benedictionem expetant, ne tantus honor à quoquam rectore vllius occaſionis causâ vel neceſſitatis intermittatur, ne vileſcat tantæ ſublimitatis locus, ſanctæ Mariæ, & beati Petri, necnon & Protomartyris, & Domini Medardi meritis ſacratus, quem caput Monaſteriorum totius Galliæ conſtituimus, nulliúſque ditioni patimur ſubeſſe. Sed velut hæc Sedes Romana ſpeculationem ſuam toto orbi indicit, & nouas conſuetudines omnibus mittit, & omnium perſonarum ſeruitio caret; ita præfatus locus remotâ omni conſuetudine peſſimâ Regum, Antiſtitum, Iudicum, exemplum diuinæ religionis & honeſtatis ceteris exhibeat Monaſteriis, & ſuper ea plenâ gaudeat libertate. Cuius rectores & filij præſentes & ſucceſſuri tantùm ſub Regum cuſtodia poſiti admonitionem ſancti Petri & ſucceſſorum ſuorum huius ſanctæ Romanæ Sedis Pontificum auctoritate proclament, & ſi incumbit neceſſitas, adeant. Huius rei gratiâ, fratribus dirigendis in via tanti itineris, filia noſtra Brunichildis Regina XX. manſos ingenuos, & totidem ſeruiles cunctâ integritate æternaliter factâ præceptione iuxta finem Alpium contulit, & multos alios reditus terrarum ob hanc cauſam delegauit, ſitos in eiuſdem itineris ſpatio. Tuſiacum verò & Mortinetum fiſcos regios communiter ad ſtipendia fratrum dedit, & ita omnes villas Deo & ſancto Medardo traditas vel tradendas ſuâ præceptione concluſit, vt quicunque ſuper terras Domini Medardi habitare voluerit, vel ſteterit, ſiue ſeruus ſiue liber, cuiuſcunque ſit, alterius dominio priuetur, & ſanctæ Genitricis ſeruitio aptetur, nec vltrà redeundi licentiam habeat. Quòd ſi fugerit, reputetur vt ſeruus nunc, eiuſque ſanctæ Dei Eccleſiæ. De altaribus quoque iuxta inſtitutionem Domini Papæ Ioannis Apoſtolicâ auctoritate confirmamus, vt qui fuerit rector præfati Monaſterij fiat prætereà altarium præſul, & omnium Eccleſiarum ſibi pertinentium, & inde præfatorum Sanctorum præcipuo altari luminaria exhibeantur, & hoſpitalitas peregrinorum cum reuerentia agatur. Subiungimus & aliud edictum, ſi causâ capitalis criminis Abbas eſt deponendus, non priùs deponatur, donec depoſitores Apoſtolicam auctoritatem requirant, & ita ſint tres Metropolitani cum ſuffraganeis ſuis & Abbates quamplurimi. In ipſo autem Concilio vnuſquiſque cum XII. teſtibus præſentes aſſiſtant, & ita veri iudicij examine probent ſe vidiſſe, vt audiente Concilio obteſtentur. Ad vltimum verò ipſe Abbas rationes ſuæ excuſationis reddat, & iureiurandi pacto ſupra ſacrorum myſteria quatuor Euangeliorum ſatisfaciat. Tunc verò ſi conuictus fuerit, correctione deponatur: ſin autem, ſuo honori reddatur, & Eccleſiaſticæ dignitatis myſteria recipiat, & inter ſacra Miſſarum ſolemnia benedictionem & prædicationem iuxta inſtituta Domini Papæ Ioannis peragat, & ſuæ conuerſationis vitam melioribus exemplis deducat. Monachis quoque hanc proponimus ſententiam, vt nullus eorum, inuidiâ aut odio Abbatis, quod abſit, comprimatur,

AN. CH. 593. GVNTCH. R. 32. CHILDEB. II. R. 18. CLOTAR. II. R. 10.

vel extranearum perſonarum cenſurâ plectatur. Quòd ſi culpâ principalis vitÿ deliquerit, priuatim intra clauſtrum eiuſdem Monaſterÿ ab ipſo Abbate & ſpiritualibus fratribus arguatur, & à corpore ſanctæ Congregationis ſegregetur. Quòd ſi perſeuerante contumaciâ abſciſſus fuerit, præcipimus illi, vt precatorias accipiens literas, quodcunque voluerit ingrediatur Monaſterium, aut causâ pœnitentiæ, huius Apoſtolicæ Sedis licentiam petat, & ſuſceptis à Domino Papa literis liber ſuum Monaſterium repetat. Hæc igitur omnia, quæ huius Apoſtolicæ auctoritatis & noſtræ præceptionis priuilegio continentur, præfati Monaſterÿ rectoribus, & filiis præſentibus & futuris, & omnibus Monaſteriis ipſi loco ſubiectis vel ſociatis ſub anathemate ſeruanda conſtituimus. Si quis autem Regum, Antiſtitum, Iudicum, vel quarumcunque ſecularium perſonarum huius Apoſtolicæ auctoritatis & noſtræ præceptionis decreta violauerit, aut contradixerit, aut negligenter duxerit, vel fratres inquietauerit, vel conturbauerit, vel aliter ordinauerit, cuiuſcunque dignitatis vel ſublimitatis ſit, honore ſuo priuetur, & vt Catholicæ fidei deprauator, vel ſanctæ Dei Eccleſiæ deſtructor, à conſortio Chriſtianitatis, & corpore ac ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſequeſtretur, & omnium maledictionum anathemate, quibus infideles & hæretici ab initio ſæculi vſque in præſens damnati ſunt, cum Iuda traditore Domini in inferno inferiori damnetur, niſi dignâ pœnitentiâ præfatorum Sanctorum ſibi propitiauerit clementiam, & fratrum communem reconciliauerit concordiam. Ego Gregorius ſanctæ Romanæ Sedis Antiſtes huic Priuilegio ſubſcripſi. Eutherius Arelatenſis Archiepiſcopus ſubſcripſit. Gregorius Portuenſis Epiſcopus ſubſcripſit. Andreas Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſit. Auguſtinus Cantuariorum Epiſcopus ſubſcripſit. Anaſtaſius Tiburtinæ Epiſcopus ſubſcripſit. Sergius Præneſtinæ Epiſcopus ſubſcripſit. Petrus Ananiæ Epiſcopus ſubſcripſit. Agnellus Sutrinæ Epiſcopus ſubſcripſit. Mellitus Lundoniæ Epiſcopus ſubſcripſit. Ioannes Veliternenſium Epiſcopus ſubſcripſit. Tiberius Siluæ Candidæ Epiſcopus ſubſcripſit. Marinianus Rauennatis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit. Vitulinus Sipontinenſis Epiſcopus ſubſcripſit. Ioannes Syracuſanorum Epiſcopus ſubſcripſit. Sabinianus Tudertinorum Epiſcopus ſubſcripſit. Eulogius Alexandriæ Epiſcopus ſubſcripſit. Dominicus Cartaginenſis Epiſcopus ſubſcripſit. Fortunatus Neapolitanorum Epiſcopus ſubſcripſit. Ioannes Surrentinus Epiſcopus ſubſcripſit. Primanius Nurcienſium Epiſcopus ſubſcripſit. Felix Portuenſium Epiſcopus ſubſcripſit. Glorioſus Oſtienſium Epiſcopus ſubſcripſit. Conſtantius Narnienſis Epiſcopus ſubſcripſit. Conſtantius Mediolanenſis Epiſcopus ſubſcripſit. Sutellius Burdegalenſium Epiſcopus ſubſcripſit. Vitalis Veſoncenſium Epiſcopus ſubſcripſit. Bonifacius Placentiæ Epiſcopus ſubſcripſit. Siagrius Auguſtodunenſium Epiſcopus ſubſcripſit. Flauius Remorum Archiepiſcopus ſubſcripſit. Auſericus Sueſſorum Epiſcopus ſubſcripſit. Theodericus Rex ſubſcripſit. Brunichildis Regina ſubſcripſit. Ego Petrus ſanctæ Romanæ Sedis ſubſcripſi & ſigillaui. Datum VII. *Cal. Iunÿ, anno ab Incarn. Dom.* DXCIV. *Indict.* XI.

XIII. OSTENDITVR COMMENTITIVM.

At Indictio vndecima non in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quartum ſed in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium incidit, & neuter iſtorum annorum conuenit Principatui Theodorici, qui poſt Childeberti patris obitum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto regnare cœpit, addequòd illis temporibus in bullis Pontificiis anni ab Incarnatione Dominica non numerabantur. Præterea Burgundiæ regno, quo poſt Childebertum patrem potitus eſt Rex Theodoricus, non accenſebantur Sueſſiones, & Brunichildis Regina eiúſque nepos Rex Theodoricus Romam, vbi datum aſſeritur quod eorum ſubſcriptionibus munitur Priuilegium, numquam profecti leguntur, nec validioris auctoritatis eſſe poſſunt ſubſcriptiones Auguſtini & Melliti Anglicanorum Antiſtitum, quorum ille ordinatus eſt Epiſcopus anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſeptimo, vt ſuo loco probabimus, hic Præſulatum iniit anno Chriſti ſexcenteſimo quarto, vt Beda[a] teſtatur his verbis. *Anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo quarto Auguſtinus Britanniarum Archiepiſcopus ordinauit duos Epiſcopos, Mellitum videlicet & Iuſtum.* Hæc abundè ſufficerent, ſi plura deeſſent falſitatis argumenta, quæ Ioan-

[a] Lib. 2. cap. 3.

AN. CH. 593. GVNTCH. R. 32. CHILDEB. II. R. 18. CLOTAR. II. R. 10.

nes Launoius Pariſienſis Theologus eruditâ inquiſitione complexus eſt, vnum duntaxat addemus, quia petitur à Gallicanorum Pontificum ſubſcriptionibus, quæ complures rerum Francicarum Scriptores fefellerunt. Priuilegio ſuprà recitato ſubſcribunt ſex Antiſtites Francorum, *Eutherius Arelatenſis Archiepiſcopus, Sutellius Burdegalenſium Epiſcopus, Vitalis Veſoncenſium Epiſcopus, Siagrius Auguſtodunenſium Epiſcopus, Flauius Remorum Archiepiſcopus & Anſericus Sueſſorum Epiſcopus.* Verùm ex illis Epiſcopis, ſi demas Siagrium cuius mentionem ſuprà non ſemel ex Gregorio Turonenſi fecimus infráque ſæpiùs ex Gregorio Romano faciemus, nullius Sedes ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium æquo teſtimonio confirmari poteſt, nam citiùs obiit Flauius Epiſcopus Remenſis, ſeriùs Pontificatum Sueſſionenſem ſuſcepit Anſericus, inter Præſules Arelatenſes Ætherius locum non obtinuit, de Vitale & Sutellio in antiquis monumentis non extat memoria. Ægidius Remenſis Epiſcopus exauctoratus eſt anno Childeberti Regis decimoquinto, Chriſti quingenteſimo-nonageſimo, eique ſubrogatus eſt Romulfus teſte Gregorio [a] Turonenſi. De Romulfi ſucceſſore ſic Flodoardus [b]. *Romulfum ſequitur in Epiſcopatu Sonnatius, qui Synodum celebraſſe reperitur cum aliis quadraginta, vel eo ampliùs Galliarum Epiſcopis.* Hanc Synodum Sonnatius habuit anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, itaut in dubium vocari non poſſit, quin Romulfus, qui tres annos ſedit, Diœceſim Remenſem anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio gubernarit. Iampridem deceſſerat Flauius, cuius ſucceſſor Mapinius Ægidium in Epiſcopatu anteceſſit, ſic enim Antiſtitum Remenſium catalogus à Flodoardo [c] texitur. *Beato Remigio ſucceſſiſſe traditur Romanus, Romano Flauius, poſt quos Mapinius.* Et paucis interiectis. *Ægidius in Epiſcopatu Mapinium legitur ſecutus.* Flauium laudauimus ad annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-quintum, quia Concilio Aruernenſi tunc interfuit. Pontificatûs, quem Anſericus Sueſſione geſſit, initium poſt annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium nemo non reiiciet, ſi benè perpenderit Droctigiſilum anno Chriſti quingenteſimo vndenonageſimo in viuis adhuc ſuperſtitem fuiſſe, Droctigiſilo ſucceſſiſſe Taudulphum, Taudulpho Laodulphum, Landulpho Anſericum, qui vitam & Epiſcopatum trans annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum produxit. Ambo Gregorij, Turonenſis ac Romanus, ſi ſimul conferuntur, apertiſſimè docent Eutherium anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio Arelatenſem Epiſcopum haud extitiſſe, nam Virgilius Licerio apud Gregorium Turonenſem [d] anno Childeberti Regis decimo-tertio, Chriſti quingenteſimo duodenonageſimo in Epiſcopatum Arelatenſem ſuccedit, & à Gregorio Papa literas [e] Indictione quartâ ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo-primo datas accipit. Architectus Priuilegij, de quo nunc agimus, cùm epiſtolarum Gregorianarum libros duodecim percurriſſet, ex libri vndecimi epiſtola decima, quæ Auguſtodunenſis Xenodochij Priuilegium repræſentat, multa tranſcripſit, vt ex vtriuſque collatione ad annum Chriſti ſexcenteſimum-ſecundum infrà probabimus. Aduersùs Launoium ſcripſit Robertus Quatremarius Congregationis ſancti Mauri Monachus Benedictinus, & prædictum Priuilegium omiſſis ſubſcriptionibus publicauit, ſed in eo præter ſubſcriptiones alia ſunt multa quæ probari nullomodò poſſunt.

[a] Lib. 10. c. 19.
[b] Lib. 2. c. 5.
[c] Lib. 2. capp. 1. 2.
[d] Lib. 9. c. 23.
[e] Lib. 9. Ep. 49.

XIV. ROMVLFI EP. REMENS. OBITVS.

Septimo Kalendas Iunias, Indictione vndecimâ, quâ pſeudopriuilegium Medardenſe datum reperitur, ſuperſtes in viuis erat Romulfus Epiſcopus Remenſis. At paulò pòſt obiit exeunte hoc eodem anno, electióque ſucceſſoris in annum ſequentem dilata eſt. Sedit annos tres, vt ſcribit Chenutius, qui malè tertium ſedis annum cum anno Chriſti vndeſexcenteſimo comparat. Erroris cauſam propalauimus ante triennium in depoſitione Egidij, quam Gregorius Turonenſis [f] anno Childeberti Regis decimoquinto, Guntchramni vndetriceſimo, id eſt, Chriſti quingenteſimo nonageſimo conſignauit. *Romulfus*, vt Flodoardus [g] teſtatur, *multis excellebat patrimoniis, ma-*

[f] Lib. 10. capp. 10. 19.
[g] Lib. 2. c. 4.

AN. CH. 593.

GVNTCH. R. 52. CHILDEB. II. R. 18. CLOTAR. II. R. 10. TESTAMENTVM.

ximéque trans Ligerim & in pago Pictauenſi, quorum ex parte maiore, per paginam teſtamenti, Eccleſiam Remenſem fecit hæredem, quadam dimittens fratribus vel nepotibus ſuis, quadam matriculæ quoque ſancti Martialis deputauit, quadam ad Baſilicam ſancti Remigij. Villam verò Lautiniacum ſuper fluuium Caltaionem contulit Monaſterio puellarum Remis in honore ſancti Petri conſtructo, quam villam dato pretio ſe memorat comparaſſe. Quædam præterea donaria teſtamento diuerſis attribuit Eccleſiis, tam Remenſis Epiſcopij, quàm Sueſſionici, ſed & Turonici, aliorúmque quorumdam. Familiæ ſuæ partem maximam ingenuitate donauit. Cuius adhuc teſtamenti pagina in archiuo Remenſis Eccleſiæ reſeruatur cum auctoritate Childeberti Regis, quâ petitus idem Rex à præfato Præſule per Sonnatium Diaconem virum venerabilem hoc teſtamentum confirmare decreuit, ſcilicet vt terras, vineas & mancipia, quæ ad Eccleſiam præcipuè Remenſem, vel ad cetera loca Sanctorum prædictus Pontifex delegauerat, ſi quis ex hæredibus ipſius iniuſtè vſurpare præſumpſiſſet, omnimodis ea recipiendi Sacerdotes eorumdem locorum liberam valerent habere poteſtatem.

XV. PESTIS VASTAT COENOBIVM VTICENSE.

Ex iis quæ ſuperiùs ad annos Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimumprimum & quingenteſimum ſeptuageſimum-ſecundum de receſſu beati Ebrulfi in eremum déque primordiis Vticenſis Monaſterij diximus, ſatis patet ante hunc annum haud graſſatam eſſe peſtem illam, quæ teſtibus Authore ſynchrono in vita ſancti [a] Ebrulfi & Orderico [b] Vitale Cœnobium Vticenſe vaſtauit poſt annos viginti duos ab ingreſſu Ebrulfi in eremum aut annos vnum ac viginti ab eius aduentu in ſaltum Vticenſem. Vix autem ſeriùs eadem clades referri poteſt, quoniam illi ſuperſtes aliquanto tempore fuit Ebrulfus, cuius obitus in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum incidit.

[a] Ap. Sur. d. 29. Dec.
[b] Lib. 6.

XVI.

Res ab Ebrulfo geſtas toto illo annorum vnius ac viginti ſpatio, quod interceſſit ab illius receſſu in ſaltum * Vticenſem vſque ad peſtem quæ Monachos Vticenſes afflixit, breuiſſimè ſic complectitur Willelmus Gemmeticenſis [c]. *Cœnobium condidit, & latrones qui ſiluam incolebant, vtilibus minis & exhortationibus terruit, eóſque relictis latrociniis aut Monachos, aut agricolas fecit. Ibi pro amore Dei magnam paupertatem patienter tolerauit, & inſignem fidelium Monachorum multitudinem aggregauit.* Eadem fuſiori ſtylo narrat Anonymus in vita ſancti Ebrulfi, additque præter Vticenſe Monaſterium alia quindecim ab ipſo Ebrulfo fuiſſe conſtructa. *Poſtquam longè*, inquit, *latéque peruagari cœpit fama ſanctitatis Ebrulfi & Monachorum eius, & quanto ſtudio colerent Deum; homines locupletes & religioſi aliarum regionum, illorum exemplis compuncti petierunt à venerabili patre Ebrulpho, vt ipſorum impenſis Monaſteria exædificaret. Ille non impiger, ſed cupiens augere talenta à Domino ipſi tradita, quindecim Monaſteria virorum & fœminarum condidit. Deinde ad Monaſterium ſuum reuerſus, cum permultis Monachis in Dei ſeruitio permanſit immobilis. Domicilium autem eius nihil à paſtorum tugurio differre videbatur. Per eius circuitum degebant Monachi à dextris & ſiniſtris, ita ut vtrinque eſſent cellulæ mille quingentæ, quas ille crebrò inuiſere ſolebat, mulo vel aſino ſubuectus.* Ordericus meritò dolet *nomina locorum, in quibus Pater Ebrulfus quindecim Monaſteria conſtruxit, & vocabula Patrum, quos idem Cœnobialibus turmis Vicarius Chriſti præfecit, variis mutationibus rerum abolita*, ſed multà temerè ſubiungit de Childeberto Rege eiúſque vxore, qui nunquam in Neuſtria regnarunt; ſi quis autem Childeberti loco Clotarium eius patruelem reſtituendum contendat, ætatem Clotarij non ſatis aduertit, infans enim aliquot menſium Chilperico patri ſucceſſit, & Ebrulfo viuente ſibi coniugem haud ſociauit. Omiſſis eiuſmodi rebus pergemus ad alias quas Anonymus in vita ſancti Ebrulfi ſcripſit, & ex eodem Anonymo retulit Ordericus.

* *La foreſt d'Ouche.*
[c] Lib. 7. c. 23.

EBRVLFVS XV. CONDIT COENOBIA.

XVII.

Annos viginti & vnum in Vticenſi Monaſterio iam habitauerat Ebrulfus, cùm ſæua peſtis locum inuaſit. *Tum verò*, teſte Anonymo, *ſanctus vir nequaquam, vt ſolent mercenarij, fugit, ſed fratrum animos conſolabatur, hortabaturque*

AN. CH. 593. GVNTCH. R. 32. CHILDEB. II. R. 18. CLOTAR. II. R. 10.

DVOS SVSCITAT MORTVOS.

eos, vt pararent ſe venienti Iudici, qui redditurus eſt vnicuique iuxta opera ſua. Videte, inquit, ne ſponſus reuertens à nuptiis, inueniat vos dormientes, ſed vigilantes in operibus bonis. Cùmque graſſaretur peſtis, vnus ex fratribus ſublatus eſt ſine communione, dicebatur autem Ansbertus. Vbi autem eum obiiſſe didicit B. Ebrulphus, ſciſcitabatur num Euchariſtiam percepiſſet. Miniſtro eius id negante, infremuit ſpiritu, oránſque & lachrymans venit ad lectum eius, aítque ad defunctum. Eheu frater, cur abiiſti ſine communione? Ille tanquam à ſomno expergefactus, paululum apertis oculis, tu es, inquit, Domine? Vir Dei reſpondit. Ego ſum, ſed dic mihi, vbi interim fueris & quid videris. Et ille. Reuocaſti me, inquit, à labore itineris quo me cruciabat aduerſarius. Et vir ſanctus; vis, ait, Euchariſtiam accipere? Reſpondit. Volo. Cùmque Corpus & Sanguinem Domini accepiſſet, rurſus pacis ſomno obdormiuit. Alius quidam ex famulis, ſacro Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti die, vitâ functus, à ſanctiſſimo patre iuſſus eſt ad cœmeterium ſepeliendus deferri, qui cùm expletis Miſſarum ſolenniis feretro exportaretur, rediuiuus apparuit, apertíſque oculis petiuit reduci ad ſuum Monaſterium. Credo, inquiens, virtute Natiuitatis Ieſu Chriſti ac interuenientibus Patris noſtri Ebrulphi meritis, vitæ ſpatium mihi prolongatum eſſe. Qui à Patre perhumaniter exceptus, & priſtinæ vocationi reſtitutus, permultos ibidem ſuperuixit annos. Migrarunt tunc ad Dominum ſeptuaginta & octo fratres, ex familia verò innumeri, ſed Domino miſerante peſtis ſopita eſt. Non ceſſauit autem beatus Ebrulfus pro animabus illis Dominum nocte ac die deprecari. Willelmus Gemmeticenſis æquè teſtatur duos mortuos in nomine Domini reſuſcitatos eſſe ab Ebrulfo. Copioſior eſt Ordericus ſuper eadem materia. Reliquis ſuperſedemus miraculis, de quibus Anonymum iam laudatum conſule.

---

594. CHILDEB. II. R. 19. CLOTAR. II. R. 11.

ANNVS

CHRISTI 594.

CHILDEBERTI II. R. 19. 2.

CLOTARII II. R. 11.

BELLVM ARMORIC.

I. ANNO Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto, ſiue, vt Fredegarius [a] loquitur, *anno ſecundo cùm Childebertus regnum accepiſſet Burgundiæ, exercitus Francorum & Brittannorum in inuicem prœliantes, vtrique nimiùm gladio trucidantur.*

CÆCVS ILLVMINATVR AD TVMVLVM S. MARTINI.

II. Hoc anno, qui decimus-nonus Childeberti Regis numeratur, ſeruus Theodulphi ciuis Turonici, cùm per annos ſex cæcus manſiſſet, in feſtiuitate ſancti Martini quæ menſe Nouembri celebratur, viſum recepit. Miracolum Gregorius Turonenſis [b] ſic recenſet. *Anno Childeberti Regis tertio-decimo ad feſtiuitatem, quæ de beato eius tranſitu celebratur, ſeruus Theodulphi ciuis Turonici, cuſtos ouilis, dum nocte circa gregem creditum excubaret, ne quicquam ex eo, aut beſtia raperet, aut fraus furis auferret, oculis ſubitâ caligine interfuſis lumen amiſit. Qui per ſex annos in cæcitate durans, ad hanc feſtiuitatem aduenit. Poſt tertium verò diem Sancti virtute illuminatus, à domino eſt dimiſſus ingenuus.* Textus hic Gregorianus, vt ipſius Gregorij mortem in annum ſequentem reiiciamus, nos monet. Interim hoc anno referemus ea quæ Clerici Turonenſes narrant de illius profectione in Italiam, cùm alter Gregorius Eccleſiæ Catholicæ præeſſet. Sanè quæ ſuperiùs ex eius Hiſtoria Eccleſiaſtica, ex libris de miraculis ſancti Martini, & ex libro de viris Patrum per annos digeſſimus, apertè docent illum ſub Gregorij Magni Pontificatu pedem è Galliis ante hunc annum non extuliſſe, nec opus eſt alio argumento ad confirmandam noſtram

[a] Cap. 15.

[b] De mirac. S. Mart. l. 4. c. 5.

AN.CH. 594. CHILDEB. II. R. 19. CLOTAR. II. R. 11.

ſtram Chronologiam. Sic autem in eius vita præfati Clerici [a]. *Cùm ſacra Apoſtolorum limina expetiſſet, magna cum reuerentia ſanctus eum Papa excepit. Quem ad beati Petri confeſſionem introducens, à latere conſtitit, præſtolans quò aſſurgeret. Interim autem (vt erat ingenio profundiſſimus) ſecretam Dei diſpenſationem admirans, conſiderabat in einſmodi hominem (erat enim ſtaturâ breuis) tantam gratiam cælitus profluxiſſe. Quod ille mox diuinitus præſentiens, & ab oratione ſurgens, placidóque, vt erat, vultu ad Papam reſpiciens, Dominus, inquit, fecit nos, & non ipſi nos; idem in paruis, qui & in magnis. Cúmque id ſua cogitationi ſanctus Papa reſpondere cognoſceret, ipſâ ſuâ deprehenſione gauiſus, gratiam, quam hactenus in Gregorio mirabatur, in magna veneratione deinceps habere cœpit, ſedémque Turonicam ita nobilitauit, vt auream ei Cathedram donaret, quæ apud præfatam vrbem inpoſterum ſeruaretur.*

[a] Apud Sur d. 17. Nou.

GREGORIVS EP. TVR. IT ROMAM.

Hoc eodem anno, inquit Sigebertus in Chronico, *Gaugericus Cameracenſis Epiſcopus claruit.* Miramur hunc Sigeberti locum à Molano & Gazeto ſic explicari, vt ille Gaugericum hoc anno mortuum, hic verò Pontificem factum arbitretur. Neutrum credi debet. Certè Gaugericus aliquot antè annis ſedere cœpit, legitur enim in Sede collocatus ab Egidio Epiſcopo Remenſi, quem ante quadriennium ab Epiſcopatu deiectum vidimus. Neque hoc anno vitam abſoluit, ſub Clotario enim Franciæ Monarcha vixit aliquot annis Theodoberto & Theodorico Regibus, Childeberti filiis, factus ſuperſtes; addequòd in Pontificatu tranſegit annos plùs minùs triginta-nouem, & adhuc adoleſcens in Clericum attonſus primùm fuit à Magnerico, qui Pontificatum Treuirenſem non obtinuit ante annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-quartum. Habeatur igitur ſua Sigeberto fides, vt Gaugericus, qui Cameracenſem Epiſcopatum annis plùs minùs triginta-nouem rexit, claruiſſe credatur anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto, licèt inter Pontificatûs annos quotus is cenſeri debeat, probè non teneatur; noſtro calculo videtur eſſe decimus-quartus. Gaugericus ordinatus Epiſcopus, vt in eius vita [b] legitur, ſacris concionibus habendis operam dabat, nec modò pluebat verbis, ſed etiam miraculis coruſcabat, boniſque operibus perpetuò intendebat, complures quoque noxios de manibus Iudicum diuinitus per preces liberabat. Monachum, quem aliàs adhuc gentilem ab vtraque lepra animæ & cutis emundarat, per ſingulos gradus vſque ad Sacerdotij culmen euexit. III.

GAVGERICVS EPISC. CAMERAC. CLARET.

[b] Ap. Sur d. 11. Aug.

Auitus Aruernenſis Epiſcopus obiit hoc anno, duodecimo Kalendas Octobris, quo die celebris eius memoria recolitur. Id Ioannes Sauaro teſtatur in Originibus Claromontanis. Certè cùm Auiti mortem in Hiſtoria Eccleſiaſtica Gregorius Turonenſis haud ſcripſerit, ex eo colligere eſt Auitum in viuis adhuc ſuperſtitem fuiſſe poſt annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-primum, quem Gregorianæ Hiſtoriæ vltimum eſſe conſtat. *Sepultus eſt autem in Eccleſia Portuenſi, quæ Principalis dicitur, quam ipſe dum aduiueret, decenter & fundauerat, & diligenter conſummauerat.* Illa Eccleſia non tantùm *Portuenſis* dicitur ſeu *de Portu*, ſed etiam Eccleſia *beatæ Mariæ de Portu* & Eccleſia *Sanctæ Mariæ Principalis* appellatur. Ac primùm quidem *Portuenſis* & *de Portu* vocatur à ſitu quia conſtructa fuit in loco *qui ab antiquis Portus vocabatur*. Deinde nuncupatur Eccleſia *beatæ Mariæ*, quia in honorem *S. Dei genitricis & Virginis Mariæ* erecta eſt. Cur autem *Principalis* nominetur, Anonymus à quo iſta omnia mutuati ſumus, duas rationes affert in vita ſancti Auiti. *Prædictam*, inquit, *Baſilicam Principalem appellari placuit, vel quia inter ceteras, quæ per Epiſcopatum in honorem S. Dei genitricis conſtructæ videbantur, principatum teneret; vel quia in eadem ciuitate tunc temporis Eccleſia ad gloriam matris Dei fabricata inueniri nullomodò poterat.* Iraque hæc Eccleſia non *Principalis*, at Eccleſia vocatur *ſanctæ Mariæ Principalis*, & vox adiectiua, *Principalis*, non ad Eccleſiam ſed ad ſanctam Mariam refertur, vt docet Author veteris libelli Portuenſis quem Sauaro citat [c] in notis ad Eccleſias & Monaſteria Claromontij. *Nota ædificatorem templi S. Principalis Mariæ, deſtructoréſque Normannos, & reædificatorem.* IV.

AVITVS EPISC. ARVER. OBIT.

MVLTAS EXTRVXIT ECCLESIAS.

PORTVENSEM.

[c] Lib. 1. n. 4.

AN. CH. 594. CHILDEB. II. R. 19. CLOTAR. II. R. 11.

Et ipſemet Anonymus quem Sauaro recenſuit & obſeruationibus illuſtrauit. *In Eccleſia S. Mariæ Principalis, primum altare S. Mariæ, altare S. Iuliani, altare S. Priuati, altare S. Sulpitij. Vbi requieſcunt S. Auitus, & S. Garius, & S. Sigo.* Tunc igitur nomen Beatæ Mariæ nondum inditum erat Aruernorum Eccleſiæ primariæ ſiue Epiſcopali, quæ priuſquàm Eccleſia Beatæ Mariæ nuncuparetur, appellabatur Eccleſia beati Laurentij, nec alio nomine deſignata fuit ab Anonymo qui ſancti Boniti vitam octauo ſeculo ſcripſit. *Vbi*, inquit, *beati Leuitæ & Martyris Laurentij Eccleſiam ingreſſi ſumus, & ibi quæ Dei ſunt peregiſſet Sacerdos*, &c. Ideóque poſtquàm Eccleſia Beatæ Mariæ dici cœpit, ſæpè ſeruato vetere vocabulo vocata eſt Eccleſia Beatæ Mariæ & ſancti Laurentij, imò & ſanctorum Martyrum Agricolæ & Vitalis, vt anno Chriſti nongenteſimo vndeſexageſimo, cùm Stephanus Epiſcopus Claromontanus multas res ſub omni integritate conceſſit *ipſi Eccleſiæ S. Mariæ & ſancti Laurentij, atque ſanctorum Martyrum Agricolæ & Vitalis, fratribúſque ibi Domino in commune deſeruientibus, vt in reliquum ipſi matri Eccleſiæ ſine penuria vinearum & panis alacriter deſeruiant.* Certè vt Aruernenſis Eccleſia nomen beati Laurentij priùs accepit quàm beatæ Mariæ, ſic & ſanctorum Martyrum Agricolæ & Vitalis Eccleſia priùs eſt appellata quàm ſancti Laurentij, nam idem beatus Namatius Aruernorum Pontifex illam conſtruxit, reliquiis ſanctorum Agricolæ & Vitalis ex Italia delatis ornauit, dedicauitque, vt Gregorius Turonenſis [a] affirmat. Sancti Martyres Agricola & Vitalis cum beato Auſtremonio primo Aruernorum Antiſtite diu habiti ſunt Aruernenſis Eccleſiæ præcipui tutelares, ideóque Ordo Claromontenſis manuſcriptus & à Sauarone laudatus per Sanctos Eccleſiæ non alios intelligit quàm Auſtremonium, Agricolam & Vitalem. *Si hodie feſtum aliquod non occurrerit, dicetur Miſſa de ſanctis Eccleſiæ, ſcilicet Auſtremonio, Agricola & Vitale Martyribus.* Item, *quintâ feriâ cuiuſlibet hebdomadæ de ſanctis Eccleſiæ, ſcilicet Auſtremonio, Agricola & Vitale.* In veteribus chartis Epiſcopalis Aruernorum Eccleſia vocatur *Eccleſia ſanctæ Mariæ & ſanctorum Agricolæ & Vitalis.* Et apud Helgaldum Robertus Francorum Rex Monaſterium ſancti Aniani Aurelianenſis facit *miro opere in ſimilitudinem Monaſterij S. Mariæ matris Domini & SS. Agricolæ & Vitalis in Claromonte conſtituti.* Veteris libri de Eccleſiis & altaribus, quæ in Claromonte conſiſtunt, tale petitur initium à matrice Eccleſia, *inprimis in domo matris Eccleſiæ, eſt altare ſanctæ Mariæ & ſanctorum Agricolæ & Vitalis*, ibique altare ſanctæ Mariæ ab altari ſanctorum Agricolæ & Vitalis haud diſtinguitur. In eadem maiore Eccleſia præter altare prædictum numerantur & alia quinque, quorum poſtremum dicitur *altare ſancti Angeli*, id eſt, ſancti Michaëlis. Nec deſunt qui ſeniorem illam Eccleſiam temporibus beati Boniti promiſcuè vocatam putent Eccleſiam ſancti Laurentij & ſancti Michaëlis. Atque hæc dicta ſunto, ne primariam Aruernorum Baſilicam cum Baſilica ſanctæ Mariæ Principalis perperam confundas.

V. TIERNENSEM.

Beatus Auitus priuſquàm Eccleſiam Portuenſem conſtrueret, Eccleſiam apud Tiernum * ſeu Tigernum erexerat. De vtraque ſic Anonymus in eius vita. *Sanctiſſimus Auitus poſt ædificationem Tiernenſis Eccleſiæ, in vrbe Aruerna quâ Domino annuente Cathedram Pontificalem ſuſceperat, in locum, qui ab antiquis Portus vocabatur, in honore Sanctæ Dei genitricis & Virginis Mariæ Eccleſiam eleganter conſtruxit, quam & multis Sanctorum reliquiis diligenter adornauit.* Eccleſia Tiernenſis condita fuit in honorem ſancti Geneſij Martyris, quem eo in loco paſſum & à ſancto Geneſio Arelatenſi diſtinguendum docet Gregorius Turonenſis [b] his verbis. *Nuperrimo tempore in vrbis Aruernæ territorio, quod adiacet Tigernenſi caſtello, Geneſius eiuſdem loci ſanctus ſe hoc modo reuelauit. Pauper quidam boues quos ad exercendam culturam habebat, caſu ab oculis dilapſos perdidit, eoſdémque ſollicitâ indage quæſitos reperire non potuit. Conſequenti verò nocte apparuit ei vir quidam per viſum, dicens. Vade per viam quæ ad ſyluam ducit, & inuenies boues quos ſollicitè requiris iuxta lapidem marmoris, herba-*

* Thier.

[a] Lib. 1 de glor. mart. cap. 44.

[b] De glor. mart. c. 67.

AN. CH. 594. CHILDEB. II. R. 19. CLOTAR. II. R. 11.

rum copiam decerpentes, innectiſque ad plauſtrum, marmorem exhibe, & ſuper ſepulturam, qua via eſt propinqua, compone. Ego enim ſum, qui tibi hac loquor, Geneſius *, *cuius eſt tumulus ille, qui in albis poſitus per Martyrium ab hoc mundo migraui. Conſurgens autem homo ille diluculo, reperit boues iuxta lapidem, fecitque ſicut ei præceptum fuerat per viſum. Sed nec in hoc defuit miraculum, cùm immenſus lapis, quem multa boum paria mouere vix poterant, à duobus tantùm delatus eſt bobus. Ex hoc enim multi infirmi ibidem venientes, votorum promiſſa ſoluentes, ſanitatem recipiunt. Audiens hac Auitus Epiſcopus urbis illius Baſilicam ſuper tumulum Sancti magnam ædificauit, dedicatâque, feſtiuitatem in ea excoli præcepit, in qua nunc multa frequentia populorum cum votis veniens, cum ſanitate regreditur. Hanc etiam Baſilicam ſancti Geneſij Arelatenſis reliquiis illuſtrauit.* Sanctus Geneſius Arelatenſis ex exceptore Chriſtianus & Martyr colitur octauo Kalendas Septembres. Sanctus Geneſius Thierni Tutelaris quinto Kalendas Nouembres ſolemni feſto celebratur. Agemus inferiùs de duobus aliis ſanctis Geneſiis, qui floruerunt in Aruernia, alter Epiſcopi dignitate præclarus, alter Comitis titulo conſpicuus.

* Genez.

VI. S. ANTOLIANI.

Inter opera ſancti Auiti numeratur etiam Baſilica Beati Antoliani Martyris, quam penitus collapſam reparauit. Illius templi conſtructionem ac ruinam Gregorius Turonenſis ita deſcribit [a]. *Antolianus martyr apud urbem Aruernam Martyrium conſummauit. In cuius honore Alchima ſoror, Placidina coniux Apollinaris Epiſcopi*, qui vitam anno decimo-quinto ſupra quingenteſimum clauſit, *templum ædificare cupientes, multa Sanctorum corpora, dum fundamenta iacerent, remouerunt, neſcientes cuius meriti eſſent, quorum ſepulchra repererant, quæ cùm viritim ſepelire propter aliorum ſepulchrorum multitudinem, quæ locum illum ab antiquo repleuerant, non haberent, congregatam oſſium maſſam in vnam proiicientes foſſam, humo operuerunt; idque quòd Deo vel Sancto martyri acceptabile non fuiſſet, per viſum cuidam apparuit, viditque homo ille conquerentem beatum Antolianum cum reliquis Sanctis, atque dicentem. Væ mihi quia propter me multi fratrum meorum iniuriati ſunt. Veruntamen dico, quia qui hæc cœperunt, ad effectum perducere non poſſunt. Quod ita geſtum eſt. Erectis tamen parietibus ſuper altare ædis illius, turrem à columnis, pharis, heracliſque tranſuolutis arcubus erexerunt, miram cameræ fucorum diuerſitatibus imaginatam adhibentes picturam. Nam ita fuit hoc opus elegans & ſubtile, vt per longa tempora rimarum frequentatione diuiſum, penè in ruinam pendere videretur. Quod periculum Auitus Pontifex cernens, anticipans futuram columnarum ſtragem, iuſſit tigna aſſeréſque vel tegulas amoueri, quibus ſubmotis nec adiutoriis columnis appoſitis, nutu Dei diſcedentibus de machina ſtructoribus vt cibum caperent, recedentibúſque & reliquis à Baſilica, dato columna immenſo pondere cum magno ſonitu ſuper altare & circa altare diruerunt, completáque eſt ædes nebulâ de effracti calcis puluere. At Sacerdos exſanguis, duorum damnorum detrimenta ſuſpirans, ne & marmora confregiſſent, & aliquis deperiſſet è populo, ſcire non poterat quid damni acceſſiſſet. Nullus enim propter nebulam pulueris illuc poterat accedere. Poſt duarum verò horarum ſpatium recedente nebulâ, ingreſſi ſunt vel defunctorum tollere corpora, vel columnarum fragmenta rimari. Nullum hominem periſſe cognoſcunt, altare quoque mirantur inlaſum, in quod è tanta altitudine impacta columna nihil laſionis intulerint. Quid plura? Inuenerunt omnia integra, cuncta contemplantur eſſe ſaluata, glorificant Martyrem, conſpiciunt Dei virtutem qui ſic altare columnáſque ſeruauit inlaſas.* Colitur beatus Antolianus octauo Idus Februarias.

[a] De glor. mart. lib. 1. cap. 65.

VII. LENOGISILUS BAPTIZATUR.

Poſt ſanctum Auitum Aruernenſi Eccleſiæ præfuit Deſideratus; quot annis haud liquet. Sub huius Pontificatu, Lenogiſilus puer Alemannus, patriâ cum paganis parentibus relictâ profectus eſt in Aquitaniam vt Chriſtianus fieret, degit in ciuitate Aruernica, nec multò pòſt Catholicâ fide inſtructus Baptiſmum ibi ſuſcepit, vt Author vitæ teſtatur [b]. Obiit beatus Deſideratus tertio Idus Februarias, quo die celebris eſt eius memoria in Tabulis Claromontenſibus. Quieſcit in Eccleſia ſancti Illidij, de qua ſic Anonymus [c] qui ſcripſit de

[b] Ap. Bolland. in append ad d. 13. Ian.
[c] Lib. 1. n. 11.

AN. CH. 594. CHILDEB. II. R. 19. CLOTAR. II. R. 11.

DESIDERATVS EPISC. ARVERN.

Eccleſiis & altaribus quæ tunc in Claromonte conſiſtebant. *In Eccleſia ſancti Illidy, altare ſancti Clementis, altare ſancta Maria. Vbi S. Illidius, & S. Deſideratus, &c. in corpore quieſcunt.* In eadem ciuitate conſpiciebatur olim Eccleſia ſancti Deſiderati, de qua ſic idem Author [a]. *In Eccleſia ſancti Deſiderati, altare S. Petri, &c.* Aſſentiri non poſſumus Sauaroni, qui vult hac Eccleſiâ dirutâ corpus beati Deſiderati tranſlatum in Illidianam fuiſſe, idem enim Scriptor eodem opere celebrat Eccleſiam ſancti Deſiderati, & eundem ſanctum Deſideratum in Eccleſia beati Illidij teſtatur in corpore quieſcere.

[a] Lib 1. n. 15.

VIII. THEODORVS EPISC. MASSIL.

VIII. Hoc etiam circiter anno migrauit ad Deum Theodorus Epiſcopus Maſſilienſis, erat enim adhuc in viuis anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-primo, eiúſque ſucceſſor Serenus iam ſedebat anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto, vt patet ex epiſtulis, quas Gregorius Magnus Indictione nonâ Theodoro, & Indictione decimâ-quartâ Sereno ſcripſit [b]. Erat Theodorus, teſte Gregorio [c] Turonenſi, *vir egregia ſanctitatis, & in oratione aſſiduus.* Colitur in Martyrologio Gallicano poſtridie Kalendas Ianuarias, eodémque die Sanctus æquè prædicatur à Galeſinio & à Ferrario in elogio Sancti Defendentis Martyris ex legione Thebæorum. *In Gallia*, inquit Galeſinius, *ad Rhodanum fluuium Sancti Defendentis & aliorum multorum militum, qui, Maximiano Imperatore, pro Chriſto Domino cruciatibus eo loco affecti, Martyrij coronam conſecuti ſunt. Ad cuius fluminis ripam à ſancto Theodoro Maſſilia Epiſcopo, Defendentis Martyris corpus ſepultum eſt eiúſque nomine Eccleſia dicata.* Ferrarius ait Galeſinium in eorum eſſe numero, qui Defendentem *apud Rhodanum fluuium in Maſſilienſi Diœceſi, vnà cum aliis, Maximiano Imperatore, Martyrio affectum, atque à ſancto Theodoro Epiſcopo Maſſilienſi conditum, ibidem Eccleſiâ ſibi conſtructâ tradunt.* Ceterùm cùm Theodorus diuinâ reuelatione cognouiſſet quonam in loco corpora Defendentis ac ſociorum Martyrum quieſcerent, non illa tantùm effodi curauit, atque in Eccleſiam transferri quam in eorumdem Martyrum honorem conſtruxit, ſed & Acta ſancti Defendentis complexus eſt libello quem Galeſinius aſſerit extare in vetuſtis monumentis Eccleſiæ Bergomenſis *. Antonius Ruffius in Hiſtoria Maſſilienſi [d] ſcribit eadem de ſancto Theodoro, cui Sauſſaius [e] annos Epiſcopatûs tribuit circiter viginti.

[b] Lib. 1. ep. 45. l. 5. ep. 52.
[c] Lib. 5. c. 12.

TRANSFERT CORPORA SS. MARTYRVM.

* *de Bergame.*
[d] Lib 9. cap. 1.
[e] In Martyr. Gall. d. 2 Ian.

IX. WLFILAICVS DIACONVS AN FVERIT BENEDICTINVS.

IX. Gregorius Turonenſis Wlfilaicum etiam Diaconum, qui ſolitariam primùm, deinde Cœnobiticam vitam in Diœceſi Treuirenſi duxit, prolixo encomio exornat libro octauo [f] Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, nec vllum de illius obitu verbum habet. Quapropter arbitramur piiſſimum hunc Diaconum ad hæc vſque tempora perueniſſe. Colitur eius memoria duodecimo Kalendas Nouembres in Faſtis Benedictinis, ſed Ordini Benedictino non aſcribitur potiori iure quàm ſanctus Aredius Lemouicenſis Abbas, cuius diſcipulus fuit teſte Gregorio Turonenſi præcitato.

[f] Cap. 15.

X. EPISCOPI NIVERN.

X. Auctor correctionis adiectæ Coquillio, inter ſanctum Agricolam, cuius ad annum Chriſti quingenteſimum vndenonageſimum ex Gregorio [g] Turonenſi meminimus, & Rauracum qui Concilio Cabilonenſi ſub Clodoueo Secundo Rege ſubſcripſit, in Niuernenſium Antiſtitum catalogo medios ponit ſanctos Fulcilium & Aregium. Eandem Pontificum Niuernenſium ſeriem in Gallia Chriſtiana retinet Robertus, additque Fulcilium ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quartum nominari, illóque anno obiiſſe. Sammarthani Fulcilio & Aregio expunctis Agricolæ Rauracum ſufficiunt. Errant ſanè plerique cùm Aregium Rauraci deceſſorem & Gregorio Magno coætaneum ſcribunt, ſimul enim confundunt duos Epiſcopos eiuſdem nominis, Vapincenſem videlicet cui Gregorius Magnus literas non ſemel direxit, & Niuernenſem Vapincenſi longè antiquiorem, qui viuebat anno Chriſti quingenteſimo vndequinquageſimo quo Synodus Aurelianenſis quinta celebrata eſt, & anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-primo quo habita eſt Synodus Pariſienſis ſecunda. Quapropter inter Agricolam & Rauracum in Niuernenſium Præſulum nomenclatura Fulcilium, cum Deodatum expuncto Aregio

[g] Lib. 9. c. 41.

colloeandum putamus. Obiit ſanctus Agricola quarto Kalendas Martias, quo dic colitur à Niuernenſibus, ſepultus fuit in Eccleſia ſancti Vincentij quæ nunc ſancti Agricolæ nomen obtinet. Ad hunc annum peruenire potuit. Ei ſucceſſit Fulcilius. AN. CH. 594. CHILDEB. II. R. 19. CLOTAR. II. R. 11.

XI. Obiit & hoc anno Papulus Epiſcopus Carnotenſis, nam Betharij ſucceſſoris annus ſextus, vt ſuo loco probabimus, in annum Chriſti ſexcenteſimum incidit. Betharius ex Clotarij Regis Archicapellano factus eſt Epiſcopus. Sic enim Authot vitæ ſcribit. *Clotharius Rex Secundus, filius Chilperici Regis, cum Regina Fredegunde nomine, regnabat ſuper gentem Francorum. Qui audiens famam beatiſſimi viri*, nempe Betharij, *ſuum conſtituit Archicapellanum.* Et inferiùs. *Papulus Epiſcopus ab hac luce migrauit. Tunc cunctus Clerus & deuotiſſimus populus, diuinâ admonitus inſpiratione ad Palatium pergit, aures Regis totâ fortitudine pulſat, ſcilicet petens vt beatum Betharium ſibi daret Paſtorem & Epiſcopum. Rex verò contriſtatus eſt ſuper hoc negotio, & omnes Optimates illius, quia ſicut Angelum Dei venerabantur eum. Verumtamen non diſtulit vota petentium, quin illico expleret fidelium votum. Tunc iuſſu imperatorio omniúmque Optimatum, Carnotenſium Eccleſiæ ſuſcepit principatum.* Hinc apertè conſtat eos turpiter hallucinari, qui poſt Papulum ſiue Pappolum nouem aut etiam plures Epiſcopos ſediſſe volunt, antequàm Betharius ad Pontificatum promoueretur. PAPVLVS EPISCOPVS CARNOT. MORITVR. SVCCEDIT BETHARIVS.

XII. Obiit etiam hoc anno Pebecontus Epiſcopus, cùm Diœceſim Lexobienſem in Armorica per annos viginti gubernaſſet. Succeſſit Robertus, ſeditque annos vnum & triginta, teſte Alberto in Armorica ſancta. LEXOBIENS. EP.

XIII. Qui Romulfum Remenſem Epiſcopum anno Chriſti vndeſexcenteſimo mortuum tradunt, ij ſubrogationem Sonnatij referunt anno Chriſti ſexcenteſimo, eiúſque obitum anno pòſt triceſimo-ſeptimo, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſeptimo, conſignant. Nos verò, qui Romulfum anno ſuperiori, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio, mortuum aſſeruimus, Sonnatium hoc anno, Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto, Epiſcopum ordinatum putamus, eiuſdémque Sonnatij mortem anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo connotabimus. Noſtræ computationi nihil refragatur apud Flodoardum, qui res à Sonnatio geſtas narratione ſatis longâ complexus eſt [a]. Synodum enim, quam poſt annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-primum à Sonnatio celebratam quidam neotericorum putant, habitam oſtendemus anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, Sonnatij Epiſcopi triceſimo-ſecundo. SONNATIVS FIT EPISC. REMENSIS.

[a] Lib. 2. c. 5.

ANNVS
CHRISTI 595.
CHILDEBERTI II. R. 20. 3.
CLOTARII II. R. 12.

595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

I. Annvm Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum cum anno Childeberti regnantis in Auſtria viceſimo & in Burgundia tertio comparamus. Priorem computum mutuamur à Gregorio Turonenſi, poſteriorem à Fredegario Scholaſtico. Vſum autem vtriuſque neceſſarium probant res hoc anno à Childeberto geſtæ, Decretum enim, quod infrà recitabimus, anno regni ſui viceſimo promulgauit, & ex Fredegarij ſententia regnum Warnorum anno ſui Principatûs in Burgundia tertio deleuit.

II. Decretum Childeberti Regis ad calcem Legis Salicæ reperitur. Singulos deſcribemus articulos, plerique enim ad Eccleſiaſticam diſciplinam toti pertinent, quia ſanciti ſunt in generalibus regni Comitiis, quæ quolibet anno DECRETVM CHILDEBERTI R.

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

Kalendis Martiis celebrari conſueuerant. In illis autem Conuentibus non agebantur tantùm cauſæ ſeculares ſeu priuatæ eſſent ſeu publicæ, ſed etiam Eccleſiaſticæ; nec eiuſmodi Synodis ſoli Primores laici, ſed etiam Epiſcopi magno numero intererant. Porrò Childeberti Decretum, ſeu *Decretio* vt habet Codex Friderici Lindenbrogij, non vnius anni vel loci ſed plurium annorum locorúmque fœtus eſt. Ex articulis enim quatuordecim, quibus conſtat, alios apud Traiectum, alios apud Coloniam, alios apud Attiniacum, omnes Kalendis Martiis, id eſt, in Synodis ad Kalendas Martias conuocatis, editos liquet.

III. Præfatio Decreti talis eſt. *Childebertus Rex Francorum, vir inluſter. Cùm in Dei nomine Nos, omnes Kal. Mar.* id eſt, ſingulis Kalendis menſis Martij, *de quibuſcunque conditionibus vnà cum noſtris Optimatibus pertractauimus, ad vnumquemque notitiam volumus peruenire.* Sequuntur articuli.

IV. De ſucceſſione in res auiaticas.

I. Ita Deo auxiliante Attiniaco Kal. Mar. anno X X. *regni noſtri conuenit, vt nepotes ex filio vel ex filia ad auiaticas res cum auunculis vel amitis ſic venirent in hæreditatem, tanquam ſi pater aut mater viui fuiſſent. De illis tamen nepotibus iſtud placuit obſeruari, qui de filio vel filia naſcuntur, non qui de fratre.* Clarus eſt ſenſus huius articuli, quo nepos ex filio vel ex filia, ſeu patre ſeu matre orbatus, hæres aui cum auunculo & amita ſuperſtitibus conſtituitur. Obſerua tamen hîc auunculorum & amitatum nominibus non tantùm auunculos & amitas, ſed etiam patruos & materteras intelligi; nec tantùm nepotes ex filiis & filiabus dici reſpectu auorum, ſed etiam ex fratribus & ſororibus reſpectu patruorum, auunculorum, materteratum & amitatum.

V. De inceſtis coniunctionibus.

Articulo ſecundo prohibentur inceſtæ coniunctiones, grauiſſimæque pœnæ decernuntur aduersùs eos, qui præceptionibus Epiſcopi ſui parere noluerint. *In ſequenti hoc conuenit vnà cum Leudis noſtris, vt nullus de crinoſis inceſtum vſum ſibi ſociet coniugio, hoc eſt, nec fratris ſui vxorem, nec vxoris ſuæ ſororem, nec vxorem patris ſui, aut parentis conſanguinei. Si quis vxorem patris acceperit, mortem incurrat. De præteritis verò inceſtis coniunctionibus per prædicationem Epiſcoporum iuſſimus emendari. Qui verò Epiſcopum ſuum noluerit audire, & excommunicatus fuerit, perennem condemnationem apud Deum ſubſtineat, & inſuper de Palatio noſtro ſit omnino extraneus, & omnes facultates ſuæ legitimis parentibus perueniant.* Per viros crinoſos, de quibus agit hæc ſanctio, quoſlibet Francos haud intellige, ſed ingenuos tantùm muneribúſque Palatinis conſpicuos, quibus, ſi rei ſunt, ipſum interdicitur Palatium, omnéſque facultates adimuntur. In duplici differentia ponuntur Franci Titulo viceſimo-ſexto [a] Legis Salicæ, alij enim criniti ſeu crinoſi dicuntur, alij incriniti. *Si quis puerum infra duodecim annos ſiue crinitum ſiue incrinitum occiderit,* &c. Agathias, cuius textum ad annum Chriſti quingenteſimum vndequadrageſimum [b] Tomo primo deſcripſimus, Reges Francorum crinitos exhibet, deinde hæc ſubiungit de populis qui ſub illorum poteſtate degunt. *Subditi orbiculatim tondentur, neque eis prolixiorem comam alere facilè permittitur.* Id ſanè permiſſum regni Primoribus, in quos potiſſimùm hæc multa cadit, vt de Palatio regio fiant extranei, ſi rei ſontéſque deprehendantur. Quamuis autem ſanctio, de qua nunc agimus, ſolos crinoſos ſeu crinitos nominet, in quos pœnam decernat, ſi matrimonium inceſtum contrahant, caue ne quod crinitis interdicitur, incrinitis licitum putes, quod enim crinitis non permittitur, id etiam incrinitis potiori iure vetitum facilè iudicatur.

VI. De vſucapione.

Articulus tertius eſt de vſucapione. *Similiter Traiecti conuenit nobis Campo, vt quaſlibet res ad vnum Ducem vel Iudicem pertinentes, per decem annos quicunque inconcuſſò poſſedit, nullam habeat licentiam intertiandi, niſi tantùm cauſà orphanorum, vſque ad* X X. *annos licentiam tribuamus. Si quis ſuper hoc iudicium præſumpſerit intertiare, ſol.* X V. *ſoluat. & rem intertiatam amittat. De reliquis verò conditionibus omnes omnino cauſas tricenaria Lex excludit præter id quod in alia regna huc vſque detenuit.* Campus Traiecti ſignificat Conuentum Traie-

[a] §. 1.

[b] Num. 5.

ctenſem, id eſt, Conuentum Kalendis Martiis celebratum Traiecti * ad Moſam. Conuentus enim, qui quolibet anno Kalendis Martiis haberi conſueuerat, Campus dicebatur quia fiebat in campo, vocabatúrque Campus Martis ab ipſo menſe Martio. In antiquis Annalibus, quos Marquardus Freherus primùm publicauit, & à Monaſterio ſancti Nazarij Nazarianos rectè nuncupaueris, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum de Thaſſilone ſeu Deſſilone Boioariæ Duce ad Conuentum profecto hæc leguntur. *Venit Deſſilo ad Martis Campum.* Eiuſmodi Conuentus, cùm menſe Maio commodiùs initi cœpit, ſeruato adhuc Campi nomine dictus eſt *Maij Campus*, corruptè *Campus Magij*, *Magis Campus* & *Campomadius*. Hæc temporis ad agendum Conuentum aſſignati mutatio notatur ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum in vetuſtis Annalibus, quos Andreas Ducheſnius ex Alexandri Petauij Bibliotheca publici iuris fecit. *Venit Thaſilo ad Martis Campo, & mutauerunt Martis Campum in menſe Maio.* Frequenter in Annalibus Nazarianis iam laudatis occurrit Campus Maî ſeu Maij. Anno DCCLXXIII. *Maî Campus ad Genua.* Anno DCCLXXV. *Maî Campus ad Dura.* Anno DCCLXXVI. *Maî Campus ad Wormacia.* Anno DCCLXXVII. *Maî Campus in Saxonia ad Pedebruna.* Anno DCCLXXXI. *Carolus Rex reuerſus eſt de Roma, & Maî Campum ad ciuitatem Wagionum habuit.* Vocatur *Magis Campus* in fragmento Annalium quod in Alexandri Petauij Codice Chronico Nibelungi Comitis ſubiicitur. *An. DCCLXXVII. habuit Carlus Conuentum Francorum, id eſt, Magis Campum in Saxonia ad Padresburnon.* In Campo Traiecti ſiue in Conuentu Traiectenſi, cuius Sanctionem ſuprà recitauimus, ad Canonicam præſcriptionem ſiue vſucapionem quadruplex differentia temporis ſtatuitur habitâ ratione perſonarum ac locorum. Prima eſt annorum decem in rebus quæ pertinent ad Ducem aut Iudicem. Secunda eſt annorum viginti in rebus orphanorum nec quorumlibet ſed eorum duntaxat quorum pater aut Dux aut Iudex fuit. Tertia eſt annorum triginta in bonis ceterorum. Quarta excedit annos triginta, nec certo termino circumſcribitur in bonis, quæ ſita ſunt in alio regno. Æquas huiuſce Conſtitutionis partes attentè conſidera. Infirmiorum, quorum bona per præſcriptionem ante annos triginta non acquiruntur, cauſa melior fit quàm potentiorum in quorum bonis valet præſcriptio decem duntaxat annorum. Similiter, orphanorum magis quàm aliorum vtilitati tuitioníque conſulitur. Denique Legi tricenariæ ſeu præſcriptioni communi atque ordinariæ non ſubiiciuntur bona, quæ ſunt in alio regno, nam bella poſſeſſionem per plures annos impedire poſſunt. Quamdiu regnauit Childebertus, Francia tripertita fuit aut bipertita. Poſt mortem Sigiberti patris imperauit primùm cum patruis Guntchramno & Chilperico per annos nouem; deinde ab anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, quo Chilpericus Rex occubuit, imperauit cum Guntchramno patruo & Clotario fratre patrueli; poſtremò ſolus cum eodem Clotario imperauit ab anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio, quo Guntchramnus Rex interiit. Quonam anno ſancita ſit Traiectenſis Conſtitutio, cuius mentionem Childebertus in ſuo Decreto facit, haud compertum habetur. Edita eſt vel anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto, vel regno Franciæ tunc tripertito. In eadem Conſtitutione *intertiare* idem eſt ac ſequeſtrare, & *res intertiata* dicitur quæ ſequeſtrata eſt ſiue apud ſequeſtrum depoſita, donec ſententiâ deciſum fuerit cuius eſſe debeat.

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 26. CLOTAR. II. R. 12.

* *Maſtricht.*

VII. DE RAPTV.

Articulus quartus eſt de raptu. *Pari conditione conuenit Kal. Mar. omnibus nobis adunatis, vt quicumque raptum facere præſumpſerit, periculum mortis incurrat, & nullus de Optimatibus noſtris de tam turpiſſimo vitio præſumat rogare, ſed inimicum Dei vnuſquiſque amodò perſequatur. Qui verò Edictum noſtrum auſus fuerit irrumpere, Iudex loci illius ſolatio collecto ipſum raptorem occidat, & iaceat forbattutus. Et ſi ad Eccleſiam confugerit, reddatur ab Epiſcopo, & ſine vlla precatione exinde ſeparetur. Et ſi ipſa mulier poſteà raptori conſenſerit, ambo pariter in*

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

exilio tranſmittantur. Et ſi foras Eccleſiam capti fuerint, pariter occidantur, & facultates illorum parentibus legitimis dentur, & quod fiſco noſtro debitum eſt acquiratur. In raptorem mors decernitur, nec azylum Eccleſiæ violatur, nam raptori, qui confugit in Eccleſiam, vita conceditur, & ſi mulier ei poſteà conſenſit, exilium vtrique irrogatur. Textus clariſſimus eſt excepto vocabulo *forbattutus*, de cuius etymo conſule Lindenbrogium & Spelmannum in vocibus *battere* & *forbattudo*, & Voſcium in verbo *batuo*. Forbattutus dicitur is, qui vim aut iniuriam inferens, culpâ ſuâ occiditur, quaſi primus feriens vel primam inferens iniuriam. *Fore* enim idem eſt ac prior, & *battere* ac *batuere* idem ac ferire & percutere; à *batere* quod in legibus Longobardorum ſæpè legitur, aut à *batuere* quod Plauto & aliis Auctoribus Latinis non inuſitatum fuit, deducuntur *battutus*, *battudo*, *battitura* & *batteria*.

VIII. DE HOMICIDIO.

Articulus quintus. *De homicidiis verò ita iuſſimus obſeruari, vt quicunque auſu temerario alium ſine cauſa occiderit, vitæ periculo feriatur, & nullo pretio ſe redimere vnquam valeat. Et ſi conuenerit, vt ad compoſitionem quis deſcendat, nullus de parentibus aut de amicis ei quicquam adiuuet: ſi quis præſumpſerit ei aliquid adiuuare, ſuum Weregildum omnino componat. Quia iuſtum eſt, vt qui iniuſtè nouit occidere, diſcat iuſtè mori.* Weregildus, vt ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſecundum [a] iam notauimus, ea dicebatur pecunia, quæ luendi homicidij causâ ſoluebatur. Nomen hoc variè prolatum reperitur, Wergildus, Wergilda, Wergildum, Wergeldum, Wergelt, Witigeldus, Weregildus, Wirgildus, Werigildus, Werigeldum, Werigildum, Geweregildum, Wirgild, Widrigild, Bartigildum, & Varigildum. Idem eſt ac *homicidÿ precium* in Canone [b] Cabilonenſi, & *interfecti compoſitio* apud Burchardum [c]. Germani grauiſſima delicta ipsáque homicidia pecuniis commutabant, Franci diu morem eundem retinuerunt. De Germanis ita Tacitus [d]. *Suſcipere tam inimicitias ſeu patris ſeu propinqui, quàm amicitias, neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipítque ſatisfactionem vniuerſa domus.* Vt autem vniuerſa interfecti domus ſatisfactionem ex iure recipiebat, ſic etiam vniuerſa domus interficientis ſortes ſuas in redemptionem ex amicitia gratiâque conferre conſueuerat. At quædam ſcelera nonnunquam adeò atrocia iudicabantur, vt ea nullo Wergildorum cumulo redimere fas eſſet reo, vel ſi componendi licentia fieret, propinquis non liceret quidquam in partem compoſitionis ſeu redemptionis erogare. Tale eſt homicidium, de quo Childebertus in ſuo Decreto, cùm quis auſu temerario alium ſine cauſa occidit.

[a] Num. 6.
[b] Conc. Cabil. ſub Carolo M. can 24.
[c] Lib. 6. c. 11.
[d] Lib. de moribus Germ.

IX. DE FELONIA.

Articulus ſextus. *De farfalio ita conuenit, vt quicunque in mallo præſumpſerit farfalium minare, ſine dubio ſuum Weregildum componat, quia omnino volumus vt farfalius reprimatur. Et, ſi forſitan, vt adſolet, Iudex hoc conſenſerit, & fortaſſe adquieſcet iſtum farfalium cuſtodire, vitæ periculum per omnia incurrat.* Henricus Spelmannus ſuſpicatur *farfalium* vocari qui *feloniam* facit. *Mallum* ſeu *mallus* placitum dicitur maius, in quo maiora Comitatûs negotia, quæ in villis ac pagis terminari non poſſunt, à Comite finiuntur. Sanctionis ſenſus iam paret. Vaſallus feloniæ in Dominum reus puniri debet à loci Iudice, vetátque Rex, ne quis eum minet ad mallum ſeu ducat ad maius placitum, imò Iudicem, ſi quem ei fauorem præſtiterit, morte plectendum pronuntiat.

X. DE FVRTO.

Articulus ſeptimus. *De furibus & malefactoribus ita decreuimus obſeruare, vt ſi quinque aut ſeptem bonæ fidei homines, abſque inimicitia interpoſita, criminoſum cum ſacramenti interpoſitione eſſe dixerint, quomodò contra legem furtum perpetrauit, ſecundùm legem moriatur, &, ſi Iudex comprehenſum latronem laxauerit, vitam ſuam amittat. Et hæc diſciplina in populo modis omnibus obſeruetur.*

XI.

Articulus octauus. *Similiter Kal. Mar. conuenit, & ita banniuimus*, id eſt, ſtatuimus, *vt vnuſquiſque Iudex criminoſum latronem audierit, ad caſam ſuam ambulet, & ipſum ligare faciat, itaut ſi francus*, id eſt, liber, *fuerit, ad noſtram præſentiam dirigatur, &, ſi debilior perſona fuerit, in loco pendatur.* Vt

bannus

bannus ſeu *bannum*, ſic & *bannire* ſeu *banniare*, quod à banno deducitur, varias ſignificationes habet. In Legibus Longobardorum, *bannum* pro edicto ſeu mandato vſurpatum reperies. Exemplum hoc profert Spelmannus. *Vt pontes publici, qui per bannum fieri ſalebant, anno præſenti in omni loco reſtaurentur.* De franco, quem liberum explicuimus, nulla eſt difficultas. Vas ſeu fideiuſſor liber dicitur *francus plegius*, vt *francus tenens* is qui terras vel prædia à Domino ſuo liberè tenet. Rogerus *de Honeden* in poſteriore Annalium parte [a] ſcribit nuncios à Richardo Anglorum Rege, qui captiuus ab Imperatore in Germania detinebatur, miſſos in Angliam fuiſſe eum literis *ad omnes Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & Abbates, & Comites, & Barones, & Clericos, & francos tenentes.*

[a] ad ann. 1193.

Articulus nonus. *Si quis Centenarium aut quemlibet Iudicem noluerit ſuper malefactorem ad prindendum adiuuare, ſol.* LX. *omnino condemnetur.* Centenarij ſeu Centenariones pagorum minimorum Iudices erant, vt ad annum Chriſti quadringenteſimum nonageſimum-ſextum [b] Tomo primo iam obſeruauimus. XII.

[b] Num 113.

Articulus decimus. *Et quicunque ſeruum crimiroſum habuerit, & Iudex rogauerit ipſum præſentare, & noluerit, ſuum Weregildum omnino componat.* XIII.

Articulus vndecimus. *Similiter conuenit, vt, ſi furtum factum fuerit, capitale, ſeu valorem rei ablatæ, de præſenti Centena reſtituat, & cauſator* ſeu litigator *Centenarium cum centena requirat.* Vt Centenarius ſeu Centenario vel Cento Iudex eſt pagi, ſic pagus ipſe, cui Centenarius præficitur, Centena ſeu Centa vel Centuria vocatur. Præcipit igitur Childebertus, vt Iudex habitatoréſque pagi, in quo furtum commiſſum eſt, perſonæ, cui res ablata fuit, valorem ſtatim reſtituant, ſi nec fur inueniri, nec res ablata reſtitui poteſt. XIV.

Articulus duodecimus. *Pari conditione conuenit, vt ſi vna Centena in alia Centena veſtigium ſequuta fuerit, & inuenerit; vel in quibuſcunque fidelium noſtrorum terminis veſtigium miſerit, & ipſum in aliam centenam minimè expellere potuerit, aut conuictum reddat latronem, aut capitale de præſenti reſtituat, & cum* XII. *perſonis ſe ex hoc ſacramento exuat.* Hic articulus arctiſſimè connectitur cum ſuperiore. Cùm enim incolæ pagi, in quo quis furatus eſt, ablatæ rei valorem reſtituere cogantur, ſi nec inuenire furem, nec ipſam rem reſtituere poſſint, eis meritò permittitur, vt aliam Centenam ſeu pagum alium adeant, quò furem confugiſſe ſciuerint, ac deinceps illa Centena, quæ furem recepit, cum ſuo Centenario tenetur ad reſtitutionem faciendam. XV.

Articulus decimus-tertius. *Si ſerui Eccleſiarum, aut fiſcalini*, id eſt; ſerui ad fiſci patrimonium ſpectantes, *furtum admiſerint, ſimilem pœnam ſuſtineant, ſicut & reliquorum ſerui francorum* ſeu libertorum. XVI.

Articulus decimus-quartus. *Diem Dominicum ſimiliter placuit obſeruare, vt quicunque ingenuus, excepto quod ad coquendum vel ad manducandum pertinet, opera alia præſumpſerit, ſi Salicus fuerit, ſol.* XV. *componat, ſi Romanus* VII. *S. Seruus verò aut tres ſolidos reddat, aut dorſum ſuum componat.* Salicum interpretare qui Salicis legibus vtitur, Romanum qui Romanis, nam creſcente Francorum regno venerunt in eorum poteſtatem multæ prouinciæ, quarum populi Romanâ linguâ Romaníſque legibus vtebantur. In Geſtis Francorum, quæ iuſſu Childebrandi Comitis conſcripta ſunt, Romani vocantur populi, qui trans Ligerim ſiti ſunt. En textum Auctoris. *Carlomannus atque Pipinus, Principes germani, congregato exercitu Ligeris alueum Aurilianis vrbe tranſeunt, Romanos proterunt, vſque Bituriças vrbem accedunt.* XVII. DE DIE DOMINICO.

In editione Friderici Lindebrogij ſubiungitur articulus decimus-quintus, qui deſideratur in Codice Regio, videtúrque ſuppoſititius, quia datus dicitur *pridie Kalend. Mar. anno* XX. *regni Domini noſtri, Colonia*, nec ille Character cum primo concordat articulo, vbi Childebertus Rex ita loquitur. *Attiniaco, Kal. Mar. anno* XX. *regni noſtri conuenit, vt,* &c. Sanctio, quam inſitiam arbitramur, talis eſt. *De chrenecruda lex, quam paganorum tempore obſeruabant, deinceps nunquam valeat, quia per ipſam cecidit multorum poteſtas. Datum* XVIII. DE CHRENECRVDA.

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

exilio tranſmittantur. Et ſi foras Eccleſiam capti fuerint, pariter occidantur, & facultates illorum parentibus legitimis dentur, & quod fiſco noſtro debitum eſt acquiratur. In raptorem mors decernitur, nec azylum Eccleſiæ violatur, nam raptori, qui confugit in Eccleſiam, vita conceditur, & ſi mulier ei poſteà conſenſit, exilium vtrique irrogatur. Textus clariſſimus eſt excepto vocabulo *forbattutus*, de cuius etymo conſule Lindenbrogium & Spelmannum in vocibus *battere* & *forbattudo*, & Voſcium in verbo *batuo*. Forbattutus dicitur is, qui vim aut iniuriam inferens, culpâ ſuâ occiditur, quaſi primus feriens vel primam inferens iniuriam. *Fore* enim idem eſt ac prior, & *battere* ac *batuere* idem ac ferire & percutere; à *batere* quod in legibus Longobardorum ſæpè legitur, aut à *batuere* quod Plauto & aliis Auctoribus Latinis non inuſitatum fuit, deducuntur *battutus*, *battudo*, *battitura* & *batteria*.

VIII. DE HOMICIDIO.

Articulus quintus. *De homicidiis verò ita iuſſimus obſeruari, vt quicunque auſu temerario alium ſine cauſa occiderit, vita periculo feriatur, & nullo pretio ſe redimere vnquam valeat. Et ſi conuenerit, vt ad compoſitionem quis deſcendat, nullus de parentibus aut de amicis ei quicquam adiuuet: ſi quis præſumpſerit ei aliquid adiuuare, ſuum Weregildum omnino componat. Quia iuſtum eſt, vt qui iniuſtè nouit occidere, diſcat iuſtè mori.* Weregildus, vt ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſecundum [a] iam notauimus, ea dicebatur pecunia, quæ luendi homicidij cauſâ ſoluebatur. Nomen hoc variè prolatum reperitur, Wergildus, Wergilda, Wergildum, Wergeldum, Wergelt, Witigeldus, Weregildus, Wirgildus, Werigildus, Werigeldum, Werigildum, Geweregildum, Wirgild, Widrigild, Barrigildum, & Varigildum. Idem eſt ac *homicidy precium* in Canone [b] Cabilonenſi, & *interfecti compoſitio* apud Burchardum [c]. Germani grauiſſima delicta ipſáque homicidia pecuniis commutabant, Franci diu morem eundem retinuerunt. De Germanis ita Tacitus [d]. *Suſcipere tam inimicitias ſeu patris ſeu propinqui, quàm amicitias, neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipítque ſatisfactionem vniuerſa domus.* Vt autem vniuerſa interfecti domus ſatisfactionem ex iure recipiebat, ſic etiam vniuerſa domus interficientis ſortes ſuas in redemptionem ex amicitia gratiâque conferre conſueuerat. At quædam ſcelera nonnunquam adeò atrocia iudicabantur, vt ea nullo Wetgildorum cumulo redimere fas eſſet reo, vel ſi componendi licentia fieret, propinquis non liceret quidquam in partem compoſitionis ſeu redemptionis erogare. Tale eſt homicidium, de quo Childebertus in ſuo Decreto, cùm quis auſu temerario alium ſine cauſa occidit.

[a] Num. 6.
[b] Conc. Cabil. ſub Carolo M. can 24.
[c] Lib. 6. c. 11.
[d] Lib. de moribus Germ.

IX. DE FELONIA.

Articulus ſextus. *De farfalio ita conuenit, vt quicunque in mallo præſumpſerit farfalium minare, ſine dubio ſuum Weregildum componat, quia omnino volumus vt farfalius reprimatur. Et, ſi forſitan, vt adſolet, Iudex hoc conſenſerit, & fortaſſe adquieſcet iſtum farfalium cuſtodire, vita periculum per omnia incurrat.* Henricus Spelmannus ſuſpicatur *farfalium* vocari qui *feloniam* facit. *Mallum* ſeu *mallus* placitum dicitur maius, in quo maiora Comitatûs negotia, quæ in villis ac pagis terminari non poſſunt, à Comite finiuntur. Sanctionis ſenſus iam patet. Vaſallus feloniæ in Dominum reus puniri debet à loci Iudice, vetátque Rex, ne quis eum minet ad mallum ſeu ducat ad maius placitum, imò Iudicem, ſi quem ei fauorem præſtiterit, morte plectendum pronuntiat.

X. DE FVRTO.

Articulus ſeptimus. *De furibus & malefactoribus ita decreuimus obſeruare, vt ſi quinque aut ſeptem bonæ fidei homines, abſque inimicitia interpoſita, criminoſum cum ſacramenti interpoſitione eſſe dixerint, quomodò contra legem furtum perpetrauit, ſecundùm legem moriatur, &, ſi Iudex comprehenſum latronem laxauerit, vitam ſuam amittat. Et hæc diſciplina in populo modis omnibus obſeruetur.*

XI.

Articulus octauus. *Similiter Kal. Mar. conuenit, & ita banniuimus*, id eſt, ſtatuimus, *vt vnuſquiſque Iudex criminoſum latronem audierit, ad caſam ſuam ambulet, & ipſum ligare faciat, itaut ſi francus*, id eſt, liber, *fuerit, ad noſtram præſentiam dirigatur, &, ſi debilior perſona fuerit, in loco pendatur.* Vt

bannus

bannus ſeu *bannum*, ſic & *bannire* ſeu *banniare*, quod à banno deducitur, varias AN. CH.
ſignificationes habet. In Legibus Longobardorum, *bannum* pro edicto ſeu 595.
mandato vſurpatum reperies. Exemplum hoc profert Spelmannus. *Vt pontes* CHILDEB.
publici, qui per bannum fieri ſolebant, anno præſenti in omni loco reſtaurentur. II. R. 20.
De franco, quem liberum explicuimus, nulla eſt difficultas. Vas ſeu fideiuſ- CLOTAR.
ſor liber dicitur *francus plegius*, vt *francus tenens* is qui terras vel prædia à Do- II. R. 12.
mino ſuo liberè tenet. Rogerus *de Honeden* in poſteriore Annalium parte [a] [a] ad ann. 1193.
ſcribit nuncios à Richardo Anglorum Rege, qui captiuus ab Imperatore in Germania detinebatur, miſſos in Angliam fuiſſe cum literis *ad omnes Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & Abbates, & Comites, & Barones, & Clericos, & francos tenentes.*

Articulus nonus. *Si quis Centenarium aut quemlibet Iudicem noluerit ſuper* XII.
malefactorem ad prindendum adiuuare, ſol. LX. *omnino condemnetur.* Centenarij ſeu Centenariones pagorum minimorum Iudices erant, vt ad annum Chriſti quadringenteſimum nonageſimum-ſextum [b] Tomo primo iam obſeruauimus. [b] Num 113.

Articulus decimus. *Et quicunque ſeruum criminoſum habuerit, & Iudex ro-* XIII.
gauerit ipſum præſentare, & noluerit, ſuum Weregildum omnino componat.

Articulus vndecimus. *Similiter conuenit, vt, ſi furtum factum fuerit, capitale,* XIV.
ſeu valorem rei ablatæ, *de præſenti Centena reſtituat, & cauſator* ſeu litigator *Centenarium cum centena requirat.* Vt Centenarius ſeu Centenario vel Cento Iudex eſt pagi, ſic pagus ipſe, cui Centenarius præficitur, Centena ſeu Centa vel Centuria vocatur. Præcipit igitur Childebertus, vt Iudex habitatoréſque pagi, in quo furtum commiſſum eſt, perſonæ, cui res ablata fuit, valorem ſtatim reſtituant, ſi nec fur inueniri, nec res ablata reſtitui poteſt.

Articulus duodecimus. *Pari conditione conuenit, vt ſi vna Centena in alia* XV.
Centena veſtigium ſequuta fuerit, & inuenerit; vel in quibuſcunque fidelium noſtrorum terminis veſtigium miſerit, & ipſum in aliam centenam minimè expellere potuerit, aut conuictum reddat latronem, aut capitale de præſenti reſtituat, & cum XII. *perſonis ſe ex hoc ſacramento exuat.* Hic articulus arctiſſimè connectitur cum ſuperiore. Cùm enim incolæ pagi, in quo quis furatus eſt, ablatæ rei valorem reſtituere cogantur, ſi nec inuenire furem, nec ipſam rem reſtituere poſſint, eis meritò permittitur, vt aliam Centenam ſeu pagum alium adeant, quò furem confugiſſe ſciuerint, ac deinceps illa Centena, quæ furem recepit, cum ſuo Centenario tenetur ad reſtitutionem faciendam.

Articulus decimus-tertius. *Si ſerui Eccleſiarum, aut fiſcalini*, Id eſt; ſerui XVI.
ad fiſci patrimonium ſpectantes, *furtum admiſerint, ſimilem pœnam ſuſtineant, ſicut & reliquorum ſerui francorum* ſeu liberorum.

Articulus decimus-quartus. *Diem Dominicum ſimiliter placuit obſeruare, vt* XVII.
quicunque ingenuus, excepto quod ad coquendum vel ad manducandum pertinet, DE DIE
opera alia præſumpſerit, ſi Salicus fuerit, ſol. XV. *componat, ſi Romanus* VII. *S.* DOMINICO.
Seruus verò aut tres ſolidos reddat, aut dorſum ſuum componat. Salicum interpretare qui Salicis legibus vtitur, Romanum qui Romanis, nam creſcente Francorum regno venerunt in eorum poteſtatem multæ prouinciæ, quarum populi Romanâ linguâ Romaníſque legibus vtebantur. In Geſtis Francorum, quæ iuſſu Childebrandi Comitis conſcripta ſunt, Romani vocantur populi, qui trans Ligerim ſiti ſunt. En textum Auctoris. *Carlomannus atque Pipinus, Principes germani, congregato exercitu Ligeris alueum Aurilianis vrbe tranſeunt, Romanos proterunt, vſque Biturigas vrbem accedunt.*

In editione Friderici Lindebrogij ſubiungitur articulus decimus-quintus, XVIII.
qui deſideratur in Codice Regio, videtúrque ſuppoſititius, quia datus dici- DE CHRE-
tur *pridie Kalend. Mar. anno* XX. *regni Domini noſtri, Colonia*, nec ille Chara- NECRVDA.
cter cum primo concordat articulo, vbi Childebertus Rex ita loquitur. *Attiniaco, Kal. Mar. anno* XX. *regni noſtri conuenit, vt,* &c. Sanctio, quam inſitiriam arbitramur, talis eſt. *De chrenecruda lex, quam paganorum tempore obſeruabant, deinceps nunquam valeat, quia per ipſam cecidit multorum poteſtas. Datum*

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

pridie Kalend. Mar. anno XX. *regni Domini noſtri, Coloniæ feliciter.* Quid eſſet Chrenecruda ſeu Chrenechruda, ſic exponit Titulus ſexageſimus-primus Legis Salicæ. *Si quis hominem occiderit, & in tota facultate ſua non habuerit, vnde totam legem implere valeat,* XII. *iuratores donet, quòd nec ſuper terram, nec ſubtus terram, ampliùs de facultate non habeat, niſi quod donatum habet. Poſteà intrare debet in caſam ſuam, & de quatuor angulis de terra illa in pugno ſuo colligat, & ſtare in durpilo, hoc eſt, in limitare* ſeu veſtibulo, *& intus captare, & cum ſiniſtra manu de illa terra vltra ſuas ſcapulas iactare, ſuper quem proximiorem parentem habet. Quòd ſi iam pater aut mater vel frater ſoluerint, tunc ſuper ſororem matris aut ſuper ſuos filios debet illam terram iactare, id eſt, ſuper tres de generatione matris, aut ſuper ſuos filios debet illam terram iactare, id eſt, ſuper tres de generatione matris qui proximiores ſunt, & poſteà in camiſia diſcinctus & diſcalciatus cum palo in manu ſupra ſepem ſalire debet, vt pro medietate, quantùm de compoſitione diger eſt* (vel *quantùm in compoſitione dederit,* vt habet Codex Regius) *aut quantùm lex dicat, illi tres ſoluant. Idem illi alij, qui de paterna generatione veniunt, facere debent. Si verò aliquis ex illis pauperior fuerit, & non habet vnde ad integrum debitum ſoluat, quicunque de illis ampliùs habet, iterum ſuper illum chrenechruda, ille qui pauperior eſt, iactet, & ille totam legem componat. Quòd ſi nec ipſe habuerit vt totam legem perſoluat, tunc illum qui homicidium fecit, ille qui eum in fide ſua habet, per quatuor mallos præſentem faciat. Et, ſi eum nullus ſuorum per compoſitionem voluerit redimere, de vita componat.* Si fidem habemus Spelmanno, *ſublata eſt iſta lex à Childeberto Francorum Rege, an. Regni ſui 20. qui eſt ſalutis noſtræ circiter* 534. At hic Auctor duos errores committit; alterum, cùm Childeberti Decretum, quod Legi Salicæ ſubiicitur, à Childeberto Primo, Clodouei Magni filio, promulgatum putat; alterum, cùm annum viceſimum Childeberti Primi cum anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quarto componit. Obiit Clodoueus Magnus anno Chriſti quingenteſimo vndecimo, & annus viceſimus Childeberti Primi cum anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-primo comparatur. Childebertus Primus ſedem regiam Pariſiis habuit, nec vnquam regnauit in Auſtraſia, vbi Colonia, Traiectum & Attiniacum *. Recurrendum igitur ad alterum Childebertum, Auſtraſiæ Regem, Sigiberti filium, Clodouei Magni pronepotem, cuius annus viceſimus cum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto coincidit.

* *Attigny.*

XIX. Hic Childebertus non tantùm in Auſtraſia poſt Sigibertum patrem, ſed etiam in Burgundia poſt Guntchramnum patruum regnauit, annúſque Chriſti quingenteſimus nonageſimus-quintus, vt anno viceſimo Childeberti regnantis in Auſtraſia iuxta computum Gregorij Turonenſis, ſic & anno eiuſdem Childeberti regnantis in Burgundia tertio illigatur apud Fredegarium [a], qui teſtatur illo anno multa in cælo apparuiſſe ſigna, regnúmque Warnorum à Francis penitus deletum fuiſſe. *Anno* III. *Childeberto in Burgundia regnante, multa ſigna in cælo oſtenſa ſunt, apparuit ſtella cometes. Eo anno exercitus Childeberti cum Warnis, qui rebellare conauerunt, fortiter dimicauit, & ita Warni trucidati ac victi ſunt, vt parum ex ipſis remanſiſſet.* Hunc Fredegariani Chronici textum iam citauimus, interpretatique ſumus ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-quartum, cùm ſermo primùm de Varnis faciendus nobis occurrit. Anglis, Saxonibus ac Iutis è Germania in Britanniam Inſulam anno Chriſti circiter quadringenteſimo quadrageſimo-ſexto profectis, poteſtas Varnorum inter Rhenum & Daniam ad littus Oceani multùm creuit. Stetit eorum regnum ad hunc vſque annum, quo penitus deletum eſt à Childeberto Francorum Rege, neque enim deinceps vlla nationis illius mentio fit apud antiquos Scriptores rerum Francicarum. Hermegiſclus Varnorum Rex, Clodouei Magni gener, morti proximus, apud Procopium [b], coram gentis ſuæ Primoribus rectè ratiocinatur. *Cenſeo,* inquit, *Varnorum rationibus magis conducere Francorum, quàm Inſulanorum,* id eſt, Britannorum,

[a] Cap. 25.

DELETVR A FRANCIS REGNVM VARNORVM.

[b] De Bell. Goth. lib. 4. cap. 20.

AN. CH. 595.
CHILDEB. II. R. 20.
CLOTAR. II. R. 12.

affinitatem. Commercium enim vobiſcum Brittij (Brittiorum vocabulo Britannos intelligit) *inire nequeunt, niſi ſerò ac difficulter. At Varnos inter & Francos nihil niſi fluuius hic Rhenus intereſt. Quare cùm in proximo ſint, ac plurimùm polleant, illis promptum eſt, benè nobis ac malè facere quando volent.* οἶμαι τοίνυν Οὐάρνοις ξυνοίσειν πλέω κηδείαν ἐς Φράγγους μᾶλλον, ἢ ἐς τοὺς νησιώτας ποιήσασθαι. Βρίττιοι μὲν γὰρ οὐ δὲ ὅσον ἐπιμίγνυσθαι ὑμῖν οἷοί τέ εἰσιν, ὅτι μὴ ὀψέ τε καὶ μόλις. Οὔαρνοι δὲ καὶ Φράγγοι τουτὶ μόνον τοῦ Ῥήνου τὸ ὕδωρ μεταξὺ ἔρχεται, ὥς τε καὶ αὐτοὺς ἐν γειτόνων μὲν ὡς πλησιαίτατα ὄντας ἡμῖν, ἐς δυνάμεως δὲ κεχωρηκότας μέγα τι χρῆμα, ἐν προχείρῳ ἔχειν εὖ ποιεῖν τε ἡμᾶς καὶ λυμαίνεσθαι, ἡνίκα ἂν αὐτοῖς βουλομένοις εἴη. Hermegiſclum in rebus, quæ ſpectant ad politicen, optimè verſatum probat hæc ſermocinatio. Franci enim, quia potentiores ſolóque Rheni fluminis alueo diſcreti, Varnis vicinis plùs timoris debuerunt inferre quàm Britanni, quorum vires debiliores erant, ſitúſque longiùs trans Oceanum ſummotus. Varnorum ditioni proxima erat pars illa Franciæ, quæ Regibus Francorum Orientalium ſiue Auſtraſiorum parebat. Inter finitimas gentes ſæpè lis orta, ſæpéque profligati Varni. Deſunt Auctores, qui res vtrimque geſtas accuratè ſcribant. Ex Fredegario tamen, qui Varnos *rebellare* conatos aſſerit, conſtat eos non ſemel cum Francis infeliciter pugnaſſe. *Rebellare* enim & *rebelles eſſe* non tantùm dicuntur ij, qui vel non permanent in fide quam ſuo Principi obligarunt, vel antè victi atque in deditionem recepti bellum inſtaurant, ſed etiam ij, qui bellum redintegrant aduersùs gentem, quacum pacem acceptâ priùs clade pepigerunt. *Rebelles dicuntur*, inquit Papias, *qui pace factâ bellum mouentes ſunt.* Item. *Rebellis, qui pace factâ redintegrat bellum.* Liuius vocem illam in hac ſignificatione non raro vſurpauit. Volſci prælio ſæpè ſuperati ſunt à Romanis, vt enim poſt aduerſam pugnam procliues ad petendam pacem, ita reparatis viribus proni fuerunt ad inſtaurandum bellum, redacti tandem in poteſtatem Romanorum à Camillo Dictatore. *Fuſis hoſtibus cæſiſque, cùm caſtra impetu cepiſſet Dictator, prædam militi dedit, quò minùs ſperatam à minimè largitore duce, eò militi gratiorem, perſecutus deinde fugientes, cùm omnem Volſcum agrum depopulatus eſſet, ad deditionem Volſcos ſeptuageſimo demùm anno ſubegit.* Hæc Liuius libro ſexto, vbi dominationem Volſcorum penitus extinctam docet. Et libro ſecundo, vbi agit de bello ſæpè redintegrato, Volſcos ait tunc *rebellaſſe*, licèt ſub Romanorum poteſtate numquam fuiſſent. *Vno animo*, inquit, *Patres ac Plebs rebellantes Volſcos & Æquos, duce Æmilio, proſperâ pugnâ vicere.* Et paulò poſt. *Bellum inde Veiens initum, & Volſci rebellarunt.* Vocabulo (*rebellare*) ſic explicato, de Varnis quid ſentiendum ſit, ex Fredegario ſuprà citato breuiter expono. Varni, quoties manus cum Francis conſeruerunt, victi ſunt, nec tamen in prouinciam redacti, ſed initâ pace quieuerunt à bello. Rebellarunt autem ſæpè, id eſt, neglectâ pace bellum ſæpè redintegrarunt. Nouiſſimè cùm rebellare ſeu bellum inſtaurare conarentur, oppreſſi ſunt à Childeberto Francorum Rege, paucíque admodum ex illa clade ſuperſtites euaſerunt, qui ſe receperunt ad Friſios & ad Saxones. Atque ita Varnorum regnum ac nomen extincta ſunt. Sedes autem eorum non occuparunt Franci, ſed Friſij ſeu Friſiones, quorum ditio deinceps ad limites vſque Daniæ dilatata eſt.

XX.

Felix etiam, ſi Brunnerus [a] Chronologiam benè inſtituit, hic annus Childeberto fuit aduersùs Slauos Boiis tunc conterminos, quos Thaſſilo Boioariæ Dux prælio ſuperauit, ſic enim à Paulo Diacono [b] & ab Aimoino [c] laudatur. *Cum exercitu, Sclauorum prouinciam introiens, partâ victoriâ ad ſolum proprium cum maxima remeauit præda.* Slaui ſeu Sclaui, quos & Sclauinos ac Sclauenos appellant, non ignoti fuerunt Procopio in opere de bello Gothico & Iornandi in libro de rebus Geticis. Apud Iornandem origine patriáque ſunt

[a] Lib. 4. n. 20.
[b] Lib. 4. c. 2.
[c] Lib. 3. c. 77.

VASTATVR PROVINCIA SLAVORVM.

AN. CH. Scythæ. Trans Iſtrum habitant apud Procopium, eundémque fluuium traii-
595. cere non ſemel tentant. Iuſtinianus Auguſtus, qui Maturio ſeu Mauortio Con-
CHILDEB. ſule, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-ſeptimo imperare cœpit, *anno*
II R. 20. *ſui Principatûs quarto*, cùm ſibi Romanóque Imperio non parùm ab Hunnis,
CLOTAR. Antis & Sclauenis timeret, *Chilbudium militari Thraciæ magiſterio ornatum, Iſtri*
II. R. 12. *fluminis cuſtodiæ præfecit, atque operam dare iuſsit, vt amnis tranſitu barbari in po-*
[a] Procop. de bell. Goth. l. 3. cap. 14. *ſterum prohiberentur*[a]. Τοῦτον βασιλεὺς τὸν Χιλβούδιον, ὅτε δὴ τέταρτον ἔτος τὴν αὐτοκράτορα εἶχεν ἀρχὴν, Θράκης αὐτὸν στρατηγὸν, ἐπὶ τῇ τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ φυλακῇ καταστήσατο, φυλάσσειν κελεύσας, ὅπως μηκέτι τοῖς ταύτῃ βαρβάροις ὁ ποταμὸς διαβατὸς ἔσται. Barbari Childubium adeò reformidarunt, vt toto triennio, quo ibi cum poteſtate fuit, fluuio aduersùs Romanos euadere nemo quiuerit. Poſt annos tres, cùm Iſtrum Chilbudius copias de more traduxiſſet, numero paucas; Sclaueni conflato ex tota gente exercitu venerunt obuiam. *Duro certamine inito, Romani multi cecidere, atque in his militum Magiſter Childubius; ex quo Barbaris libera ſemper fuit amnis tranſmiſsio, & Romana res incurſibus eorum patuit.* Μάχης τε καρτερᾶς γενομένης, Ῥωμαίων τε πολλοὶ ἔπεσον, καὶ Χιλβούδιος ὁ στρατηγός. Καὶ τὸ λοιπὸν ὅ τε ποταμὸς ἐσβατὸς ἀεὶ τοῖς βαρβάροις κατ' ἐξουσίαν, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα
[b] Lib. 3. de bell. Goth. cap. 38. εὐέφοδα γέγονε. Sclaueni, vt idem Procopius[b] teſtatur, anno belli Gothici decimo-quinto, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo vndequinquageſimo non Iſtrum modò ſed & Hebrum nullo negotio traiecerunt. Ex Hæmo monte, qui Myſiam à Thracia diuidit, exortus Hebrus, cui nomen hodie *Mariſa*, Philippopolim, Adrianopolim & Traianopolim priùs alluit, quàm egeratur in Æ-
* *l'Archipel.* gæum * mare. Ventum deinde ter ad prælium. Barbari toties euaſerunt victores, & ſucceſſibus adeò felicibus animati *Thraciam omnem atque Illyricum impunè vaſtarunt.* Τὰ χωρία ξύμπαντα, τά τε Θρᾳκῶν καὶ Ἰλλυριῶν, ἀδεῶς ὕστερον ἐληΐζοντο. Sequenti anno, qui belli Gothici decimus-ſextus, poſt Chriſtum natum quingenteſimus quinquageſimus fuit, iidem Sclaueni *omni-*
[c] Procop. de bell. Goth. l. 3. cap. 40. *bus Illyrici montibus ſuperatis in Dalmatiam intrarunt*[c], ξύμπαντα ὄρη τὰ Ἰλλυριῶν διαμείψαντες, ἐν Δαλματίᾳ ἐγένοντο. Narrat de Sclauenis alia multa Procopius, quæ deſcribere longum eſſet & extra rem. Hæc ſatis dilucidè probant Slauos in ſolo Romano nec procul à Norico, quod Boioariæ pars erat, ſedes ſuas fixiſſe. Ex literis, quas Gregorius Magnus ad Maximum Epiſcopum Salonitanum Indictione tertiâ, ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo direxit, æquè patet finitimam Boiis fuiſſe gentem Sclauorum, quæ per Hiſtriæ aditum incubuit Italiæ, ſic enim vigilantiſſimus hic Pontifex calamitatem
[d] Lib. 8. ep. 36. ſuorum temporum defleuit[d]. *Et quidem de Sclauorum gente, qui vobis valdè imminent, & affligor vehementer & conturbor. Affligor in his, quæ iam in vobis patior; conturbor, quia per Hiſtriæ aditum in Italiam intrare cœperunt.*

XXI. GREGORIVS PP. Idem Gregorius Papa, cùm Virgilius Epiſcopus Arelatenſis, vt Pallium obtineret, ad eum vnà cum Rege Childeberto ſcripſiſſet, poſtulatis annuit hoc anno, Indictione decimâ-tertiâ. Extant[e] enim eius epiſtolæ tres ea de re
[e] Lib. 4. epp. 50. 52. 53. hac ipsâ Indictione decimâ-tertiâ datæ, prima octauo Idus Iunias ad Virgilium, altera tertio Idus Auguſtas ad vniuerſos Epiſcopos qui ſub regno Childeberti erant, tertia pridie eaſdem Idus ad ipſum Regem Childebertum.

XXII. PALLIVM CONCEDIT VIRGILIO EPISCOPO ARELAT. In ſuis ad Virgilium literis, poſtquàm ſignificauit corrigendum abuſum de venalitate ſacrorum Ordinum, quem in Galliarum & Germaniæ partibus audiit inualuiſſe, mox de Pallio & ſuis per Childeberti regnum vicibus iſta ſubiungit. *Fraternitati veſtræ vices noſtras in Eccleſiis quæ ſub regno ſunt præcellentiſsimi filij noſtri Childeberti iuxta antiquum morem Deo auctore committimus, ſingulis ſiquidem Metropolitis ſecundùm priſcam conſuetudinem proprio honore ſeruato. Pallium quoque tranſmiſimus, quo fraternitas tua intra Eccleſiam ad ſola*

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

Miſſarum ſolemnia vtatur. Sicubi autem longiùs Epiſcoporum quiſquam pergere fortè voluerit, ſiue tua Sanctitatis auctoritate ei ad loca alia tranſire non liceat. Si qua verò inquiſitio de fide vel fortaſſe aliarum rerum inter Epiſcopos cauſa emerſerit, qua diſcerni difficiliùs poßit, collectis duodecim Epiſcopis ventiletur atque decidatur, ſi autem decidi nequiuerit, diſcuſsâ veritate ad noſtrum iudicium referatur.

XXIII.

In literis ad Epiſcopos qui ſub regno Childeberti erant, cur vices ſuas Virgilio commiſerit, rationem ſic exponit. *Quia vnumquodque tunc ſalubriter completur officium, cùm fuerit vnus, ad quem poßit recurri, præpoſitus, idcirco apportunum eſſe perſpeximus, in Eccleſiis quæ ſub regno præcellentißimi filij noſtri Childeberti Regis ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem fratri noſtro Virgilio Arelatenſis ciuitatis Epiſcopo vices noſtras tribuere, quatenus & Catholicæ fidei integritas, id eſt, ſanctarum quatuor Synodorum, Deo protegente, ſollicitâ deuotione ſeruetur, & ſi inter fratres conſacerdotéſque noſtros aliqua euenerit fortè contentio, auctoritatis ſuæ vigore, vicibus nempe Sedis Apoſtolicæ functus, diſcretâ moderatione compeſcat. Cui etiam iniunximus, vt ſi quarumdam cauſarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum præſentiâ opus ſit, congregatis ſibi in numero competenti fratribus coepiſcopis noſtris ſalubriter hoc ſeruatâ æquitate diſcutiat, & canonicâ integritate definiat. Si quam verò contentionem, quod longè faciat diuina potentia, de fidei cauſa euenire contigerit, aut negotium emerſerit, cuius vehemens ſit fortaſſe dubietas, & pro ſui magnitudine iudicio Sedis Apoſtolicæ indigeat, examinatâ diligentiùs veritate, relatione ſuâ ad noſtram ſtudeat perducere notionem, quatenus à nobis valeat congruâ ſine dubio ſententiâ terminari. Et quoniam neceſſe eſt vt ad eum cui noſtras vices iniunximus, quotiens oportere perſpexerit, pro facienda collatione aptis debeant Epiſcopi temporibus conuenire, mandamus vt nullus mandatis eius inobediens eſſe præſumat, nec communi Congregationi intereſſe poſtponat, niſi aut corporis infirmitas quempiam fortaſſe vetuerit, aut cuiuſdam eum cauſæ iuſta excuſatio minimè venire permiſerit. Hi tamen qui prohibente aliquâ neceßitate nequeunt in Synodum conuenire, loco ſuo Presbyterum aut Diaconum dirigant, quatenus quæ à noſtro Vicario, Deo auxiliante, fuerint definita, ad eum qui abſens eſt, per ipſum quem miſerit, fidâ relatione perueniant, vt inconcußâ firmitate ſeruentur, & nullius ea quæ conſtituerit audeat occaſionis excuſatio violare. Hoc etiam vos pariter præuidimus admonendos, vt nullus veſtrûm ad longinquiora loca ſine præfati fratris & coepiſcopi noſtri Virgilij auctoritate tentet aliquo modo proficiſci, ſcientes quia & prædeceſſorum noſtrorum, qui vices ſuas eius prædeceſſoribus commiſerunt, ſic proculdubio mandata definiunt.* Deinde hortatur vt de officio ſuo ſint ſolliciti, & inprimis ſacros Ordines per Simoniacam hæreſim ſuſcipi prohibeant.

CVM VICIBVS SVIS.

XXIV.

In literis ad Childebertum, poſtquàm ſe Virgilio vices ſuas ac Pallium rogatu Regis conceſſiſſe teſtatus eſt, agit quoque de Simoniaca hæreſi extirpanda & de neophytis ad Epiſcopatum non eligendis. *Peruenit ad nos*, inquit, *obeuntibus Epiſcopis quoſdam ex laicis tonſurari atque ad Epiſcopatum præcipiti ſaltu caſcendere. Et qui diſcipulus non fuit, inconſideratâ ambitione magiſter efficitur. Et quoniam quod poßit docere non didicit, Sacerdotium tantummodò gerit in nomine, nam laicus in ſermone priſtino perſeuerat & opere. Quomodo ergo pro aliorum peccatis interceſſurus eſt, qui ſua primitus non defleuit? Talis enim Paſtor non munit gregem ſed decipit, quia dum contradicente verecundiâ non poteſt aliis hoc quod ipſe non facit ſuadere, quid eſt aliud niſi vt plebs Dominica prædonibus populanda remaneat, & inde ſumat interitum, vnde ſalutiferæ protectionis magnum debuit habere ſubſidium? Quod quàm prauum ſit quámve peruerſum ex ſua quoque ordinatione Excellentia veſtra Celſitudo perpendat. Certum namque eſt non vos antè exercitui ducem præponere, niſi vobis labor eius fidéſque probata conſtiterit, niſi eum anteacta vita virtus & ſollicitudo aptum eſſe monſtrauerit. Si verò non aliis niſi huiuſmodi viris committitur gubernandus exercitus, qualis dux eſſe debeat animarum, ex iſtius rei conſideratione ſeu comparatione benè colligitur. Sed*

CHILDEBERTVM REGEM HORTATVR VT EXTIRPET SIMONIAM.

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

verecundum nobis eſt & dicere pudet, quia ducatum ſibi Sacerdotes arripiunt, qui exordium religioſæ militiæ non viderunt. Simul autem & illud valdè execrandum nobis eſt nunciatum, quod ſacri Ordines per Simoniacam hæreſim, id eſt, acceptæ præmio, conferuntur. Et quia peſtiferum nimis eſt & ſanctæ Eccleſiæ vniuerſali contrarium, in ſacrum quempiam Ordinem non meritis ſed pretio collocari, hortamur vt tam deteſtabile facinus de regno ſuo Excellentia veſtra prohiberi præcipiat. Nam ipſe ſe ad hoc officium oſtendit prorſus indignum, qui donum Dei pecuniâ mercari non metuit, & commodis præſumit appetere, quod habere per gratiam non meretur. Notabis obiter haſce literas & alias, quarum mentionem infrà faciemus, inſcribi *Childeberto Regi Francorum*, licèt Childebertus in Neuſtria, quam Clotarius patruelis obtinebat, numquam imperarit, vnde redarguas iterum eos, qui catalogo Regum Francorum Reges tantùm Pariſienſes intexunt.

XXV. [a] Lib. 5. CANDIDVM PRESBYTERVM COMMENDAT.

Inter epiſtolas [a] eiuſdem Gregorij datas hoc anno, menſe Septembri, Indictione decimâ-quartâ iam inchoatâ, quinta *Brunichildi Reginæ Francorum*, ſexta *Childeberto Regi Francorum*, Brunichildis filio, decima *Candido Presbytero eunti ad patrimonium Galliæ* inſcribitur. Gregorius Candidum, vt patrimonij, quod erat in Gallia, curam ſuſciperet, miſſurus literis eundem commendauit Brunichildi & Childeberto, captâque occaſione Brunichildem tum ob regni gubernacula cùm ob educationem filij plurimùm laudauit.

BRVNICHILDI.

Excellentiæ veſtræ, inquit, *prædicandam ac Deo placitam bonitatem, & gubernacula regni teſtantur, & educatio filij manifeſtat. Cui non ſolùm incolumem rerum temporalium gloriam prouidâ ſollicitudine conſeruaſtis, verùm etiam æternæ vitæ præmia prouidiſtis, dum mentem ipſius in radice veræ fidei, maternâ, vt decuit, & laudabili inſtitutione plantaſtis. Vnde non immeritò contigit, vt cuncta gentium regna præcelleret, quippe qui earumdem gentium creatorem & purè colit & veraciter confitetur.* Ipſum verò Childebertum propter præclaram Catholicæ fidei pietatem ſuis ad eum literis hoc inſigni exornauit præconio. *Quantò ceteros homines regia dignitas antecedit, tantò ceterarum gentium regna regni veſtri profectò*

ET CHILDEBERTO.

culmen excellit. Eſſe autem Regem, quia ſunt & alij, non mirum eſt, ſed eſſe Catholicum quod alij non merentur hoc ſatis eſt. Sicut enim magnæ lampadis ſplendor in terræ noctis obſcuritate, luminis ſui claritate fulgeſcit, ita fidei veſtræ claritas inter aliarum gentium obſcuram perfidiam rutilat ac coruſcat. Quicquid autem Reges ſe ceteri gloriantur habere, habetis. Sed ipſi in hac re vehementiùs ſuperantur, quoniam hoc principale bonum non habent quod habetis. Deinde cur Candidum Preſbyterum in Gallias dirigeret rationem reddidit. *Quoniam Dynamius Patricius, qui ex noſtra commendatione rebus ipſis ſollicitudinem impendebat, eas modò gubernare, vt cognouimus, non poteſt, ne patrimoniolum ibidem conſtitutum faciente negligentiâ deperiret, idcirco præſentium portitorem dilectiſſimum filium noſtrum Candidum Presbyterum ad id gubernandum tranſmiſimus.* Poſtremò literas ſuas clauſit his verbis. *Claues præterea ſancti Petri, in quibus de vinculis catenarum eius incluſum eſt, Excellentiæ veſtræ direximus, quæ collo veſtro ſuſpenſæ à malis vos omnibus tueantur.* Attendendum autem maximè quibus rebus impendi velit à Candido patrimonium Galliæ. *Pergens*, inquit, *auxiliante Domino Deo noſtro Ieſu Chriſto ad patrimonium, quod eſt in Galliis, gubernandum, volumus vt dilectio tua ex ſolidis quos acceperit, veſtimenta pauperum vel pueros Anglos, qui ſunt ab annis decem & ſeptem vel decem & octo, vt in Monaſteriis dati Deo proficiant, comparet, quatenus ſolidi Galliarum, qui in terra noſtra expendi non poſſunt, apud locum proprium vtiliter expendantur. Si quid verò de pecuniis redditnum, quæ dicuntur ablatæ, recipere potueris, ex his quoque veſtimenta pauperum comparare te volumus, vel ſicut præfati ſumus, pueros qui in omnipotentis Dei ſeruitio proficiant. Sed quia pagani ſunt, qui illic inueniri poſſunt, volo vt cum iis Presbyter tranſmittatur, ne quid ægritudinis contingat in via, vt quos morituros conſpexerit, debeat baptizare.*

XXVI. [b] Ap. Sur. d. 17. Nou. GREGORII EP. TVRON. OBITVS.

Gregorius Turonenſis Epiſcopus ad Deum migrauit hoc anno, decimo-quinto Kalendas Decembris. Diem in eius vita notant [b] Clerici Turonen-

AN. CH. 595. Chiloeb. II. R. 20. Clotar. II. R. 12.

ſes. *Obiit*, inquiunt, *quintodecimo Calendas Decembris, videlicet intra Martinianam hebdomadam, vt ſolemnitatem Martini, quam hic iam ægrotans celebrare cœperat, Martino iunctus in cælo conſummaret.* Annus partim ex ſcriptis ipſiuſmet Gregorij, partim ex epiſtolis Gregorij Papæ ſynchroni certiſſimè colligitur. Apud Gregorium Turonenſem libro quarto [a] de miraculis S. Martini, ſeruus Theodulphi ciuis Turonenſis anno Childeberti Regis decimo-tertio, qui anno Christi quingenteſimo octogeſimo-octauo illigatur, tertio Idus Nouembres quo die feſtiuitas de felici tranſitu beati Martini celebratur, viſum amittit, recuperátque poſt annos ſex in eadem feſtiuitate; anno igitur Childeberti Regis vndeuiceſimo, qui cum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto coincidit, tertio Idus Nouembres viuebat adhuc ſanâque valetudine fruebatur Gregorius Antiſtes Turonenſis, & eius obitus collocari citiùs non poteſt quàm decimo-quinto Kalendas Decembris, anno Childeberti Regis viceſimo, Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto. Inter epiſtolas autem quas Gregorius Papa ſcripſit menſe Iulio, Indictione decimâ-quartâ ſiue anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto, vna [b] dirigitur Pelagio Turonenſium Epiſcopo qui Gregorio ſucceſſit; Gregorius igitur qui annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum attigit, eundem annum haud exceſſit, obiitque decimoquinto Kalendas Decembris. Hæc certiſſima firmiſſimáque haberi debet epocha. Erat Gregorius *fermè tricennalis*, cùm Epiſcopatum ſuſcepit, annos duos ac viginti ſedit cum duobus menſibus ac diebus viginti quinque, vixitque annos circiter duos ac quinquaginta, &, vt Clerici Turonenſes loquuntur, *appoſitus eſt ad patres ſuos non tam dierum, quàm perfectione plenus.*

[a] Cap. 5.

[b] Lib. 5. ep. 52.

XXVII. Aduersùs noſtrum computum obiicies eoſdem Clericos, qui Gregorium vno anno citiùs mortuum innuunt his verbis. *Vigeſimo & primo Epiſcopatûs ſui anno, tanquam ſeptenario annorum numero ter in fide ſanctæ Trinitatis completo, appoſitus eſt ad patres ſuos.* Obiicies & epilogum Hiſtoriæ Gregorianæ ſubiectum, quem Gregorius anno ſui Pontificatûs viceſimo-primo ſub exitum vitæ ſuæ videtur addidiſſe.

XXVIII. Clericos Turonenſes abundè refutauerimus, ſi prædictum epilogum, quem ſententiæ ſuæ auctorem nacti ſunt, commentitium oſtenderimus eâ parte, quâ Gregoriani Præſulatûs annus viceſimus-primus numeratur. Huic negotio dabimus operam. Epilogus talis eſt. *Decem libros Hiſtoriarum, ſeptem Miraculorum, vnum de Vitis Patrum ſcripſi. In Pſalterij tractatum librum vnum commentatus ſum. De Curſibus etiam Eccleſiaſticis vnum librum condidi. Quos libros licèt ſtilo ruſticiori ſcripſerim, tamen coniuro omnes Sacerdotes Domini, qui poſt me humilem Eccleſiam Turonicam ſunt recturi, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac terribilem reis omnibus iudicij diem, ſi nunquam confuſi de ipſo iudicio diſcedentes cum diabolo condemnandi eſtis, vt nunquam libros hos abolere faciatis, aut reſcribi quaſi quædam legentes, & quaſi quædam prætermittentes, ſed ita omnia vobiſcum integra inlibatáque permaneant, ſicut à nobis relicta ſunt. Quòd ſi te, Sacerdos Dei, quicunque es, Martianus noſter ſeptem diſciplinis erudiit, id eſt, ſi te in Grammaticis docuit legere, in Dialecticis altercationum propoſitiones aduertere, in Rhetoricis genera metrorum agnoſcere, in Geometricis terrarum linearúmque menſuras colligere, in Aſtrologicis curſus ſiderum contemplari, in Arithmeticis numerorum partes colligere, in harmoniis ſonorum modulationes ſuauium accentuum carminibus concrepare: ſi in his omnibus ita fueris exercitatus, vt tibi ſtilus noſter ſit ruſticus, nec ſic quoque deprecor, vt auellas quæ ſcripſi. Sed ſi tibi in his quiddam placuerit, ſaluo opere noſtro te ſcribere verſu non abnuo. Hos autem libros in anno viceſimo primo ordinationis noſtræ perſcripſimus; ſcilicet in ſuperioribus de Epiſcopis Turonicis ſcripſimus, annotantes annos eorum. Non tamen ſequitur ac ſupputatur numerus Chronicalis, quia interualla ordinationum integrè non potuimus reperire. Eſt ergo omnis ſumma annorum mundialium talis. A principio vſque ad diluuium anni* MMCCXLII. *A diluuio vſque ad tranſitum filiorum Iſrael per*

Scripta.

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

mare rubrum, anni MCCCCCV. *Ab hoc maris tranſitu vſque ad Reſurrectionem Dominicam, annni* MDXXXVIII. *A Reſurrectione Dominica vſque ad tranſitum ſancti Martini, anni* CCCCXII. *A tranſitu ſancti Martini vſque ad memoratum ſuperiùs annum, id eſt, ordinationis noſtræ primum & viceſimum, qui fuit Gregorij Papæ Romani quintus, Guntchramni Regis* XXXI. *Childeberti Iunioris* XIX. *anni* CCXVII. *Quorum omnis ſumma eſt* MMMMMDCCCLXIV.

XXIX. EPILOGVS OPERVM DIVIDITVR IN TRES PARTES.

Epilogus eſt non Hiſtoriæ ſolùm, ſed omnium operum quæ Gregorius edidit, diuiditur enim in ttes partes, quarum prima non Hiſtoriam tantùm, ſed omnia Gregorij opera enumerar, ſecunda poſteros hortatur vt eadem Gregorij opera ſeruent integra ne vno quidem apice dempto aut mutato, poſtrema varios Characteres Chronologicos exhibet. De ſingulis partibus diſſerendum eſt diſtinctiùs, vt quid à Gregorio ſcriptum, quid ab aliis adiectum ſit, clariùs innoteſcat.

XXX. PROBANTVR PRIMA

In enumeratione librorum quos Gregorius ſcripſit; viginti recenſentur; decem videlicet Hiſtoriarum, ſeptem Miraculorum, vnus de Vitis Patrum, vnus in tractatum Pſalterij, vnus de Curſibus Eccleſiaſticis. Duo poſtremi perierunt, extant ceteri. Per Hiſtoriarum libros decem, Hiſtoriam intellige quam Gregorius decem libris ab initio mundi ad conditam vſque Francorum Monarchiam breuiſſimè, deinde copioſè ad annum Childeberti Regis decimum-ſextum, Guntchramni triceſimum, ſeu Chriſti quingenteſimum nonageſimum-primum perduxit. Per ſeptem libros Miraculorum, intellige duos de gloria Martyrum, quatuor de Miraculis ſancti Martini, & vnum de gloria Confeſſorum, quos ipſemet Gregorius nominauit in præfatione quam libro de gloria Confeſſorum præfixit.

XXXI. ET SECVNDA.

Præter primam epilogi Gregoriani partem, in qua Gregorius opera ſua enumerat, Codex ſancti Michaelis habet aliam partem ad has vſque voces, *integra inlibatáque permaneant.* Quæri poteſt vtrùm hæc perfecta ſit an imperfecta, in vulgatis enim exemplaribus clauditur his verbis, *ſaluo opere noſtro te ſcribere verſu non abnuo.* Hucvſque producendam arbitramur, noſtro quippe iudicio Gregorius apud poſteros opera ſua integra permanere ſic optauit, vt eadem tamen ab aliis verſu ſcribi non improbaret, priùs enim in præfatione ſuæ Hiſtoriæ queſtus fuerat neminem reperiri, qui res eas quas ſcripturus erat, *aut ſtylo proſaico, aut metrico depingeret verſu.*

XXXII. TERTIA REIICITVR

Poſtrema pars epilogi, quæ inchoatur ab his verbis, *hos autem libros*, &c. adiecta fuit à neotericis, abeſt enim à Codice ſancti Michaelis, nec benè cohæret cum Gregoriano calculo.

XXXIII. Primò iſta verba, *hos autem libros in anno viceſimo-primo ordinationis noſtræ perſcripſimus*, diſſentiunt à Gregorio, quia Gregorius vltimam ſuis operibus manum anno ſui Pontificatûs viceſimo-primo non admouit, nam librum de Vitis Partum, vt ex eius præfatione conſtat, abſoluit cùm librum de gloria Confeſſorum iam ſcripſiſſet, & librum de gloria Confeſſorum, vt ex eius præfatione pater, ſcribendum ſuſcepit cùm de virtutibus beati Martini confeciſſet quatuor libros, quorum ſcriptioni, vt ex capite quinto libri quatti liquet, vacabat adhuc poſt ſolemnitatem ſancti Martini, quæ menſe Nouembri celebrata eſt cùm annum Epiſcopatûs viceſimum-ſecundum iam inchoaſſet, & Childebertus annum regni decimum-nonum expleret. Expungenda ſunt igitur ex epilogo Gregoriano quæ cum Gregorij ſcriptis minimè conueniunt hæc verba, *hos autem libros in anno viceſimo-primo ordinationis noſtræ perſcripſimus.* Quibus temporibus Gregorius octo libros, ſeptem videlicet de Miraculis & vnum de Vitis Patrum ſcripſerit, vt inueſtigemus, hic locus videtur poſtulare. Voſſius [a] prædictos octo libros, quos Gregorius in epilogo ſuorum operum numerauit, perperam diſtinguit ab octo libris quos idem Gregorius in præfatione libri de gloria Confeſſorum ſic recenſuit. *In primo libello inſeruimus aliqua de miraculis Domini ac ſanctorum Apoſtolorum reliquorúmque Martyrum, quæ hactenus latuerunt, quæ Deus ad corroborandam fidelium fidem quotidie dignatur augere,*

[a] Lib. 1. cap. 2. de Hiſt. Lat.

augere, quia valdè moleſtum erat vt traderentur oblinioni. In ſecundo poſnimus de AN. CH.
virtutibus ſancti Iuliani. Quatnor verò libellos de virtutibus ſancti Martini. Se- 595.
ptimum de quorundam felicioſorum vita. Octauum hunc ſcribimus de miraculis Con- CHILDEB.
feſſorum. Caue ne etedas illos libros eo compoſitos fuiſſe quo referuntur or- II. R. 20.
dine, in prædicta enim enumeratione Gregotius non temporis ſed materiæ ra- CLOTAR.
tionem duxit. Septem libtorum quos elucubrarat, nobiliſſimum ac ptimo II. R. 12.
loco ponendum exiſtimauit, quem de miraculis Chtiſti Domini, Apoſtolo-
tum ac plutimotum Martyrum ſctipſerat, deinde alterum de miraculis ſancti
Iuliani Martyris, tum ſubiecit quatuor de miraculis ſancti Mattini eximij
Confeſſoris, ac denique librum de quorumdam felicioſorum vita ſeu de vitis
Pattum quos nec Martyribus nec egregio Confeſſori Mattino compatandos
putabat. Scripſit primùm duos libros de miraculis S. Martini, inchoauítque
librum de vitis Patrum, poſteà duos edidit libros de glotia Martytum, in quo-
rum poſtetiore allegat libtum ſecundum de miraculis ſancti Martini & vitam
ſancti Nicetij. *Cùm ad me*, inquit capite quadtageſimo, *Aridius Presbyter ex
Lemouicino veniſſet, vir valdè religioſus, cuius etiam in ſecundo virtutum beati
Martini libro memini.* Er capite quinquageſimo. *Memini huius cæci in libro vitæ
ſancti Nicetij.* Per librum vitæ ſancti Nicetij deſignat caput quod hodie octa-
uum legitur in libto de vitis Pattum, totúmque eſt de vita ſancti Nicetij Lug-
du nenſis Epiſcopi, & cùm citat librum ſecundum virtutum ſancti Martini, al-
ludit ad hoc initium capitis triceſimi-noni, *Aridius vir religioſus ex Lemouicino
causâ tantùm deuotionis Turonis aduenit.* Superſtite eodem Abbate, cuius obi-
tum anno Childeberti Regis decimo-ſexto, Chriſti quingenteſimo nonageſi-
mo-ptimo tefett in Hiſtoria Eccleſiaſtica, libro decimo, capite viceſimo-
nono, tertium exarauit librum de miraculis ſancti Martini, nam capite vice-
ſimo-quarto huius libri laudat adhuc viuentem. *Reuertamur*, inquit, *ad Ari-
dium noſtrum, imò etiam peculiarem, vt ita dicam, beati Confeſſoris alumnum,
cui ſæpè de ſuis pignoribus cernere miracula præſtat.* Seriùs ſcripſit libtum quar-
tum de virtutibus ſancti Martini, nam capite quinto narrat mitaculum, quod
patratum eſt in feſtiuitate ſancti Martini, menſe Nouembri, anno Childeberti
Regis decimo-nono, ſiue anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto.
Denique anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto, qui vitæ vltimus
fuit, librum de gloria Confeſſorum & librum de vitis Patrum tecognouit pu-
blicauítque. In præfatione, quam libro de gloria Confeſſorum præpoſuit ei-
rauimúſque ſuprà, teſtatur priùs à ſe ſcriptos ſeptem libtos, in quorum numero
collocat quatuor *de virtutibus ſancti Martini*, & vnum *de quorundam felicioſo-
rum vita*, & capite viceſimo-quarto libri de gloria Confeſſorum citat vitam
beatæ Monegundis, quæ legitur hodie in libro de Vitis Patrum, capite de-
cimo-nono. Non inficiamur librum de glotia Confeſſorum, vt extat, tecen-
tiorem eſſe quatuor libris de virtutibus ſancti Martini, ſed eundem aſſerimus
antiquiotem libro de vita Sanctorum ſeu de vita vel de vitis Patrum, qui ho-
die in viginti capita diſtinguitur, & antequàm ita auctus eſſet, de vita quo-
rundam felicioſorum inſctibebatur. Opinio noſtra nititur præfatione in li-
brum de Vitis Patrum. *Scripſi, fateor*, inquit Gregorius, *in ſuperiore Confeſ-
ſorum libro aliqua de quorumdam vita quæ in corpore operati ſunt, breuiora, idcirco
cùm de virtute ingentia cenſeantur, parua tamen reducuntur in ſcriptis, prolixiora
quoque in hoc, quem de vita Sanctorum vocitare voluimus, libro imperiti idiotaque
præſumimus propalare.* Aſtipulari non poſſumus Voſſio, qui præter librum de
Vitis Patrum, quem à libro de vita quorumdam felicioſotum diſtinguit, vult
Gregorium ſcripſiſſe *de virtutibus Senoch Abbatis quas is erga infirmos exercue-
rat: item de vita S. Nicetij: item vitam Caluppæ recluſi: item Patrocli recluſi:
item de mirabilibus Medardi: item de vita Hillydij Aruernorum Epiſcopi: item
de virtutibus Quintiani: item de vita Abbatis Abrahæ.* Leguntur enim hodie
apud Gregotium in libto de Vitis Patrum; vita ſancti Senoch Abbatis, capite
decimo-quinto: vita ſancti Nicetij Lugdunenſis Epiſcopi, capite octauo: vita

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

ſancti Caluppæ ſeu Caluppanis Recluſi, capite vndecimo: vita S. Patrocli Abbatis, Voſſio Recluſi, capite nono: vita S. Illidij Epiſcopi, capite ſecundo: vita S. Quintiani Epiſcopi, capite quarto: vita S. Abraham Abbatis, capite tertio. Sammarthani [a], quamuis Voſſium citent, ab eo non parum diſcrepant, cùm aiunt Gregorium ſcripſiſſe *de quorumdam felicioſorum vita*, necnon *de virtutibus Senoch Abbatis, S. Nicolai vita, Illidy Præſulis Aruernorum, Abrahæ Abbatis, mirabilibus Medardi, virtutibus Quintiani.* Sanctum enim Nicetium in Sanctum Nicolaum mutant, omittúntque Caluppam ſeu Caluppanem & Patroclum, quos Voſſius recenſuit. Sancti Nicolai nomen vitio typographico in Galliam Chriſtianam irrepſiſſe arbitramur, cùm aliunde non didicerimus vitam S. Nicolai à Gregorio Turonenſi conſcriptam fuiſſe. Quod attinet ad mirabilia S. Medardi, quorum mentionem Voſſius & Sammarthani faciunt, Gregorius in libro de gloria [b] Confeſſorum ſic loquitur de miraculis S. Medardi. *Medardus verò glorioſus Confeſſor iuxta vrbem Sueſſionis quieſcit. Ad cuius ſepulchrum ſæpè compedes miſerorum confractas aſpeximus. Poſt ſcriptum de mirabilibus eius librum, mulier manu debilis, deuotè expetiit beati præſidia Sacerdotis. Denique cum reliquis vigilias fide integrâ celebrat, confiſa ab eius virtute manus humore ligatas poſſe diſſolui, qui infelicium cathenas potentiâ virtutis exemerat. Factum eſt autem, dum Miſſæ celebrarentur, reſolutis neruorum arentibus ligaturis, gratias Confeſſori referens, ad ſanctum altare accedens, gratiam benedictionis accepit incolumis. Et quia priuſquam templum ædificaretur, erat ſuper ſepulchrum Sancti cellula minutis contexta virgultis, & dedicato templo hæc fuit amota, dignum eſt vt de ipſius ligni tenuitate magnum aliquid proferamus. Nam ſæpiùs de eo haſtulæ factæ parumper acuta dolori dentium remedia contulerunt.. Hac audiens Charimeris, qui nunc Referendarius Childeberti Regis habetur, dum de hoc dolore laboraret, Baſilicam ſancti expetiit, vt ſumpturus ex ligno à virtute Sancti medicinam mereretur accipere, ſed veniens oſtium reperit obſeratum. Confiſus ergo quia virtus beati vbique ſit præſens, extracto cultro haſtulam excuſit ab oſtio. Statimque vt dentes adtigit, noxius dolor abſceſſit. Habetur apud nos & baculus eius, de quo plerumque infirmi medicamina ſunt experti.* Hinc conſtat librum de gloria Confeſſorum priùs à Gregorio ſcriptum fuiſſe quàm Hiſtoriam Eccleſiaſticam, in textu enim præcitato meminit Charimeris adhuc Referendarij, quem in Hiſtoria Eccleſiaſtica Francorum [c] ex Referendario creatum ait Epiſcopum Viridunenſem poſt beatum Agericum, cuius obitum anno Childeberti Regis decimo-tertio, ſiue anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-octauo, ibidem refert. *Agericus*, inquit, *Viridunenſis Epiſcopus diem obiit, adpoſitúſque eſt in ſepulchro. Buccionaldus quoque Abba eius pro Epiſcopatu cucurrit, ſed nihil obtinuit. Charimerem enim Referendarium eum conſenſu ciuium regalis decreuit auctoritas fieri Sacerdotem, Buccionaldo Abbate poſtpoſito.* Inde colligimus horum verborum, quibus ſolis inniti poſſunt Voſſius & Sammarthani, (*poſt ſcriptum de mirabilibus eius librum*) non hunc eſſe ſenſum, vt Gregorius teſtetur librum de mirabilibus beati Medardi priùs à ſe conſcriptum, quàm mulier manu debilis, de quâ ſermonem inſtituit, implorato eiuſdem Antiſtitis auxilio ſanaretur. A quo prodierit liber ille de mirabilibus beati Medardi non poſſumus diuinare, ſed eum deſcriptum eſſe ab ipſa muliere, quæ poſteà manu debilis fuit, docet interpretatio ſynceta textûs Gregoriani, *poſt ſcriptum de mirabilibus eius librum mulier manu debilis*, &c. Fortunatus, qui tunc viuebat, ſancti Medardi vitam ſcripſit, cuius varia fragmenta iam recitauimus, ſed Gregorius quamuis talia Fortunati opera in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica nonnumquam citet, vt capite octauo libri quinti, vbi elogium ſancti Germani Pariſienſis Epiſcopi ſic concludit, *ſi quis tamen ſtrenuus virtutes illius, quas in corpore fecit, ſollicitè vult inquirere, librum vita illius, qui à Fortunato Presbytero compoſitus eſt, legens cuncta reperiet*, tamen ad vitam beati Medardi à Fortunato ſcriptam alludere non potuit, quia lucubrationem illam poſt mortem ipſius Gregorij Fortunatus edidit regnante iam Theodoberto ſecundo, qui patri Childeber-

[a] Tom. 1. Gall. Chriſt. in Archiep. Turon.

[b] Cap. 95.

[c] Lib. 9. c. 23.

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

to in Auſtraſiæ regnum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto ſucceſſit. Quod attinet ad decem libros hiſtoriarum, quos Gregorius à ſe ſcriptos reſtatur, hoc opus haberi debet Gregorianorum poſtremum, manſit enim imperfectum ob immaturam Authoris mortem, qui deceſſit anno Childeberti Regis viceſimo, Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto, cùm Hiſtoriam, cui conficiendæ vacabat, ad annum duntaxat Childeberti decimum-ſextum, Chriſti quingenteſimum nonageſimum-primum perduxiſſet. Vrgente morbo Gregorius operibus ſuis breuem vix adiecit epilogum, quem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quam tunc ſcribebat atque imperfectam linquere cogebatur, vt operi omnium vltimo ſubiici voluit. En genuina ratio, cur epilogus, quo libri omnes Gregorij recenſentur, nullibi legatur præterquàm ad calcem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quamuis hæc Hiſtoria claudatur anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-primo, & alia quædam opera, vt ſuprà docuimus, vltra illum annum producantur.

Secundò, hæc verba, *eſt ergo omnis ſumma annorum mundialium talis, à* XXXIV.
principio vſque ad diluuium anni MMCCXLII. pugnant cum Gregorio, qui libro primo ſuæ Hiſtoriæ capite quarto ſic diſſerit. *Dominus ergo commotus contra iniquitates populi non in ſuis ſemitis gradientis, diluuium immiſit, cunctámque animam viuentem de ſuperficie terræ diluuio inundante deleuit. Tantúmque Noe fideliſſimum ac peculiarem ſibi, ſuíque typi ſpeciem præferentem, cum ſua vel trium natorum coniugibus, poſteritatis reparandæ gratiâ, in archa reſeruauit. Ab Adam ergo vſque ad Noe, generationes decem; id eſt, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Enoch, Matuſalam, Lamech, Noe. In his ergo decem generationibus inueniuntur anni mille ducenti quadraginta duo.* Si dicas in numero MMCCXLII. errore librariorum abundare numeralem literam M. quâ ſublatâ reſtituantur anni MCCXLII. Reſpondebimus id vitij nequaquam librariis tribuendum eſſe, quia in fine tota ſumma quæ eſt annorum MMMMMDCCCLXIV. ſupponit annos bis mille pluréſque ab Orbe condito ad diluuium effluxiſſe. Feliciùs numerantur *à diluuio vſque ad tranſitum filiorum Iſrael per mare Rubrum anni* MCCCCIV. quia libro primo Hiſtoriæ Gregorianæ, capite ſeptimo, *à Noe*, ſiue à diluuio, *vſque ad Abraham, inueniuntur anni* DCCCCXLII. & capite decimo *à natiuitate Abrahæ vſque ad egreſſum filiorum Iſrael ex Ægypto, vel tranſitum maris Rubri, qui fuit Moyſi octogeſimus annus, ſupputantur anni numero* CCCCLXII.

Tertiò, hæc verba, *ab hoc maris tranſitu vſque ad Reſurrectionem Dominicam,* XXXV.
anni MDXXXVIII. diſcrepant à Gregorio, nam libro primo ſuæ Hiſtoriæ, capite decimo-tertio, ab egreſſu Iſraelitarum ex Ægypto vſque ad Templi ædificationem annos colligit CCCCLXXX. deinde capite ſequenti numerat alios CCCXL. vſque ad deſtructionem Templi, & capite viceſimo ſecundo *à deſolatione Templi vſque ad Paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti*, quam *Tiberij ſeptimo decimo anno* collocat, annos ſupputat DCLXVIII. eóque calculo à tranſitu maris Rubri ad Reſurrectionem Dominicam ponit interuallum annorum duntaxat MCCCCLXXXVIII.

Quartò, hæc verba, *à Reſurrectione Dominica vſque ad tranſitum ſancti Mar-* XXXVI.
tini, anni CCCCXII. apertè repugnant Chronologiæ Gregorianæ, nam beatus Martinus, vt authoritate ipſiuſmet Gregorij probauimus, obiit anno Chriſti trecenteſimo nonageſimo-ſeptimo, Artico & Cæſareo Conſulibus, id eſt, anno poſt Reſurrectionem Dominicam trecenteſimo ſexageſimo-quarto inchoato. Gregorius libro primo de miraculis ſancti Martini, capite tertio, felicem eius obitum his conſignat Characteribus Chronologicis, *octogeſimo-primo ætatis ſuæ anno, Cæſario & Attico Conſulibus, nocte mediâ quieuit in pace, glorioſum ergo, & toti mundo laudabilem eius tranſitum in die Dominica fuiſſe manifeſtum eſt*, pluribus in Hiſtoria Eccleſiaſtica, vltimo capite libri primi, *Arcadij verò & Honorij ſecundo Imperij anno, ſanctus Martinus Toronorum Epiſcopus, plenus virtutibus & ſanctitate, præbens infirmis multa beneficia, octogeſimo &*

AN. CH. *primo ætatis ſuæ anno, Epiſcopatûs autem* XXVI. *apud Condatenſem Diœceſis ſuæ*
595. *vicum, excedens à ſeculo feliciter migrauit ad Chriſtum. Tranſiit autem mediâ no-*
CHILDEB. *cte, qua Dominica habebatur, Attico Cæſareóque Conſulibus*, & libro decimo,
II. R. 20. capite vltimo, ait eum ordinatum Epiſcopum *anno* VIII. *Valentis & Valenti-*
CLOTAR. *niani*, qui eum anno Chriſti trecenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo coincidit.
II. R. 12. In iſtis locis agit exactè & ex profeſſo de ætate & de obitu ſancti Martini, nul-
lam tamen ibi ſupputationem init à Reſurrectione Dominica, quapropter
eiuſmodi computus, vbicumque reperitur, haberi debet ſuppoſititius, vt in
fine libri primi vbi hæc leguntur, *à paſſione ergo Domini, vſque tranſitum ſancti
Martini, anni* CCCCXII. *computantur*, in fine libri quarti vbi hæc adiecta
ſunt, *à paſſione Domini, vſque ad tranſitum ſancti Martini, anni* CCCCXII.
& in epilogo Gregorianorum operum, vbi colliguntur *à Reſurrectione Domi-
nica vſque ad tranſitum ſancti Martini, anni* CCCCXII. Ceterùm ſi prædictus
epilogus cum ſuis calculis ab Orbe condito ad obitum ſancti Martini rectè
procederet, *ſi à principio vſque ad diluuium anni* MMCCXLII. *à diluuio vſque
ad tranſitum filiorum Iſrael per mare Rubrum anni* MCCCCIV. *ab hoc maris tran-
ſitu vſque ad Reſurrectionem Dominicam anni* MDXXXVIII. *à Reſurrectione Do-
minica vſque ad tranſitum ſancti Martini anni* CCCCXII. numerarentur, à mundi
conditu vſque ad mortem beati Martini ſupputarentur anni quinquies mille
quingenti nonaginta-ſex. At exurgunt tantùm quater mille quadringenti no-
naginta-ſeptem ſecundùm ſupputationem Gregorij, qui prout ex ſuperiori-
bus patet, à principio ad diluuium annos mille ducentos quadraginta-duos,
à diluuio ad tranſitum maris Rubri annos mille quadringentos quatuor,
ab hoc maris tranſitu ad Reſurrectionem Dominicam annos ſupputat mille
quadringentos octoginta-octo, deinde mortem beati Martini collocat ſub
anno ſecundo Arcadij & Honorij Imperatorum, ſúbque Conſulatu Attici
& Cæſarei, id eſt, anno poſt Reſurrectionem Dominicam CCCLXIII.
Vnde & intelligas ſummam annorum, quæ ad calcem libri primi Hiſtoriæ Ec-
cleſiaſticæ à principio mundi vſque ad tranſitum ſancti Martini ſic colligitur,
explicitus eſt liber primus, continens annos V. M. D. XLVI. *qui computantur à
principio mundi vſque ad tranſitum ſancti Martini Epiſcopi*, adiectam fuiſſe ab
imperitis, cùm nec calculo Gregoriano conueniat, nec benè cohæreat cum
XXXVII. additamento quod Gregorianorum operum epilogo ſubiectum querimur.

Quintò, hæc verba, *à tranſitu S. Martini vſque ad memoratum ſuperiùs an-
num, id eſt, ordinationis noſtræ primum & viceſimum, qui fuit Gregorij Papæ Ro-
mani quintus, Guntchramni Regis* XXXI. *Childeberti iunioris* XIX. *anni* CCXVIII.
partim vera ſunt, partim falſa. Annus enim Epiſcopatûs Gregoriani viceſi-
mus-primus, qui cum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto coin-
cidit, rectè quidem cum anno Gregorij Papæ quinto & cum anno Childeberti
Regis decimo-nono illigatur, ſed diſſidet ab anno Guntchramni Regis trice-
ſimo-primo qui eum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſecundo com-
paratur, & ab anno poſt obitum ſancti Martini ducenteſimo decimo-octauo
qui cadit in annum Chriſti decimum-quintum ſupra ſexcenteſimum. Certè
vt ignarus omnino putaretur, qui Gregorij Turonenſis Epiſcopi vitam ad an-
num decimum-quintum ſeptimi ſeculi protraheret, ſic & ſtolidus haberetur,
qui crederet eundem Gregorium Guntchramni Regis ſub exitum vitæ ſuæ
[a] Cap. 37. meminiſſe, cùm Guntchramnus priùs obiiſſet teſte ipſomet Gregorio, qui
multa poſt eius mortem ſcripſit, vt conſtat ex libro 4.[a] de miraculis S. Martini.

XXXVIII. Denique hæc poſtrema verba, *quorum omnis ſumma eſt, annorum* MMMMM
DCCCLXIV. differunt à calculo Gregoriano. Nam Gregorius ab Orbe con-
dito ad Conſulatum Attici & Cæſarei quo mortem ſancti Martini conſignat,
annos tantùm colligit quater mille quadringentos nonaginta ſeptem, & à
prædicto Conſulatu vſque ad annum Epiſcopatûs Gregoriani viceſimum-pri-
mum, qui cum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto comparatur,
effluxerunt anni duntaxat centum nonaginta-ſeptem, itaut à mundi conditu

ad annum viceſimum-primum Gregoriani Pontificatûs ſecundùm ſupputario- AN. CH.
nem Gregorianam non plures anni numerentur quàm quater mille ſexcenti 595.
nonaginta-quatuor. Sed & prænotata ſumma, quæ in fine epilogi Gregoriani
legitur, & annotum eſt MMMMMDCCCLXIV. diſcrepat à præcedentibus CHILDEB.
numeris. Etenim ſi lapſi ſunt *à principio vſque ad diluuium anni* MMCCXLII. II. R. 20.
à diluuio vſque ad tranſitum filiorum Iſrael per mare Rubrum anni MCCCCIV. CLOTAR.
ab hoc maris tranſitu vſque ad Reſurrectionem Dominicam anni MDXXXVIII. II. R. 12.
à Reſurrectione Dominica vſque ad tranſitum ſancti Martini anni CCCCXII. *à*
tranſitu ſancti Martini vſque ad annum ordinationis Gregorianæ *primum & vice-*
ſimum anni CCXVIII. ſanè ab ipſo mundi principio ad annum viceſimum-
primum Gregoriani Pontificatûs haud colliguntur anni quinquies mille octin-
genti ſexaginta-quatuor, ſed tantùm quinquies mille octingenti quatuor-
decim.

Habitâ ſuperioris examinis ratione non ſolùm poſtremam epilogi Grego- XXXIX.
riani partem reſecabis, verùm etiam in fine libri quarti Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ
delebis has vndecim ſupputationes. *A principio autem mundi vſque ad diluuium,*
anni bis mille ducenti quadraginta-quatuor. A diluuio autem vſque ad Abraham,
anni DCCCCXLII. *Ab Abraham verò vſque ad egreſſum filiorum Iſrael ex Æ-*
gypto, anni CCCCLXII. *Ab egreſſu filiorum Iſrael ex Ægypto vſque ad ædifica-*
tionem templi Salomonis, anni CCCCLXXX. *Ab ædificatione ergo templi vſque*
ad deſolationem eius & tranſmigrationem in Babyloniam, anni CCCLXI. *A*
tranſmigratione igitur vſque ad paßionem Domini, anni DCXLVIII. *A paßione*
Domini vſque ad tranſitum ſancti Martini, anni CCCCXII. *A tranſitu ſancti*
Martini vſque ad tranſitum Chlodouei Regis, anni CXII. *A tranſitu Chlodouei*
Regis vſque ad tranſitum Theodoberti, anni XXXVII. *A tranſitu Theodoberti*
vſque ad exitum Sigiberti, anni XXIX. *Quod ſunt ſimul anni, quinquies mille*
ſeptingenti quadraginta-quatuor. De ſeptem prioribus nuperrimè diſputauimus
occaſione epilogi Gregoriani, octauam examinauimus ad annum Chriſti quin-
genteſimum vndecimum in obitu Clodouei Regis, nonam ad annum Chriſti
quingenteſimum quadrageſimum-octauum in obitu Theodoberti, & deci-
mam ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-quintum in obitu
Sigiberti. Quod attinet ad vltimam, hæc non benè conficitur ex ſuperioribus
numeris quos editio Ducheſniana nobis ſuppeditauit, abundátque annis vn-
deuiginti, rectè verò conſtabit ſi ex vulgatis aliis exemplaribus ab ædifica-
tione templi vſque ad tranſmigrationem in Babyloniam reſtituantur anni
CCCLX. & ab illa tranſmigratione vſque ad Paſſionem Domini reponantur
anni DCLXVIII.

In Codice Corbeienſi, quem toties laudauimos, Hiſtoriæ Gregorianæ præ- XL.
ponitur præfatio cum hoc titulo, *Incipit præfatio Gregorij Epiſcopi Toronenſis Ec-*
cleſiæ. Et eidem præfationi ſubiicitur hic primi libri titulus. *In Chriſti nomine*
incipit Georgij Florentij Gregorij Toronenſis Epiſcopi Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ liber
primus. Hiſtoriam Eccleſiaſticam operis Gregoriani veram ac genuinam eſſe GREGORII
inſcriptionem facilè nobis perſuademus, cùm Auctor in eo multò plura de re- HISTORIA.
bus Francorum Eccleſiaſticis, quàm de militaribus aut de ciuilibus referat, &
in ipſa præfatione res Eccleſiaſticas ſibi potiſſimùm narrandas proponat, ait
enim ſe diu cum multis ingemuiſſe, quòd *nonulla res gererentur vel rectè vel*
improbè, ac feritas gentium deſæuiret, Regum furor acueretur, Eccleſiæ impugna-
rentur ab hæreticis, à Catholicis tegerentur, ferueret Chriſti fides in plurimis, tepeſ-
ceret in nonnullis, ipſæ quoque Eccleſiæ vel ditarentur à deuotis, vel nudarentur à
perfidis, nec reperiri poſſet quiſquam peritus dialectica in arte Grammaticus, qui
hæc aut ſtilo proſaico, aut metrico depingeret verſu: Beda Presbyter ſuam quoque
gentis Anglorum Hiſtoriam ſimili de cauſa Eccleſiaſticam poſteà appellauit.
Gregorium igitur Hiſtoriæ Francorum Eccleſiaſticæ parentem iure vocaueris.
Dolemus res Eccleſiaſticas breuiori ſtylo textas ab iis qui ſubſequentium tem-
porum Hiſtorias exararunt. Non deſunt qui Gregorio tribuant epitomen

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

de rebus Ftancorum & Chronicon Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ſed vnum opus cui titulus eſt Hiſtotia Eccleſiaſtica Francorum, in duas lucubrationes fruſtrà diſtingnunt, aut Hiſtotiam epitomatam Fredegarij, fœtum Gregorianum perperam arbitrantur.

XLI. STYLVS BARBARVS. Si qnid autem minùs Latinè ſcriptum legiſti ex illo Authore, cùm frequenter à nobis citaretur, haud mirare, nam multis in locis Scriptorem ſe fatetur omnino rudem atque imperitum. In epiſtola quam libris de virtutibus ſancti Martini præfixit, *non tibi latet*, inquit, *quòd ſim inops litteris, & tam admirandas virtutes ſtultus & idiota non audeam promulgare. Vtinam Seuerus aut Paulinus viuerent, aut certè Fortunatus adeſſet, qui iſta deſeriberent! Nam ego ad hac iners notam incurro, ſi hac adnotare tentauero.* Et in præfatione ad Hiſtotiam Eccleſiaſticam de ſe ſic loquitur. *Etſi inculto affatu, nequini tamen obtegere vel crimina flagitioſârum, vel vitam rectè viuentium. Et præſertim his inlicitus ſtimulis, quòd à noſtris fari plerunque miratus ſum, quia philoſophantem Rhetorem intelligunt pauci, loqnentem ruſticum multi.* Fuſiùs ac diſtinctiùs in præfatione libri de gloria Confeſſorum ſic exponit ſuam in dicendo tenuitatem ac tuſticitatem. *Timeo ne cùm ſcribere cœpero, quia ſum ſine literis Rhetoricis & arte Grammatica, dicat mihi aliquis. Auſo ruſtico & idiota, vt quid nomen tuum inter ſcriptores indi æſtimas? aut opus hoc à peritis accipi putas, cui ingenium artis non ſuppeditat, nec vlla literarum ſcientia ſubminiſtrat? qui nullum argumentum vtile in literis habes, qui nomina diſcernere neſcis, ſæpiùs pro maſculinis fœminea, pro fœmineis neutra, & pro neutris maſculina commutas, qui ipſas quoque præpoſitiones, quas nobilium dictatorum obſeruari ſanxit auctoritas, loco debito plerunque non locas. Nam pro ablatiuis accuſatiua, & rurſum accuſatiuis ablatiua præponis. Putáſne videbitur vt bos piger paleſtræ ludum exerceat? aut aſinus ſegnis inter ſphariſtarum ordinem celeri volatu diſcurrat? aut certè nunquid poterit cornus nigredinem ſuam albentium columbarum pennis obtegere? aut obſcuritas picis, liquoris lactei colore mutari? Nempe vt iſta fieri poſſibile non eſt, ita nec tu poteris inter Scriptores alios haberi. Sed tamen reſpondebo illis, & dicam. Quia opus veſtrum facio, & per meam ruſticitatem veſtram prudentiam exercebo. Nam, vt opinor, vnum beneficium vobis hac ſcripta præbebunt, ſcilicet vt quod nos incultè & breuiter ſtilo nigrante deſcribimus, vos poteritis lucidè ac ſplendidè ſtante verſu in paginis prolixioribus dilatare.*

XLII. Ad marginem, quid vitij in textu occutterit, nonnumquam notauimus: equitem pro equo vſurpari, accuſatiuum ablatiui abſoluti vice collocari monuimus, cùm Gregoriana phraſis inde viſa eſt aut obſcurior aut amphibologica, rariùs tamen id prætitimus ne faſtidium parerent eædem obſeruationes ſi frequentiùs repeterentur. Codices, quos in Hiſtoria Gregotij ciranda ſecuti ſumus, laudauimus ſuprà, contulimúſque cum vulgatis exemplaribus, & quantæ ſint authoritatis, ex Fredegario & Aimoino demonſtrauimus. Dolemus magnoperè, quod in noſtras manus venerint tantùm ſex priores libri, qui bonæ notæ eſſent. Vtinam quis nobis felicior exiſtat, & puram putam Gregorij Turonenſis Hiſtoriam, cuius ſex duntaxat libros inuenimus, integram nanciſcatur publicétque! Certè, quiſquis rem illam perficiet, Hiſtoriam Francorum multùm illuſtrabit. Atque vt ita ſentias, operæ pretium

INTERPOLATIONES. exiſtimamus interpolationum, quas Hiſtoriæ Gregorianæ inſertas eſſe iam queſti ſumus, breuem iterum indicem texere, necnon annos ſingulos annotare, quibus pleræque occurrerunt examinandæ.

XLIII. Libro primo inſerta ſunt duodecim capita, nempe viceſimum-ſextum, viceſimum-ſeptimum, viceſimum-nonum, triceſimum-primum, triceſimum-ſecundum, triceſimum-tertium, triceſimum-quartum, triceſimum-quintum, triceſimum-nonum, quadrageſimum, quadrageſimum-primum & quadrageſimum-ſecundum, à quorum examine, quia non pertinebant ad noſtros Annales, abſtinendum duximus.

XLIV. Libro ſecundo inſerta ſunt vndecim capita, primum videlicet, decimum-

quartum, decimum-quintum, decimum-ſextum, decimum-ſeptimum, viceſimum-primum, viceſimum-ſecundum, viceſimum-tertium, viceſimum-ſextum, triceſimum-ſextum & triceſimum-nonum. E quibus vnum duntaxat, quod operi noſtro conducebat, examinandum ſuſcepimus, nempe triceſimum-ſextum, in quo geſta ſancti Quintiani narrantur ordine præpoſtero, vt ex ipſa ſancti Quintiani vita, quam Gregorius Turonenſis [a] conſcripſit, ad annum Chriſti duodecimum ſupra quingenteſimum obſeruauimus [b].

[a] Cap. 4. de Vit. Patrum.
[b] Num. 1.

XLV. Libro tertio nihil inſertum eſt, ideóque inſunt capita tantùm triginta ſeptem, ceteris autem multò plura; primo videlicet, quadraginta tria; ſecundo, totidem; quarto, ſex & quadraginta; totidem, ſexto; quinto, quinquaginta. Verum, ſi demerentur interpolationes, libro primo ineſſent vnum duntaxat ac triginta capita; ſecundo, triginta duo; quarto, triginta ſeptem; quinto, trigiuta quatuor; ſexto, tria & triginta. Atque vel ex hac obſeruatione ſuſpicari licet, quòd in libros, ſeptimum, octauum & nonum, quibus ſingulis inſnnt capita pluſquàm quadraginta, non paucæ irtepſerint interpolationes, quas tamen ob defectum antiquorum Codicum annotare non potuimus.

XLVI. Libro quarto inſerta ſunt nouem capita, quintum ſcilicet, ſextum, ſeptimum, vndecimum, duodecimum, decimum-quintum, decimum-nonum, triceſimum-octaunm & qnadrageſimum-tertium. Quiuque priota, nempe quintum, ſextum, ſeptimnm, vndecimum & duodecimum, tota ſunt de rebus Aruernicis, in quas liberiùs expatiatur Interpolator, quia Gregorius genere Aruernns fuit. Caput quintum deſcriptum eſt penè integrum ex vita ſancti Galli quam Gregorius [c] in literas retulit, in aliis multa ſunt quæ cum ipſo Gregorio pugnant, vt oſtendimus ad annos Chriſti quingenteſimum quinquageſimum-quartum [d], & quingenteſimum quinqnageſimum-quintum [e]. De capite decimo-quinto, quod partim ad tes Atuernicas adhuc pertinet, egimus ad annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum-ſextum [f]. Caput decimum-nonum, quod eſt de ſancto Medardo Epiſcopo Nouiomenſi, diſcrepat à recta Chrouologia & à Fortunato [g] aliiſque ſynchronis [h] Auctoribus, vt ad annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-quintum [i] probauimus. Caput triceſimum-octauum deſcripſimus, dubiæque admodum fidei eſſe diximus ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-tertium [k]. Denique ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-quartum [l] obſeruauimus caput quadrageſimum-tertium in antiquis Codicibus mannſcriptis deſiderati.

[c] Cap. 6. de Vita Patrum.
[d] Num. 5.
[e] Num. 14. 15.
[f] Num. 2.
[g] In vit. S. Medardi.
[h] In vit. S. Eleutherii.
[i] Num. 9.
[k] Num. 1.
[l] Num. 5.

XLVII. Libro quinto inſerta ſunt ſexdecim capita, quintum, ſextum, ſeptimum, nonum, decimum, duodecimum, viceſimum-primum, triceſimum-tertium, triceſimum-ſeptimum, triceſimum-octauum, quadrageſimum-primum, quadrageſimum-tertium, quadrageſimum-ſextum, triáque proximè ſequentia. De capite quiuto, quod in rebus Felicis Epiſcopi Nannetenſis ipſi Gregorio Fortunatóque ſynchrono palàm refragatur, egimus in multis locis ad annos Chriſti, quingenteſimum ſeptuageſimum-ſecundum [m], quingenteſimum ſeptuageſimum-quartum [n], qningenreſimum ſeptuageſimum-ſexrum [o], & quingenteſimum octogeſimum [p]. In capiribus, ſexto, ſeptimo, nono, decimo ac duodecimo, quorum meminimus ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-ſextum [q], nihil occurrit alienum à vero, nam quamuis inſititia ſinr, nituntur genuino Gregorij [r] fœtu. Caput viceſimum-primum, vt ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-ſeptimum [s] notauimus, ab ipſomet Gregorio [t] diſſidet in cauſa Salonij & Sagittatij. Capita triceſimum-tertium & triceſimum-ſeptimum, quotum alterum ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-nonum [u] deſcripſimus, alterum ad annos Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-nonum [x], quingenteſimum ſeptuageſimum-ſextum [y], quatuórque [z] ſubſequentes, citauimus, veritati non repugnaut. Caput triceſimum-octauum, quia tes Hiſpanicas amplectitur, à nobis Fran-

[m] Num. 5.
[n] Num. 11.
[o] Num. 16.
[p] Num. 7.
[q] Num. 18. & ſeqq.
[r] Capp. 9. 11. 12. 15. de vit. Patr.
[s] Num. 6.
[t] Lib. 5. c. 28
[u] Num. 6.
[x] Num. 28.
[y] Num 22.
[z] An. 577. n. 46. a. 578. n. 4. an. 579. n. 7. a. 580. n. 1.

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

cicas ſcribentibus omiſſum eſt. De capitibus quadrageſimo-primo, quadrageſimo-tertio, quadrageſimo-ſexto, & quadrageſimo-ſeptimo, ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum [a] non aliter cenſuimus quàm de triceſimo-tertio & triceſimo-ſeptimo. Capita quadrageſimum-octauum & quadrageſimum-nonum non parum diſcrepant à ſcriptis Gregorianis, idque multis argumentis ad eundem annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum [b] demonſtrauimus.

[a] Num. 3. 4. 5. 6. 12.
[b] Num. 12. 13.

XLVIII.

Libro ſexto inſerta ſunt tredecim capita, ſeptimum, octauum, nonum, decimum, vndecimum, decimum-tertium, decimum-quintum, viceſimum-ſecundum, triceſimum-quartum, triceſimum-ſextum, triceſimum-ſeptimum, triceſimum-octauum & triceſimum-nonum. In capite ſeptimo, quod eſt de Præſulibus Vcecenſibus *, nihil apertè refragatur veritati, eóque vſi ſumus ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ptimum [c]. Caput octauum, quod eſt de S. * Eparchio, diſcrepat ab Auctore vitæ, ab ipſomet Gregorio [d], & à recta Chronologia, vt ad eundem annum Chtiſti quingenteſimum octogeſimum-primum [e] probauimus. In caput nonum, quod eſt de S. Domnolo Cenomannorum * Epiſcopo abundárque fabulis, inquiſiuimus ad annos Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-quintum [f] & quingenteſimum octogeſimum-primum [g]. Caput decimum, quod inſcribitur de Baſilica ſancti Martini à furibus effracta, recitauimus ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-primum [h], nec vllo probauimus aut improbauimus argumento. Caput duodecimum laudauimus ad eundem annum [i], quia cum capitibus duodecimo & viceſimo-quarto, quorum fides dubia non eſt, arctiſſimè connectitur. Caput decimum-tertium non pertinet ad Annales Eccleſiaſticos. Caput decimum-quintum habet multa de Felice Epiſcopo Namnetenſi, quæ palàm cum Gregorio & Fortunato pugnant, vt oſtendimus ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſecundum [k]. Caput viceſimum-ſecundum, quod eſt de Charterio Epiſcopo Petragoricenſi & Frontonio Diacono, nullam fidem meretur, vt ad eundem annum [l] diximus argumento ex Chilperici Regis moribus, quos Gregorius deſcripſit, ſumpto. Caput triceſimum-quartum, de quo diſputauimus ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum [m], caret omni veriſimilitudine. Caput triceſimum-ſextum ex Auctore fabuloſo deſcriptum eſt, idque probauimus ad eundem annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum [n], cùm de Ætherio Lexouienſi Epiſcopo ſermonem inſtituimus. Caput triceſimum-ſeptimum in Martyrio ſancti * Lupentij exhibet nonnulla, quæ vera eſſe nec iudicauimus ad annum [o] prædictum, nec æquus Lector vnquam iudicabit. De capite triceſimo-octauo egimus ad annos Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum [p] & quingenteſimum octogeſimum-octauum [q], de capite triceſimo-nono ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum [r], ſed argumenta defuerunt, quibus illa capita vel probare vel improbare poſſemus.

* *d'Vſez.*
[c] Num. 6.
* *S. Cybar.*
[d] De gloria Conf. c. 100.
[e] Num. 7.
* *du Mans.*
[f] Num. 19. & ſeqq.
[g] Num. 8.
[h] Num. 10.
[i] Num. 11.
[k] Num. 3.
[l] Num. 9.
[m] Num. 2.
[n] Num. 4.
* *S. Leonent.*
[o] Num. 5.
[p] Num. 8.
[q] Num. 11.
[r] Num. 9.

XLIX.

Quo tempore, quóve Auctore, tot in Hiſtoriam Gregorianam irrepſerint interpolationes, nondum deprehendimus. Ignotæ fuerunt Fredegario, qui nullam attigit in ſua epitome. Ignotæ fuerunt & Clericis Turonenſibus, qui vitam Gregorii Turonenſis eo conſcripſerunt tempore, quo Metropolitanarum Sedium Epiſcopi in Galliis Archiepiſcopi iam vocabantur, prætermiſerúntque varias cognationes eiuſdem Gregorij, quæ leguntur apud Interpolatorem [s], vt ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-quartum [t] obſeruauimus. Aimoino, qui florebat anno Chriſti milleſimo, quædam in notitiam venerunt, aliæ minimè. Immaniſſimam crudelitatem, quam Gregorianus [u] Interpolator Cautino Aruernorum Epiſcopo per inſignem calumniam affinxit, ita tranſcripſit Aimoinus [x]. *His diebus Cautinus Aruernæ vrbis Epiſcopus rem inauditam feciſſe memoratur. Erat in ipſa vrbe Anaſtaſius quidam nomine, officio verò Presbyter, ingenuus genere. Hunc frequenter Pontifex nunc precibus nunc minis compellebat, vt proprietatem ſuam, quam per chartas glorioſæ memoriæ*

Chrotildis

[s] Lib. 5. cap. 5.
[t] Num. 11.
[u] Lib. 4. c. 12.
[x] Lib. 2. c. 36.

AN.CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

Chrotildis Regina poſſidebat, cum ipſis cartis ei dono daret. Quo omnibus modis renuente, Epiſcopus à villa ad vrbem deductum cuſtodibus legauit inediâ afficiendum. Sed ille forti animo reſiſtebat, dicens ſibi melius eſſe ad tempus fame affici, quàm traditis rebus filios exhæredare. Erat apud Baſilicam Caſsÿ Martyris crypta, & in ea ſarcophagum cuiuſdam magni hominis ex Pario marmore factum. In hoc igitur Mauſoleo, ex iuſſu Epiſcopi, cum mortuo viuens ſepelitur Presbyter, operitúrque lapide, datis cuſtodibus, qui eum cuſtodirent. Verùm Presbytero, tanquam altero Iona, orante ad Dominum, cuſtodes inebriati vino vertuntur in ſomnum. Quod ille intelligens, brachiis, quæ tantummodo libera propter magnitudinem ſepulchri habebat, operculum ad vnam impulit partem, reſeratóque aliquantulum loculo caput erexit, & ſic toto pectore aditum egrediendi ſibi parauit. Grauabatur autem (vt ipſe poſtmodùm aſſeruit) nimio fætore, qui ex putrefacto emanabat corpore. Itaque ſepulchro liber ad oſtium cryptæ properat. Fiebant enim hæc in initio noctis. Quod obſeratum inueniens, & inter rimas proſpiciens, videt hominem cum ſecuri prætereuntem. Hunc leni ſuſurro euocans, rogat vt aditum ſecuri reſeret. Quo impetrato, Presbyter progreditur liber, rogans virum ne de ſe cuiquam indicaret, ac demùm ad domum ſuam, indéque ad Regem Chlotarium properat. Cui cùm cauſam enarraſſet ſuam, Rege ac Optimatibus dicentibus, quòd nec Herodis vel Neronis tempore talia fuerunt geſta, iubetur adduci Epiſcopus. Qui dum iſtud ſe iuſsiſſe negaret, à Presbytero conuictus confusúſque abſceſſit, Presbyter verò res ſuas tenuit.

Codex Thuaneus, in quo alia Gregorij Turonenſis opera legimus, differt etiam à vulgaris editionibus in diſtinguendis capitibus librorum de gloria cùm Martyrum tum Confeſſorum. Iſto Codice vſi ſumus quoties Gregorianus textus allegari debuit, in gratiam tamen Lectoris, qui præ manibus eum habere non poteſt, ipſa Gregorij capita iuxta numeros editionis vulgatæ notauimus. Liber primus de gloria Martyrum in Codice Thuaneo ſex habet capita ſupra centum, centum verò ac ſeptem in exemplaribus editis, oritur hæc differentia ex capite quinto, quòd excuſi Codices in quintum & ſextum ſepararunt. Liber ſecundus de gloria Martyrum in Codice Thuaneo & in vulgaris exemplaribus capita complectitur quinquaginta, ſed eodem modo ad iſtum numerum vtrobique non procedit, quia libri editi caput triceſimum-quartum in capita triceſimum-quartum & triceſimum-quintum diuidunt, & caput ſuum quadrageſimum-nonum ex capitibus prædicti Codicis quadrageſimo-octauo & quadrageſimo-nono conficiunt. Liber de gloria Confeſſorum in vulgatis editionibus capita continet centum ac nouem, in Codice autem Thuaneo ſeptem duntaxat ſupra centum, quoniam caput viceſimum-octauum Thuanei Codicis in vulgata capita viceſimum octauum & viceſimum-nonum diſtinguitur, & vulgatum caput octogeſimum-ſeptimum abeſt à Codice Thuaneo. L. ALIA OPERA.

Quatuor libri de miraculis ſancti Martini, duo libri de gloria Martyrum & liber vnus de gloria Confeſſorum, quos frequentiſſimè citauimus, conficiunt *ſeptem libros Miraculorum*, quos Gregorius Turonenſis in epilogo ſuorum operum à ſe conſcriptos teſtatur. Illis adiungitur liber vnus *de Vitis Patrum*, quem idem Auctor ſuis etiam lucubrationibus annumerat in eodem epilogo. Circumfertur & in quibuſdam editionibus liber de ſeptem Dormientibus in Maiori Monaſterio prope Turonos quieſcentibus. At hunc fœtum eſſe Gregorij rectè negabis, quia non memoratur in epilogo ſuprà laudato, cuius tamen auctoritate nihil validius excogitari poteſt ad illius Auctoris ſcripta vel admittenda vel reiicienda. Quamuis autem ita ſentiamus, imminutam nolumus Sulpitij Bituricenſis Epiſcopi laudem, quam publicauimus ex præfatione Hiſtoriæ ſeptem Dormientium præfixa, potiorem enim commendationem idem promeretur Antiſtes, cuius memoriam in Tabulis Eccleſiaſticis quarto Kalendas Februarias celebrem eſſe iam notauimus [a]. LI.

[a] Ad an. 591. num. 1.

Gregorius Turonenſis Epiſcopus ob multas virtutes, maximè ob humilitatem commendatur. Infirmos ſanitati ſæpè reſtituit, ſed ne miraculorum patrator exiſtimaretur, quocumque ibat, geſtabat reliquias beati Martini, LII. VIRTVTES.

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

aliotúmque Sanctotum, quibus virtutem curationum acceptam teferebat. Exempla multa tepeties in libris de miraculis ſancti Martini. Nec prætereundum, quomodo conſuetam ſibi humilitatem etiam in ipſa ſepultura ſua ſeruauerit. *In tali loco ſe ſepeliri fecit*, inquiunt in eius vita Clerici Turonenſes, *vbi ſemper omnium pedibus conculcaretur, & ipſa loci neceſſitas cogeret, ne vnquam in aliqua reuerentia haberi poſſet. Sed grex beati Martini talia non ferens, amicum Domini ſui de loco leuauit, & edito ſepulchro mauſoleo, ad lauam ſancti ſepulchri dignâ reuerentiâ collocauit.* Ter elogio decoratur, totiéſque Monachus appellatur à Ttithemio in opere de Vitis Illuſtribus Ordinis Benedictini. Libro ſecundo [a] ſic. *Gregorius Florentius ex Monacho noſtri Ordinis*, id eſt, familiæ Benedictinæ, *Archiepiſcopus Turonenſis*, &c. Libro tertio [b]. *Gregorius ex Monacho Turoneuſis Epiſcopus*, &c. Et libro quarto [c]. *Gregorius Florentius, Archiepiſcopus Turonenſis ex Monacho factus*, &c. Inſcribitur etiam Martyrologio [d] Benedictino. Sed Monachum fuiſſe nec eius ſcripta produnt, nec Clerici Turonenſes, nec vllus antiquus Auctor, recentioréſque, qui ſecus ſenſerunt, nomen reticuetunt Monaſterij, nec eius Monachatum Hugo Menardus vllâ illuſtrauit notâ. Quapropter iure inficiaberis Monachum extitiſſe. Colitur in Tabulis Eccleſiaſticis, decimoquinto Kalendas Decembres.

[a] Cap. 10. [b] Cap. 51. [c] Cap. 45. [d] d. 17. Nou.

LIII. CHRONOLOGIA DE ANNIS GREGORII CONFIRMATVR.

Geſſit Pontificatum per annos duos ac viginti cum duobus menſibus diebúſque viginti quinque. Ordinatus eſt enim Epiſcopus decimo Kalendas Septembres, die poſt obitum ſancti Euphronij decimo-nono, eóque Dominico, anno Sigiberti Regis duodecimo, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, qui præditus fuit literâ Dominicali D. Non ignoramus eruditos viros [e] inueniri, qui mortem Gregorij conſignant anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto, vtque calculum hunc rectè aſſecuti videantur, eundem Gregorium beato Euphronio ſufficiunt, 18. *poſt eius obitum die, Auguſti menſis 21. feriâ primâ, anno Chriſti 572. Sigeberti Regis Metenſium 12. à morte ſancti Martini 173.* Inter hoſce Characteres Chronologicos qui præcipuus eſt petitur à litera Dominicali B. quæ præfixa eſt anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo, dieique menſis Auguſti viceſimo-primo. Gregorium ordinatum Epiſcopum fuiſſe die Dominico non inficiamur, ſed exiſtimamus id contigiſſe anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, die viceſimo-tertio menſis Auguſti, literâ Dominicali D. Aduerſarij quem à litera Dominicali deſumunt Characterem tribus aliis conantur confirmare, primum ducunt ab obitu ſancti Euphronij, ſecundum à Principatu Sigiberti, tertium à morte ſancti Martini. Aiunt Gregorium ordinatum fuiſſe 18. *die* poſt obitum ſancti Euphronij, nituntur auctoritate Clericorum Turonenſium, apud quos hæc in vita Gregorij leguntur. *Sedes Turonica octauodecimo die, poſtquàm Euphronium amiſerat, Gregorium ſuſcepit.* Sanctus Euphronius ad Deum migrauit die quarto menſis Auguſti. Dies autem, qui poſt quartum decimus-octauus numeratur, diei viceſimo-ſecundo rectiùs illigatur quàm viceſimo-primo, quia textus ſuprà citatus debet potiùs intelligi de diebus completis quàm de diebus incompletis. Prætereà teſte Gregorio Turonenſi [f], cuius auctoritas in hac cauſa ceteris longè præſtat, poſt mortem Eofronij quæ die quarto menſis Auguſti contigit, *ceſſauit Epiſcopatus dies* XIX. id eſt, vſque ad diem Auguſti menſis viceſimum-tertium, quo Gregorium ordinatum contendimus. Aduerſarij ſecundo loco dicunt ordinationem Gregorij Turonenſis in annum duodecimum Sigiberti Regis incidiſſe, nituntur adhuc auctoritate Clericorum Turonenſium, apud quos hæc in prælaudata Gregorij vita leguntur. *Sigeberto Rege anno duodecimo regnante, beatus Euphronius appoſitus eſt ad patres ſuos.* At annus Sigiberti Regis duodecimus cum anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio magis conuenit quàm cum anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo, quia Clotarius Sigiberti pater deſiit eſſe in viuis anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo, nec obiit ante menſem Nouembrem illius anni. Quod attinet ad vltimum Characte-

[e] Phil. Labbeus in Diſſert. Hiſtor. de ſcript. Eccleſ. in S. Gregor. Turon.

[f] Lib. 10. c. 31.

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12.

tem, fusè probauimus Tomo primo [a] ſanctum Martinum ex hac vita diſceſſiſſe anno Chriſti trecenteſimo nonageſimo-ſeptimo, menſe Nouembri. Quapropter annus, quo beatus Eufronius Deo ſpiritum reddidit, poſt Chriſtum natum ſeu dicatur quingenteſimus ſeptuageſimus-ſecundus ſeu numeretur quingenteſimus ſeptuageſimus-tertius, ab obitu ſancti Martini nec notari debet centeſimus ſeptuageſimus-tertius vt aduerſarij volunt, nec centeſimus ſeptuageſimus-ſecundus vt Clerici Turonenſes olìm cenſuerunt in vita Gregorij Turonenſis, vbi mortem ſancti Euphronij Chronologicis hiſce notis conſignarunt. *Anno centeſimo ſeptuageſimo-ſecundo poſt tranſitum Domini Martini, Sigeberto Rege anno duodecimo regnante, beatus Euphronius, qui inter virtutes conſeneſcens tantâ gratiâ donatus eſt, vt ei prophetiæ ſpiritus ineſſe viſus ſit, appoſitus eſt ad patres ſuos.* Hæc ſufficiant ad firmandam Chronologiam de tempore quo Gregorius Turonenſem Epiſcopatum ſuſcepit, déque tempore quo finem viuendi fecit. Ei ſucceſſit in Epiſcopatum Pelagius, quem nonnulli Paladium vocant. PELAGIVS EP. TVRON.

[a] Ad an. 495. n. 7. & ſeqq.

LIV.

Anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, cùm Gregorius ad Epiſcopatum promotus eſt, Turones ad Sigibertum Auſtraſiæ Regem pertinebant, ipſéque Gregorius cùm à Turonenſibus in Antiſtitem expetitus eſt, in Sigiberti Regis aula verſabatur. Id in eius vita docent Clerici Turonenſes, vtque oneri, quod imponebatur, collum ſubderet, coactum à Sigiberto Rege illiúſque vxore Brunichilde ſic teſtantur. *Hunc Rex auctoritate cogit, hunc Brunichildis Regina perurget,* Rem eandem hoc verſu iam indicarat Fortunatus [b].

Huic Sigebertus ouans fauet & Brunichildis honori.

[b] Lib. 5. c. 3.

LV. TVRONORVM SORS VARIA POST MORTEM CHARIBERTI R.

Poſt Chariberti Regis obitum, quem anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo conſignauimus, Turones obtigerunt Sigiberto, ſed eodem anno, cùm Leudaſtes Comes Turonenſis ad Chilpericum defeciſſet, occupati ſunt à Clodoueo ipſius Chilperici filio, mox autem recuperati à Sigiberto cui Guntchramnus auxilium ſubminiſtrauit. Chilpericus anno Chriſti quingenteſimo duodeſeptuageſimo Turonos iterum cepit, pacéque poſtmodum compoſitâ Sigiberto reddidit. Anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-nono cum numeroſo exercitu irrupit denuò in regnum Sigiberti, ſed intercurrentibus Legatis pax inter vtrumque ſtatim redintegrata eſt, eodémque anno Gregorius Ordinem Diaconatus ſuſcepit. Quarto pòſt anno ciuile bellum rurſus exarſit auctore Chilperico. Anno enim Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, *cùm contentio inter Chilpericum & Sigibertum Reges verteretur,* Guntchramnus Rex omnes Epiſcopos Regni ſui congregauit motuum ſedandorum causâ, Synodíque Pariſienſis Conſtitutio data reperitur *die tertio Iduum Septembrium.* Priori menſe, die videlicet Auguſti viceſimo-tertio, Gregorius ordinatus fuerat Epiſcopus Turonenſis. SVI PONTIFICATV GREGORII. Exeunte eodem anno, cùm Guntchramnus inter fratres amicitiam inſtaurare fruſtrà ſtuduiſſet, Chilpericus directo cum copiis filio Theodoberto Turonos inuaſit. Anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quarto idem Chilpericus, vbi Guntchramnum ad Sigiberti partes acceſſiſſe reſciuit, pace firmatâ Sigiberto Turonos reddidit, quos rurſum occupauit anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto, necnon inito cum Guntchramno fœdere Rhemos eripuit Sigiberto, ſed fugâ ſibi conſulere mox coactus eſt amicitiâ inter Guntchramnum & Sigibertum redintegratâ. Subſecuta eodem anno mors Sigiberti. Childebertus puer quinquennis patri ſucceſſit, nec Turonos recuperauit ſuperſtite Chilperico, qui Leudaſtem Turonenſibus Comitem iterum præpoſuit, ſæpéque altercatus eſt cum Gregorio Epiſcopo Turonenſi. Sublatus eſt è viuis Chilpericus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto. Hæredem in cunis reliquit Clotarium filium. Tunc Turonenſes Guntchramno tanquam nepotum, Childeberti videlicet ac Clotarij, patrono ac tutori ſe ſubdiderunt, póſtque triennium in poteſtatem Childeberti venerunt ex pacis conditioni-

AN. CH. 595. CHILDEB. II. R. 20. CLOTAR. II. R. 12. bus, quam quarto Kalendas Decembris, anno Chriſti quingenteſimo octo- geſimo-ſeptimo Guntchramnus & Childebertus apud Andelaum inierunt. Gregorius Epiſcopus Turonenſis Metas ſtatim profectus eſt ad Childebertum Regem, cuius imperio deinceps ad vltimum vſque vitæ finem ſubiacuit. En varias Turonorum viciſſitudines, quas ſimul conglobandas atque ob oculos tibi ponendas hoc loco duximus, vt intelligas Gregorium illius vrbis Epiſco- pum ob multas cauſas erga Chilpericum non benè affectum fuiſſe, nec aliam rationem quæras, cur apud hunc Auctorem, qui regnante Turonis Childe- berto lucubrationes ſuas edidit, nonnulla de Chilperico legantur, quæ le- niori ſtylo citráque hyperbolen deceret eſſe conſcripta. Non inficiamur à Chil- perico dilatandi regni valdè cupido multa prauè geſta, ſed negamus illum adeò ſceleſtum extitiſſe, vt tam audacter quis debeat pronuntiare, quòd *ma- litiâ* [a] *ſuâ* ſit extinctus, quòd *iniquum* [b] effuderit *ſpiritum*, quòd *Nero* [c] ſui temporis *& Herodes* [d] extiterit, quódque eo regnante *peior in Eccleſiis gemitus* fuerit *quàm tempore perſecutionis Diocletiani* [e].

[a] Lib. 5. c. 5. [b] Lib. 6. c. 46. [c] Ibid. [d] Ibid. [e] Lib. 4. c. 42.

596. CHILDEB. II. R. 21. CLOTAR. II. R. 13. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 1.

ANNVS

CHRISTI			596.	
CHILDEBERTI	II.	R.	21.	4.
CLOTARII	II.	R.	13.	
THEODOBERTI	II.	R.	1.	
THEODORICI	II.	R.	1.	

I. CHILDEBERTI REGIS OBITVS. ANNO Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto, Indictione decimâ- quartâ, Childebertus Rex obiit. Nam vetus Chronicon Moſſiacenſis Cœnobij ſub Mauritio Auguſto hæc habet. *Anno* III. *poſtquàm Childebertus Rex Francorum regnum Gundranni acceperat, defunctus eſt, regnúmque eius Theo- debertus & Theodoricus filij eius aſſumunt. Anno* XVI. *regni Clotarij, Theodeber- tus ſortitus eſt Auſtriam ſedem habens Metis, Theudericus autem accepit regnum Gundranni in Burgundia, ſedem habens Aurelianis.* Et inter epiſtolas Gregorij Magni datas Indictione decimâ-quartâ, ſexta *Childeberto Regi Francorum*, quinquageſima-octaua *Theoderico & Theodeberto Regibus* inſcribitur. Regna- uit in Burgundia Childebertus annos tres, nempe duos annos integros cum duobus incompletis, vnde fit vt quem Auctor Chronici Moſſiacenſis mortuum tradit anno tertio ex antiqua ſupputandi ratione, hunc ſuo calculo Fredega- rius [f] & Aimoinus [g] extinctum affirment anno regni Burgundici quarto. Si- militer quem præcitatus Auctor Chronici Moſſiacenſis vocat annum Clotarij duodecimum, nos initâ Fredegarij & Aimoini ſupputatione decimum-ter- tium appellamus. In Auſtria verò Childebertus annum regni viceſimum-pri- mum attigit, tamen apud Aimoinum dicitur obiiſſe *anno paterni regni viceſi- mo-tertio*, quia priuſquàm patruo ſuccederet, Auſtriæ regnum tenuit per an- nos ſeptemdecim integros cum duobus incompletis, deinde in Auſtria ſimul ac Burgundia poſt obitum patrui regnauit annos duos integros ac totidem in- completos, Aimoinus autem annos incompletos pro completis ſuo more nu- merauit. ÆTAS, Vixit annos viginti-ſex, die enim ſancto Paſchæ natus eſt anno Chri- ſti quingenteſimo ſeptuageſimo, luſtróque ætatis peracto patri ſucceſſit anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto. Iunioris cognomen ſortitus eſt,

[f] Cap. 16. [g] Lib. 3. c. 84.

vt à ſeniore Childeberto propatruo, Clodouei Magni filio diſtingueretur. Reliquit duos filios Theodobertum & Theodoricum, quorum ille in Auſtria, hic in Burgundia regnauit, & filiam nomine Theudelanam, cuius meminerunt Fredegarius [a] & Aimoinus [b]. Ceterùm apud eoſdem Auctores, Theodoberti ac Theodorici Regum primus annus cenſetur, qui Childeberti patris vltimus fuit.

AN. CH. 596. CHILDEB. II. R. 21. CLOTAR. II. R. 13. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 1.

LIBERI.

[a] Cap. 10.
[b] Lib. 4. cap. 1.

II.

Quo genere mortis obierit Childebertus, haud conſtat. Fredegarius [c] & Geſta [d] Regum Francorum mortuum tradunt, nihil præterea. Paulus Diaconus [e] veneni ſuſpicionem inſinuat his verbis. *Childebertus cum vxore veneno (ſicut fertur) extinctus eſt.* Paulo ſuffragatur Aimoinus [f]. *Rex*, inquit, *Childebertus cum vxore propria (ſicut fertur) vi veneni extinguitur.* Ex recentioribus nonnulli Fredegundem & Brunichildem inſimularunt, certè ſi veneno potus fuit, & ſuſpicio in alterutram Reginam eſt reiicienda, dubioprocul Fredegundi potiùs adſcribi debet hoc facinus quàm Brunichildi, nam Fredegundis vitæ Childeberti ſæpiùs inſidias molita fuerat, Brunichildis verò, quam haud pridem à Gregorio Summo Pontifice laudatam vidimus, regnantibus nepotibus æquè commendata fuit, vt ſuis locis obſeruabimus, nec venit in ſuſpicionem prædicti ſceleris apud Aimoinum [g], qui decem alios Reges eius partim conſilio, partim manu vel etiam maleficio extinctos aſſeruit. At reiicienda videtur omnis ſuſpicio, quam Paulus poſt annos ducentos mouere conatus eſt ex incerto rumore.

[c] Cap. 16.
[d] Cap. 17.
[e] Lib. 4. cap. 4.
[f] Lib. 3. c. 84.
[g] Lib. 4. cap. 1.

III.

Childebertus apud Gregorium Turonenſem [h] à Guntchramno patruo laudatus reperitur prudentiæ & fortitudinis nomine, commendatur plurimùm ob fidei Catholicæ pietatem à Gregorio [i] Magno. Elogium à tanto Pontifice ſilere cùm omnino nefas eſſet, ſuo loco retulimus. Vocatur à Brunnero [k] ſecundus Boiorum legiſlator, nam *Theodorici Regis veſtigia inſiſtens, editas ab eodem Boiorum leges interpolauit, quæque ille propter vetuſtam paganorum conſuetudinem (vt Dagobertus Rex in prologo loquitur) emendare non potuit, ea efficere hic ipſe aggreſſus eſt, ſed in magni conatu operis, ſiue morte interpellante, ſiue deſperatione ſucceſſûs, quòd nequedum purgata ſuperſtitionibus Boiaria eſſet, defecit.* Præſtat ipſummet audire Dagobertum, qui non tantùm de legibus Boiorum ſeu Baiuuariorum déque Childeberto Rege Sigiberti filio, ſed etiam de legibus Francorum & Alamannorum déque Regibus Theodorico Primo & Clotario Secundo ſic loquitur. *Theodericus Rex Francorum, cùm eſſet Catalaunis* *, *elegit viros ſapientes, qui in regno ſuo legibus antiquis eruditi erant. Ipſo autem dictante iuſſit conſcribere legem Francorum & Alamannorum & Baiuuariorum vnicuique genti, quæ in eius poteſtate erat, ſecundùm conſuetudinem ſuam. Addidit quæ addenda erant, & improuiſa & incompoſita reſecauit, & quæ erant ſecundùm conſuetudinem paganorum, mutauit ſecundùm legem Chriſtianorum. Et quidquid Theodericus Rex propter vetuſtiſſimam paganorum conſuetudinem emendare non potuit, poſthac Childebertus Rex inchoauit, ſed Chlotharius Rex perfecit.* Brunnerus, quia primum ſancti Ruperti in Boioariam aduentum conuerſionémque Boioariorum in annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-ſextum reiicit, non abſolutè ſcribit Childebertum *morte interpellante* in ipſo conatu operis defeciſſe, ſed in dubio relinquit, vtrùm *morte interpellante* defecerit, an *deſperatione ſucceſſûs, quòd nequedum purgata ſuperſtitionibus Boiaria eſſet.* At cùm facilem proſperúmque totius negotij ſucceſſum ſperare Childeberto licuerit, Chriſtianâ Religione à Boiis iam ſuſceptâ, reſtat vt eundem Childebertum, qui ſex duntaxat annos ſupra viginti vixit, aſſeramus morte prohibitum fuiſſe, ne quod inchoarat opus abſolueret.

[h] Lib. 8. cap. 4.
[i] Lib. 5. ep. 6.
[k] Lib. 4. c. 10.

VIRTVTES.

* Chaalons ſur Marne.

IV.

Mortuo Childeberto bellum inter Francorum Reges exarſit. *Eo anno*, ait Fredegarius [l], *Fredegundis cum filio Chlothario Rege Pariſius vel reliquas ciuitates ritu barbaro occupauit, & contra filios Childeberti Regis Theudebertum & Theudericum mouit exercitum. Loco nominato Latofao caſtra vtrique ex aduerſo ponentes, Chlotharius cum ſuis ſuper Theudebertum & Theudericum irruens, co-*

[l] Cap. 17.

BELLVM CIVILE.

AN. CH. 596. *rúmque exercitum grauiter trucidauit*. Neoterici Latofaum in Diœceſi Senonenſi collocant.

CHILDEB. II. R. 21. CLOTAR. II. R. 13. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. I. V.

CHRONOLOGIA BARONII REFELLITVR.

Cæſar Baronius, quia Clodouei Magni mortem in annum Chriſti quingenteſimum decimum-quartum reiecit, & Clotario eiuſdem Clodouei filio annos regni quinquaginta & vnum attribuit, hactenus à nobis in computandis annis Regum Francorum vel triennio vel quadriennio diſcrepauit. Diſcrepabit adhuc in Guntchramno & in poſteris Chilperici. Diſcreparet etiam diutiùs in poſteris Sigiberti, niſi inter epiſtolas Gregorij Magni hoc anno Indictione decimâ-quartâ datas, ſexta *Childeberto Regi Francorum*, duodeſexageſima *Theodorico & Theodeberto Regibus* inſcriberetur. Ab illo Charactere Chronologico non auſus eſt recedere, ideóque Childeberto, quem anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-nono patri Sigiberto ſucceſſiſſe credidit, annos regni ſeptemdecim duntaxat aſſignauit nullius Scriptoris auctoritate fretus. Mortem Gregorij Turonenſis Epiſcopi benè retulit anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto, ſed eodem anno malè conſignauit ea, quæ ſub Hiſtoriæ Gregorianæ finem annò Childeberti Regis decimo-ſexto geſta narrantur. Prætereà Guntchramni Regis obitum in annum Chriſti duodeſexcenteſimum perperam diſtulit, nam Gregorius Turonenſis Guntchramno Regi, Childebertus Rex vtrique ſuperſtes vixit. Priùs obiit Gregorius quàm Guntchramnus. Id conſtat ex libro quarto [a] de miraculis ſancti Martini, vbi Gregorius agit de itinere quod Childebertus Aureliam poſt mortem Guntchramni Regis ſuſcepit. *Tempore*, inquit, *quo poſt obitum glorioſiſſimi Regis Guntchramni Childebertus Rex Aurelianenſium vrbem adiit, puerorum vnus aulicorum*, &c. Eodem textu Gregorius docet Childebertum Guntchramno patruo ſuperuixiſſe, nec à Gregorij ſententia recedit Fredegarius in ſuo Chronico. Sic enim capite decimo-quarto ſcribit de morte Guntchramni. *Anno* XXXIII. *regni Gunthramni*, V. *Kal. April. ipſe Rex moritur. Regnum eiuſdem Childebertus adſumpſit*. Deinde capite decimo-ſexto ſic de morte Childeberti. *Anno* IV. *poſtquàm Childebertus regnum Gunthramni acceperat, defunctus eſt*. Nec audiendus Paulus Diaconus in Geſtis [b] Longobardorum, vbi morte Childeberti Regis enarratâ, Guntchramni Regis obitum ſic ſubiicit. *Mortuus quoque eſt Gunthrannus Rex Francorum, regnumque illius Brunichildis Regina ſuſcepit cum nepotibus adhuc paruulis filiis Childeberti*. Vitam clauſerunt, Guntchramnus Rex anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio, Gregorius Epiſcopus Turonenſis anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto, Childebertus Rex anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto. Guntchramnus, qui poſt Clotarium patrem anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo regnare cœperat, agebat annum in regno triceſimum-ſecundum; Childebertus, qui poſt Sigibertum patrem anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto regnare cœperat, agebat annum in regno viceſimum-primum. Si Childebertus ex Baronij ſententia Sigiberto patri ſucceſſit anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-nono, finémque viuendi fecit anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto, regni decimo-ſeptimo, Theodoricus ipſius Childeberti filius natu minor, quem Gregorius Turonenſis [c] anno Childeberti Regis duodecimo natum ſcribit, in lucem editus eſt anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-primo, regnúmque auſpicatus eſt anno ætatis ſuæ quinto, itaut annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum & ætatis ſuæ quintum & regni primum numerarit. Iam verò, cùm Theodoricus annum regni ſui ſeptimum, ætatis vndecimum, anno Chriſti ſecundo ſupra ſexcenteſimum illigarit, ab ipſomet Baronio poſtulamus, an credat à patre tunc vndecim duntaxat annos nato ſuſceptum fuiſſe filium Sigibertum, de cuius ortu ſic Fredegarius [d]. *Anno* VII. *regni Theuderici, de concubina filius naſcitur Sigibertus*. Si cetera deeſſent argumenta, ſufficeret hoc vnum, vt refelleres Chronologiam Baronianam, & Sigiberto patri Childebertum ante annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-nonum, Clo-

[a] Cap. 17.

[b] Lib. 4. c. 4. antiq. edit. c. 22. nouæ edit.

[c] Lib. 8. c. 43. lib. 9. c. 4.

[d] Cap. 22.

AN. CH. 596.
CHILDEB. II. R. 21.
CLOTAR. II. R. 13.
THEODOB. II.
THEODOR. II. R R. 1.

tario patri Sigibertum cum ſuis fratribus anre annum Chriſti quingenreſimum ſexageſimum-quintum, Clodoueo parri Clotarium cum ſuis frattibus ante annum Chriſti quingenteſimum decimum-quartum ſucceſſiſſe concluderes. Ex ſupputarione Gregoriana Childeberto natus eſt Theodoricus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſeprimo, & ex ſupputatione Fredegariana Theodorico poſt annos quindecim natus eſt Sigibertus anno Chriſti ſexcenteſimo-ſecundo.

VI. Exranr epiſtolæ [a] Gregorij Magni hoc anno datæ, Indictione decimâ quartâ menſe Iulio, quibus Auguſtinum quem propagandi Euangelij causâ in Angliam tranſmittebat, & Candidum Preſbyretum, de quo iam locuri ſumus, Epiſcopis, Palladio Sanctonico, Pelagio Turonenſi, Sereno Maſſilienſi, Virgilio Arelatenſi, Deſiderio Viennenſi, Syagrio Auguſtodunenſi, itémque Patricio Arigio, Regibus Theodorico ac Theodeberto, eorúmque auiæ commendabar Brunichildi Reginæ, quam ait [b] *pronam in bonis operibus* eſſe conſueuiſſe.

[a] Lib. 5. ep. 52. 53. 54. 57. 58. 59.

GREGORII PP. LITERÆ.

[b] Lib. 5. ep. 59.

VII. Extanr & aliæ [c] iiſdem Indictione ac menſe daræ, quibus reſtabatur ſe reliquias Apoſtolorum Perri & Pauli Palladio Epiſcopo Sanctonico & Brunichildi Reginæ tranſmiſiſſe per Leuparicum Preſbyterum quem Romam miſeranr. Lireræ ad Palladium Epiſcopum tales ſunt. *Veniens lator præſentium Leuparicus, Presbyter veſter, inſinuauit nobis fraternitatem veſtram Eccleſiam in honore beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, necnon Laurentij atque Pancratij Martyrum conſtruxiſſe, atque illic tredecim altaria collocaſſe, ex quibus quatuor needum dedicata comperimus remanſiſſe, ob hoc quòd ſupradictorum Sanctorum reliquias illic collocare Deo annuente diſponitis. Et quia reliquias ſanctorum Petri & Pauli necnon Laurentij atque Pancratij Martyrum cum veneratione præbuimus, hortamur vt eas cum reuerentia ſuſcipere & collocare auxiliante Domino debeatis, prouiſuri ante omnia, vt ſeruientibus ibidem non debeant alimoniarum deeſſe ſuffragia.*

[c] Lib. 5. ep. 50. 51.

AD PALLADIVM EP. SANCTON.

VIII. Scripſir prætereà Gregorius [d] Prorafio Aquenſium Epiſcopo Metropolitano, vt Virgilio Epiſcopo Arelatenſi de penſionibus Eccleſiæ loqueretur, & Candidum haberer commendatum. *Virgilio*, inquit, *fratri & Coepiſcopo noſtro dicite, vt penſiones quas prædeceſſor eius per annos plurimos de patrimoniolo noſtro percepit, & apud ſe retinuit, ad nos, quia pauperum res ſunt, ſtudeat deſtinare. Qui ſi fortè aliquo ſe modo, quod non credimus, excuſare voluerit, vos qui veritatem ipſam ſublimiùs noſtis, re verâ qui in Eccleſia ipſa tunc temporis curam Vicedomini gerebatis, qualiter ſe habeat cauſa diſſerite, & ne res ſancti Petri & pauperum eius, apud ſe retinere debeat, imminete. Sed & ſi fortaſſe hominibus noſtris neceſſarium fuerit, veſtrum in cauſa teſtimonium non negate, vt tam pro veritatis quàm pro voluntatis veſtræ deuotione, beatus Petrus Apoſtolus, cuius amore hæc facitis, ſuâ vobis & hic & in futura vita intereeſſione reſpondeat. Candidum Presbyterum communem filium, cui patrimoniolum ipſum commiſimus, Sanctitati veſtræ magnopere commendamus.*

[d] Lib. 5. ep. 55.

AD PROTASIVM EPISC. AQVENS.

IX. Denique duæ leguntur epiſtolæ, quarum alrera menſe Iulio [e] data Srephano Abbati Lirinenſi, alrera menſe Octobri [f] Indictione decimâ-quintâ iam inchoatâ Reſpectæ Abbatiſſæ Maſſilienſi inſcribitur.

[e] Lib. 5. ep. 56.
[f] Lib. 6. e. 12.

X. Gregorius Srephanum hortabatur, vt erga Congregationem ſibi commiſſam ſollicirus eſſer. Stephanus officio ſuo ſæpè defuir, nam idem Ponrifex in lireris [g] ad Cononem Abbatem ipſius Srephani ſucceſſorem, *nos*, inquit, *audita deceſſoris tui incauta remiſſio ſæpiùs contriſtauit.* Quantùm illa Srephani remiſſio Lirinenſi Monaſterio nocuerit, abundè colligimus ex ſcripris Ionæ, cùm rationem reddit in vita ſancti Artalæ, cur hic Cœnobio Lirinenſi relicto Luxouium ad Columbanum Abbarem ſe contulerit. *Dedit*, inquit, *operam, vt poſtpoſitis totius mundi phaleramentis Monachorum iungeretur cohorti. Clàm itaque à ſodalibus progreſſus, duobus pueris contentus, ad Lirinenſe Cœnobium venit. Quo in loco aliquandiu degens, vitámque ſuam quâ potuit innocentiâ cuſtodiens, cùm cerneret Monachos eiuſdem Cœnobij nequaquam regulari diſciplina colla ſub-*

[g] Lib. 9. ep. 8.

AD STEPHANVM ABBAT. LIRINENS.

AN.CH. 596. CHILDEB. II. R. 21. CLOTAR. II. R. 13. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 1.

mittere velle, cœpit anxio animo trutinare, quò potiùs conſilij aditus panderetur ei. Progreſſus ergo inde ad beatum Columbanum Luxouium venit. Quem vir ſanctus cùm ingenij ſagacis ſolertem eſſe cerneret, ſuo miniſterio coniunxit, atque in omnibus diuinis eruditionibus informare cœpit.

Gregorius in literis ad Reſpectam Abbatiſſam egit de priuilegiis quæ ſancti Caſſiani Monaſterio, cui ipſa Reſpecta præerat, iuxta petitionem Dinamij Aureliani placuit indulgere. *Conſtituentes*, inquit, *vt obeunte Abbatiſſâ non extranea ſed quam Congregatio ſibi de ſuis elegerit, ordinetur, quam tamen, ſi digna huic Monaſterio iudicata fuerit, eiuſdem loci Epiſcopus ordinet. In rebus autem vel in diſpoſitione Monaſterij, nec Epiſcopum nec Eccleſiaſticorum quemquam habere decernimus poteſtatem, ſed hæc ad ſollicitudinis tuæ vel quæ poſt te in eodem loco fuerit Abbatiſſa, curam ſtatuimus per omnia pertinere.*

XI. Ad Respectam Abbatissam.

Die ſiquidem natalis vel dedicationis Monaſterij Epiſcopo illic Miſſarum ſacra conueniat ſolennia celebrare. A quo tamen ita eſt hoc officium exoluendum, vt Cathedra eius niſi prædictis diebus, dum illic Miſſarum ſolennia celebrat, non ponatur. Quo diſcedente, ſimiliter etiam Cathedra illius de eodem Oratorio auferatur. Ceteris verò diebus per Presbyterum, qui ab eodem Epiſcopo fuerat deportatus, Miſſarum officia peragantur. Prætereà erga vitam actúſque ancillarum Dei ſiue Abbatiſſæ quæ in ſupradicto fuerit Monaſterio conſtituta, Epiſcopo ſecundùm Dei timorem ſollicitudinem ſtatuimus adhibere, vt ſi aliquam de illic habitantibus exigente culpâ oportuerit vltioni ſubmitti, ipſe iuxta ſacrorum Canonum vigorem modis omnibus debeat vindicare.

XII. Epiſtolæ Gregorij prædictæ reperiuntur in eius regiſtro [a], octo mentionem faciunt Auguſtini quem Gregorius in Angliam dirigebat, nempe libri quinti quinquageſima-ſecunda & ſubſequentes ſeptem. Ex earum inſcriptionibus iter Auguſtini vtcumque inueſtigari poteſt, nam quinquageſima-ſexta Stephano Abbati Lirinenſi corruptè *Abbati de Monaſterio Quirilino Galliæ*, quinquageſima-ſeptima Arigio Patricio de quo inferiùs, quinquageſima-quinta Protaſio Epiſcopo Aquenſi, quinquageſima-ſecunda Sereno Maſſilienſi Epiſcopo & aliis quos infrà nominabimus, quinquageſima-tertia Virgilio Epiſcopo Arelatenſi, quinquageſima-quarta Deſiderio Epiſcopo Viennenſi, & Siagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi, quinquageſima-octaua Theodorico & Theodeberto Regibus Francorum, & quinquageſima-nona Brunichildæ Reginæ Francorum inſcribuntur; vnde colligimus iter Auguſtini fuiſſe Româ Lirinum, Lirino Aquas, Aquis Maſſiliam, Maſſiliâ Arelatem, Arelate Viennam, Viennâ Auguſtodunum atque inde in Auſtraſiam. Illud etiam obſeruandum maximè, quòd in epiſtolis ad Stephanum Abbatem Lirinenſem, ad Arigium Patricium & ad Protaſium Aquenſem Epiſcopum, Gregorius teſtatur rerum ab eis geſtarum famam ad ſe perueniſſe referente Auguſtino, in epiſtolis autem ad alios nihil huiuſcemodi ſcribit. Rationem diuerſæ ſcriptionis docet Beda, Auguſtinum enim, cùm itineri ſe dediſſet, à comitibus, qui ſpe prorſus & animo cadebant, Romam remiſſum ait, vt expoſitâ ſuſcepti negotij difficultate licentiam redeundi in patriam à Papa flagitaret. *Gregorius*, verba ſunt Bedæ [b], *diuino admonitus inſtinctu anno decimo-quarto eiuſdem Principis*, nempe Mauricij Auguſti, *aduentûs verò Anglorum in Britanniam anno circiter centeſimo quinquageſimo miſit ſeruum Dei Auguſtinum, & alios plures cum eo Monachos timentes Dominum, prædicare verbum Dei genti Anglorum. Qui cùm iuſſis Pontificalibus obtemperantes, memoratum opus aggredi cœpiſſent, iámque aliquantum itineris confeciſſent, perculſi timore inerti redire domum potiùs quàm barbaram, feram, incredulámque gentem, cuius nec linguam quidem noſſent, adire cogitabant, & hoc eſſe tutius communi conſilio decernebant. Nec mora, Auguſtinum, quem eis Epiſcopum ordinandum (ſi ab Anglis ſuſciperentur) diſpoſuerat, domum remittunt, qui à beato Gregorio humili ſupplicatu obtineret, ne tam periculoſam, tam laborioſam, tam incertam peregrinationem adire deberent.* Gregorius poſtulationi non acquieuit, Auguſtinum ad ſocios redire quamprimùm iuſſit, atque epiſtolas deferre ad viros authoritate in regno Francorum præcipuos, quorum nonnul-

Iter Augustini Roma in Angliam per Gallias.

[a] Libb. 5. 6.

[b] Lib. 1. c. 23.

los

AN. CH. 596.
CHILDEB. II. R. 21.
CLOTAR. II. R. 13.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 1.

los primâ itineris parte quam confecerat iam adierat, alios minimè. Æquum autem iudicauit eis, quos Auguſtinus nuper inuiſerat, ſignificare per epiſtolas quàm benè loquentem de illis poſt reditum audiiſſet. Idcirco ſuas ad Stephanum Abbatem Lirinenſem ſic auſpicatus eſt literas; *lætos nos relatio Auguſtini ſerui Dei præſentium portitoris effecit, quòd dilectionem tuam, vt oportet, vigilantem eſſe narrauit*, &c. Alias ad Arigium Patricium ſic; *quanta vobis bonitas, quantáque manſuetudo cum Chriſto placitâ charitate reſplendeat, latore præſentium Auguſtino ſeruo Dei referente comperimus*, &c. Et ad Protaſium Aquenſem Epiſcopum ſic; *quantus in vobis beati Petri Apoſtolorum Principis amor excellat, non ſolùm officij veſtri prærogatiua, ſed etiam deuotio, quam circa vtilitates Eccleſiæ ipſius geritis, patefecit. Quæ quia Auguſtino ſeruo Dei præſentium latore cognouimus referente*, &c. Plures epiſtolas, quæ Auguſtinum è Gallia reuerſum probent, non ſcripſit; quapropter Auguſtinum Aquis Romam à ſociis remiſſum opinamur. Arigius Patricius aut Aquis aut prope Aquas degebat, & Lirinenſe Monaſterium ab Italia non tam longè abeſt quàm Aquæ Sextiæ. Gregorius Auguſtinum quem in Angliam ad prædicandum Chriſti Euangelium mittebat, & Candidum quem in Galliam ad gubernandum Eccleſiæ Romanæ patrimoniolum dirigebat, commendauit Arigio Patricio, ſolum Candidum Protaſio Aquenſium Epiſcopo, neutrum Stephano Cœnobij Lirinenſis Abbati. Commendauit vtrumque Arigio Patricio, quia Arigium virum ſummoperè pium ex Auguſtini relatione nouerat. Candidum commendauit Protaſio Aquenſium Epiſcopo, quia ipſius Protaſij teſtimonio ad res Eccleſiæ ſuæ repetendas indigebat, vt earumdem literarum fragmentum, quod ſuprà recitauimus, ſatis oſtendit. Cur autem in illis literis Auguſtinum Protaſio minimè commendarit, hæc afferri ratio poteſt, quòd Protaſius Auguſtini ſociorúmque profectionem in Angliam non approbarat. Duæ res hanc coniecturam fulciunt. Etenim Auguſtinus à comitibus Romam remiſſus eſt ex Aquenſi Diœceſi quam Protaſius adminiſtrabat, & Protaſius, cuius memoria in Faſtis Sanctorum haud celebratur, apud poſteros non ſibi tantam pietatis atque Epiſcopalis zeli famam peperit, quantam alij Epiſcopi, qui Auguſtinum à Gregorio Papa æquè ſibi commendatum ſuſceperunt, putà Serenus Maſſilienſis, Virgilius Arelatenſis, Deſiderius Viennenſis & Siagrius Auguſtodunenſis, qui coluntur in variis Martyrologiis, Serenus quarto Nonas Auguſti, Virgilius VI. Idus Octobris, Deſiderius X. Kalendas Iunij, Siagrius VI. Kalendas Septembris. In literis ad Stephanum Abbatem Lirinenſem Gregorius nec Auguſtinum nec Candidum commendauit, quia Stephanum propter incautam remiſſionem in bona non habebat exiſtimatione, nec ab eo quicquam auxilij Auguſtino Candidóve ſperandum iudicabat, per epiſtolam tamen hortatus eſt, vt erga Congregationem ſibi commiſſam ſollicitus eſſet, & ex Auguſtini relatione laudauit eius vigilantiam ac Monachorum concordiam, vnde colligimus eundem Abbatem à priori remiſſione ſub vltima Præfecturæ ſuæ tempora reſipuiſſe, neque enim poſt acceptas à Gregorio literas diu vixit, vt ex aliis conſtat ad Cononem eius ſucceſſorem datis [a] Indictione quartâ ineunte.

[a] Lib. 9. ep. 8.

In Hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Anglorum [b], Beda literas ad Auguſtini ſocios, qui ſubſtiterant in Galliis, à Gregorio ſcriptas refert in hunc modum. XIII.
Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Quia melius fuerat bona non incipere quàm ab his quæ cœpta ſunt cogitatione retrorſum redire, ſummo ſtudio, dilectiſſimi filij, oportet, vt opus bonum, quod auxiliante Domino cœpiſtis, impleatis. Nec ergo labor vos itineris, nec maledicorum hominum lingua deterreant, ſed omni inſtantiâ omníque feruore quæ inchoaſtis Deo auctore peragite, ſcientes quòd laborem magnum æternæ retributionis gloria ſequitur. Remeanti autem Auguſtino Præpoſito veſtro, quem & Abbatem vobis conſtituimus, in omnibus humiliter obedite. Scientes hoc veſtris animabus per omnia profuturum quidquid à vobis fuerit in eius admonitione completum. Omnipotens Deus ſuâ vos gratiâ protegat, & veſtri laboris fructum in

[b] Lib. 1. c. 23.

AN. CH. 596. CHILDEB. II. R. 21. CLOTAR. II. R. 13. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 1.

æterna me patria videre concedat. Quatenus & ſi vobiſcum laborare nequeo, ſimul in gaudio retributionis inueniat, quia laborare ſcilicet volo. Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi filij. Data die decimâ Kalendarum Auguſtarum, imperante Domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimoquarto, poſt Conſulatum eiuſdem Domini noſtri decimo-tertio, Indictione decimâ-quartâ. Hæ literæ ad Auguſtini ſocios, quamuis in regiſtro Gregorij non reperiantur, commentitiæ nobis non videntur, quia nihil continent quod vir cordatus à Gregorio in tali caſu ſcribendum fuiſſe non putet, nec probabile videtur Auguſtinum ſine Pontificiis literis ad comites ſuos in Galliam remeaſſe. Suſpectæ magis videntur ob duas alias rationes, quarum prima petitur à titulo, *Gregorius ſeruus ſeruorum Dei*, qui Gregorianis epiſtolis, quarum magnus extat numerus, præfigi non ſolet, altera ſumitur à Characteribus Chronologicis qui rectæ Chronologiæ repugnant. Beda caput Hiſtoriæ ſuæ, quo prædictas literas deſcripſit, ſic inchoauit. *Siquidem anno ab Incarnatione Domini quingenteſimo octogeſimo-ſecundo Mauritius ab Auguſto quinquageſimus-quartus Imperium ſuſcipiens, vno & viginti annis tenuit.* Deinde iuxta eundem calculum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio Conſulatum Mauritij Auguſti conſignauit, & annum decimum-tertium poſt eundem Conſulatum ſiue annum decimum-quartum poſt ſuſceptum à Mauritio Imperium illigauit Indictioni decimæ-quartæ, quæ per menſem Iulium anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto currebat. Sed Mauritius nec Imperium iniit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſecundo, nec tenuit annis vno & viginti, nam menſe Auguſto ſuſcepit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio, vt ex ſynchronis Auchoribus ſuperiùs oſtenſum eſt, amiſitque cum vita menſe Nouembri Indictione ſextâ iam inchoatâ, ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo-ſecundo, vt ad illum annum obſeruaturi ſumus. Quapropter nec Mauritij Conſulatus in annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-tertium, nec annus poſt Mauritij Conſulatum decimus-tertius ſiue annus Mauritij Imperatoris decimus-quartus in decimam-quartam Indictionem ſiue in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum incidit. Quamuis autem nec titulus literis quas examinamus præfixus conſentiat cum regiſtro Gregoriano, nec anni Mauritij cùm Auguſti tum Conſulis in fine earumdem literarum appoſiti cohæreant cum Indictione decima-quarta rectâque Chronologia, tamen eas in adulterinarum numero non habemus, quia literis ſuprà recitatis aliæ proximè ſubiiciuntur à Beda [a], quæ leguntur in regiſtro Gregoriano [b], & quicquid diſcriminis inter vtramque editionem intercedit, circa titulum eſt ac notas temporis, vt inferiùs patebit.

[a] Lib. 1. c. 24.
[b] Lib. 5. ep. 52.

XIV. Auguſtinus in Galliam reuerſus epiſtolas, quas à Gregorio Papa deferendas acceperat, Stephano Abbati Lirinenſi, Arigio Patricio ac Protaſio Aquenſi Epiſcopo reddidit, & cum ſociis, quos in Aquenſi Diœceſi reliquerat, iter proſecutus Maſſiliam venit. In regiſtro Gregoriano epiſtola quinquageſima-ſecunda libri quinti talis eſt. *Gregorius Palladio Epiſcopo de Santonibus, Pelagio de Turonis, & Sereno de Maſſilia, Epiſcopis Galliarum à paribus. Licèt apud Sacerdotes habentes Deo placitam charitatem, religioſi viri nullius commendationis indigeant, quia tamen aptum ſcribendi tempus ingeſſit, fraternitati veſtræ noſtra mittere ſcripta curauimus, inſinuantes latorem præſentium Auguſtinum ſeruum Dei, de cuius certi ſumus ſtudio, cum aliis ſeruis Dei illuc nos pro vtilitate animarum, auxiliante Domino, direxiſſe. Quem neceſſe eſt, vt Sacerdotali ſtudio Sanctitas veſtra adiuuare, & ſua ei ſolatia præbere feſtinet. Cui etiam vt promptiores ad ſuffragandum poſſitis exiſtere, cauſam vobis iniunximus ſubtiliter indicare, ſcientes quòd eâ cognitâ, totâ vos propter Deum deuotione ad ſolatiandum, quia res exigit, commodetis. Candidum præthereà Presbyterum communem filium, quem ad gubernationem patrimonioli Eccleſiæ noſtræ tranſmiſimus, charitati veſtræ in omnibus commendamus.* Harum literarum titulus in cunctis exemplaribus Gregorij non eſt idem, nomen Palladij deeſt in quibuſdam. Auguſtinus cùm

Cabilonem vbi Theodoricus Rex reſidebat, atque inde Metas vbi Theodobertus ſedem regni conſtituerat, recto itinere contenderet, nec Santonenſem Diœceſim cui Palladius præerat, nec Turonenſem adiit quam Pelagius adminiſtrabat. Sed abeunti Romanus Pontifex plura earumdem literarum exemplaria tradidit ad varios Epiſcopos, quia Palladius Cabilone, Metis Pelagius occurrere poterat, ſita enim erat Diœceſis Santonenſis in regno Theodorici, Turonenſis verò in regno Theodoberti. Cur autem Gregorius Palladio potiùs ac Pelagio ſcripſerit quàm aliis Præſulibus, quorum Diœceſes æquè remotæ erant à via, per quam Auguſtinus ad Reges Francorum iturus erat, id tribuendum amicitiæ quam cum Palladio iniuerat, vt reliquiæ [a] Sanctorum Petri & Pauli necnon Laurentij atque Pancratij Martyrum non ita pridem ad eum miſſæ ſatis oſtendunt, & exiſtimationi quam conceperat de Pelagio ad Turonenſem Pontificatum nuperrimè prouecto. Beda literas proximè recitatas, quas Palladio Epiſcopo Santonenſi, Pelagio Epiſcopo Turonenſi & Sereno Epiſcopo Maſſilienſi inſcriptas diximus, ad Etherium Archiepiſcopum directas ſcribit. *Miſit etiam*, inquit [b], *tunc iſdem venerandus Pontifex ad Etherium Arelatenſem Archiepiſcopum (vt Auguſtinum Britanniam peragentem benignè ſuſciperet) literas, quarum iſte eſt textus. Reuerendiſſimo & Sanctiſſimo fratri Etherio Coepiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Licèt apud Sacerdotes*, &c. Et in fine earumdem literarum hæc addit quæ deſiderantur in exemplaribus Gregorij. *Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. Data die decimâ Kalendarum Auguſtarum imperante Domino noſtro Mauricio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo-quarto, poſt Conſulatum eiuſdem Domini noſtri anno decimo-tertio, Indictione decimâ-quartâ.* In has temporis notas inquiſiuimus ſuprà. Quod attinet ad titulum, Virgilius Arelatenſem Archiepiſcopatum tunc regebat, Lugdunenſem Etherius, vnde datur controuerſiæ locus, vtrùm vitium, quod in Bedæ textum irrepſit, in nomine ſit Archiepiſcopi aut in nomine Sedis Archiepiſcopalis, alij enim Etherium Lugdunenſem Archiepiſcopum, alij Virgilium Arelatenſem Archiepiſcopum in Hiſtoria Bedæ legendum putant. Bollandus [c] in commentario hiſtorico, quo vitam ſancti Laurentij Cantuarienſis Archiepiſcopi delineauit, nomen Etherij retinuit, & Arelatenſis Archiepiſcopi loco Ararienſem ſeu Lugdunenſem reponendum dixit. Opinionem ſuam duabus rationibus confirmare niſus eſt. Vnam petiit ab Arariæ nomine, quod olim Lugduno impoſitum notauit ob Ararim ibi confluentem in Rhodanum, atque ab Araria deriuauit Archiepiſcopum Ararienſem, quem poſteà in Arelatenſem facilè detortum aſſeruit. Alteram ſumpſit ab epiſtola [d] Gregorij Magni ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, in qua dicitur Auguſtinus *à Germaniarum Epiſcopis Epiſcopus factus*, & Germaniarum Epiſcopos interpretatus eſt Epiſcopos prouinciæ Lugdunenſis, quia Sidonius Apollinaris *Lugdunenſem Germaniam* appellat in literis [e] ad Thaumaſtum, & Beda [f] tradit Auguſtinum *ab Archiepiſcopo Etherio* Archiepiſcopum genti Anglorum ordinatum fuiſſe. Lugdunum, quia ſitum eſt ad confluentes Araris in Rhodanum Rhodanuſia vocatur à Sidonio [g], & Araria in vita S. Lupi Lugdunenſis Archiepiſcopi, corruptè Artaria in exemplaribus Seuertij [h], ſed adiectiuum à Rhodanuſia vel ab Araria deductum nondum legimus. Verum eſto, Lugdunenſes ab Araria nominentur Ararienſes, Arelatenſem Archiepiſcopum in Bedæ textu ſeruandum contendimus, quia Beda cùm vnicam tantùm Gregorij Magni epiſtolam ad Epiſcopos Galliarum pro commendatione Auguſtini nactus eſſet, huic præcipuè præfigendum exiſtimauit Arelatenſem Archiepiſcopum propter Primatûs prærogatiuam Antiſtiti Arelatenſi ſæpè attributam, errauit autem in nomine, nam Etherium pro Virgilio perperam ſcripſit, nec ſemel hallucinatus eſt ſuper ea nuncupatione, ſiquidem alio in loco [i], cùm de Auguſtini ordinatione in Archiepiſcopum loqueretur, Archiepiſcopum Arelatenſem turſus Etherium vocauit. *Intereà*, inquit, *vir Domini Auguſtinus venit Arelas, & ab Archiepiſcopo eiuſ-*

AN. CH. 596. CHILDEB. II. R. 21. CLOTAR. II. R. 13. THEODOB. II. THEODOR. II. R R. 1.

[a] Greg. lib. 5. ep. 50.
[b] Lib. 1. c. 24.
[c] d. 2. Febr.
[d] Lib. 7. ep. 30.
[e] Lib. 5. ep. 7.
[f] Lib. 1. c. 27.
[g] Lib. 1. ep. 5.
[h] In Arch. Lugd. n. 31.
[i] Lib. 1. c. 27.

AN. CH. 596. CHILDEB. II. R. 21. CLOTAR. II. R. 13. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. I.

dem ciuitatis Etherio, iuxta quod iuſſa ſancti patris Gregorij acceperant, Archiepiſcopus genti Anglorum ordinatus eſt. Auguſtinum à Virgilio Arelatenſi non ab Etherio Lugdunenſi ordinatum probabimus ſuo loco, neque refragatur epiſtola iam citata quà Gregorius Magnus eundem Auguſtinum à Germaniarum Epiſcopis Epiſcopum factum teſtatur, non enim ſola Lugdunenſis prouincia vocata fuit Germania, quia Burgundiones origine Germani traiecto Rheno regnum circa Ararim ac Rhodanum condiderunt, ſed & Franci, quibus Arelatenſis prouincia parebat cùm Auguſtinus in Angliam perrexit, diu nuncupati ſunt Germani, quia genus ſuum à tranſrhenanis Germanis repetebant. Vt autem epiſtolam, quam Beda Virgilio Arelatenſi Metropolitano ſeriptam indicare voluit, non Virgilio ſed aliis Epiſcopis, vt ſuprà diximus, nempe Palladio Santonenſi, Pelagio Turonenſi, Sereno Maſſilienſi inſcriptam fuiſſe cognoſcas, accipe literas Gregorij [a] ad ipſum Virgilinm. *Quamuis fraternitatem veſtram bonis eſſe intentam operibus, & ſponte ſe exhibere in cauſis Deo placitis confidamus, veruntamen vtile eſſe fraternâ vos alloqui charitate credidimus, vt ſolatia, quæ vos vltrò decet impendere, noſtris quoque prouocati epiſtolis augeatis. Atque ideo indicamus Sanctitati veſtræ, Auguſtinum ſeruum Dei præſentium portitorem, cuius zelus & ſtudium benè eſt nobis cognitum, cum aliis ſeruis Dei pro animarum nos illuc compendio tranſmiſiſſe, ſicut ipſe vobis coràm poſitus poterit indicare. In qua re oratione vos eum & auxiliis adiuuare neceſſe eſt, atque vbi opus exegerit, ſolatiorum veſtrorum ei præbere ſuffragia, & paternâ ac Sacerdotali illum conſolatione, ſicut conuenit, refouere, quatenus dum Sanctitatis veſtræ fuerit ſolamina conſecutus, ſi quid Deo noſtro lucrifacere, ſicut optamus, valuerit, & vos poſſitis pariter mercedem acquirere, qui ad bona opera ſuffragij veſtri deuotè copiam miniſtratis. Candidum autem Presbyterum, communem filium, & patrimoniolum Eccleſiæ noſtræ fraternitas veſtra, quippe vt vnanimis nobis, ſtudeat habere commendatum, vt aliquid inde pauperum alimoniis Sanctitate veſtrâ valeat adiuuante proficere. Quia igitur patrimoniolum ipſum per annos plurimos prædeceſſor veſter tenuit, & collectas apud ſe penſiones ſeruauit, fraternitas veſtra cuius res ſint, vel cui erogentur conſideret, atque eas animæ ſuæ reſpectu ſuprascripto filio noſtro Candido Presbytero nobis reſtituat dirigendas. Nam valdè eſt execrabile, vt quod à Regibus gentium ſeruatum eſt, ab Epiſcopis dicatur ablatum.* Agit & de illis penſionibus Gregorius [b] in literis ad Protaſium Epiſcopum Aquenſem, quarum fragmentum ſuprà recitauimus, nec opus eſt alio argumento, vt literas, quæ apud Bedam deſcriptæ nullam eiuſmodi penſionum mentionem faciunt, intelligas eſſe diuerſas ab iis quas Gregorius Virgilio ſcripſit.

[a] Lib. 5. ep. 53.
[b] Lib. 5. ep. 55.

XV. Quamuis ex regiſtro Gregorij & ex Hiſtoria Bedæ ſupetiùs emendata colligamus nullas Auguſtino datas à Romano Pontifice literas ad Etherium Lugdunenſem Epiſcopum, non tamen negamus iter Auguſtino fuiſſe per ciuitatem Lugdunenſem. Auguſtinus cum ſociis Maſſiliâ perrexit Arelatem, Arelate Viennam vbi ſedebat Deſiderius Epiſcopus cui literas Romá delatas obtulit, Viennâ profectus eſt ad aulam Theodorici Regis, in itinere non potuit Lugdunum non adire, ſiue Cabilonem ſiue Aureliam contenderet, fas enim eſt dubitare vtrùm Cabilone an Aureliæ Theodoricus Sedem regni ſtatuerit, quamquam crediderim illum Cabilone potiùs quàm Aureliæ degiſſe, quia Guntchramnus propatruus, cuius ditiones obtinebat, Cabilone multò frequentiùs manebat quàm Aureliæ, licèt exemplum Clodomeris patrui ſecutus Aureliæ Sedem Regiam ſub initium regni collocaſſet, vt Gregorius Turonenſis [c] poſt Clotarij Senioris obitum teſtatur. Gregorius Magnus in literis [d], quibus Auguſtinum & Candidum Theodorico Regi commendauit, Francos incuſauit negligentiæ, quòd Anglorum conuerſioni non ſtuderent, petiítque vt ad prædicandum Anglis Euangelium Auguſtino Sacerdotes è Francia ſe ſocios adiungerent. Literæ tales ſunt. *Poſtquàm Deus omnipotens regnum veſtrum fidei rectitudine decorauit, & integritate Chriſtianæ Religionis inter gentes alias fecit eſſe conſpicuum, magnam de vobis materiam præſumendi concepimus,*

[c] Lib. 4. c. 22.
[d] Lib. 5. ep. 58.

quòd ſubiectos veſtros ad eam conuerti fidem per omnia cupiatis, in qua eorum nempe Reges eſtis & Domini. Atque ideo peruenit ad nos Anglorum gentem ad fidem Chriſtianam Deo miſerante deſideranter velle conuerti, ſed Sacerdotes tuos è vicino negligere, & deſideria eorum ceſſare ſuâ adhortatione ſuccendere. Ob hoc igitur Auguſtinum ſeruum Dei præſentium portitorem, cuius zelus & ſtudium benè nobis eſt cognitum, cum aliis ſeruis Dei prævidimus illuc dirigendum. Quibus etiam iniunximus, vt aliquos ſecum è vicino debeant Presbyteros ducere, cum quibus eorum poſſint mentes agnoſcere, & voluntatem admonitione ſuâ, quantum Deus donauerit, adiuuare. In qua re vt efficaces valeant atque idonei apparere, Excellentiam veſtram paternâ ſalutantes charitate quæſumus, vt hi quos direximus, fauoris veſtri inuenire gratiam mereantur. Et quia animarum cauſa eſt, veſtra eos poteſtas tueatur & adiuuet, vt Deus omnipotens qui vos in cauſa ſua deuotâ mente & toto ſtudio ſolatiari cognoſcit, cauſas veſtras ſuâ protectione diſponat, & poſt terrenam poteſtatem ad cæleſtia vos regna perducat. Præthereà dilectiſſimum filium noſtrum Candidum Presbyterum, & patrimoniolum Eccleſiæ noſtræ, quod in illis partibus eſt conſtitutum, vt commendatum Excellentia veſtra habere debeat, poſtulamus, quatenus beatus Petrus Apoſtolorum Princeps ſuâ vobis interceſſione reſpondeat, qui mercedis intuitu, tuitionem in rebus pauperum eius impenditis. In regno Burgundiæ, quod Theodorico Regi parebat, ſirum erar Auguſtodunum, vbi Præſulatum gerebar Siagrius, cui literas Auguſtinus reddidit à Romano Pontifice ſimiles iis quas Deſiderio Viennenſium Epiſcopo inſcriptas attulerat. E Burgundia profectus eſt Auguſtinus in Auſtriam vbi Theodobertus Theodorici frarer natu maior regnabat. Lireræ Gregorij ad Theodobertum eædem ſunr ac ad Theodoricum, inſcribuntur *Theodorico & Theodeberto Regibus Francorum à paribus*, & Theodoricus in hoc titulo præponitur Theodoberto, quia Burgundia vbi Theodoricus dominabatur, Romæ, vnde Auguſtinus mittebatur, vicinior erat quàm Auſtria cui Theodobertus imperabat. Auia Brunichildis cum alterutro neporum verſabatur. Ad illam extant hæ Gregorij [a] literæ, non iiſdem quidem verbis ac ſuperiores ad Theodobertum & Theodoricum Reges, ſed eodem planè ſenſu conceptæ. *Excellentiæ veſtræ Chriſtianitas ita nobis veraciter olim innotuit, vt de bonitate eius nullatenus dubitemus, ſed magis certum modis omnibus teneamus, quia in cauſa fidei deuotè & ſtudioſè concurrat, & religioſa ſinceritati ſua ſolatia copioſiſſimè ſubminiſtret. Ex qua re benè confidentes paternâ charitate ſalutantes indicamus ad nos perueniſſe, Anglorum gentem Deo annuente velle fieri Chriſtianam, ſed Sacerdotes qui in vicino ſunt paſtoralem erga eos ſollicitudinem non habere. Quorum ne animæ in æterna damnatione valeant deperire, curæ nobis fuit præſentium portitorem Auguſtinum ſeruum Dei, cuius zelus & ſtudium benè nobis eſt cognitum, cum aliis ſeruis Dei illuc dirigere, vt per eos potuiſſemus ipſorum voluntates addiſcere, & de eorum conuerſione vobis quoque annitentibus, in quantum eſt poſſibile, cogitare. Quibus etiam iniunximus, vt ad agenda hæc è vicino ſecum debeant Presbyteros ducere. Excellentia ergo veſtra, quæ prona in bonis conſueuit eſſe operibus, tam pro noſtra petitione, quàm etiam diuini timoris conſideratione, eum dignetur in omnibus habere commendatum, atque ei tuitionis ſuæ gratiam vehementer impendat, & labori eius patrocinij ſui ferat auxilium, & vt pleniſſimè poſſit habere mercedem, ad ſupraſcriptam Anglorum gentem ſuâ tuitione ſecurum iter prouideat, quatenus Deus noſter qui in hoc ſeculo vos bonis ſibi placitis decorauit, hîc & in æterna requie cum ſuis vos Sanctis faciat gratulari. Prætereà dilectum filium noſtrum Candidum Presbyterum, & patrimoniolum Eccleſiæ noſtræ, quod illic conſtitutum eſt, veſtræ Chriſtianitati commendantes, petimus vt tuitionis veſtræ gratiam in omnibus conſequatur.* Caue ne Sacerdotes, qui in vicino erant, & paſtoralem ſollicitudinem erga genrem Anglorum non habebanr, interpreteris Britannos, quibus hoc vel maximè vitio vertit Beda [b], quòd *numquam genti Saxonum ſiue Anglorum ſecum Britanniam incolenti, verbum fidei prædicandum committerent.* Quamuis enim in ſuis ad Brunichildem literis Gregorius apertè non indicet, vtrùm de

AN. CH. 596.
CHILDEB. II. R. 21.
CLOTAR. II. R. 13.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 1.

[a] Lib. 5. ep. 59.

[b] Lib. 1. c. 22.

AN. CH. 596. CHILDEB. II. R. 21. CLOTAR. II. R. 13. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 1.

Francis Sacerdotibus an de Britannis loqui velit, nam vtrique Anglis vicini erant, tamen illum de Francis loqui colligimus ex hac periodo, quâ Theodobertum & Theodoricum Reges in epiſtolis ad eos directis alloquitur. *Peruenit ad nos Anglorum gentem ad fidem Chriſtianam Deo miſerante deſideranter velle conuerti, ſed Sacerdotes tuos è vicino negligere, & deſideria eorum ceſſare ſuâ adhortatione ſuccendere.* Innuit ſanè Gregorius Francos Sacerdotes conuerſioni Anglorum aliquandiu ſtuduiſſe, ſed ab opere tam pio támque Chriſtiano poſteà ceſſaſſe. Tantæ mutationis cauſam reiicimus in mortem Letardi Siluanectenſis * quondam Epiſcopi, qui Reginam Aldibergam in Cantium è Francia proficiſcentem comitatus eſt, vt ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſextum [a] probauimus. Quamdiu vixit Letardus, complures ad eum transfretarunt è Francia Presbyteri, qui Anglos ſylueſtribus moribus adhuc rudes delinire & ad Chriſti cognitionem inuitare non deſtiterunt. Eo mortuo, cùm nullus in Anglia eſſet Epiſcopus, tepeſcere cœpit ardor Francorum Sacerdotum, qui deinceps profectionem in regionem transmarinam Epiſcopo carentem minùs lubenter ſuſcepere. Scimus quidem Authores non defuiſſe, qui ſcriberent Auguſtinum in Angliam appuliſſe viuo adhuc Lethardo. *Nec dubium*, inquit Harpsfeldius [b], *quin Bertha & Letardi præſentia valdè Euangelicum negotium apud Ethelbertum poſt Auguſtini aduentum promouerit.* At huic opinioni duæ res repugnant. Primò, Gregorius Magnus in ſuis epiſtolis nullam Lethardi mentionem facit Deinde in reſponſione ad octauam interrogationem Auguſtini teſtatur nullum in Anglia tunc Epiſcopum fuiſſe præter ipſum Auguſtinum, quem ſic alloquitur. *Et quidem etiam in Anglorum Eccleſia, in qua adhuc ſolus tu Epiſcopus inueniris, ordinare Epiſcopum non aliter niſi cum Epiſcopis potes.* Vt autem annum, quo beatus Lethardus obiit, aſſequi determinatè nondum potuimus, ita nec diem. Corpora Sanctorum, Lethardi Epiſcopi, & Ethelberti Regis, qui Lethardo Epiſcopo diu ſuperuixit, & migrauit ad Deum anno ſalutis ſexcenteſimo decimo-ſexto, ſepulta fuerunt vno eodémque in templo, ac poſteà ob ſacrum illis exhibitum cultum vni eidémque altari impoſita. Quare cùm ex Beda [c] conſtet ſanctum Ethelbertum ex hac vita diſceſſiſſe die viceſimâ-quartâ Februarij, Bollandus vitam cùm ſancti Lethardi tum ſancti Ethelberti ad illam diem retulit, variáque ſancti Lethardi miracula, quibus ſuperſedemus, deſcripſit ex Ioanne Capgrauio.

* de Senlis. [a] Num. 50. [b] Sec. 7. c. 4. [c] Lib. 2. c. 5.

XVI. OBITVS GONDVLPHI EPISC. TRAIECT.

Hoc anno, decimo-ſeptimo Kalendas Auguſti migrauit ad Deum Gondulphus Epiſcopus Traiectenſis, de quo ſic ad illum diem Molanus. *Sanctus Gondulphus Traiecti ad Moſam nutritus, & magnis ex natalibus oriundus, moribus, continentiâ & eruditione clarus fuit, ſanctam Traiectenſem Eccleſiam ſeptem annorum temporibus dignè rexit. Migrauit ex hoc ſæculo eodem anni die quo prædeceſſor, cui etiam par meritis eſt conſepultus in naui ſiue in medio Eccleſiæ ſancti Seruatij, vbi tumulus eorum, vnde eleuati ſunt, hactenus viſitur, & vterque defenſor patriæ & cuſtos Eccleſiæ celebrem habet memoriam.* Ægidius, niſi ſit error librariorum, vt Monulphum, ſic & Gondulphum non decimo-ſeptimo Kalendas Auguſti ſed ſeptimo eaſdem Kalendas mortuum affirmat. Molano, quem citauimus, ſuffragantur Miræus, Sauſſaius, Fiſenus. Sancto Gondulpho ſucceſſit Perpetuus, qui ſedit annos tredecim.

XVII. EBRVLFI ABB. VTIC.

Sub finem huius anni tranſiit etiam ad Deum beatus Ebrulfus. *Anno*, inquit Gemmeticenſis [d], *ab Incarnatione Domini* DXCVI. *ætatis verò ſuæ* LXXX. *reſidente in Sede Apoſtolica Gregorio ſummo Doctore & Anglorum Apoſtolo, beatus Ebrulfus* IV. *Kal. Ianuary ex hoc mundo migrauit, & mercedem laborum ſuorum in cæleſtibus à Domino recepit.* De die conueniunt Anonymus [e] in eius vita & Ordericus [f] Vitalis, itémque de anno ſi duodecimus legatur Clotarij Regis non autem Childeberti Regis vt in illis Authoribus errore librariorum hodie reperitur, íſque annus ex ſupputatione Gregorij Turonenſis habeatur duodecimus poſt annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum,

[d] Lib. 7. c. 21. [e] Ap. Sur. d. 29. Dec. [f] Lib. 6.

AN. CH. 596. CHILDEB. II. R. 21. CLOTAR. II. R. 13. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 1.

quo Chilpericus Clotarij pater ex hac vita ſublatus eſt. Anonymus, cuius teſtimonio Vitalis innititur, beato Ebrulfo ſynchronus vixit, idque ſub initium ſui operis apertè teſtatur, cùm fidem ſibi conciliat ex verbis, quæ frequenter ex ore ipſiuſmet Ebrulfi accepit. *Tantam*, inquit, *præ ſe tulit modeſtiam & humilitatem vt in Palatio magnum obtineret locum, quemadmodum ipſe nobis exhortationis causâ dicere conſueuit.* Quis autem credat virum Neuſtraſium, qui ſub Clotario ſecundo vel eius filio Dagoberto ſcripſit, omiſſo Rege qui Neuſtraſiam in ſua poteſtate tunc tenebat, in ſupputando anno quo beatus Ebrulfus in eadem Neuſtraſia deceſſit, vſum eſſe nomine alterius Regis qui numquam apud Neuſtraſios imperauit? Ceterùm Abbatis ſanctiſſimi mortem ac ſepulturam ſic enarrat. *Cùm appropinquaret migrationis eius tempus, die quintodecimo ante Chriſti Natalem, horâ diei tertiâ, anima eius exceſſit è corpore. Orantibus autem fratribus pro anima eius cum lachrymis, paulò pòſt reuixit, quod quidem illo die ter ita accidit. Deinde diebus octodecim ſuperuiuens, in pauperes multa contulit, itémque in Monaſteria, pro cuiuſque ratione & conditione. Porrò quarto Calendas Ianuarij temporibus Rodoberti Epiſcopi Sagienſis, anno duodecimo Clotarij Regis*, (perperam in exemplaribus eſt nomen Childeberti) *fratribus valedicens, alacri & Angelico vultu, Abraha ſinu receptus, migrauit ad Dominum, conditúſque honorificè eſt in Eccleſia beati Petri Apoſtolorum Principis, quam ipſe extruxerat. Contigit tum miraculum minimè reticendum. Diaconus quidam, qui viro ſancto charus fuerat, ob vitæ ſanctimoniam & virtutes, cum multis lachrymis dixit. Cur me Pater deſeruiſti? Cur mihi non licuit priùs ſepeliri, quàm tu exires à corpore? Eâdem verò nocte, cùm eſſet poſtridie ſepeliendus beatus Ebrulphus, meritis illius Domino ſpiritum ille tradidit, & ſunt ambo pariter ad ſepulcrum deportati.*

XVIII. Poſt obitum ſancti Ebrulfi, *qui vel quot ſucceſſores illi fuerint per* CCCC. *annos in Vticenſi Cœnobio, ſeu quales euentus pertulerint prouinciales vel Cœnobitæ*, penitus ignorare ſe fatetur Ordericus [a], additque rationem quia Piratæ de Dacia egreſſi ſunt, in Neuſtriam venerunt, & antiquorum ſcripta cum Baſilicis & ædibus concremarunt. Idem Author obſeruat Hugonis Magni temporibus ex Vticenſi Cœnobio ſublata fuiſſe *tria corpora Sanctorum, Ebrulfi, Ebremundi & Ausberti.* Auſbertus is videtur eſſe, quem beatus Ebrulfus à mortuis ſuſcitauit vt ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium [b] recitauimus. Ebremundus à nonnullis Abbas appellatur, ſed nemo colligere poteſt in quod tempus inciderit eius Præfectura.

[a] Lib. 6.

[b] Num. 17.

XIX. MARII EP. LAVSANN. A vero procul aberrare non poterit, qui mortem ſancti Marij Lauſannenſis Epiſcopi poſtremo huius anni die conſignabit, nam vt alibi iam probauimus, nec obiit ante annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium, nec annum Chriſti duodeſexcenteſimum exceſſit. Annos exegit in Epiſcopatu viginti menſéſque octo. Vixit omnino annos quatuor & ſexaginta. Sedem Epiſcopalem Auentico Lauſannam tranſtulit. In æde ſancti Thyrſi, quæ poſteà ſancti Marij nomen accepit, Lauſannæ ſepultus eſt, ibíque colitur pridie Kalendas Ianuarias. Lege Petrum Franciſcum Chiffletium in præfatione ad illius Chronicon. Succeſſit in Epiſcopatum Macmerius ſeu Manerius, cuius meminit Stumpffius.

AN. CH. 597. CLOTAR. II. R. 14. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 2.

ANNVS
CHRISTI 597.
CLOTARII II. R. 14.
THEODOBERTI II. R. 2.
THEODORICI II. R. 2.

I. ANNO Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſeptimo, ſiue, vt Fredegarius [a] loquitur, *anno* II. *regni Theuderici Fredegundis moritur*. Sepulta fuit in Baſilica ſancti Vincentij Martyris in ſuburbio Pariſienſi, vt legitur in Geſtis [b] Regum Francorum & apud Aimoinum [c]. Non capimus cur ab his Auctoribus dicatur *ſenex & dierum plena*, cùm Clotarius eius filius, qui eodem quo Chilpericus pater interiit anno, Chriſti videlicet DLXXXIV. natus eſt, decimum-tertium ætatis annum vix aut nondum expleuiſſet. In libro de Geſtis Regum Francorum, cuius Auctor concinnator fabularum à viris eruditis iam appellatus eſt, multa finguntur de Fredegunde, quæ pudeat vel deſcripſiſſe. Capite triceſimo-quinto exhibetur adultera, turpiter miſcetur cum Landerico, necem Chilperico Regi machinatur infértque. Ridicula ſunt eiuſmodi commenta. Nihil illorum tacuiſſet Gregorius Turonenſis, ſi Fredegundis locum ſuſpicioni vel minimæ præbuiſſet. Hic autem licèt in Chilpericum ac Fredegundem acriore ſtylo non ſemel inuectus videatur, ipſam Fredegundem nec ream adulterij cum Landerico, nec auctorem conſtituit necis illatæ Chilperico coniugi; Landericum ne quidem nominauit vſpiam, & in ipſius Chilperici malitiam, quam Deus vlciſci tandem voluerit, cauſam omnem mortis adeò luctuoſæ reiecit. Neoterici fermè omnes maximâ digni ſunt vituperatione, quòd fabulam in Geſtis Regum Francorum à nugatore excogitatam ſcriptis ſuis inſeruerint, nec paucis additionibus adornarint fidei faciliùs conciliandæ causâ. In iiſdem Geſtis, capite triceſimo-ſexto, deſcribitur bellum, quod eodem quo Guntchramnus Rex obiit anno, Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio, Clotarius Rex cum Childeberto Guntchramni ſucceſſore geſſit. In illa deſcriptione, Fredegundis *Chlotharium paruulum Regem in brachia vehitans* depingitur. At Clotarium annos tunc nouem natum, quæ ſuperiùs diximus [d] in obitu Chilperici patris, ſatis euincunt, nec illam obſeruationem ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium [e] miſſam fecimus. Multa ſubiiciuntur de Landerico, quæ ſunt inſtar additamentorum ad priorem fabulam, nec potiorem fidem merentur. Fredegundis, vt multa vituperio, ſic & multa laude digna confecit. Si fides eſt Hadriano Valeſio [f], *nec ſatis vituperari poteſt*, vbi vituperanda; *nec abundè laudari poteſt*, vbi laudanda. Idem Auctor ait *pleraque veriſſima* eſſe in encomio, quo Fredegundis à Venantio Fortunato decorata legitur. *Fuit enim*, inquit, *prudens, callida, atque verſuta, dominandi non minùs capax quàm auida, cui nec ingenium ad conſultandum, nec ad propoſita exſequenda vis & animus deeſſet.* Fortunati [g] Poetæ verſus hi ſunt in Carmine ad Chilpericum Regem.

Coniuge cum propria, quæ regnum moribus ornat,
Principis & culmen participata regit.
Prouida conſiliis, ſollers, cauta, vtilis Aulæ,
Ingenio pollens, munere larga, placens.
Omnibus excellens meritis, Fredegundis opima,
Atque ſerena ſuo fulget ab ore dies.

[a] Cap. 17.
[b] Cap. 37.
[c] Lib. 3. c. 86.
FREDEGVNDIS REGINA MORITVR.
VINDICATVR A CALVMNIA.
[d] Ad an. 584. num. 25.
[e] Num. 10.
[f] Lib. 16.
[g] Lib. 4. carm. 1.

Regia

AN. CH. 597. CLOTAR. II. R. 14. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 2.

Regia magna nimis curarum pondera portans,
Te bonitate colens, vtilitate iuuans.
Quâ pariter tecum moderante Palatia creſcunt,
Cuius & auxilio floret honore domus.
Quærens vnde viro duplicentur vota ſalutis,
Et tibi mercedem de Radegunde facit.
Quæ meritis propriis effulget gloria Regis,
Et Regina ſuo facta corona viro.
Tempore ſub longo hæc te fructu prolis honoret,
Surgat & inde nepos, vt renoueris auus.

Bertchramnus Epiſcopus Cenomanenſis in ſuo teſtamento conqueritur, ſe bis aut tertiò rebus cùm Eccleſiæ ſuæ tum propriis per vim ſpoliatum fuiſſe. *Omnibus notum eſt*, inquit, *qualiter bis aut tertiò in rebus ſanctæ Eccleſiæ, vel propriis ſuſtinui ſpoliationem. Deus ſcit, quòd non pro culpis noſtris hoc paſſus ſum, ſed pro eo quòd fidem volui illibatam cuſtodire, & ſancta Eccleſia in prædiis illo tempore graue pertulit diſpendium, & ego pauperatus ſubſtantiolâ meâ propriâ valdè egenus euaſi.* Primum detrimentum poſt Fredegundis obitum paſſus eſt Bertchramnus, nam quamdiu Guntchramnus vixit, Clotario & Clotarij amicis, in quorum numero Bertchramnus ſemper fuit, nemo nocuit, & poſt ipſius Guntchramni tranſitum Childebertus Clotarij ditiones ingreſſus pœnas luit cæſo exercitu, Bertchramno qui poſt Guntchramni mortem Clotario Regi ſacramentum indiſſolubile dederat, ampliſſima munera collata ſunt à Clotario & Fredegunde, vt colligere eſt ex ipſiuſmet Bertchramni teſtamento ſub initium, vbi mentio fit Bonalphæ villæ in territorio Stapenſi ſecus Aquilinam ſyluam ſitæ. At poſtquàm Fredegundis è viuis exceſſit, Berthegiſilus illicito ordine, contra Canonum Decreta, res cùm Eccleſiæ Cenomanenſis, tum proprias Bertchramni adgreſſus fuit animo inimico, *vnde quod ſciam*, inquit Bertchramnus in ſuo teſtamento, *non vt debuit reſtituit niſi partem, tùm pro rebus propriis meis, quas malo ordine diſtraxerat, lozella tum charta venditionis dedit, hoc eſt, cum domibus Campariato & Stiuale portionem ſuam in integrum nobis vendidit.* Hic Berthegiſilus, quem manuſcriptus Codex Clericum vocat, à nonnullis cum Baudigiſilo Epiſcopo Bertchramni præceſſore perperam confunditur. II.

BERTHEGISILVS INVADIT BONA ECCLESIÆ CENOMAN.

Menſe Maio, Indictione decimâ-quintâ Gregorius Papa literas dedit [a] ad Candidum Preſbyterum, rectorem patrimonij Galliarum, vt Chriſtianos redimeret, qui in Iudæorum ſeruitio Narbone detinebantur. Deinde menſe Octobri, Indictione primâ iam inchoatâ, Brunichildi Francorum Reginæ prolixam ſcripſit [b] epiſtolam, in qua gratias retulit pro charitate quam Auguſtino Epiſcopo in Angliam proficiſcenti exhibuerat. Cetera poſſunt in quatuor præcipua redigi capita. Primum eſt de Pallio Siagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi concedendo; alterum, de ſactis Ordinibus præmio non conferendis; tertium, de Schiſmaticis, error enim de Tribus Capitulis per Eccleſiam Gallicanam ſerpſerat; vltimum, de Idololatris corrigendis. III.

[a] Lib. 6. ep. 21.

GREGORIVS PP.

[b] Lib. 7. ep. 5.

SCRIBIT BRVNICHILDI.

De Pallio ſic Gregorius. *Quantâ in omnipotentis Dei timore Excellentiæ veſtræ mens ſoliditate firmata ſit, inter alia bona quæ agitis, etiam in Sacerdotum eius laudabiliter dilectione monſtratis, & magna nobis fit de Chriſtianitate veſtra lætitia, quoniam quos venerantes vt famulos re verâ diligitis, augere honoribus ſtudetis. Decet enim vos, excellentiſſima filia, decet tales exiſtere, vt ſubiectæ poſſitis eſſe dominatori. In eo enim regnum poteſtatis veſtræ & ſubiectis gentibus confirmatis, in quo timori omnipotentis Domini mentis colla ſubiicitis, & vnde voſmetipſas ſeruitio Creatoris ſubiicitis, inde vobis veſtros ſubditos ad ſeruitium deuotiùs obligatis. Suſceptis itaque epiſtolis veſtris valdè nobis Excellentiæ veſtræ ſtudium placuiſſe ſignamus, atque fratri & Coepiſcopo noſtro Siagrio Pallium dirigere ſecundùm poſtulationem veſtram voluimus, propter quod & Sereniſſimi Domini Imperatoris, quantùm nobis Diaconus noſter, qui apud eum reſponſa Eccleſiæ* IV.

DE PALLIO PRO SIAGRIO EP. AVGVSTOD.

AN. CH. 597. CLOTAR. II. R. 14. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 2.

faciebat, innotuit, prona voluntas eſt, & concedi hoc omnino deſiderat, atque multa de prædicto fratre noſtro tam vobis quam etiam aliis teſtificantibus ad nos bona perlata ſunt, maximè vitam eius Ioanne regionario ad nos remeante cognouimus. Et quid in fratre noſtro Auguſtino fecerit audientes, Redemptorem noſtrum benedicimus, quia eum Sacerdotis nomen etiam operibus implere ſentimus. Sed res plurima reſtiterunt quæ nos hoc interim facere minimè permiſerunt. Primùm ſiquidem quia is qui Pallium ipſum venerat accepturus, Schiſmaticorum tenetur errore implicitus. Deinde quod non id ex veſtra petitione ſed ex nobis tranſmiſſum voluiſtis intelligi. Extra hoc autem quia nec is qui eo vti deſiderat, directâ ad nos hoc ſibi largiri ſpeciali petitione popoſcerat, & tantam cauſam nullomodò præbere ſine eius poſtulatione debuimus, maximè quia & priſca conſuetudo obtinuit, vt honor Pallij niſi exigentibus cauſarum meritis & fortiter poſtulanti dari non debeat. Nos tamen, ne veſtra Excellentia deſiderium ſub prætextu cuiuſdam excuſationis forſitan videremur velle differre, dilectiſſimo filio noſtro Candido Presbytero Pallium prouidimus dirigendum, iniungentes ei vt vice noſtrâ congruâ id debeat obſeruatione tribuere. Vnde neceſſe eſt vt ex opere ſuo ſupraſcriptus frater & Coepiſcopus noſter Siagrius factâ cum aliquantis ſuis Epiſcopis petitione hoc ſperare, atque eam prædicto debeat dare Presbytero, quatenus dignè eiuſdem Pallij vſum cum Dei gratia valeat adipiſci. Quis exitus huius negotij fuerit, dicemus poſt biennium.

V. INVENITVR IN SIMONIACOS.

De ſacris Ordinibus eadem prorſus repetit Gregorius, quæ iam retulimus alibi.

VI. SCHISMATICOS.

De ſchiſmaticis verò ſubiungit. *Hos quos ab vnitate Eccleſiæ Schiſmaticorum error diſſociat, ad vnitatem pro veſtra mercede ſtudeat reuocare concordia. Nam non ob aliud in ignorantiæ ſua hactenus cæcitate voluuntur, niſi vt Eccleſiaſticam fugiant diſciplinam, & peruersè habeant, vt voluerint, viuendi licentiam, quia nec quid defendant, nec quid ſequantur intelligunt. Nos autem Chalcedonenſem Synodum de qua illi ſibi peſtiferæ nebulas excuſationis aſſumunt, per omnia veneramur & ſequimur, & ſi quis de fide eius minuere aut addere aliquid præſumpſerit anathematizamus. Sed ita illos erroris labes imbibit, vt ignorantia ſua credentes vniuerſam Eccleſiam atque omnes quatuor Patriarchas non ratione ſed malitioſâ mente tantummodò refugiant, itaut is qui ad nos à veſtra Excellentia miſſus eſt, cùm quæreretur à nobis cur ab vniuerſali Eccleſia ſeparatus exiſteret, ſe ignorare profeſſus ſit. Sed neque quid diceret, neque quid aliud audiret, voluit ſcire.* Ex quibus planè intelligitur, cur error ſiue ſchiſmatis ſiue hæreſeos inualeſcat, nimirum vt per eam quam latiorem vident viam diſciplinæ, impatientes homines ingredi feſtinent ſecundum Domini [a] dictum. *Lata eſt via quæ ducit ad perditionem, & multi gradiuntur per eam.*

[a] Matth. c. 7.

VII. ET IDOLOLATRAS.

A ſchiſmaticis ſic tranſit ad Idololatras. *Hoc quoque pariter hortamur, vt & ceteros ſubiectos veſtros ſub diſciplina debeatis moderatione reſtringere, vt idolis non immolent, cultores arborum non exiſtant, de animalium capitibus ſacrificia ſacrilega non exhibeant, quia peruenit ad nos, quòd multi Chriſtianorum & ad Eccleſias occurrant, & quod dici nefas eſt, à culturis dæmonum non abſcedant. Quoniam verò omnino Deo noſtro hæc diſplicent, & diuiſas mentes non poſſidet, prouidete vt ab his debeant illicitis ſalubriter coerceri, ne, quod abſit, non eis ad redemptionem ſed ad pœnam ſacri fiat Baptiſmatis ſacramentum.* Alemanni, quibus Theodobertus Auſtraſiæ Rex, Brunichildis nepos, vltra Rhenum imperabat, nondum idolis nuncium remiſerant. De illis locutus videtur Gregorius. Apud Agathiam [b] enim *arbores quaſdam colunt, & fluminum lapſus, & colles, & ſaltus, atque his tanquam iuſta facientes, equos aliáque quamplurima reſectis capitibus immolant.* Δένδρατε γὰρ τινα ἱλάσκονται, καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν, καὶ λόφους, καὶ φάραγγας, καὶ τούτοις ὥσπερ ὅσια δρῶντες, ἵππους τε καὶ ἄλλα ἄττα μυρία καρατομοῦντες ἐπιθειάζουσιν. Errores iidem ex Italia quoque & ex conſuetudine Longobardorum in Galliam manare potuerunt. Nam Gregorius poſt

[b] Lib. 1.

AN. CII. 597. CLOTAR. II. R. 14. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 2.

aliquot menſes ſcripſit [a] Agnello Epiſcopo Terracinenſi aduersùs eos qui colebant idola & arbores. *Peruenit*, inquit, *ad nos, quoſdam illic, quod dici nefas eſt, arbores colere, & multa alia contra Chriſtianam fidem illicita perpetrare.* Et libro tertio [b] Dialogorum Longobardos caput capræ dæmonibus immolare ſolitos ita docet. *Eodem quoque tempore, dum ferè quadraginta captiuos alios Longobardi tenuiſſent, more ſuo immolauerunt caput capra diabolo, hoc ei per circuitum currentes & carmine infando dedicantes. Cúmque illud ipſi priùs ſubmiſſis ceruicibus adorarent, eos quoque, quos ceperunt, hoc adorare pariter compellebant*, &c.

VIII. MAGNERICUS EP. TREVIRENSIS MORITVR.

Peruenit ad hæc tempora Magnericus Treuirorum Epiſcopus, cuius nomen legitur in Tabulis Eccleſiaſticis octauo Kalendas Auguſtas, viráque conſcripta fuit ab Eberwino Abbate, qui decimo ſeculo Cœnobium ſancti Martini Treuiris adminiſtrauit. Beatus Magnericus erga ſanctum Martinum terris iamdudum ſublatum & ſignis coruſcantem, ſingularem geſſit deuotionem, quapropter in eius honorem tres Eccleſias conſtruxit. Nominatiſſimum eſt ſancti Martini Cœnobium, quod antea Oratorium erat ex priuata Terradij domo in ædiculam olim ab ipſomet ſancto Martino, cùm Treuirim veniſſet, commutatum & ſanctæ Cruci dedicatum. In illo Monaſterio hodie oſtenditur ſancti Magnerici tumulus in ſubterranea templi crypta. Lege Merſſæum in Annalibus Archiepiſcopatûs Treuirenſis.

IX. EPISCOPI TREVIRENS.

Hallucinantur qui ſancto Magnerico Gundericum ſeu Gaugericum ſufficiunt ex Epiſcopo Cameracenſi, quis enim veterum ſcripſit ſanctum Gaugericum relictà ſede Cameracenſi ad Treuirenſem migraſſe? Miræus in Faſtis Belgicis [c], Gunderico, quem expungimus, ſubrogat Seuerinum, tum Sebaudum, deinde Modoaldum; Cratepolius verò in Treuirenſium Antiſtitum catalogo Seuerinum Sebaudo ſubiicit. Cratepolium ſecuti ſunt Kyriander in Auguſta Treuerorum, Robertus & Sammarthani in Gallia Chriſtiana. Stephanus Abbas Leodienſis Cratepolio longè antiquior controuerſiam omnem dirimit in vita ſancti Modoaldi, quem non Seuerino ſed Sebaudo ſucceſſiſſe tradit. Opinabitur fortè quis Seuerinum poſt Sebaudum à neotericis teiici, vt Amandi Traiectenſis Epiſcopi patriâ Aquitani collega in concionando ſtatuatur, ſed iidem Scriptores non obſcurè teſtantur de Amando Burdigalenſi Pontifice non de Traiectenſi ſe loqui. Sic enim habet Cratepolius. *S. Seuerinus Archiepiſcopus Treuirenſis vir fuit diuino cultui deditiſſimus, zelans Dei honorem ex animo, qui verbis & exemplis Eccleſia plurimùm profuit. S. Amando Epiſcopo Aquitano in concionando fuit collega & ſymmiſtes, Burdegala mortuus eſt, & Chriſtus eius mortem crebris miraculis precioſam fuiſſe teſtatus eſt.* Adhuc clariùs Kyriander. *Seuerinus, qui diuino monitu relictâ Treueri Burdegalam profectus Euangelij prædicandi gratiâ ſedem ibi Epiſcopalem Amando illi vltrò cedente nactus & vitâ functus eſt.* Seuerino Epiſcopo Treuirenſi quid commercij fuit cum Aquitanis? Amandus Epiſcopus Burdigalenſis Seuerinum Colonienſem Epiſcopum non Treuirenſem excepit, Seuerinus Epiſcopus Colonienſis & Amandus Epiſcopus Burdigalenſis ætate cum ſancto Martino Turonenſi Epiſcopo coniuncti fuerunt, migratúntque ex hac vita longè antequàm Seuerinus, qui Treuiris ſedit, in lucem ederetur. Lege Sermonem Hiſtoricum & eruditum de beatiſſimo Seuerino Colonienſi Epiſcopo ex antiquis manuſcriptis Codicibus à Surio [d] deſcriptum. Eiuſdem Sancti aduentum in ciuitatem Burdigalenſem & Amandi Pontificis occurſum narrat Gregorius Turonenſis in libro [e] de gloriâ Confeſſorum ex fideli Burdigalenſium Clericorum relatione. In Tabulis Eccleſiaſticis mentio fit Amandi Burdigalenſis Epiſcopi decimo-quarto Kalendas Iulij, Seuerini Colonienſis Epiſcopi decimo Kalendas Nouembris, Seuerini Treuirenſis Epiſcopi duodecimo Kalendas Ianuarij. Duo floruerunt Seuerini Treuirenſes Epiſcopi. Molanus in additionibus ad Vſuardum duodecimo Kalendas Ianuarias hæc habet, *eodem die, ſancti Seuerini ſecundi, Epiſcopi Treuirenſis*, itaut nemini dubium eſſe de-

[a] Lib 7. ep. 20. Ind. 1.
[b] Cap. 28.
[c] d. 7. Iun.
[d] d. 23. Oct.
[e] Cap. 45.

AN. CH. 597. CLOTAR. II. R. 14. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 2. X.

beat, quin Seuerinus Epiſcopus Treuitenſis, huius nominis ſecundus, qui Sebaudum præceſſit, is ſit cuius nomen in Tabulis Eccleſiaſticis legitur duodecimo Kalendas Ianuarij. Quot annos in Treuirenſi Pontificatu ſanctus Seuerinus exegerit, memoriæ proditum non extat. Sebaudus qui Sanctus æquè vocatur à Cratepolio & à Miræo, vixit vſque ad tempora Dagoberti Regis & Pipini Ducis, vt conſtat ex Stephano Leodienſi Abbate in vita ſancti Modoaldi, qui Sebaudo mortuo Pontificatum adeptus legitur, *cùm Dagobertus rerum potiebatur, ſub quo Pipinus Dux omnia regni negotia prudentiſſimâ diſpoſitione ordinabat.*

Ceterùm inter ſanctos Magnericum & Modoaldum præter ſanctos Seuerinum & Sebaudum ſedit in Cathedra Treuirenſi Felix ſeu Felicius, qui laudatur in vita ſancti Goatis, & in nomenclaturis Epiſcoporum Treuirenſium hactenus deſideratur. Beatus Goar natus eſt in Aquitania, floruit ſub Regibus Francorum Childeberto & Sigiberto, relictâ patriâ venit ad Rhenum cùm Felicius Treuirenſem gerebat Pontificatum, & ex hâc vita diſceſſit cùm Ruſticus eandem Treuitorum Diœceſim adminiſtrabat. Alios Characteres Chronologicos fruſtrà requiras in ſancti Goaris vita cùm cuſa tum manuſcripta. Browerus [a] Felicium in Fibicium deflexit, & catalogum Treuirenſium Antiſtitum interturbauit ratus Goarem ad Fibicium Treuirenſem Epiſcopum ex Aquitania veniſſe, coætaneúmque extitiſſe Regibus Francorum Childeberto & Sigiberto, quorum ille Clodouei primi filius, hic nepos eſſet. Sanctus Goar patriâ fuit Aquitanus, eiúſque natali ſolo fortè dominatus eſt Childebertus, qui poſt Clodouei patris obitum anno Chriſti quingenteſimo vndecimo partem Aquitaniæ cum aliis ditionibus obtinuit, ſed ab anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ptimo quo Sigibertus eiuſdem Clodouei nepos in Auſtraſia regnare cœpit, vſque ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-quintum quo poſt annos regni quatuordecim occubuit, Eccleſiam Treuirenſem duo tantùm rexerunt Pontifices Nicerius & Magnericus, vt ex Fortunato Scriptore coætaneo liquet. Corrigendi ſunt igitur nonnulli Codices qui Browerum falsò decepere, quoniam Clodouei filium atteſtabantur Childebertum, quo regnante ſanctus Goar in Aquitania vitam degit. Childebertus, qui beato Goari ſynchronus vixit, Clodouei non filius fuit ſed pronepos, regnauítque poſt Sigibertum patrem in Auſtraſia & in Aquitaniæ parte ab anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto vſque ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum. Ideóque Sigibertus, quo regnante ſanctus Goar ad Deum tranſiit, prælaudati Clodouei non haberi debet nepos ſed atnepos qui regnum auſpicatus eſt anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-tertio, vitámque mortalem vſque ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-quartum prorogauit. Wandelbertus [b] ſancti Goaris ortum in Aquitania ſub Childeberto Rege, mortémque in Auſtraſia ſub Sigiberto Rege ſic conſignat. *Goar Aquitaniæ indigena fuit, genere & maioribus clarus, patre Georgio, matre verò Valeriâ. Fuit diebus Childeberti Francorum Regis, qui ortus eſt ex proſapia Regis famoſiſſimi Ludouici (qui etiam Clodoueus dicitur) mansítque vſque ad Sigibertum Regem, qui vrbem Mediomatricum regni ſedem habuit.* Deinde profectionem ex Aquitania in Auſtraſiam refert temporibus Felicis Epiſcopi Treuirenſis. *Veniens ergo in prouinciam, quæ ripis Rheni fluminis contigua Trigoria nuncupatur, atque ad Diœceſim pertinet Treuirorum intra terminos Veſalienſes, ibi Deo liberè ſeruire delegit. Ibi in quodam loco ſuper riuulum, qui nunc Wochara dicitur, cum permiſſu & voluntate Epiſcopi, qui tum vrbi & populo Treuirorum præerat, Felicis nomine, Eccleſiam pro ſuis viribus conſtruens, Sanctorum in ea plurima pignora, videlicet ſanctæ Dei genitricis & beati Baptiſtæ Iohannis aliorúmque Sanctorum collocauit.* Denique teſtatur obitum ſancti Goaris in illa incidiſſe tempora, quibus apud Auſtraſios regnabat Sigibertus, & Ruſticus Treuirorum Epiſcopus in viuis adhuc erat ſuperſtes. Claruit Wandelbertus nono ſeculo, Diaconus fuit ac Monachus Prumienſis, calamo ma-

[a] Lib. 6.

[b] Ap. Sur. d. 6. Iul.

AN. CH. 597. CLOTAR. II. R. 14. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 2.

num admouit iuſſu Matcuardi Prumienſis * Abbatis, vt beati Goaris vitam rudiore quondam ſtylo conſcriptam elegantiùs expoliret, adderétque alterum librum de miraculis. Auctoritatem igitur omnem in vita ſancti Goaris à vetuſtiore mutuatur anonymo, cuius veritatem fide integrâ in rerum geſtarum narratione ſe ſubſequutum ſic affirmat ſub finem prioris libri. *Hac habui de vita ſancti viri Goaris, qua ſcriptura mandarem accepta ex vetuſtis & perantiquis exemplaribus, quorum in rerum geſtarum narratione veritatem fide integrâ ſubſequens, ſolam ſermonis, qua eruditos non parum offendere poterat, ſimplicitatem pro veſtra voluntate, vir clariſſime Patérque venerande, corrigere ſtudui.* In Manuſcripto Codice, quem Dominus Antonius *de V yon d' Herouual* pro ſua ſingulari beneuolentia nobis communicauit, nacti ſumus antiquiſſimam ſancti Goaris vitam, quam Wandelbertus præ manibus habuit. Opus vtrumque ſimul contulimus, factâque comparatione deprehendimus Wandelbertum ab anonymo nonnunquam deſciuiſſe. Quapropter ne politioris ſtyli voluptate labamur in errores quos Wandelbertus commiſit, Authorem prioris vitæ quamuis rudiorem ſtatuimus allegare cum primigenia phraſi, quoties occaſio ſe dabit. Hoc autem loco, cùm in ætatem tantùm beati Goaris, & in Chronologiam Treuirenſium Epiſcoporum inquiramus, ſuper ea te quid ſentiamus, paucis accipe.

* de Prum.

XI. ÆTAS S. GOARIS.

Anno Chriſti circiter quingenteſimo octogeſimo-quinto beatus Goar in Aquitania natus eſt, regnante tunc in Auſtraſia Childeberto iuniore, cuius obitum anno ſuperiori retulimus. Eâ tempeſtate Diœceſim Treuirenſem regebat ſanctus Magnericus, cui ſucceſſit in Epiſcopatum ſanctus Seuerinus, tum Felix ſeu Felicius, quem beatus Goar adiit anno Chriſti circiter ſexcenteſimo duodeviceſimo, deinde ſancti Sebaudus, Modoaldus & Ruſticus, quorum primus ad tempora Dagoberti Regis peruenit, alter claruit ſub eodem Dagoberto eiúſque filio Sigiberto, tertius ſancto Goari ſub vltima Sigiberti Regis tempora mortuo ſuperfuit.

XII.

Ineunte hoc anno, vt epitome Bedæ teſtatur, Auguſtinus cum ſociis è Francia in Angliam transfretauit. Subſecuta Edilberthi Regis Cantuariorum frequenriſque populi conuerſio. Rem quomodo geſta eſt Beda [a] fusè deſcribit in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Pauca tantùm, quæ pertinent ad noſtrum inſtitutum, delibabimus cùm ex Beda tum ex Gregorio Papa, cetera vltrò prætermittemus. Neuter expreſſit numerum ſodalium quos Auguſtinus Româ ſecum deduxit. Gregorius [b] in epiſtolis ad Theodoricum & Theodobertum Reges Francorum, & ad Brunichildem Reginam ait ſe Auguſtino aliiſque, quos in Angliam dirigebat, iniunxiſſe, *vt aliquos ſecum è vicino debeant Presbyteros ducere, cum quibus Anglorum poßint mentes agnoſcere, & voluntatem admonitione ſuâ, quantum Deus donauerit, adiuuare.* Pleroſque Francos profectionis in Angliam comites fuiſſe docet Beda [c], itaut Auguſtinus in Cantium peruenerit cum ſociis fermè quadraginta. Iampridem Edilberthus Rex vſus erat colloquio Chriſtianorum multáque audiuerat de Chriſtiana Religione. Huius rei rationem reddidimos ante annos vnum ac triginta, cùm Aldibergam ſeu Bertham Chariberti Francorum Regis filiam in coniugem ab Edilbertho ductam diximos, iterúmque repetemus ex Beda, cuius hæc ſunt verba. *Anteà fama ad eum Chriſtiana Religionis peruenerat, vtpote qui & vxorem habebat Chriſtianam de gente Francorum regia, nomine Bertham, quam eâ conditione à parentibus acceperat, vt ritum fidei ac religionis ſua cum Epiſcopo, quem ei adiutorem fidei dederant, nomine Luidhardo, inuiolatam ſeruare licentiam haberet.* Ciuitas Dorouernenſis caput fuit totius Cantij. *Erat autem*, inquit idem Auctor [d], *prope ipſam ciuitatem ad Orientem Eccleſia in honorem ſancti Martini antiquitus facta, dum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua Regina, quam Chriſtianam fuiſſe prædiximus, orare conſueuerat.* In eadem Eccleſia Auguſtinus eiúſque ſocij *primò conuenire, pſallere, orare, miſſas facere, prædicare, & baptizare cœperunt, donec Rege ad fidem conuerſo maiorem prædicandi per omnia, & Eccleſias*

[a] Lib. 1. capp. 25. 26. 27.

[b] Lib. 5. epp. 58. 59.

AVGVSTINVS CVM MVLTIS FRANCIS IN ANGLIAM TRANSFRETAT.

[c] Lib. 1. c. 25.

[d] Lib. 1. c. 26.

AN. CH. 597.
CLOTAR. II. R. 14.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 2.

EDILBERTHVM REGEM AD FIDEM CONVERTIT.

[a] Lib. 7. ep. 30. Ind. 1.
[b] Lib. 1. c. 26.
[c] Cap. 1. paragr. 3.

fabricandi vel reſtaurandi, licentiam acciperent. Edilbertbum hoc anno conuerſum innuunt Gregorius & Beda, ſi ſimul conferantur. Nam Gregorius in literis [a] ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, quas inferiùs eirabimus, affirmat baptiſmum decem millibus Anglorum exeunte boc anno collatum fuiſſe in die Natiuitatis Dominicæ, Indictione primâ tune currente, & Beda [b] copioſam illam Anglorum aeceſſionem ad cœtum Chriſtianorum factam fuiſſe non indicat niſi poſt conuerſionem Edilberthi Regis. *At vbi ipſe etiam,* inquit, *inter alios delectatus vitâ mundiſſimâ Sanctorum, & promiſſis eorum ſuauiſſimis, quæ vera eſſe miraculorum quoque multorum oſtenſione firmauerunt, credens baptizatus eſt, cœpere plures quotidie ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, vnitati ſe Sanctæ Chriſti Eccleſiæ credendo ſociare. Quorum fidei & conuerſioni ita congratulatus eſſe Rex perhibetur, vt nullum tamen cogeret ad Chriſtianiſmum, ſed tantummodò credentes arctiori dilectione quaſi conciues ſibi regni cæleſtis amplecteretur.* Edilberthi Regis baptiſmo diem Pentecoſtes adſcribit Auctor Hiſtoriæ fundationis Monaſterij ſancti Auguſtini Cantuarienſis Thomas Sprottus, eiuſdem Cœnobij ſub annum Chriſti milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum Monaehus, & ex eo alter ibidem Monachus Guilielmus Thornus in ſuo Cbronico [c]. Auguſtinus autem, cùm omnia ei adeò feliciter in Anglia ſuccederent, rediit in Franciam, vt ab Epiſcopis Francis Epiſcopus ordinaretur, in Anglia enim deerant Epiſcopi quorum miniſterio conſecrari poſſet.

ORDINATVR EPISCOPVS AB EPISCOPIS FRANCIS.

ARELATE.

[d] Ad an. 597. n. 27.
[e] Lib. 1. c. 27.
[f] d. 2. Febr.
[g] d. 24. Febr.
[h] Lib. 1. c. 27.
[i] Lib. 8. c. 39.
[k] Lib. 9. c. 23.

Gregorius in literis ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum iam laudatis ſcribit datâ à ſe licentiâ, Auguſtinum *à Germaniarum Epiſcopis* Epiſcopum factum eſſe, ſed in eo textu per Germanias Galliæ ſunt intelligendæ, ſeu quia Franci, qui tunc in Gallia dominabantur, à Germanis originem traxerunt & Germani ſæpè dicti ſunt ab antiquis ſcriptoribus, vt alibi iam diximus obſeruatum ab iis, qui vocem hanc *(Germaniarum)* in epiſtola Gregoriana retinendam cenſent, ſeu quia Galliarum loco nomen Germaniarum apud Gregorium perperam irrepſit, vt Baronius [d] opinatur, & Beda [e] perſuadere videtur his verbis quibus Auguſtini ordinationem Arelate ab eiuſdem ciuitatis Epiſcopo factam docet. *Vir Domini Auguſtinus venit Arelas & ab Archiepiſcopo eiuſdem ciuitatis Ætherio, iuxta quòd iuſſa ſancti patris Gregorij acceperant, Archiepiſcopus genti Anglorum ordinatus eſt.* Bollandus in commentario Hiſtorico [f] quo vitam ſancti Laurentij Dorouernenſis Archiepiſcopi delineauit, & in commentario præuio [g] quem vitæ ſancti Ethelberti Regis præfixit, Bedam qui correctione proculdubio indiget, ſic emendauit, vt res quas ille ab Ætherio Pontifice geſtas ſcripſit, non Arelate ſed Lugduni confectas aſſeruerit, quia per illud tempus Eccleſiam Lugdunenſem regebat Ætherius Antiſtes, Arelatenſem Virgilius. At vocabulum, cui vitium ineſt apud Bedam, non eſt ciuitatis nomen ſed Epiſcopi, réſque quas ab Ætberio peractas Beda ſignificauit, non Lugduni geſtæ ſunt vbi Ætherius erat Epiſcopus, ſed Arelate vbi Virgilius ſedebat. Ipſemet enim Beda ſe de Arelatenſi Præſule locutum eſſe confirmat, cùm Virgilium vocat [h] Ætherij ſucceſſorem. Error igitur omnis, in quem lapſus eſt, inde profluxit, quòd Licerium Arelatenſem Epiſcopum, quem in Ætherium deflexit, ad hæc vſque tempora vixiſſe ſuſpicatus eſt. Tali autem Chronologiæ refragatur Gregorius Turonenſis Autbor ſynchronus, qui Licerium Sapaudo in Epiſcopatu Arelatenſi ſucceſſiſſe tradit [i] anno Childeberti Regis vndecimo ſiue anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto, & obiiſſe [k] anno eiuſdem Regis decimo-tertio ſeu Chriſti quingenteſimo duodenonageſimo. Auguſtinus, ſi Sprotto & Thorno fides eſt, ordinatus fuit Epiſcopus decimo-ſexto Kalendas Decembris. Arelate ſtatim rediit in Angliam, vbi Angli decies mille baptizari ſunt in ſolemnitate Natiuitatis Dominicæ.

REDIT IN ANGLIAM.

[l] Lib. 7. ep. 30. Ind. 1.

Teſtes eâ de re ſunt literæ, in quibus Gregorius Romanus Pontifex ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum de Auguſtini Epiſcopatu & de conuerſione Anglorum ita diſſerit [l]. *Datâ à me licentiâ, à Germaniarum,* (lege Galliarum) *Epiſcopis Epiſcopus factus, cum*

eorum quoque ſolatiis ad prædictam gentem in fine mundi perductus eſt, & iam nunc de eius ſalute & opere ad nos ſcripta peruenerunt, quia tantis miraculis vel ipſi, vel hi qui cum eo tranſmiſſi ſunt, in gente eadem coruſcant, vt Apoſtolorum virtutes in ſignis, quæ exhibent, imitari videantur. In ſolennitate autem Dominicæ Natiuitatis, quæ hac primâ Indictione tranſacta eſt, pluſquàm decem millia Angli ab eodem nunciati ſunt fratre & Coepiſcopo noſtro baptizati.

---

598. Clotar. II. R. 15. Theodob. II. Theodor. II. RR. 3.

ANNVS
CHRISTI 598.
CLOTARII II. R. 15.
THEODOBERTI II. R. 3.
THEODORICI II. R. 3.

ANNO Chriſti duodeſexcenteſimo, Theodoberti & Theodorici Regum tertio, Wintrionem Ducem inſtiganto Brunichilde interfectum tradunt Fredegarius [a] & Aimoinus [b]. At Brunichildem eorum iudicio non condemnabimus, quamdiu laudes illius à Gregotio Magno prædicatas repetiemus.. I.

[a] Cap. 15.
[b] Lib. 3. c. 56.

Melantius Epiſcopus Rotomagenſis occubuit, cùm ſediſſet annos duodecim, vt Ordericus ſcribit. Sanctus appellatur & decimo-ſeptimo Kalendas Februarij refertur in manuſcripto Codice ſancti Lamberti Leodienſis, nemine aſſentiente. Errorem ſuſpicatur Bollandus, quòd Melas, qui & Melantius quibuſdam, Epiſcopus Rhinocoluræ eodem die colatur. Succeſſit Hidulphus qui Pontificatum tenuit per annos duodetriginta. II.

MELANTIVS EP. ROTOMAG. MORITVR.

Hiſce temporibus florebat Licinius Andegauenſis Epiſcopus, crebrorum miraculorum gloriâ conſpicuus. Ghiſoni cæco ſacri olei vnctione viſum reſtituit, cúmque, vulgatâ tanti prodigij famâ, frequenter ad eum omnis generis infirmi concurrerent, inanis gloriæ laqueos vitans, in abditum locum ſeceſſit, vno aſſumpto ſecum Clerico, & duobus ad neceſſaria miniſteria puerulis. Sed cùm neque illic latere poſſet, frequentiam turbarum curationis causâ ad ſe ventitantium pertæſus, cœpit de adeunda eremo cogitare. Verùm de ea quoque ſententia deiectus prouincialium Epiſcoporum auctoritate, Rege ſimul atque vniuerſo populo reclamantibus, coactus eſt in ea ſtatione permanere, in qua à Domino fuerat collocatus. Hæc copioſiùs in perantiqua eius vita deſcribuntur [c], vbi attentè perpendi debent hæc verba. *Cæpit à Rege prædicto licentiam poſtulare qualiter ad eremum penetraret.* Cùm enim Author anteà nullum Regem præter Clotarium nominarit, inde colligimus iſta contigiſſe ante annum Chriſti ſexcenteſimum, quo Carnutum, Cenomanum, Andegauum, aliæque ciuitates inter Sequanam & Ligerim ſitæ à Clotario ad Theodoricum tranſierunt ex pacis initæ conditionibus, quas Fredegarius [d] ad illum annum, Theodorici Regis quintum enarrat. In pauperes largus fuit Licinius. Quadam die cùm operarios qui ſancti Ioannis Baptiſtæ Eccleſiam (quam ipſius iuſſu & expenſis conſtruebant) inuiſeret, occurrentibus ad ſtipem depoſcendam ſex cæcis totidémque claudis, benedictionem ſuam impertiens, viſum & greſſum vnico crucis ſignaculo reſtituit. Præſens aderat Magnobodus eius diſcipulus, qui, vt in ipſius Licinij vita iam laudata legitur, *reſpiciens retrò vidit eos ſequentes ſe, & ait ad ſanctum Licinium. Domine mi, vide mirabilia. At ille cùm reſpexiſſet eos, interrogauit* III.

LICINIVS EP. ANDEG. MIRACVLIS CLARET.

[c] Ap. Belland. d. 13. Febr.

[d] Cap. 20.

CONSTRVIT ECCLESIAS S. IOANNIS BAPTISTÆ.

AN. CH. 598. CLOTAR. II. R. 15. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 3. ET SANCTÆ CRUCIS.

eum dicens. Vbi ſtabam, quando feci ſignum ſanctæ Crucis? Et ille oſtendit ei locum. Beatus verò Licinius reuertens ad ipſum locum, & ſtetit ibi, & miſit ipſum diſcipulum ad operarios, qui conſtruebant Eccleſiam in honore ſancti Ioannis Baptiſtæ, mandans illis, vt facerent Eccleſiam in honore ſanctæ Crucis, quam ipſe ſanctus Pontifex poſteà ædificauit. Non defuerunt è recentioribus, qui poſtrema hæc verba, *quam ipſe ſanctus Pontifex poſteà ædificauit*, non ad Licinium referrent, ſed ad Magnobodum à quo ſanctæ Crucis Eccleſiam aſſeruerunt ædificatam fuiſſe. Verùm ambæ illæ Eccleſiæ vnum conditorem agnoſcunt Licinium. De Baſilica ſancti Ioannis Baptiſtæ pleniùs agitur in vita ſancti Magnobodi, cuius fragmenta recitat Bollandus in commentario præuio ad vitam beati Licinij. *Cùm beatus Pontifex Licinius in ſuburbio ciuitatis Andegauenſis Baſilicam in honore ſancti Ioannis Baptiſtæ, miro ordine conſtructam dedicare vellet, recolendæ ſanctitatis virum Magnobodum Eccleſiaſtici Ordinis miniſterio promotum accerſiens, ad vrbem Romam, vbi pignora Apoſtolorum debitâ veneratione recoluntur, direxit, vt reliquias à ſummo Pontifice conſequi mereretur, quibus Baſilicam moderno cultu inſertam conſecrare poſſet.* Et inferiùs. *Magnobodus perceptis, pro quibus ierat, ſancti Ioannis reliquiis, proſpero curſu ad venerabilem Licinium Andecanis repedauit Pontificem, ferens pignus affabile. Quod ille alacriter acceptum, vt mente conceperat, intra Oratorium moderno opere ædificatum recondens, exſpectabili functione dedicauit, in quo contuberniale Collegium Monachorum coaceruans, iuxta normam ſanctæ profeſſionis viuere inſtituit, ac plurima prædia ad opus Deo ibi militantium delegauit, atque xenodochia ac bioptochia, diuerſáque manſionum habitacula ædificare procurauit.* Quæ de ſancti Magnobodi tonſura & muneribus Eccleſiaſticis in eadem ipſius vita ſcribuntur, non improbamus.

ÆTAS MAGNOBODI EXAMINATVR.

Magnobodus à Licinio Epiſcopo in Clericum attonderi, procedente tempore per gradus Eccleſiaſticos ad Presbyteratum pronehi, Romam mitti, & Abbatem Cœnobio Colonetenſi præfici potuit. Sed illum natum non putamus quando *Clotarius, filius Chilperici, cum conſanguineis ſuis, Theoderico ſcilicet & Theudeberto, adhuc intra adoleſcentiæ annos conſtitutus, exortis vndique grandinum ſimultatibus, litem exercebat.* Ter enim Clotario cum duobus illis Regibus bellum fuit, primùm anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto, iterùm anno Chriſti ſexcenteſimo, denique anno Chriſti ſexcenteſimo-quarto, vt Fredegarius [a] ad illos annos, Theodorici Regis primum, quintum ac nonum teſtatur. Quis autem credat Magnobodum in lucem non editum fuiſſe ante annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum quo Clotarius Theodobertum ac Theodoricum Reges inuaſit, aut nonum ætatis annum vix abſoluiſſe anno Chriſti ſexcenteſimo quinto quo Licinius Epiſcopus ad Deum migrauit? Si Magnobodus natus eſt flagrante bello ciuili cùm Neuſtriæ Rex hoſtes experiebatur Reges Auſtriæ & Burgundiæ, natus videtur anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quarto quo Sigibertus Auſtriæ Rex & Guntchramnus Rex Burgundiæ fœdus aduerſus Chilpericum Neuſtriæ Regem pepigerunt, vt ex Gregorio Turonenſi [b] tenemus. Eo calculo Magnobodus annos natus erat duodeviginti cùm Licinius Audoueo in Epiſcopatum Andegauenſem ſucceſſit; ſub Licinij Pontificatu, qui durauit annos tredecim, Clericalem tonſuram ſuſcepit, per gradus Eccleſiaſticos promotus eſt ad Presbyteratum, Romam perrexit, ex Italia reuerſus Monaſterij Colonetenſis adminiſtrationem iniit, annúmque ætatis primum ac triceſimum expleuit anno Chriſti ſexcenteſimo quinto quo mors beati Licinij conſignatur.

[a] Capp. 17. 20. 25.

[b] Lib. 4. c. 44.

IV. Hoc anno migrauit ad Deum beatus Candidus Siluanectenſis Epiſcopus, poſtquàm Diœceſim gubernaſſet annis quatuordecim. Sepultus eſt in Baſilica ſancti Reguli prope beatum Marulfum. Vtriuſque reliquiæ poſteà tranſlatæ ſunt in ædem beatiſſimæ Virginis quarto Nonas Maij, quo die celebris eſt & apud Siluanectenſes vtriuſque memoria. Beato Candido in Epiſcopatum ſucceſſit Agomarus ciuis Siluanectenſis, qui Concilio Remenſi ſub Sonnatio ſubſcripſit vt ſuo loco dicemus: Lege Annales [c] Siluanectenſes Caroli Iaulnæi.

AGOMARVS FIT EPISC. SILVANECTENSIS.

[c] Nu. 14. 25.

Hoc

Hoc eodem anno Aigulfus Epiſcopus Metenſis, quem Madaurenſis Anti- AN. CH.
ſtes libro ſecundo ſuæ Hiſtoriæ Sanctum appellat, obiit decimo Kalendas De- 598.
cembris, cùm ſediſſet annos viginti, vt habet Codex ſancti Symphoriani.
Obiicies in regiſtro Gregorij Magni, libro nono [a], Indictione quartâ, quæ CLOTAR.
in annum Chriſti primum ſupra ſexcenteſimum cadit, epiſtolam legi inſcri- II. R. 15.
ptam *Mennæ Toloſano, Sereno Maßiliæ, Lupo Cabiloni, Agilio Metis, Simplicio* THEO-
Pariſiis, Melantio Rotomagenſi & Licinio, Epiſcopis Francorum à paribus, eóque DOR. II.
loco nonnullos ſuſpicari reſtituendum fortaſſe *Aigulfo Metis*. THEO-
At dubiam admodum hanc epigrapheo inſinuant veteres Codices, nam in DOR. II.
perantiquo regeſto Gregorij ex Bibliotheca Patrum Auguſtinianorum maio- RR. 3.
ris Conuentûs Pariſienſis ita concepta eſt, *Mennæ Toloſano & pluribus aliis Epi-* V.
ſcopis Galliæ, Indict. I V. eámque ferè ſecutæ ſunt editiones Deſiderij Eraſmi, AIGVLFVS
tum Pariſienſes anni milleſimi quingenteſimi decimi-octaui, & anni milleſi- EPISC. ME-
mi quingenteſimi viceſimi-tertij, & Niuelliana anni milleſimi quingenteſimi TENSIS MO-
nonageſimi-primi in hunc modum, *Mennæ Toloſano & quamplurimis Epiſcopis* RITVR.
per Galliam, de Auguſtino Epiſcopo Anglorum, & conuerſione gentis ipſius. Ex VI.
qua ceterorum Antiſtitum prætermiſſione colligitur, vel in huius epiſtolæ in- [a] Ep. 52.
ſcriptione, ſolius Mennæ nomen in veteribus Codicibus exprimi, vel nomina VII.
reliquorum, ſi fortè in aliquibus occurrerent, eruditis antiquariis adeò fuiſſe
ſuſpecta, vt ea penitus exploſerint, generalémque vſurparint clauſulam ne
Gregorij mentem traducere viderentur. Certè anno Chriſti ſexcenteſimo-
primo, nec Lupus Cabilone, nec Melantius Ratomagi ſedebat. Nam Gra-
tus Lupi deceſſor Clodoueo Secundo regnante Synodo Cabilonenſi ſubſcri-
pſit, & Melantius obiit hoc ipſo anno, Chriſti duodeſexcenteſimo.

ANNVS
599.
CLOTAR.
II. R. 16.
THEO-
DOB. II.
THEO-
DOR. II.
RR. 4.

CHRISTI 599.
CLOTARII II. R. 16.
THEODOBERTI II. R. 4.
THEODORICI II. R. 4.

ANNO Chriſti vndeſexcenteſimo, Theodoberti & Theodorici Regum I.
quarto, vt Fredegarius [b] & Aimoinus [c] teſtantur, Warnacharius Ma- [b] Cap. 18.
iordomus Theodorici fato functus eſt, poſtquàm omnes facultates in alimo- [c] Lib. 3. c. 86.
nias pauperum diſtribuiſſet.
Hoc anno, Indictione ſecundâ, Gregorius Papa cùm ad Reges Francorum II.
& Reginam Brunichildem, tum ad varios Epiſcopos & Primates Franciæ, li-
teras dedit quas in compendium redigemus.
In primis ſcripſit [d] Sereno Epiſcopo Maſſilienſi, qui quoſdam imaginum III.
adoratores intuitus, eaſdem Eccleſiæ imagines confregerat atque proiecerat; [d] Lib. 7. ep. 111.
zelum quidem laudauit ne quid manu factum adoraretur, ſed imagines mini- Ind. 2.
mè frangendas iudicauit, quia pictura in Eccleſiis idcirco adhibetur, vt hi IMAGINES
qui literas neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant quæ legere in Codi- NEC FRAN-
cibus non valent. Epiſcopi munus fuerat & imagines ſeruare & ab earum ado- GENDÆ
ratione populum prohibere, quatenus & literarum neſcij haberent vnde ſcien- SVNT, NEC
tiam Hiſtoriæ colligerent, & populus in picturæ adoratione minimè pecca- ADORAN-
ret. Illas literas tulit Cyriacus Abbas, quem Pontifex Româ mittebat Augu- DÆ.
ſtodunum ad Syagrium illius ciuitatis Epiſcopum. Cyriacus haud diu ſuper-
ſtes fuit, & Serenus de literis Pontificiis dubitauit. Vtrumque patet ex epiſto-

AN. CH. la quam [a] Gregorius eidem Sereno direxit Indictione quartâ.
599. Pontifex [b] ſcripſit etiam quatuor celeberrimis Epiſcopis Galliarum, Sya-
CLOTAR. grio Auguſtodunenſi, Ætherio Lugdunenſi, Virgilio Arelatenſi, & Deſiderio
II. R. 16. Viennenſi, vt nullus pro adipiſcendis Eccleſiaſticis Ordinibus dare aliquod
THEO- commodum, vel pro datis accipere præſumeret, nec ex laico habitu quiſ-
DOB. II. quam repentè poſſet ad Epiſcopatum prouehi, neque aliæ mulieres cum Sa-
THEO- cerdotibus habitarent præter eas quæ ſacris Canonibus permittuntur. Quo-
DOR. II. niam autem multi qui lucrum ex ordinationibus fecerant, ſpecie eleemo-
RR. 4. ſynæ ſcelus ſuum obtegebant, eleemoſynam de rebus licitis conferendam
[a] Lib. 9. ep. 9. docet his verbis. *Plerumque aduerſarius animarum dum non poteſt in his, quæ*
IV. *ad faciem ſunt praua, ſurrepere, callidè ſpecie quaſi pietatis iniectâ nititur ſupplan-*
[b] Lib. 7. ep. 112. Ind. 2. *tare, ſuadétque forſitan debere ab habentibus accipi, vt ſit quod poſſit non habenti-*
bus erogari, dummodo vel ſic venena mortifera eleemoſynæ celatâ obumbratione
ELEEMOSYNA DE REBVS LICITIS CONFERENDA. *transfundat. Nam nec venator feram, aut auem auceps deciperet, vel piſcem piſ-*
cator caperet, ſi aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum in eſca ab-
ſconditum non haberet. Omnino ergo metuenda & cauenda eſt hoſtis aſtutia, ne quos
apertâ nequit tentatione ſubuertere, latenti telo ſæuiùs valeat trucidare. Neque
enim eleemoſyna reputanda eſt, ſi pauperibus diſpenſetur quod ex illicitis rebus acci-
pitur, quia qui hac intentione accipit, vt quaſi benè diſpenſet, grauatur potiùs
quàm iuuatur. Eleemoſyna Redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non de illicitis
& iniquitate congeritur, ſed quæ de rebus conceſſis & benè acquiſitis impenditur.
Vnde etiam illud certum eſt, quia etſi Monaſteria aut Xenodochia vel aliquid aliud
de pecunia, quæ pro ſacris Ordinibus datur, conſtruantur, mercedi non proficit, quo-
niam dum peruerſus emptor honoris in locum ſanctum transmittitur, & alios ad
ſuam ſimilitudinem ſub commodi datione conſtituit, plura malè ordinando deſtruit,
quàm ille poteſt ædificare qui ab eo pecuniam ordinationis accepit. Ne ergo ſub ob-
tentu eleemoſynæ cum peccato aliquid ſtudeamus accipere, apertè ſcripturæ ſacræ or-
do nos prohibet dicens, [hoſtiæ impiorum abominabiles quæ offeruntur ex ſcelere.]
Quicquid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei non placat
iracundiam ſed irritat. Hinc rurſus ſcriptum eſt. [Honora Dominum de tuis iuſtis
laboribus.] Qui ergo malè tollit, vt quaſi benè præbeat, conſtat ſine dubio quia Do-
minum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur. [Qui offert ſacrificium
de ſubſtantia pauperis, quaſi victimat filium in conſpectu patris.] Quantus autem
dolor patris ſit perpendamus, ſi in eius conſpectu filius victimetur. Et hinc facilè
colligimus, quantus apud Deum dolor exaſperatur, quando ei ſacrificium ex rapina
tribuitur. Nimis ergo declinandum eſt ſub obtentu eleemoſynæ peccata ſimoniacæ hæ-
reſeos perpetrare. Nam aliud eſt propter peccata eleemoſynas facere, aliud propter
eleemoſynas peccata committere.

V. Prætereà ſcripſit Brunichildi [a] Reginæ, & eius nepotibus [b] Theodorico
[a] Lib. 7. ep. 115. Ind. 2. & Theodoberto Regibus, vt laici ad Epiſcopatum repentè non adhiberen-
[b] Lib. 7. ep. 116. Ind. 2. tur, muneribus Sacerdotia non conferrentur, Iudæi Chriſtiana mancipia
NEOPHYTI. non poſſiderent, & iis de rebus, quia corrigi omnino debebant, Synodus
quantocyùs haberetur, cuius congregandæ curam dedit Syagrio Epiſcopo
Auguſtodunenſi, quem prædictis Regibus ac Reginæ chariſſimum ſciebat.
Literæ ad Brunichildem Reginam tales ſunt. *Poſtquàm Excellentiæ veſtræ ſollici-*
tudo regia eſt vbique gubernatione laudabilis, ad augmentum gloriæ ſuæ vigilantio-
rem ſe debet & prouidam exhibere, vt quos conſilio regit exteriùs, perire interiùs
non permittat, quatenus per fructum piæ ſollicitudinis poſt huius, quod geritis, tem-
poralis regni faſtigium, ad æterna, Deo authore, poſſitis regna pertingere. Quod
quidem hac vobis confidimus poſſe ratione contingere, ſi inter alia bona de ordinan-
dis curam Sacerdotibus geſſeritis. Quorum officium in tantam illic, ſicut didicimus,
ambitionem perductum eſt, vt Sacerdotes ſubitò, quod graue nimis eſt, ex laicis or-
dinentur. Sed quid iſti acturi, quid populo præſtaturi ſunt, qui non ad vtilitatem,
ſed fieri ad honorem Epiſcopi concupiſcunt? Hi ergo qui necdum quod docere de-
beant didicerunt, quid aliud agunt niſi vt paucorum prouectus illicitus fiat multis

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

ET SIMONIACI NON SVNT ORDINANDI EPISCOPI.

interitus, & in confuſionem Eccleſiaſtice moderationis obſeruantia deducatur? quippe vbi nullus regularis ordo ſeruatur. Nam qui ad eius regimen improuidus, & ob hoc præcipitatus accedit, quâ admonitiane ſubiectos ædificet, cuius exemplum non rationem docuit ſed errorem? Pudet profectò, pudet aliis imperare, quod ipſe neſcit cuſtodire. Nec illud quidem, quod ſimili emendationi tradendum eſt, præterimus, ſed omnino execrabile, & eſſe grauiſſimum deteſtamur, quod ſacri illic Ordines per ſimoniacam hæreſim, quæ prima contra Eccleſiam orta, & diſtrictâ maledictione damnata eſt, conferantur. Hinc ergo agitur vt Sacerdotij dignitas in deſpectu, & ſanctus ſit honor in crimine. Perit vtique reuerentia, adimitur diſciplina, quia qui culpas debuit emendare, committit, & nefariâ ambitione, honorabilis Sacerdotij ducitur in deprauatione cenſura. Nam quis dennò veneretur quod venditur, aut quis non vtile putet eſſe quod emitur? Vnde valdè contriſtor, & terræ illi condoleo, quia dum Sanctum Spiritum, quem per manûs impoſitionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur, diuino munere habere deſpiciunt, ſed præmiis aſſequuntur, Sacerdotium illic ſubſiſtere diu non arbitrar. Nam vbi dona ſuperna gratiæ venalia indicantur, ad Dei ſeruitium non vita quæritur, ſed magis contra Deum pecunia venerantur. Quia igitur tantum facinus non ſolùm illis periculum, verùm etiam veſtro regno ſatis eſt noxium, ſalutantes Excellentiam veſtram paterna affectu, petimus vt de huius prauitatis emendatione Deum vobis placabilem faciatis. Et vt nullâ deinceps valeat occaſione committi, Synodum fieri iuſſio veſtra conſtituat, vbi, præſente dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco Abbate, ſub diſtricta anathematis interpoſitione debeat interdici, ne vllus ex laico habitu ſubitò ad Epiſcopatûs audeat gradum accedere, neque pro Eccleſiaſticis Ordinibus quilibet quicquam dare, vel auſus ſit accipere, vt Dominus & Redemptor noſter ſic quæ veſtra ſunt faciat, ſicut Excellentiam veſtram in iis quæ ſua ſunt, piâ eſſe viderit deuotione ſollicitam. Curam verò & ſallicitudinem eiuſdem Synodi quam fiendam decreuimus, fratri Coepiſcopóque noſtro Syagrio, quem veſtrum nouimus, ſpecialiter delegare curauimus, quem petimus vt & ſupplicantem libenter audire & opere iuuare dignemini, quatenus quod ad mercedem veſtram reſpiciat, remoto huius mali contagio in cunctis finibus iuri veſtro ſubiectis pia & Deo placita procedat ordinatio Sacerdotum. Cui fratri noſtro pro eo quòd ſe in ea prædicatione quæ Anglorum genti, authore Domino, facta eſt, deuotum vehementer exhibuit, Pallium ad Miſſarum ſolennia vtendum tranſmiſimus, vt quia iuuare ſpiritalia ſtuduit, Apoſtolorum Principis ſolatio in ipſo quoque inueniatur ſpiritali ordine profeciſſe. Omnino prætereà admirati ſumus, quòd in regno veſtro Iudæos Chriſtiana mancipia poſſidere permittitis. Quid enim ſunt Chriſtiani omnes niſi membra Chriſti? Quorum videlicet membrorum caput cuncti nouimus quia fideliter honoratis. Sed quàm diuerſum ſit, Excellentia veſtra perpendat, caput hanorare, & membra ipſius hoſtibus calcanda ſubmittere. Atque ideo petimus vt Excellentia veſtra conſtitutio de regno ſuo huius prauitatis mala remoueat, vt in hac vos ampliùs dignas cultrices omnipotentis Domini demonſtretis, quòd fideles illius ab inimicis eius abſoluitis. Et in literis ad Theodobertum & Theodoricum Reges hæc leguntur. *Fertur ſimoniacam hæreſim, quæ prima contra Dei Eccleſiam diabolicâ plantatione ſurrepſit, & in ipſo ortu ſuo, zelo Apoſtolico vltionis percuſſa atque damnata eſt, in regni veſtri finibus dominari, cùm in Sacerdotibus fides ſit eligenda cum vita. Si enim vita deeſt, fides meritum non habet, beato Iacobo atteſtante, qui ait. [Fides ſine operibus mortua eſt.] Quæ enim opera eſſe valeant Sacerdotis, qui honorem tanti ſacramenti conuincitur obtinere per præmium? Ex qua re agitur, vt ipſi quoque qui ſacros Ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere ſtudeant, ſed diuitias quibus honor ſacer emitur ſatagant congregare. Hinc fit etiam vt inſontes & pauperes à ſacris Ordinibus prohibiti deſpectique reſiliant. Et dum innocentia pauperis diſplicet, dubium non eſt quòd præmium illic delicta commendet, quia vbi aurum placet, ibi & vitium. Hinc igitur non ſolùm in ordinatoris & ordinati animam letale vulnus infligitur, verùm etiam Excellentiæ veſtræ regnum veſtrorum Epiſcoporum culpâ, quorum magis interceſſionibus iuuari debuerat, prægrauatur. Si enim is dignus in Sacerdotio creditur, cui*

IVDÆI CHRISTIANA MANCIPIA NON DEBENT POSSIDERE.

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

non actionis merita, ſed præmiorum copia ſuffragatur, reſtat vt nihil ſibi ad honores Eccleſiaſticos grauitas, nil defendat induſtria, ſed totum auri profanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in locum vltoris is, qui fortaſſe fuerat vlciſcendus, adducitur, atque hinc Sacerdotes non proficere, ſed perire potiùs iudicantur. Vulnerato namque paſtore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? Aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis ſe hoſtilibus feriendum exponit? Aut qualem de ſe fructum producturus eſt, cuius graui peſte radix infecta eſt? Maior ergo metuenda eſt locis illis calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in ſe magis iracundiam prouocant, quam per ſemetipſos populus placare debuerant. Audiuimus autem quia Eccleſiarum prædia tributa nunc præbeant, & magnâ ſuper hoc admiratione ſuſpendimur, ſi ab eis illicita quærantur accipi, quibus etiam licita relaxantur. Nec hoc quoque malum ſolicitudo noſtra patitur negligenter omittere, quòd quidam inſtinctu gloriæ inanis illecti, ex laico repentè habitu Sacerdotij honorem arripiunt, & quod dicere pudet, & graue tacere eſt, regendi rectores, & qui docendi ſunt, doctores nec erubeſcunt fieri, nec metuunt. Ducatum animarum impudenter aſſumunt, quibus via omnis ignota ductoris eſt, & quò vel ipſi gradiantur, ignari ſunt. Quod quàm prauum, quámue ſit temerarium ſæculari etiam ordine & diſciplinâ monſtratur. Nam dum dux exercitûs non niſi labore & ſolicitudine expertus eligitur, quales animarum duces eſſe debeant, qui ad Epiſcopatûs culmen immaturâ cupiunt feſtinatione conſcendere, huius ſaltem rei comparatione conſiderent, & aggredi repentè inexpertos labores abſtineant, ne cæca honoris ambitio & ipſis in pœnam ſit, & aliis peſtifera erroris ſemina iaciat, quippe qui non didicerunt quod ipſi doceant. Proinde paterno ſalutantes affectu petimus, præcellentiſſimi filij, vt hoc tam deteſtabile malum de regni veſtri ſtudeatis finibus prohibere, & nulla apud vos excuſatio, nulla contra animam veſtram ſuggeſtio locum inueniat, quia facientis proculdubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Qua de re, vt magnum omnipotenti Domino munus valeatis offerre, Synodum congregari præcipite, in qua, ſicut fratribus Coepiſcopíſque noſtris mandauimus, præſente dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco Abbate, ſub anathematis debeat obligatione conſtitui, nullum pro Eccleſiaſtico Ordine aliquid vnquam dare, nullum accipere, nec quemquam ex laicis ad Sacerdotium repentè tranſire, quatenus hanc vobis mercedem & hîc, & in futura vita redemptor noſter, cuius Sacerdotes interiùs ab hoſte perire non ſinitis, recompenſet. Hæ literæ eâdem quâ ſuperiores ad Brunichildem clauduntur adhortatione, ne Iudæi Chriſtiana mancipia poſſideant.

VI. Scripſit etiam Gregorius [a] Siagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo, eíque Pallium, quod poſtulabat, dandum decreuit, ſi priùs ille per Synodi definitionem emendatum iri promiſiſſet quæ corrigenda cenſebantur. *Quia*, inquit, *in prædicationis opere, quam diu cogitans Anglorum genti per Auguſtinum quondam Monaſterij mei Præpoſitum, nunc fratrem & Coepiſcopum noſtrum, impendere ſtudui, ita ſolicitum atque deuotum, adiutorémque in omnibus te, vt oportuit, fuiſſe cognouimus, vt magnum me ſibi fraternitas tua hac de re faceret debitorem, tantæ rei conſideratione commonitus, ne infructuoſus erga te viderer exiſtere, fraternitatis tuæ petitionem nullâ pertuli ratione poſtponere. Proinde ſecundùm poſtulationis tuæ deſiderium Pallij te vſu, quod intra Eccleſiam tuam habere debeas, ad ſacra tantùm Miſſarum ſolemnia celebranda, Deo auctore, prauidimus honorandum. Quod tamen ita tibi dandum eſſe decreuimus, ſi priùs per Synodi definitionem emendari promiſeris quæ corrigenda mandauimus.* Virgilius Arelatenſis Epiſcopus, cui Gregorius Pallium ante quadriennium miſerat, ſupererat adhuc in viuis, extant enim ad eum literæ eiuſdem Gregorij [b] datæ *die x. Kalend. Iulij, Indict.* IIII. id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo primo. Quæres quid auctoritatis imminutum Virgilio, quid additum Siagrio. Reſpondemus Virgilium nullo iure priuatum, Siagrium nonnullis auctum fuiſſe priuilegiis, ídque reſponſi confirmabimus ſequentibus obſeruationibus, quæ quomodo ſummi Pontifices cùm erga Præſules Arelatenſes, tum erga Siagrium Auguſtodunenſem ſe geſſerint, palàm demonſtrabunt.

[a] Lib. 7. ep. 114.

PRIVILEGIA ECCLESIÆ AVGVSTODVNENSIS.

[b] Lib. 9. ep. 63.

ABSQVE PRÆIVDICIO SEDIS ARELAT.

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

Primò, Romani Pontifices Arelatenſibus Epiſcopis Vices Apoſtolicas tradiderunt. Poſt ſanctum Cæſarium, qui gerebat Epiſcopatum Arelatenſem, cùm Vitiges Oſtrogothorum Rex Arelatem aliáſque ciuitates haud paucas cis Alpes Francis conceſſit, in eadem Arelatenſi Cathedra ſederunt, Auxanius, Aurelianus, Sapaudus, Licerius, Virgilius. A Romanis Pontificibus Sedis Apoſtolicæ Vicariatum omnes obtinuerunt, excepto Licerio, qui non ob aliam cauſam, quàm quòd Præſulatum biennio tantùm tenuit, eâdem prærogatiuâ videtur caruiſſe, quam, ſi diutiùs vixiſſet, proculdubio popoſciſſet impetrauiſſétque. Vigilius Papa literas Auxanio Epiſcopo Arelatenſi ſcripſit XI. *Kalend. Iunias*, IV. *P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-quinto. Vices ſuas huic Epiſcopo delegauit. Epiſtolam enim ſuam ſic auſpicatus eſt. *Sicut nos pro caritatis affectu, & pro glorioſiſſimi filij noſtri Regis Childeberti Chriſtianâ deuotione mandatis, Vices noſtras contulimus, ita fraternitatem tuam conuenit Deo placitis operibus tanta Sedis auctoritate dignâ conuerſatione uti, atque diſponere ut bonis operibus innoteſcens rectum circa caritatem tuam iudicium noſtra dilectionis oſtendas.* Idem Vigilius Papa per literas, quæ X. *Kalendas Septembres, quinquies P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-ſexto, datæ reperiuntur, Vices etiam ſuas commiſit Aureliano Arelatenſi Epiſcopo Auxanij ſucceſſori. Literarum initium tale eſt. *Adminiſtrationem Vicum noſtrarum fraternitati veſtra animo libenti committimus.* Pelagius Papa literas III. *Nonas Februar. anno* XVI. *P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo direxit ad Sapaudum Arelatenſem Epiſcopum, cui Vices ſuas delegauit. *Maiorum noſtrorum*, inquit, *operante Dei miſericordiâ, cupientes inhærere veſtigiis, & eorum actus diuino iuuamine in omnibus imitari, caritati tua per vniuerſam Galliam ſancta Sedis Apoſtolicæ, cui diuinâ gratiâ præſidemus, Vices iniungimus.* Denique Gregorius Magnus Virgilio Arelatenſi Epiſcopo Vices Sedis Apoſtolicæ poſtulanti ſic acquieuiſſe teſtantur literæ [a] datæ *die* VI. *Iunij, Indict.* XIII. id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto. *Hac virtute, nempe caritate, frater cariſſime, plenum te eſſe reperio, ſicut mihi de te, & hi qui ex Gallicanis partibus veniunt, & epiſtola tua ad me directa verba teſtantur. Quòd verò in eis, iuxta antiquum morem, vſum Pallij ac Vices Sedis Apoſtolica poſtulaſti, abſit ne aut tranſitoria poteſtatis culmen, aut exteriorù cultûs ornamentum, in Vicibus noſtris ac Pallio quæſiſſe te ſuſpicer. Sed quia cunctis liquet, vnde in Galliarum regionibus fides ſancta prodierit, cùm priſcam conſuetudinem Sedis Apoſtolica fraternitas veſtra repetit, quid aliud quàm bona ſoboles ad ſinum matris Eccleſia recurrit? Libenti ergo animo poſtulata concedimus.*

VII. VICARIATVS SEDIS APOSTOL. DELEGATVS EPISCOPIS ARELAT.

[a] Lib. 4. ep. 50.

VIII. IN QVIBVS REBVS CONSISTAT.

Secundò, Vicariatus, quem Romani Pontifices Epiſcopis Arelatenſibus conceſſerunt, in tribus rebus conſiſtebat. Singulas partes in ſuis epiſtolis expoſuit Vigilius Papa. Primam, quæ ſpectabat ad iudicia ferenda liteſque Epiſcoporum componendas, in literis ad Auxanium Arelatenſem Antiſtitem ſic explicuit. *Si qua inter fratres & Coepiſcopos noſtros, in locis veſtra caritati præſenti auctoritate commiſſis, ſeminante illo auctore ex antiqua iniquitate zizania, diſſenſiones emerſerint, adhibitis vobiſcum Sacerdotibus numero competenti, cauſas Canonicâ & Apoſtolicâ æquitate diſcutite, ea modis omnibus prolato iudicio finituri, quæ Deo placitis deceſſorum noſtrorum poſſint regulis conuenire. Si qua verò certamina aut de religione fidei, quod Deus auferat, aut de quolibet negotio, quod ibi pro ſui magnitudine terminari non poſſit, euenerint, totius veritatis indagine diligenti ratione diſcuſſâ, relationis ad nos ſeriem deſtinantes, Apoſtolica Sedi terminanda ſeruate, vt vniuerſis à fraternitate veſtra competenti ratione diſpoſitis, pax, qua Saluatoris voce collata eſt Eccleſia Dei, qua vna eſt in toto Orbe diffuſa, ſtabili firmitate ſeruetur.* Et in literis ad Epiſcopos Galliarum in regno Childeberti conſtitutos, ſic. *Quomodo inter Domini Sacerdotes ſancta & Deo placita poteſt manere concordia, niſi vt ſi humani generis hoſtis antiqua nequitia conſuetam zizaniam ſeminare voluerit, is, qui abſentiam noſtram Sedis Apoſtolica Vicibus*

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

perfruendo ſpiritali gratiâ repraſentas, auferat certamen exortum? Quapropter Auxanio fratri & Coepiſcopo noſtro, Arelatenſis Ciuitatis Antiſtiti, Vices noſtras caritas veſtra nos dediſſe cognoſcat, vt ſi aliqua, quod abſit, fortaßis emerſerit contentio, congregatis ibi fratribus & Coepiſcopis noſtris, cauſas Canonicâ & Apoſtolicâ auctoritate diſcutiens Deo placitâ aquitate diffiniat. Contentiones verò ſi qua, quas Dominus auferat, èn fidei cauſa contigerint, aut emerſerit fortè negotium, quod pro magnitudine ſui Apoſtolica Sedis magis iudicio debeat terminari, ad noſtram diſcuſſâ veritate perferat ſine dilatione notitiam. Alteram partem, quæ de Synodis congregandis erat, in iiſdem poſteriotibus literis ita declarauit. *Quia neceſſe eſt, vt aptis Deo propitiante temporibus Arelatenſis Epiſcopus noſtris Vicibus fungatur, quoties indicauerit expedire vt pro facienda conſolatione communi, Epiſcoporum debeant congregari perſona, nullus inobediens eius fortè mandatis ſit. Quòd ſi fuerit, à congregatione ſuſpendatur, niſi aut corporalis infirmitas, aut iuſta cauſa eum excuſatio venire prohibeat, ita tamen, vt ſi ſe, quominùs occurrat, rationabili poteſt exceptione defendere, ad Synodum pro ſuo Presbyteri aut Diaconi dirigat loco perſonam, quatenus qua à noſtro Vicario congregatis fratribus definitâ ſententiâ fuerint terminata, ad eius qui abſens eſt per ſuos perducta notitiam, ſincerâ & inuiolabili ſtabilitate ſeruentur.* Tertiam partem, quâ vetabatur, ne quis Epiſcoporum ſine Vicarij formata in longinqua loca proficiſceretur, exhibuit in vtriſque literis iam laudatis. In prioribus ad Auxanium, ſic. *Nullus de Pontificibus tua per has Vices ordinationi commißis, ſicut & ad eos data loquitur noſtra praceptio, in longinquis quibuſlibet locis audeat proficiſci, niſi ſolenni more, ſicut deceſſore noſtro deceſſori veſtro ſimiliter concedente conſueuerant, formatam veſtra caritatis acceperit.* In poſterioribus ad Epiſcopos Principatûs Childebertini, ſic. *Illud pari auctoritate mandamus, ne quiſquam Epiſcoporum ſine pradicti fratris & Coepiſcopi noſtri formata ad longinquiora loca audeat proficiſci.* De Vicariatu non aliter locutus eſt idem Vigilius in literis cùm ad Aurelianum Auxanij ſucceſſorem, tum ad Epiſcopos per Gallias in regno Childeberti conſtitutos. De iudiciis ſic in literis ad Aurelianum. *Si quam inter fratres diabolus, humani generis hoſtis antiquus, zizaniam ſeminauerit, calliditate nequitia conſueta, aut de aliquo Sacerdotum fraternitati tua, ſeruatis maiorum per omnia conſtitutis, fuerit querela depoſita, adhibitis tibi fratribus & Coepiſcopis ſecundùm qualitatem negotij numero competente, cauſam Canonicâ & Apoſtolicâ ordinatione diſcutiens, eâ ſententiâ definies, qua & deceſſorum noſtrorum conuenias ſtatutis, & Deo aquitatem in omnibus diligenti ſit grata. Si quod verò de religione fidei, quod Deus auferat, fuerit certamen exortum, aut tale aliquod negotium fortaßis emerſerit, quod pro ſui magnitudine ibidem nequeat definiri, veritate diſcußâ, relationis ſerie diſtinctâ, ad noſtra Sedis conſultationem potiùs vt remittas hortamur, quia ita deceſſores veſtros, qui deceſſorum noſtrorum Vices egiſſe monſtrantur, feciſſe teſtimonium noſtri declarat ſcrinij, quatenus eâ diſpoſitione ſeruatâ Eccleſia vnitas ſtabili firmitate perſiſtens, pacis bono in omnibus perfruatur.* Et in literis ad Epiſcopos ſub regno Childeberti conſtitutos. *Ita inter Sacerdotes Domini poteſt pax ſuper omnia Deo placita cuſtodiri, ſi fuerit qui Vicum noſtrarum auctoritate ſubnixus, perſonam noſtram in Galliarum partibus praſentans, ſecundùm conſuetudinem à noſtris deceſſoribus attributam, ſapientiam ſollicitâ indagatione cuſtodiens, ſi quam humani generis hoſtis antiquus zizaniam inter Dei famulos nequitiâ conſuetâ ſeminare tentauerit, ſapientia ſua moderamine, adhibitis ſibi fratribus ac Coepiſcopis noſtris, iuſtitiâ Deo placitâ ſcandala orta ſubmoueat. Vnde quia dudum Auxanio, quondam Arelatenſis Ciuitatis Antiſtiti, Vicum noſtrarum ſollicitudinem dederamus, ſed curſum vita praſentis implendo de hac luce migrauit, in cuius loco Aurelianus frater noſter noſcitur ſucceßiſſe, neceſſarium valdè credidimus, ſollicitudinem hanc à nobis antefato debere committi, confidentes illum & pro loci ſui qualitate bonis actibus vniuerſa, qua Deo placeant, poſſe complere.* De Synodis paulò poſt in iiſdem literis, ſic. *Quia omnino neceſſe eſt, vt* Aurelianus *pro diuerſis cum fratribus Deo iuuante tractandis, ſtatutis aptiſque temporibus Epiſcoporum*

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. R R. 4.

Synodum debeat congregare, idcirco præſenti auctoritate cenſemus, vt nullus vbi aut quando conſtituerit ſe audeat excuſare, exceptâ infirmitatis causâ, quam humana non poteſt euitare fragilitas, aut certè quem digna excuſationis ratio fecerit non venire. Sed ſi iuſta cauſa illum ad Synodum fecerit non venire, pro ſe aut Presbyterum aut Diaconum deſtinare non differat, quatenus quæ fuerint conſtituta, per eos poßit agnoſcere, & definita complere. De formata ſic in literis ad Aurelianum. *Epiſcopis, quibus pro Vice noſtra te præeſſe voluimus*, &c. *illud pari auctoritate ſignauimus, ne quis ſine formata tua fraternitatis ad longiora loca audeat proficiſci, ſed vt conſuetudinem illam debeant cuſtodire, quam conſtat ſemper noſtræ Sedis habuiſſe Vicarium, & à vobis formatam poſtulent ſi cauſarum ſuarum neceßitate compulſi ad longiora itinera deſtinare diſponunt.* Et in aliis ad Epiſcopos degentes in regno Childeberti. *Pari auctoritate mandantes, vt nullus ſine prædicti* Aureliani *formata ad longinquiora loca audeat proficiſci, præſertim quia & deceſſorum noſtrorum deceſſoribus eius, quibus Vices ſuas commiſiſſe præteritis temporibus releguntur, ſic definiunt ſtatuta.* Pelagius Papa in ſuis literis ad Sapaudum Aureliani ſucceſſorem, cui Vices ſuas delegauit, non ita diſtinctè per omnes iii partes Vicariatûs, Sapaudum hortatus eſt tantùm, vt quidquid *ad gubernationem vel diſpenſationem Eccleſiaſtici ſtatûs* gerendum eſſet, *ſeruatis Patrum regulis & Sedis Apoſtolicæ conſtitutis*, diuini Iudicij conſideratione diſpenſaret, talémque ſe *in cuſtodiendis Canonibus* ſanctâ conuerſatione demonſtraret, qualem *tanti loci* decebat eſſe *Vicarium*. Tum de formata ſcripſit hoc modo. *Scituris omnibus Eccleſiaſtici gradûs hominibus, nullam haberi licentiam, ſine formata tuæ caritatis, ex quacumque Galliarum parte longiores petere regiones, ne prohibita præſumentes ipſi ſe proprio videantur priuare officio.* Gregorius Magnus in literis ad Virgilium, cui Vices ſuas commiſit, de formata déque Iudiciis ſic egit. *Sicubi longiùs Epiſcoporum quiſquam pergere fortè voluerit, ſine tuæ Sanctitatis auctoritate ei ad loca alia tranſire non liceat. Si quæ verò inquiſitio de fide, vel fortaſſe aliarum rerum inter Epiſcopos cauſa emerſerit, quæ diſcerni difficiliùs poßit, collectis duodecim Epiſcopis ventiletur atque decidatur. Si autem decidi nequiuerit, diſcuſſâ veritate ad noſtrum iudicium referatur.* Et in literis ad Epiſcopos Galliarum, qui ſub Principatu Childeberti Regis erant, tres partes Vicariatûs, quas Vigilius quondam Papa commemorarat, ſic recenſuit explicuítque. *Opportunum eſſe perſpeximus, in Eccleſiis, quæ ſub regno præcellentißimi filij noſtri Childeberti Regis ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem, fratri noſtro Virgilio Arelatenſis Ciuitatis Epiſcopo Vices noſtras tribuere, quatenus & Catholicæ fidei integritas, id eſt, ſanctarum quatuor Synodorum Deo protegente ſollicita deuotio ſeruetur, ſi inter fratres Conſacerdotéſque noſtros aliqua euenerit fortè contentio, auctoritatis ſuæ vigore, Vicibus nempe Sedis Apoſtolicæ functus, diſcretâ moderatione compeſcat. Cui etiam iniunximus, vt ſi quarumdam cauſarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum præſentiâ opus ſit, congregatis ſibi in numero competenti fratribus & Coepiſcopis noſtris, ſalubriter hoc ſeruatâ æquitate diſcutiat, & Canonicâ integritate definiat. Si quam verò contentionem, quod longè faciat diuina potentia, de fidei cauſa euenire contigerit, aut negotium emerſerit, cuius vehemens ſit fortaſſe dubietas, & pro ſui magnitudine iudicio Sedis Apoſtolicæ indigeat, examinatâ diligentiùs veritate, relatione ſuâ ad noſtram ſtudeat perducere notionem, quatenus à nobis valeat congruâ ſine dubio ſententiâ terminari. Et quoniam neceſſe eſt, vt ad eum, cui noſtras Vices iniunximus, quoties oportere perſpexerit, pro facienda collatione aptis debeant Epiſcopi temporibus conuenire, hortamur vt nullus mandatis eius inobediens eſſe præſumat, nec communi Congregationi intereſſe poſtponat, niſi aut corporis infirmitas quempiam fortaſſe vetuerit, aut cuiuſdam eum cauſa iuſta excuſatio minimè venire permiſerit. Hi tamen, qui prohibente aliquâ neceßitate nequeunt in Synodum conuenire, loco ſuo Presbyterum aut Diaconum dirigant, quatenus quæ à noſtro Vicario, Deo auxiliante, fuerint definita, ad eum qui abſens eſt, per ipſum quem miſerit, fidâ relatione perueniant, vt inconcuſſâ firmitate ſeruentur, & nullius ea quæ conſtituerit audeat occaſionis excuſatio violare.*

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4. IX.

Hoc etiam vos pariter prævidimus admonendos, vt nullus veſtrûm ad longinquiora loca ſine præfati fratris & Coepiſcopi noſtri Virgilij auctoritate tentet aliquo modo proficiſci, ſcientes quia & prædeceſſorum noſtrorum, qui Vices ſuas eius prædeceſſoribus commiſerunt, ſic proculdubio mandata definiunt.

NON IISDEM SEMPER LIMITIBVS CIRCVMSCRIBITVR.

Tertiò, Vicariatus; quem Romani Pontifices Arelatenſibus Epiſcopis, Vigilius Auxanio & Aureliano, Pelagius Sapaudo, Gregorius Virgilio, conceſſerunt, non iiſdem ſemper limitibus circumſcriptus fuit. Vigilius Vices ſuas Auxanio primùm commiſit, XI. *Calend. Iunias* IV. *P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-quinto, deiode Aureliano X. *Kalendas Septembres, quinquies P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-ſexto. Literas ad Epiſcopos, quos ſub Auxanij poteſtate eſſe voluit, ſic auſpicatus eſt. *Dilectiſſimis fratribus, vniuerſis Epiſcopis omnium Prouinciarum per Gallias, qui ſub regno vel poteſtate glorioſiſſimi filij noſtri Childeberti Regis Francorum conſtituti ſunt, ſed & his, qui ex antiqua conſuetudine ab Arelatenſi conſecrati ſunt vel conſecrantur Epiſcopo, Vigilius.* Duplicis generis Epiſcopos Auxanio ſubiecit, eos videlicet qui de regno Childeberti erant, & eos, in quos ipſemet Auxanius, tanquam Metropolita primi ordinis, ius Metropoliticum exercèbat. Tunc tripertitæ Franciæ dominabantur Childebertus & Clotarius fratres, eorúmque nepos ex Theodorico fratre Theodobertus. Tunc & tres Prouinciæ, nempe Arelatenſis, Aquenſis & Ebredunenſis, Arelatenſi Epiſcopo, primi ordinis Metropolitæ, ſubiacebant. Sedis igitur Apoſtolicæ Vicariatu gauiſus eſt Auxanius per regnum Childeberti, pérque Prouincias, Arelatenſem, Aquenſem & Ebredunenſem, ſiue Childeberto, ſiue alij cuipiam Francorum Regi parerent. Idem Vigilius Aureliano Vices ſuas in ſolo Childeberti regno delegauit, literas enim, quas de Vicariatu ſcripſit, ſolis Epiſcopis illius regni ſic inſcripſit. *Dilectiſſimis fratribus, vniuerſis Epiſcopis, qui ſub regno glorioſiſſimi filij noſtri Childeberti Regis ſunt per Gallias conſtituti, Vigilius.* Tunc & tripertitæ Franciæ Reges erant, Childebertus, Clotarius & Theodobertus, iam laudati. Pelagius anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, Vices ſuas Sapaodo *per vniuerſam Galliam* commiſit, nam III. *Nonas Februar. anno* XVI. *P. C. Baſilij V. C.* ſic eidem ſcripſit Sapaudo. *Caritati tuæ, per vniuerſam Galliam, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui diuinâ gratiâ præſidemus, Vices iniungimus.* Tunc Reges Francorum Childebertus & Clotarius totâ potiebantur Galliâ, ſi Narbonem aliáſque nonnullas Septimaniæ Ciuitates excipias, quæ ſub Athanagildo Rege Wiſigothorum Ariano adhuc gemebant. Sapaudus à Papa Vicarius inſtitutus eſt per vniuerſam Galliam, illo tamen Vicariatu functum in Septimania Gothica vix nobis perſuademus, nam ſi Reges Francorum, quoties aliquam Ciuitatem in Prouincia Narbonenſi prima ſubegerunt, haud paſſi ſunt, vt deinceps Epiſcopus illius loci Metropolitæ Narbonenſi ſubiaceret, quis credat permiſiſſe Reges Wiſigothorum, vt Epiſcopi reliquarum Ciuitatum, quas in Septimania tenebant, Arelatenſi Metropolitano intra Franciam conſtituto tanquam Primati Vicarióque Sedis Apoſtolicæ ſubeſſent? Vixit Sapaudus ad annum vſque Chriſti DLXXXVI. Vices egit Sedis Apoſtolicæ per omnes Francorum ditiones Gallicanas, ſiue vni parerent Regi, ſeu duobus, aut tribus quatuórve. Francia enim, cùm Sapaudus à Papa Vicariatum ſuſcepit, erat bipertita ſub Childeberto Clotarióque Regibus; poſt Childeberti mortem ſoli ſubiecta fuit Clotario; quadripertita fuit ſub eiuſdem Clotarij filiis, Chariberto, Guntchramno, Chilperico & Sigiberto; tum tripertita, mortuo primùm Chariberto ſine prole maſcula, deinde Childeberto Sigiberti patris regnum adepto, nouiſſimè Principatu Chilperici Regis ad Clotarium filium deuoluto. Gregorius Magnus anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quintò Vices ſuas Virgilio per regnum Childeberti Secundi commiſit. Eidem enim Virgilio *die* VI. *Iunij, Indictione* XIII. ſcripſit in hunc modum. *Fraternitati veſtræ Vices noſtras in Eccleſiis, quæ ſub regno ſunt præcellentiſſimi filij*

noſtri

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

noſtri Childeberti, iuxta antiquum morem, Deo auctore, committimus, ſingulis ſiquidem Metropolitis, ſecundùm priſcam conſuetudinem, proprio honore ſeruato. Et in literis ad vniuerſos Epiſcopos Galliarum, qui *ſub regno Childeberti* erant, eundem etiam Virgilium ita commendauit. *Opportunum eſſe perſpeximus, in Eccleſiis, quæ ſub regno præcellentiſſimi filij noſtri Childeberti Regis ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem, fratri noſtro Virgilio Arelatenſis Ciuitatis Epiſcopo Vices noſtras tribuere.* Illis temporibus Francia in tria regna diuidebatur, Auſtriæ videlicet, Burgundiæ ac Neuſtriæ. Penes Childebertum erant Auſtria & Burgundia, Neuſtria verò penes Clotarium Childeberti fratrem patruelem. Virgilius igitur Vicariatum Sedis Apoſtolicæ per Auſtriam ac Burgundiam exercuit.

X. NEC ANTE COMMITTITVR QVAM EXPETITVERIT COMMENDATITIIS REGVM LITERIS.

Quartò, Romani Pontifices Arelatenſibus Epiſcopis Vices Sedis Apoſtolicæ non antè commiſerunt, quàm commendatitiis Regum literis ad id præſtandum prouocati fuerint. *Nos*, ait Vigilius in literis ad Auxanium, *pro tua caritatis affectu, & pro glorioſiſſimi filij noſtri Regis Childeberti Chriſtianâ deuotione mandatis, Vices noſtras libentiſſimâ voluntate contulimus.* Et in literis ad Aurelianum. *Adminiſtrationem Vicum noſtrarum fraternitati veſtræ animo libenti committimus, & credimus caritatis veſtræ officio actibus Deo placitis diligenter vniuerſa compleri, quando & ſummi Sacerdotij conſortio vos dignos diuina eſſe gratia iudicauit, & glorioſiſſimi Childeberti Francorum Regis Chriſtiana & Deo placita in perhibendo vobis teſtimonio voluntas acceſſit.* Nec eandem commendationem omiſit in literis ad Epiſcopos ſub Childeberti regno conſtitutos. *Confidentes*, inquit, *illum*, nempe Aurelianum, *& pro loci ſui qualitate bonis actibus vniuerſa quæ Deo placeant, poſſe complere, & maximè cùm glorioſus filius noſter Childebertus Rex teſtimonium bonæ conſcientiæ pro Chriſtiana ſuæ voluntatis deuotione perhibuit.* Sapaudum ab eodem Childeberto Rege ſimiliter commendatum teſtatus eſt Pelagius Papa, ſic enim eidem Childeberto Francorum Regi reſcripſit. *Poſtulamus vt ita eum* Sapaudum *atque Eccleſiam eius gratia Excellentiæ veſtræ tueatur ac foueat, ne quem per Vices noſtras augeri propitiante Deo poſtulaſtis, in aliqua parte cuiquam Gallicanorum Sacerdotum vel cuiuſlibet ordinis Eccleſiaſtici perſonæ, quod non oportet, contemptibilis habeatur.* Gregorius Magnus Virgilium ab altero Childeberto pariter commendatum bis affirmauit. Semel in literis ad Virgilium, ſic. *Libenti animo poſtulata concedimus, ne aut vobis quicquam de debito honore ſubtrahere, aut præcellentiſſimi filij noſtri Childeberti Regis petitionem contempſiſſe videamur.* Iterum in literis ad Childebertum Regem, ſic. *Gratanter ea quæ ſcripſiſtis accepimus, & quæ voluiſtis animo libenti conceſſimus. Atque ideo fratri noſtro Virgilio Arelatenſis Ciuitatis Epiſcopo Vices noſtras iuxta antiquum morem & Excellentiæ veſtræ deſiderium, Deo fauente, commiſimus.*

XI. ORNATVR PALLIO.

Quintò, Romani Pontifices Arelatenſibus Epiſcopis vſum quoque Pallij conceſſerunt, nec alio conſilio, quàm vt Epiſcopos, quibus Vices Sedis Apoſtolicæ committebant, magnificentiùs exornarent. Id Vigilius in ſuis ad Auxanium literis ita declarat. *Quia dignâ credimus ratione compleri, vt agentis Vices noſtras Pallij non deſit ornatus, vſum tibi eius, ſicut deceſſori tuo prædeceſſor noſter ſanctæ recordationis Symmachus legitur contuliſſe, beati Petri ſanctâ auctoritate concedimus.* Et in aliis ad Aurelianum. *Ne in aliquo Sedis noſtræ Vicarius minor ſuis deceſſoribus videatur, neceſſarium fore credidimus Pallij vobis vſum, quemadmodum deceſſori veſtro* Auxanio *hactenus dederamus, præſenti auctoritate concedere, vt morum & omnium bonarum rerum, vobis, beato Petro Apoſtolo ſuffragante, non deſit ornatus.* Item Pelagius in literis ad Sapaudum, ſic. *Vſum quoque Pallij tibi alacriter affectioſéque concedimus, pariter etiam Pallium dirigentes, vt in tanti loci faſtigio conſtitutus præclaro quoque habitu decoreris.*

XII. PRIVS ETIAM POSTVLATO.

Sextò, Romani Pontifices Arelatenſibus Epiſcopis vt Vices ſuas ſic & vſum Pallij non conceſſerunt niſi priùs rogati. Teſtis Vigilius in literis ad Auxanium. *De his verò*, inquit, *quæ caritas veſtra tam de vſu Pallij quàm de aliis*

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

ſibi à nobis petiit debere concedi, &c. Teſtis & Pelagius in literis ad Sapaudum, cui ſic ſcribit. *Ea autem, quæ pro honore caritatis tuæ à nobis ſupradicti Legati popoſciſſe noſcuntur, parati ſumus Deo iuuante concedere. Sed niſi literas tuas per te acceperimus, ſicut etiam deceſſores noſtri poſtulantibus tuis deceſſoribus præſtiterunt ſuperfluum iudicauimus vltrò tranſmittere. Sed mox ad nos, iuuante Domino, vnum de Clero tuo cum literis tuis direxeris, ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus, promittimus nos eſſe facturos.* Teſtis denique Gregorius, in literis ad Virgilium, ſic. *Iuxta antiquum morem vſum Pallij ac Vices Sedis Apoſtolicæ poſtulaſti.* Et paucis interiectis. *Libenti animo poſtulata concedimus, ne aut vobis quicquam de debito honore ſubtrahere, aut præcellentiſſimi filij noſtri Childeberti Regis petitionem contempſiſſe videamur.*

XIII. COMMITTI POTEST SINE PALLIO,

Septimò, Romani Pontifices, quamuis Arelatenſibus Epiſcopis, quibus Vices ſuas commiſerunt, vſum quoque Pallij, ornatûs cauſâ, ſimul conceſſerint, ſuis plerumque ſcriptis teſtati ſunt Vices Sedis Apoſtolicæ conferri poſſe abſque Pallij vſu. Lege epiſtolas Vigilij Papæ ad Epiſcopos Galliæ, quibus nuntiauit ſe Vices ſuas Auxanio primùm, deinde Aureliano, delegauiſſe. Lege & literas Gregorij Papæ ad Epiſcopos Galliæ, quibus pariter ſignificauit ſe Vices ſuas Virgilio commiſiſſe. In illis epiſtolis Vigilius & Gregorius iura prærogatiuáſque Vicariatûs exactè deſcripſerunt nullâ Pallij factâ mentione.

XIV. VT ET PALLIVM DARI POTEST SINE VICARIATV.

Octauò, quemadmodum Vices Sedis Apoſtolicæ ſine vſu Pallij, ſic & vſus Pallij ſine Vicibus Sedis Apoſtolicæ conferri potuit à Romanis Pontificibus. Gregorius Magnus vſum Pallij conceſſit Syagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo, nec ei Vices Sedis Apoſtolicæ commiſit. Virgilio Arelatenſi Epiſcopo vſum Pallij conceſſit, Vicéſque Sedis Apoſtolicæ delegauit ſcriptis ea de re literis [a] *die* VI. *Iunij, Indictione* XIII. id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto. Deinde Indictione ſecundâ, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-nono, vſum Pallij Syagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo conceſſit ſcriptis ad eum literis [b], quæ fidem rei geſtæ ſic faciunt. *Secundùm poſtulationis tuæ deſiderium, Pallij te vſu, Deo auctore, prauidimus honorandum.* Virgilius manſit Vicarius Sedis Apoſtolicæ per Auſtriam & Burgundiam, vbi Theodobertus ac Theodoricus imperarunt poſt Childebertum patrem, quo regnante prædictus Virgilius à Gregorio Papa Vicariatum per illa duo regna ſuſceperat

XV. SIAGRIVS OBTINET PALLIVM,

Nonò, Gregorius Papa, quia Syagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo non Vicariatum Sedis Apoſtolicæ ſed vſum duntaxat Pallij conceſſit, quædam adiecit Priuilegia, ne nudam illius indumenti munificentiam contuliſſe videretur. Qua de re ſic in literis [c] ad eundem Syagrium datis Indictione ſecundâ. *Secundùm poſtulationis tuæ deſiderium, Pallij te vſu, quod intra Eccleſiam tuam habere debeas, ad ſacra tantùm Miſſarum ſolennia celebranda, Deo auctore, prauidimus honorandum. Quod tamen ita tibi dandum eſſe decreuimus, ſi priùs per Synodi definitionem emendare promiſeris, quæ corrigenda mandauimus, quia dignum profectò eſſe credimus, vt cum mentis grauitate, quâ Deo te propitio pollere didicimus, habitûs quoque exterioris clarior in te cultus accreſceret, præſertim cùm te non ad ſuperfluæ elationis pompam, ſed pro genio & honore tuæ arbitramur Eccleſiæ petiuiſſe. Cuius ne indumenti munificentiam nudam videamur quodammodo contuliſſe, hoc etiam pariter proſpeximus concedendum, vt Metropolitæ ſuo per omnia loco & honore ſeruato, Eccleſia Ciuitatis Auguſtodunæ, cui omnipotens Deus præeſſe te voluit, poſt Lugdunenſem Eccleſiam eſſe debeat, & hunc ſibi locum ac ordinem ex noſtra auctoritatis indulgentia vendicare. Ceteros verò Epiſcopos, ſecundùm ordinationis ſuæ tempus, ſiue ad conſidendum in Concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re, ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vendicare, quia omnino rationes ordo nos admonet, vt cum vſu Pallij aliqua ſimul, ſicut diximus, largiri Priuilegia debeamus.* En priuilegia Syagrio cum vſu Pallij conceſſa, ſed nihil affinitatis habent cum Sedis Apoſtolicæ Vicariatu,

[a] Lib. 4. ep. 50.
[b] Lib. 7. ep. 114. Ind. 2.
[c] Lib. 7. ep. 114. Ind. 2.

cuius partes Romani Pontifices, Vigilius, Pelagius & Gregorius, in literis ſuprà laudatis deſcripſerunt. AN. CH. 599.

Decimò, Gregorius in Syagrio, cui Pallium conceſſit, propter nouum honoris augmentum maiorem Epiſcopalis ſollicitudinis curam inpoſterum deſiderauit. *Quoniam*, inquit in literis [a] ad eundem Syagrium, *cum honoris augmento cura quoque ſollicitudinis debet acereſcere, vt cultui veſtium actionis quoque ornamenta conueniant, oportet vt enixiùs in cunctis ſtudium ſe veſtra fraternitatis exerceat, & circa ſubiectorum actus ſit cura vigilans, vt veſtrum illis exemplum, inſtructio, & vita, magiſtra ſit. Lingua veſtra exhortatione diſcant quod metuant, & doceantur quod diligant, vt dum talenta credita lucro multiplicata reddideris, in die retributionis audire ſis meritus.* [*Euge, ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.*] CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4. XVI. [a] Lib. 7. ep. 114 Ind 2.

Vndecimò, Gregorius Papa Syagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo eundem omnino, quem Virgilio Arelatenſi Epiſcopo, Sedis Apoſtolicæ Vicario, vſum Pallij conceſſit. Ad Virgilium enim ita ſcripſit *die* VI. *Iuny*, *Indictione* XIII. ſiue anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto. *Pallium quoque tranſmiſimus, quo fraternitas tua intra Eccleſiam ad ſola Miſſarum ſolennia vtatur.* Et ad Syagrium, Indictione ſecundâ, ſiue anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-nono. *Pally te vſu, quod intra Eccleſiam tuam habere debeas, ad ſacra tantùm Miſſarum ſolennia celebranda, Deo auctore, prauidimus honorandum.* XVII. AD MISSARVM SOLENNIA,

Duodecimò, Gregorius Papa Syagrio Pallium non conceſſit, niſi priùs ab eo rogatus. Brunichildis poſt Childeberti filij mortem, quam ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum retulimus, à Gregorio Pallium pro Syagrio poſtulauit, noluit tamen id à ſe poſtulatum ſciri, cupiitque potiùs ſpontaneâ Gregorij voluntate tranſmiſſum haberi. Reſpondit Gregorius hæc ita fieri non poſſe, quia neceſſe erat, vt qui Pallio vti deſiderabat, illud ipſemet atque enixè poſceret. En partem literarum, quas Brunichildi ſcripſit *menſe Octobri, Indictione primâ* iam inchoatâ, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſeptimo. *Susceptis epiſtolis veſtris, valdè nobis Excellentia veſtra ſtudium placuiſſe ſignamus, atque fratri & Coepiſcopo noſtro Syagrio Pallium dirigere ſecundum poſtulationem veſtram voluimus; propter quod & Sereniſſimi Domni Imperatoris, quantùm nobis Diaconus noſter, qui apud eum reſponſa Eccleſiæ faciebat, innotuit, prona voluntas eſt, & concedi hoc omnino deſiderat. Atque multa de prædicto fratre noſtro tam vobis, quàm etiam aliis teſtificantibus, ad nos bona perlata ſunt, maximè vitam eius Ioanne regionario ad nos remeante cognouimus. Et quid in fratre noſtro Auguſtino fecerit audientes, Redemptorem noſtrum benedicimus, quia eum Sacerdotis nomen etiam operibus implere ſentimus. Sed res plurimæ reſtiterunt, quæ nos hoc interim facere minimè permiſerunt. Primum ſiquidem, quia is qui Pallium ipſum venerat accepturus, ſchiſmaticorum errore tenetur implicitus. Deinde quòd non id ex veſtra petitione, ſed ex nobis tranſmiſſum eſſe voluiſtis intelligi. Extra hoc autem, quia nec is, qui eo vti deſiderat, directâ ad nos hoc ſibi largiri ſpeciali petitione popoſcerat, & tantam cauſam nullo modo præbere ſine eius poſtulatione debuimus, maximè quia & priſca conſuetudo obtinuit, vt honor Pally, niſi exigentibus cauſarum meritis, & fortiter poſtulanti dari non debeat. Nos tamen, vt veſtræ Excellentiæ deſiderium ſub prætextu cuiuſquam excuſationis forſitan videremur velle differre, dilectiſſimo filio noſtro Candido Presbytero Pallium prauidimus dirigendum, iniungentes ei, vt vice noſtrâ congruâ id debeat obſeruatione tribuere. Vnde neceſſe eſt, vt ex opere ſuo ſuprà ſcriptus frater & Coepiſcopus noſter Syagrius, factâ cum aliquantis Epiſcopis ſuis petitione, hoc ſperare, atque eam prædicto debeat dare Presbytero, quatenus dignè eiuſdem Pally vſum cum Dei gratia valeat adipiſci.* Gregorius vſum tandem Pallij Syagrio, poſtquàm ab eo rogatus eſſet, conceſſit Indictione ſecundâ, ſiue anno Chriſti DXCIX. tunc enim ad eundem Syagrium ita ſcripſit. *Secundùm poſtulationis tuæ deſiderium, Pally te vſu, quod intra Eccleſiam tuam habere debeas, ad ſacra tantùm Miſſarum ſolennia celebranda, Deo auctore, prauidimus honorandum.* XVIII. PRÆCEDENTE POSTVLATIONE,

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4. XIX.

ET CONSENTIENTE IMPERATORE.

Decimo-tertiò, Gregorius Papa Syagrio Pallium non antè conceſſit, quàm per Diaconum reſciiſſet, vt id fieret, Imperatorem optare. Sic enim ſcripſit Brunichildi Reginæ. *Suſceptis epiſtolis veſtris, valdè nobis Excellentia veſtra ſtudium placuiſſe ſignamus, atque fratri & Coepiſcopo noſtro Syagrio Pallium dirigere ſecundùm poſtulationem veſtram voluimus, propter quod & Sereniſſimi Domni Imperatoris, quantùm nobis Diaconus noſter, qui apud eum reſponſa Eccleſiæ faciebat, innotuit, prona voluntas eſt, & concedi hoc omnino deſiderat.* Longè ante hæc Mauritij Imperatoris tempora, Vigilius Papa Præſulibus Arelatenſibus Auxanio & Aureliano nec Vices Sedis Apoſtolicæ nec Pallium antè conceſſit, quàm Iuſtiniani Auguſti conſenſum flagitaſſet impetraſſétque. Quapropter Arelatenſes Epiſcopi nuncios Conſtantinopolim aliquando direxerunt, vt eundem Imperatoris conſenſum poſcerent obtineréntque. Vigilius literas ad Auxanium ita clauſit. *De his verò, quæ caritas veſtra tam de vſu Pallij, quàm de aliis ſibi à nobis petiit debere concedi, libenti hoc animo etiam in præſenti facere ſine dilatione potuimus, niſi cum Chriſtianiſſimi Domini filij noſtri Imperatoris hoc, ſicut ratio poſtulat, voluiſſemus perficere notitia, Deo Auctore, vt & vobis gratior præſtitorum cauſa reddatur, dum quæ poſtulaſtis cum conſenſu Chriſtianiſſimi Principis referuntur, & nos honorem fidei eius ſeruaſſe cum competenti reuerentia indicemur. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data* XV. *Calend. Nouembres, iterum P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-tertio. Et in aliis ad eundem Auxanium literis, XI. *Calend. Iunias,* IV. *P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-quinto, cùm Vices illi ſuas delegauit, & vſum Pallij conceſſit, teſtatus eſt conſenſum Iuſtiniani Auguſti priùs acceſſiſſe, rogante Beliſario Patricio. *Oportet*, inquit, *fraternitatem veſtram inceſſantibus ſupplicationibus Deo noſtro preces effundere, vt Domnos filios noſtros, Clementiſſimos Principes, Iuſtinianum atque Theodoram, ſuâ ſemper protectione cuſtodiat, qui pro his veſtræ caritati mandandis, ſuggerente Glorioſiſſimo & Excellentiſſimo filio noſtro Patricio Beliſario, pro quo item vos conuenit exorare, piâ præbuerunt deuotione conſenſum.* Prætereà literas ad Aurelianum Auxanij ſucceſſorem ſic abſoluit. *Hoc quoque veſtrum facere deſideramus affectum, vt glorioſo viro filio noſtro Patricio Beliſario deſtinatis ſcriptis gratias referatis, qui homini veſtro laborem ad Clementiſſimum Principem* Iuſtinianum *abſtulit tranſeundi, ſed mox vt reſponſum recepit, nobis ſuis literis indicauit. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data* X. *Kalendas Septembres, quinquies P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-ſexto. Sciunt omnes Theodoricum Oſtrogothorum Regem Arianum, ſub cuius iugo Roma per multos annos gemuit, eò procacitatis deueniſſe ſub exitum vitæ, vt Romani Pontificis electionem atque nominationem ſibi arrogarit, elegerítque Felicem qui Ioanni Primo in Apoſtolicam Sedem ſuccederet. Extant[a] Athalarici Regis ad Senatum literæ, quibus id confirmatum habetur. *Senatui Vrbis Romæ Athalaricus Rex. Gratiſſimo noſtro profitemur animo, quòd Glorioſi Domini aui noſtri*, nempe Theodorici, *reſpondiſtis in Epiſcopatûs electione iudicio. Oportebat enim arbitrio boni Principis obediri, qui ſapienti deliberatione pertractans, quamuis in aliena religione, tamen viſus eſt Pontificem delegiſſe, vt nulli meritò debeat diſplicere, vt agnoſcatis illum hoc optaſſe præcipuè, quatenus bonis Sacerdotibus Eccleſiarum omnium Religio pullularet. Recepiſtis itaque virum & diuinâ gratiâ probabiliter inſtitutum & regali examinatione laudatum. Nullus adhuc priſtinâ contentione teneatur. Pudorem non habet victi, cuius votum contigit à Principe ſuperari.* Felicis in Romanum Pontificem aſſumptio conſignatur anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-ſexto. Poſteà Reges Oſtrogothorum aliquantò moderatiùs ſe geſſerunt, annuerunt enim vt ex priſtino vſu Clerus Papam deligeret, quem ſuo pòſt aſſenſu confirmarent. Iuſtinianus Imperator anno belli Gothici ſecundo, Chriſti quingenteſimo triceſimo-ſexto Romam Oſtrogothis eripuit; amiſit anno belli Gothici duodecimo, Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-ſexto; recuperauit ex-

[a] Ap. Caſſiod. lib. 5 ep. 15.

AN. CH. 599. CLOTAR. II R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

eunte eodem anno belli Gothici duodecimo, id eſt, ineunte anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo; amiſit iterum anno belli Gothici decimo-quinto, Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-nono; recuperauit iterum anno belli Gothici duodeuiceſimo, Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſecundo. Procopius, qui bellum Gothicum quatuor libris accurate deſcripſit, Romam intra ſpatium ſexdecim annorum quinquies captam aſſeruit ad annos eiuſdem belli ſuprà notatos; illos autem annos quomodo cum annis Chriſti comparare debeas, expoſuimus Tomo primo ad annum [a] Incarnationis Dominicæ quingenteſimum triceſimum-ſeptimum. Roma tot viciſſitudines ac clades experta manſit ſub Iuſtiniani poteſtate, qui vixit vſque ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum ſextum. At Iuſtinianus Eccleſiam Romanam priſtinæ libertati minimè reſtituit, imitatúſque Reges Oſtrogothorum Arianos ius ſibi retinuit confirmandi Romanum Pontificem & pro confirmatione pecuniam exigendi, nec alio ſe modo geſſerunt qui ſucceſſerunt in Imperium, Iuſtinus, Tiberius, Mauritius, aliíque recentiores. Hæc obſeruauit Baronius ad annum [b] Chriſti quingenteſimum viceſimum-ſextum quo Felix Pontificatum ſuſcepit Theodorico Rege Oſtrogothorum Ariano, & ad annum [c] Chriſti quingenteſimum nonageſimum quo Gregorius Magnus in Pontificem aſſumptus eſt Imperatore Mauritio. Gregorius non ſimul ac Pontifex Romanus electus eſt in Petri Cathedra ſedit, ſedere tantùm cœpit poſtquàm electionis ſuæ confirmationem ab Imperatore obtinuit. Rem, quomodo geſta eſt, ſic exponit [d] Diaconus Turonenſis, qui Romæ præſens adfuit, cùm Gregorius in Pontificem conſecratus eſt. *Hunc apicem adtentiùs fugere tentans, ne quod priùs abiecerat, rurſum ei in ſeculo de adepto honore iactantia quadam ſubreperet. Vnde factum eſt, vt Epiſtolam ad Imperatorem Mauritium dirigeret, cuius filium ex lauacro ſancto ſuſceperat, coniurans & multâ prece poſcens, ne vnquam conſenſum praberet populis, vt hunc huius honoris gloria ſublimaret. Sed Præfectus Vrbis Romæ Germanus, eius anticipauit nuncium, & comprehenſo, diſruptis Epiſtolis, conſenſum quem populus fecerat, Imperatori direxit. At ille gratias Deo agens pro amicitia Diaconi, quòd reperiſſet locum honoris eius, datâ praeceptione iuſſit inſtitui.* Ex eadem Cæſarum proteruitate atque arrogantia manauit, vt Romanus Pontifex, cui poſt electionem, niſi confirmaretur ab Imperatore, non licebat in Cathedra Petri ſedere, nec Vices Sedis Apoſtolicæ delegaret cuiquam, nec vſum Pallij concederet abſque eiuſdem Imperatoris aſſenſu. Fruſtrà quæras aliam rationem, cur nec Vigilius Vices Apoſtolicas vſúmve Pallij Præſulibus Arelatenſibus Auxanio & Aureliano, nec Gregorius vſum Pallij Syagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo conceſſerit Imperatore inconſulto. Pulſis Oſtrogothis Româ potiebatur Iuſtinianus Auguſtus anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-tertio cùm ſine illius notitia Vigilius vſum Pallij Vicéſque Apoſtolicas Auxanio denegauit, & anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-quinto cùm Vigilius accedente illius conſenſu prædictas prærogatiuas eidem Auxanio conceſſit; item anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-ſexto, cùm rogatus eſt à Vigilio, vt quæ nuper Auxanio conceſſa fuerant, Aureliano priuilegia concedi permitteret, eodem autem anno Romam amiſit, eámque ſub initium ſubſequentis anni recuperauit Oſtrogothis iterùm diſcedere coactis. Româ quoque potiebatur Mauritius Auguſtus, cùm Gregorius vſum Pallij Syagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo conceſſit.

XX. AVCTORITATE EP. ARELAT. NON IMMINVTA.

Ex ſuperioribus igitur obſeruationibus liquidò conſtat hoc anno, Chriſti quingenteſimo nonageſimo-nono, cùm Gregorius Pallium Auguſtodunenſi Antiſtiti tranſmiſit, auctoritatem, quam Arelatenſi Epiſcopo priùs delegarat, haud imminutam fuiſſe. Syagrius Epiſcopus Auguſtodunenſis vſu Pallij nonnulliſque priuilegiis auctus eſt. Virgilius Arelatenſis Epiſcopus Pallio, vt anteà, vſus eſt, Vicéſque Sedis Apoſtolicæ per Auſtriam ac Burgundiam exercuit. Cetera, quæ pertinent ad Pallium, vt occurret occaſio, ſuis locis exponemus.

[a] Num. 8.
[b] Num. 22. & ſeqq.
[c] Num. 5 & ſeqq.
[d] Apud Greg. Tur. l. 10. c. 1.

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

Gregorius, vt Syagrio Pallium concederet, hac potiſſimùm causâ permotus fuit, quòd illum ſciret Theodoberto ac Theodorico Francorum Regibus eorúmque auiæ Brunichildi Reginæ chariſſimum eſſe, ſtrenuámque operam in proxima Synodo adhibiturum ſperaret. Quapropter in ſuis ad eum literis, vt ſuprà notauimus [a], ita ſcripſit. *Pallij te vſu pręuidimus honorandum. Quòd tamen ita tibi dandum eſſe decreuimus, ſi priùs per Synodi definitionem emendari promiſeris quę corrigenda mandauimus.* Deinde eaſdem literas ita clauſit. *Curam pretereà congregandę Synodi, quam vobis atque aliis fratribus noſtris pro illicitarum rerum prohibitione fiendam ſcripſimus, veſtrę ſpecialiter ſolicitudini noueritis*

XXI.

[a] Hoc an. n. 6.

CVRAM SVSCIPIT CONVOCANDÆ SYNODI.

incumbere. Vnde quia precellentiſſimos filios noſtros Francorum Reges magnam vobis nouimus dilectionem impendere, omni vos ſtudio omnique agere anniſu neceſſe eſt, vt quod de Synodo congreganda mandauimus, fraternitatis veſtrę vigilantiâ compleatur, atque omnia illic quę pro animarum ſalute ſcripſimus cenſeantur, quatenus per hoc & vos zelum veſtrum, & qualiter vobis illicita diſpliceant, oſtendatis, & nos vtiliter prouidiſſe, qui veſtram ad hoc prę ceteris perſonam eligimus, videamur.

XXII.

[b] Lib. 7. ep. 113.

VSVS DALMATIC. AREGIO EP. VAPINC. CONCEDITVR.

Ad illam Synodum Gregorius Aregium Vapincenſium Antiſtitem inuitauit datis literis [b], quarum exitus talis eſt. *Prętereà in ea Synodo, quam contra Simoniacam hęreſim per fratrem & Coepiſcopum noſtrum Siagrium decreuimus congregari, ſanctitatem veſtram volumus intereſſe, atque eidem fratri ita Pallium quod tranſmiſimus tribui, ſi priùs ſe promiſerit illicita, quę prohibuimus, per definitionem Synodicam à ſancta Eccleſia remouere. De qua Synodo omnem nobis ſubtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus ſcriptis decurrentibus nunciare, vt ipſe cuius nobis ſanctitas valdè experta eſt, nos reddas de omnibus certiores.* In iiſdem literis ſingularis amicitia, quæ Gregorium inter & Aregium intercedebat, confirmatur ex conſolatione quam Gregorius Aregio impertitur, & ex vſu Dalmaticarum quem concedit. Aregius Apoſtolorum limina viſitarat orationis causâ, Romæ colloquium de rebus diuinis cum Gregorio Papa per aliquot dies habuerat, ipſúmque Romanum Pontificem rogarat, vt ſibi & Archidiacono ſuo vtendi Dalmaticis licentiam præberet, ſed hominum ſuorum infirmitate compulſus Româ feſtinanter diſceſſerat rebus quas poſtularat minimè impetratis. Gregorius verò, cùm Aregium ob interitum ſuorum diœceſanorum multùm dolere poſteà comperiſſet, ad eum direxit literas quas proximè laudauimus, atque ita conſolationem exorſus eſt ab inſigni charitate quâ mutuò ſe diligebant. *Fraternitatis veſtrę afflictio, quam de amiſſione veſtrorum vos hominum habuiſſe cognouimus, tantam nobis cauſam mœroris iniecit, vt quia nos de duobus charitas vnum fecit, cor noſtrum in veſtris ſpecialiter vri tribulationibus ſentiremus.* Sermoni conſolatorio, qui ſatis prolixus eſt & à nobis prætermittitur, Priuilegium de vſu Dalmaticarum ſic ſubiunxit. *Prętereà communis filius Petrus Diaconus nobis innotuit, quòd fraternitas veſtra tempore quo hic fuit, popoſcerit vt ſibi & Archidiacono ſuo vtendi Dalmaticis licentiam prębere mus. Sed quia ita hominum ſuorum infirmitate compulſus feſtinanter abſceſſit, vt nec ipſe mœror incumbens, diu, vt dignum erat & res deſiderata poſcebat, ſineret imminere, & nos in multis implicitos, Eccleſiaſticę rationis conſideratio nouum hoc inconſultè & ſubitò non permitteret indulgere, idcirco poſtulatę rei prolongatus effectus eſt. Nunc verò charitatis tuę bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis noſtrę ſerie petita concedimus, atque te vel Archidiaconem tuum Dalmaticarum vſu decorandos eſſe conceſſimus, eaſdémque Dalmaticas dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco Abbate deferente tranſmiſimus.* Author coætaneus [c] qui vitam ſancti Arigij ſiue Aregij ſcripſit, Archidiaconum, quem Gregorius Dalmaticâ donauit, & ipſius Aregij ſucceſſorem in Epiſcopatu fore prædixit, Valatonium appellat. *Ergo,* inquit, *& beatiſſimo viro Valatonio, qui tunc temporis Archidiaconus ſub ſępedicto Pontifice Wapincenſem* * *regebat Eccleſiam, viſus eſt Dalmaticam causâ muneris indulſiſſe. Et quia compererat, quòd eſſet ſacris litteris decoratus adeò maluit vt eſſet ſuis munificentiis ſancto velamine circumdatus, & quòd ipſe in ſui magi-*

[c] Tom. 1. Biblioth. Labb.

* de Gap.

ſtri ſuccederet ſede, beatiſſimus Gregorius Papa palàm ſuis pronuntiauit oraculis. Super epiſtola quâ Gregorius præcitatus vſum Dalmaticarum Aregio Epiſcopo & Valatonio eius Archidiacono conceſſit, multi variè ratiocinantur. Ex ea Walfridus Strabo in libro de rebus Eccleſiaſticis colligit à Summis Pontificibus vſum Dalmaticarum Epiſcopis quibuſdam permiſſum, aliis interdictum fuiſſe. *Gregorius, vel alij*, inquit, [a] *Romanorum Præſules aliis Epiſcopis earum*, nempe Dalmaticarum, *vſum permiſerunt, aliis interdixerunt.* Andreas Sauſſaius librum ſextum panopliæ Epiſcopalis de Dalmaticâ & Tunicellâ Epiſcopali inſcripſit, cúmque aduerſus Walfridum ius gerendi Dalmaticas ad omnes Epiſcopos pertinuiſſe contenderet, Gregorianum Priuilegium non de quibuſlibet Dalmaticis interpretatus eſt, ſed de Romanis quas dixit ob Principatûs Eccleſiaſtici maieſtatem ceteris longè ampliores ac ſplendidiores extitiſſe, quia Clerus Romanus etiam in ſacris veſtibus ſuam, ex magnificentia formæ vel ornatûs, præcellentiam ſemper ſtudiosè demonſtrauit. In opinionis ſuæ confirmationem obſeruauit Dalmaticas, quas Gregorius Aregio & Valatonio tranſmiſit, ipſius Pontificis iuſſu Romæ confectas ac contextas fuiſſe, Pontificiæque ſuper ea re ſollicitudinis rationem hanc excogitauit, quòd Gregorius triuialis formæ aut artis in conficiendis Dalmaticis Gallos non ignaros probè ſciret, Romanæ verò texturæ & formæ non crederet in Gallia peritos artifices facilè reperiri. Verùm ex Auctoribus, qui citantur in panoplia Epiſcopali conſulique poſſunt, non patet vſum Dalmaticarum cunctis Galliarum Epiſcopis ac Diaconis licitum fuiſſe, & Priuilegium Symmachi Papæ, qui, teſte Cypriano in ſancti Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi vita, Diaconos Arelatenſes *perinde vt Romana Eccleſiæ Diacones Dalmaticis vti voluit*, tantùm abeſt vt Sauſſaio fauere ſuſpicemur, quin potiùs ex eadem Symmachi conceſſione colligimus Gregorianis temporibus Arelate nec adeò procul Vapingo fuiſſe peritos artifices, qui Dalmaticas Romanas ſeu Romano more contextas conficerent. Sanè Gregorius de vſu Dalmaticarum quem Aregio Vapincenſium Epiſcopo & Valatonio eius Archidiacono permiſit, tam magnificè locutus eſt, vt illius Priuilegium de ſola forma vel de materia Dalmaticarum intelligendum minimè videatur, quis enim credat Epiſcopo Dalmaticam gerere ſolito, ſi ditiore aut elegantiore vti vellet, opus fuiſſe multis precibus diuturnâque apud Papam poſtulatione pro impetrando talis Dalmaticæ Priuilegio, quod habitâ Eccleſiaſticæ rationis conſideratione Romanus Pontifex inconſultè & ſubitò indulgere non deberet? *Nobis innotuit*, inquit Gregorius, *quòd fraternitas veſtra tempore quo hic fuit, popoſcerit vt ſibi & Archidiacono ſuo vtendi Dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum ſuorum infirmitate compulſus feſtinanter abſceſſit, vt nec ipſe mœror incumbens, diu, vt dignum erat & res deſiderata poſcebat, fineret imminere, & nos in multis implicitos, Eccleſiaſticæ rationis conſideratio nouum hoc inconſultè & ſubitò non permitteret indulgere, idcirco poſtulata rei prolongatus effectus eſt.* Sententiam igitur Walfridi lubenter amplectimur, aſſerimúſque vſum Dalmaticarum, qui cunctis Epiſcopis illâ ætate communis non erat, ſingulari Priuilegio à Gregorio Papa conceſſum eſſe Aregio Epiſcopo & Valatonio eius Archidiacono. Malè etiam Sauſſaius hunc Aregium in Epiſcopali panopliâ [b] Niuernenſem Epiſcopum vocauit, Aregius enim, qui Niuernij ſedit, longè ante Gregorij Pontificatum obiit, vt liquet ex ſubſcriptionibus Conciliorum, ſiquidem Aregius Antiſtes Niuernenſis Aurelianenſi Concilio ſubſcripſit anno Chriſti quingenteſimo vndequinquageſimo, & biennio pòſt interfuit Synodo Pariſienſi, eiúſque ſucceſſor Æoladius Synodum Lugdunenſem ſuâ ſubſcriptione roborauit anno Chriſti qingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo.

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

[a] Cap. 24.

[b] Lib. 6. c. 5.

XXIII. Cùm Gregorius Dalmaticas Aregio Româ tranſmiſit, degebant in Gallia Menas & Theodorus Epiſcopi Itali, vterque ſui Metropolitani diſciplinam vitabat, Menas erat ex Diœceſi Eccleſiæ Romanæ, Theodorus ex Diœceſi

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

Mediolanenſis Eccleſiæ, Gregorins [a] ſcripſit Syagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi, vt ſibi Romano Pontifici Menas, Theodorus Conſtantio Mediolanenſi Epiſcopo redderetur.

[a] Lib. 7. ep. 119. Indict. 2. nouæ edit. epiſt. 117. antiq. edit.

XXIV. Gregorius Virgilio Epiſcopo Arelatenſi & Siagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi literas [b] quoque direxit de ſuſcipienda cauſa Siagriæ, quæ religionem profeſſa cùm eſſet, marito violenter iuncta dicebatur. *Peruenit*, inquit, *ad nos Siagriam quondam vitam religioſam mutatis etiam veſtibus aſſecutam, poſteà marito violenter eſſe, quod dici iniquum eſt, ſociatam, & nullo vos in eius defenſione dolore permotos. Quod ſi ita eſt, vehementiùs ingemiſco, ne apud omnipotentem Dominum, quod abſit, mercenarij officium, & non paſtoris meritum habeatis, quippe qui in ore lupi ouem laniandam ſine certamine reliquiſtis. Quid enim dicturi, quámue rationem futuro eſtis Iudici reddituri, quos ſtupri ſcortatio non commouit, quos ad defendendum fauor nequaquam religioſi habitûs excitauit, quos ad tutandam pudicitia integritatem Sacerdotalis conſideratio non erexit? Vel nunc ergo neglectus ad memoriam redeat, huius recordatio culpa ſollicitet, & officij veſtri conſideratio ad prædicta mulieris vos adhortationem impellat. Et ne fortè per tempus transiſſet in voluntatem neceſſitas, lingua illi veſtra medela ſit, atque admonentibus vobis, orationibus operam det, de memoria lamenta pœnitentia non recedant, Redemptori noſtro cor pœnitens exhibeat, & caſtitatis damna, quam ei corpore ſeruare non licuit, fletu reſarciat. Quia ergo prædicta mulier res ſuas etiam nunc piis, vt fertur, deſiderat cauſis impendere, hortamur vt fraternitatis veſtra hac in re fauorem inueniat, ſolatiis potiatur, & ſeruatâ competenti filiis portione, fas illi ſit de ſubſtantia ſua iudicare quid velit. Veſtrum enim ſine dubio bonum facitis, ſi bona volentibus opem fertis.*

[b] Lib. 7. epiſt. 120. Indict. 2. nouæ edit.

GREGORIVS PP. SCRIBIT DE SIAGRIA.

XXV. Vrſicinus Taurinenſis Epiſcopus parochias Seguſienſes, quas Guntchramnus Rex Mauriennenſi Eccleſiæ ſubiecerat, ſibi reddi poſtulauit, Pontifex ea de re Siagrio [c] Epiſcopo Auguſtodunenſi necnon Theodorico ac Theodoberto Regibus [d] Francorum literas ſcripſit. In poſterioribus hæc leguntur. *Fratrem & Coepiſcopum noſtrum Vrſicinum, Taurinæ ciuitatis Antiſtitem, in parochiis ſuis, quæ intra regni veſtri ſunt terminum conſtituta, graue omnino dicitur præiudicium ſuſtinere, adeò vt contra Eccleſiaſticam obſeruantiam, contra Sacerdotalem grauitatem, & contra Sacrorum Canonum inſtituta, nullo eius exigente crimine, alter illic non metuerit Epiſcopus ordinari. Et quia parum viſum eſt ſi illicitis non iungerentur illicita, etiam res Eccleſia ſuæ, vt fertur, ablata ſunt. Quòd ſi ita ſe veritas habet, quoniam intolerabile nimis eſt, vt vi opprimeretur cui culpa non nocuit, præmiſſo paternâ charitate ſalutationis alloquio petimus, vt quod Excellentia veſtra amore Eccleſiaſtica reuerentia, & æquitatis contemplatione ſponte poteſt impendere, noſtrâ ſtudeat benigniùs interceſſione concedere, & iuſtitiam illi, ſicut de æquitatis eius bono confidimus, faciat in omnibus cuſtodiri, atque patefactâ veritate, & quod illicitè actum eſt corrigi, & res ei violenter ablatas æquitate iubeat fauente reſtitui. Nec quod ad tempus ab hoſtibus eius Eccleſia detinetur, debet illi aliquid officere, ſed hoc ad ſubueniendum Chriſtianitatis veſtra magis magíſque debet animos permouere, vt largitatis veſtra munere conſolatus, captiuitatis quam pertulit, non poſſit damna ſentire.*

[c] Lib. 7. ep. 122. Ind. 2. nouæ edit.

[d] Lib. 7. epiſt. 122. Indict. 2. nouæ edit. ep. 120. antiquæ edit.

DE PAROCHIIS SEGVSIENSIB.

XXVI. Deſiderius Epiſcopus Viennenſis dicebar quædam olim Priuilegia Eccleſiæ ſuæ ab Apoſtolica Sede conceſſa eſſe, inprimis vſum Pallij, petebárque eadem ſibi confirmari, reſcripſit Gregorius, vt requirendis chartis Eccleſiæ ſuæ diligentem curam impenderet, & ſi qua exinde ſcripta reperiret, Romam tranſmitteret, ſe verò in ſcrinio Romanæ Eccleſiæ nullum illius rei monumentum inueniſſe. Perperam Pontificia illa epiſtola [e] non ad Deſiderium Epiſcopum Viennenſem ſed ad Deſiderium Epiſcopum Autiſſiodorenſem directa dicitur in Hiſtoria [f] Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, nam Deſiderius Aunario Epiſcopo Autiſſiodorenſi longè ſeriùs in Epiſcopatum ſucceſſit, & Autiſſiodorenſis Eccleſiæ Præſules de poſtulando vſu Pallij ne quidem vnquam cogitarunt. Si locus eſt coniecturæ, Deſiderius Viennenſis Epiſcopus ægrè tulit

SCRIBIT DESIDERIO EP. VIENN.

[e] Lib. 7. epiſt. 116. Indict. 2. antiquæ edit. ep. 118. nouæ edit.

[f] Cap. 20.

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

tulit ſibi Metropolitæ non concedi Priuilegium, quod Syagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo, qui Lugdunenſi Metropolitæ ſubiacebat, conceſſum eſſet.

XXVII. Idem Gregorius Monaſterio virorum, quod Childebertus Primus intra muros Ciuitatis Arelatenſis iampridem condiderat, Priuilegia confirmauit [a], quæ Vigilius Papa temporibus Aureliani Arelatenſis Epiſcopi conceſſerat. Denique Brunichildi Reginæ, Vantilono, Aregio & Aſclipiadoto Primatibus Hilarium quemdam ſibi metuentem ab inimicis commendauit [b], ſed & Brunichildem laudauit à fortitudine & æquitate quâ turbas gentium laudabiliter gubernabat, ſic enim ſuas ad eam Reginam literas exorſus eſt. *Cùm in regni regimine virtus iuſtitiâ, & poteſtas egeat æquitate, nec ad hoc alterum ſine altero poſſit ſufficere; quanto in vobis amore horum cura præfulgeat, ex hoc vtique patenter oſtenditur, dum turbas gentium laudabiliter gubernatis.* Vnde colligas ficta eſſe & commentitia, quæ ſuperioribus annis de crudelitate Brunichildis à Fredegario & Aimoino produntur. Si fides eſt iiſdem Scriptoribus [c], *Brunichildis hoc anno ab Auſtraſiis eiecta eſt, & in Arciacenſi * Campania à quodam homine paupere ſingula reperitur. Secundùm eius petitionem ipſa ad Theudericum perducitur. Theudericus auiam ſuam Brunichildem libenter recipiens, glorioſè honorat. Huius viciſſitudine meriti Epiſcopatum Autiſſiodorenſem, faciente Brunichilde aſſumpſit.* Sed abſurda hæc omnino fabula, nam neque hoc anno vacauit Sedes Autiſſiodorenſis, neque Deſiderius, qui poſt aliquot annos Aunario in Epiſcopatum Autiſſiodorenſem ſucceſſit, ex paupere familia natus eſt, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum quintum pluribus oſtendemus.

[a] Lib. 7. epiſt. 117. Indict. 2. nouæ edit.

CONFIRMAT PRIVILEGIA MONAST. ARELAT.

[b] Lib. 7. epp. 123. 124. 125. Indict. 2. nouæ edit. epp. 121. 122. 123. antiq. edit.

LAVDAT BRVNICHILDEM.

[c] Fred. cap. 19. Aimoin. l. 3. cap. 87.

* *Arcis.*

FABVLA DE BRVNICHILDE.

XXVIII. Plato Pictauienſis Epiſcopus obiit circa hæc tempora ſub Theodoberto Rege, habemus enim vitam ſancti Medardi regnante Theodoberto conſcriptam à Fortunato Presbytero, qui ſenior iam factus in Epiſcopatum eidem Platoni ſucceſſit. Fortunatum ex albo Pictauienſium Antiſtitum expungunt multi, quia in eius operibus quæ ſatis multa extant, titulus Epiſcopi deſideratur, & Gregorius Turonenſis eum Presbyterum vocat, nunquam Epiſcopum, nunquam Sacerdotem quo nomine plerumque Epiſcopum intelligit. At Fortunatus à Gregorio dici non potuit Epiſcopus, quia Gregorius viuere priùs deſiit quàm Fortunatus ad Epiſcopatum promoueretur; nec Gregorium ſatis attentè legerunt qui Fortunatum & Platoni ſufficiunt & mortuum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo tradunt, anno enim Chriſti quingenteſimo nonageſimo in viuis erat Maroueus Epiſcopus, & anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſecundo Pontificiam Sedem adeptus eſt Plato, vt ſuis locis ex Gregorio probauimus. Cur opera Fortunati non Epiſcopi ſed Presbyteri titulum ferant ratio patet ex eadem Chronologia, ſcripta ſunt enim priuſquàm Epiſcopus fieret. Fortunati Pontificatus à Paulo Diacono [d] ſic aſſeritur. *Poſtquàm Turonos iuxta votum proprium peruenit, Pictauos tranſiens, illic habitauit, & multorum ibidem Sanctorum geſta partim proſâ partim metricâ oratione conſcripſit, nouiſſiméque in eadem ciuitate primùm Presbyter, deinde Epiſcopus ordinatus eſt, atque in eodem loco digno tumulatus honore quieſcit.* Fortunatus, quia prouectâ iam erat ætate cùm Præſulatum ſuſcepit, in Pictauenſi Cathedra diu non ſedit. Vt eruditione ita pietate emicuit, inuocatúrque in Litaniis Monaſterii ſancti Cypriani extra muros Pictauienſes, vt ex ſacris Eccleſiæ Pictauienſis monimentis refert Andreas Sauſſaius ad calcem Martyrologij Gallicani. Fortunato quidam ſubrogant Placidum, ſed hic à Platone ſeu Platono Fortunati deceſſore diſtingui non debet. Succeſſit Fortunato Caregiſilus, tum Ennoaldus de quo ſermonem facturi ſumus ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-quintum.

MORTVO PLATONE FORTVNATVS FIT EP. PICTAV.

[d] Lib. 2. cap. 9.

XXIX. Arnoaldus hoc anno Metenſem Epiſcopatum obtinuit menſe Martio. Hunc Paulus Diaconus nepotem præceſſoris Agiulfi vocat; omnes Arnoaldum, qui pater fuit ſancti Arnulphi, nepotem agnoſcunt Agiulfi ex Anſberto fratre, inde factum eſt vt multi crederent Arnoaldum patrem ſancti Arnulphi, poſtquàm ab Oda vxore receſſiſſet, è Glanderienſi * Monaſterio euocatum fuiſſe,

ARNOALDVS EPISC. METENSIS.

* *le Monaſtere de ſaint Martin aux Cheſnes.*

AN. CH. 599. CLOTAR. II. R. 16. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 4.

qui Agiulfo patruo in Epiſcopatu Metenſi ſubrogaretut, ſed Arnoaldum Metenſem Epiſcopum ab Arnoaldo ſancti Arnulphi patre alium fuiſſe multa perſuadent. Nullus ex antiquis Auctoribus, qui beati Arnulphi ſtemma pertexuere, patrem eius Epiſcopum Metenſem aſſeruit, alij *Ducem*, alij *virum illuſtrem* appellarunt. Arnoaldus Metenſis Epiſcopus in æde ſui nominis prope Saripontem requieſcit, Arnoaldus Dux ſancti Arnulphi pater in Monaſterio Glandetienſi ſepultus fuit. Vterque habetur in numero Sanctorum. Epiſcopus Metenſis colitur die decimo-ſeptimo Aprilis, Dux die decimo-octauo Decembris. In Martytologio ſancti Naboris decimo-quinto Kalendas Ianuarias hæc leguntur. *In Glanderienſi Monaſterio, Natale ſanctorum Confeſſorum, Digni., Bodagiſli & Vndonis, qui ſub mundano dignitatis habitu conſpicui Chriſti milites, in eius ſeruitute deuoti, & magnis vitæ virtutibus clari, omnique ſanctitate pollentes, in pace quieuerunt.* Ibi Bodagiſlo ſiue Arnoaldo ſancti Arnulphi patri nullæ tribuuntur infulæ. Anno Chriſti milleſimo ducenteſimo quarto, cùm Bertrannus Epiſcopus Metenſis Eccleſiam Glanderienſem dedicauit, eidem Bodagiſlo Confeſſoris tantùm non autem Pontificis titulus aſſignabatur, vt conſtat ex actis publicis, quæ citantur ab Epiſcopo Madaurenſi [a]. *Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo-quarto, epactâ decimâ-ſeptimâ, concurrente quartâ, Indictione ſeptimâ, ſecundâ May, conſecrata eſt hæc Eccleſia à Domino & venerabili Bertranno Metenſi Epiſcopo in honore ſanctorum Confeſſorum, Digni, Bodagiſli atque Vndonis.* Aigulfo ſiue Agiulfo Epiſcopo Metenſi præter Anſbertum alij fratres fuerunt vxorati, & Arnoaldus Aigulfi ſucceſſor ab alio quàm ab Anſberto naſci potuit, idque non obſcurè colligi poteſt ex ipſomet Paulo Diacono, qui Arnulfum Arnoaldi Epiſcopi filium nullibi vocat, nam ſi Arnoaldum Aigulfi nepotem dixit, vt ſucceſſionem velut hæreditariam in Epiſcopatu Metenſi demonſtraret, cur Arnulfum eiuſdem Arnoaldi filium non appellauit? Præterea cùm *nepos* apud illius ſeculi Scriptores vox ſit ambigua, quæ non fratris tantùm aut ſororis, ſed etiam filij ac filiæ filium notet, ex Pauli Diaconi textu Aigulfus auus Arnoaldi ſucceſſoris æquè dici poteſt ac patruus, neque Chronologiæ repugnat Aigulfum, priuſquàm Metenſis Epiſcopus fieret, ex vxore filium vel filiam ſuſcepiſſe, ex quo vel ex qua natus fuerit Arnoaldus Epiſcopus.

[a] Lib. 2. in Arnoald. Ep. 27.

---

600. CLOTAR. II. R. 17. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 5.

ANNVS

CHRISTI 600.

CLOTARII II. R. 17.

THEODOBERTI II. R. 5.

THEODORICI II. R. 5.

I. ANNO Chriſti ſexcenteſimo, ſiue, vt Fredegarius [b] loquitur, *anno v. regni Theuderici iterum ſigna, quæ anno ſuperiore viſa fuerant, globi ignei per cælum currentes, & ad inſtar multitudinis haſtarum ignearum ad Occidentem apparuerunt. Ipſóque anno Theudericus & Theudebertus Reges contra Chlotharium Regem mouent exercitum, & ſuper fluuium Aroannam, nec procul à Doromello vico prælio confligentes iunxerunt. Ibique exercitus Chlothary grauiſſimè trucidatus eſt. Ipſóque cum his, qui remanſerunt, in fugam verſo, pagos & ciuitates ripæ Sigonæ*, quæ ſe ad Chlotharium tradiderant, depopulantur & vaſtantur. Ciuitates ruptæ nimis, pluritas captiuorum ab exercitu Theuderici & Theudeberti exinde deducitur.*

CLOTARIVS VINCITVR A THEODOB. ET THEODOR.

[b] Capp. 19. 20.

* la Seyne.

600.

CLOTAR. II. R. 17.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 5.

Chlotharius obpreſſus, vellet nollet, per pactionis vinculum firmauit, vt inter Sigonam & Ligerem *, *vſque mare Oceanum & Brittannorum limitem pars Theuderici haberet, & per Sigonam & Iſaram* * *Ducatum integrum Dentelini vſque Oceanum mare Theudebertus reciperet. Duodecim tantùm pagi inter Iſeram & Sigonam & mare littoris Oceani Chlothario remanſerunt.* Claudius *Fauchet* ait [a] Aroannam oriri prope Trecas, & in dexteram Icaunæ * ripam egeri non procul à ciuitate Senonum.

Inter vrbes hoc bello deformatas numeratur Carnotum, cuius direptio hoc anno, Betharij Pontificis ſexto, conſignatur ab Anonymo in ipſius Betharij vita. Hic Author ſtat à partibus Clotarianis, & acriori ſtylo Theodoricum carpit. Illius Principatum *tyrannicam poteſtatem* malè vocat. Deinde licèt exercitum, à quo copiæ Clotarij profligatæ ſunt, non tantùm ex Burgundia quæ Theodorico parebat, ſed etiam ex Alemannia cui præerat Theodobertus, & ex Gothia cui Rex Wiſigothorum dominabatur, aſſerat collectum fuiſſe, ſolius tamen Theodorici meminit, vt totum odium in eum reiiciat. Aduersùs Clotarium Francorum ſeu Neuſtraſiorum Regem dimicuerunt Theodobertus ac Theodoricus Auſtraſiæ Burgundiæque Reges, quibus etiam Reccaredus Wiſigothorum Rex auxilio fuit rogatu Brunichildis genere Hiſpanæ ac Gothæ. Textus autem Anonymi talis eſt [b]. *Clotharius Monarchiam regni Francorum*, id eſt, Neuſtraſiorum, *regebat. Theodericus verò in Burgundia tyrannicam exercebat poteſtatem, qui conſilio auiæ ſuæ Brunichildæ impulſus, cùm eſſet acerrimus, ingenióque facilis, hoſtilem exercitum quaſi arenam maris innumerabilem ex Burgundia & Alemannia atque Gothia ceteríſque gentibus contraxit, & contra Clotharium patruelem ſuum perrexit. Clotharius econtrà commouens exercitum, conuenerunt in vnum. Sed Clotharius fugâ lapſus vſque Perticam* * *ſiluam peruenit. Audiens autem Theodericus, quòd Carnotenſis Eccleſia ciuitas valdè munitiſſima eſſet, theſaurique innumerabiles illic repoſiti eſſent, atque viro Domini commendati, direxit contra illum maximam exercitûs ſui partem. Veniénſque innumerabilis exercitus ac barbara multitudo, Carnotis, cupientes comprehendere beatiſſimum Betharium anno ordinationis ſuæ* VI. *Tunc prædictus Sacerdos vnà cum Clero & populo infra muros ciuitatis concluſus, fortiter ſe defendere eſt conatus. Sed beatiſſimus vir accepto ab iis ſacramento, vt nec ipſe, nec ſui aliquid mali paterentur, credens fidei illorum aperuit portas ciuitatis. Illico autem vt patefecit aditum, inuaſerunt more barbarico totam ciuitatem, deuaſtantes omnia. De populo verò maxima multitudo corruit gladio. Cernens autem ſanctus Betharius interitum ſuæ ciuitatis, dedit ſe periculo, mediis ſcilicet hoſtibus ſe inferens, vt ſe ſolum perimerent poſtulans, & populum innocentem ab incurſionis nece dimitterent. Hoſtes autem irâ commoti, fundâ manus eius auſi ſunt alligare, ſecúmque perduxerunt vſque ad portum qui vocatur Vilemeldis cum omni iniuria ſuper fluuium Andura* *. *Cùm eſſet vir Domini plenus caritate, firmiſſimus fide, & nullatenus valeret mitigare furores crudeliſſimæ gentis, elegit conſilium vt precium daret pro redemptione captiuorum. Sed vnde daret omnimodis non habebat, maximè cùm ligatis loris fortiſſimè teneretur à perfidis, nullâque ſui corporis parte in terra cerneretur habere poteſtatem, mirâ diſpoſitione omnipotentis Dei affuerunt ſibi impræſentiarum ſolidi quingenti. Quos videntes canini hoſtes abſtulerunt, & aliquantulam partem captiuis reddiderunt. Ipſum verò ſanctum virum vſque ad præſentiam Theoderici Regis perduxerunt. Intereà vnus è barbaris gentis ipſius niſus eſt abſtrahere à ſanctis manibus eius chyrotecas, quod vulgò Wantos vocant, & ſuas tegere indignas. Sed ſubitò diuina affuit vltio. Nam arreptus à dæmonio propriis dentibus ſemetipſum cœpit lacerare, manúſque ſuas rodendo truncare, & qui quondam homicida alterius extitit, crudeli nece ſeipſum interfecit. Videntes talia inimici cœperunt lapidea corda emollire ſua, & famulo Domini omni deuotione ſeruire. Intereà beatus Betharius pro plebe captus atque ligatus vſque ad Regem Theodericum & Brunichildem eſt deductus, à quibus tam crudelis exercitus fuerat deſtinatus. Videns autem Rex & Optimates illius humilitatem ſeu ſanctitatem, comperto quòd eſſet Dei electus, cœperunt eum venerari cum tremore diuino. Inſuper etiam prouoluti eius ge-*

THEODOR. DIRIPIT CARNOTVM.

* *la Loyre.*
* *Oyſe.*
[a] Lib. 5. c. 2.
* *Yonne.* II.
[b] Ap. Ducheſn. tom. 1. collect. Franc.
* *la foreſt du Perche.*
* *l'Eure.*

AN. CH. 600. CLOTAR. II. R. 17. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 5.

nibus, rogabant vt dignaretur eos recipere ſuis in orationibus. Qui etiam conſenſit, & mox quod petebant expleuit. Credimus etiam quòd ideo Dominum ſeruum ſuum cum tanta contumelia ante Regem ire permiſit, vt perfidi videntes humilitatem ipſius, & cognoſcentes ſanctitatem eius, à ferocitate ſe nimia mitigarent, & captam prædam, quam iniuſtè tulerant, redderent, quod ita factum fuit. Imperante namque Theoderico, redditur omnis captiuitas, prædáque magna, theſaurique Eccleſiæ. Inſuper etiam aliis multis muneribus à Rege cunctíſque Optimatibus honoratus, reuertitur ad propriam, Chriſto propitiante, ciuitatem. Hic Auctor, cùm Clotarium, quo regnante Berharius Epiſcopatum adeptus eſt, Clotarium Secundum, necnon Chilperici Regis ac Fredegundis filium vocat, meminítque Brunichildis, & Theodoricum, qui Carnotum victo Clotario diripuit, Regem Burgundiæ ſtatuit ac patruelem ipſius Clotarij, quamuis rectiùs filium patruelis appellaret, erroris arguit eos, qui cladem Carnotinam in tempora Clotarij Tertij Regis, & mortem Berharij Epiſcopi in annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum-nonum reiiciunt. Addequòd Clotarius Tertius eiúſque frater Theodoricus bello inter ſe nuſquam decertarunt, & Betharius Carnotenſis Antiſtes vitam clauſit longè antequàm Clotarius Tertius in regnum ſuccederet, ſiquidem Berthegiſilus Berharij ſucceſſor Concilio Remenſi ſubſcripſit Clotario Secundo Rege adhuc ſuperſtite, & Malardus, qui poſt Bertegiſelum ſedit, Synodo Cabilonenſi ſub Clodoueo Rege, Clotarij Tertij patre, interfuit. Ceterùm vaſtato Carnoto impleta ſunt ea quæ ventura prædixerat beatus Launomarus Abbas Curbionenſis, cùm ipſe morti proximus non Malardum, vt vulgata exemplaria ferunt, ſed Pappolum Epiſcopum ideo triſtem ſolaretur. *Secundùm ſermonem viri Dei*, inquit Auctor [a] vitæ, *prædicta regionis deſolatio aduenit, & cùm obſideret vrbem eandem barbarica manus, aquam, quâ per abſconditos cunniculos ciues ſuſtentabantur, à ſuo ductu traduxit. Sicque factum eſt, vt caſtrenſes ſitis penuriâ victi, vltro portas hoſtibus aperirent, & prædam ſeipſos hoſtili gladio traderent.*

IVXTA PRÆDICTIONEM S. LAVNOMARI.

[a] Ap. Bolland. d. 19. Ian.

III. BERTCHRAMNVS EP. CENOMANENSIS ADHÆRET CLOTARIO.

Bertchramnus Epiſcopus Cenomanenſis in ſuo teſtamento dolet Bertulphum fratrem ſuum, cùm à Clotario ſtaret, in prælio, cuius ſuprà meminimus, interemptum fuiſſe. Acceptis autem vtrinque pacis legibus Cenomanum in ditiones Theodorici tranſiit. Bertchramnus Epiſcopus, qui Clotario Regi ſacramentum indiſſolubile dederat, ne periurus videretur, Cenomano diſceſſit, & ab amico Principe, cuius partes ſequebatur, pecunias accepit, vnde ſe ac pauperes Eccleſiæ ſuæ ſuſtentaret. Id diſertis verbis teſtatur in eodem teſtamento. *Faciente*, inquit, *cupiditate & ciuitas ipſa ei* (nempe Clotario) *fuit ablata, & de reliquo regno ſuo multum paſſus eſt diſpendium. Sed dum me ſacramentum meum in integrum conſtrinxit, vt eum nullatenus dimittere deberem, faciendum mihi fuit, vt tam ſedem quàm facultatem, tam ſanctam Eccleſiam quàm & proprietatem relinquerem, niſi periurus, quod abſit, inuenirer. Sed dum pro amore ipſius Principis vnanimiter cum ipſo conſiſterem, dum anteriorem expoliationem ſuam vel poſteriorem quàm iniuſtè pertulit, neceſſe ipſi Principi fuit vt nobis aliquid adderet, vnde auctâ ſubſtantiâ & nos & pauperes noſtros ſuſtentare deberemus.* Berthegiſilus per abſentiam Bertchramni, loca quæ priùs ei vendiderat, iterum occupauit, ipsámque venditionis chartam in ignem coniecit. *Poſteà*, inquit Bertchramnus loco iam citato, *cùm aliâ vice glorioſus Dominus Clotarius de regno ſuo multum diſpendium ex inſidiis pertulit, & ego propter ipſum valdè in captiuitate fui. Tempore ipſo nec nominandus Berthegiſilus iterum vaſtator Eccleſiæ acceſſit, & chartam ipſam, quam priùs fecerat, in archiuo Eccleſiæ inuenit, & eam igni comburi præcepit.* Maximum ſanè diſpendium pertulit Clotarius, cum in eius poteſtate duodecim tantùm pagi remanſerint inter Iſaram & Oceanum, nihil penitus inter Sequanam & Ligerim.

IV. Aimoinus [b] ait ſuper vtramque aciem, cùm Theodobertus & Theodoricus aduersùs Clotarium dimicarunt, Angelum conſtitiſſe minaci vultu, ſtrictóque ac cruento gladio, quod etiam legitur in Geſtis [c] Regum Francorum,

[b] Lib. 3. c. 18.

[c] Cap. 17.

nec niſi maximis in cladibus credi vel fingi ſolet. Hoc prodigio, ſi monumentis Virodunenſibus apud Waſburgium [a] fides eſt, adeò territus fuit Hermenfredus, qui Theodorici Regis lateri proximus adhærebat, vt relictâ ſtatim ſeculari militiâ Luxouium ad Columbanum Abbatem perrexerit, vbi cùm per aliquot annos manſiſſet, à Virodunenſibus in Epiſcopum eligi meruit.

Circa idem tempus Magnoaldus, qui & Magnus vocatur, Luxouienſium Monachorum cœtui ſe quoque adiunxit, annos enim tunc natus erat duodeuiginti, ſiquidem vixit annos ſeptuaginta-tres obiitque octauo Idus Septembres die Dominico, anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto. Lege illius vitam à Theodoro conſcriptam, cuius duplex editio circumfertur, altera reperitur apud Henricum Caniſium Tomo quinto antiquarum lectionum & apud Surium die ſextâ Septembris, altera Tomo ſecundo rerum Alamannicarum & apud Gononum in appendice ad vitas Patrum Occidentis. Prior Gallum Columbani nepotem conſtituit, quod à vero videtur alienum, Gallo enim ætate longè minor fuit Columbanus. Vtraque ſub initium in eo eſt corrigenda quòd Magnoaldum vult Columbano Abbati oblatum à Gallo non in Burgundia ſed in Hibernia, cùm per hanc Prouinciam Columbanus & Gallus verbum Dei prædicando diſſeminarent. Magnoaldum vt in Hibernia natum non diffitemur, ſic quoque Columbani famâ permotum in Galliam relictâ patriâ tranſiiſſe contendimus. Sententiam noſtram tuemur his argumentis. Columbanus ex quo primùm in Franciam venit, quod anno Guntchramni Regis ſeptimo contigit, in Hiberniam non legitur reuerſus, priùs autem quàm ad Guntchramnum Regem accederet, Magnoaldum in cœtum Monachorum admittere non potuit, quia Magnoaldus obiit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto, cùm annos ætatis ſeptuaginta-tres duntaxat exegiſſet. Deinde Columbanus Magnoaldum ſibi à Gallo præſentatum vt probaret, in eremum duxit haud procul ab amne Lignona *, quem paulò Auſtraliorem eſſe Luxouio & in ſiniſtram Ataris ripam egeri ſciunt omnes. *Beatus Gallus*, inquit Theodorus apud Gononum in vita ſancti Magnoaldi, *cernens vnius Cœnobij ſepta, vbicumque Dominus iuberet, per Magnoaldi orationem concupiſci, beato Columbano hoc indicans, obtulit eum illius obtutibus, ſciſcitans ab eo conſilium & voluntatem. Cui beatus Columbanus reſpondit. Pergentes, fili, in eremum, voluntatem probemus, vtrùm deſideratum arripias iter an non. Pergentes ergo ſimul tertium adoleſcentem nomine Soniarium in comitatu ſumunt, & ad deſtinatum locum peruenerunt, vnius tantùm panis cibo contenti. Cúmque iam tertius tranſiſſet dies, nec quicquam panis fragmentum remanſiſſet, horáque refectionis appropinquaret, imperantur à patre, vt per prærupta rupis eant, atque ad ima vallis perueniant, & quicquid ad cibum opportunè reperiant, deferant. Ouantes illi per concaua vallis tranſeuntes inuenerunt capturam piſcium olim à paſtoribus conſertam in amne, qui vocatur Lignona, vndíſque oppoſitam. Quod inſpicientes & Deo gratias agentes, ſumentéſque tres, quos repererant piſces, venerabili patri præſentauerunt. At ille Spiritu Sancto plenus nouerat ſibi à Domino dapes paratas, & cum gratiarum actionibus ſumpſerunt cibum, & poſt cibum iterum gratias conditori egerunt. Quod inſpiciens Magnoaldus, ſequens beatum Gallum læto animo promittit ſe eorum imperiis pariturum, & Chriſto Domino iugiter ſeruiturum. Quem vir ſanctus Columbanus ſuis beatis manibus receptum in obedientia poſuit.* Id Columbanus in more poſitum habuit, vt relicto Monaſterio in ſecretiorem eremum ſecederet, ſic enim Ionas in illius vita ſcribit. *Morabatur aliâ vice in ſupradicto ſcopuli ſinu, à quo vrſum expulerat, diúque ibi oratione & ieiunio corpus afflixerat. Cognouit ergo per reuelationem fratres, qui penes Luxouium erant, diuerſis morborum generibus vexari, nec ampliùs remanſiſſe, quàm qui ægrotis adminiſtrabant. Egreſſus itaque de ſpecu ad Luxouium venit. Cúmque omnes afflictos cerneret, imperat vt omnes ſurgant, atque ad meſſem in area virgas cadant. Surrexerunt ergo, quorum conſcientiam obedientia ignis vrebat, ad areámque venientes, virgâ meſſem cadere cum fidei gratia aggreſſi ſunt. Videns ergo pater fidem*

600. CLOTAR. II. R. 17. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 5.

[a] Lib. 2.

HERMENFRID.

V. ET MAGNOALDVS FIVNT MONACHI LVXOVIENS.

* l'Ognon.

AN. CH. 600. CLOTAR. II. R. 17. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 5.

in filiis & obedientiæ gratiam abundare, ait. Sinite, inquit, feſſa ægritudine membra à labore reficere. Mirantur de ſoſpitate obedientes, nullo doloris veſtigio remanente, menſáſque parare iubet, vt vberi gaudio omnes reficerentur. Increpantur deinde inobedientes, ignauia fidei arguitur, longitudo ægritudinis eis denunciatur. Mira vltio, nam ſupra metam anni inobedientes ægritudinis pœna ita vehementer exuſſit, vt vix mortem euaderent, impleneruntque menſuram pœnitentiæ de ſuſcepto inobedientiæ tempore.

VI. SIAGRIVS EP. AVG. OBIT.

Siagrius Epiſcopus Auguſtodunenſis obiit hoc anno, ſexto Kalendas Septembres, dies notatur in Tabulis Eccleſiaſticis, annus ex eo colligitur, quòd inter epiſtolas quas anno ſequenti Gregorius Papa diuerſis Galliarum Epiſcopis ad extirpandam hæreſim Simoniacam direxit, nulla Siagrio reperitur inſcripta, & idem Gregorius in aliis epiſtolis quas anno Chriſti ſexcenteſimoſecundo, menſe Nouembri, Indictione ſextâ, Senarori & Luppino Abbatibus ac Theſſaliæ Abbariſſæ ſcripſir, Siagrium ex hac luce iam ſubſtractum docer, dum eum *venerenda memoriæ Epiſcopum* vocat. Prætereà ex poſterioribus hiſce Gregorianis epiſtolis, quæ numero ſunr decima, vndecima & duodecima libri vndecimi, obſerua condita fuiſſe à Siagrio Epiſcopo & à Brunichilde Regina magnificè dotata, Xenodochium cui Senator Preſbyrer & Abbas præfuit in ciuitate Auguſtodunenſi, Monaſterium ſanctæ Mariæ vbi ancillatum Dei congregatio eſt conſtiruta, cui Theſſalia Abbariſſa præfuit in eadem ciuitate, & Monaſterium ſancti Martini, cui Luppo Preſbyter & Abbas præfuit in ſuburbio eiuſdem vrbis Auguſtodunenſis. Florent adhuc hæc duo Monaſteria, primum puellarum eſt, alrerum virorum, vtrumqne ordinis Benedictini, ſed puellare, quod olim ſanctæ Mariæ aut promiſcuè ſanctæ Mariæ & ſancti Andochij Cœnobium appellabatur, hodie ſolum beati Andochij nomen retiner ob cultum qui ſacris illius Martyris reliquiis illic impenditur, nam teſte Authore [a] Martyrologij Gallicani *cùm toto orbe Chriſtiana pietas iam procellis exempta floreret, Brunechildis Regina, ædificato à ſe mauſoleo inſigni in vrbe Æduenſi, ſancti Andochy & ſociorum ſacra oſſa innexit, dignóque cultu conſeruanda commiſit Virginibus ſacris, quas ſub ſancta Dei genitricis & beati ipſius Andochy glorioſi Chriſti myſtæ & Martyris patrocinio illic, de licentia ſancti Gregorÿ Papæ, ad perennem Chriſti famulatum conſtitnit.*

XENODOCHIVM ET MONASTERIA AB EO CONDITA.

[a] d. 24. Sept.

VII. EPISCOPI AVGVSTOD.

In Auguſtodunenſium Epiſcoporum catalogis multa inuertuntur. Poſt ſanctum Siagrium recenſendos hoc ordine putamus Lefaſtum, Flauianum, Rachnacarium, Auſpicium. De Lefaſto Siagrij ſucceſſore nihil accepimus prærer nomen. Flauianus, aliis Flauinianus & Flauignianus, Tabulis Eccleſiaſticis inſcribitur x. Kal. Septembris. Rachnacarius ſeu Racho nominatur [b] inrer Euſtaſij Abbaris diſcipulos, qui promoti fuerunt ad Epiſcopatus. Auſpicij mentio fit apud Flodoardum [c] in Concilio Remenſi ſub Sonnario.

[b] Ion. in vit. S. Euſtaſ.
[c] Lib. 2. c. 5.

VIII. MAXIMVS DOCET GRAMMATIC.

Hoc anno ſanctus Maximus, cùm Grammaricæ per decennium in vrbe Caturcenſi ſtuduiſſet, eſſétque annorum iam ſeptemdecim, honore magiſtrali ſublimarus fuit in eadem ciuitate, cœpírque diſcipulos erudire. Quæ proximè ſequuntur in eius vita [d], licèt ex verborum contextu dici poſſint eodem anno geſta vel inchoata, non perrinenr ad illa tempora ſed ad longè poſteriora cùm Clotarius vniuerſæ Franciæ dominabatur, ideóque à nobis in annum Chriſti decimum-quartum ſupra ſexcenteſimum reiicientur.

[d] Ap. Bolland. d. 2. Ian.

IX. CONO ABB. LIRIN.

Gregorius Romanus Ponrifex hoc anno, Indictione quartâ iam inchoatâ ſcripſit [e] Cononi Abbari Lirinenſi, cuius ſollicitudine ſe non minùs recreatum teſtatus eſt, quàm Srephani deceſſoris incaurâ remiſſione priùs fuerat contriſtarus.

[e] Lib. 9. ep. 8.

X. GREGOR. PP. SCRIBIT EPISC. MASSIL.

Scripſit [f] & Sereno Maſſilienſium Epiſcopo, quem hortatus eſt, vt & ſtuderet demulcere populum quem ſacras imagines in Eccleſia confringendo alienarat, & malos homines à contubernio ac ſocietate ſua repelleret.

[f] Lib. 9. ep. 9.

XI.

Quod ad primum attinet. *Ex illo*, inquit, *quòd de ſcriptis noſtris, quæ ad te miſimus, dubitaſti, quàm ſis incautus, apparuit. Nam ſi diligenter ea quæ fra-*

AN. CH. 600. CLOTAR. II. R. 17. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 5.

terno amore monuimus attendiſſes, non ſolùm minimè dubitaſſes, quin imò quid te Sacerdotali grauitate oporteret agere, cognouiſſes. Neque enim Cyriacus quondam Abbas, qui ſcriptorum noſtrorum portitor extitit, iſtius diſciplina vel eruditionis fuit, vt vel ipſe aliud facere, ſicut putas, auderet, vel iſtam de eius tibi perſona ſuſpicionem falſitatis aſſumeres. Sed dum monita ſalubria penſare poſtponis, contigit vt iam non ſolùm actu, verùm etiam eſſes interrogatione culpabilis. Perlatum ſiquidem ad nos fuerat, quòd inconſiderato zelo ſuccenſus, Sanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent, confregeris. Et quidem quia eas adorari vetuiſſes, omnino laudauimus, fregiſſe verò reprehendimus. Dic, frater, à qua factum Sacerdote aliquando auditum eſt quod feciſti? Si non aliud, vel illud te non debuit reuocare, ne deſpectis aliis fratribus ſolum te Sanctum crederes & ſapientem? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus; quia in ipſa etiam ignorantes vident quod ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt. Vnde & præcipuè gentibus pro lectione pictura eſt. Quod magnopere à te, qui inter gentes habitas, attendi debuerat, ne dum recto zelo incautè ſuccenderis, ferocibus animis ſcandalum generares. Frangi verò non debuit, quod non ad adorandum in Eccleſiis, ſed ad inſtruendas ſolummodò mentes fuit neſcientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus Sanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admiſit, ſi zelum diſcretione condiiſſes, ſine dubio & ea quæ intendebas ſalubriter obtinere, & collectum gregem non diſpergere, ſed potiùs diſperſum poteras congregare, vt Paſtoris in te meritum nomen excelleret, non culpa diſperſoris incumberet. Hinc autem dum in hoc animi tui incautè nimis motus exequeris, ita tuos ſcandalizaſſe filios perhiberis, vt maxima eorum pars à tua ſe communione ſuſpenderet. Quando ergo ad ouile Dominicum errantes oues adduces, qui quas habes retinere non præuales? Proinde hortamur, vt vel nunc ſtudeas eſſe ſollicitus, atque ab hac te præſumptione compeſcas, vt eorum animos, quos à tua disiunctos vnitate cognoſcis, paternâ ad te dulcedine, omni adniſu, omníque ſtudio reuocare feſtines. Conuocandi enim ſunt diſperſi Eccleſiæ filij, eíſque Scripturæ Sacræ eſt teſtimoniis oſtendendum, quia omne manufactum adorare non liceat, quoniam ſcriptum eſt, [Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies.] Ac deinde ſubiungendum eſt, quia picturas imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fuerant factæ, vt neſcientes literas ipſam hiſtoriam intendentes, quid actum ſit diſcerent, quia tranſiſſe in adorationem videras, idcirco commotus es vt eas imagines frangi præciperes. Atque eis dicendum. Si hanc inſtructionem, ad quam imagines antiquitus factæ ſunt, habere vultis in Eccleſia, eas modis omnibus & fieri & haberi permitto. Atque indica, quòd non tibi ipſa viſio hiſtoriæ, quæ picturâ teſte pandebatur, diſplicuerit, ſed illa adoratio, quæ picturis fuerat incompetenter exhibita. Atque in his verbis eorum mentes demulcens, eos ad concordiam tuam reuoca. Et ſi quis imagines facere voluerit, minimè prohibe, adorare verò imagines modis omnibus deuita. Sed hoc ſollicitè fraternitas veſtra admoneat, vt ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant, & in adoratione ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur. Cuncta verò hæc ex amore ſanctæ Eccleſiæ tuæ fraternitati loquimur. Non ergo ex mea correptione frangatur à zelo rectitudinis, ſed magis adiuuetur in ſtudio piæ diſpenſationis.

DE IMAGINIB. NON CONFRINGENDIS.

Quod ad ſocietatem malorum hominum ſpectat, fama erat Preſbyterum quemdam, qui poſt lapſum in ſuis adhuc dicebatur iniquitatibus volutari, Sereno Epiſcopo familiarem haberi. *Peruenit ad nos*, inquit Gregorius, *quòd dilectio tua libenter malos homines in ſocietate ſua recipiat, adeò vt Preſbyterum quemdam, qui poſtquàm lapſus eſt, & in ſua adhuc dicitur iniquitatis pollutione verſari, familiarem habeat. Quod quidem nos ex toto non credimus, quia qui talem recipit, ſcelera non corrigit, ſed magis aliis talia perpetrandi videtur dare licentiam. Sed ne fortè aliquis tibi ſurreptione vel diſſimulatione, vt a te reciperetur, atque adhuc haberetur gratus, ſuaſerit, non ſolùm hunc longiùs à te expellere, verùm etiam exceſſus ipſius Sacerdotali te zelo modis omnibus conuenit reſecare. Alios verò qui præ-*

XII. ET DE FAMILIARITATE NON INEVNDA CVM MALIS HOMINIBVS.

AN. CH. 600. CLOTAR. II. R. 17. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 5.

ui eſſe memorantur, paternâ adhortatione à ſua prauitate compeſce, & ad viam ſtudiæ rectitudinis reuocare. Quòd ſi, quod abſit, ſalubri monitione eos videris in nullo proficere, & hos quoque curabis à te procul abiicere, ne prauitates eorum ex eo quòd recipiuntur diſplicere minimè videantur, & non ſolùm ipſi inemendati remaneant, ſed etiam eorum receptione alij corrumpantur. Et conſidera quàm & hominibus execrabile, & periculoſum ante Dei ſit oculos, ſi per eum, à quo plectenda ſunt crimina, nutriri vitia videantur.

XIII. EPISCOPI EBREDVN.

Apud Sammarthanos in catalogo Archiepiſcoporum Ebredunenſium, ponitur hoc anno ſanctus Alfonſus, & anno pòſt triceſimo ſanctus Albinus, tum duo ſequuntur Ætherij, quos interpontificium centum & ampliùs annorum excipit. Iiſdem teſtibus extat in Tabulis Ebredunenſibus memoria ſancti Alfonſi; Albinus in Faſtis Ebredunenſis Eccleſiæ decoratur titulo Sanctitatis; prior Ætherius à poſteriore laudatur in Actis ſanctorum Vincentij, Orontij & Victoris Martyrum; poſterior Ætherius, cognomento peccator, priorem Ætherium in Sanctorum numero habendum docet, annóque Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo Synodum Cabilonenſem ſuâ ſubſcriptione confirmat. Tabulis Faſtiſque Ebredunenſibus fidem detrahere temerarium eſſet, quid autem de Epiſcopo anonymo, qui ſanctorum Vincentij, Orontij & Victoris paſſionem conſcripſit; quidve de Ætherio illius deceſſore ſentiendum ſit, explicuimus [a] ſuprà, cùm ageremus de Pontificibus, qui ſanctum Marium in Auenticenſi Cathedra præceſſerunt, infráque diſputabimus [b] de anno quo Synodus eſt habita Cabilone, regnante Clodoueo Dagoberti Regis filio.

[a] Tomo 1. ad an. 548. n. 96.
[b] Ad an. 644.

601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOR. II. THEODOR. II. RR. 6.

ANNVS
CHRISTI. 601.
CLOTARII II. R. 18.
THEODOBERTI II. R. 6.
THEODORICI II. R. 6.

I. GREGORIVS PP. MELLITVM ET ALIOS EVNTES IN ANGLIAM COMMENDAT VARIIS EPISCOPIS GALLIARVM.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo-primo, Indictione quartâ, Gregorius Papa Laurentium Preſbyterum & Petrum Monachum, quos Auguſtinus Dorouernenſis Archiepiſcopus Romam poſt Anglorum conuerſionem direxerat, in Angliam remiſit cum Mellito Abbate & aliis diuini verbi miniſtris, ac tranſituros per Galliam commendauit Regibus Francorum, Reginæ Brunichildi variiſque Præſulibus. Extant in eius regiſtro ſuper ea re nouem epiſtolæ, libri videlicet noni duodequinquageſima & octo ſubſequentes. Illarum prima Deſiderio Epiſcopo Viennenſi, ſecunda Virgilio Epiſcopo Arelatenſi, tertia Ætherio Epiſcopo Lugdunenſi, quarta Aregio Epiſcopo Vapincenſi, quinta Mennæ Toloſano & aliis compluribus Epiſcopis per Galliam, ſexta Theodorico Regi, ſeptima Theodoberto Regi, octaua Regi Clotario, poſtrema Brunichildi Reginæ inſcribitur. Beda de itinere quod Laurentius Preſbyter & Petrus Monachus ex Anglia Romam & Româ in Angliam ſuſceperunt, ita diſſerit [c]. *Vir Domini Auguſtinus venit Arelas, & ab Archiepiſcopo eiuſdem ciuitatis Virgilio* (ita legendum ſuprà monuimus) *iuxta quòd iuſſa ſancti patris Gregorij acceperant, Archiepiſcopus genti Anglorum ordinatus eſt. Reuerſúſque in Britanniam miſit continuò Romam Laurentium Presbyterum & Petrum Monachum, qui beato Pontifici Gregorio gentem Anglorum fidem Chriſti accepiſſe, ac ſe Epiſcopum factum eſſe referrent.* Et inferiùs [d]. *Idem Papa Gregorius Auguſtino Epiſcopo (quia ſuggeſſerat ei multam quidem ſibi eſſe meſſem, ſed operarios paucos) miſit cum præfatis*

[c] Lib. 1. c. 27.
[d] Lib. 1. c. 29.

ſatis Legatariis ſuis plures cooperatores ac verbi miniſtros, in quibus primi & præcipui erant Mellitus, Iuſtus, Paulinus, Rufinianus, & per eos generaliter vniuerſa, quæ ad cultum erant ac miniſterium Eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra & veſtimenta altarium, ornamenta quoque Eccleſiarum, & Sacerdotalia vel Clericalia indumenta, ſanctorum etiam Apoſtolorum ac Martyrum reliquias, necnon & Codices plurimos. Gregorius in ſingulis epiſtolis, quas ſuprà citauimus, ſocios quos Laurentio Preſbytero & Petro Monacho in Angliam redeuntibus adiunxit, Monachos vocat, nec eorum quemquam ſuo appellat nomine ſi Mellitum Abbatem excipias cuius meminit in epiſtolis ad Mennam Epiſcopum Toloſanum, ad Clotarium Regem & ad Brunichildem Reginam, atque hunc honorem Mellito propter Abbatis dignitatem tribuere videtur. Theodoricum Regem in ſuis ad eum literis multùm laudat ob ſingulare ſtudium quo proſecutus eſt Auguſtinum proficiſcentem in Angliam, aitque ſe id accepiſſe à Monachis qui Romam ex Anglia redierant. *Quanta*, inquit, *bona reuerentiſſimo fratri & Coepiſcopo noſtro Auguſtino ad Anglorum gentem proficiſcenti Excellentia veſtra præbuerit, reuertentes ab eo quidam Monachi retulerunt.* Eandem quoque laudem impertitur Theodoberto ac Clotario Regibus, necnon Brunichildi Reginæ. Dubium non eſt quin plerique Epiſcoporum, ad quos ſcribit, ſimile promereantur elogium, ab eo tamen abſtinet, quia non exiſtimat eos egere tali ſtimulo, vt officio charitatis erga famulos Dei, quotieſcumque occurrerit occaſio, piè defungantur. Aregium Vapincenſem Epiſcopum, quem arctioris amicitiæ vinculo ſibi coniunctum nouit, non tantùm eo quo ceteros hortatur modo vt prædictis Monachis per ſe, ſed *vt tam per ſe quàm per alios quos potuerit ad proficiſcendum ſolatiari ſtudeat.* In literis ad Mennam Toloſanum Epiſcopum, & in aliis ad Brunichildem Reginam teſtatur à ſe cum Laurentio Preſbytero qui redibat in Angliam, Mellitum Abbatem compluréſque mitti Monachos, *quia tanta de Anglorum gente ad Chriſtianæ fidei gratiam multitudo conuertitur, vt Auguſtinus eos qui ſecum ſunt ad hoc opus exequendum per diuerſa loca aſſerat non poſſe ſufficere.* Quid in ſingulis epiſtolis in gratiam illorum Monachorum repetat, longum eſſet exſcribere. Epiſtolas tantùm ad Mennam & ad Brunichildem integras recitabimus, quia ſolæ reperiuntur, in quibus alia de re non agit quàm de conuerſione Anglorum & de charitate eis exhibenda qui proficiſcuntur in Angliam vt operi tam pio támque Chriſtiano diligenter incumbant. *Licèt fraternitatem veſtram ſuſcepti officij cura commoneat, vt religioſis viris & præcipuè in cauſa animarum laborantibus, omni debeat adniſu concurrere, non tamen abs re eſt ſi ſollicitudinem veſtram epiſtolarum noſtrarum ſermo pulſauerit, quia ſicut ignis aurâ flante fit grandior, ita bonæ mentis ſtudia commendatione proficiunt. Quia igitur Redemptoris noſtri gratiâ cooperante tanta de Anglorum gente ad Chriſtianæ fidei gratiam multitudo conuertitur, vt reuerentiſſimus communis frater & Coepiſcopus noſter Auguſtinus eos, qui ſecum ſunt, ad hoc opus exequendum per diuerſa loca aſſerat non poſſe ſufficere, aliquantos ad eos Monachos cum dilectiſſimis & communibus filiis Laurentio Preſbytero & Mellito Abbate prauidimus tranſmittendos. Et ideo fraternitas veſtra eis charitatem quam decet exhibeat, atque ita illis vbicumque neceſſe fuerit auxiliari feſtinet, quatenus dum vobis opitulantibus nullas illic remorandi cauſas habuerint, & ipſi veſtrâ ſe releuatos conſolatione congaudeant, & vos ſolatiorum exhibitione in cauſa pro qua directi ſunt, poſſitis participes inueniri.* Agunt hæ literæ de rebus tantùm Anglicis, quia ſunt inſtar encyclicarum ad plures Epiſcopos quibus Monachi Româ in Angliam directi commendantur. In vulgatis exemplaribus Gregorij inſcribuntur *Mennæ Toloſano, Sereno Maſſiliæ, Lupo Cabiloni, Agilo Meris, Simplicio Pariſiis, Melantio Rothomagenſi, & Licinio, Epiſcopis Francorum à paribus.* At depravatam fuiſſe hanc epigraphen, & præter Mennam Toloſanum aliorum Epiſcoporum nomina incautè adiecta iam demonſtrauimus ex antiquis Codicibus & variis editionibus, cùm de Aigulfi Metenſis Antiſtitis obitu ad annum Chriſti quingentesimum nonageſimum-octauum

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II.
RR. 6.

REGIBVS FRANCORVM.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6. ET BRVNICHILDI REGINÆ.

diſſeruimus, quibus addi poteſt & editio Pariſienſis anni milleſimi quingenteſimi quadrageſimi-ſecundi, ſic enim habet, *Gregorius Meunæ Toloſano, & aliis compluribus Epiſcopis per Galliam, de Auguſtino Epiſcopo Anglorum, & de conuerſione gentis ipſius.* Literæ ad Brunichildem Reginam tales ſunt. *Gratias omnipotenti Deo referimus, qui inter cætera pietatis ſuæ dona, quæ Excellentiæ veſtræ largitus eſt, ita vos amore Chriſtianæ religionis impleuit, vt quicquid ad animarum lucrum, quicquid ad propagationem fidei pertinere cognoſcitis, deuotâ mente, & pio operari ſtudio non ceſſetis. Quanto autem fauore, quantâque opitulatione Excellentia veſtra reuerentiſsimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum Auguſtinum proficiſcentem ad Anglorum gentem adiuuerit, nec antè ſilentio fama conticuit, & poſteà quidam ab eo ad nos Monachi redeuntes ſubtiliter retulerunt. Et quidem hæc de Chriſtianitate veſtra mirentur alij, quibus adhuc beneficia veſtra minùs ſunt cognita, nam nobis, quibus experimentis iam nota ſunt, non mirandum eſt ſed gaudendum, quia per hoc quod aliis impenditis, vos iuuatis. Quæ autem quantáque in conuerſione ſupraſcriptæ gentis Redemptor noſter fuerit miracula operatus, Excellentiæ veſtræ iam notum eſt. Ex qua re magnam vos oportet habere lætitiam, quia maiorem ſibi partem hac in re præſtitorum veſtrorum ſolatia vendicant, cuius poſt Deum auxiliis verbum illic prædicationis innotuit. Nam qui alterius bonum adiuuat, ſuum facit. Sed vt mercedis veſtræ magis magiſque ſit fructus vberior, petimus vt Monachis præſentium portitoribus, quos cum dilectiſsimis filiis noſtris Laurentio Presbytero & Mellito Abbate ad prædictum reuerentiſsimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum pro eo quòd illos qui ſecum ſunt, ſufficere ſibi dicit non poſſe, tranſmiſimus, patrocinij veſtri ſuffragia benigniùs miniſtretis, atque ita eis in omnibus adeſſe dignemini, quatenus dum bonis Excellentiæ veſtræ initiis meliora ſucceſſerint, & nullas illic moras vel difficultates inuenerint, tantò erga vos ac dulciſsimos nobis nepotes veſtros Dei noſtri miſericordiam prouocetis, quantò pro eius amore vos in huiuſmodi cauſis miſericorditer exhibetis.*

II. INVENITVR IN SIMONIACOS.

Inter nouem epiſtolas regiſtri Gregoriani, quas examinamus, ſex inueniuntur, in quibus Gregorius non tantùm commendat Monachos proficiſcentes in Angliam, ſed & Simoniacam hæreſim in Gallia vigere conqueritur. Tres inſcribuntur totidem Epiſcopis, Virgilio Arelatenſi, Ætherio Lugdunenſi, & Aregio Vapincenſi, tres aliæ Regibus, Theodorico, Theodoberto & Clotario. Gregorius, vt Simonia penitus extirpetur, ſcribit Synodum eſſe conuocandam. Ætherium plurimùm extollit, quia non tantùm abhorret ab illa hæreſi, ſed & illud malum liberâ voce damnat, & ad inſinuandam emendationem promptum cor gerit. Haud æquè laudat Virgilium, qui quidem ſuſpicionem eiuſmodi ſceleris à ſe remouit, ſed hoc in aliis ſollicitè non vetat, prout Apoſtolicâ Vice fungentem decet. Extat etiam Gregorij ad Brunichildem Reginam ſuper eodem negotio epiſtola, quæ ponitur in prælaudato regiſtro quinquageſima-ſeptima libri noni, & ab alia, quam ſuprà de conuerſione Anglorum recitauimus, omnino differt. Placet integram referre in gratiam Brunichildis. *Quanta in vobis bona diuino munere ſint collata, quantáque vos ſuperna gratiæ pietas impleuerit, inter cætera veſtrorum teſtimonia meritorum illud etiam patenter inſinuat, quia & efferа corda gentilium prouidi gubernatis aſtu conſilij, & regiam, quod maioris adhuc laudis eſt, ornatis ſapientiâ poteſtatem. Et quoniam ſicut multis in vtroque gentibus eminetis, ita quoque eis fidei ſinceritate præcellitis, magnam de vobis in emendandis illicitis fiduciam capimus. Nam qualiter adhortationem noſtram Excellentia veſtra amplexa ſit, quantáque eam deuotione geſtiat adimplere, ſcriptorum veſtrorum emiſſa dudum pagina teſtis eſt. Sed quia ipſe bonarum mentium conſueuit eſſe adiutor, qui etiam largitor eſt, confidimus, quòd tantò promptiùs cauſas veſtras ſuâ pietate diſponat, quantò ipſe de ſua vos videt eſſe cauſa ſollicitos. Facite quod Dei eſt, & Deus faciet quod veſtrum eſt. Itaque Synodum congregari præcipite, & peccatum Simoniacæ hæreſis de regno veſtro inter alia, ſicut diximus, definitione Concilij prohibete. Sacrificium Deo, deuicto interiori hoſte, offerte, vt exteriores aduerſarios, ipſo adiuuante, vin-*

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

catis, vt quale vos contra inimicos ipſius ſtudium geſſeritis, talem illum in veſtro iuuamine ſentiatis. Mihi autem credite, quia ſicut experimento multorum didicimus, in damno expenditur quicquid cum peccato congregatur. Si vultis igitur nihil perdere, ſummoperè ſtudete de iniuſtitia nihil habere. In terrenis etenim rebus ſemper cauſa damni eſt origo peccati. Vos itaque ſi eminere aduerſantibus gentibus vultis, ſi earum, authore Deo, victrices exiſtere deſideratis, eiuſdem omnipotentis Domini cum timore præcepta ſuſcipite, vt ipſe pro vobis contra aduerſarios veſtros pugnare dignetur, qui per ſacrum eloquium pollicitus eſt dicens. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

III. Gregorius in præcitatis epiſtolis ad Epiſcopos Arelatenſem, Vapincenſem, Viennenſem & Lugdunenſem, non tantùm egit de Monachis qui mittebantur in Angliam, & de Simoniaca hæreſi quæ Franciam infeſtabat, ſed etiam de priuatis rebus quæ ſpecialiter ad ſingulos illos Epiſcopos pertinebant.

IV. VIRGILIVM EP. AREL. HORTATVR AD VICES APOSTOLICAS STRENVE OBEVNDAS.

Inprimis Virgilium Arelatenſem Epiſcopum, cui Vices ſuas commiſerat, hortatus eſt vt officio ſuo ſtrenuè fungeretur in examinando rumore, qui de Sereno Antiſtite Maſſilienſi ſiniſtrè ſpargebatur, vt ſub exitum ſuperioris anni notauimus. *Peruenit*, inquit, *ad nos, fratrem & Coepiſcopum noſtrum Serenum prauos homines omnino in ſocietate ſua recipere, ita denique vt Presbyterum quendam, qui poſt lapſum in ſuis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. Quod à vobis ſubtiliter requirendum eſt. Et ſi ita conſtiterit, cura vobis ſit noſtrâ hoc ſic Vice corrigere, vt & qui talem recipit, non familiaritate fouere, ſed diſcat potiùs vltione comprimere, & qui receptus eſt, idem diſcat cum lachrymis peccata diluere, non iniquitatem in immunditiis cumulare.*

V. AREGIVM EPISC. VAPINC. LAVDAT.

Aregium Vapincenſem Epiſcopum laudauit, quòd ſolatium admiſiſſet compreſſo dolore, quem de interitu ſuorum Diœceſanorum priùs conceperat, vt ante biennium diximus. Suas ad eum literas ſic exorſus eſt. *Cùm in fraterna dilectione vnum cor, vnus ſit animus, ſicut in alterius proſperis mens lætatur, ita in aduerſis affligitur, quia in vtroque particeps eſſe lege charitatis adſtringitur. Atque ideo maior nos de triſtitia veſtra mœror inuaſerat, ne fortaſſe prolixi luctûs afflictio aſſiduo cor veſtrum dolore pulſaret, & vitam gemitibus oneraret. Sed ſuſceptis charitatis veſtræ epiſtolis, optato ſumus gaudio conſolati, atque omnipotenti Deo gratias egimus, quia & humanitatem veſtram incolumem, & animum ad conſolationem rediiſſe cognouimus. Nec enim aliter de vobis fuerat exiſtimandum, niſi quia quicquid aduerſitatis eſſet, Sacerdotali ſine dubio patientiâ vinceretis.*

VI. DESIDERIVM EP. VIENN. ARGVIT QVOD GRAMMATICAM DOCEAT.

Deſiderium Viennenſem Epiſcopum, quòd Grammaticam quibuſdam exponeret, grauiter reprehendit. *Cùm multa nobis*, inquit, *bona de veſtris fuiſſent ſtudiis nunciata, ita cordi noſtro nata eſt lætitia, vt negare ea, quæ ſibi fraternitas veſtra concedenda popoſcerat, minimè pateremur. Sed poſt hoc peruenit ad nos quod ſine verecundia memorare non poſſumus, fraternitatem tuam Grammaticam quibuſdam exponere. Quam rem ita moleſtè ſuſcepimus, ac ſumus vehementiùs aſpernati, vt ea quæ prius dicta fuerunt, in gemitum & triſtitiam verteremus, quia in vno ſe ore cum Iouis laudibus Chriſti laudes non capiunt. Et quàm graue nephandúmque ſit Epiſcopis canere, quod nec laico religioſo conueniat, ipſe conſidera. Et quamuis dilectiſſimus filius noſter Candidus Presbyter poſtmodum veniens, hac de re ſubtiliter requiſitus negauerit, atque conatus vos fuerit excuſare, de noſtris tamen animis non receſſit, quia quantò execrabile ſit hoc de Sacerdote enarrari, tantò vtrùm ita nec ne ſit, diſtrictâ & veraci oportet ſatisfactione cognoſci. Vnde ſi poſt hoc euidenter ea quæ ad nos perlata ſunt, falſa eſſe claruerint, nec vos nugis & ſecularibus literis ſtudere contigerit, Deo noſtro gratias agimus, qui cor veſtrum maculari blaſphemis nephandorum laudibus non permiſit, & de concedendis quæ poſcitis, ſecurè iam & ſine aliqua dubitatione tractamus.* Aiebat Deſiderius Eccleſiæ ſuæ quædam olim Priuilegia ab Apoſtolicâ Sede conceſſa eſſe, atque vſum Pallij eius Sacerdotes antiquitus habuiſſe, nullum autem illius rei monumentum in ſcrinio Romanæ Eccleſiæ reperiebatur. Lege quæ de illa re ante biennium ſcripſimus ex aliis Gregorij literis. Candidus Presbyter, cuius meminit Gre-

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

gorius in textu ſuprà citato, nuperrimè Romam è Galliis redierat, & hoc ipſo anno eaſdem Gallias repetiit, vt conſtat ex literis ad Arigium Vapincenſem Epiſcopum Indictione quartâ datis, quas Gregorius ita claudit. *Latorem vobis præſentium Candidum Presbyterum communem filium commendamus, vt opem illi in quibus neceſſe fuerit, pro vtilitate pauperum impendatis, quatenus dum fraternitatis veſtræ fuerit, ſicut confidimus, fultus auxilio, in eius vos conſolatione nos inueniſſe ſentiat.* Hæc epiſtola in regiſtro Gregoriano eſt ſexageſima-ſecunda libri noni, differt ab ea quâ Gregorius Monachos in Angliam pergentes Aregio commendauit, ſcriptáque videtur aliquanto tempore poſtquàm iidem Monachi Româ diſceſſerunt.

VII. SCRIBIT ÆTHERIO EP. LVGD.

Vt Deſiderius Viennenſis Antiſtes, ita & Ætherius Lugdunenſis Epiſcopus multa Eccleſiæ ſuæ Priuilegia olim conceſſa prædicabat. Ad hunc Gregorius ea de re ſic reſcripſit. *De eo quod Eccleſiæ veſtræ concedendum ex antiqua conſuetudine depoſcitis, requiri in ſcrinio fecimus, & nihil inuenimus. Vnde nobis epiſtolas ipſas quas vos dicitis habere tranſmittite, vt ex eis quid concedendum eſt colligamus.* Tum de ſcriptis beati Irenæi hæc ſubiunxit. *Geſta verò vel ſcripta beati Irenæi iamdiu eſt quòd ſollicitè quæſiuimus, ſed hactenus ex eis inueniri aliquid non valuit.* Poſterioribus ſeculis longè feliciùs actum eſt cum libris ſancti Irenæi, quorum exemplaria hodie vbique occurrunt.

VIII. Nouem epiſtolarum, quibus Gregorius Papa Monachos in Angliam cum Laurentio Preſbytero proficiſcentes variis Epiſcopis Galliarum Regibúſque Francorum ac Brunichildi Reginæ commendauit, ne quidem meminit Beda, ſed obſeruat hoc eodem anno, quem ſuo calculo decimum-nonum Mauritij Auguſti ſeu decimum-octauum poſt Conſulatum Mauritij conſtituit, Indictione quartâ ſcriptas à Gregorio fuiſſe de rebus Anglicis epiſtolas quinque, duas decimo-quinto Kalendas Iulias, vnam videlicet Mellito Abbati, alteram Auguſtino Epiſcopo Dorouernenſi, tres alias decimo eaſdem Kalendas, Virgilio Epiſcopo Arelatenſi, iterum Auguſtino Antiſtiti Dorouernenſi & Edilbertho Regi Cantuariorum. Circa ſingulas nonnihil occurrit obſeruandum.

IX. [a] Lib. 1. cap. 28. VIRGILIO EP. AREL.

Apud Bedam [a] primo loco ponitur epiſtola Gregorij ad Virgilium Epiſcopum Arelatenſem. Hæc in regiſtro Gregoriano eſt ſexageſima-tertia libri noni, ibique legitur hiſce verbis circumſcripta. *Quantus ſit affectus venientibus ſpontè fratribus impendendus, ex eo quòd plerumque ſolent charitatis causâ inuitari, agnoſcitur. Et ideo ſi communem fratrem Auguſtinum Epiſcopum ad vos venire contigerit, ita illum dilectio veſtra ſicut decet, affectuosè dulcitérque ſuſcipiat vt & ipſum conſolationis ſua bono refoueat, & alios qualiter fraterna charitas colenda ſit doceat. Et quoniam ſæpiùs euenit, vt hi qui longè ſunt poſiti, priùs ab aliis quæ ſunt emendanda cognoſcant; ſi quas fortaſſe fraternitati veſtræ Sacerdotum vel aliorum culpas intulerit, vnà cum eo reſidentes ſubtili cuncta inueſtigatione perquirite. Et ita vos in ea quæ Deum offendunt, & ad iracundiam prouocant, diſtrictos ac ſollicitos exhibete, vt ad aliorum emendationem & vindicta culpabilem feriat, & innocentem falſa opinio non affligat.* Apud Bedam hic præfigitur titulus. *Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Vergilio Epiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.* Et in fine hæc adiunguntur. *Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. Data die decimo Kalendarum Iuliarum, imperante Domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo-nono, poſt Conſulatum eiuſdem Domini noſtri anno decimo octauo, Indictione quartâ.* De annis quibus Mauritius imperium ſuſcepit & Conſulatum iniit, alibi contra Bedam diſputauimus. Prædictarum autem literarum meminit etiam apud Bedam [b] Gregorius in reſponſione ad ſextam Auguſtini interrogationem, de qua inferiùs acturi ſumus.

[b] Lib. 1. c. 27.

X. [c] Lib. 1. c. 29. AVGVSTINO ARCHIEP. ANGL.

Apud Bedam [c] ſecundo loco deſcribitur epiſtola Gregorij ad Auguſtinum, quæ in regiſtro Gregoriano eſt decima-quinta libri duodecimi, ponitúrque ſub Indictione ſeptima quam Mauritij Principatus non attigit. Quapropter in fine illius epiſtolæ apud Bedam expungendi ſunt hi Characteres Chronologici. *Data die decimâ Kalendarum Iuliarum, imperante Domino noſtro Mauritio Tiberio*

piiſſimo Auguſto, anno decimo-nono, poſt Conſulatum einſdem Domini anno decimo octano, Indictione quartâ. Gregorius in his literis agit de Epiſcopatibus erigendis in Anglia, & Auguſtino vſum Pallij concedit, nec vllum habet verbum quod ad res Francorum pertineat.

AN.CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEONOB. II. THEODOR. II. RR 6.

Apud Bedam [a] tertio loco recitatur epiſtola Gregorij ad Mellitum Abbatem, cui Româ iam digreſſo Gregorius tranſmiſit mandata Auguſtino Epiſcopo porrigenda. Hæc epiſtola in regiſtro Gregoriano eſt ſeptuageſima-prima libri noni, & apud Bedam notatur hiſce Characteribus Chronologicis, *data die decimâ-quintâ Kalendarum Iuliarum, imperante Domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo-nono, poſt Conſulatum eiuſdem Domini anno decimo octano, Indictione quartâ.*

XI. [a] Lib. 1. c. 30. MELLITO ABB.

Apud Bedam [b] initio ac fine caret quæ quarto loco ponitur epiſtola Gregorij ad Auguſtinum, vt non glorietur in operationum virtute quas plerumque faciunt & mali. Habetur autem integra in regiſtro Gregoriano, ibique eſt duodeſexageſima libri noni.

XII. [b] Lib. 1. c. 31. ITERVM AVGVSTINO.

Poſtremò apud Bedam [c] occurrit epiſtola Gregorij ad Edilberthum Regem cum hoc titulo, *Domino Glorioſiſſimo atque Præcellentiſſimo filio Edilbertho Regi Anglorum Gregorius Epiſcopus*, cúmque hiſce notis Chronologicis, *data die decimâ Kalendarum Iuliarum, imperante Domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo-nono, poſt Conſulatum eiuſdem anno decimo-octano, Indictione quartâ.* Hæc epiſtola in regiſtro Gregoriano eſt ſexageſima libri noni, ſubiungitúrque literis Gregorij ad Reginam Aldibergam Edilberthi Regis vxorem. Literæ ad Edilberthum paulò remotiores videntur ab inſtituto noſtro, ideóque prætermittendæ Aliter ſentiendum de literis ad Aldibergam. Hæ ſiquidem docent Aldibergam Chariberto quondam Rege Francorum natam ad conuerſionem Anglorum multùm contuliſſe, & in confirmationem noſtræ Chronologiæ teſtantur ipſam Aldibergam Edilbertho Regi nuptam diu vixiſſe in Anglia, priuſquàm Edilberthus Rex eius maritus ſpretis idolis Chriſtianam fidem amplecteretur. *Qui poſt terrenam poteſtatem*, inquit Gregorius in literis ad Aldibergam, *regni cæleſtis gloriam cupit acquirere, ad faciendum lucrum Creatori ſuo debet enixiùs laborare, vt ad ea quæ deſiderat, ope rationis ſuæ gradibus poſſit aſcendere, ſicut vos feciſſe gaudemus. Remeantes igitur dilectiſſimus filius noſter Laurentius Presbyter & Petrus Monachus, qualis erga reuerentiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum Auguſtinum Gloria veſtra extiterit, quantáque illis ſolatia vel charitatem impenderit, retulerunt. Et omnipotentem Deum benediximus, qui conuerſionem gentis Anglorum mercedi veſtræ dignatus eſt propicius reſeruare. Nam ſicut per recordandæ memoriæ Helenam matrem piiſſimi Conſtantini Imperatoris ad Chriſtianam fidem corda Romanorum accendit, ita & per Gloriæ veſtræ ſtudium in Anglorum gente ei miſericordiam confidimus operari. Et quidem iamdudum Glorioſi filij noſtri coniugis veſtri animos prudentia veſtra bono, ſicut re verâ Chriſtiana, debuiſtis inflectere, vt pro regni & animæ ſuæ ſalute fidem quam colitis ſequeretur, quatenus & de eo & per eum de totius gentis conuerſione di na vobis in cæleſtibus gaudiis retributio naſceretur. Nam poſtquàm ſicut diximus, & rectâ fide Gloria veſtra munita & literis docta eſt, hoc vobis nec tardum, nec debuit eſſe difficile. Et quoniam, Deo volente, aptum nunc tempus eſt, agite vt diuinâ gratiâ cooperante cum augmento poſſitis quod neglectum eſt reparare. Itaque mentem Glorioſi coniugis veſtri in dilectione Chriſtianæ fidei adhortatione aſſiduâ roborate, veſtra illi ſollicitudo augmentum in Dei amore infundat, atque ita animos eius, etiam pro ſubiectæ ſibi gentis pleniſſima conuerſione ſuccendat, vt & magnum omnipotenti Domino de deuotionis ſuæ ſtudio ſacrificium offeratis, & ea quæ de vobis narrata ſunt creſcant, & vera eſſe modis omnibus approbentur, quia bona veſtra non ſolùm iam apud Romanos, qui pro vita veſtra fortiùs orauerunt, ſed etiam per diuerſa loca, & vſque Conſtantinopolim ad Sereniſſimum Principem peruenerunt. Vnde ſicut nobis de Chriſtianitatis veſtræ ſolatiis lætitia facta eſt, ita quoque de perfecta operatione veſtra Angelis fiat gaudium in cælis. Sic vos in adiutorio*

XIII. [c] Lib. 1. c. 32. EDILBERTNO REGI. BERTHÆ REGINÆ.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

ſupradicti reuerentiſſimi fratris & Coepiſcopi noſtri, & ſeruorum Dei quos illuc miſimus in conuerſione gentis veſtræ deuotè ac totis viribus exhibete, vt & hîc fæliciter cum Glorioſo filio noſtro coniuge veſtro regnetis, & poſt longa annorum tempora futuræ quoque vitæ gaudia quæ finem habere neſciunt capiatis. Oramus autem omnipotentem Deum, vt Gloriæ veſtræ cor, ad operanda quæ diximus, gratia ſuæ igne ſuccendat, & æternæ mercedis fructum vobis de placita ſibi operatione concedat. Hactenus Gregorius [a], apud quem corruptè ex Bertha ſiue Ethelbertha factam volunt Aldibergam, & Aldibertum ex Ethilbertbo ſiue Ethelberto.

[a] Lib. 9. ep. 59.

XIV. Plura non legimus de Bertha ſiue Aldiberga quæ vitam clauſit marito adhuc ſuperſtite, nam Eadbaldus eorum filius patre mortuo nouercam in vxorem accepit teſte Beda [b]. Quàm feliciter è Cantio, vbi Bertha cum Ethelberto regnauit, per reliquas Angliæ prouincias fides Chriſtiana diſſeminata ſit expoſuimus alibi. Tantum Eccleſiæ bonum non parum promouerunt eorum filius, nepotes ac pronepotes, è quibus multi fulſerunt ſanctitate conſpicui. Sanctus Ethelbertbus colitur ſexto Kalendas Martias. E Bertha ſuſcepit filium vnicum, nomine Eadbaldum, qui patri ſucceſſit, & poſtquàm ab idololatria reſipuit, Eccleſiæ rebus, quantùm valuit, in omnibus conſulere & fauere curauit, reliquítque tres liberos, Ercombertum, Ermenredum & Eanſweidam, è quibus olim Folkſtonij * ad Oceanum, quà Dubri * verſus Occidentem abitur, ſancta Eanſweida coli ſolebat in Monaſterio puellarum quod illic extruxerat. Ercombertus poſt Eadbaldum patrem regnauit, præcepit in toto Cantij regno idola deſtrui & ieiunium quadrageſimale obſeruari, duxit ſanctam Sexburgam Annæ Orientalium Anglorum Regis filiam quæ colitur pridie Idus Iulias, ex eâque habuit duos filios Egbertum ac Lotharium Cantij Reges totidémque filias Ermenildam & Earcongotam, quarum hæc apud Francos in Monaſterio * ſanctæ Faræ vixit colitúrque ſeptimo Kalendas Martias, illa Wlfero Merciorum Regi nupſit, eíque peperit ſanctam Wereburgam quæ colitur tertio Nonas Februarij. Ermenredo, alteri Eadbaldi Regis filio, ex Oſlaua coniuge nati ſunt duo filij, ſancti Ethelredus & Etbelbrictus Martyres qui coluntur decimo-quinto Kalendas Octobris, itémque quatuor ſanctæ filiæ, Dompneua, Ermenburga, Etbeldritha, & Ermengitha. Colitur ſancta Ermenburga decimo-tertio Kalendas Decembris. Sancta Dompneua nupta Merualdo Principi Merciorum genuit tres Sanctas filias, Mildredam quæ colitur tertio Idus Iulij, Milburgam quæ colitur ſeptimo Kalendas Martij, Milwidam quæ colitur decimo-ſexto Kalendas Februarij. Lege Bedam in Hiſtoria Eccleſiaſtica, Goſcelinum in vita ſanctæ Weteburgæ, & Bollandum in commentario vitæ ſancti Ethelberti præuio.

[b] Lib. 2. c. 5.

RELIGIO CHRISTIANA PER TOTAM ANGLIAM DISSEMINATVR.

BERTHÆ POSTERITAS ABVNDAT SANCTIS.

* Folkeſton.

* Douure.

* Faremonſtier.

XV. Laurentius Preſbyter, cuius reditus in Angliam hoc anno contigit, Romam miſſus fuerat non tantùm vt Anglorum conuerſionem & Auguſtini ordinationem in Epiſcopum Gregorio Papæ renuntiaret, ſed etiam vt nonnullas ei quæſtiones proponeret, quæ animum Auguſtini dubium atque anxium valdè torquebant.

XVI. Apud Bedam [c] vndecim recenſentur interrogationes Auguſtini cum totidem Gregorij reſponſionibus. Tres tantùm, tertia videlicet, octaua & nona pertinent ad hos Annales.

[c] Lib. 1. c. 27.

XVII. Interrogat Auguſtinus, *cùm vna ſit fides, cur ſunt Eccleſiarum diuerſæ conſuetudines, & altera conſuetudo Miſſarum in ſancta Romana Eccleſia, atque altera in Galliarum tenetur?*

XVIII. Reſpondet Gregorius hoc modo. *Nouit fraternitas tua Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, in qua ſe meminit nutritam. Sed mihi placet, vt ſiue in Romana, ſiue in Galliarum, ſeu in qualibet Eccleſia aliquid inueniſti quod plùs omnipotenti Deo poſſit placere, ſollicitè eligas, & in Anglorum Eccleſia, quæ adhuc ad fidem noua eſt, inſtitutione præcipuâ, quæ de multis Eccleſiis colligere potuiſti, infundas. Non enim pro locis res, ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſque Eccleſiis, quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt elige, & hæc quaſi in faſciculum*

ECCLESIARVM DIVERSÆ CONSVETVDINES PROBANTVR.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6. XIX.

collecta, apud Anglorum mentes in conſuetudinem depone.

VETVS MISSA GALLICA.

Hic locus poſtulat, vt agamus de vetere Miſſa Gallica, ſeu de ritu celebrandæ Miſſæ in Galliis, vbi Reges Francorum dominabantur, olim vſitato, cùm Auguſtinus Anglorum Epiſcopus Gregorium Romanum Pontificem conſulebat. Hanc Miſſam Matthias Flauius Illyricus homo Lutheranæ ſectæ curauit excudendam Argentinæ typis Chriſtiani Mylij, & Othoni Henrico Comiti Palatino Rheni, Sacri Imperij Electori, tranſmiſit anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo cum hoc elogio in epiſtola nuncupatoria. *Eſt verò hac Miſſa ex veteri Codice bonâ fide deſcripta, quam in vſu fuiſſe in Occidente opinor circa Gregory tempora, antequàm Romana Miſſandi ratio vbique recepta eſt, quod in Germania quidem & Gallia circa Caroli Magni tempora factum eſt, fermè* 800. *à Natiuitate Domini anno, in Hiſpania vero multò ſerius.* Hugo Menardus Monachus Ordinis Benedictini in Appendice ad librum Sacramentorum ſancti Gregorij publicauit Pariſiis anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo-ſecundo Miſſam veterem ex Codice Ratoldi Abbatis Corbeienſis, & alteram ex Codice Tiliano, atque in notis ad poſteriorem vltrò confeſſus eſt *multa eſſe in Miſſa ab Illyrico edita qua redoleant antiquitatem,* imò Miſſam antiquam vocauit cùm Miſſam, quam ex Codice Tiliano euulgabat, aſſeruit eſſe quàm ſimillimam *Miſſa antiqua à Matthia Illyrico viro Lutherana ſecta ex Bibliotheca Palatina edita*, tamen eandem Miſſam negauit adeo antiquam eſſe ac Flauius Illyricus putauit, ſuámque opinionem duobus conatus eſt argumentis confirmare. Primum ſumpſit ab illius Miſſæ collatione cum Miſſa quæ legitur in Codice Ratoldi, & alia Miſſa quæ reperitur in Codice Tiliano; cùm enim in Miſſa Codicis Illyriciani deprehendantur multa, quæ non extant in Codice Ratoldi ſcripto aliquot annos ante annum Chriſti nongenteſimum octogeſimum ſextum, ſúntque in Codice Tiliano, qui multis annis poſt Ratoldi Codicem exaratus eſt, regnante videlicet Henrico Primo Francorum Rege, inde intulit eſſe in Codice Illyriciano multa quæ poſt ſanctum Gregorium Papam inſtituta ſint. Alterum duxit à Codice Illyriciano qui non videtur adeo antiquus, cùm ter in eo repetatur litera N poſita loco nominis proprij, & eiuſmodi figura cœperit in vſu eſſe paulò ante annum à Chriſto nato milleſimum At non inquirimus de Codicum antiquitate, ſed de antiquitate Miſſæ quæ reperitur in illis Codicibus. De tempore non diſputamus quo ſcripti ſunt Codices Palatinus & Tilianus, vnde Miſſam Flauius Illyricus & Hugo Menardus exſcripſerunt. Nam cùm Gregorii Magni temporibus diuerſi celebrandæ Miſſæ ritus in Eccleſia Romana & in Eccleſiis Galliarum fuerint, vt ex epiſtola ipſius Gregorij & ex Hiſtoria Bedæ iam citatis conſtat; regnante autem aut Carolo Magno vt Illyricus exiſtimauit, aut potiùs Pipino Caroli Magni patre vt literæ Caroli Cal ui atteſtantur, Eccleſiæ Gallicanæ ſuſceperint ritum Romanum quem hacteraus obſeruarunt, neceſſe eſt vt Miſſa, quæ reperitur in Codicibus Illyriciano & Tiliano, differtque à Romana, cenſeatur eſſe vetus Latina Miſſa, quâ Galli quondam vtebantur, cùm Gregorius Magnus vniuerſo gregi Catholico præerat, & hæc quidem locupletior habetur in Codice Palatino ſiue Illyriciano quàm in Tiliano ſeu Menardino. Porrò circa Gregorij tempora in vſu primùm eſſe non cœpit, Hilduinus enim in Areopagiticis antiquiſſimos & nimiâ penè vetuſtate conſumptos Miſſales libros laudat *continentes Miſſa ordinem more Gallico, qui ab initio recepta fidei, vſu in hac Occidentali plaga eſt habitus, vſque quò tenorem Romanum ſuſceperit.* Et Carolus Caluus, vt præmonuimus, in literis ad Eccleſiam Rauennatem affirmat Eccleſias Gallicanas ordine Romano vſas eſſe à temporibus Pipini, qui Carolum Magnum in adminiſtrando Francorum regno anteceſſit. *Vſque ad tempora*, inquit, *abaui noſtri Pipini Gallicana Eccleſia, aliter quàm Romana vel Mediolanenſis Eccleſia, diuina celebrabant officia, ſicut vidimus & audiuimus ab eis qui ex partibus Toletana Eccleſia ad nos venientes, ſecundùm morem ipſius Eccleſia, coram nobis ſacra officia*

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

celebrarunt, celebrata etiam ſunt coram nobis ſacra Miſſarum officia more Hieroſolymitano, auctore Iacobo Apoſtolo; & more Conſtantinopolitano, auctore Baſilio; ſed & nos ſequendam ducimus Romanam Eccleſiam in Miſſarum celebratione. Hæc breuiter aduersùs Illyricum de tempore, quo vetus Miſſa Latina de qua loquimur in vſu fuit apud Eccleſias Gallicanas. Menardus autem videtur minùs magnificè de Codice Illyriciano ſcripſiſſe, vt Tilianum in quem inciderat magis extolleret, nos vtrumque deſcribemus, vt Miſſam, quam Menardus publicauit, intelligas eſſe tantùm epitomen Miſſæ ab Illyrico priùs editæ, plurimúmque laudatæ à Willelmo Peyratio in antiquitatibus [a] Regiæ Capellæ.

[a] Lib. 2. capp. 25. & ſeqq.

MISSA LATINA ANTIQVA,

Quam Matthias Flauius Illyricus ex Bibliotheca Palatina publicauit anno 1557.

XX. » INCIPIT *Ordo Sacramentorum. Inprimis quomodò Sacerdos Apologetica celebrare debeat, antequàm ad Miſſarum celebrationem accedat. Mox antequàm Sacerdotalibus induatur veſtibus, ſi locus acciderit, vel tempus permiſerit, flexis genibus coram Altari cantet* VII. *Pſalmos Pœnitent. cum Litania, quâ finitâ dicat.* Pater noſter qui es in cælis, *&c.* Credo in Deum Patrem omnipotentem. *Pòſt, has preces.*

» Exurge, Domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum. Dirige me in veritate tua & doce me.

» *Reſp.* Quia tu es Dominus Saluator meus, & te ſuſtinui totâ die.

» Reminiſcere miſerationum tuarum, Domine.

» *Reſp.* Et miſericordiarum tuarum, quæ à ſæculo ſunt.

» Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas.

» *Reſp.* Ne memineris, Domine.

» Secundùm miſericordiam tuam memento mei.

» *Reſp.* Tu propter bonitatem tuam, Domine.

» Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo.

» *Reſp.* Multum eſt enim.

» Non derelinquas me, Domine Deus meus.

» *Reſp.* Ne diſceſſeris à me.

» Complaceat tibi, Domine, vt eruas me.

Reſp.

MISSA VETVS,

Quam Hugo Menardus ex Codice Tiliano publicauit anno 1642.

INCIPIT *Ordo Pontificis, quando preparat ſe ad Miſſam.* »

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II.
RR. 6.

» *Reſp.* Domine, ad adiuuandum me
» reſpice.
» Fac mecum, Domine, ſignum in bo-
» no, vt videant qui me oderunt &
» confundantur.
» *Reſp.* Quoniam tu, Domine, adiu-
» uiſti me, & conſolatus es me.
» Manus tuæ, Domine, fecerunt me,
» & plaſmauerunt me.
» *Reſp.* Da mihi intellectum, vt diſ-
» cam mandata tua.
» Seruus tuus ſum ego, da mihi intel-
» lectum.
» *Reſp.* Vt ſciam teſtimonia tua.
» Egredere, Domine, in ſalutem po-
» puli tui.
» *Reſp.* In ſalutem cum Chriſto tuo.
» Conuerte nos, Deus ſalutaris noſter.
» *Reſp.* Et auerte iram tuam à nobis.
» Dignare, Domine, die iſto.
» *Reſp.* Sine peccato nos cuſtodire.
» Miſerere noſtri, Domine.
» *Reſp.* Miſerere noſtri.
» Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper
» nos.
» *Reſp.* Quemadmodum ſperauimus in
» te.
» Peccauimus cum patribus noſtris.
» *Reſp.* Iniuſtè egimus, iniquitatem fe-
» cimus, Domine.
» Domine, ne memineris iniquitatum
» noſtrarum antiquarum.
» *Reſp.* Citò nos anticipent miſericor-
» diæ tuæ, quia pauperes facti ſumus
» nimis.
» Adiuua nos, Deus ſalutaris noſter.
» *Reſp.* Propter gloriam nominis tui,
» Domine, libera nos, & propitius eſto
» peccatis noſtris propter nomen tuum.
» Domine, non ſecundùm peccata no-
» ſtra facias nobis.
» *Reſp.* Neque ſecundùm iniquitates
» noſtras retribuas nobis.
» Ne reminiſcaris, Domine, delicta
» noſtra vel parentum noſtrorum.
» *Reſp.* Neque vindictam ſumas de pec-
» catis noſtris.
» Libera nos, Deus, in mirabilibus
» tuis.
» *Reſp.* Et da gloriam nomini tuo.
» Extende, Domine, brachium tuum.
» *Reſp.* Et libera animas noſtras ne pe-
» reamus.
» Memento noſtri, Domine, in bene-
» placito populi tui.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

celebrarunt, celebrata etiam ſunt coram nobis ſacra Miſſarum officia more Hieroſolymitano, auctore Iacobo Apoſtolo; & more Conſtantinopolitano, auctore Baſilio; ſed & nos ſequendam ducimus Romanam Eccleſiam in Miſſarum celebratione. Hæc breuiter aduersùs Illyricum de tempore, quo vetus Miſſa Latina de qua loquimur in vſu fuit apud Eccleſias Gallicanas. Menardus autem videtur minùs magnificè de Codice Illyriciano ſcripſiſſe, vt Tilianom in quem inciderat magis extolleret, nos vtrumque deſcribemus, vt Miſſam, qoam Menardus publicauit, intelligas eſſe tantùm epitomen Miſſæ ab Illyrico priùs editæ, plurimúmque laudatæ à Willelmo Peyrario in antiquitatibus [a] Regiæ Capellæ.

[a] Lib. 2. capp. 13. & ſeqq.

MISSA LATINA ANTIQVA,

Quam Matthias Flauius Illyricus ex Bibliotheca Palatina publicauit anno 1557.

XX. » INCIPIT *Ordo Sacramentorum. Inprimis quomodò Sacerdos Apologetica*
» *celebrare debeat, antequàm ad Miſſarum*
» *celebrationem accedat. Mox antequàm Sacerdotalibus induatur veſtibus, ſi locus*
» *acciderit, vel tempus permiſerit, flexis genibus coram Altari cantet* VII.
» *Pſalmos Pœnitent. cum Litania, quâ finitâ dicat.* Pater noſter qui es in cælis, &c. Credo in Deum Patrem omnipotentem. *Pòſt, has preces.*
» Exurge, Domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum. Dirige me in veritate tua & doce me.
» *Reſp.* Qoia tu es Dominus Saluator meus, & te ſuſtinui totâ die.
» Reminiſcere miſerationum tuarum, Domine.
» *Reſp.* Et miſericordiarum tuarum, quæ à ſæculo ſunt.
» Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas.
» *Reſp.* Ne memineris, Domine.
» Secundùm miſericordiam tuam memento mei.
» *Reſp.* Tu propter bonitatem tuam, Domine.
» Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo.
» *Reſp.* Multum eſt enim.
» Non derelinquas me, Domine Deus meus.
» *Reſp.* Ne diſceſſeris à me.
» Complaceat tibi, Domine, vt eruas me.

Reſp.

MISSA VETVS,

Quam Hugo Menardus ex Codice Tiliano publicauit anno 1642.

INCIPIT *Ordo Pontificis, quando præparat ſe ad Miſſam.* »

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

" *Reſp.* Domine, ad adiuuandum me
" reſpice.
" Fac mecum, Domine, ſignum in bo-
" no, vt videant qui me oderunt &
" confundantur.
" *Reſp.* Quoniam tu, Domine, adiu-
" uiſti me, & conſolatus es me.
" Manus tuæ, Domine, fecerunt me,
" & plaſmauerunt me.
" *Reſp.* Da mihi intellectum, vt diſ-
" cam mandata tua.
" Seruus tuus ſum ego, da mihi intel-
" lectum.
" *Reſp.* Vt ſciam teſtimonia tua.
" Egredere, Domine, in ſalutem po-
" puli tui.
" *Reſp.* In ſalutem cum Chriſto tuo.
" Conuerte nos, Deus ſalutaris noſter.
" *Reſp.* Et auerte iram tuam à nobis.
" Dignare, Domine, die iſto.
" *Reſp.* Sine peccato nos cuſtodire.
" Miſerere noſtri, Domine.
" *Reſp.* Miſerere noſtri.
" Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper
" nos.
" *Reſp.* Quemadmodum ſperauimus in
" te.
" Peccauimus cum patribus noſtris.
" *Reſp.* Iniuſtè egimus, iniquitatem fe-
" cimus, Domine.
" Domine, ne memineris iniquitatum
" noſtrarum antiquarum.
" *Reſp.* Citò nos anticipent miſericor-
" diæ tuæ, quia pauperes facti ſumus
" nimis.
" Adiuua nos, Deus ſalutaris noſter.
" *Reſp.* Propter gloriam nominis tui,
" Domine, libera nos, & propitius eſto
" peccatis noſtris propter nomen tuum.
" Domine, non ſecundùm peccata no-
" ſtra facias nobis.
" *Reſp.* Neque ſecundùm iniquitates
" noſtras retribuas nobis.
" Ne reminiſcaris, Domine, delicta
" noſtra vel parentum noſtrorum.
" *Reſp.* Neque vindictam ſumas de pec-
" catis noſtris.
" Libera nos, Deus, in mirabilibus
" tuis.
" *Reſp.* Et da gloriam nomini tuo.
" Extende, Domine, brachium tuum.
" *Reſp.* Et libera animas noſtras ne pe-
" reamus.
" Memento noſtri, Domine, in bene-
" placito populi tui.

AN.CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEOD. II. THEODOR. II. R R. 6.

» *Reſp.* Viſita nos in ſalutari tuo.
» Memor eſto, Domine, congregationis tuæ.
» *Reſp.* Quam poſſediſti ab initio.
» Cuſtodi nos, Domine, vt pupillam oculi.
» *Reſp.* Sub vmbra alarum tuarum protege nos.
» Protege nos, Domine, à facie impiorum.
» *Reſp.* Qui nos affixerunt.
» Eſto nobis, Domine, in Deum protectorem.
» *Reſp.* Et in domum refugij vt ſaluos nos facias.
» Eſto, Domine, turris fortitudinis.
» *Reſp.* A facie inimici.
» Da nobis, Domine, auxilium de tribulatione.
» *Reſp.* Quia vana ſalus hominis.
» In Domino faciemus virtutem.
» *Reſp.* Et ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.
» Fiat pax in virtute tua.
» *Reſp.* Et abundantia in turribus tuis.
» Deus, tu conuerſus viuificabis nos.
» *Reſp.* Et plebs tua lætabitur in te.
» Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam.
» *Reſp.* Et ſalutare tuum da nobis.
» Sacerdotes tui induantur iuſtitiâ.
» *Reſp.* Et ſancti tui exultent.
» Domine, Deus virtutum, conuerte nos.
» *Reſp.* Et oſtende faciem tuam & ſalui erimus.
» Domine, exaudi orationem meam.
» *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat.
» *His autem precibus finitis dicat Sacerdos.*
» Dominus vobiſcum.
» Oremus.
» Omnipotens mitiſſime Deus, reſpice propitius preces meas, & libera cor meum de malarum tentatione cogitationum, vt ſancti Spiritûs dignum fieri habitaculum merear.
» Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat.
» Exaudi quæſumus, Domine, ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, vt pariter nobis indul-

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» gentiam tribuas benignus & pacem.
» Omnipotens ſempiterne Deus miſe-
» ricordiam tuam nobis oſtende ſup-
» plicibus, vt qui de meritorum quali-
» tate diffidimus, non iudicium, ſed
» indulgentiam ſentiamus.
» Omnipotens Deus, miſericordiam
» tuam nobis placatus impende, vt qui
» te contemnendo culpam incurrimus,
» confitendo veniam conſequamur.
» *Poſteà ſurgens ad induendum ſe ve-*
» *ſtimentis Sacerdotalibus, primò dicat.*
» Interuenientibus pro nobis omnibus
» ſanctis & electis tuis, actiones noſtras
» quæſumus Domine, & aſpirando præ-
» ueni, & adiuuando proſequere, vt
» omnis oratio & cuncta noſtra opera-
» tio, à te ſemper incipiat & per te cœ-
» pta finiatur.
» *Tunc lauet manus hunc verſum di-*
» *cendo.*
» Lauabo inter innocentes.
» Oremus.
» Largire ſenſibus noſtris omnipotens
» Deus, vt ſicut hic exteriùs abluun-
» tur inquinamenta manuum, ſic à te
» mundentur interiùs pollutiones men-
» tium, & creſcat in nobis augmen-
» tum ſanctarum virtutum.
» *Cùm ſe exuerit cottidianis veſtibus*
» *dicat.*
» Conſcinde, Domine, ſaccum meum,
» & circunda me lætitiâ ſalutari.

» *Hos pſalmos interim dum paratur Epi-*
» *ſcopus, circumſtantes Clerici cantent.*
» Quàm dilecta tabernacula.
» Benedixiſti, Domine, terram.
» Inclina, Domine, aurem tuam.
» Fundamenta eius in monte.
» Domine Deus ſalutis meæ.
» Credidi propter quod locutus ſum.
» Memento, Domine.

» *Induendum ad Ephot, vel Amictum.*
» Humeros meos ſancti Spiritûs gra-
» tiâ tege Domine, renéſque meos vi-

Quando lauat manus dicat hanc Ora- «
tionem. «
Largire ſenſibus noſtris, omnipotens «
Pater, vt ſicut exteriùs abluuntur in- «
quinamenta manuum, ſic à te mun- «
dentur interiùs pollutiones men- «
tium, & creſcat in nobis ſanctarum «
augmentum virtutum. Per. «
Poſteà ſe incipit ſandalia Epiſcopus «
calciare, & dicit orationem hanc. «
Calcia, Domine, pedes meos in præ- «
paratione Euangelij pacis, & protege «
in velamento alarum tuarum. «
Deinde cantet cum circumſtantibus hos «
Pſalmos. «
Qàm dilecta. «
Benedixiſti, Domine. «
Inclina Domine. «
Cum precibus. «
Exurge, Domine. «
Fiat miſericordia tua, Domine. «
Deus tu conuerſus. «
Oſtende nobis, Domine. «
Ne intres in iudicium. «
Propitius eſto peccatis noſtris. «
Domine, exaudi orationem meam. «
Aures tuæ pietatis, mitiſſime Deus, «
inclina precibus meis, & gratiâ S. Spi- «
ritûs illumina cor meum, vt tuis mi- «
niſteriis dignè miniſtrare valeam, ac «
te æternâ caritate diligere merear. «
Per. «
Oratio Sacerdotis ad Miſſam præparandi. «
Obumbra Domine caput meum vm- «

AN. CH. 601. Clotar. II. R. 18. Theodob. II. Theodor. II. RR. 6.

tiis omnibus expulſis præcinge ad ſacrificandum tibi viuenti & tegnanti in ſæcula ſæculorum.

Ad Albam.

Citcumda me, Domine fidei atmis, vt ab iniquitatum ſagittis erutus, valeam æquitatem & iuſtitiam cuſtodite.

Oratio ad Albam.

Omnipotens ſempiterne Deus, te ſupplicitet exoro, vt fraude omnium fuſcatotum exutus, albâ veſte indutus te ſequi merear ad tegna, vbi veta ſunt gaudia.

Ad Cingulum.

Circumcinge lumbos meos, Domine, zonâ iuſtitiæ, & circumcide vitia cordis & corpotis mei.

Ad Præcinctorium.

Præcinge me Domine virtute & pone immaculatam viam meam.

Ad Stolam.

Stolâ iuſtitiæ circumda, Domine, ceruicem meam, & ab omni cottuptione peccati purifica mentem meam.

Oratio ad Stolam.

Diſrumpe, Domine, vincula peccatorum meorum, vt iugo tuæ ſeruitutis innixus valeam tibi cum timore & reuetentia famulari.

Ad Subtile.

Indue me, Domine, veſtimento ſalutis, & circumda me loticâ fortitudinis.

Ad Dalmaticam.

Indumento hoc typico ptiſcorum patrum ritu, in modum crucis tramitibus putpureis contexto veſtitus humiliter poſtulo, vt ex commemoratione paſſionis tuæ fiam tibi, Domine, Ieſu Chtiſte, iugitet gratioſus, qui viuis.

Ad Caſulam.

Indue me, Domine, Sacerdotali iuſtitiâ, vt induci metear in tabernacula ſempiterna.

Oratio ad Caſulam.

Indue me, Domine, onamento humilitatis & charitatis, & concede mihi ptotectionem contra hoſtem inſidiatotem, vt valeam puro cotde & caſto cotpote laudare nomen tuum in ſæcula ſæculorum. Amen.

Cùm Mappulam acceperit.

Inueſtione iſtius mappulæ ſubnixè

btaculo ſanctæ fidei, & expelle à me nubila ignotantiæ. Amen.

Ad Albam.

Indue me, Domine, veſtimento ſalutis, & citcumda me loticâ fortitudinis. Amen.

Ad Zonam.

Domine, accinge in me cuſtodiam mentis meæ, nec ipſa mens inflectatut ſpiritu elationis. Amen.

Ad Stolam.

Stolâ iuſtitiæ citcumda, Domine, cetuicem meam, & ab omni cotruptione peccati purifica mentem meam. Amen.

Ad Caſulam.

Indue me Domine ornamento caritatis & pacis, vt vndique munitus virtutibus, poſſim reſiſtere vitiis, & hoſtibus mentis & cotpotis.

Poſtquàm ad Manipulam.

Da mihi, Domine, ſenſum tectum,

„ depreeor, Domine, vt ſic operer in „ temporali conuerſatione, quatenus „ exemplo ptiorum patrum in futuro „ merear perenniter gaudere. Per omn. „ &c.

„ *Cùm Mappulam induerit.*

„ Da, Domine, virtutem manibus „ meis ad abſtergendam omnem macu- „ lam immundam, vt ſine pollutione „ mentis & corporis valeam tibi ſerui- „ re. Amen.

„ *Ad induendas manus.*

„ Creator totius creaturæ, dignare me „ indignum famulum tuum indumen- „ tis iuſtitiæ & lætitiæ induere, vt puris „ mentibus ante conſpectum tuum aſſi- „ ſtere merear mundus.

„ *Ad Annulum.*

„ Circumda, Domine, digitos meos vir- „ tute, & decorâ ſacrificatione.

„ *Ad Rationale.*

„ Da nobis, Domine, veritatem tuam „ firmiter retinere, & doctrinam veri- „ tatis plebi tuæ dignè aperire.

„ *Poſtquàm infulatus fuerit, dicat hanc* „ *orationem.*

„ Rogo te, altiſſime Sabaoth, pater „ ſancte, vt me tunicâ caſtitatis digne- „ ris accingere, & meos lumbos bal- „ theo tui amoris ambire, ac renes cor- „ dis ac corporis mei, charitatis igne „ perurere, quatenus pro peccatis meis „ poſſim dignè intercedere, & aſtantis „ populi peccatorum veniam promere- „ ri, ac pacificas ſingulorum hoſtias im- „ molare, me quoque audactet, Domi- „ ne, ad te accedentem non ſinas perire, „ ſed dignare me mundare, lauare, or- „ nare, & leniter ac benignè ſuſcipere, „ Pater ſanctiſſime, qui cum Filio & Spi- „ ritu ſancto viuis & regnas Deus in ſæ- „ cula ſæculorum. Amen.

„ *Inde Confeſſio ſingularis.*

„ Domine Deus omnipotens, qui es „ trinus & vnus, & vbique præſens, tibi „ confiteor omnia peccata mea, quæ ſi „ non confiterer, te tamen latere non „ poſſunt, quia peccaui nimis in cogi- „ tationibus, in locutionibus, diuerſiſ- „ que operibus, malis & multis, & quia „ ego miſer & miſerabilis, Domine, „ propter duritiam & nequitiam cor- „ dis mei, niſi tu adiuues me, in ipſa „ peccatorum meorum morte perduro, & vocem puram, vt implere poſſim laudem tuam.

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 6.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» propterea propter te miſerere mei,
» qui viuis & regnas, &c.
» *His omnibus rite peractis, dicat Epi-*
» *ſcopus preces has.*
» Exurge, Domine, adiuua nos.
» *Reſp.* Et redime nos propter nomen
» tuum.
» Fiat miſericordia tua Domine ſuper
» nos.
» *Reſp.* Quemadmodum ſperauimus
» in te.
» Deus tu conuerſus viuificabis nos.
» *Reſp.* Et plebs tua lætabitur in te.
» Oſtende nobis Domine miſericor-
» diam tuam.
» *Reſp.* Et ſalutare tuum da nobis.
» Ne intres in iudicium cum ſeruis
» tuis, Domine.
» *Reſp.* Quia non iuſtificabitur in con-
» ſpectu tuo omnis viuens.
» Domine, ne memineris iniquitatum
» noſtrarum antiquarum.
» *Reſp.* Citò anticipent nos miſericor-
» diæ tuæ, quia pauperes facti ſumus
» nimis.
» Propitius eſto peccatis noſtris, Do-
» mine.
» *Reſp.* Propter nomen tuum, Domine.
» Domine, exaudi orationem meam.
» *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat.

» *Sequuntur Orationes.*

» Oremus.

» Fac me quæſo, omnipotens Deus,
» ita iuſtitiâ indui, vt in Sanctorum
» tuorum merear exultatione lætari,
» quatenus emundatus ab omnibus
» ſordibus peccatorum, conſortium
» adipiſcar tibi placentium Sacerdo-
» tum, méque tua miſericordia à vitiis
» omnibus exuat, quem reatus propriæ
» conſcientiæ grauat, qui, &c.

» *Alia.*

» Aures tuæ pietatis, mitiſſime Deus,
» inclina precibus meis, & gratiâ ſan-
» cti Spiritûs illumina cor meum, vt
» tuis myſteriis dignè miniſtrare, té-
» que æternâ charitate diligere me-
» rear, per, &c.

» *Ad incenſum imponendum.*

» In nomine Patris & Filij & Spiritus
» Sancti ſit benedictum hoc incenſum
» in odorem ſuauitatis Domino, & in
» remiſſionem omnium peccatorum
» noſtrorum. Amen.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

„ *Ad oſculandum Euangelium.*
„ Pax Chriſti in viſceribus noſtris permaneat.
„ *Cùm egreditur Epiſcopus de ſacrario, dicat.*
„ Deduc me, Domine, in via tua, & ingrediar in veritate tua, lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum eſt.
„ *Eccleſiam intrans dicat.*
„ Introibo in domum tuam, Domine, & adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.
„ Domine, deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos, dirige in conſpectu meo viam tuam.
„ Auerte, Domine, oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me.
„ Deus propitius eſto mihi peccatori.
„ *Interim cum proceſſione egrediens ad gradus hunc Pſalmum per ſe, cum deducentibus eum, cantet.*
„ Dominus regit me, & nihil mihi deerit.
„ *Cum Verſu.*
„ Virga tua & baculus tuus.
„ *Quo finito adiungat Orationem hanc.*
„ Dominus vobiſcum.
„ *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.
„ Oremus.
„ Domine Deus omnipotens qui es magnus & mirabilis Dominus, qui nobis donaſti introitum in ſancta ſanctorum, per incarnationem vnigeniti filij tui Domini noſtri obſecrantes, poſtulamus benignitatem tuam, quia in timore ſumus & tremore volentes aſſiſtere ante ſanctum & glorioſum altare tuum, vt emittas ſuper nos donum gratiæ Spiritûs Sancti, & innoues animas noſtras, & corpora, vt mundo corde offeramus tibi ſacrificium, donum fructiferum in remiſſionem peccatorum noſtrorum & populi tui, per gloriam & humanitatem Ieſu Chriſti filij tui, qui tecum, &c.
„ *Coram altari autem ſtans cum proceſſione proferens confeſſionem, det indulgentiam miniſtris hanc.*
„ Indulgentiam & remiſſionem, ipſe occultorum omnium cognitor, per

AN. CH. 601. Clotar. II. R. 18. Theodob. II. Theodor. II. RR. 6.

Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium ſuum, vnà cum Spiritu Sancto, contritionem ſpiritûs, gemitum cordis, & confeſſionem oris veſtri, blandè & venerabiliter ſuſcipere dignetur; quique mulieri peccatrici omnia peccata dimiſit lachrymanti, & latroni ad vnam confeſſionem clauſtra apetuit Paradyſi, ipſe vos redemptionis ſuæ participes ab omni vinculo peccatorum abſoluat, & membra aliquatenus debilitata ſuæ medicinâ miſericordiæ ſanata, corpori ſanctæ Eccleſiæ redeunte gratiâ reſtituat, atque in perpetuum ſolidata cuſtodiat. Qui viuit & regnat, *&c.*

Datâ indulgentiâ adnectat has Orationes.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, te humiliter deprecamur, vt non nos permittas perire, quia tua creatura ſumus, ſed concede nobis ſpatium vitæ viuendi, vt ante diem exitûs noſtri per veram pœnitentiam fidémque rectam & puram confeſſionem tibi omnipotenti Domino, in hac præſenti vita placere mereamur, per, *&c.*

Alia.

Præſta quæſumus, omnipotens & miſericors Deus, vt reatûs noſtri confeſſio indulgentiam valeat percipere delictorum, per, *&c.*

Alia.

Famulorum tuorum quæſumus, Domine, delictis ignoſce, & qui placere de actibus noſtris non valemus, genitricis filij tui Domini Dei noſtri, & iſtorum atque omnium Sanctorum tuorum interceſſione ſaluemur, per eundem, *&c.*

Deinde in eodem loco, Presbyteris illum ducentibus & Diaconis præbeat oſculum pacis, ipsíque poſt acceptam pacem ab Epiſcopo ſinguli aſcendant ad cornu altaris oſculantes illud.

Et redeant Presbyteri ad ducendum Epiſcopum ad altare, & in aſcendendo dicat orationem hanc.

Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Aufer à nobis quæſumus Domine iniquitates noſtras, vt ad ſancta ſanctorum puris mereamur mentibus introire.

Poſtquàm intrat in Eccleſiam, oſculetur duos Presbyteros, & duos Diaconos, incipiens per ſe. Introibo ad altare Dei, *cum Pſalmo*, Iudica me Deus.

Interim dum cantetur Verſus ad introitum, dicit has Orationes.

Aufer à nobis iniquitates noſtras, vt ad ſancta ſanctorum puris mentibus ..... introite.

Et dum peruenerit ad altare, imponat per ſe Antiphonam.

Introibo ad altare Dei, ad Dominum qui lætificat iuuentutem meam.

Cum Pſalmo.

Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente, *&c.*

Quo finito has adnectat Preces.

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non abſcondi, iniquitates meas ego cognoſco, & delicta mea contra me ſunt ſemper.
Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.
Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam, quia in te ſperaui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum.
Domine, viuificabis me in æquitate tua.
Educes de tribulatione animam meam, & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ego ſeruus tuus ſum.
Egredere, Domine, in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo.

Tunc ſalutat Euangelium dicens.

Pax Chriſti, quam nobis per Euangelium ſuum tradidit, confirmet & conſeruet corda, & corpora noſtra, in vitam æternam. Amen.

Deinde oſculetur altare, dicens hanc Orationem.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui me peccatorem ſacris altaribus aſtare voluiſti, & ſancti nominis tui laudare potentiam, concede quæſo per huius Sacramenti myſterium, meorum mihi veniam peccatorum, vt tuæ maieſtati dignè miniſtrare, téque æternâ charitate diligere merear. Per, *&c.*

Poſt hæc ſecretò dicat hanc Confeſſionem.

Suſcipe confeſſionem meam vnica ſpes ſalutis meæ, Domine Deus meus Ieſu Chriſte, quia gulâ, ebrietate, fornicatione, libidine, triſtitiâ, ace-

Alia Oratio.

Omnipotens Deus, qui me peccatorem ſacris altaribus aſtare voluiſti, & ſancti nominis tui laudare potentiam: concede, quæſumus, per huius ſacramenti myſterium, meorum veniam peccatorum, vt tuæ Maieſtati dignè miniſtrare merear. Per.

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 6.

Deinde cùm oſculabitur dicat.

Pax Chriſti, quam nobis per Euangelium ſuum tradidit confirmet, & conſeruet corda noſtra & corpora in vitam æternam. Amen.

Confeſſio Sacerdotis ante altare.

Suſcipe confeſſionem meam, vnica ſpes ſalutis meæ, Domine Deus meus. Gulâ, ebrietate, fornicatione, libidine, triſtitiâ, acediâ, ſomnolentiâ,

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

diâ, ſomnolentiâ, negligentiâ, irâ, cupiditate, inuidiâ, malitiâ, odio, detractione, periurio, falſitate, mendacio, vanâ gloriâ, leuitate ac ſuperbiâ perditus ſum, & omnino cogitatione, locutione, actione atque omnibus malis extinctus ſum, qui iuſtificas impios, & viuificas mortuos, iuſtifica me, & teſuſcita me, Domine Deus meus. Qui viuis, &c.

Alia.

Confiteor tibi peccata mea, æterne Pontifex, & ſanctorum Miniſter, & veti tabernaculi Sacerdos, qui ſemel in anno in myſteria ſancta intraſti, & ſanctum & immaculatum agnum ptoprij corporis tui ad hoſtiam dediſti, pro peccatis meis. Tibi confiteor quia debitor ſum, tibi non ſolùm decem milia talenta delictorum meorum, ſed totius vitæ meæ reddere tationem debeo, quia in omni vita mea nullum mandatum tuum perfectè à me cuſtoditum ſcio, in quo ego ſermone, viſu, auditu, guſtu, greſſu, opere, cogitatione aut ſuaſione, vel conſenſu me deliquiſſeptofiteor. Sed nunc, Domine, præuenio faciem tuam in confeſſione, in conſpectu Angelorum, & omnium Sanctorum, confiteor tibi peccata mea, & veniam poſtulo pto delictis meis, téque obſecro vt in hoc tempore accepto exaudias me, & in his diebus ſalutis adiuues me, vt in præſenti perfectè valeam tecognoſcere peccata mea, & æterno iudici confiteri, & per id veniam meteri omnium delictorum meorum, quatenus ad tremendum iudicium tuum ſecurum me ab omnibus accuſationibus inimici facias peruenite. Per Dominum, &c.

Alia.

Ego miſer & peccator, qui me præ omnibus Chtiſtianis ſceletatiſſimum puto & ſcio, confiteor Domino & omnibus Sanctis eius, omnibus ſceleribus & flagitiis infinitis ab ineunte ætate vſque in præſentem diem me ſemper occupatum fuiſſe, ſine aliquo diuini timoris intuitu, maximè autem in fornicationibus nimiis & variis, ſedulâ ebrietate hoc perpetrante, negligentiis omnigenis, per-

itâ, cupiditate, inuidiâ, malitiâ, odio, detractione, periutio, falſitate, mendacio, vanâ glotiâ, leuitate ac ſupetbiâ perditus ſum, & omni cogitatione, locutione, actione, atque omnibus malis extinctus ſum; ſed tu, qui iuſtificas impios, & viuificas mortuos, viuifica me & teſuſcita me, Deus meus.

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 6.

„ iuriis, mendaciis, inuidia, ſuperbia, „ malitia, gula, auaritia, rapina, furto, „ in vana gloria, in arrogantia, in inobedientia, in contumacia, in duritia mentis, in contradictione, in murmuratione, in indignatione, in detractione, in ira, in odio, in maledictione, in ſuſurratione, in triſtitia, in lætitia vana, in loquendo, in tacendo, in increpando immoderatè, in remittendo incautè, in dilectione vana, in riſu, in ioco, in ſcurrilitate, in diſcordia, in ſeminando diſcordiam, in ficta amicitia, in dando & accipiendo, & in omnibus ſenſibus corporis me corruptum eſſe confiteor, & in omnibus peſtibus, quæ ad mortem meam pertinent, me grauatum & repletum eſſe profiteor, in tantum vt nec homicidij me ſecurum confidam, quia ...... plurimos per meam negligentiam fame mortificatos eſſe, quos aliquatenus viuificare potuiſſem; ſi de his quæ ſuperflua erant, propenſiorem eis curam impendiſſem. Hæc omnia cum ſemper feciſſem, nunquam ea purâ confeſſione purgaui, vel debitâ pœnitentiâ minui, ſed ſemper grauibus grauiora adieci, pro his omnibus & aliis innumerabilibus, quæ non ſolùm non numerare, ſed nec ad memoriam reducere potero, veniam à miſericordiſſimo Domino peto, quia neſcio vbi fugiam ab ira eius, niſi ad illum.

„ *Poſt confeſſionem ſingularem ſequuntur Orationes.*

„ Tuam, Domine, clementiam deprecor, vt mihi veniam peccatorum meorum concedas, & me in mandatorum tuorum cuſtodias obſeruatione, necnon etiam me indignum exaudire digneris pro omnibus, quorum confeſſiones vel eleemoſynas ſuſcepi, vel qui ſe confidentiâ charitatis mihi commendauerunt, vt ſiue viuunt, ſiue in tuæ pacis ſpe requieſcunt, tuæ propitiationis perpetualiter ſentiant adiumentum.

„ Salua me, Domine rex æternæ gloriæ, qui potes ſaluare, da mihi & velle, & operari, & perficere, quæ tibi placent, & mihi expediunt, da in perturbatione auxilium, in perſecutione ſolatium, & in omni tentatio-

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

„ ne virtutem, tribue de præteritis ve-
„ niam, de præſentibus malis emenda-
„ tionem, de futuriſque digneris largiri
„ cuſtodiam. Amen.

Alia.

„ Obſecro, Domine Ieſu, cunctas ci-
„ uitatis meæ portas iuſtitiæ facias, vt
„ ingreſſus in eas confitear nomini tuo,
„ tuæque Maieſtati cum Miniſtris cæle-
„ ſtibus eam crebriùs inuiſenti non fœ-
„ tor elati cadaueris occurrat, ſed oc-
„ cuper ſalus muros illius, & portas eius
„ laudatio.

Alia.

„ Deus omnipotens, miſerere ſupplici
„ tuo, quia non ſum ſicut innumeri ſer-
„ ui tui contemptu ſeculi ſublimes, iu-
„ ſtitiæ merito glorioſi, caſtitatis laude
„ angelici, velut etiam multi illorum,
„ qui poſt flagitia publica pœnitendo
„ tibi meruerunt eſſe deuoti, qui etiam,
„ ſi quid boni tuâ gratiâ largiente fece-
„ ro, quo fine hoc faciam, quâve à te
„ diſtrictione penſetur, ignoro.

Alia.

„ Indignum me, Domine, fateor tuis
„ ſacris, qui innumeris cottidie fuſcor
„ peccatis, nam qui te blandis ver-
„ bis rogare præſumo, improbis ſæ-
„ piſſimè factis offendo, tu enim mihi
„ medicinam ingeris ægro, ego ſanitati
„ meæ indeſinenter contraria ago. Le-
„ gem tuam ſacris inditam paginis le-
„ go, ſanam verò diſciplinam infœlix
„ negligo, ad tuum quidem altare quaſi
„ deuotus accedo, ſed à præceptis tuis
„ contumaci corde recedo, quaſi di-
„ gnum me in oculis hominum oſten-
„ do, ſed in tuo conſpectu, quem oc-
„ culta non fallunt, diuerſis ſceleribus
„ pollutus ſordeo. Sed tuum eſt, Do-
„ mine Deus, dare peccatori cor com-
„ punctum, fontémque lachrymarum,
„ quo dignè valeam abluere multitudi-
„ nem ſcelerum. Meum eſt, ſi donaue-
„ ris, delicta deflere, tuum eſt ea, vt
„ nubem, citò delere, & licèt palmam
„ amiſerim innocentiæ inimico ſuaden-
„ te, ſaltem per confeſſionem veniam
„ merear te miſerante, vt tibi ſit gloria,
„ laus & honor, cuncta regenti in ſæ-
„ cula ſæculorum. Amen.

Alia.

„ Deus propitius eſto mihi peccatori,

Oratio Sacerdotis ante altare priuſquàm Miſſam incipiat. „

Deus propitius eſto mihi peccatori, „

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 6.

quia tu es immortalis, & ſine peccato ſolus. Domine Deus meus, indulge mihi indigno famulo tuo & peccatori, quia peccator ſum & indignus, qui præſumo ad ſanctum altare tuum accedere, & inuocare te, quia peccaui coram te, & coram Angelis tuis, ſed per illorum interceſſionem tribue mihi indulgentiam delictorum meorum, & confirma me in ſancta Eccleſia tua in fide orthodoxorum, & doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vitæ meæ. Qui viuis, &c.

Alia.

Domine Ieſu Chriſte, Redemptor mundi, propitius eſto mihi peccatori omnibus modis in peccatis iacenti, quia tu ſolus, Domine, immortalis es, & ſine peccato, indulge mihi miſerrimo præſumenti accedere ad ſanctum altare tuum & inuocare te, quia peccaui ab infantia mea vſque nunc, coram te & coram Angelis & omnibus Sanctis tuis, ſed per illorum interceſſionem tribue mihi diuinam clementiam veniamque peccatorum meorum, & doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vitæ meæ.

Alia.

Deus miſericordiæ & veritatis, clementiam tuam ſuppliciter deprecor, vt mihi miſero innumerabilium veniam concedas peccatorum, quibus iram tuæ potentiæ prouocaui, quatenus te miſerante in hac vita ſecundùm tuam voluntatem, purgatus ad æternæ beatitudinis participationem pertingam, cunctis etiam in corpore ſiue extra corpus viuentibus, qui mihi ſpiritali vel carnali coniunctione cohærent, & qui ſe mihi vel confitendo vel rogando commendauerunt, necnon & quorum pecunias vel eleemoſynas ſuſcepi, vel qui per meam negligentiam ſeu malitiam corrupti ſunt, manum miſericordiæ tuæ porrigas, & per ineffabilem largitatem tuam, adoptatam eis indulgentiam peccatorum concedas, & ad requiem beatorum ſpirituum perducere digneris. Per, *&c.*

Alia.

Clementiſſime Chriſte, fidelium animarum Redemptor, propitius quæſo

quia tu es Deus immortalis, & ſine peccato ſolus. Domine Deus meus, indigno mihi famulo tuo indulge, quia peccator ſum & indignus, qui præſumo ad ſanctum altare tuum accedere, & inuocare te; qui peccaui coram te, & coram Angelis tuis; ſed tribue indulgentiam delictorum meorum, & confirma me in ſancta Eccleſia tua, in fide orthodoxorum, & doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vitæ meæ. Qui viuis.

Item Oratio interim dum Gloria in excelſis Deo *cantatur.*

Domine Ieſu Chriſte, Redemptor mundi, propitius eſto mihi peccatori, omnibus modis in peccato iacenti, quia tu ſolus, Domine Deus noſter, immortalis es & ſine peccato, indulge mihi miſerrimo præſumenti accedere ad ſanctum altare tuum & inuocare te, quia peccaui ab infantia mea vſque nunc coram te, & coram omnibus Sanctis tuis, ſed per illorum interceſſionem tribue mihi diuinâ clementiâ veniam peccatorum meorum, & doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vitæ meæ. Qui viuis & regnas.

AN.CH. 601. Clotar. II. R. 18. Theodob. II. Theodor. II. RR. 6.

„ adeſto meis indignis precibus exaudi-
„ tor, qui ad immolandam ſacræ tuæ
„ paſſionis hoſtiam tremens aſſiſto, dum
„ multifaria & noxia me accuſantia cri-
„ mina recognoſco, debita altaribus
„ tuis indignus ſacrificia tuo conſpectui
„ offerre præſumo, qui ante tuæ Maie-
„ ſtatis præſentiam iaceo, corpore,
„ meore cordéque pollutus, ſed babeas
„ inter hæc tuum antidotum, Chriſte,
„ quo ſanare, bone medice, animarum
„ vulnera noſti. Conſcriptum quæſo
„ contra me, arbiter alme, dele pecca-
„ ti chirographum, ne vltor à me ſuum
„ vltrà valeat exigere nummum. Ob
„ hoc tuam, Domine, clementiam in-
„ digno ore mentéque depoſco, vt ſe-
„ reno familiam tuam ſacri tui nominis
„ officia præſtolantem digneris aſpice-
„ re vultu, ne per me indignum eo-
„ rum ſaluris pereat pretium, pro qui-
„ bus dignatus es tuum ſanctum fun-
„ dendo ſanguinem eſſe redemptio, ſed
„ tuâ nos ſemper & vbique protectio-
„ ne conſerua, vt quos precioſo ſan-
„ guine redemiſti in terris, æternâ fa-
„ cias cum ſanctis tuis gloriâ numerari
„ in cœlis, qui cum æterno patre viuis
„ & regnas Deus in vnitate Spiritûs
„ ſancti in ſæcula ſæculorum. Amen.
„ *Has orationes interim dicat, donec*
„ *verſus cantentur ad introitum, &* Κύ-
„ ριε ἐλέησον, *& deinde carmen Angelo-*
„ *rum.*
„ Gloria in excelſis Deo.
„ Et in terra pax hominibus bonæ vo-
„ luntatis,
„ Laudamus te,
„ Benedicimus te,
„ Adoramus te,
„ Glorificamus te,
„ Hymnum dicimus tibi,
„ Gratias agimus tibi, propter magnam
„ gloriam tuam.
„ Domine Deus Rex cæleſtis,
„ Deus Pater omnipotens.
„ Domine Fili vnigenite, Ieſu Chri-
„ ſte,
„ Domine Deus,
„ Agnus Dei,
„ Filius Patris,
„ Qui tollis peccata mundi, miſerere
„ nobis;
„ Qui tollis peccata mundi, ſuſcipe
„ deprecationem noſtram;

„ Qui ſedes ad dexteram Patris,
„ Miſerere nobis:
„ Quoniam tu ſolus Sanctus,
„ Tu ſolus Dominus,
„ Tu ſolus Altiſſimus,
„ Ihesu Chriſte,
„ Cum Sancto Spiritu in gloria Dei Pa-
„ tris. Amen.

„ *Hæc ſequens oratio dicatur ab Epi-*
„ *ſcopo interim donec Hymnus Angelicus*
„ *finiatur.*

„ Oremus.

„ Deus, qui iuſtè iraſceris, & elemen-
„ ter ignoſcis, qui etiam non mortem
„ peccatorum, ſed vitam deſideras, me
„ miſerum fragilémque peccatorem
„ delictorum ſordibus plenum à tua
„ pietate non repellas, neque reſpicias
„ ad peccata mea, quæ malè viuendo
„ commiſi, ſed ad immenſas miſeri-
„ cordias tuas, quibus gratuito mune-
„ re peccantibus ſubuenire conſue-
„ uiſti, obſecro itaque, Domine, vt
„ immemor ſis peccatorum meorum,
„ & memor miſericordiarum tuarum,
„ vota precéſque meas dignanter ſuſ-
„ cipias, & diſſimulatis fragilitatis meæ
„ peccatis, labia mea aperias, & ad
„ confeſſionem me tuæ laudis placatus
„ admittas, qui per Incarnationem &
„ Humanitatem Domini noſtri Ieſu
„ Chriſti Filij tui dediſti pacem homi-
„ nibus, & cæleſtium collegium An-
„ gelorum, da me & de tuæ pacis vber-
„ tate repleri, & de Angelicæ ſocieta-
„ tis vnitate lætari. Sicque me facias
„ his temporalibus officiis intereſſe, vt
„ ad tuas miſericordias in æternum
„ cum illis decantandas perpetuis ele-
„ ctorum tuorum choris aggregari præ-
„ cipias. Per eundem, *&c.*

„ *Finitâ Angelicâ laude, Miſſalem ora-*
„ *tionem dicat Sacerdos. Deinde Lectio re-*
„ *citetur, & inter Lectionem & Euange-*
„ *lium, id eſt, tempore Gradalis, & Alle-*
„ *luyæ ac Sequentiæ Epiſcopus dicat has*
„ *Orationes.*

„ Ante oculos tuos, Domine, reus
„ conſcientiæ teſtis aſſiſto, rogare non
„ audeo, quod impetrare non mereat.
„ Tu ſcis Domine, quæ aguntur in no-
„ bis, erubeſcimus fateri, quod non
„ timemus admittere, verbis tibi tan-
„ tùm obſequimur, cordibus menti-
„ mur, vt quod velle nos dicimus,

Poſt Collectam vſque ad Euangelium, „
prout ſibi videatur, dicit has Orationes. „
Deus, qui de indignis dignos facis, „
de peccatoribus iuſtos, de immundis „
mundos, munda corpus meum, & „
cor meum ab omni cogitatione & „
ſorde peccati, & fac me dignum ſan- „
ctis altaribus tuis miniſtrum, & con- „
cede propitius, vt in hoc altari, ad „
quod indignus accedo, hoſtias pla- „
cabiles offeram pietati tuæ pro pec- „
catis & offenſionibus meis, & innu- „
meris cotidianiſque exceſſibus, & „
grege mihi commiſſo, & famulo „

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

nolle noſtris actibus approbamus. Sed parce, Domine, confitentibus, ignoſce precantibus, miſerere te rogantibus. Et quia meus ſenſus in Sactamentis tuis infirmus eſt, & apud te non habent peccatores verba ſine crimine, præſta, Domine, vt ſi ex nobis indignis, duri cordis verba non ſuſcipis, per temetipſum veniam largiatis. Qui viuis, &c.

Alia.

Chriſte, parce & miſerere mei non ſecundùm merita mea, ſed ſecundùm miſericordiam tuam. Noli me decipere peccatorem. Noli me reprobare, ſed ſuſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab exſpectatione mea, miſerere mei, Domine, quia peccaui tibi, da mihi fontem lachrymarum, fons vitæ, & lux luminis, concede mihi in præſenti vita veram pœnitentiam de peccatis meis, & in bono perſeuerantiam. Domine, exaudi orationem meam, qui viuis, *&c.*

Alia.

Quæſumus immẽſam pietatem tuam, Deus, ne nos pro noſtra iniquitate condemnes, ſed pro tua pietate in via recta diſponas, nec ſicut meremur delinquentibus iraſcaris, ſed fragilitati noſtræ inuictâ bonitate ſubuenias, omnibúſque errantibus indulge, iuxta magnitudinem pietatis tuæ.

Alia.

Mordacis conſcientiæ ſtimulis, & delictorum noſtrorum recordatione commoniti, Dominum indulgentiæ deprecamur, vt quicquid dicto, facto, cogitatione deliquimus, ſiue lubricæ ætatis impulſu, ſiue errore ignorantiæ commiſimus, pietas Domini noſtri ſoluere ac perdonare dignetur, vt te, Domine, annuente valeamus, quæ mala ſunt declinare, & quæ bona ſunt conſequenter explere, & quia nos feciſti ad tua Sacramenta pertinere, tu clementer in nobis eorum munus operare, omnibúſque errantibus indulge iuxta magnitudinem pietatis tuæ.

Alia.

Si ante oculos tuos, Domine, culpas quas fecimus, & plagas, quas vel duriſſimas in hac vita pati poſſumus, conferamus,

ruo N. coniugéque, ac populo ſibi ſubiecto, & omnibus circumadſtantibus, omnibúſque mihi familiaritate coniunctis, atque omnibus me odio execrabili inſectantibus, & Eccleſiæ tuæ commiſſæ aduerſantibus, cunctis fidelibus ſimul Chriſtianis. Et per eum ſit tibi meum votum atque ſacrificium acceptabile, qui ſe tibi Deo Patri obrulit in ſacrificium Ieſus Chriſtus Dominus noſter.

Ignoſce, Domine, quòd te rogare compellor, dum per immunda labia nomen ſanctum tuum aſſumo, vt cùm pudendorum actuum meorum ſecreta confiteor. Non habeo apud te verba ſine crimine. Tu enim conſcientiæ meæ vulnera, tu cogitationum mearum occulta noſti, & immunditiam meam tu ſolus agnoſcis. Miſerere mihi, Domine, miſerere mihi. Ignoſce myſterij tui ſecreta tractanti; nec indignum miſericordiâ tuâ iudices, quem pro aliis rogare permittis, & in quo teſtimonium boni operis non agnoſcis, officium ſaltem diſpenſationis creditæ non recuſes, Saluator mundi, qui viuis.

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 6.

„ feramus, minus eſt quod patimur,
„ maius eſt quod meremur. Peccati pœ-
„ nam ſentimus, & peccandi pertina-
„ ciam non euitamus, in flagellis tuis
„ fragilitas noſtra frangitur, & iniqui-
„ tas non mutatur, mens ægrota tor-
„ quetur, & ceruix dura non flectitur,
„ vita in dolore ſuſpirat, & tamen in
„ opere non emendat, ſi expectamur
„ non corrigimur, ſi vindicas non dura-
„ mus, confitemur in correptione quod
„ fecimus, obliuiſcimur in viſitatione
„ quod fleuimus, ſi impreſſeris ma-
„ num facienda promittimus, ſi ſuſ-
„ penderis gladium promiſſa non faci-
„ mus, ſi ferias clamamus vt parcas, ſi
„ parcis iterum te prouocamus vt ferias,
„ ſi anguſtiæ veniunt tempus petimus
„ pœnitentiæ, ſi miſericordia ſubueniat
„ abutimur patientiâ quæ pepercit, ad-
„ huc plaga illata vix præterit, etiam
„ non recolit mens ingrata quod pertu-
„ lit. Si citiùs nos exaudias, ex miſeri-
„ cordia inſoleſcimus; ſi tardiùs, ex im-
„ patientia murmuramus. O Domine,
„ volumus te ſeruare quod feceris, non
„ timemus negligere quod iuſſeris. Ha-
„ bes, Domine, confitentes reos, par-
„ ce quia pius es. Nouimus quòd niſi
„ dimittas rectè nos punias, ſed apud te
„ eſt multa miſeratio, & propitiatio per-
„ abundans, præſta ſine merito quod
„ rogamus, qui feciſti qui rogarent.
„ Clamantibus autem ad te nobis, Do-
„ mine, miſerere. Moueat pietatem
„ tuam vox fidelis & flebilis, atque illa
„ de qua totum ſperamus pietas non re-
„ putet quod offendimus, dum reſpicit
„ quod rogamus, & cùm ſit grandis mi-
„ ſeria eſſe nos reos, maior tibi ſit cle-
„ mentia erga nos miſeros. Erige nos,
„ Domine Deus noſter, & alleua miſe-
„ ricordiâ tuâ, vt communione ſalutis,
„ & gaudio charitatis, dum ipſi ſaluari
„ ex munere tuo cupimus, etiam fide &
„ pace cunctarum gentium gaudeamus.
„ Per Dominum noſtrum, &c.

„ *Alia.*

„ Ante conſpectum tuæ inæſtimabilis
„ Maieſtatis ſancta Trinitas & vera Vni-
„ tas omnipotens æterne Deus, non ſine
„ debita reuerentia, attamen nullâ of-
„ ficij dignitate vilis admodum pecca-
„ tor accedo, & reus conſcientiæ aſſiſto
„ teſtis, accuſo ego me, & non excuſo,

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» ſed coram teſtibus, ſcilicet, omnium » Sanctorum tuorum reliquiis, vel » omnibus ſanctis tuis in cælo & in ter- » ra, confiteor omnes iniuſtitias meas » tibi, quatenus per eorum merita & » interceſſiones, remittas omnem pec- » cati mei impietatem, quia ego pec- » caui in cælum, & coram te, etiam » non ſum dignus vocari filius tuus, » peccatorum ſordibus inuolutus, ſed » tu occultorum cognitor miſerere » mei, & reſuſcita me de morte ani- » mæ meæ, & ſeptiformis gratiâ Spiri- » tûs Sancti illumina cor meum, & do- » ce me facere voluntatem tuam, quia » Deus meus es tu. Amen.

» *Alia.*

» Miſerere Deus omnibus errantibus, » & ad te pertinentibus, & his om- » nibus miſereſce, pro quibus debito- » res ſumus exorare viuis ſiue defun- » ctis, vel quorum eleemoſynas & con- » feſſiones ſuſcepimus, & nomina ad » commemorandum conſcripſimus, » quatenus his omnibus miſericordi- » diter indulgeas, & vitam æternam » concedas, necnon & perſequentibus » nos, & calumniantibus indulge, iux- » ta magnitudinem pietatis tuæ. Amen.

» *Alia.*

» Succurre mihi Deus meus antequàm » moriar, antequàm me tormenta ra- » piant, antequàm tenebræ obuoluant, » reus enim iudicij tui teneor peccati » pauore, iram tuam formido, ſi enim » vix iuſtus ſaluabitur, ego impius vbi » ero? Quid faciam, dum venerit tre- » mendi iudicij dies? Quid verò dictu- » rus ſum, cùm ante tribunal Chriſti » fuero præſentatus? Melius fuiſſet » non in ſæculo procreatum, quàm » æterna ſupplicia perpeti crucian- » dum, peccaui enim ſæpè in verbo, » in facto, in cogitatione, & peccaui » crudeliter, nullum inuenitur pecca- » tum, cuius ſordibus non ſim ego mi- » ſet inquinatus. Nullus eſt morbus » vitiorum, à quo non contraxi conta- » gium. Semper delicta mea iteraui, » plurimos prauis moribus ad iniqui- » tatem peruerti, exemplis vitæ meæ » multi ſubuerſi ſunt. Obſecro vos » omnes choros ſanctorum Patriarcha- » rum, Prophetarum, Apoſtolorum, » Martyrum & omnium Sanctorum, vt

AN. CH. 601. GLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

„ oretis pro me, vt miſereatur mei „ Deus, & deleat peccata mea, vti au- „ ferat iniquitatem meam, & recipiat „ me in gaudium ſempiternum. Tu „ Domine miſericors, clemens, pius, „ nullum relinquis, nullum reſpuis, „ nullum ſecludis à miſericordia tua. „ Conuerte animam meam in requiem „ paradyſi. Tu ouem errantem requiſî- „ iſti, & inuentam tuis humeris repor- „ taſti ad gregem, quæſo hanc viliſſi- „ mam animam manibus adtrahe, & „ offer benedicto & immortali Patri „ tuo, coram Cherubin & Seraphin, „ & coram ſanctis Angelis, vt delitiis „ paradyſi fruens, cum eis dicere poſ- „ ſim. Gloria Patri immortali, gloria „ Filio immortali, gloria Spiritui San- „ cto immortali, in ſæcula ſæculorum. „ Amen.

„ *Alia.*

„ Domine Ieſu Chriſte, qui me tuo „ ſanguine redemiſti, exaudi me pec- „ catorem cottidie peccantem, & in „ peccatis nimiis iacentem, tibi ſoli „ peccaui, te, Chriſte, confeſſus ſum. „ Ego peccaui coram te, & coram om- „ nibus ſanctis tuis, in verbis, & in fa- „ ctis, in omnibus cogitationibus meis, „ quibus excogitare potui. Infœlix „ ego homo, innumerabilia ſunt deli- „ cta mea, miſerere mei omnipotens „ Deus. Veniam peto coram te & San- „ ctis tuis, de vniuerſis peccatis meis, „ præteritis, præſentibus & futuris. „ Deus, propitius eſto mihi peccatori, „ & da mihi licentiam in hac vita age- „ re pœnitentiam, per quam deleam „ omnia peccata mea, quia neſcio vbi „ fugiam, niſi ad te, Chriſte, quia tu „ es vita viuorum, & reſurrectio mor- „ tuorum. Orate pro me miſero, om- „ nes ſancti Apoſtoli atque Martyres, „ Confeſſores & ſanctæ Virgines atque „ Viduæ, & omnes ſancti & electi Dei. „ Orate pro me, vt Deus omnipotens „ illuminet vultum ſuum ſuper me mi- „ ſerum, & miſereatur mei. Qui, &c.

„ *Alia.*

„ Domine Ieſu Chriſte, integritatis „ amator, muni cor meum ab omnibus „ ſagittis, & inſidiis inimici, & extin- „ gue in me omne incendium libidi- „ nis, & ad veram humilitatem, & pa- „ tientiæ tranquillitatem conuerte pe-

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» ctus meum, ſuccende charitatis ſti-
» mulis, vt odio habens omnem viam
» iniquitatis, poſſim cunctis diebus vitæ
» meæ tibi complacere. Qui viuis, &c.
» *Alia.*
» Tuam, Domine, clementiam depre-
» cor, vt mihi famulo tuo remiſſionem
» cunctorum tribuas peccatorum, &
» omnibus, pro quibus debitor ſum ex-
» orare, viuis ſiue defunctis miſeri-
» cordiæ tuæ munus impendas, vt ad
» æternam vitam tua gubernatione per-
» ueniant, & tuæ vbique gratiæ dona
» percipiant. Per, &c.
» *Alia.*
» Proiectis nobis, Domine, in contem-
» plationem operum noſtrorum, da ca-
» piti noſtro aquam, & oculis noſtris
» fontem infunde lachrymarum, vt
» peccati maculas abluendo, vltrices
» pœnarum flammas, fletuum vbertate
» vincamus, & quia tibi, Domine, non
» ſunt occulta quæ geſſimus, concede
» vt in nobis non oris ſit tantùm confeſ-
» ſio, ſed etiam cordis, nec excuſatio
» criminum, ſed lamentatio peccato-
» rum, ſiquidem caſtos cordis noſtri
» oculos laſciuiæ violauit aſpectus, ſunt
» mores corrupti, diſciplina violata, ſi-
» mulatio in vultu, fallacia in verbis,
» dolus in corde, volubilitas in lingua,
» operatio ſtulta, mens dubia, concu-
» piſcentia carnalis, ſollicitudo terre-
» na, obliuio animæ, negligentia ſan-
» ctitatis, ſuper hæc autem mortis timor
» increuit. Miſerere nobis, Domine,
» miſerere nobis, & da de præteriris
» malis veniam, de præſentibus emen-
» dationem, de futuris cautelam. Qui
» viuis, &c.
» *Alia.*
» Impellit me peccatorem miniſtrandi
» officium, hoſtiam ſalutarem offerre
» pro populi delicto, ſed terret con-
» ſcientia indebiti Sacerdotij pro reatu,
» ſi à me omnium Sacerdotum peripſi-
» mà Sacrificium offertur, pollutæ con-
» ſcientiæ crimen augetur. Si tantæ Ma-
» ieſtati & vniuerſæ carnis iudici non
» offertur, negligentiæ reatus aſcribi-
» tur. Inter hæc tuæ, omnipotens Deus,
» libramen pietatis imploro, cuius vl-
» tionis diem accuſante conſcientiâ
» pertimeſco, ne me indignum quæſo
» miſericordiâ tuâ iudices, quem à tem-

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» pore pœnitentiæ non excludis. Suſ-
» pende, precor, interuentu iſtorum
» & omnium Sanctorum meritis ſecu-
» rum, donec cultor vineæ admoueat
» cophinum ſtercoris ad radicem infru-
» ctuoſæ arboris. Parce mihi, Domine
» clementiſſime, pœnitenti, qui Dauid
» poſt lapſum clementer ad veniam re-
» uocaſti, qui Petri miſericors amarè
» flentis lacrymas reſpexiſti, qui latro-
» nem in crucis patibulo tanti facinoris
» reum diuinâ gratiâ illuſtraſti, cui mox
» obtinuit confeſſio propitium Dei fi-
» lium, fides præmium, pœna veniam,
» lamenta gaudia ſempiterna, dum con-
» feſſor in cruce poſſeſſor extitit para-
» dyſi propter crucem, ſed quia verba
» veniæ tuæ pietatis indigent, quæ in-
» digni Sacerdotis opera non commen-
» dant, ſaltem aſtantium vota ſuſcipe,
» vt & mihi ſuis ad te precibus veniam,
» & eorum meritis Sacrificia noſtrorum
» vulnerum nobis conferant medici-
» nam. At quia omnipotens pro om-
» nium peccatis factus es hoſtia ſaluta-
» ris, adſis nobis iuſtificatio pro deli-
» ctis, Ieſu Chriſte Saluator mundi, qui
» cum Patre & Spiritu ſancto viuis &
» regnas, *&c.*

» *Oratio pro ſemetipſo.*

» Salua nos, Domine Rex æternæ glo-
» riæ, qui potes ſaluare, & da mihi, vt
» valeam & operari & perficere, quæ ti-
» bi placeant, & mihi expediant. Do-
» mine ſancte Pater omnipotens Deus,
» da mihi in tribulatione auxilium, in
» perſecutione ſolatium, & in omni
» tempore tentationis virtutem. Domi-
» ne ſancte piiſſime Pater, da mihi de
» præteritis delictis veniam, de præſen-
» tibus emendationem, de futuris lar-
» gire cuſtodiam, quia malum dimitte-
» re non poſſum, nec bonum facere, ni-
» ſi ſuccurrat mihi miſericordia tua ma-
» gna, vt te merear cognoſcere, te ti-
» mere & amare ex toto corde. Domi-
» ne Ieſu Chriſte Redemptor omnium,
» qui es refugium pauperum, & conſo-
» lator tribulatorum, per tuam magnam
» miſericordiam ſis mihi conſolatio in
» omnibus anguſtiis & tribulationibus
» meis, quia non habeo in alium ſpem,
» niſi in te, quia tu es refugium meum,
» & virtus in tribulationibus meis,
» quæ inuenerunt me nimis. Propterea

AN.CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» clamo ex toto corde ad te, vt exau-
» dire me digneris, & hæc omnia, quæ
» indignus precor, clementiâ tuæ pie-
» tatis merear adipiſci, & quidquid
» illud eſt, quod infœlicitas mea à te
» petere non ſapit, aut non præſumit,
» id tu pro tua pietate ac Maieſtate tri-
» bue, quia tu es conſolatio & prote-
» ctio vitæ meæ in omni tempore.
» Amen.

» *Oratio in quacunque tribulatione.*

» Deus, qui contritorum non deſpicis
» gemitum, & mœrentium non ſpernis
» affectum, adeſto precibus noſtris,
» quas pietati tuæ pro tribulatione no-
» ſtra effundere præſumimus, implo-
» rantes, vt eas clementer ſuſcipere
» digneris, tribuáſque vt quicquid
» contra nos diabolicæ atque humanæ
» moliuntur aduerſitates, ad nihilum
» redigas, & conſilio pietatis tuæ alli-
» das, vt nullis aduerſitatibus læſi, ſed
» erepti de omni tribulatione & angu-
» ſtia læti in Eccleſia tua ſancta gratias
» referamus per Chriſtum, per quem
» te, ſumme Deus, rogamus, vt pre-
» ces has attendas, & propitiabili di-
» gnatione ad hanc noſtram oratio-
» nem reſpicias, quam tibi pro ere-
» ptione ac releuatione à preſſura no-
» ſtræ infirmitatis offerimus; iam, Do-
» mine, reſpice ſuper nos vultu placa-
» bili, & miſericordiâ ſingulari à nobis
» amoue, quod ſæuitia malorum pro-
» mittit, quod inimicorum prauitas in-
» fert, quod prauorum in conſiliis ad-
» uerſitas alligat, quod ex iudicio im-
» minet, quod ex ſententia pen-
» det, quod conſpiratione machina-
» tur, quod accuſatione confingitur,
» quod propriæ merentur iniquitates,
» quòd alienis fictionibus alligamur,
» quòd preſſuris deiicimur, quòd cru-
» ciatibus premimur, quòd anguſtiis
» anguſtiamur, non iuſtitiam tuam
» quæſumus, Domine, in iniuſtitiis no-
» ſtris exerceas, ſed potiùs pietatem
» tuam in iniquitatibus noſtris mani-
» feſta, non nos in perſecutione deii-
» cias, non per intolerantiam perdas,
» ſed per tribulationem exerce, per
» pietatem attolle, per miſericordiam
» rege, quò te protegente ab inimico-
» rum iaculis tuti, à præſenti tribula-
» tione exempti, te Dominum viuum

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOB. II. RR. 6.

„ in Trinitate conſonâ laudemus voce.
„ Qui cum vnigenito Filio tuo Sanctó-
„ que Paracleto Spiritu viuis & regnas
„ per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

„ *Oratio Paſtoris dicenda pro ſe & pro*
„ *ſubditis.*

„ Dimitte, Domine Deus omnipotens,
„ quicquid per intemperantiam mor-
„ dacis linguæ incauta oris noſtri in-
„ crepatio momordit in ſubditos; quic-
„ quid minus de boni perfectione dixi-
„ mus, parce; quicquid incongruum,
„ vel minùs temperatè protulimus,
„ ignoſce. Non incautum præſumprio
„ puniat, ſed agnoſcentem me iniqui-
„ tates meas miſerationis tuæ pietas
„ abſoluat. Et quia non mihi alibi eſt
„ fiducia, niſi in miſericordia tua, tu
„ & os meum præconio veritatis per-
„ arma, & opus pleniore vbertate ſan-
„ ctifica, vt & indignum ſalues, & com-
„ miſſum mihi gregem pro tua pietate
„ ſanctifices. Quicquid in illis vitiatum
„ eſt, ſana; & quicquid in me vitio-
„ ſum inſpicis, cura. Si qua vitio tepi-
„ ditatis meæ vel incuriâ contraxe-
„ runt delicta, propitius dimitte. Si
„ quo etiam me ignorante vel ſciente
„ ceciderunt in crimine, atque ſi exem-
„ pli mei offendiculo proruerunt, ma-
„ nu miſericordiæ tuæ indè eripe, &
„ pro talibus culpis miſero mihi non
„ reſtituas vltionis vicem. His tamen,
„ quibus incrępationis viſus ſum ad-
„ hibere iudicium, increpatio profi-
„ ciat ad ſalutem, & oratio hæc inter-
„ pellans commiſſo eos reuocet ab er-
„ rore, vt non perferant tartareos cru-
„ ciatus, quibus vrpote mortalibus pœ-
„ nitentiæ indiximus leges, quo vtro-
„ rumque incommodis parcens, & il-
„ lorum iniquitatibus tribuas veniam,
„ & meam contractam abluas de re-
„ gendi incommmoditate offenſam.
„ Præbe, Deus, aurem ſacrificiis no-
„ ſtris, & me mihique commiſſos tuis
„ aſcribe in paginis, quò cum grege
„ mihi credito, & à cuncto eluar cri-
„ mine, & ad te merear peruenire in
„ pace. Pacatum redde, Deus, no-
„ ſtrorum cordium habitaculum, ex-
„ pulſione carnalium vitiorum, & quia
„ in ſubditis conor ſummam exercere
„ virtutum, pacatis mentium corpo-
„ rúmque incommodis pacificus me-

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOR. II. THEODOR. II. RR. 6.

rear te iudicante cotonari cum Angelis, fac ergo quæſumus nos, pie Deus, aſpicientes in conſpectu tuo flammeſcere tuæ gratiæ dono, vt zelus domûs tuæ nos comedat, atque ita per vigorem ſancti Spiritûs regentes ſubditos temperemus, vt ex diſciplina noſtri regiminis capiant lucrum, & illorum duritia frangatur ac vita ſanctificetur. Suſcipe, Domine, noſtrotum votorum libamina, & per hæc, quicquid in ſubditos, correctionis verbo vel merito impertimur, non ad diſcordiam noſtri, ſed ad dulcedinis perpetuæ gaudium, & nobis & illis profeciſſe gaudeamus; ablue nos, omnipotens Deus, & alieno & proprio delicto, vt in vtroque & ſpiritalis gratiæ efficientiam capientes, fiducialius tuo nomini ſupplicemus. Per, *&c.*

Cùm incenſum ante Euangelium in thuribulum mittitur, dicat Sacerdos.

Odore cæleſtis inſpirationis ſuæ accendat, & impleat Dominus corda noſtra, ad audienda & implenda Euangelij ſui præcepta. Qui viuis, *&c.*

Benedictio eiuſdem.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti benedicatut incenſum iſtud, & acceptabile fiat in odorem ſuauitatis.

Deinde inclinanti Diacono ſe benedictionem Dei dicens.

Benedictio Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritûs ſancti deſcendat ſuper te, & aperiar Chriſtus Dominus os tuum, ad dignè idoneéque pronunciandum ſanctum Euangelium ſuum. Dominus Deus ſit in corde tuo, & in labiis tuis, vt nuncies competenter Euangelium pacis.

Diaconus accipiendo vel oſculando Euangelium dicat.

Da mihi, Domine, ſermonem rectum, & benè ſonantem in os meum, vt placeant tibi verba mea, & omnibus audientibus propter nomen ſanctum tuum in vitam ætetnam. Amen.

Perlecto autem Euangelio, Diaconus dicat.

Per iſtos ſermones ſancti Euangelij tui indulge mihi, Domine, omnia peccata mea.

Et cæteri omnes dicant.

Pax tibi.

Tunc

Cùm incenſum, antequàm legatur Euangelium, mittit in thuribulum, dicat

Odore cæleſtis inſpirationis ſuæ accendat, & impleat Dominus corda noſtra ad audienda & implenda Euangelij ſui præcepta. Qui viuis.

Deinde inclinanti Diacono dicat Sacerdos.

Dominus in corde tuo, & in labiis tuis, vt annuncies competentet Euangelium pacis.

Perlecto autem Euangelio, afferatur ad ſalutandum Epiſcopo, & dicat.

Per iſtos ſermones ſancti Euangelij filij ſui Domini noſtri Ieſu Chtiſti indulgeat Dominus peccata noſtra.

Tunc allato incenſo, ſimúlque Euangelio ad ſalutandum dicant ſinguli.

Per iſtos ſanctos ſermones Euangelij Domini noſtri Ieſu Chriſti, indulgeat nobis Dominus vniuerſa peccata noſtra.

Quando incenſum offertur, dicant ſinguli.

Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo, Domine.

Tunc Sacerdos incipiat Symbolum, id eſt, Credo in vnum Deum.
Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium.
Et in vnum Dominum Iheſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum.
Ex Patre natum ante omnia ſæcula.
Deum de Deo: lumen de lumine.
Deum verum de Deo vero.
Genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt.
Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis.
Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt.
Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt.
Et reſurrexit tertiâ die, ſecundùm Scripturas, aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris.
Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos.
Cuius regni non erit finis.
Et in Spiritum Sanctum Dominum & viuificantem.
Qui ex Patre Filióque procedit: qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur.
Qui locutus eſt per Prophetas.
Et vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.
Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum.
Et vitam futuri ſeculi. Amen.

Finito Symbolo Apoſtolorum, dicat Sacerdos.

Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II.
RR. 6.

AN.CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

" *Deinde lauet manus, hanc Orationem*
" *dicens.*

" Oremus.

" Largite ſenſibus noſtris, omnipotens
" Pater, vt ſicut hic exteriùs abluuntur
" tur inquinamenta manuum, ſic à te
" mundentur interiùs pollutiones mentium,
" tium, & creſcat in nobis ſanctarum
" augmentum virtutum. Per, &c.

" *Hæc prædicta Oratio dicenda eſt à Sacerdote,*
" *cerdote, cùm manus lauat, ſiue ante*
" *Miſſam, vel interim ſeu poſteà.*

" *Tam diu autem, quàm diu Offertorium*
" *rium & Verſus canuntur, has dicat Orationes.*
" *tiones.*

" Domine Deus omnipotens, fac me
" peccatorem hodie ſecundùm magnam
" gnam miſericordiam tuam accedere
" ad ſanctum altare tuum, & præſta, vt
" non ſit mihi hoc ſacrificium reatus
" ad pœnam, ſed ablutio ſalutaris ad
" veniam. Per Dominum, &c.

" *Alia.*

" Deus, qui de indignis dignos facis,
" de peccatoribus iuſtos, de immundis
" mundos, munda cor meum & corpus
" meum, ab omni cogitatione mala &
" ſorde peccati, & fac me dignè atque
" ſtrenuè ſanctis altaribus miniſtrare
" tuis, & concede propitius vt in hoc
" altari, ad quod indignus accedo, hoſtias
" ſtias acceptabiles offeram pietati
" tuæ, pro peccatis & offenſionibus
" meis, & innumeris cottidianis exceſſibus.
" ceſſibus. Et pro grege mihi commiſſo,
" ſo, & famulis & famulabus tuis, qui
" mihi confeſſi ſunt peccata ſua, &
" ſuas eleemoſynas largiti ſunt, & pro
" populo mihi ſubiecto, & omnibus
" circum aſtantibus, omnibúſque mihi
" hi familiaritare coniunctis, atque
" omnibus odio execrabili inſectantibus,
" bus, & Eccleſiæ mihi commiſſæ aduerſantibus,
" uerſantibus, cunctiſque ſimul fidelibus
" bus Chriſtianis, & per eum ſit tibi
" meum votum atque ſacrificium acceptabile,
" ceptabile, qui ſe tibi Deo Patri pro
" nobis obtulit in ſacrificium, qui eſt
" ſummus Sacerdos & Pontifex, & ſolus
" lus ſine macula peccati, Ieſus Chriſtus
" ſtus Filius tuus Dominus noſter, qui
" tecum viuit & regnat in vnitate Spiritûs
" ritûs ſancti Deus per omnia ſæcula
" ſæculorum. Amen.

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 6.

Alia.

Maieſtatem tuam totis viribus, Deus piiſſime, humili prece depoſco & exoro, vt remittas crimina, quæ caro fragilis à tentatione iniquorum ſpirituum nequiter admiſit, etiam reuerti ad ea vltrà non ſinas, ſed confirma me in iuſtificationibus tuis, & perſeuerantiam mihi tribue in illis, & fac me dignum ante conſpectum Maieſtatis tuæ aſtare, & ſacrificium tibi, Domine, caſto corpore & mundo corde dignè offerre, per Dominum, *&c.*

Cùm autem ornatum fuerit altare, antequàm oblationes accipiat, has Orationes humillimè ante altare, ſe flebiliter accuſans, dicat.

Ante oculos tuos, Domine, reus conſcientiæ teſtis aſſiſto, rogare non audeo, quod impetrare non merear; tu ſcis, Domine, quæ aguntur in nobis; erubeſcimus confiteri, quod non timemus admittere. Verbis tibi tantùm obſequimur, corde mentimur; & quod velle nos dicimus, nolle noſtris actibus approbamus; ſed parce, Domine, confitentibus, ignoſce peccantibus, miſerere te rogantibus, & quia meus ſenſus in ſacramentis tuis infirmus eſt, & apud te non habent peccatores verba ſine crimine, præſta, Domine, vt ſi ex nobis indignis & peccatoribus duri cordis verba non ſuſcipis, per temetipſum veniam largiaris, qui viuis & regnas, *&c.*

Alia.

Deus, qui te præcipis à peccatoribus exorari, tibique contriti cordis ſacrificium offerri, hoc ſacrificium, quod ego indignus famulus tuus confiſus de tua miſericordia tuæ immenſæ Maieſtati offerre præſumo, acceptare digneris, & vt ipſe tibi Sacerdos, & ara, & templum, & ſacrificium eſſe merear, propitiatus concede, quò per miniſterij huius exhibitionem, peccatorum meorum adipiſci merear remiſſionem, mihique & his omnibus, pro quibus offertur, tuam miſericordiſſimam propitiationem concede. Per, *&c.*

Alia.

Conſcientiâ quidem tepidi, Domi-

Cùm autem ornatum fuerit altare, antequàm ſuſcipiat Præſul oblationes Presbyterorum & Diaconorum, dum canuntur Offertoria, aſcendat ad altare, & humillimè dicat hanc Orationem.

Ante oculos tuos Domine reus conſcientiæ teſtis aſſiſto. Rogare non audeo, quod impetrare non mereor. Tu enim ſcis, Domine, quæ aguntur in nobis. Erubeſcimus confiteri, quod non timemus admittere. Verbis tibi tantùm obſequimur, corde mentimur, & quod velle nos dicimus, nolle noſtris actibus approbamus. Sed parce, Domine, confitentibus, ignoſce peccantibus, miſerere te rogantibus. Et quia meus ſenſus in ſacramentis tuis infirmus eſt, & apud te peccatores non habent verba ſine crimine, præſta, Domine, vt ſi ex nobis indignis & peccatoribus duri cordis verba non ſuſcipis, per temetipſum nobis veniam largiaris. Qui viuis & regnas Deus & ſemper, & in æterna ſæcula ſæculorum.

Tunc conuertat ſe ad ſuſcipiendas oblationes offerentium Presbyterorum vel Diaconorum, & dicat vnuſquiſque hanc Orationem.

Tibi Domino Deo Creatori meo hoſtiam offero pro remiſſione omnium peccatorum, & cunctorum fidelium tuorum.

Cùm Diaconus libamen Calicis accipit, dicat.

Acceptum ſit omnipotenti Deo ſacrificium iſtud.

AN. CH. 601. Clotar. II. R. 18. Theodob. II. Theodor. II. RR. 6.

» ne, ad altare tuum accedimus, ſed
» fiduciam de tua miſericordia retine-
» mus, & licèt ad celebranda ſacrificia
» ſemper inueniamur indigni, tamen ſi
» recedimus, meremur de inobedien-
» tia condemnari, pro qua te pietate
» paternâ, omnipotens Deus, atque
» placabili vultu cordis noſtri interiora
» purgare digneris, precamur etiam, li-
» cèt culpabiles ſimus noſtrorum, ta-
» men tibi ſint placita myſteria conſe-
» erata.

Alia.

» Ante conſpectum diuinæ Maieſtatis
» tuæ reus aſſiſto, qui inuocare nomen
» ſanctum tuum præſumo, miſerere mi-
» hi, Domine, homini peccatori, ignoſ-
» ce indigno Sacerdoti, per cuius ma-
» nus hæc oblatio videtur offerri. Parce
» mihi, Domine, præ ceteris capita-
» lium criminum labe polluto, & non
» intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia
» non iuſtificabitur in conſpectu tuo
» omnis viuens, ſcilicet vitiis ac volu-
» ptatibus carnis aggrauatus ſum, re-
» cordare, Domine, quòd caro ſum,
» in tuo conſpectu etiam cæli non ſunt
» mundi, quantò magis ego homo ter-
» renus immundus, ſicut pannus men-
» ſtruatæ. Indignus ſum, Domine Ieſu
» Chriſte, vt ſim viuens, ſed tu qui
» non vis mortem peccatoris, ſed vt
» conuertatur & viuat, da mihi veniam
» in carne conſtituto, vt per pœniten-
» tiæ labores vitâ æternâ perfrui merear
» in cælis. Qui viuis, *&c.*

Alia.

» Altiſſime Deus, ignoſce mihi peccà-
» tori, quia totius vitæ meæ ſuperauit
» me iniquitas, quo vultu te conſpi-
» ciam, Domine, vel quibus verbis me
» coram tuis conſpectibus excuſabo?
» nec enim potero abſcondi ante te, qui
» ſecreta cordis conſideras. Væ mihi
» peccatori, qui ſancto altari tuo indi-
» gnus adſiſtens, nullum apud volunta-
» tem tuam mentis ornatum exhibui!
» Sed tu, Domine miſerator & miſeri-
» cors, qui creaſti cuncta ex nihilo, qui
» me quoque immeritum formaſti, &
» ſtatuiſti dignè tibi ſeruire, non me re-
» pellas à cæleſti tuo ſacrario, nec con-
» fundas me ante conſpectum tremen-
» dæ Maieſtatis tuæ. Ego verò tibi ſer-
» uire, tibi, Domine, placere propo-

Tunc redeat Sacerdos ad altare, & coram altari, antequàm ſecretam dicat, accuſet ſe priùs flebiliter, & dicat hanc Orationem. «

Ante conſpectum diuinæ Maieſtatis «
tuæ reus aſſiſto, qui inuocare nomen «
ſanctum tuum præſumo. Miſerere mi- «
hi, Domine, homini peccatori, ignoſ- «
ce indigno Sacerdoti, per cuius ma- «
nus hæc oblatio videtur offerri, parce «
labe peccatorum præ cæteris capita- «
lium polluto. Et ne intres in iudicium «
cum ſeruo tuo ſcilicet vitiis ac volu- «
ptatibus carnis aggrauato. Recorda- «
re, Domine, quòd caro ſum. In tuo «
conſpectu etiam cæli non ſunt mun- «
di, quantò magis nos homines morta- «
les. Indignus ſum, vt ſim viuens. Tu «
qui non vis mortem peccatoris, da «
mihi veniam in carne conſtituto, vt «
per pœnitentiæ labores vitâ æternâ «
perfruar in cælis per te, Ieſu Chriſte. «

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

„ ſui, ſed per meam negligentiam non
„ impleui. Ego ergo tam in terris, quàm
„ in cælo deſtitutum & nudum me eſſe
„ conſpicio, quia mandatorum tuorum
„ non cuſtodiui præcepta. Non eſt igi-
„ tur mihi ſpes ſalutis in operibus meis,
„ ſed anima mea in ſola pietatis tuæ im-
„ menſitate ſuſpenſa eſt, & in multitu-
„ dine miſericordiæ tuæ confidit, vt
„ eam ſaluam facias, Domine Ieſu
„ Chriſte, qui non vis mortem pecca-
„ torum, niſi vt conuertantur & viuant.
„ Reſpice ſecundùm magnam miſeri-
„ cordiam tuam ſuper me miſerum, &
„ rumpantur funes peccatorum meo-
„ rum, vt non peream. Reſpice in me,
„ Domine, de ſede Maieſtatis tuæ, &
„ tenebras cordis mei radio tuæ lucis
„ expelle. Protege me, Domine, ſcuto
„ veritatis tuæ ac fidei, vt me diaboli
„ iacula ignita non penetrent, & quid-
„ quid illud eſt quod infœlicitas mea à
„ te petere non ſapit, aut non præſumit,
„ id tu, Domine, pro virtute tua tri-
„ bue, quod animam meam ſaluet à
„ morte, & exeunti mihi de hoc cœno
„ tenebrarum manum porrigas, & lu-
„ men oſtendas, & illud indulge quod
„ feci, & concede ne ampliùs faciam.
„ Amen.

„ *Alia.*

„ Ignoſce quæſo mihi, Domine, quem
„ maculatæ vitæ conſcientiâ trepidum,
„ & criminum meorum confuſio fecit
„ eſſe captiuum, & qui pro me veniam
„ obtinere non valeo, pro aliis rogatu-
„ rus aſſiſto, profeto ad te, ſi digneris,
„ Domine, captiuorum gemitus, tribu-
„ lationes plebium, pericula populo-
„ rum, neceſſitates peregrinorum, ino-
„ piam debilium, deſperationes lan-
„ guentium, defectus ſenum, ſuſpiria
„ iuuenum, vota virginum, lamenta vi-
„ duarum, deſolationes Eccleſiarum,
„ ſed quoniam me eadem quæ populum
„ cathena peccati conſtringit, ideo om-
„ nes lugeo paſſiones, non obſit, Domi-
„ ne, populo tuo oratio ſubiugata pec-
„ catis, per me offertur votum, per te,
„ Domine, meum compleatur offi-
„ cium, qui viuis & regnas, *&c.*
„ *Tunc accedens ad altare, & illud oſ-*
„ *culando dicat.*
„ Oro te, Domine omnipotens Deus,
„ vt per merita Sanctorum tuorum,

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

quorum reliquiæ hîc continentur, eorum interceſſionibus indulgere digneris mihi omnia peccata mea, qui viuis & regnas, *&c.*

Tunc conuertat ſe ſuſcipere oblationes Presbyterorum aliorúmque. Quando quis oblationem in manum Epiſcopi vel Presbyteri offert, dicat.

Tibi Domino Creatori meo hoſtiam offero pro remiſſione omnium peccatorum meorum, & cunctorum fidelium tuorum viuorum ac defunctorum.

Pro ſemetipſo, & pro cuncto populo Chriſtiano.

Tibi Domino Creatori meo offero hoſtiam placationis, pro delictis meis & populi tui, peto, Domine, vt des nobis veniam omnium peccatorum noſtrorum.

Pro Rege & Antiſtite noſtro, & pro cuncto Clero, ac pro omni populo Chriſtiano.

Tibi Domino Creatori meo offero hoſtiam placationis & laudis pro me, & pro Rege noſtro, & Antiſtite noſtro, & Clero noſtro, ac pro cuncto populo Chriſtiano, peto, Domine, vt des nobis vitam æternam.

Epiſcopus verò vel Presbyter oblationes accipiens dicat.

Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offert famulus tuus N. & præſta vt in conſpectum tuum tibi placens aſcendat. Qui viuis, *&c.*

Poſt acceptas oblationes à Clero vel plebe accipiat Diaconus de manu Subdiaconi oblatam ita dicendo.

Acceptum ſit omnipotenti Deo, & omnibus ſanctis eius ſacrificium tuum.

Veniénſque Diaconus ante Epiſcopum offerat dicens hoc offertorium.

Suſcipe, Domine ſancte Pater, hanc oblationem, & hoc ſacrificium laudis in honore nominis tui, vt cum ſuauitate aſcendat ad aures pietatis tuæ. Per, *&c.*

Et Epiſcopus accipiens oblationem à Diacono dicat.

Acceptabilis ſit omnipotenti Deo oblatio tua.

Tunc puro corde offerat Domino oblatam, ita dicens.

Suſcipe, ſancte Pater omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam ho-

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

„ ſtiam, quam ego indignus famulus „ tuus tibi offero Deo meo viuo & ve- „ ro, quia te pro æterna ſalute cun- „ ctæ Eccleſiæ tuæ ſuppliciter exoro, „ Per, &c.

„ *Alia.*

„ Suſcipe, clementiſſime Pater, hoſtias „ placationis, & laudis, quas tibi offe- „ ro ego indignus famulus tuus, quia „ tu ſcis figmentum meum, quia pec- „ caui in conſpectu tuo, & non ſum „ dignus tibi hoſtiam offerre, ſed tu „ clemens & miſericors indulge mihi, „ & indulgentiam quærentem placa- „ tus ſuſcipe clementiſſimè, qui viuis „ & regnas, &c.

„ *Iſtæ Orationes cùm oblationes offerun- „ tur ad altare dicendæ ſunt, & eſt hæc „ prima, cottidiana & generalis.*

„ Suſcipe ſancta Trinitas hanc obla- „ tionem, quam tibi offero in memo- „ riam Incarnationis, Natiuitatis, Paſ- „ ſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis „ Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ho- „ norem Sanctorum tuorum, qui tibi „ placuerunt ab initio mundi, & eo- „ rum, quorum hodie feſtiuitas cele- „ bratur, & quorum hic nomina & re- „ liquiæ habentur, vt illis proficiat ad „ honorem, nobis autem ad ſalutem, „ vt illi omnes pro nobis intercedere „ dignentur in cælis, quorum memo- „ riam agimus in terris. Per, &c.

„ *Pro ſemetipſo.*

„ Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblatio- „ nem, quam tibi offero pro innumera- „ bilibus peccatis, atque offenſionibus „ meis, vt præterita mihi dimittas, & „ de futuris me cuſtodias, pro ſalute „ corporis & animæ meæ, vt hîc te do- „ nante mandata tua cuſtodiam, & in „ futuro præmia æterna conſequi me- „ rear. Per, &c.

„ *Alia pro ſemetipſo.*

„ Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblatio- „ nem, quam tibi offero pro me pec- „ catore, & miſerrimo omnium homi- „ num, & pro meis peccatis innumera- „ bilibus, quibus peccaui coram te in „ dictis, in factis, in cogitationibus, vt „ præterita mihi dimittas, & de futuris „ me cuſtodias, & pro ſanitate corpo- „ ris & animæ meæ, & pro gratiarum „ actione de tuis bonis, quibus cotti- „ die vtor.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

Domine, auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.
Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.
Domine, exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Apologia Sacerdotis.

Suſcipe confeſſionem meam, vnica ſpes ſalutis meæ Domine Deus meus, quia peccaui in lege tua, in cogitationibus, in verbis, in factis, & multa ſunt peccata mea, & negligens ſum de opere Dei, & de ordine meo, quia peccaui de vana gloria, de ſuperbia, de detractione, de fornicatione, de furto, de falſo teſtimonio, de periurio, de adulterio, de opere Dei quod ego negligenter feci, de concupiſcentia carnis, de riſu, de auditu, de viſu, de gula, de crapula, vel de omnibus malis meis, quæ ego negligenter commiſi, veniam inde peto, Domine, quia culpabilem me recognoſco.

Alia.

Deus, qui per os Dauid locutus es, vouete & reddite Domino Deo veſtro, te ſupplicitet exoro, vt me famulum tuum vigilanter cuſtodias, & oblationem, quam tibi pro memetipſo offero, interueniente beatâ Mariâ ſemper Virgine, clementer accipias, qui viuis & regnas, *&c.*

Alia.

Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam ego indignus, & peccator famulus tuus tibi offerre præſumo, pro abſolutione peccatorum meorum, quatenus te Domino miſerante mihi remiſſio & indulgentia peccatorum concedatur.

Pro familiaribus, ac fratribus, & ſororibus.

Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offero pro me peccatore, & noſtræ Congregationis ſalute, & pro omnibus in Chriſto fratribus & ſororibus noſtris, & pro omni populo Chriſtiano, & pro omnibus eleemoſynas nobis facientibus, & pro his etiam qui ſe commendauerunt in noſtras orationes, & qui noſtri memoriam in ſuis orationibus habent, vt hîc veniam

Tunc puro corde offerat Domino oblatas altari ſuperpoſitas dicens.

Suſcipe, ſancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offero pro me peccatore, & noſtræ Congregationis ſalure, & pro omni populo Chriſtiano, & pro omnibus eleemoſynas nobis facientibus, & pro his etiam qui ſe commendauerunt in noſtras orationes, & qui noſtri memoriam in ſuis orationibus habent, vt hîc veniam recipiamus peccatorum, vt in futuro præmia conſequi

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

" veniam recipiamus peccatorum, & in " futuro præmia conſequi meteamut " æterna.

" *Pro Rege & populo Chriſtiano.*

" Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblatio- " nem, quam tibi offerimus pto Rege " noſtto, & ſua venerabili prole, & ſta- " tu regni ſui, & pro omni populo Chri- " ſtiano, & pro elemoſynariis noſtris, & " pro his qui noſtri memoriam in ſuis " continuis otationibus habent, vt hic " veniam tecipiant peccatorum, & in " futuro conſequi præmia æterna me- " reantut. Per, *&c.*

" *Pro Eccleſia Catholica.*

" Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblatio- " nem, quam pro Eccleſia tua ſancta " Catholica tibi offero, vt tibi gtata ſit, " & ipſi ſalutatis ſemper exiſtat. Per, *&c.*

" *Pro ſalute viuorum.*

" Suſcipe ſancta Ttinitas hanc oblatio- " nem, quam tibi offero pro ſalute fa- " muli N. tui, quatenus te donante per- " ceptâ veniâ peccatorum, vitæ quoque " ſempiternæ immenſa gaudia petcipe- " re mereatur.

" *Pro infirmis.*

" Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblatio- " nem, quam tibi offeto pto infirmo fa- " mulo tuo, vt mentis & cotpotis rece- " ptâ ſanitate, in Eccleſia tua ſancta " tibi laudes teferat, & de vetbete tuo " ætetna præmia conſequi meteatut. " Per, *&c.*

" *Pro defuncto.*

" Suſcipe ſancta Ttinitas hanc oblatio- " nem, quam tibi offero pro anima fa- " muli tui, vt per hoc ſalutare ſacrifi- " cium purgata Sanctotum tuorum con- " ſortio coadunari meteatut. Per Chri- " ſtum, *&c.*

" *Pro defunctis.*

" Suſcipe ſancta Ttinitas hanc oblatio- " nem, quam tibi offero pro animabus " famulorum famularúmque tuatum, vt " requiem æternam dones eis, intet " tuos ſanctos & electos, vt in illorum " conſottio vitâ petftuantur ætetnâ. " Per, *&c.*

" *Alia.*

" Suſcipe ſancta Ttinitas hanc oblatio- " nem, quam tibi offerimus pro omni- " bus in tui nominis confeſſione defun- " ctis, vt te dexteram auxilij tui potri- " gente, vitæ perennis tequiem ha-

ſequi mereamur æternâ. Amen. "

Suſcipe, ſancta Ttinitas, hanc obla- " tionem, quam offero imptimis, vt iu- " ſtum eſt, in memotiam Incarnationis, " Natiuitatis, Paſſionis, Reſurtectio- " nis, Aſcenſioniſque Domini noſtri " Ieſu Chriſti, & in honotem omnium " Sanctotum tuotum, qui tibi placue- " runt ab initio mundi, & quorum no- " mina, & teliquiæ hîc continentut, & " eotum, quotum feſtiuitas celebratur " in terris, vt illis proficiat ad honotem, " nobis autem ad ſalutem, vt illi omnes " intercedere dignentur in cælis, quo- " tum memotiam facimus in terris. "

Suſcipe, ſancta Trinitas, hanc obla- " tionem, quam tibi offero pro anima " famuli tui, quatenus te donante, per- " ceptâ veniâ peccatotum, vitæ quoque " ſempiternæ immenſa gaudia petcipe- " te mereatut. "

Suſcipe, ſancta Trinitas, hanc obla- " tionem, quam tibi offeto pro anima- " bus famulorum tuorum & famula- " rum, vt pet hoc ſalutare ſacrificium " purgatæ, Sanctorum tuorum conſor- " tio meteantur adiungi. "

AN.CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

beant, & à pœnis impiotum ſegregati, ſemper in tuæ laudis lætitia perſeuerent. Per, *&c.*

Pro omnibus vniuerſalis.

Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam pro Seniore noſtro & cuncta Congregatione ſancti Petri, meíſque parentibus, fratribus, ſororibus, benefactoribus, fidelibus, amicis, meíſque propinquis, & omnibus circumſtantibus, cunctíſque qui ſe mihi commendauerunt, & qui pro me orant, ſeu pro quibus debitor ſum exorare, tam viuis quàm defunctis, tibi offero, quatenus, te Domino miſerante, eis & mihi remiſſio & indulgentia peccarotum concedatur, & vita æterna condonetur. Per, *&c.*

Tunc imponat oblatam altari, & dicat.

Sanctifica, Domine, hanc oblationem, vt nobis vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti Corpus fiat. Qui tecum viuit, *&c.*

Deinde Diaconus accipiat à Subdiacono vinum, & miſceat cum aqua in calice dicens.

Deus, qui humanæ ſubſtântiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, & mirabiliùs reformaſti, da nobis quæſumus huius aquæ & vini myſterio eius diuinitatis eſſe conſorres, qui humanitatis noſtræ dignatus eſt fieri particeps Ieſus Chriſtus.

Tunc Diaconus Calicem offerat ſuper altare, & Epiſcopo dicat.

Immola Domino ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua, ſit Dominus adiutor tuus, mundum te faciat, & dum oraueris ad eum exaudiat te.

Et Sacerdos Calicem offerens dicat offertorium iſtud.

Offerimus tibi, Domine, Calicem ſalutaris, & deprecamur clementiam tuam, vt in conſpectum diuinæ Maieſtatis tuæ cum odore ſuauitas aſcendat.

Sequitur Oratio.

Domine Deus Ieſu Chriſte, qui in cruce paſſionis tuæ de latere tuo ſanguinem & aquam, vnde tibi Eccleſiam conſecrares, manare voluiſti, ſuſcipe hoc ſacrificium altari tuo ſuperpoſitum, & concede, clementiſſi-

Tunc Diaconus Calicem offerat Sacerdoti ſuper altare, & dicat.

Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua. Sit Dominus adiutor tuus, mundum te faciat, dum oraueris ad eum, exaudiat te.

Et Epiſcopus Calicem offerens Domino dicat.

Domine Ieſu Chriſte, qui in cruce paſſionis tuæ de latere tuo ſanguinem & aquam, vnde tibi Eccleſiam conſecrares, manare voluiſti, ſuſcipe hoc ſacrificium altari tuo ſuperpoſitum; & concede, clementiſſime, vt pro redemptione noſtra, & etiam pro totius mundi, in conſpectu diuinæ Maieſtatis tuæ cum odore ſuauitatis tuæ aſcendat, Ieſu Chriſte.

Ad miſcendum vinum cum aqua.

Deus, qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, &

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

me, vt pro redemptione noſtra, & etiam totius mundi, in conſpectum diuinæ Maieſtatis tuæ cum odore ſuauitatis aſcendat. Qui viuis & regnas; *&c.*

Poſito calice ſuper altare dicat Sacerdos.

Oblatum tibi, Domine, calicem ſanctifica, vt nobis vnigeniti tui Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguis fiat, qui tecum, *&c.*

Tunc benedicat vtroſque eleuatâ manu, & dicat.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, ſit ſignatum, ordinatum, ſanctificatum, & benedictum hoc ſacrificium nouum.

Adiungat.

Veni ſanctificatur omnipotens æterne Deus, benedic hoc ſacrificium tibi præparatum, qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum.

Poſteà accipiens Epiſcopus Thus à Diacono ponat in thuribulum, dicens.

Per interceſſionem ſancti Gabrielis Archangeli ſtantis à dextris altaris incenſi, & omnium electorum ſuorum, incenſum iſtud Dominus dignetur benedicere, & in odorem ſuauitatis accipere.

Hæc oratio dicenda eſt, dum incenſo miſſo in thuribulum, ipſum thuribulum ſuper panem & calicem circumducitur.

Memores ſumus, æterne Deus, Pater omnipotens, glorioſiſſimæ paſſionis filij tui, Reſurrectionis etiam eius & Aſcenſionis eius in cælum. Petimus ergo Maieſtatem tuam, vt aſcendant preces humilitatis noſtræ vnà cum incenſo iſto in conſpectum tuæ clementiæ, & deſcendat ſuper huoc panem, & ſuper hunc calicem plenitudo diuinitatis; deſcendat etiam, Domine, illa Sancti Spiritûs incomprehenſibilis inuiſibiliſque Maieſtas, ſicut quondam in patrum hoſtias deſcendebat, per eundem, *&c.*

Circumiens autem altare cum incenſo, Epiſcopus aut Presbyter, dicat.

Incenſum iſtud à te benedictum, aſcendat ad te, Domine, & deſcendat ſuper nos miſericordia tua. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo, Domine.

mirabiliùs reformaſti, da nobis, quæſumus, per huius aquæ & vini myſterium, eius diuinitatis eſſe conſortes, qui humanitatis noſtræ dignatus es fieri particeps, Ieſu Chriſte.

Tunc eleuatâ manu benedicat vtrumque.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit ſacrificium iſtud immaculatum, & à te Deo viuo & vero adunatum & benedictum.

Poſteà incenſum accipiens ponat in thuribulum, dicens.

Per interceſſionem ſancti Gabrielis Archangeli ſtantis à dextris altaris incenſi, & omnium electorum ſuorum, incenſum iſtud Dominus dignetur benedicere, & in odorem ſuauitatis accipere.

Tunc ponat incenſum ſuper ſacrificium, & in circuitu altaris dicat.

Incenſum iſtud à te benedictum aſcendat ad te, Domine, & deſcendat ſuper nos miſericordia tua. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOR. II. THEODOR. II. RR. 6.

Quando odor incenſi porrigitur Sacerdoti & fratribus, dicat vnuſquiſque eorum.

Accendat in nobis Dominus ignem ſui amoris, & flammam æternæ charitatis.

Tunc Sacerdos humillimè ſe conuertat ad circumſtantes, dicens.

Otate pro me peccatote, fratres, & ſorotes, vt meum & veſtrum ſacrificium acceptum fiat Domino Deo omnipotenti ante conſpectum ſuum.

Tunc reſpondetur ei à ſingulis.

Suſcipiat omnipotens Deus de manibus tuis ſacrificium, & orationes tuæ aſcendant in memoriam ante Dominum, ipſéque te exaudiat, qui te conſtituit intetceſſotem pro peccatis noſtris.

Orent pto te omnes ſancti & electi Dei.

Memor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat.

Immola Domino ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua.

Exaudiat te Dominus orantem pro noſtra omnium ſalute.

Miſeteatut tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua.

Dominus ſit in corde tuo & in ore tuo, & ſuſcipiat ſacrificium ſibi acceptum de manibus tuis pto noſtra omniúmque ſalute.

Tunc conuerſus Sacerdos ad altare fundat pro ſemetipſo hanc Orationem ante ſecreta.

Domine Ieſu Chtiſte, fides & fiducia noſtta, & tota in huius præſentis vitæ ærumna conſolatio noſtra, me indignum & peccatorem ptopitius reſpice, & placatus exaudi, & mitte ſanctum Angelum de cælis, qui hanc oblationem ſuſcipiat, & ante conſpectum tuæ miſerationis repræſentet in memoriam mei ad laudem & gloriam nominis tui. Qui viuis, *&c.*

Tunc incipiat ſecreta, quibus finitis & Præfatione dictâ, quando alij, Sanctus, Sanctus, Sanctus, *decantant, hæc Oratio curſim dicenda eſt à Sacerdote.*

Domine Deus, qui non mottem ſed pœnitentiam deſideras peccatorum, me miſerum fragilémque peccatotem à tua non tepellas pietate, neque aſpicias ad peccata & ſceleta mea &

Quando odor eiuſdem incenſi Epiſcopo vel cæteris porrigitur, vnuſquiſque dicat.

Accendat in nobis Dominus ignem ſui amoris, & flammam æternæ caritatis.

Tunc Sacerdos humillimè conuertat ſe ad circumſtantes, & dicat.

Orate pro me miſero peccatore ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt meum ſacrificium veſtrum ſit acceptabile in conſpectu diuinæ pietatis.

Tunc dicatur à ſingulis.

Otent pro te omnes Sancti Dei.

Memor ſit Dominus omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiat.

Exaudiat te Dominus pro nobis orantem.

Miſeteatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» Immunditias turpéſque cogitationes, » quibus flebiliter à tua diſiungor vo- » luntate, ſed ad miſericordias tuas, & » ad fidem deuotionémque eorum, qui » per me peccatorem tuam deprecan- » tur miſericordiam, & quia me indi- » gnum inter te & populum tuum me- » dicum fieri voluiſti, fac me talem vt » dignè poſſim tuam exorare miſericor- » diam pro me & pro eodem populo » tuo. Domine, adiunge voces noſtris » vocibus ſanctorum Angelorum tuo- » rum, & ſicut illi te laudant inceſſabi- » liter & infatigabiliter in æterna beati- » tudine, ita nos quoque eorum in- » teruentu te mereamur laudare in- » culpabiliter in hac peregrinatione. » Per, *&c.*

» *Hac Oratione finitâ antequàm Sacra-* » *menta incipiantur, iterum ſeſe Domino* » *commendet, dicens.*

» Facturus memoriam ſalutaris Ho- » ſtiæ totius mundi, cùm illius di- » gnitatem & meam intueor fœdita- » tem, conſcientiâ torqueor peccato- » rum, verùm quia tu, Deus, multùm » miſericors es, imploro, vt digneris » mihi dare ſpiritum contribulatum, » qui tibi gratum ſacrificium reuelaſti, » vt eo purificatus vitalj Hoſtiæ pias ma- » nus admoueam, quæ omnia peccata » mea aboleat, & ea deinceps in perpe- » tuum vitandi mihi tutelam infundat, » omnibúſque fidelibus viuis & defun- » ctis, pro quibus tibi offertur, præſen- » tis vitæ & futuræ ſalutis commercia » largiatur. Qui viuis & regnas, *&c.*

» *Deinde cum ſumma reuerentia inci-* » *piat.* Te igitur. *Et Miniſtri ſtantes in* » *gradibus ſuis cantent iſtos Pſalmos vſ-* » *quedum* Te igitur *finiatur.*	*Poſtquàm Sacerdos*, Te igitur, *inci-* » *pit, Diaconi & Subdiaconi cantent iſtos* » *Pſalmos.* »
» Exaudiat te Dominus.	Exaudiat te Dominus. »
» Ad te, Domine, leuaui animam » meam.	Ad te, Domine, leuaui. »
» Miſerere mei, Deus, ſecundùm ma- » gnam.	Miſerere mei Deus. »
» Domine, refugium.	
» Qui habitat in adiutorio.	Qui habitat. »
» *Deinde Preces.*	*Cum Precibus.* »
» Saluum fac ſeruum tuum, Domine » Deus, ſperantem in te.	Saluum fac ſeruum tuum. »
» Deſiderium cordis eius tribuiſti ei, » Domine, & voluntate labiorum eius » non fraudaſti eum.	Deſiderium cordis. »
» Vitam petiit à te, & tribuiſti, Do-	Vitam petiit à te. »

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» mine, longitudinem dierum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.
» Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum.
» Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.
» Exurge, Domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.
» Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

Oratio pro Sacerdote.

» Gaudear, Domine, quæſumus, famulus tuus beneficiis impetratis, & cui fiduciam ſperandæ pietatis tribuiſti, optatæ miſericordiæ præſta benignus effectum.

Alia communis.

» Precibus noſtris, quæſumus, Domine, aures tuæ pietatis accommoda, & orationes ſupplicum, occultorum cognitor, benignus exaudi, vt te largiente ad vitam perueniamus ſempiternam. Per, &c.

Infra actionem.

» Inprimis vnà cum famulo tuo Papa noſtro N. & pro omnibus Orthodoxis atque Apoſtolicæ fidei cultoribus Pontificibus, & Abbatibus, gubernatoribus & rectoribus Eccleſiæ ſanctæ Dei, & pro omni populo ſancto Dei.
» Memento, Domine, famulorum famularúmque tuarum, cunctorum ſcilicet conſanguinitate mihimet vel familiaritate & amicitiâ coniunctorum, cunctorúmque ſua mihi peccata confitentium, méque in tuo nomine bonis reficientium & omnium circumaſtantium.
» Hanc etiam oblationem humilitatis meæ & deuotionis, quam tibi offero pro peccatis meis & criminoſis actionibus meis caſtigandis & dimittendis, pro cæca & lapidea cordis mei duritia diſſoluenda & illuminanda, quæſo, Domine, vt placatus accipias, & ſinum pietatis ſuper me expandas, méque illumines, ſenſum aperias, ſpiritum corrigendi tribuas, & ad te miſero mihi redeundi aditum per lamenta pœnitentiæ concedas per Chriſtum Dominum noſtrum.
» Quam oblationem tu, Deus, in omnibus quæſumus.

Oculi Domini ſuper iuſtos. «

Fiat miſericordia. «

Domine, exaudi orationem. «

Oratio pro Sacerdote. «

Gaudeat, Domine, quæſumus, famulus tuus beneficiis impetratis, & cui fiduciam ſperandæ pietatis tribuiſti, optatæ miſericordiæ præſta benignus effectum. «

Item pro omnibus Oratio. «

Precibus noſtris, quæſumus, Domine, aures tuæ pietatis accommoda, & orationes ſupplicum, occultorum cognitor, benignus exaudi, vt te largiente ad vitam perueniamus æternam. «

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

„ *Iſtud præfer in eodem Canone, quando*
„ *concilium vel conſilium aliquod agitur,*
„ *poſtquam dixeris*, æterno Domino vi-
„ uo & vero.
„ Hanc igitur oblationem, quam tibi
„ offerimus, pro huius negotij qualita-
„ te, de quo in præſenti diſputationis
„ actione ventilatur, vt benignè ſuſci-
„ pias, ſupplicirer deprecamur, quare-
„ nus non humano ſed tuo ſancto con-
„ ſilio æquóque iudicio miſericordirer
„ terminatum vel diremptum, iuſtitiæ
„ veritatiſque termino finiatur, atque
„ ſecundùm tuam voluntatem modis
„ omnibus ordinetur, & compleatur,
„ per Chriſtum Dominum noſtrum.
„ Communicantes, & memoriam ve-
„ nerantes.
„ *Pro ſemetipſo.*
„ Memento Domine, & miſerere mei,
„ multi enim & magni ſunt languores
„ mei, mali ſunt & peſſimi, ſed maior
„ eſt miſericordiæ tuæ multitudo, mi-
„ ſerere mei, Domine, qui veniſti in
„ multitudine miſericordiæ, & ſana
„ languores animæ meæ, miſerere mei,
„ Domine, & per hoc vnicum mundi
„ remedium aliquod ſtillicidium cæ-
„ leſtis gratiæ arido cordi meo infun-
„ de ad cognoſcendum te.
„ Nobis quoque peccatoribus.
„ *Pro ſemetipſo & pro debitoribus.*
„ Memento Domine famulorum fa-
„ mularúmque tuarum N. præcipuè
„ deprecor pro his qui memoriam mei
„ coram te in ſuis precibus faciunt, vel
„ qui ſe meis indignis precibus com-
„ mendauerunt, quique etiam in tuo
„ conſpectu ſua mihi delicta confeſſi
„ ſunt, & qui mihi vel Congregationi
„ tuæ aliquid charitatis, officio ſuæ
„ pietatis, vel largitatis ſuæ ſtudio im-
„ penderunt, quiſque etiam mihi pro-
„ pinquitatis vel conſanguinitatis, ſeu
„ tuæ charitatis affectu coniuncti ſunt,
„ mihi quoque indigniſſimo famulo
„ tuo propitius eſſe digneris, & ab om-
„ nibus delictorum offenſionibus me
„ emundare. Per, *&c.*
„ Nobis quoque peccatoribus.
„ *Item pro ſemetipſo in eodem Canone*
„ *dicenda.*
„ Memento etiam mei, quæſo, Deus, &
„ miſerere, & licèt hæc ſancta indignis
„ meis manibus tibi, ſancte Pater om-

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

„ nipotens, æterne Deus, offerantur
„ ſacrificia, qui nec inuocare ſanctum ac
„ venerabile nomen tuum dignus ſum,
„ tamen quæ in honorem, laudem &
„ memoriam glorioſiſſimi & dilectiſſimi
„ Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti offeruntur, ſicut incenſum in conſpectu
„ diuinæ Maieſtatis tuæ, cum odore
„ ſuauitatis accendantur, per eundem
„ Chriſtum Dominum, *&c.*
„ Nobis quoque peccatoribus.
„ *Item pro ſalute viuorum & mortuorum.*
„ Memento etiam, Domine, famulorum famularúmque tuarum, & beatiſſimæ Virginis Mariæ omniúmque
„ Sanctorum tuorum intercedentibus
„ meritis ſuppliciter quæſumus, omnipotens Deus, vt famulos ac famulas
„ tuas, quorum eleemoſynas accepimus,
„ ſeu qui nobis familiaritate coniuncti
„ ſunt, largâ miſericordiâ tuâ protegas,
„ & ab omnibus impugnationibus defendas, vt tuâ vbique protectione ſaluentur, & animabus famulorum famularúmque tuarum, videlicet omnium
„ orthodoxorum, quorum commemorationem agimus, & quorum corpora
„ hîc & vbique requieſcunt, vel quorum nomina hîc in libro vitæ ſcripta
„ eſſe videntur, indulgentiam & remiſſionem omnium tribuas peccatorum,
„ & in conſortio electorum tuorum habere digneris.
„ *Hîc recites nomina quorum velis.*
„ Iſtis & omnibus in fide Catholica
„ quieſcentibus locum pacis, refrigerij,
„ & quieris, vt indulgeas deprecamur,
„ per Chriſtum Dominum noſtrum.
„ Nobis quoque peccatoribus.
„ Memento etiam, Domine, famulorum famularúmque tuarum N. qui
„ nos præceſſerunt cum ſigno fidei, &
„ dormiunt in ſomno pacis, ipſis &
„ omnibus in Chriſto quieſcentibus
„ locum refrigerij lucis & pacis, vt indulgeas deprecamur. Per Dominum
„ Chriſtum.
„ Nobis quoque peccatoribus.
„ *Expletâ ſecretâ & Oratione Dominicâ cùm dixerit.*
„ Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.
„ *Miſceatur corpus Dominico ſanguini, & dicatur.*
„ Hæc ſacroſancta commixtio Corporis
„ & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti fiat

Expletâ ſecretâ & Oratione Dominicâ cùm dixerit. „
Pax Domini ſit ſemper vobiſcum. „
Miſceatur Corpus Domini cum Sanguine. „
Hæc ſancta commixtio Corporis & „
Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti „
fiat

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

„ ſti fiat omnibus nobis ſumentibus ſa-
„ lus mentis & corporis, & ad æternam
„ vitam capeſſendam præparatio ſaluta-
„ ris. Per eundem.
„ Fiat commixtio & conſecratio Cor-
„ poris & Sanguinis Domini noſtri Ieſu
„ Chriſti omnibus accipientibus nobis
„ in vitam æternam.
„ *Non mittat Epiſcopus in Calicem par-*
„ *tem oblatæ, vt Presbyteri ſolent, ſed ex-*
„ *pectet donec finitâ benedictione Epiſco-*
„ *pus communicare debeat. Et tunc acci-*
„ *piens partem, quam anteà fregerat, te-*
„ *nénſque ſuper Calicem immittat, dicens.*
„ Sacri Sanguinis commixtio cum ſan-
„ cto Corpore Domini noſtri Ieſu Chri-
„ ſti proſit omnibus ſumentibus ad vi-
„ tam æternam.
„ *Oratio.*
„ Concede, Domine Ieſu Chriſte, vt
„ ſicut hæc Sacramenta Corporis &
„ Sanguinis tui fidelibus tuis ad teme-
„ dium contuliſti, ita mihi famulo tuo
„ indigno, & omnibus per me ſumenti-
„ bus hæc ipſa myſteria non ſint ad rea-
„ tum, ſed proſint ad veniam omnium
„ delictorum per te Ieſu Chriſte.
„ *Poſt hæc dicta oſculetur altare, dicens.*
„ Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apo-
„ ſtolis tuis, pacem relinquo vobis, pa-
„ cem meam do vobis, ne reſpicias pec-
„ cata mea, ſed fidem Eccleſiæ, eámque
„ ſecundùm tuam voluntatem pacifica-
„ re & adunare dignare.
„ *Deinde conuertat ſe ad circumſtantes*
„ *pacémque ferat dicendo.*
„ Habete vinculum pacis & caritatis, vt
„ apti ſitis ſacroſanctis myſteriis.
„ *Et ipſi inuicem ſe pacificando dicant.*
„ Pax Chriſti & Eccleſiæ abundet in
„ cordibus noſtris.
„ *Quando Corpus Dominicum Sacerdos*
„ *in manus accipit, dicat.*
„ Panem cæleſtem accipiam, & nomen
„ Domini inuocabo.
„ *Sequitur Oratio.*
„ Perceptio Corporis tui, Domine Ieſu
„ Chriſte, quod indignus ſumere præ-
„ ſumo, non mihi proueniat ad iudi-
„ cium & condemnationem, ſed pro
„ tua pietate proſit mihi ad tutelam
„ mentis & corporis. Qui cum Patre &
„ Spiritu ſancto, *&c.*
„ *Alia.*
„ Fac mihi obſecro, Domine, hoc Sa-

fiat omnibus nobis mentis & corporis „
ad æternam vitam capeſſendam præ- „
paratio ſalutaris. Per. „

Poſtquàm autem Benedictio Epiſcopa- „
lis expleta eſt, accipiens partem quam „
anteà affregit, tenénſque ſuper Calicem „
frangat & dicat. „
Sancti Sanguinis commixtio cum ſan- „
cto Corpore Domini noſtri Ieſu „
Chriſti proſit omnibus ſumentibus ad „
vitam æternam. „

Quando Corpus Domini in manus ac- „
cipit dicat. „
Panem cæleſtem accipiam, & nomen „
Domini inuocabo. „
Ad ſumendum Corpus Dominicum. „
Perceptio Corporis tui, Domine Ieſu „
Chriſte, quod indignus ſumere præ- „
ſumo, non mihi proueniat in iudi- „
cium, & condemnationem, ſed per „
tuam pietatem proſit mihi ad tuta- „
mentum mentis & corporis. Qui „
viuis. „

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. R R. 6.

cramentum tuum, quod indigous & peccator præſumo percipere, confiſus de tua larga clementia, ad viſcera miſericordiæ ruæ, & gratiam ſalutis, ad ſanitatem animæ & corporis, remiſſionémque omnium peccatorum, vt non ad iudicium, ſed ad remedium illud merear percipere, ſaluator mundi.

Cùm Corpus ſumitur.

Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit mihi remedium ſempiternum in vitam æternam.

Quando Calicem in manus accipit, Sacerdos dicat.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domioi inuocabo. Laudans inuocabo Dominum, & ab ioimicis meis ſaluus ero.

Sequitur Oratio.

Communicatio & confirmatio Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, proſit mihi in remiſſionem omnium peccatorum meorum, & conſeruet me ad vitam æternam.

Alia ad vtrumque.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, da mihi hoc Corpus & Sanguioem filij tui ita ſumere, vt per hoc merear remiſſionem omnium peccatorum accipere, & ruo ſancto Spiritu repleri, quia tu es Deus, & præter te noo eſt alius, cuius glorioſum nomen permanet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Cùm Sanguis ſumitur.

Sanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat me in vitam æternam.

Poſt perceptam communionem.

Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui ex voluntate patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum viuificaſti, libera me per hoc ſacrum Corpus & Sanguinem tuum, à cunctis iniquitatibus, & vniuerſis malis meis, & fac me tuis obedire mandatis, & à te nunquam in perpetuum ſeparare digneris, qui viuis & regnas, *&c.*

Alia.

Corpus ruum, Domine, quod accepi, & Calix quem potaui, adhæreant in viſceribus meis, & præſta vt nulla

Quando Calicem accipit, dicat.

Quid retribuam Domino, *&c. Vt in Miſſ. Rom.*

Poſt ſumptum, ſecretè.

Communicatio & confirmatio ſancti Sanguinis tui, Domine Ieſu Chriſte, proſit mihi in remiſſionem omnium peccatorum, & conſeruet me in vitam æternam.

Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui ex voluntate Patris cooperante . . . . Sanctorum per mortem tuam mundum viuificaſti, libera me per hoc ſacrum Corpus, & Sanguinem tuum, quatenus non ſit mihi ad iudicium, oeque ad condemnationem, ſed ad remedium proficiat animæ meæ, & à cunctis iniquitatibus meis libera me Deus, & fac me tuis obedire mandaris, & à te, & à Sanctis tuis nuoquam in perpetuum ſeparari. Qui viuis.

Domine ſancte Pater omnipotens

„ ibi remaneat peccati macula, vbi tua
„ ſanctâ introierunt ſacramenta, qui
„ viuis & regnas, *&c.*

„ *Deinde Presbyteris & Diaconibus Cor-*
„ *pus in manus accipientibus, ac commu-*
„ *nicantibus dicitur ſingulis.*

„ Pax tecum.

„ *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

„ *Alia.*

„ Verbum caro factum eſt, & habita-
„ uit in nobis.

„ *Calicem verò cum ſacroſancta com-*
„ *mixtione dando vnicuique dicat.*

„ Hæc ſacroſancta commixtio Corpo-
„ ris & Sanguinis Domini noſtri Ie-
„ ſu Chriſti proſit tibi ad vitam æter-
„ nam.

„ *Subdiaconibus autem ac alio Clero com-*
„ *municet hoc modo dicens.*

„ Perceptio Corporis & Sanguinis Do-
„ mini noſtri Ieſu Chriſti ſanctificet
„ corpus & animam tuam in vitam
„ æternam.

„ *Populo quidem communicando di-*
„ *cat.*

„ Corpus & Sanguis Domini noſtri
„ Ieſu Chriſti proſit tibi in remiſſio-
„ nem omnium peccatorum, & ad vi-
„ tam æternam. Amen.

„ *Interim dum communicant, dicat.*

„ Ignoſce, Domine, quòd dum roga-
„ te compellor, dum per immunda la-
„ bia nomen ſanctum tuum aſſumo, &
„ immundorum actuum ſecreta confi-
„ teor, non habeo apud te verba ſine
„ crimine, tu enim conſcientiæ meæ
„ vulnera, tu cogitationum mearum
„ occulta noſti, & immunditias meas
„ tu ſolus agnoſcis. Miſerere mei, Do-
„ mine, miſerere, mihi ignoſce myſte-
„ rij tui ſecreta tractanti, nec indi-
„ gnum miſericordiæ tuæ iudices,
„ quem pro aliis rogare permittis, &
„ in quo teſtimonium boni operis non
„ agnoſcis, officium ſaltem diſpenſa-
„ tionis creditæ non recuſes. Salua-
„ tor, miſerere mei.

„ *Poſt perceptam communionem.*

„ Quod ore ſumpſimus, mente ca-
„ piamus, & de munere temporali
„ fiat nobis remedium ſempiternum.
„ Per, *&c.*

„ *Oratio.*

„ Obſecro etiam te piiſſime omnium
„ auxiliator, ne ad damnationem æter-

æterne Deus, da mihi hoc Corpus & „ AN. CH.
Sanguinem Filij tui Domini noſtri „ 601.
Ieſu Chriſti ita ſumere, vt merear „ CLOTAR.
per hoc remiſſionem peccatorum ac- „ II. R. 18.
cipere, & tuo Sancto Spiritu repleri, „ THEO-
quia tu es, & præter te non eſt alius, „ DOB. II.
cuius glorioſum nomen permanet in „ THEO-
ſæcula ſæculorum. Amen. DOR. II.
RR. 6.

Deinde cùm cœperit communicare „
Clerum ſiue populum, dicat ſingulis. „
Perceptio Corporis Domini noſtri „
ſit tibi vita & ſalus, & redemptio „
omnium tuorum peccatorum. „

Oratio Sancti Gregorij Papæ. „
Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti „
proſit mihi in remiſſionem omnium „
peccatorum ad vitam æternam. „

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» nam mihi proueniat, quòd cotidie » cum conſcientia polluta nomen San» ctum tuum præſumo inuocare, Cor» púſque Chriſti Filij tui & Sanguinem » indignus audeo accipere, quin magis » per hoc me expurges ſedulò, & mu» nias ab omnium inimicorum iaculo, » ac per eum in me habitare digneris, » quem ad hoc miſiſti, vt redimeret nos » ab omni inquinamento ſpiritûs & car» nis, per ipſum vnigenitum Filium » tuum Dominum noſtrum Ieſum Chri» ſtum nos omnes ab omni libera malo, » & in omni bono conſerua, qui te» cum, *&c.*

» *Alia.*

» Conſeruent nos, Domine, munera » tua, & æternam vitam tribuant nobis » Per, *&c.*

» *Alia.*

» Cuſtodi intra nos, Domine, gloriæ » tuæ munus, vt aduerſùs omnia præ» ſentis & futuri ſeculi mala, Eucha» riſtiæ quam percepimus viribus & » virtute muniamur. Qui viuis, *&c.*

» *Alia.*

» Præſta, Domine Ieſu Chriſte fili Dei » viui, vt qui Corpus & Sanguinem » proprium pro nobis indignis datum » edimus & bibimus, fiat nobis ad ſalu» tem & ad redemptionis remedium » ſempiternum, omnium criminum no» ſtrorum. Per, *&c.*

» *Poſtquàm Diaconus dixit.*

» Ite Miſſa eſt.

» *Veniat Sacerdos ante Altare, & oſcu» lando dicat.*

» Placeat tibi, ſancta Trinitas, obſe» quium ſeruitutis meæ, & præſta vt ſa» crificium, quod oculis tuæ Maieſtatis » indignus obtuli, ſit tibi placens, mi» hique & omnibus pro quibus illud » obtuli, ſit te miſerante propitiabile, » qui viuis, *&c.*

» *Finitâ Miſſâ accedat ad Altare, & » oſculetur illud, dicens.*

» Meritis & interceſſionibus beatæ Ma» riæ ſemper Virginis, & iſtorum atque » omnium Sanctorum ſuorum miſerea» tur noſtri omnipotens Deus, qui viuit » & regnat, *&c.*

» *Expletis omnibus Epiſcopus de Altari » ad Sacrarium rediens cum Diaconibus & » ceteris quibus voluerit, cantet hymnum » trium Puerorum.*

Finitâ Miſſâ poſtquàm Diaconus dicit. »
Ite Miſſa eſt. »

Veniat Sacerdos ante Altare, & oſcu- » lato dicat. »

Placeat tibi, ſancta Trinitas, obſe- » quium ſeruitutis meæ, & præſta vt » hoc ſacrificium, quod oculis tuæ Ma- » ieſtatis indignus obtuli, ſit tibi pla- » cens, mihique & omnibus, pro qui- » bus illud obtuli, ſit te miſerante pro- » pitiabile. Qui viuis. »

Alia Oratio. »

Meritis & interceſſionibus omnium » Sanctorum ſuorum miſereatur nobis » omnipotens Dominus. »

Expletis omnibus Epiſcopus rediens ad » Sacrarium cum Diaconibus & ceteris can- » tet hymnum trium Puerorum, & Lau- » date Dominum in Sanctis eius. »

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

„ Benedicite omnia opera D.
„ Laudate Dominum omnes gentes.
„ Laudate Dominum in Sanctis eius,
„ laudate.
„ *Poſteà.*
„ Pater noſter, qui es in cælis.
„ *Et Preces.*
„ Confiteantur tibi, Domine, omnia
„ opera tua.
„ *Reſp.* Et Sancti tui benedicant tibi.
„ Exultabunt Sancti in gloria.
„ *Reſp.* Lætabuntur in cubilibus ſuis.
„ Exultent iuſti in conſpectu Dei.
„ *Reſp.* Et delectentur in lætitia.
„ Non nobis, Domine, non nobis.
„ *Reſp.* Sed nomini tuo da gloriam.
„ Sacerdotes tui, Domine, induantur
„ iuſtitiâ.
„ *Reſp.* Et Sancti tui exultent.
„ Non intres in iudicium cum ſeruis
„ tuis, Domine.
„ *Reſp.* Quia non iuſtificabitur in con-
„ ſpectu tuo omnis viuens.
„ Domine Deus virtutum, conuerte
„ nos.
„ *Reſp.* Et oſtende faciem tuam, & ſalui
„ erimus.
„ Benedicat nos Dominus Deus noſter,
„ benedicat nos Deus.
„ *Reſp.* Et metuant eum omnes fines
„ terræ.
„ Domine, exaudi orationem meam.
„ *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat.
„ *Sequitur Oratio.*
„ Deus, quem omnia opera benedi-
„ cunt, quem cæli glorificant, quem
„ Angelorum multitudo conlaudant,
„ quæſumus te, vt ſicut tres pueros de
„ camino incendij, non ſolùm illæſos,
„ ſed etiam in tuis laudibus conclaman-
„ tes liberaſti, ita nos peccatorum ne-
„ xibus obuolutos, velut de voragine
„ ignis eripias, vt dum te pari benedi-
„ ctione laudamus, criminúmque flam-
„ mas operúmque carnalium incendia
„ ſuperantes, hymnum tibi debitum
„ iure meritóque reddamus. Per Do-
„ minum noſtrum Ieſum, &c.
„ *Alia.*
„ Deus, qui tribus pueris mitigaſti flam-
„ mas ignium, concede propitius per
„ interceſſionem eorum & merita om-
„ nium Sanctorum tuorum, vt nos fa-
„ mulos tuos non exurat flamma vitio-
„ rum atque tormentorum. Per, &c.

Poſteà Preces. „
Confiteantur, Domine, omnia opera „
tua, & Sancti tui. „
Exultabunt iuſti. „
Exultent iuſti. „
Non nobis, Domine, non nobis. „
Sacerdotes. „
Ne intres. „
Domine Deus virtutum. „
Benedicat nos Deus, Deus. „
Domine, exaudi. „

Deinde Oratio. „
Deus, qui tribus pueris mitigaſti flam- „
mas ignium, concede propitius per „
interuentum eorum, & omnium San- „
ctorum, vt nos famulos tuos non ex- „
urat flamma vitiorum. Per. „

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

» *Alia.*
» Actiones noſtras, quæſumus Domine,
» & aſpirando præueni, & adiuuando
» proſequere, vt omnis oratio & cun-
» cta noſtra operatio & à te ſemper
» incipiat, & per te cœpta finiatur.
» Per, *&c.*

» *Explicit Ordo de Officio Miſſæ.*

XXI. EX ILLA VETERE MISSA COLLIGVNTVR MVLTA CONTRA RECENTES HÆRETICOS.

Matthias Flauius, corruptè Flaccus & Flacius, natione Illyricus ex oppido Albona, vnde & cognomento Illyricus, inter Lutheranos maximum nomen ſibi comparauit, præcipuus Author fuit Centuriarum Magdeburgenſium, princépſque *Rigidorum Lutheranorum* ita nuncupatorum quòd à doctrina & ſcriptis Lutheri, quæ vt diuina venerabantur, ne in vocula quidem aut ſyllaba diſſentiendum eſſe prædicarent. Exiſtimauit autem ſuarum partium hominibus rem acceptiſſimam atque vtiliſſimam ſe facturum, ſi Miſſam euulgaret aliam à Gregoriana ſeu Romana, quam Eccleſiæ Gallicanæ Germanicæque à temporibus vt ille opinatur Caroli Magni, aut potiùs vt ſuprà obſeruauimus à temporibus Pipini, aliæque Occidentales poſteà ſuſceperunt. At tantùm abeſt vt illo opere Catholicis nocuerit, quin eorum cauſam validiſſimè defendit, vt anno pòſt ſeptimo, Chriſti milleſimo quingenteſimo ſexageſimo-quarto Georgius Wicelius in defenſione Liturgiæ Eccleſiaſticæ teſtatus eſt his verbis. *Mathias Flauius Illyricus edidit repertam Miſſam Latinam, non triumphans tamen de theſauro tanto aduerſus Catholicos, quùm vel cæcutienti homini appareat totum illud quod edidit, contra Lutheri Caluiníque ſectas edidiſſe, ſed & Catholicis nobis rem longè gratiſſimam feciſſe. Quid enim ibi niſi Miſſam Latinam, quæ hodie in vſu generali eſt, inſciens imprudénſque defendit? Tantùm abeſt, vt ſuo, ſectæque more oppugnet; locupletior eſt illa quidem, plúſque precum continet, ſed omnino tamen eadem cum vſitata, cuius etiam dicta factáque omnia paſſim ſequitur, vt diuerſam eſſe confirmare nemo audeat.* Georgius Wicelius Germanus fuit ditionis * Heſſenſis, cúmque decennium fere Luthero adhæſiſſet, vir impensè doctus, vbi ex lectione Sanctorum Patrum animaduertit Lutheri dogmata tum Euangelio Chriſti tum vetuſtis illis Patribus penitus aduerſari, rediit ad Catholicos anno Chriſti milleſimo quingenteſimo triceſimo-primo. Mox carceri mancipatus eſt ceu maleficus, Luthero id fieri curante, ſed innocentiâ compertâ liber dimiſſus eſt, & cùm omnia Lutheraniſmi myſteria, conditionem, mores, genium intimè noſſet, primus totam eius turpitudinem detexit, ac Lutheranis plauſibilem illam detraxit Eccleſiæ primitiuæ laruam, quâ tecti ſeſe fraudulenter inſinuabant. Eam ob cauſam odium illorum acerbiſſimum incurrit, calumniiſque frequenter eſt appetitus, nihil tamen animi remiſit, ac triginta ſex ampliùs annis, quibus ſuperuixit, hoſtes Catholicæ fidei non ceſſauit publicis ſcriptis oppugnare. Quàm æquum tulerit iudicium de Miſſa Illyriciana, vt Hugo Menardus in notis ad librum Sacramentorum ſeu Sacramentale ſancti Gregorij vocat, id eſt, de Miſſa in lucem à Flauio Illyrico edita, ſubſequentes obſeruationes indicabunt.

* *Heſſuen.*

XXII. VARIÆ FESTIVITATES.

Primò, Illyricus in ſua præfatione dicit olim apud Latinos vnicam fuiſſe celebrandæ Miſſæ rationem, quemadmodum apud Græcos, & ſuam ita eſſe compoſitam, vt ſit pro omni neceſſitate, nec olim fuiſſe Miſſas de ſanctis & Feſtis. Sed huius ſententiæ falſitatem ex ipſa Miſſa Illyriciana conuincere licet, in qua Introitus, Epiſtola, Graduale, Euangelium, Offertorium, Secreta, Præfatio, Communio, & Poſtcommunio non ſpeciatim & particulatim, ſed tantùm generatim nominantur ſine vlla ſpecificatione aut aſſignatione alicuius particularis Introitûs aut Epiſtolæ & ſimilium. Quod confirmant

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

hæc eiuſdem Miſſæ verba, *finitâ Angelicâ laude, Miſſolem dicat Orationem Sacerdos, deinde Lectio recitetur.* Vbi Miſſalis Oratio nulla eſſe poteſt quàm quæ Hymnum Angelicum ſequitur. Hæc autem cùm ita ſint, quare nullus Introitus, nulla Epiſtola, nullum Euangelium particulatiter aſſignatur? quare cùm tot Orationes ſiue Apologiæ in illa Miſſa integræ reperiantur, nulla Oratio Miſſalis, nulla Secreta, nulla Oratio poſt communionem ibi deſcripta apparet? Alia ſanè reddi non poteſt ratio, quàm varietas Feſtorum & ſolemnitas Sanctorum, quæ pro ſui diuerſitate diuerſas poſtulant Orationes Miſſales, Epiſtolas, Euangelia, Secretas, & ſimilia Feſto aut ſolemnitati Sancti conuenientia. Illa verò omnia ſi collocarentur in Miſſæ ordine, celebrans inuolueretur multis confuſionum labyrinthis, qui vt vitentur, ordo Miſſæ quotidianus ſeorſum ponitur, vt videre eſt in Miſſa Codicis Illyriciani; cetera pro varietate Feſtorum & temporum, pulchro ordine diſponuntur, vt vſu euenire ſolet in libris Sacramentorum & Miſſalibus. Apoſtoli & antiqui Pontifices, qui nobis ſanctimoniâ & eruditione præluxerunt, Feſta Natalis Domini, Epiphaniorum, Paſchæ & Pentecoſtes numquam celebrauerunt prætermiſsâ commemoratione tantorum beneficiorum, quæ nobis Deus impertiuit illis diebus, maximè cùm in eorum recordationem & grati animi propter ea in Deum ſignificationem inſtituta ſint, non ſecus ac olim Deus Feſta Paſchæ, Pentecoſtes, Tabernaculorum, & ſimilia præcepit à Iudæis obſeruari. Hugo Menardus loco iam notato citat in hanc ſententiam Sanctum Auguſtinum alióſque Sciptores quos conſulere poteris. Solam epiſtolam allegabimus Vigilij [a] Papæ, qui Kalendis Martij, Voluſiano & Ioanne Conſulibus, anno Chriſti quingenteſimo duodequadrageſimo, cùm Eutherij conſultationibus reſponderet, de Miſſarum celebritate ſcripſit in hæc verba. *Ordinem in celebritate Miſſarum, nullo nos tempore, nullâ Feſtiuitate ſignificamus habere diuiſum, ſed ſemper eodem tenore oblata Deo munera conſecrare. Quoties verò Paſchalis, aut Aſcenſionis Domini, vel Pentecoſtes & Epiphania, Sanctorumque Dei fuerit agenda Feſtiuitas, ſingula capitula diebus apta ſubiungimus, quibus commemorationem ſancta Solennitatis, aut eorum faciamus quorum Natalitia celebramus, cetera verò ordine conſueto proſequimur. Quapropter & ipſius Canonica precis textum direximus ſubter adiectum, quem (Deo propitio,) ex Apoſtolica traditione ſuſcepimus. Et vt charitas tua cognoſcat, quibus locis aliqua feſtiuitatibus apta connectes, Paſchalis diei preces ſimiliter adiecimus.* Nec valet quod dicit Illyricus Græcos hodie etiam habere vnicam Miſſæ formam. Nam etſi Liturgiæ Græcorum quas nunc babemus ſint veluti quædam Miſſæ communes, tamen in eorum Euchologio aliíſque eorum ritualibus diuerſæ Miſſæ pro Feſtorum, Solemnitatum & temporum diuerſitate reperiuntur. Nota autem errare Baronium & Binium, qui ſcribunt Vigilium adhuc Pſeudopontificem fuiſſe, cùm literas præcitatas Eutherio tranſmitteret, anno enim Chriſti quingenteſimo triceſimo-ſeptimo legitimè ſedere cœpit, vt aliâ occaſione eùm Procopij Chronologiam expenderemus, ad annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-octauum [b] iam probauimus.

[a] Ep. 2.

[b] Num 6.

XXIII. INVOCATIO ET INTERCESSIO SANCTORVM.

Secundò, Hæretici, qui Sanctorum inuocationem & interceſſionem reiiciunt, erroris arguuntur ex Miſſa Codicis Illyriciani. In ea enim Epiſcopus aut Preſbyter priuſquàm induat ſe veſtimentis Sacerdotalibus, dicit orationem cuius initium tale eſt. *Interuenientibus pro nobis omnibus Sanctis & electis tuis, actiones noſtras quæſumus, Domine, & aſpirando præueni, & adiuuando proſequere.* Inter Lectionem & Euangelium varias recitat Orationes. In ſexta ſic loquitur. *Accuſo me, & non excuſo, ſed coram teſtibus, ſcilicet omnium Sanctorum tuorum reliquiis, vel omnibus Sanctis tuis in cælo & in terra, confiteor omnes iniuſtitias meas tibi, quatenus per eorum merita & interceſſiones remittas omnem peccati mei impietatem.* In octaua ſic. *Obſecro vos omnes choros Sanctorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum & omnium Sanctorum, vt oretis pro me, vt miſereatur mei Deus, & deleat peccata mea.* In nona ſic. *Ego peccaui*

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

coram te & coram omnibus Sanctis tuis. Et paucis interiectis. *Veniam peto coram te & Sanctis tuis, de vniuerſis peccatis meis, præteritis, præſentibus, & futuris.* Denique ſub finem. *Orate pro me miſero omnes ſancti Apoſtoli atque Martyres, Confeſſores & ſanctæ Virgines atque Viduæ, & omnes Sancti & electi Dei; orate pro me, vt Deus omnipotens illuminet vultum ſuum ſuper me miſerum, & miſereatur mei.* Poſt Offertorium accedit ad altare, & illud oſculando dicit. *Oro te, Domine omnipotens Deus, vt per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic continentur, eorum interceſſionibus indulgere digneris mihi omnia peccata mea.* Cùm oblationes offeruntur, dicit multas Orationes, quarum prima hæc eſt. *Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offero in memoriam Incarnationis, Natiuitatis, Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in honore Sanctorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi, & eorum quorum hodie Feſtiuitas celebratur, & quorum hîc nomina & reliquiæ habentur, vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem, vt illi omnes pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam agimus in terris.* In Canone ſic orat pro ſalute viuorum & mortuorum. *Memento etiam, Domine, famulorum famularúmque tuarum & beatiſſimæ Virginis Mariæ omniúmque Sanctorum tuorum intercedentibus meritis ſuppliciter quæſumus, omnipotens Deus, vt famulos ac famulas tuas, quorum eleemoſynas accepimus, ſeu qui nobis familiaritate coniuncti ſunt, largâ miſericordiâ tuâ protegas, & ab omnibus impugnationibus defendas, vt tuâ vbique protectione ſaluentur, & animabus famulorum famularúmque tuarum, videlicet omnium orthodoxorum, quorum commemorationem agimus, & quorum corpora hîc & vbique requieſcunt, vel quorum nomina hic in libro vitæ ſcripta eſſe videntur, indulgentiam & remiſſionem omnium tribuas peccatorum, & in conſortio electorum tuorum habere digneris.* Finitâ Mıſsâ deoſculatur altare dicitque. *Meritis & interceſſionibus beatæ Mariæ ſemper Virginis, & iſtorum atque omnium Sanctorum ſuorum miſereatur noſtri omnipotens Deus.* Et poſtquàm in ſacrarium rediit, tres recitat Orationes, quarum ſecunda talis eſt. *Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius per interceſſionem eorum & merita omnium Sanctorum tuorum, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum atque tormentorum.*

XXIV. ET B. VIRGINIS.

Tertiò, Hæretici, qui vt Sanctorum ita & beatiſſimæ ſemper Virginis Deíque genitricis inuocationem atque interceſſionem deſpiciunt, erroris quoque conuincuntur ex Miſſa Codicis Illyriciani. Epiſcopus enim ſeu Preſbyter, cùm offert Domino oblatam, dicit varias Orationes, è quarum numero hæc eſt. *Deus qui per os Dauid locutus es, vouete & reddite Domino Deo veſtro, te ſuppliciter exoro, vt me famulum tuum vigilanter cuſtodias, & oblationem, quam tibi pro memetipſo offero, interueniente beatâ Mariâ ſemper Virgine, clementer accipias.* Et in Canone Orationem pro ſalute viuorum atque mortuorum ſic auſpicatur. *Memento etiam, Domine, famulorum famularúmque tuarum, & beatiſſimæ Virginis Mariæ omniúmque Sanctorum tuorum intercedentibus meritis ſuppliciter quæſumus, omnipotens Deus, vt, &c.* Denique finitâ Mıſsâ accedit ad altare, oſculatur illud ac dicit. *Meritis & interceſſionibus beatæ Mariæ ſemper Virginis, & iſtorum atque omnium Sanctorum ſuorum miſereatur noſtri omnipotens Deus, qui viuit, &c.*

XXV. SACRAMENTVM EVCHARISTIÆ.

Quartò, ex lectione Miſſæ ab Illyrico editæ refelluntur Hæretici, qui de Sacramento Euchariſtiæ non benè ſentiunt, negántque Corpus & Sanguinem Chriſti eſſe realiter ſub ſpeciebus panis & vini. Celebrans enim, vt in illa Miſſa legitur, cùm imponit oblatam altari, dicit, *ſanctifica, Domine, hanc oblationem, vt nobis vnigeniti Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti Corpus fiat,* & poſito Calice ſuper altare, *oblatum tibi, Domine, Calicem ſanctifica, vt nobis vnigeniti tui Domini noſtri Ieſu Chriſti Sanguis fiat.* Ita loquitur ante conſecrationem. Poſt conſecrationem verò, *hæc,* inquit, *ſacroſancta commixtio Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti fiat omnibus nobis ſumentibus ſalus mentis & corporis, & ad æternam vitam capeſſendam præparatio ſalutaris.* Item, *fiat commixtio & conſecratio Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti omnibus accipientibus nobis*

bis in vitam æternam. Item, *ſacri Sanguinis commixtio cum ſancto Corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti proſit omnibus ſumentibus ad vitam æternam.* Deinde dicit hanc Orationem. *Concede, Domine Ieſu Chriſte, vt ſicut hæc ſacramenta Corporis & Sanguinis tui fidelibus tuis ad remedium contuliſti, ita mihi famulo tuo indigno, & omnibus per me ſumentibus hæc ipſa myſteria non ſint ad reatum, ſed proſint ad veniam omnium delictorum per te, Ieſu Chriſte.* Cùm ſumit Corpus. *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit mihi remedium ſempiternum in vitam æternam.* Cùm ſumit Sanguinem. *Sanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat me in vitam æternam.* Poſt perceptam communionem. *Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui ex voluntate Patris cooperante Spiritu ſancto, per mortem tuam mundum viuificaſti, libera me per hoc ſacrum Corpus & Sanguinem tuum, à cunctis iniquitatibus, & vniuerſis malis meis, & fac me tuis obedire mandatis, & à te nunquam in perpetuum ſeparare digneris.* Singulis Preſbyteris & Diaconibus communicantibus dicit. *Hæc ſacroſancta commixtio Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti proſit tibi ad vitam æternam.* Subdiaconibus ac reliquis Clericis. *Perceptio Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctificet corpus & animam tuam in vitam æternam.* Populo. *Corpus & Sanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti proſit tibi in remiſsionem omnium peccatorum & ad vitam æternam.* Et poſtquàm omnes communicarunt, recitat nonnullas Orationes quarum poſtrema hæc eſt. *Præſta Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, vt qui Corpus & Sanguinem proprium pro nobis indignis datum edimus & bibimus, fiat nobis ad ſalutem & ad redemptionis remedium ſempiternum, omnium criminum noſtrorum.*

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 6.

Quintò, Miſſa Codicis Illyriciani non fauet Hæreticis qui Confeſſionem auricularem impugnant. Celebrans enim non ſemel orat pro iis quorum Confeſſiones audiuit. Poſt Confeſſionem ſingularem recitat diuerſas Orationes, in quarum prima Deum ſic precatur. *Tuam, Domine, clementiam deprecor, vt mihi veniam peccatorum meorum concedas, & me in mandatorum tuorum cuſtodias obſeruatione, necnon etiam me indignum exaudire digneris, pro omnibus quorum Confeſsiones vel eleemoſynas ſuſcepi.* Et in octaua ſic. *Deus miſericordiæ & veritatis clementiam tuam ſuppliciter deprecor vt mihi,* &c. *cunctis etiam in corpore, ſiue extra corpus viuentibus, qui mihi ſpiritali vel carnali coniunctione cohærent, & qui ſe mihi vel confitendo vel rogando commendauerunt,* &c. *manum miſericordiæ tuæ porrigas.* Inter Lectionem & Euangelium dicit alias Orationes, & ſeptimam ſic orditur. *Miſerere, Deus, omnibus errantibus, & ad te pertinentibus, & his omnibus miſereſce, pro quibus debitores ſumus exorare viuis ſiue defunctis, vel quorum eleemoſynas & Confeſsiones ſuſcepimus.* Dum Offertorium & Verſus canuntur, tres recitat Orationes, in quarum ſecunda hæc leguntur. *Deus,* &c. *concede propitius vt in hoc altari, ad quod indignus accedo, hoſtias acceptabiles offeram pietati tuæ, pro peccatis & offenſionibus meis, & innumeris cottidianis exceſsibus. Et pro grege mihi commiſſo, & famulis & famulabus tuis, qui mihi confeſsi ſunt peccata ſua.* Infra actionem. *Memento, Domine, famulorum famularúmque tuarum, cunctorum ſcilicet conſanguinitate mihimet vel familiaritate & amicitiâ coniunctorum, cunctorúmque ſua mihi peccata confitentium, méque in tuo nomine bonis reficientium & omnium circumſtantium.* Item cùm orat pro ſemetipſo & pro debitoribus. *Præcipuè deprecor pro his qui memoriam mei coram te in ſuis precibus faciunt, vel qui ſe meis indignis precibus commendauerunt, quíque etiam in tuo conſpectu ſua mihi delicta confeſsi ſunt.*

XXVI. CONFESSIO AVRICVLARIS.

Sextò, in Codice Illyriciano Miſſa celebratur pro viuis ac defunctis, vt patet ex hac Oratione quam Epiſcopus ſeu Preſbyter recitat poſt ſingularem Confeſſionem. *Tuam, Domine, clementiam deprecor, vt mihi veniam peccatorum meorum concedas, & me in mandatorum tuorum cuſtodias obſeruatione, necnon etiam me indignum exaudire digneris, pro omnibus quorum Confeſsiones, vel eleemoſynas ſuſcepi, vel qui ſe confidentiâ charitatis mihi commendauerunt, vt ſiue viuunt, ſiue in tuæ pacis ſpe requieſcunt, tuæ propitiationis perpetualiter ſentiant adiumentum.* Item ex ſeptima illarum quas recitat inter Lectionem & Euangelium.

XXVII. ORATIO PRO VIVIS AC DEFVNCTIS.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

Miſerere, Deus, omnibus errantibus, & ad te pertinentibus, & his omnibus miſereſce, pro quibus debitores ſumus exorare viuis ſiue defunctis. Et ex duodecima. *Tuam, Domine, clementiam deprecor, vt mihi famulo tuo remiſſionem cunctorum tribuas peccatorum, & omnibus, pro quibus debitor ſum exorare, viuis ſiue defunctis miſericordia tuæ munus impendas.* Item ex ea quam vnuſquiſque dicit cùm oblationem in manum Epiſcopi vel Preſbyteri offert. *Tibi Domino Creatori meo hoſtiam offero pro remiſſione omnium peccatorum meorum, & cunctorum fidelium tuorum viuorum ac defunctorum.* Item ex Orationibus, quas dum oblationes offeruntur, celebrans recitat, aut pro defuncto ſic. *Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offero pro anima famuli tui, vt per hoc ſalutare ſacrificium purgata Sanctorum tuorum conſortio coadunari mereatur.* Aut pro defunctis ſic. *Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offero pro animabus famulorum famularúmque tuarum, vt requiem æternam dones eis, inter tuos ſanctos & electos, vt in illorum conſortio vitâ perfruantur æternâ.* Aut vniuerſaliter pro omnibus ſic. *Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem quam,* &c *pro quibus debitor ſum exorare tam viuis quàm defunctis, tibi offero.* Item ex hac Oratione, quà celebrans iterum ſeſe Domino commendat, priuſquàm ſacramenta incipiantur. *Facturus memoriam ſalutaris hoſtiæ totius mundi, cùm illius dignitatem & meam intueor fœditatem, conſcientiâ torqueor peccotorum, verùm quia tu Deus multùm miſericors es, imploro, vt digneris mihi dare ſpiritum contribulatum, qui tibi gratum ſacrificium reuelaſti, vt eo purificatus vitali hoſtiæ pias manus admoueam, quæ omnia peccata mea aboleat, & ea deinceps in perpetuum vitandi mihi tutelam infundat, omnibúſque fidelibus viuis & defunctis, pro quibus tibi offertur, præſentis vitæ & futuræ ſalutis commercia largiatur.* Item ex Oratione quam poſt conſectarionem recitat pro ſalute viuorum & mortuorum. *Memento etiam Domine famulorum famularúmque tuarum,* &c. *Animabus famulorum famularúmque tuarum, videlicet omnium Orthodoxorum, quorum commemorationem agimus, & quorum corpora hic & vbique requieſcunt, vel quorum nomina hic in libro vitæ ſcripta eſſe videntur, indulgentiam & remiſſionem omnium tribuas peccatorum.* Item ex his quas dicit poſtquàm recitauit nomina mortuorum pro quibus orare præcipuè decreuit. *Iſtis & omnibus in fide Catholica quieſcentibus locum pacis, refrigerij, & quietis, vt indulgeas deprecamur,* &c. *Memento etiam Domine famulorum famularúmque tuarum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis, ipſis & omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerij, lucis & pacis vt indulgeas deprecamur.*

XXVIII. Non opus eſt pluribus argumentis, vt cum Georgio Wicelio ſentias antiquam Miſſam Latinam, quam Matthias Flauius Illyricus typis mandari curauit, contra Lutheri Caluinique ſectas editam fuiſſe. Ita cenſuerunt ipſimet hæretici, ideóque quotquot exemplaria poſtmodùm repererunt, aut abdiderunt in latebras, aut coniecerunt in ignem, ne legerentur à Catholicis. Inde fit vt opus illud in Bibliothecis etiam locupletiſſimis hodie deſideretur. Poſtquàm diu quæſitum à nobis nec inuentum fuiſſet, venit in manus Clariſſimi Viri Antonij *de Vion* Domini d'*Herouual*, qui copiam deſcribendi fecit. E re Catholicâ duximus integrum his Annalibus inſerere, ne pereat antiquitatis adeò illuſtre monumentum aduersùs recentes hæreticos, qui decepti fuerunt in cogitationibus ſuis, & fidem Catholicam iiſdem quibus impugnare conati ſunt armis inſcientes imprudentéſque propugnarunt.

XXIX. Prædictis obſeruationibus tres alias ſubiiciemus. Primam circa Symbolum, in quo legitur de Spiritu Sancto, quòd *ex Patre Filióque procedit.* Alteram circa principium Orationis vniuerſalis, quam Preſbyter antequàm altari oblatam imponat, recitat pro omnibus in hunc modum, *ſuſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam pro Seniore noſtro,* &c. Tertiam circa hoc initium

XXX. SPIRITVS S. A PATRE ET FILIO PROCEDIT.

orationis infra actionem, *inprimis vnà cum famulo tuo Papa noſtro.*

Iacobus Pamelius in notis ad caput octauum Tertulliani contra Praxean, probat variis citationibus antiquiſſimos Eccleſiæ Patres cùm Latinos tum

Græcos in ea verſatos eſſe ſententia, vt Spiritum Sanctum ex Patre Filióque AN. CH.
procedere crederent. Laudat inprimis ſanctum Cyprianum, quem tertio ſe- 601.
culo floruiſſe conſtat. Sed miſſis ceteris, qui procul à Gallia vixerunt, vnus
ſufficiet Hilarius Pictauorum Antiſtes beatiſſimus, apud quem libro ſecundo CLOTAR. II. R. 18.
de Trinitate, *Spiritus Sanctus de Patre & Filio authoribus confitendus eſt.* Alio THEODOB. II.
non opus eſt ſcripto, vt probè ſcias quænam veterum Gallorum fides fuerit,
antequàm Franci Gallias ipſas in ſuam poteſtatem redigerent. A Gallis ad THEODOR. II.
Francos eadem fidei aſſertio tranſiit. Seriùs ab Hiſpanis in Symbolum hæc RR. 6.
verba de Spiritu Sancto illata ſunt, *à Patre Filióque procedit*, anno videlicet
Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo-ſeptimo, poſt acceptas Leonis [a] Pa- [a] Ep. 93.
pæ literas, in quibus hæc capite primo leguntur aduerſus Priſcillianiſtas. *Pri-
mo itaque capitulo demonſtratur, quàm impiè ſentiant de Trinitate diuina, qui &
Patris & Filij & Spiritûs Sancti vnam atque eandem aſſerunt eſſe perſonam, tan-
quam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus Sanctus nominetur, nec
alius ſit qui genuit, alius qui genitus eſt, alius qui de vtroque proceſſit*, &c. Ma-
lè Baronius [b] exiſtimauit ex illis Leonis Magni literis, tanquam ex primario [b] Ad an. 447.
fonte, *ad Hiſpanos, Gothos, & Francos* deriuatum fuiſſe prædictum addita-
mentum ad Symbolum: ſi veterem Miſſam Gallicam, quam ſupra deſcripſi-
mus, præ manibus habuiſſet, aliter ſenſiſſet de Francis, eóſque cenſuiſſet à
Gallis, & Gallos à primis Eccleſiæ cis Alpes propagatoribus prælaudatam de
Spiritu Sancto doctrinam accepiſſe.

In eadem Miſſa Guillelmus Peirarius [c] Papam interpretatus eſt Epiſco- XXXI.
pum loci, nec ab ea ſententia recedendum putamus. Senioris autem no- [c] Lib. 2. c. 15.
mine intelligimus Archipreſbyterum, & hanc opinionem confirmat Canon QVID PAPA.
vndeuiceſimus [d] Concilij Remenſis, *vt in Parochiis nullus Laicorum Archipreſ-* [d] Flodoard. l. 2. c. 5.
byter præponatur, ſed qui Senior in ipſis eſſe debet, Clericus ordinetur. Hæc de
vetere Miſſa Gallica ſufficiant, redeamus ad epiſtolam Gregorij Magni. QVID SENIOR SIGNIFICET.

Interrogat Auguſtinus, *ſi longinquitas itineris magna interiaceat, vt Epiſcopi
non facilè valeant conuenire, an debeat ſine aliorum Epiſcoporum præſentia Epiſcopus* XXXII.
ordinari.

Reſpondet Gregorius hoc modo. *Et quidem etiam in Anglorum Eccleſia in* XXXIII.
qua adhuc ſolus tu Epiſcopus inueniris, ordinare Epiſcopum non aliter niſi cum Epi- EPISCOPVS
ſcopis potes. Nam, quando de Galliis Epiſcopi veniunt, illi in ordinationem Epiſco- SOLVS NON
pi teſtes tibi aſſiſtant. Sed fraternitatem tuam ita volumus Epiſcopos ordinare, vt ipſi POTEST
ſibi Epiſcopi longo interuallo minimè diſiungantur, quatenus nulla ſit neceſſitas, vt ORDINARE
in ordinatione Epiſcopi, alij conuenire non poſſint. Paſtores quoque, quorum præſen- EPISCO-
tia valdè eſt vtilis, facilè debeant conuenire. Cùm igitur auctore Deo ita fuerint PVM.
*Epiſcopi in propinquis ſibi locis ordinati per omnia, Epiſcoporum ordinatio ſine ag-
gregatis tribus vel quatuor Epiſcopis fieri non debet. Nam in ipſis rebus ſpiritalibus,
vt ſapienter & maturè diſponantur, exemplum trahere à rebus etiam carnalibus poſ-
ſumus. Certè enim dum coniugia in mundo celebrantur, coniugati quique conuocan-
tur, vt qui in via iam coniugij præceſſerunt, in ſubſequentis quoque copulæ gaudio
miſceantur. Cur non ergo & in hac ſpiritali ordinatione, quâ per ſacrum miniſterium
homo Deo coniungitur, tales conueniant, qui vel in profectu ordinati Epiſcopi gau-
deant, vel pro eius cuſtodia omnipotenti Deo preces pariter fundant.* Scimus pri-
mam huius reſponſionis periodum in multis exemplaribus Gregorij & Bedæ
aliter efferri ſenſu imperfecto aut valdè obſcuro. Secuti ſumus editionem
Pariſienſem regiſtri Gregoriani, quæ prodiit ex typis Carolæ *Guillard* anno
Chriſti milleſimo quingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, Antuerpienſem
quam anno Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo vidua &
hæredes Ioannis Stelſij publicarunt. XXXIV.

Interrogat Auguſtinus qualiter debeat cum Galliarum atque Britannorum XXXV.
Epiſcopis agere.

Reſpondet Gregorius hoc modo. *In Galliarum Epiſcopos nullam tibi authori-* IVRA EPISCOPI ARELAT.
tatem tribuimus, quia ab antiquis prædeceſſorum meorum temporibus Pallium Arela-

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

tenſis Epiſcopus accepit, quem nos priuare authoritate perceptâ minimè debemus. Si igitur contingat vt fraternitas tua ad Galliarum prouinciam tranſeat, cum eodem Arelatenſi Epiſcopo debet agere, qualiter ſi qua ſunt in Epiſcopis vitia corrigantur. Qui ſi fortè in diſciplinæ vigore tepidus exiſtat, tuæ fraternitatis zelo accendendus eſt. Cui etiam epiſtolas fecimus, vt cùm tua Sanctitatis præſentia in Galliis fuerit, ei ipſe totâ mente ſubueniat, & quæ ſunt Creatoris noſtri iuſſioni contraria, ab Epiſcoporum moribus compeſcatis. Ipſe autem authoritate propriâ Epiſcopos Galliarum iudicare non poteris, ſed ſuadendo, blandiendo, bona quoque tua opera eorum imitationi monſtrando, prauorum mentes ad ſanctitatis ſtudia reforma, quia ſcriptum eſt in lege. Per alienam meſſem tranſiens falcem mittere non debet, ſed manu ſpicas conterere & manducare. Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam ſegetem quæ alteri videtur eſſe commiſſa, ſed per affectum boni operis frumenta Dominica vitiorum ſuorum paleis expolia, & in Eccleſiæ corpus monendo & perſuadendo quaſi mandendo conuerte. Quicquid verò ex authoritate agendum eſt, cum prædicto Arelatenſi Epiſcopo agatur, ne prætermitti poſſit hoc quod antiqua Patrum inſtitutio inuenit. Britannorum verò omnes Epiſcopos tuæ fraternitati committimus, vt indocti doceantur, infirmi perſuaſione roborentur, peruerſi authoritate corrigantur.

XXXVI. Prætereà ſcripſit hoc anno Gregorius Papa Brunichildi Reginæ [a] de corrigendis Sacerdotibus, qui vitam prauè inſtituebant. *Cùm ſcriptum ſit, iuſtitia eleuat gentem, miſeros autem facit populos peccatum, tunc regnum ſtabiliri creditur, cùm culpa quæ cognoſcitur, citiùs emendatur. Multorum igitur ad nos relatione peruenit, quod dicere ſine afflictione cordis nimia non valemus, ita quoſdam Sacerdotes in illis partibus impudicè ac nequiter conuerſari, vt & audire nobis opprobrium, & lamentabile ſit referre. Ne ergo poſtquàm huius nequitiæ huc vſque ſe tetendit opinio, aliena prauitas, aut noſtram animam, aut regnum veſtrum peccati ſui iaculo feriat, ardenter ad hæc debemus vlciſcenda concurrere, ne paucorum facinus multorum poſſit eſſe perditio. Nam cauſa ſunt ruinæ populi, Sacerdotes mali. Quis enim pro populi ſe peccatis interceſſor obiiciat, ſi Sacerdos qui exorare debuerat, grauiora committat? Sed quoniam eos quorum eſt locus hæc inſequi, nec ſollicitudo ad requiſitionem, nec zelus excitat ad vindictam, ſcripta ad nos veſtra diſcurrant, vt perſonam ſi præcipitis cum veſtra authoritatis aſſenſu tranſmittamus, quæ vnà cum aliis Sacerdotibus hæc & ſubtiliter quærere, & ſecundùm Deum debeat emendare. Nec enim ſunt diſſimulanda quæ dicimus, quia qui emendare poteſt & negligit, participem ſe proculdubio delicti conſtituit. Prouidete ergo animæ veſtræ, prouidete nepotibus, quos cupitis regnare fæliciter, prouidete prouinciis, & priuſquàm Creator noſter manum ſuam ad feriendum èxcutiat, de correctione huius ſceleris ſtudioſiſſimè cogitate, ne tantò poſtmodum acriùs feriat, quantò modò diutiùs & clementer expectat. Scitote autem, quia Deo noſtro magnum ſacrificium placationis offertis, ſi tanti labem facinoris de veſtris citiùs finibus amputatis.* Hactenus literæ ad Brunichildem. Regina poſtulationi Papæ non defuit, vt conſtat ex aliis ad eam literis [b] in gratiarum actionem ab eodem Gregorio miſſis, quas anno ſequenti [c] recitabimus.

[a] Lib. 9. ep. 64.
GREGOR. PP. SCRIBIT BRVNICHILDI VT SACERDOTES PRAVE VIVENTES CORRIGANTVR.
[b] Lib. 11. ep. 8.
[c] Num. 11.

XXXVII. Candidum Preſbyterum in Gallias hoc anno rediiſſe, & Româ literas ad Aregium Vapincenſem Epiſcopum detuliſſe iam obſeruauimus. Illi in Gallias reuerſo Gregorius Aurelium Preſbyterum his literis [d] commendauit. *Lator præſentium filius noſter Aurelius Presbyter à Galliarum partibus veniens petiit, vt ſicubi in poſſeſſionibus beati Petri Apoſtolorum Principis Oratorium aut locus qui Presbytero vel Abbate indiget, inueniri potuerit, ei debeat committi, quatenus & ipſe ſubſidium vitæ præſentis inueniat, & nos inueniamur petitioni illius paruiſſe. Proinde dilectioni tuæ eum omnibus modis commendamus, vt in quo vſus exegerit, tua dilectio concurrat, & ſcriptorum noſtrorum illic ſolatium inueniat.* Has literas integras deſcripſimus, quia docent in Gregorij ſententia nihil vetuiſſe, quominus in Galliis idem Preſbyter & Abbas eſſet. Qua de re fuſiùs ad annum ſequentem aliâ occaſione.

[d] Lib. 9. ep. 65.
CANDIDO PRESBYTERO COMMENDAT AVRELIVM.

XXXVIII. Antequàm epiſtolis, quas Gregorius hoc anno ſcripſit, examinandis finem

AN. CH. 601.
CLOTAR. II. R. 18.
THEODOB. II.
THEODOR. II. R R. 6.

imponamus, monitum te volumus literarum, quæ vulgò inſctibuntur *Menna Toloſano, Sereno Maßilia, Lupo Cabiloni, Agilo Meris, Simplicio Pariſiis, Melantio Rothomagenſi, & Licinio, Epiſcopis Francorum à paribus*, epigraphen deprauatam ſic nobis videri, vt tamen pleroſque illorum Epiſcoporum, quorum nomina ibi vſurpantur, hoc anno floruiſſe non inficiemur. Sedebant quidem Mennas Toloſæ, Serenus Maſſiliæ, Simplicius Pariſiis & Licinius Andegaui, ſed Aigulfo Metenſium Antiſtiti, qui corruptis hiſce vocibus *Agilo Meris* deſignari dicitur, ante triennium mortuo ſubrogatus fuerat Arnoaldus, deinde Melantio Rothomagenſium Præſuli ante triennium etiam ex hac vita digreſſo ſucceſſerat Hidulphus, & Lupi Cabilonenſis Pontificatus reiici debet poſt Concilium Cabilonenſe, cui Gratus anteceſſor ipſius Lupi ſub Clodouco Secundo Rege ſubſcripſit. Ex Altiſſiodorenſis Hiſtoriæ textu, quem ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum recitabimus, colligimus Flauio in Epiſcoparum Cabilonenſem ſucceſſiſſe Wadelinum, quem ſecutus eſt Gelionius Grati deceſſor. Anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo Flauius Pontificatum Cabilonenſem ſuſcepit, Monaſterium ſancti Petri condidit aut certè reſtaurauit, colitur duodecimo Kalendas Decembres in Martyrologio Gallicano & pridie Kalendas Maias in eiuſdem Martyrologij ſupplemento. Wadelinus eius ſucceſſor Præſulatum gerebat, cùm Gregorius Papa prælaudatas literas ad Mennam Toloſanum & ad alios Epiſcopos Galliarum direxit.

EPISCOPI CABILONENSES.

XXXIX.

MAVRVS ABDICAT SE PRÆFECTVRA MONASTERII GLANNAFOL.

Maurus Abbas Glannafolienſis, *cùm gregi ſuo de die in diem incrementa ſanctæ religionis in melius augmentari conſpiciens, omnipotenti Deo labiis exultationis ſacrificium offerret deuotiſſima laudationis*, hoc anno *fundationis ipſius Monaſtery* non quidem triceſimo-octauo vt in vulgatis exemplaribus Fauſti legitur, ſed quinquageſimo-octauo vt legendum docebimus inferiùs, *cùm & ad perfectam iam perueniſſet ætatem, & iuxta prophetiam beatiſſimi Magiſtri ſui, qui poſt conſummatam trinam vicenorum annorum decurſionem, mercedem operum ſuorum à Domino ei recompenſandam eſſe prædixerat, finem vitæ ſuæ propinquare cognoſceret, ædificatâ ſibi domunculâ iuxta B. Martini Eccleſiam, remotiorem delegit vitam aſſumere. Sed quia grex ſanctæ recordationis ſine rectore, qui ſuper eum ſollicitè intenderet, eſſe non poterat, vir ſanctiſſimus omnem conuocans Congregationem de ſubſtituendo ſibi Abbate ſollicitiùs pertractabat. Cúmque omnis Congregatio Cœnoby hoc in eius poſuiſſet deliberatione, vtpote qui omnes meliùs, quàm ſe vnuſquiſque eorum cognoſceret, ipſe Pater ſanctiſſimus Bertulfum, nobiliſſimum ac perfectiſſimum in omni religione virum, quem ipſe ſanctiſſimè educauerat, ad tale onus ſuſcipiendum idoneum eſſe iudicauit. Cui cùm omnis Congregatio in tali electione aſſenſum præbuiſſet, ipſe Pater ſanctiſſimus in loco eum ſeßionis ſuæ ſedere conſtituens, ac ſingula ei, in quibus tanti gregis curam gerere deberet, paterno inſinuans amore, intra domum quæ ei, vt diximus, prope Eccleſiam ſancti Martini constructa fuerat, ſe recepit, duobus tantummodò ad ſibi cohabitandum & ſeruiendum, ipſius Congregationis electis fratribus, Primo ſcilicet & Aniano.* Fauſto enim, qui hæc in literas retulit, & aliis qui cum eo venerant, *Bertulfo, quem Abbatem conſtituerat, ſollicitè adeſſe ac inuigilare præcepit, ne fortè in aliquo à rectitudine regularis tramitis deuiaret.* Ab eo tempore quo Clotarius Rex, huius nominis Primus, Glannafolium adierat, *beatus Maurus*, vt idem Fauſtus obſeruat, *non facilè de Monaſterio egredi vſpiam volebat, ſed ordinatis Præpoſitis. ac reliquis adminiſtratoribus, ipſe ſoli Deo, orationi quotidie ac lectioni vacans, feruentiùs multò quàm cœperat, deſeruire in ſancto procurabat propoſito.* Spontaneam Mauri Abbatis abdicationem & ſuffectionem Bertulfi reiicimus in hunc annum à condito Monaſterio duodeſexageſimum, quia tertio pòſt anno beatus Maurus ad Deum migrauit, & poſt annos duos ab eius obitu Fauſtus è Gallia rediit in Italiam, cùm vniuerſæ præeſſet Eccleſiæ Bonifacius Tertius, qui Pontificatum iniit clauſitque anno Chriſti ſexcenteſimo ſexto, poſtquàm teſte Anaſtaſio sediſſet octo duntaxat menſes ac dies duodetriginta. Chronologiam noſtram ad annos Chriſti ſexcenteſimum quartum & ſexcenteſimum ſextum confirmabimus.

BERTVLFVS FIT ABBAS.

AN. CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

Ope & amicitiâ Domini d'*Herounal* ſuprà iam laudati, cum aliis antiquis monumentis nacti ſumus veterrima ſancti Wandregiſili Acta, quorum Scriptor coætaneus *ipſo ſancto Dei narrante* multa ſe cognouiſſe profitetur. Ibi hæc tantùm habentur de genete & pattia Wandregiſili. *Fuit vir vita venerabilis Deo illuminante Wandregiſilus, cognomento Wando, oriundus territorio Verduonenſium, natalibus nobilis ſed religione nobilior.* Apud Surium [a] Authot paulò recentior ita ſcribit. *Præclarus atque glorioſus vir Domini Wandregiſilus, cognomento Wando, ortum inclyta natiuitatis in Virdunenſi regione ex nobilibus atque religioſis parentibus eo tempore, quo ſceptra regni Francorum fortis Rex Dagobertus honeſtè gubernabat, habuiſſe dignoſcitur. Denique genitor eius Waltchiſus nomine, ex nobiliſſima proſapia ortus, conſobrinus fuit Pipini Excellentiſſimi Principis Francorum.* Hic Authot ætatem ſuam prodit, cùm affirmat ſe ſcripſiſſe nonnulla ſibi narrata ſæpiùs à pio viro, quocum Wandregiſilus in Monaſterio vltra ſaltum Iurenſem vixerat. At in multis locis aut cortuptus fuit aut interpolatus, nam ſibi non conſtat in vulgatis exemplaribus, quæ teſtantur ortum Waodregiſili contigiſſe regnante Dagoberto, mortem aono vndecimo Clotatij Tertij, poſtquàm vixiſſet annos citciter nonaginta ſex, ab anno enim Chriſti ſexcentreſimo viceſimo-ſecundo, quo Clotarius Secundus Dagobertum filium in Orientali Francia Regem conſtituit, vſque ad annum Chriſti ſexceoteſimum ſexageſimum-ſextum, qui Clotarij Tettij Regis vndecimus fuit, effluxerunt anni duntaxat quatuor & quadragiota. Plures annos vixit Wandregiſilus *, nam regoante Dagobetto Comes Palatij fuit, vxotem duxit, deinde Clericum ioduit, per aliquod tempus cum Baltfrido in monte Falconis habitauit, poſteà commigtauit io Eliſgaogium, ibíque Monaſterium ſtruxit in quo per aliquot annos degit, donec Bobium atque inde Romam proficiſceretur, vnde cùm in Gallias rediiſſet in Cœnobio vltra ſaltum Iurenſem delituit, expletóque illic fermè decennio Rotomagum ſe contulit, & ab Audoeno EpiſcopoSubdiaconus ac proceſſu temporis Leuita, deoique Preſbyter ordinatus eſt ab Autmaro * Taruannenſi Pootifice, interiectóque quodam temporis ſpatio Footanellæ Monaſterium inchoauit Kalendis Martiis anno Clodouei Regis vodecimo, ac tandem obiit, cùm in ſacto illius Cœnobij tegimine *decem & nouem annos, menſes quatuor, dies viginti & vnum* expleuiſſet. Exiſtimamus Wandregiſilum vixiſſe annis citciter ſex & ſexaginta, non autem annis citcitet nonaginta ſex, & locum ex eo datum ertoti ſuſpicamur, quòd numerum annotum, quibus Wandregiſilus præſentis vitæ curſum peregit, efformauit quiſpiam hiſce Characteribus 66. quos alius poſteà priote vitioſè conuerſo mutauit io 96. Illos autem anoos ſexaginta ſex ab hoc aono, Chriſti ptimo ſupra ſexcenteſimum, numerandos putamus, quia Wandregiſilus Fontanellenſi * Cœnobio, cuius primordia Kalendis Martiis, anno Clodouei Regis vndecimo, Chriſti ſexcenteſimo duodequinquageſimo conſignantur, annis oouemdecim, menſibus quatuot, diebus vno ac viginti præfuit, & ad Deum migrauit, vt habet Codex Monaſterij ſanctæ Cathatinæ prope Rotomagum, anno Clotarij Regis duodecimo qui cum anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſeptimo coincidit. Ex illa tariocinatione conſtat interpolata fuiſſe apud Authorem, quem Surius publicauit, hæc verba, quæ Wandregiſilum ſub Dagoberti Principatu natum aſſerunt, *eo tempore quo ſceptra regni Francorum fortis Rex Dagobertus honeſtè gubernabat.* Conſtat & rextum eiuſdem Authoris deprauatum fuiſſe in obitu Wandregiſili, ibíque non vndecimum ſed doodecimum Clotarij Regis annum legendum eſſe.

XL. NASCITVR WANDREGISIL.

[a] d. 22. Iul.

* *Vandrille.*

* *Omer.*

* *Fontenelle.*

XLI. Operi de Anſberti familia rediuina ſubiiciuntut Genealogiæ vel ab Anſberto vel ab Arnulfo Anſberti nepore vſque ad Pippinum Regem aut ad Carolum Magnum aut ad Caroli filios vel nepotes perductæ. Aliæ Arnulfo duos duntaxat filios Flodulphum & Ancbiſum, aliæ tres attribuunt Flodulphum Waltchiſum & Anchiſum, addúntque Arnulphum ex Waltchiſo fillo auum

AN.CH. 601. CLOTAR. II. R. 18. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 6.

Wandregiſili fuiſſe. At ratio temporis manifeſtiſſimè vetat, ne inter Arnulphi filios accenſeamus Walchiſum, qui pater extitit Wandregiſili & in eius vita iam laudata vocatur *conſobrinus Pipini*. Nam ſi Wandregiſilus hoc anno, Chriſti ſexcenteſimo-primo natus eſt, ætate minor haud fuit Clodulpho ſeu Flodulpho Arnulphi filio primogenito, qui tertio loco poſt Arnulphum patrem in Cathedra Merenſi ſedit, Pontificatum tenuit per annos quadraginta & dies viginti, ſuperſtéſque vixit ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-ſextum. Qui putant Arnulfum auum fuiſſe Wandregiſili, confundunt Pipinum Carolomanni filium cum Pipino Heriſtallio Arnulfi per Anſchiſum filium & ſuperioris Pipini per filiam Beggam nepote, Walchiſum enim Wandregiſili patrem, quem Pipini conſobrinum in ipſius Wandregiſili vita Scriptor coætaneus appellat, volunt fuiſſe patruum Heriſtallij, cùm interpretari debeant conſobrinum Pipini, qui ſub Dagoberto Rege floruit, & pater extitit Beggæ quæ Anſchiſo Arnulphi filio Pipinum Heriſtallium peperit. In errorem eò faciliùs adducuntur, quòd in præcitata Wandregiſili vita Pippinus, qui conſobrinus Walchiſi fuit, vocatur excellentiſſimus Princeps Francorum, iſque titulus Pippino Heriſtallio tribui ſolet, Pippinus verò qui Beggæ pater fuit, Dux tantùm & Maiordomûs appellatur, quapropter & illo loco interpolatam putamus beati Wandregiſili vitam, quæ proculdubio ſcripta fuit ante annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-ſeptimum, quo Pippinus Heriſtallius Princeps Francorum dici cœpit.

XLII. BAVO DVCIT VXOREM.

Fuit & propinquus Pippini Ducis Allowinus cognomento Bauo, qui circa hæc tempora filiam Adilionis illuſtris Comitis in vxorem duxit, ex eâque filiam ſuſcepit Aglethrudem, quæ virginitatem ſuam Deo deuouit, & parentibus ſuis ſingulari prorſus pietatis exemplo præluxit. Hæc Theodoricus Abbas * Trudonenſis fuſiori ſtylo proſequitur in vita ſancti Bauonis, qui poſt coniugis obitum Gandam acceſſit, ibique in Clericum attonſus eſt ab Amando Epiſcopo, vt ſuo loco dicturi ſumus.

* *Abbé de Saint Tron.*

---

602. CLOTAR. II. R. 19. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 7.

ANNVS

CHRISTI 602.

CLOTARII II. R. 19.

THEODOBERTI II. R. 7.

THEODORICI II. R. 7.

I. INVENTIO S. VICTORIS.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo-ſecundo, ſiue, vt Fredegarius [a] loquitur, *anno* VII. *regni Theuderici, corpus ſancti Victoris, qui Salodoro cum ſancto Vrſione* (alias Vrſo) *paſſus fuerat, à beato Æconio Pontifice Maurieunenſe inuenitur. Quadam nocte in ſua ciuitate ei reuelatur in ſomnium, vt ſurgens protinus iret ad Eccleſiam, quam Sedeleuba Regina in ſuburbano Genauenſi conſtruxerat, in medio Eccleſiæ deſignato loco illud Sanctum corpus adeſſe. Cúmque Genauam feſtinus perrexiſſet, cum beatis Ruſtico & Patricio Epiſcopis, triduanum facientes ieiunium, lumen per noctem, vbi illud glorioſum & ſplendidum corpus erat, apparuit. Quod cum ſilentio hi tres Pontifices, cum lacrimis & orationibus, eleuato lapide, in arca argentea inuenerunt ſepultum. Cuius faciem rubentem quaſi viui repererunt. Ibíque Princeps Theuderícus preſens aderat, multíſque rebus huius Eccleſiæ tribuens maximam partem facultatis Warnachary ibidem confirmauit. Ad ſepulchrum illud ſan-*

[a] Capp. 21. 22.

AN. CH. 602. CLOTAR. II. R. 19. THEODOR. II. THEODOR. II. RR. 7.

ctum mira virtutes ex ipſa die quâ repertum eſt, praſtante Domino, integrà aßiduitate oſtenduntur. De ſanctis Martyribus Victore & Vrſo pridie Kalendas Octobres hæc habet Martyrologium Romanum. *Solodori * in Gallia paßio ſanctorum Martyrum Victoris & Vrſi ex glorioſa Legione Thebaorum, qui primò ſub Maximiano Imperatore diris ſuppliciis excruciati, ſed cœleſti ſuper eos lumine coruſcante, ruentibus in terram miniſtris erepti, deinde in ignem mißi, ſed in nullo penitus læſi, nouißimè gladio conſummati ſunt.* Sedeleuba, cuius meminit Fredegarius, ſoror fuit ſanctæ Clotildis Clodoueo Regi quondam nuptæ, Reginæ titulo cohoneſtatur à Fredegario quia Chilperici Burgundiorum olim Regis filia fuit, à Gregorio Turonenſi [a] non Sedeleuba ſed Mucuruna nuncupatur, vt obſeruat Dominicyus in Anſberti familia rediuiua [b], vbi plures recenſet illuſtres viros qui duplici ſub nomenclatura deſignantur ab antiquis Authoribus. Ruſticus & Patricius Epiſcopi, quibuſcum Æconius Mauriennenſis Antiſtes per triduum Genauæ ieiunauit, priuſquàm corpus ſancti Victoris Martyris inueniretur, non alias videntur rexiſſe Diœceſes quàm Genauenſem & Sedunenſem. Alteruter proculdubio ſedebat Genauæ, ſed vter, haud facilè quis iudicabit, quia vterque in catalogo Genauenſium Antiſtitum nominatur. Epiſcopo Mauriannenſi Genauam proficiſcenti comitem itineris vt demus Epiſcopum Sedunenſem, ſitus locorum ſuadet, nec repugnat index Sedunenſium Pontificum, in quo locum habere poteſt Ruſticus aut Patricius inter Heliodorum & Leutmundum, de quorum altero nihil legitur poſt annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quintum, de altero nihil ante annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-quartum. In Tabulis Genauenſibus poſt Pappulum Epiſcopum qui Tranquillum Presbyterum ad Concilium Aurelianenſe quintum anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-nono direxit, hi ponuntur Antiſtites, Gregorius, Nicetius, Ruſticus, Patricius, Hugo, Andreas, Græcus, quorum ſola hodie ſuperſunt nomina, tum Salonius qui Concilio Lugdunenſi ſubſcripſit anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo. Inter Pappulum & Salonium ſeptem Epiſcopos numerandos eſſe nemo ſibi perſuadebit. Exiſtimamus nonnullos aliarum Sedium Epiſcopos in Tabulas Genauenſes irrepſiſſe, deinde quoſdam ex ſeptem prænominatis eſſe reiiciendos poſt Cariattonem Salonij ſucceſſorem, & in poſteriorum numero collocamus Ruſticum aut Patricium qui corpus ſancti Victoris anno Chriſti ſexcenteſimo ſecundo eleuauit. De Cariattone poſt annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quintum nihil occurrit in antiquis monumentis, & Appelinus qui Cariattonem in Tabulis Genauenſibus proximè ſequitur, ante annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-tertium nominatus haud reperitur, inter vtrumque non vnus tantùm ſed plures Epiſcopi ſedere potuerunt.

* *Soleure.*
[a] Lib. 2. c. 28.
[b] Part. 1. c. 14.

EPISCOPI GENAVENS.

II. SIGIBERTVS NASCITVR.

II. Fredegarius [c] & Aimoinus [d] Sigibertum Theodorico Regi natum hoc anno tradunt, ſed ſuo more Brunichildi parùm æqui videntur, cùm addunt Ægilam Patricium, illâ inſtigante, nullis culpis extantibus, ſolo cupiditatis inſtinctu interfectum fuiſſe. Gregorius Magnus Brunichildem ſub exitum huius anni non leui commendauit encomio, vt inferiùs obſeruabimus. Scripſit idem Pontifex [e] menſe Maio literas ad Deſiderium Epiſcopum Viennenſem, ne affectu beneuolentiæ in officium Eccleſiæ ſuæ reuocaret Pancratium Clericum, qui diuini motûs inſpiratione compunctus gratiam Monaſticæ conuerſationis appetierat, illícque in eodem quem ſumpſerat habitu permanere deſiderabat, atque etiam eiuſdem Monaſterij factus fuerat Diaconus.

[c] Cap. 21.
[d] Lib. 4. c. 89.
[e] Lib. 10. ep. 19.

PHOCAS IMPERAT.

CHRONOLOGIA CONFIRMATVR.

III. Hoc anno, menſe Nouembri, Indictione ſextâ iam inchoatâ Phocam euectum in Imperatorem & Mauritium vnà cum filiis interfectum publica monumenta apud Gregorium Magnum ita deſcripta teſtantur vndecimi libri exordio. *In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti per Indictionem ſextam die vigeſimâ-tertiâ menſis Nouembris temporibus Domini & beatißimi Papæ Gregorij coronatus eſt Focas, & Leontia Auguſta Septimo in Palatio quod dicitur Secundianas; & occiſus eſt Mauritius Imperator cum omnibus filiis ſuis maſculis.*

Vnde

Vnde colligas Mauritium, qui anno Childeberti Regis, vt Authores Hiſto- AN. CH.
riæ Franciçæ ſynchroni tradunt [a], octauo; Lewigildi Regis, vt coætanei Scri- 602.
ptores Hiſpani produnt [b], decimo-quarto; hoc eſt, Chriſti quingenteſimo CLOTAR.
octogeſimo-tertio, imperare cœperat, Imperium tenuiſſe annis nouemdecim II. R. 19.
& aliquot menſibus. Id confirmant Theophanes, Cedrenus, Nicephorus & THEO-
alij, qui teſtantur eum ad annum Imperij vigeſimum perueniſſe. Denique vt DOB. II.
videas quàm benè ſibi cohæreat noſtra Chronologia, obſerua in Fredegarij THEO-
Chronico [c], Mauritium interfectum hoc anno Theodoberti & Theodorici DOR. II.
Francorum Regum ſeptimo, & annum quo Mauritius interiit non alium fuiſſe RR. 7.
ab anno Chriſti ſexcenteſimo ſecundo, qui præditus erat literâ Dominicali G, [a] Gregor. Tur. lib. 6. cap. 30.
nam in Chronico Alexandrino Mauritius capite plexus dicitur *die* XXVII. *No-* [b] Ioan Biclar. in Chron.
uembris, feriâ tertiâ. [c] Cap. 23.

Eodem menſe Nouembri, Indictione ſextâ, Gregorius Papa ſcripſit [d] Æ-
therio Epiſcopo Lugdunenſi, in cauſa cuiuſdam Epiſcopi, qui capite adeò IV.
laborabat, vt vi morbi raperetur in inſaniam. *Peruenit*, inquit, *ad nos quibuſ-* [d] Lib. 11 ep. 7.
dam referentibus quemdam Epiſcopum ita paſſionem capitis incurriſſe, vt quod mente GREGOR.
alienatâ agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente Paſtore grex, PP. SCRI-
quod abſit, inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Eccleſia ipſius vtilitates BIT ÆTHE-
depereant, cautâ neceſſe eſt prouiſione tractare. Et ideo quia viuente Epiſcopo, quem RIO EPISC.
ab officio ſuo neceſſitas infirmitatis non crimen abducit, alium loco eius, recuſante LVGDVN.
eo, nulla ſinit ratio ordinari. Sed ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus, ipſe DE EPISCO-
datâ petitione non ſe vlteriùs ad hoc miniſterium intellectum habere, nec ad alia PO ÆGRO-
officia ſubuertente infirmitate poſſe fateatur aſſurgere, & alium loco ſuo expetat or- TO.
*dinandum. Quo facto, omnium ſolemniter electione alter qui dignus fuerit Epi-
ſcopus conſecretur, ſic tamen vt quouſque eumdem Epiſcopum in hoc ſæculo vita te-
nuerit, ſumptus ei debiti de eadem Eccleſia miniſtrentur. Enimuerò ſi nullo tempore
ad ſana redit mentis officium, perſona fidelis ac vitæ probabilis eſt eligenda, quæ
ad regimen Eccleſiæ idonea poſſit exiſtere, atque de animarum vtilitate cogitare,
inquietos ſub diſciplinæ vinculo conſtringere, Eccleſiaſticarum rerum curam gerere,
& maturum atque efficacem ſe in omnibus exhibere. Qui etiam ſi Epiſcopo, qui
nunc ægrotat, ſuperſtes extiterit, loco eius debeat conſecrari. Ordinationes verò
Presbyterorum vel Diaconorum ſeu alterius ordinis, ſi fieri in eadem Eccleſia cauſa
popoſcerit, fraternitati tuæ noueris reſeruandum, quatenus ſi tuæ eſt Diœceſeos, de
eius qui ad hoc eligitur vitâ, moribus, actúque perquiras, & ſi placuerit, nec eſt
quod in eo canonicæ diſtrictionis iudicium reprehendat, ad deſtinatum ordinem non
aliter niſi te ordinante perueniat.*

Scripſit & eodem tempore literas [e] ad Brunichildem. Quanta in exiſtima- V.
tione Reginam hanc haberet, ipſo epiſtolæ exordio palàm docuit. *Inter alia* [e] Lib. 11. ep. 8.
bona, inquit, *hoc apud vos præ ceteris tenet principatum, quòd in mediis huius* BRVNI-
mundi fluctibus, qui regentis animos turbulentâ ſolent vexatione confundere, ita GHILDI REGINÆ.
*cor ad diuini cultûs amorem & venerabilium locorum diſponendam quietem reduci-
tis, ac ſi nulla vos alia cura ſollicitet. Vnde quia huiuſmodi præpoſitorum actio,
ſubiectorum magna ſolet eſſe munitio, præ aliis gentibus gentem Francorum aſſeri-
mus felicem, quæ ſic bonis omnibus præditam meruit habere Reginam.*

In illis literis Pontifex agit potiſſimùm ſex de rebus. VI.

Primò, concedit Priuilegia Eccleſiæ ſancti Martini, & Monaſterio Mo- VII.
nialium, necnon & Xenodochio, à Brunichilde Regina conſtructis. *Epiſtolis* DE PRIVI-
veſtris, inquit, *indicantibus agnoſcentes Eccleſiam vos ſancti Martini in ſubur-* LEG. PRO
bano Auguſtodunenſi, atque Monaſterium ancillarum Dei, necnon & Xenodochium MONAST.
in vrbe eadem conſtruxiſſe, valdè lætati ſumus, & gratias omnipotenti Deo retuli- ET XENO-
mus, qui cordis veſtri ſinceritatem ad hæc operanda compunxit. Qua de re vt & DOCH. AV-
nos bonis veſtris in aliquo participes haberemur, Priuilegia locis ipſis pro quiete & GVSTOD.
munitione illic degentium, ſicut voluiſtis, indulſimus, nec Excellentiæ veſtræ am- VIII.
plectenda nobis deſideria vel ad modicum differre pertulimus. DE PACE

Secundò, agit de Burgoaldo & Varmaricario Legatis, per quos ei Bruni- CVM IMP.

AN. CH. childis & Theodoricus Rex ſignificarant optare ſe pacem cum Imperatore
602. perpetuam paciſci. *Paterná*, inquit, *caritate ſalutationis præmittentes colloquium,*
CLOTAR. *indicamus illuſtribus filiis noſtris, veſtra vero Excellentia famulis & Legatis, Burgo-*
II. R. 19. *aldo & Varmaricario, noſtram nos ſecundùm veſtra ſcripta præbuiſſe ſecretum. Qui*
THEO- *omnia, quæ ſibi iniuncta dixeratis, ſubtili nobis inſinuatione reſeraſſe noſcuntur.*
DOB. II. *De quibus cura nobis erit, ſequenti tempore Excellentiæ veſtræ quid actum fuerit*
THEO- *indicare. Nam nos quicquid poſſibile & vtile ad ordinandum pacem inter vos &*
DOR. II. *Rempublicam pertinet, ſummâ Deo auctore cupimus deuotione compleri.* Habét-
RR. 7. que eadem in literis [a] ad Theodoricum Regem. *Salutantes vos paterná dulce-*
[a] Lib. 11. ep. 9. *dine, indicamus omnia quæ viris illuſtribus, famulis veſtris Burgoaldo & Varmari-*
cario filiis noſtris, agenda mandaſtis, facta nobis fuiſſe habito ſecreto colloquio ma-
nifeſta. Et valdè laudauimus, quia & præſentia ſapienter ſicut decet attenditis, &
ſic munire futura ſempiterna pacis interuentu inter vos & Rempublicam feſtinatis,
vt vnum facti, regni veſtri firmitatem in perpetuum extendere ſalubriter poſſitis. De
quibus ſuccedenti vobis tempore quæ Deo fuerint placita nuntiamus. Nam nos quic-
quid vtile, quicquid probatur eſſe pacificum deſideramus, & vt fieri valeat ſtudemus.

IX. Tertiò, agit de Menna Epiſcopo, quem iuramento purgatum atque abſo-
DE MENNA lutum remittit. *Mennam reuerendiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum, poſt-*
EP. TOLOS. *quàm ea quæ de eo dicta fuerant requirentes, in nullo inuenimus eſſe culpabilem,*
qui inſuper ad ſacratiſſimum corpus beati Petri Apoſtoli ſub iureiurando ſatisfaciens
ab his quæ obiecta eius opinioni fuerant, ſe demonſtrauit alienum, reuerti illuc pur-
gatum abſolutúmque permiſimus, quia ſicut dignum erat, vt ſi in aliquo reus exiſte-
ret, culpam in eo canonicè puniremus, ita dignum non fuit, vt eum adiuuante in-
nocentiâ diutiùs retinere vel affligere in aliquo deberemus. Hæc Gregorius, qui-
[b] Cauſ 2. q. 5. cap. 7. bus in ſecunda Decreti parte [b] ſubiiciuntur iſta. *Purgationem tamen ante te*
duobus ſibi Sacerdotibus iunctis, vbi accuſator ceſſauerit, eundem ex ſe præbere tuo
committimus arbitrio. Vulgarem denique ac nullâ Canonicâ ſanctione fultam legem,
feruentis ſcilicet, ſiue frigidæ aquæ, ignitíque ferri contactum, aut cuiuſlibet popu-
laris inuentionis (quia fabricante hæc ſunt omnino ficta inuidiâ) nec ipſum exhi-
bere, nec aliquo modo te volumus poſtulare, immò Apoſtolicâ auctoritate prohibe-
mus firmiſſimè. Vtraque apud Gratianum leguntur vno contextu ſub hoc ti-
tulo, *quomodò beatus Gregorius Mennam Epiſcopum iuramento purgari fecit*, ideó-
que vni Gregorio tribuuntur à nonnullis Authoribus, qui Mennæ Romá re-
uerſi cauſam iudicio Brunichildis iterum commiſſam putant. Priora quidem
ſcripſit Gregorius in literis ad Brunichildem ſuprà citatis. Poſteriora verò
ſunt Authoris longè recentioris, Alexandri videlicet Papæ Secundi, cuius
[c] Cap 15. literas ad Rainaldum Cumanum Epiſcopum Iuo Carnotenſis in decima [c] par-
te Decreti à ſe concinnari ſic recitat. *Alexander Secundus Rainaldo Cumano*
Epiſcopo. Super cauſas Guillandi Presbyteri tui, de morte Epiſcopi ſui prædeceſſoris
tui infamati, in medium conſuluimus. Itaque circùm omnium aſtantium fratrum
vnanimi aſſenſu tuæ dilectioni reſcribimus, præfatum Gaillandum Presbyterum ante
te præſentandum, vbi, ſi certi accuſatores defuerint, tunc dictante iuſtitiâ, ſine om-
ni controuerſia, Presbyter quæcumque ob hoc iniuſtè amiſit ac Sacerdotium recipiat,
& integra beneficia; purgationem tamen anteà duobus ſibi Sacerdotibus iunctis, vbi
accuſator ceſſauerit, eamdem ex ſe præbere tuo committimus arbitrio. Vulgarem de-
nique ac nullâ Canonicâ ſanctione fultam legem, feruentis ſcilicet ſiue frigidæ aqua,
ignitíque ferri contactum, aut cuiuſlibet popularis inuentionis, quia fabricante hæc
ſunt omnino ficta inuidiâ, nec ipſum exhibere, nec aliquomodò te volumus poſtula-
re, imò Apoſtolicâ authoritate prohibemus firmiſſimè. Ex hac obſeruatione, quæ
Gregotio Magno ſua ſcripta conſeruat, Alexandro Secundo ſua teltituit, li-
quidò conſtat Epiſcopi Mennæ purgationem Brunichildi Reginæ nuſquam à
Gregorio Papa commiſſam fuiſſe. Ceterùm Mennas ille non alius nobis vi-
detur quàm Toloſanus Epiſcopus, cuius ſuprà iam meminimus. In ea ſen-
tentia eſt Guillelmus Catellus, qui catalogum Toloſanorum Antiſtitum edi-
dit in Hiſtoria Linguodochianâ.

AN. CH. 602.
CLOTAR. II. R. 19.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 7.

X. DE ALIO EPISCOPO.

Quartò, Gregorius agit de Epiſcopo qui capitis infirmitate labotabat, ac ſuper ea re multa tepetit quæ ſcripſerat in litetis ad Æthetium Epiſcopum Lugdunenſem.

XI. DE DIGAMO NON ORDINANDO.

Quintò, digamum non eſſe ordinandum decernit his vetbis. *De quodam digamo requiſiti, an ad ſacrum Ordinem potuiſſet accedere, iuxta Canonicam Regulam omnino vetuimus. Abſit enim ne veſtris temporibus, in quibus tam multa pia ac religioſa agitis, aliquid contra Eccleſiaſticum inſtitutum fieri permittatis.*

XII. DE SYNODO COGENDA.

Sextò, miſſurum ſe ait in Gallias qui Synodo interſit. *Præfati viri magnifici, filij noſtri*, nempe Burgoaldus & Varmaricarius, *dato capitulari inter cetera petierunt, quod ſibi ex veſtra perhibuere iuſſione mandatum, vt talis debeat à nobis in Gallias perſona transmitti, quæ factâ Synodo cuncta quæ contra ſacratiſſimos Canones perpetrantur, omnipotenti Deo auctore poſſit corrigere. In qua re Gloriæ veſtræ curam cognouimus, quam de vita animæ, & de regni veſtri ſoliditate cogitatis, quia Redemptorem noſtrum formidantes, eiúſque in omnibus præcepta ſeruantes, & hîc agitis vt diu regni veſtri gubernacula ſubſiſtant, & poſt longa annorum curricula vos quoque de terreno regno ad regnum cæleſte transfeatis. Apto autem tempore, ſi Deo placuerit, venerandæ Excellentiæ veſtræ deſideria implere curabimus.*

XIII. PRIVILEG. XENODOCHII AVGVSTOD.

Priuilegium, quod Xenodochio apud Auguſtodunum à Brunichilde Regina conſtructo Gregorius Papa conceſſit, in eius literis [a] ad Senatotem Pteſbyterum & Abbatem ita deſcribitur. *Gregorius Senatori Presbytero & Abbati. Quando Catholicorum Regum corda ad ea quæ Pontificalibus ſunt monitis prouocanda, ita ardenti deſiderio diuinâ præueniente gratiâ ſuccenduntur, vt ab eis vltrò poſcantur; tantò alacri & læto ſunt animo concedenda, quantò & ea ipſa quæ cupiunt, ſi nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta ſcripta filiorum noſtrorum præcellentiſſimorum Regum, Brunichildæ ac nepotis ipſius Theoderici, Xenodochio quod in ciuitate Auguſtodunenſi à Siagrio reuerendæ memoriæ Epiſcopo & prædicta Excellentiſſima filia noſtra Regina conſtructum eſt, cui tu præeſſe dinoſceris, huiuſmodi Priuilegia præſentis auctoritatis noſtræ Decreto indulgemus, concedimus atque firmamus; ſtatuentes nullum Regum, nullum Antiſtitum, nullum quacumque præditum dignitate, vel quemquam alium de his quæ Xenodochio à ſupraſcriptis præcellentiſſimis filiis noſtris Regibus iam donata ſunt, vel in futuro à quibuſlibet aliis de proprio fuerint iure collata ſub cuiuſlibet cauſa occaſioniſve ſpecie minuere vel auferre, ſiue ſuis vſibus applicare, vel aliis, quaſi piis cauſis, pro ſuæ auaritiæ excuſatione poſſe concedere; ſed cuncta, quæ ibi oblata ſunt, vel offerri contigerit, tam à te quàm ab eis, qui in tuo officio locóque ſucceſſerint, perenni tempore illibata, & ſine inquietudine aliqua volumus poſſideri, eorum tamen vſibus, pro quorum ſuſtentatione gubernationéque conceſſa ſunt, modis omnibus profutura. Item conſtituimus, vt obeunte Abbate atque Presbytero ſupraſcripti Xenodochij atque Monaſterij, non alius ibi quacumque obreptionis aſtutiâ ordinetur, niſi quem Rex eiuſdem prouinciæ cum conſenſu Monachorum, ſecundùm timorem Dei elegerit ac prouiderit ordinandum. Hoc quoque capitulo præſenti ſubiungimus, vt locum auaritiæ excludamus, nullum de Regibus, nullum de Sacerdotibus, vel quemcumque alium per ſe ſuppoſitámve perſonam de ordinatione eiuſdem Abbatis, vel quibuſcumque cauſis Xenodochio ipſi pertinentibus, audere in auro ſiue aliâ qualibet ſpecie commodi quidquam accipere, neque eundem Abbatem ordinationis ſuæ cauſâ dare aliquid præſumere, ne hac occaſione, ea quæ à fidelibus piis locis offeruntur, aut iam oblata ſunt, conſumantur. Et quoniam multæ occaſiones in deceptione religioſarum perſonarum à prauis illic, vt dicitur, hominibus exquiruntur, Abbatem atque Presbyterum prædicti Xenodochij nullo modo priuandum deponendúmque cenſemus, niſi cauſâ criminis ſpecialiter exigente. Vnde neceſſe eſt, vt ſi qua contra eum huiuſmodi querela ſurrexerit, non ſolus Epiſcopus ciuitatis * Auguſtodunenſis cauſam examinet, ſed adhibitis ſex aliis Epiſcopis ſuis ſubtili hoc inueſtigatione perquirat, quatenus cunctis concorditer iudicantibus, Canonicæ diſtrictionis cenſura aut reum punire, aut innocentem poſſit abſoluere. Simili quoque definitione iuxta deſiderium conditorum decernimus, vt nullus eorum qui eidem Xenodochio atque Monaſterio Abbas aut Presbyter inpoſterum*

[a] Lib. 11 ep 10.

* Autun.

AN. CH. 602. CLOTAR. II. R. 19. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 7.

fuerit ordinatus, ad Epiſcopatûs officium quacumque obreptione ſit auſus accedere, ne res Xenodochÿ vel Monaſterÿ iniquâ erogatione conſumens, grauiſsimam egeſtatis neceſsitatem pauperibus ac peregrinis, vel ceteris exinde viuentibus generet. Epiſcopum verò tollendi de eodem loco Monachum, ad Eccleſiaſticum ordinem promouendum, vel pro aliqua quacumque cauſa, ſine conſenſu Abbatis atque Presbyteri, habere licentiam prohibemus, ne huius rei vſque ad hoc vſurpatio perducatur, vt loca, qua acquiſitione hominum conſtruenda ſunt, ablatione deſtruantur. Hac igitur omnia, qua huius pracepti decretíque noſtri pagina continet, tam tibi quàm cunctis qui in eo quo es ordine locóque ſucceſſerint, vel eis quorum intereſſe potuerit, in perpetuum ſeruanda decernimus. Si quis verò Regum, Sacerdotum, Iudicum, perſonarúmque ſecularium, hanc conſtitutionis noſtra paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, poteſtatis honoríſque ſui dignitate careat, reúmque ſe diuina iudicia exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et niſi vel ea qua ab illo malè ablata ſunt reſtituerit, vel dignâ pœnitentiâ illicitè acta defleuerit, à ſacratiſsima Corpore ac Sanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in aterno examine diſtricta vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bona actionis recipiant, & apud diſtrictum Iudicem pramia aterna pacis inueniant.

XIV. Ioannes Launoius, vt illas Gregorij ad Senatorem literas, ſi non ſuppoſitas, ſaltem interpolatas oſtenderet, tria propoſuit argumenta, primum ac ſecundum *in inquiſitione in Priuilegium quod Gregorius Papa primus Monaſterio S. Medardi dediſſe fertur*, tertium *in aſſertione inquiſitionis in chartam Immunitatis, quam beatus Germanus Pariſiorum Epiſcopus ſuburbano Monaſterio dediſſe fertur.*

XV. Examinatur. Primum fraudis aut interpolationis argumentum petit ab his verbis. *Vnde neceſſe eſt vt ſi qua contra eum* (Abbatem) *huiuſmodi querela ſurrexerit, non ſolus Epiſcopus ciuitatis Auguſtodunenſis cauſam examinet, ſed adhibitis ſex aliis Epiſcopis ſuis, ſubtili hoc inueſtigatione perquirat, quatenus cunctis concorditer iudicantibus, canonica diſtrictianis cenſurâ, aut reum punire, aut innocentem poſsit abſoluere.* Quomodò enim ſex Epiſcopos ſuos adhibere poſſet Auguſtodunenſis Epiſcopus, qui nec eſt Metropolitanus, nec ſi Metropolitanus eſſet, tot Epiſcopos adhibere poſſet, quia Prouincia Lugdunenſis prima, cui contribuitur, præter Lugdunenſem Metropolitanum, quatuor tantùm Epiſcopos habet, Auguſtodunenſem, Lingonenſem, Cabilonenſem & Matiſconenſem? Hanc rationem nemo non fatebitur præualidam, vt aut expungatur prædicta periodus, aut eius pars quæ difficultati locum præſtat ita corrigatur, *non ſolus Epiſcopus ciuitatis Auguſtodunenſis cauſam examinet, ſed adhibitis aliis Epiſcopis, ſubtili hoc inueſtigatione perquirat.*

XVI. Alterum ſuppoſitionis aut interpolationis argumentum ducit ab hiſce poſtremis periodis. *Si quis verò Regum, Sacerdotum, Iudicum, perſonarúmque ſacularium, hanc conſtitutionis noſtra paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, poteſtatis honoríſque ſui dignitate careat, reúmque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et niſi vel ea qua ab illo malè ablata ſunt reſtituerit, vel dignâ pœnitentiâ illicitè acta defleuerit, à ſacratiſsimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in aterno examine diſtricta vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bona actionis recipiant, & apud diſtrictum Iudicem pramia aterna pacis inueniant.* Gregorius enim iſta præmiſerat. *Iuxta ſcripta filiorum noſtrorum pracellentiſsimorum Regum, Brunichilda ac nepotis ipſius Theodorici, Xenodochio, quod in ciuitate Auguſtodunenſi à Syagria reuerenda memoria Epiſcopo & pradicta Excellentiſsima filia noſtra Regina conſtructum eſt, cui tu praeſſe dinoſceris, huiuſmodi Priuilegia praſentis auctoritatis noſtra decreto indulgemus, concedimus atque firmamus, ſtatuentes nullum Regum, nullum Antiſtitum, nullum quacumque praditum dignitate, vel quemquam alium de his, qua Xenodochio à ſupraſcriptis pracellentiſsimis filiis noſtris Regibus iam donata ſunt, vel in futuro à quibuſlibet aliis de proprio fuerint iure collata, ſub cu-*

inſlibet cauſa occaſioniſue ſpecie minuere vel auferre, ſiue ſuis vſibus applicare, vel aliis, quaſi piis cauſis, pro ſua auaritia excuſatione poſſe concedere; ſed cuncta quæ ibi oblata ſunt, vel offerri contigerit, tam à te, quàm ab eis qui in tuo officio locóque ſucceſſerint, perenni tempore illibata, & ſine inquietudine aliqua volumus poſſideri, eorum tamen vſibus, pro quorum ſuſtentatione gubernationéque conceſſa ſunt, modis omnibus profutura. Rationi verò congruere non videtur, vt in eodem Priuilegio edicta ſint duo, quorum prius in quemlibet nihil pœnæ, poſterius in ipſos etiam Reges pœnam omnium grauiſſimam, abdicationem videlicet regni decernat. Deinde reiectis periodis, quæ ſubdititiæ & ad finem Gregorianarum literarum ſuperadditæ videntur, eædem literæ hiſce verbis, quæ proximè antecedunt, optimè clauduntur. *Hæc igitur omnia, quæ huius præcepti decretíque noſtri pagina continet, tam tibi quàm cunctis qui in eo quo es ordine locóque ſucceſſerint, vel eis quorum intereſſe potuerit, in perpetuum ſeruanda decernimus.*

AN. CH. 602. CLOTAR. II. R. 19. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 7.

XVII. Tertium interpolationis argumentum ſumit ab Abbatis ac Preſbyteri titulis qui Senatori tribuuntur, negat enim Gregorium conceſſiſſe vt idem Abbas eſſet & Preſbyter, idque probare nititur, cùm ex ipſius Gregorij vita quam Ioannes Diaconus conſcripſit, tum ex literis quas Gregorius ad Maurum Abbatem ſancti Pancratij direxit. Gregorium, quòd duo Eccleſiaſtici iuris officia vni viro committi nollet, ita commendauit Ioannes Diaconus [a]. *Singula quoque Eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſque perſonis ſingulatim committi debere dicebat, aſſerens quia ſicut in vno corpore multa habemus membra, omnia autem membra non eundem actum habent, ita in Eccleſiæ corpore, ſecundùm veridicam Pauli ſententiam, in vno eodémque ſpiritu, alij conferendum eſt hoc officium, alij committendum eſt illud. Neque vni quantumlibet exercitata perſona vno tempore duarum rerum officia committenda, quia ſi totum corpus oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuerſa officia & robur corporis ſeruat & pulchritudinem repræſentat, ita varietas perſonarum, per diuerſa nihilominùs officia diſtributa, & fortitudinem & venuſtatem ſanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut indecorum eſt, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium ſimúlque turpiſſimum, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. Hinc eſt quòd quibuſdam ambitioſis, ſicut in ſuis literis, quas ego ſtudio breuitatis omiſi, poterit inueniri, moderationis fræna frequenter impoſuit. Vnde Anthemio Subdiacono pro Paſchaſio Epiſcopo, qui per ſemetipſum ſibimet Maiordomûs & Vicedominus permanebat, inter cætera præcepit dicens* [b]. *Volumus autem, vt frater noſter Paſchaſius, & Vicedominum ſibi ordinet, & Maiorem domûs, quatenus poſſit vel hoſpitibus ſuperuenientibus, vel cauſis quæ veniunt, idoneus & paratus exiſtere. Si verò vel negligentem eum proſpicis, vel ea, quæ dicimus, implere differentem, omnis Clerus eius adhiberi debet, vt communi conſilio ipſi eligant, quorum perſona ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari. Item Rauennatibus Clericis, ad Monaſteriorum regimina importunè tendentibus, reſtitit, Iohanni Rauennati Epiſcopo ſcribens* [c]. *Peruenit ad me, quòd in Eccleſiis fraternitatis tuæ aliqua loca, dudum Monaſteriis conſecrata, nunc habitacula Clericorum aut etiam laicorum facta ſint, dúmque hi, qui ſunt in Eccleſiis, fingunt ſe religiosè viuere, Monaſteriis præponi appetunt, & per eorum vitam Monaſteria deſtruuntur. Nemo etenim poteſt & Eccleſiaſticis obſequiis deſeruire, & in Monachica Regula ordinatè perſiſtere, vt ipſe diſtrictionem Monaſterij teneat, qui quotidie in miniſterio Eccleſiaſtico cogitur permanere. Proinde fraternitas tua hoc, quolibet in loco factum eſt, emendare feſtinet, quia ego nullo modo patior, vt loca ſacra per Clericorum ambitum deſtruantur. Item Mariniano Epiſcopo Rauennæ* [d]. *Dudum ad nos multorum relatione peruenerat, Monaſteria in Rauennatibus partibus conſtituta, omnino Clericorum veſtrorum dominio prægrauari, ita vt occaſione quaſi regiminis, ea, quod dici graue eſt, velut in proprietate poſſideant. Quibus non modicum condolentes, deceſſori veſtro literas miſimus, vt hoc emendare per omnia debuiſſet. Sed quoniam vita eſt termino citiùs præoccupatus, ne hoc onus Monaſterio remaneret, fraternitati veſtræ*

[a] Lib. 2. c. 54.

[b] Lib. 9. epiſt. 66. Ind. 4.

[c] Lib. 4. epiſt. 1. Ind. 13.

[d] Lib. 6. epiſt. 40. Ind. 15.

AN. CH. 602.
CLOTAR. II. R. 19.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 7.

eadem nos ſcripſiſſe[a] *recolimus. Et quia, vt comperimus, in huius rei hactenus correctione ceſſatum eſt, hac ad vos iterum præuidimus ſcripta dirigere. Hortamur ergo vt omni morâ omnique excuſatione ſummotâ, ita Monaſteria ipſa ab huiuſmodi ſtudeatis grauamine releuare, quatenus nullam deinceps in eis Clerici, vel hi, qui in ſacro ſunt Ordine conſtituti, ob aliud habeant, niſi orandi tantummodò causâ, accedendi licentiam, aut ſi fortè ad peragenda ſacra Miſſarum fuerint inuitati myſteria. Sed ne vel pro cuiuſlibet Monachi aut Abbatis promotione onus aliquod fortaſſe ſuſtineant, ſtudendum vobis eſt, vt ſi quiſpiam Abbatum aut Monachorum ex quocumque Monaſterio ad Clericatûs officium vel Ordinem ſacrum acceſſerit, non illic aliquam habeat, vt diximus, vlteriùs poteſtatem, ne Monaſteria huius occaſionis velamine, ea, quæ prohibemus, ſuſtinere onera compellantur. Nam notum vobis ſit, quia tanta neceſſitati Seruorum Dei Congregationem ampliùs ſubiacere non patimur. Item Maximiano*[b] *Epiſcopo Syracuſano poſt aliqua. Presbyteros, Diaconos, caterósque cuiuſlibet Ordinis Clericos, qui in Eccleſiis quoquo modo militant, Abbates fieri per Monaſteria non permittas; ſed aut omiſsâ Clericatûs militiâ Monachicis prouehantur Ordinibus, aut ſi in Abbatis loco permanere decreuerint, Clericatûs nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum eſt, ſi cùm vnum ex his pro ſui magnitudine diligenter quis non poſsit explere, ad vtrumque iudicetur idoneus; ſícque inuicem & Eccleſiaſticus Ordo vitæ Monachicæ, & Eccleſiaſticis vtilitatibus Regula Monachatûs impediatur.* Huc vſque Ioannes Diaconus. Gregorij literæ ad Maurum Abbatem ſancti Pancratij tales ſunt[c]. *Gregorius Mauro Abbati à ſancto Pancratio. Eccleſiarum cura, quæ Sacerdotalibus officiis euidenter infixa eſt, ita nos cogit eſſe ſolicitos, vt nulla in eis neglectûs culpa appareat. Quoniam verò Eccleſiam ſancti Pancratij, quæ erat commiſſa Presbyteris, frequenter neglectam fuiſſe cognouimus, ita vt venientes Dominico die populi Miſſarum ſolennia audituri, non inuento Presbytero, murmurantes redirent, hoc maturâ deliberatione noſtro ſedit arbitrio, vt eis remotis, Monachorum Congregationem in Monaſterio eidem Eccleſiæ cohærenti conſtituere cum Dei gratia deliberemus, quatenus Abbas, qui illic praeſſet, curam & ſolicitudinem antefatæ Eccleſiæ habere modis omnibus debuiſſet. In quo etiam Monaſterio te Maurum Abbatem præuidimus præponendum, ſtatuentes, vt terras præfatæ Eccleſiæ, vel quidquid illuc intrauerit, ſeu de redditibus eius acceſſerit, antedicto Monaſterio tuo debeat applicari, atque illic ſine diminutione aliqua pertinere, ita ſanè, vt quæcumque in ipſa ſupraſcripta Eccleſia fienda reparandáque ſunt, per te ſine dubio reparentur. Sed ne remotis Presbyteris, quibus Eccleſia ipſa fuerat antè commiſſa, vacare miniſteriis videatur, idcirco huius tibi auctoritatis tenore præcipimus, vt peregrinum illic debeas adhibere Presbyterum, qui ſacra Miſſarum poſsit ſolennia celebrare. Quem tamen & in Monaſterio tuo habitare, & exinde vitæ ſubſidia habere neceſſe eſt. Sed & hoc præ omnibus cura tua ſit, vt ibidem ad ſacratiſsimum corpus beati Pancratij, quotidie opus Dei procuìdubio peragatur. Hæc igitur, quæ tibi Præcepti huius facienda ſerie deputamus, hoc ſolùm te perficere, verùm etiam ab his, qui in officio locóque tuo ſucceſſerint, ſic & in perpetuum ſeruari volumus & impleri, vt nullus deinceps in ſupradicta Eccleſia poſsit inueniri neglectus.* Ex ſcriptis & ex vita Gregorij nemo quid validius producere poteſt, vt oſtendat eius ætate titulos Preſbyteri & Abbatis vni viro non conueniſſe. Sed nec ex Ioanne Diacono nec ex epiſtolis Gregorianis conſtat vetitum omnino à Gregorio fuiſſe, ne idem Abbas eſſet & Preſbyter, aliud enim declarat idem Gregorius in literis ad Vrbicum Abbatem[d], quibus ait velle ſe, *vt Domitius Presbyter Abbas eſſe Lucuſiani Monaſterij debeat.* Prætereà Senatorem, cui Xenodochij Auguſtodunenſis cura commiſſa eſt, & Preſbyterum & Abbatem fuiſſe credimus, quia in Francia ſæpè iidem qui Abbates erant, erant & Preſbyteri, ídque facilè ex literis ipſius Gregorij confirmatur. Beatus Ioannes primus Abbas Reomaenſis, qui ſub Clodoueo Rege floruit, in Preſbyterorum collegium adſcitus eſt, ſic enim Author ſynchronus in eius vita ſcribit, *Agreſtius quidam Magnimontenſium partium ciuis, vir bonis moribus, cùm ad Monaſterium ſancti Ioannis, flagitandæ benedictionis obtentu, die Dominico aduenisset, expectans*

[a] Lib. 5. ep. 28. Ind. 14.
[b] Lib. 3. ep. 11. Ind. 12.
[c] Lib. 3. ep. 18. Ind. 12.
[d] Lib. 9. ep. 42. Ind. 4.

AN. CH. 602. CLOTAR. II. R 19. THEODOB. II. THEODOR. II. R R. 7.

atque ambiens vt ab ore Ioannis Corpus conſecratum Chriſti mereretur accipere , & ille , vt ſibi moris erat , ſecretiùs Miſſarum voluiſſet ſolennia celebrare paucíſque interiectis , *ſummi Sacerdotis Dei B. Ioannis Patris noſtri miracula oſtendere optimum duximus.* Sanctus Auitus Abbas Miciacenſis regnante Chlodomere Clodouei filio magnus Sacerdos apud Gregorium Turonenſem [a] ita commendatur , *Chlodomeris Sigimundum interficere deſtinauit ; cui à beato Auito Abbate Miciacenſi magno tunc temporis Sacerdote dictum eſt* , &c. Beatus Germanus , qui poſtremis Childeberti Regis temporibus ex Abbate factus eſt Epiſcopus Pariſiorum , ab Agrippino Auguſtodunenſi Pontifice Preſbyter eſt ordinatus , priuſquàm Abbas ad ſanctum Symphorianum à Nectatio eiuſdem ciuitatis Epiſcopo conſtitueretur. *Dominus Germanus* , inquit Fortunatus [b] , *intra terni luſtri ſpatium à B. Agrippino Diaconus inſtituitur , & ſequenti triennio Presbyter ordinatur ; dehinc à venerabili Pontifice Nectario Abbas ad ſanctum Symphorianum meritò dignus adſciſcitur.* Sanctus Winebaudus Guntchramno Clodouei nepote regnum Burgundiæ , cui Trecæ tunc attribuebantur , obtinente , Diaconus primùm , tum Preſbyter , deinde & Abbas fuit , vt in eius vita quam Nicolaus Camuzatus in promptuario antiquitatum Tricaſſinarum publicauit , hic indicat textus. *Audericus Abbas deceſſit , poſt cuius deceſſum ſacra fratrum laus omnium voce vnà conclamat ad prædictum virum Apoſtolicum* , nempe Gallomagnum Tricaſſinæ vrbis Epiſcopum , *vt venerabilem Winebaudum , quem in Leuitici vel Sacerdotalis honoris gradum , benedictione ſacrâ ſummo apice ſublimauerat , ſuis obtutibus mererentur adipiſci Abbatem. Videns hæc beatus Pontifex , quòd nutu Dei vna in populo voluntas proclamaret , ait omnibus qui in amore ipſius perſiſtebant. O ſacratiſſimi viri , hunc Winebaudum , quem acclamatis , ſuperni arbitri nutu & voluntate vtriuſque ſexûs acquieſcimus & ordinamus vobis Abbatem.* Hic Abbas , cùm Gregorius Papa rogatus à Theodorico Rege ac Brunichilde Regina Priuilegium Xenodochio Auguſtodunenſi conceſſit , in viuis adhuc ſuperſtes erat , imò Gregorio Papæ , Theodorico Regi Brunichildique Reginæ ſuperuixit , vt inferiùs ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimumquartum patebit. Aliis ſuperſedemus exemplis , iſta ſufficiant vt intelligas toto ſexto ſæculo , quo exeunte Gregorius Pontificatum gerebat , multos viros ſanctitate conſpicuos , in Francia Preſbyteros ſimul & Abbates fuiſſe. Id etiam optimè nouerat Gregorius , nam literis ad Candidum Preſbyterum Indictione quartâ ſiue anno primo ſeptimi ſeculi datis Aurelium Preſbyterum in Galliis loco qui Abbate indigeret præficiendum ita duxit [c]. *Gregorius Candido Presbytero. Lator præſentium filius noſter Aurelius Presbyter à Galliarum partibus veniens petiit , vt ſicubi in poſſeſſionibus beati Petri Apoſtolorum Principis , Oratorium aut locus , qui Presbytero vel Abbate indiget , inueniri potuerit , ei debeat committi , quatenus & ipſe ſubſidium vitæ præſentis inueniat , & nos inueniamur petitioni illius paruiſſe. Proinde dilectioni tuæ eum omnibus modis commendamus , vt in quo vſus exegerit , ei tua dilectio concurrat , & ſcriptorum noſtrorum illic ſolatium inueniat.*

XVIII. His adeò diligenter examinatis , literas , quas Gregorius Papa Senatori Preſbytero & Abbati ſcripſit de Xenodochio , quod in Auguſtodunenſi ciuitate à Syagrio Epiſcopo & Brunichilde Regina conſtructum fuerat , exiſtimamus fuiſſe corruptas eo loco , vbi Auguſtodunenſi Epiſcopo præcipitur , vt , ſi propter crimen Abbas Xenodochij deponendus ſit , *adhibitis ſex aliis Epiſcopis ſuis ſubtili hoc inueſtigatione perquirat* , auctáſque ſubditítiâ clauſulâ , *ſi quis verò Regum* , &c. Hincmarus in opuſculo [d] , cui titulus , *quæ exequi debeat Epiſcopus & quâ curâ tueri res & facultates Eccleſiaſticas* , eandem clauſulam ex Priuilegio , quod recenter Eccleſiæ Beluacenſi conceſſum fuerat , ita deſcripſit. *Et in Priuilegio Beluacenſis Eccleſiæ ab Epiſcopis quatuor Prouinciarum conſenſu Domini Karoli nuper defuncti hæc continentur ad locum. Poteſtas autem ſæcularis , ſiue ſit ſublimitate donata aliquâ , ſiue in humili conſtituta loco , nullam in eis , nec in præſenti nec in futuro , ſuſcipiat contra ſacras regulas dominationem , nec*

[a] Lib. 3. c. 6.
[b] Ap. Sur. d. 28 Maii.
[c] Lib. 9 ep. 65.
[d] Opuſc. 46.

AN. CH. 602. CLOTAR. II. R. 19. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 7.

eadem nos ſcripſiſſe[a] *recolimus. Et quia, vt comperimus, in huius rei hactenus correctione ceſſatum eſt, hac ad vos iterum prauidimus ſcripta dirigere. Hortamur ergo vt omni morâ omnique excuſatione ſummotâ, ita Monaſteria ipſa ab huiuſmodi ſtudeatis grauamine releuare, quatenus nullam deinceps in eis Clerici, vel hi, qui in ſacro ſunt Ordine conſtituti, ob aliud habeant, niſi orandi tantummodò cauſâ, accedendi licentiam, aut ſi fortè ad peragenda ſacra Miſſarum fuerint inuitati myſteria. Sed ne vel pro cuiuſlibet Monachi aut Abbatis promotione onus aliquod fortaſſe ſuſtineant, ſtudendum vobis eſt, vt ſi quiſpiam Abbatum aut Monachorum ex quocumque Monaſterio ad Clericatûs officium vel Ordinem ſacrum acceſſerit, non illic aliquam habeat, vt diximus, vlteriùs poteſtatem, ne Monaſteria huius occaſionis velamine, ea, quæ prohibemus, ſuſtinere onera compellantur. Nam notum vobis ſit, quia tanta neceſſitati Seruorum Dei Congregationem ampliùs ſubiacere non patimur. Item Maximiano*[b] *Epiſcopo Syracuſano poſt aliqua. Presbyteros, Diaconos, caterόſque cuiuſlibet Ordinis Clericos, qui in Eccleſiis quoquo modo militant, Abbates fieri per Monaſteria non permittas; ſed aut omiſſâ Clericatûs militiâ Monachicis proueh antur Ordinibus, aut ſi in Abbatis loco permanere decreuerint, Clericatûs nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum eſt, ſi cùm vnum ex his pro ſui magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad vtrumque iudicetur idoneus; ſícque inuicem & Eccleſiaſticus Ordo vita Monachica, & Eccleſiaſticis vtilitatibus Regula Monachatûs impediatur.* Huc vſque Ioannes Diaconus. Gregorij literæ ad Maurum Abbatem ſancti Pancratij tales ſunt [c]. *Gregorius Mauro Abbati à ſancto Pancratio. Eccleſiarum cura, quæ Sacerdotalibus officiis euidenter infixa eſt, ita nos cogit eſſe ſolicitos, vt nulla in eis neglectûs culpa appareat. Quoniam verò Eccleſiam ſancti Pancratij, quæ erat commiſſa Presbyteris, frequenter neglectam fuiſſe cognouimus, ita vt venientes Dominico die populi Miſſarum ſolennia audituri, non inuento Presbytero, murmurantes redirent, hoc maturâ deliberatione noſtro ſedit arbitrio, vt eis remotis, Monachorum Congregationem in Monaſterio eidem Eccleſiæ cohærenti conſtituere cum Dei gratia deliberemus, quatenus Abbas, qui illic præeſſet, curam & ſolicitudinem antefatæ Eccleſiæ habere modis omnibus debuiſſet. In quo etiam Monaſterio te Maurum Abbatem prauidimus præponendum, ſtatuentes, vt terras præfatæ Eccleſiæ, vel quidquid illuc intrauerit, ſeu de redditibus eius acceſſerit, antedicto Monaſterio tuo debeat applicari, atque illic ſine diminutione aliqua pertinere, ita ſanè, vt quæcumque in ipſa ſupraſcripta Eccleſia fienda reparandáque ſunt, per te ſine dubio reparentur. Sed ne remotis Presbyteris, quibus Eccleſia ipſa fuerat antè commiſſa, vacare miniſteriis videatur, idcirco huius tibi auctoritatis tenore præcipimus, vt peregrinum illic debeas adhibere Presbyterum, qui ſacra Miſſarum poſſit ſolennia celebrare. Quem tamen & in Monaſterio tuo habitare, & exinde vitæ ſubſidia habere neceſſe eſt. Sed & hoc præ omnibus cura tua ſit, vt ibidem ad ſacratiſſimum corpus beati Pancratij, quotidie opus Dei proculdubio peragatur. Hæc igitur, quæ tibi Præcepti huius facienda ſerie deputamus, hoc ſolùm te perficere, verùm etiam ab his, qui in officio locóque tuo ſucceſſerint, ſic & in perpetuum ſeruari volumus & impleri, vt nullus deinceps in ſupradicta Eccleſia poſſit inueniri neglectus.* Ex ſcriptis & ex vita Gregorij nemo quid validius producere poteſt, vt oſtendat eius ætate titulos Preſbyteri & Abbatis vni viro non conueniſſe. Sed nec ex Ioanne Diacono nec ex epiſtolis Gregorianis conſtat vetitum omnino à Gregorio fuiſſe, ne idem Abbas eſſet & Preſbyter, aliud enim declarat idem Gregorius in literis ad Vrbicum Abbatem [d], quibus ait velle ſe, *vt Domitius Presbyter Abbas eſſe Lucuſiani Monaſterij debeat.* Prætereà Senatorem, cui Xenodochij Auguſtodunenſis cura commiſſa eſt, & Preſbyterum & Abbatem fuiſſe credimus, quia in Francia ſæpè iidem qui Abbates erant, erant & Preſbyteri, ídque facilè ex literis ipſius Gregorij confirmatur. Beatus Ioannes primus Abbas Reomaenſis, qui ſub Clodoueo Rege floruit, in Preſbyterorum collegium adſcitus eſt, ſic enim Author ſynchronus in eius vita ſcribit, *Agreſtius quidam Magnimontenſium partium ciuis, vir bonis moribus, cùm ad Monaſterium ſancti Ioannis, flagitandæ benedictionis obtentu, die Dominico aduenisſet, expectans*

[a] Lib. 5. ep. 28. Ind. 14.
[b] Lib. 3. ep. 11. Ind. 12.
[c] Lib. 3. ep. 18. Ind. 12.
[d] Lib. 9. ep. 42. Ind. 4.

atque ambiens vt ab ore Ioannis Corpus conſecratum Chriſti mereretur accipere , & AN. CH.
ille , vt ſibi moris erat , ſecretiùs Miſſarum voluiſſet ſolennia celebrare paucíſque 602.
interiectis , *ſummi Sacerdotis Dei B. Ioannis Patris noſtri miracula oſtendere opti-* CLOTAR.
mum duximus. Sanctus Auitus Abbas Miciacenſis regnante Chlodomere Clo- II. R. 19.
douei filio magnus Sacerdos apud Gregorium Turonenſem [a] ita commen- THEO-
datur , *Chlodomeris Sigiſmundum interficere deſtinauit ; cui à beato Auito Abbate* DOB. II.
Miciacenſi magno tunc temporis Sacerdote dictum eſt , &c. Beatus Germanus , qui THEO-
poſtremis Childeberti Regis temporibus ex Abbate factus eſt Epiſcopus Pa- DOR. II.
riſiorum , ab Agrippino Auguſtodunenſi Pontifice Presbyter eſt ordinatus , RR. 7.
priuſquàm Abbas ad ſanctum Symphorianum à Nectario eiuſdem ciuitatis [a] Lib. 5. c. 6.
Epiſcopo conſtitueretur. *Dominus Germanus* , inquit Fortunatus [b] , *intra ter-* [b] Ap. Sur.
ni luſtri ſpatium à B. Agrippino Diaconus inſtituitur , & ſequenti triennio Presbyter d. 28. Maii.
ordinatur ; dehine à venerabili Pontifice Nectario Abbas ad ſanctum Symphorianum
meritò dignus adſciſcitur. Sanctus Winebaudus Guntchramno Clodouei ne-
pote regnum Burgundiæ , cui Trecæ tunc attribuebantur , obtinente , Dia-
conus primùm , tum Presbyter , deinde & Abbas fuit , vt in eius vita quam
Nicolaus Camuzatus in promptuario antiquitatum Tricaſſinarum publicauit ,
hic indicat textus. *Audericus Abbas deceſſit , poſt cuius deceſſum ſacra fratrum*
laus omnium voce vnâ conclamat ad prædictum virum Apoſtolicum , nempe Gallo-
magnum Tricaſſinæ vrbis Epiſcopum , *vt venerabilem Winebaudum , quem in*
Leuitici vel Sacerdotalis honoris gradum , benedictione ſacrâ ſummo apice ſublima-
uerat , ſuis obtutibus mererentur adipiſci Abbatem. Videns hæc beatus Pontifex ,
quòd nutu Dei vna in populo voluntas proclamaret , ait omnibus qui in amore ipſius
perſiſtebant. O ſacratiſſimi viri , hunc Winebaudum , quem acclamatis , ſuperni ar-
bitri nutu & voluntate vtriuſque ſexûs acquieſcimus & ordinamus vobis Abbatem.
Hic Abbas , cùm Gregorius Papa rogatus à Theodorico Rege ac Brunichil-
de Regina Priuilegium Xenodochio Auguſtodunenſi conceſſit , in viuis ad-
huc ſuperſtes erat , imò Gregorio Papæ , Theodorico Regi Brunichildique
Reginæ ſuperuixit , vt inferiùs ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-
quartum patebit. Aliis ſuperſedemus exemplis , iſta ſufficiant vt intelligas
toto ſexto ſæculo , quo exeunte Gregorius Pontificatum gerebat , multos vi-
ros ſanctitate conſpicuos , in Francia Presbyteros ſimul & Abbates fuiſſe. Id
etiam optimè nouerat Gregorius , nam literis ad Candidum Presbyterum In-
dictione quartâ ſiue anno primo ſeptimi ſeculi datis Aurelium Presbyterum in
Galliis loco qui Abbate indigeret præficiendum ita duxit [c]. *Gregorius Candi-* [c] Lib. 9. ep. 65.
do Presbytero. Lator præſentium filius noſter Aurelius Presbyter à Galliarum parti-
bus veniens petiit , vt ſicubi in poſſeſſionibus beati Petri Apoſtolorum Principis , Ora-
torium aut locus , qui Presbytero vel Abbate indiget , inueniri potuerit , ei debeat
committi , quatenus & ipſe ſubſidium vitæ præſentis inueniat , & nos inueniamur
petitioni illius paruiſſe. Proinde dilectioni tuæ eum omnibus modis commendamus ,
vt in quo vſus exegerit , ei tua dilectio concurrat , & ſcriptorum noſtrorum illic ſo-
latium inueniat.

His adeò diligenter examinatis , literas , quas Gregorius Papa Senatori XVIII.
Presbytero & Abbati ſcripſit de Xenodochio , quod in Auguſtodunenſi ciui-
tate à Syagrio Epiſcopo & Brunichilde Regina constructum fuerat , exiſtima-
mus fuiſſe corruptas eo loco , vbi Auguſtodunenſi Epiſcopo præcipitur , vt ,
ſi propter crimen Abbas Xenodochij deponendus ſit , *adhibitis ſex aliis Epi-*
ſcopis ſuis ſubtili hoc inueſtigatione perquirat , auctáſque ſubditiriâ clauſulâ , *ſi*
quis verò Regum , &c. Hincmarus in opuſculo [d] , cui titulus , *qua exequi de-* [d] Opuſc. 46.
beat Epiſcopus & quâ curâ tueri res & facultates Eccleſiaſticas , eandem clauſulam
ex Priuilegio , quod recenter Eccleſiæ Beluacenſi conceſſum fuerat , ita de-
ſcripſit. *Et in Priuilegio Beluacenſis Eccleſiæ ab Epiſcopis quatuor Prouinciarum con-*
ſenſu Domini Karoli nuper defuncti hæc continentur ad locum. Poteſtas autem ſæ-
cularis , ſiue ſit ſublimitate donata aliquâ , ſiue in humili conſtituta loco , nullam in
eis , nec in præſenti nec in futuro , ſuſcipiat contra ſacras regulas dominationem , nec

AN. CH. 602. CLOTAR. II. R. 19. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 7.

violenter inuadens, nec oblata ſuſcipiens. Si quis verò Regum, Sacerdotum & Iudicum atque ſæcularium perſanarum, hanc conſtitutionis paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, poteſtatis honoríſque ſui dignitate careat, reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetua iniquitate cognaſcat. Et niſi vel ea quæ ab illa malè ablata ſunt reſtituerit, vel dignâ pœnitentiâ inlicita acta defleuerit, à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis recipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. In eodem opuſculo vltimam periodum literarum, quas Gregorius Papa [a] Sabino Subdiacono direxit, hoc modo citauit. *Et ſanctus Gregorius in epiſtola ad Sabinum Subdiaconum. Sacrilegum, inquit, & contra leges eſt, ſi quis quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis ſtudiis, ſuis tentauerit compendiis retinere.* Citaſſet & proculdubio Gregorij literas ad Senarorem, ſi poſtremas babuiſſenr periodos, in quibus hodie clauſula ſuprà recirara legitur. Alio non opus eſt argumenro, vr illam aſſeramus Auguſtodunenſis Xenodochij Priuilegio ſuperadditam fuiſſe à quopiam, qui Beluacenſis Eccleſiæ Priuilegium, de quo loquitur Hincmarus, aut ipſum opuſculum Hincmari præ manibus babuerat. De ſenſu verborum, qnibus iſta clauſula concepra eſt, agemus alibi, cùm ſermonem inſtituemus de Beluacenſis Eccleſiæ Priuilegio, cuius mentionem Hincmarus fecir.

[a] Lib. 8. ep. 6. Ind. 1.

XIX. Gregorius Papa Seprimus in literis ad Herimannum Merenſem Epiſcopum, vr Henricum Germaniæ Regem auctoritare Sedis Apoſtolicæ meritò & excommunicatum & regno priuatum oſtenderet, epiſtolam allegauit Gregorij Magni ad Senarorem, Priuilegio, quod idem Gregorius Magnus Monaſterio ſancti Medardi conceſſiſſe ferrur, penitus omiſſo, vt Cardinalis Perronius in orarione ad rertium Francici regni Ordinem obſeruauit. Arque inde colligimus prædictam clauſulam ante Gregorij Septimi ætatem Priuilegio Xenodochij Auguſtodunenſis additam fuiſſe, & Priuilegium Sueſſionenſe ſancti Medardi, quod hodie palàm circumferrur, iure Gregorio Seprimo recenrius haberi. Qui Priuilegium Sueſſionenſe compoſuit, is ex Auguſtodunenſi præter clauſulam, quam poſt Hincmari tempora iam ſuperadiectam inuenit, non pauca mutuarus eſt, vt ex vtriuſque collatione manifeſtum fiet.

PRIVILEGIVM
Xenodochij Auguſtodunenſis.

XX. QVANDO *Catholicorum Regum corda ad ea, quæ Pontificalibus ſunt monitis prauocanda, ita ardenti deſiderio diuinâ præueniente gratiâ ſuccenduntur, vt ab eis vltrò poſcantur; tantà alacri & læto ſunt animo concedenda, quantà & ea ipſa quæ cupiunt, ſi nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta ſcripta filiorum noſtrorum præcellentiſſimorum Regum, Brunichildæ ac nepotis ipſius Theodorici, Xenodochio quod in ciuitate Auguſtodunenſi à Siagrio venerandæ memoriæ Epiſcopo & prædicta Excellentiſſima filia naſtra Regina conſtructum, cui tu præeſſe dinoſceris, huiuſmadi Priuilegia præſentis auctoritatis noſtræ decreto indulgemus,*

PRIVILEGIVM
Monaſterij ſancti Medardi.

QVANDO *Catholicorum Regum corda ad ea, quæ Pontificalibus ſunt monitis prouocanda, ita ardenti deſiderio diuinâ præueniente gratiâ ſuccenduntur, vt ab eis vltrà poſcantur, tantà alacri & læto ſunt animo concedenda, quantà & ea ipſa quæ cupiunt, ſi nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta filiorum noſtrorum præcellentiſſimorum ſcripta Regum Brunichildis ac nepotis eius Theodorici, Monaſterio ſanctæ Dei genitricis Mariæ ac beatorum Petri Apoſtolorum Principis necnan Protomartyris Chriſti Stephani, quod eſt in Sueſſorum ciuitate ſitum, vbi ſanctus Medardus requieſcere, & vir venerabilis Gairaldus Abbas præeſſe*

AN. CH. 602. CLOTAR. II. R. 19. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 7.

dulgemus, concedimus atque firmamus,

eſſe videtur, huiuſmodi Priuilegia auctoritatis noſtræ decreto indulgemus, & ea pleniùs confirmamus Priuilegia, quæ à bonæ memoriæ Domino Papa Ioanne, comitante illuſtrium Regum clementiâ, Clotary ſcilicet & Sigiberti huius noſtræ filiæ iugalis, ipſi loco ſub anathematis vinculo ſunt conceſſa vel indulta, concedimus atque firmamus,

ſtatuentes nullum Regum, nullum Antiſtitum, nullum quacumque præditum dignitate, vel quemquam alium de his quæ Xenodochio à ſupraſcriptis præcellentiſſimis filiis noſtris Regibus iam donata ſunt, vel in futuro à quibuſlibet aliis de proprio fuerint iure collata ſub cuiuſlibet cauſa occaſioniſve ſpecie minuere vel auferre, ſiue ſuis vſibus applicare, vel aliis, quaſi piis cauſis, pro ſuæ auaritiæ excuſatione poſſe concedere, ſed cuncta quæ ibi oblata ſunt vel offerri contigerit, tam à te quàm ab eis qui in tuo officio locóque ſucceſſerint, perenni tempore illibata, & ſine inquietudine aliqua volumus poſſideri, eorum tamen vſibus, pro quorum ſuſtentatione gubernationéque conceſſa ſunt, modis omnibus profutura.

ſtatuentes nullum Regum, Antiſtitum vel Iudicum, nullum quacumque præditum dignitate, ea quæ à præcellentiſſimis Regibus vel quibuſcumque aliis Deum timentibus loco conceſſa ſunt vel conferentur, ſub cuiuſlibet occaſionis ſpecie minuere vel auferre, vel ſuis vſibus applicare, ſed cuncta quæ Deo ſeruientibus Monachis oblata ſunt vel offerri contigerit, perenni tempore illibata, & ſine aliqua inquietudine volumus poſſideri, eorum vſibus, pro quorum ſuſtentatione conceſſa ſunt, modis omnibus profutura.

Item conſtituimus, vt obeunte Abbate atque Presbytero ſupraſcripti Xenodochy atque Monaſtery non alius ibi quæcunque obreptionis aſtutiâ ordinetur, niſi quem Rex eiuſdem Prouinciæ cum conſenſu Monachorum ſecundùm timorem Dei elegerit ac præuiderit ordinandum, &c.

Concedimus etiam vt obeunte Abbate non alius ibi quacunque obreptionis aſtutiâ ordinetur, niſi quem communis conſenſus Monachorum elegerit, aut præuiderit ordinandum, &c.

Hæc igitur omnia quæ huius præcepti decretíque noſtri pagina continet, tam tibi quàm cunctis qui in eo quo es ordine locóque ſucceſſerint, vel eis quorum intereſſe potuerit, in perpetuum ſeruanda decernimus.

Hæc igitur omnia, quæ huius Apoſtolicæ auctoritatis & noſtræ præceptionis Priuilegio continentur, præfati Monaſtery rectoribus & filiis præſentibus & futuris, & omnibus Monaſteriis ipſi loco ſubiectis vel ſociatis ſub anathemate ſeruanda conſtituimus.

Si quis verò Regum, Sacerdotum, Iudicum, perſonarúmque ſæcularium hanc Conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, poteſtatis honoríſque ſui dignitate careat, reúmque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & niſi vel ea quæ ab illo malè ablata ſunt reſtituerit, vel dignâ pœnitentiâ illicitè acta defleuerit, à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti alienus fiat, &c.

Si quis autem Regum, Antiſtitum, Iudicum, vel quarumcunque ſæcularium perſonarum huius Apoſtolicæ auctoritatis & noſtræ præceptionis decreta violauerit, aut contradixerit, aut negligenter duxerit, vel fratres inquietauerit, vel conturbauerit, vel aliter ordinauerit, cuiuſcunque dignitatis vel ſublimitatis ſit, honore ſuo priuetur, & vt Catholicæ fidei deprædator, vel ſanctæ Dei Eccleſiæ deſtructor, à conſortio Chriſtianitatis, & Corpore ac Sanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſequeſtretur, &c.

Priuilegium, quod Gregorius Magnus puellari Monaſterio ſanctæ Mariæ in Auguſtodunenſi ciuitate conſtructo tradidit, tale eſt [a]. *Gregorius Theſſaliæ* XXI.

[b] Lib.11.ep.11.

AN. CH. 602. CLOTAR. II. R. 19. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 7.

Abbatiſſæ. Quando ad ea, ad quæ Catholicorum Regum corda Pontificalibus ſunt monitis prouocanda, ita ardenti deſiderio diuinâ præueniente gratiâ ſuccenduntur, vt ab eis vltrò poſcantur; tantò ſunt alacri & læto animo concedenda, quantò & ea ipſa quæ cupiunt, ſi nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta ſcripta filiorum noſtrorum præcellentiſſimorum Regum Brunichildæ ac nepotis ipſius Theodorici Monaſterio ſanctæ Mariæ, vbi ancillarum Dei Congregatio eſt conſtituta, in vrbe Auguſtodunenſi, &c. vt in Priuilegio Xenodochij ſuprà citato.

XXII. Eiuſdem quoque tenoris Priuilegium idem Pontifex Eccleſiæ ſancti Martini in Auguſtodunenſi ſuburbano erectæ conceſſit [a]. *Gregorius Lupponi Presbytero & Abbati. Quando ad ea, ad quæ Catholicorum Regum corda*, &c. *Proinde iuxta ſcripta filiorum noſtrorum præcellentiſſimorum Regum Brunichildæ ac nepotis Theodorici, Eccleſiæ ſancti Martini, quæ in ſuburbano ciuitatis Auguſtodunenſis*, &c. vt ſuprà.

[a] Lib. 11. ep. 12.

XXIII. ÆTHERIVS EPISC. LVGDVN. OBIT. *Eo anno*, Theodorici Regis ſeptimo, *Ætherius Epiſcopus Lugdunenſis obiit*, vt Fredegarius [b] & Aimoinus [c] affirmant. Mortuus videtur, antequàm literas, quarum mentionem ſuprà fecimus, à Gregorio Pontifice accepiſſet, imò priuſquàm illæ literæ à Papa ſcriberentur. Inter Sanctos Antiſtites Lugdunenſes nominatur in antiquis Litaniis Eccleſiæ Lugdunenſis, vt Rainaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunenſium & Sauſſaius in Appendice ad Martyrologium Gallicanum teſtantur, quamuis dies obitûs ex ciuium memoria penitus exciderit. Fredegarius & Aimoinus Sancto Ætherio ſubrogant Secundinum, cuius ſucceſſor Aridius anno proximè ſequenti nominatur à Fredegario [d], iniitque Præſulatum menſe Februario, quia migrauit ad Deum quarto Idus Auguſtas cùm menſes ſex præter annos completos ſediſſet. Vnde concludas Pontificatum Secundini non diuturnum fuiſſe, rectéque ſub huius anni finem referri poſſe, quæ de illo Antiſtite leguntur.

[b] Cap. 22.
[c] Lib. 3. c. 90.
[d] Cap. 24.

XXIV. TRANSLATIO S. TREVERII. Secundino ſedente, facta eſt Tranſlatio ſancti Treuerij Monachi, qui ſub Godomaro Burgundionum Rege deceſſerat ante annos ſeptuaginta. Rem prout geſta eſt accipe ex veteri manuſcripto [e]. *Cùm B. Treuerius ita animam ſuam & integrâ deuotione cuſtodiret, & ad loca ſancta, quæ in circuitu erant, præcipuè Priſſianico vico in Diœceſim Lugdunenſis vrbis diebus Dominicæ Reſurrectionis intereſſe ſacris Miſſarum ſolemniis ſtuduit. Inibi publicè Pſalterium, quod ſecum habebat, ſuper ſanctum altare poſuit, & reuerſus ad cellulam ſuam poſt aliquod tempus, dum in agro oues paſceret, vt Pſalmis & orationibus diurnis inſiſteret, ſeptimodecimo Kalendas Februarij, genibus flexis in terram, cùm orationem ad Chriſtum Dominum funderet, ſpiritum emiſit. Huiuſmodi ergo fine circumquaque diuulgato, vicini populi turmaliter affluentes, ac ligonibus humum egerentes, & in eodem loco vbi ſolitas orationes frequentauerat, cum conſueto indumento & ſine vaſe ligneo & lapideo ſanctum corpus eius reuerenter poſuerunt, & complentes humo foſſam, nomen ipſius loci dixerunt ad Nonni foſſam. Sic per multa ſpatia temporis exoleuit ſancta eius memoria, donec iam completis quatuordecim luſtris, duobus hominibus adhuc viuentibus, qui eum in hac vita viderant, cœperunt iuxta prædictum ſanctiſſimi viri ſepulchrum, virtutum plurimarum inſignia cælitus declarari, claudi egreſſum, cæci viſum, ægri ſanitatem recipere. Multis modis in viſionibus nocturnis aliquibus Chriſtianis reuelatum fuit, vt nuntiaretur ad illuſtrem ſanctimonialem (quæ iuxta ipſum locum prædia diuitiarum tenebat, nomine Epiphania ſiue Emenone) vt ſacratum corpus de profunditate terræ ipsâ annuente leuaretur à Sacerdotibus, & in ſepulchro iuſti funeris conderetur. Sed metuens ne ſeductio inimici vel illuſio ſomnij eſſet, iteratis vicibus cùm ei annuntiaretur operi ipſi ſancto inſiſtere, dum nolebat, percuſſa eſt in capitis cerebro, itaut non poſſet ſe vehere. Tunc conuocatis ad ſe Sacerdotibus cœperunt cogitare, quid opportunè agere deberent, conſilio accepto pauperes & mendici aduocati, omniſque eius familia, & omnes eius Clerici, & cum ipſis iam dicta Sanctimonialis, ieiuniis diei & vigiliis nocturnis deprecantes Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordiam, vt oſtenderet eis quod Deo placeret vt facerent. Tunc vni ex ipſis Sacerdotibus reuelatum eſt, vt ipſa illuſtris femina non metueret*

[e] Ap. Belland. d. 16. Ian.

AN. CH. 602. CLOTAR. II. R. 19. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 7.

*hoc opus ſanctum agere. Illa autem Cleri iuſſione fecit illuc conuenire Sacerdotes, & multa ſtipendia, quibus fieret quod fuerat nuntiatum. Erat autem Monaſterium nomine Anſilla ſecus Priſſiniacum, tria millia iter habens. Cùm autem percrebuiſſet ſonus, quod agere diſponebant, pridie ab ipſa die, nocte furtim venientes tres Clerici ab ipſo Anſilla Monaſterio, egerentes humum, cùm violenter vellent ipſum ſanctum corpus aſportare, & profundè foderent, exiſtimantes aut lapidem aut lignum inueni-re, vnus de ipſis Clericis caput S.Treuerij percuſſit, mox excæcati & rigore percuſſi, quaſi clauis confixi, vſquedum ipſi Sacerdotes, cum ipſa Sanctimoniali, & cum multitudine populi venerunt, mouere ſe ipſi Clerici non potuerunt, oratione verò factâ pro ipſis ſani reuerſi ſunt ad locum ſuum. Sed poſteà ipſi ſerui Dei admouentes ligneam cellulam, quæ ibi pro deuotione ſanitatis facta foret, inuenerunt corpus ſanctiſſimi Treuerij * Confeſſoris Chriſti illæſum & integrum, cum omni indumento ſuo, fragrans multis odoribus ſuauitatis. Cúmque multi ſerui Dei illuc conueniſſent, præcipuè tres ſenes Sacerdotes, pleni religione ſanctitatis, ſcilicet Symphorianus Presbyter, Traſulfus Presbyter, & Euſebius Diaconus, ſeniores in Clero, leuantes ſanctum corpus. in vno milliario per gyrum omnes ſenſerunt odoramenta virtutum, quaſi roſarum folia, & lilia, & balſamum, & incenſum. Intereà ipsá illuſtri feminâ à longè aſpiciente, in ſarcophagum cum timore Domini & pſallentibus Clericis ac cereis flammantibus, ſicut erat indutus veſtimentis ſuis, nihil amouentes, niſi ſanctas reliquias de coma capitis, condiderunt in ſepulchrum, ac cellulam deſuper ex lapidibus & cæmento conſtruxerunt. Pontifex autem Secundinus Lugduni Galliæ vrbis mox ſanctum altare illuc tranſmiſit, quod ad pedes ſancti ſepulchri ſitum eſt, quo Chriſti hoſtia hodie libantur, atque orationum officia funduntur, vbi & remedia ægris & precantum vota & ſolamina beneficiorum accommodantur. Nec abſurdum videtur huic operi inſerere, quæ tunc in eo loco ſunt acta. Erat in ciuitate Lugduni Galliæ vir nobilis, Vigofredus nomine, cum coniuge ſua nomine Marcella, habentes filiam nomine Galliniam debilem à natiuitate ſua, omnibus membris contractam, crurum languore obſeſſam, quam ad ipſum S.Treuerij ſepulchrum, quia per ſe venire nequiuerat, cum omni diligentia tranſmiſerunt. Statim vt ad ipſum ſanctum ſepulchrum manibus illata, & in pauimento proſtrata fuit, omni debilitate depulsâ, ſoſpitate receptâ, incolumis & exultans ad parentes proprios remeauit.*

* S.Triuier.

XXV.

Sub initium huius anni deceſſit Pelagius Turonenſis Epiſcopus cùm ſediſſet [a] annos ſeptem, menſem vnum. Succeſſit Leupatius cuius meminit Ionas in vita ſancti Columbani.

[a] Chenut. Seuert.

XXVI. GOLVENVS FIT EPISC. LEONENS.

Albertus de Monte Relaxo in catalogo Leonenſium Antiſtitum ponit hoc eodem anno mortem Cetomerini Pontificis, ſubrogationémque Golueni, qui priùs anachoreticam vitam in eadem Diœceſi ducebat, & Cetomerino ſucceſſor à ſancto Paulo deſignatus aliàs fuerat, communi autem totius Cleri plebiſque ſuffragio in Epiſcopum electus Romam fugit, ſed à Gregorio Papa iuſſus eſt in Armoricam reuerti, & populum Leonenſem Epiſcopali curâ vigilantiâque gubernare.

XXVII. CHARIMERES EPISC. VIRODVN. MORITVR.

Hoc eodem anno deceſſit è viuis Charimeres Virodunenſis Epiſcopus, ſedit enim annos quatuordecim. Succeſſit Ermenfredus ſiue Hermenfridus Monachus Luxouienſis, ſancti Columbani diſcipulus, patriâ Auſtraſius, natus haud procul Argentinâ, Childeberto & Theodorico Regibus anteà perfamiliaris. Conſule Waſburgium [b].

[b] Lib 2.

XXVIII. EVSTASIVS EP. BITVR. OBIT.

Euſtaſius ſiue Euſtachius Bituricenſis Epiſcopus annos dicitur ſediſſe duodecim, & obiiſſe pridie Kalendas Ianuarias, vitam igitur clauſit vltimo huius anni die, Sanctus vocatur à Monacho Sanſulpitiano in Patriarchio Bituricenſi & ab Henſchenio in diatriba de Epiſcopatu Traiectenſi.

XXIX. DVCATVS VASCONIÆ.

Eo anno, vt Fredegarius [c] teſtatur, *Theudebertus & Theudericus exercitum contra Waſcones dirigunt, ipſóſque Deo auxiliante deiectos ſuæ dominationi redigunt, & tributarios faciunt. Ducem ſuper ipſos Genialem inſtituunt, qui eos feliciter dominauit.* Ita ceſſatum eſt ab armis, quieuítque Nouempopulania. Regibus Francorum ipsíſque Vaſconibus gratiſſimæ fuerunt pacis conditiones,

[c] Cap. 21.

AN. CH. 602.

vniuerſam enim Nouempopulaniam, cui plurimùm timebant, in ſua poteſtate retinuerunt Reges Francorum, & Vaſconibus in iiſdem locis quæ priùs peruaſerant atque in vicinis liberum fuit permanere, ſiquidem Vaſconiæ Ducatus, cui Genialis præfectus fuit, quinque in Nouempopulania complexus eſt territoria, Lapurdenſe * videlicet, Aquenſe *, Aturenſe *, Bearnenſe * & Elloronenſe *, vt docet Petrus *de Marca* in Hiſtoria Bearnenſi [a].

* *de Labourd.*
* *d'Acqs.*
* *d'Ayre.*
* *de Bearn.*
* *d'Oloron.*
[a] Lib. 1. c. 14.

603.
CLOTAR. II. R. 20.
THEODOB. II.
THEODOR. II.
RR. 8.

ANNVS
CHRISTI 603.
CLOTARII II. R. 20.
THEODOBERTI II. R. 8.
THEODORICI II. R. 8.

I. DESIDERIVS EP. VIENNENS. MITTITVR IN EXILIVM.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo tertio, ſiue *anno* VIII. *regni Theuderici, de concubina naſcitur ei filius nomine Childebertus, & Synodus Cabillonno colligitur. Deſiderium Viennenſem Epiſcopum deiiciunt, inſtigante Aridio Lugdunenſi Epiſcopo & Brunichilde, & ſubrogatus eſt loco ipſius in Sacerdotali officio Domnolus. Deſiderius verò in inſulam quamdam exilio retruditur. Eo anno ſol obſcuratus eſt.* Verba ſunt Fredegarij [b], habet conformia Aimoinus [c]. Aſtronomi obſeruant ingentem eclypſim Solis fuiſſe anno Chriſti ſexcenteſimo tertio, die duodecimâ menſis Auguſti, nec leue eſt argumentum, vt annum Theodorici Regis octauum, quo Fredegarius & Aimoinus eclypſim Solis contigiſſe ſcribunt, credas anno Chriſti ſexcenteſimo tertio à nobis rectè illigari. Textum autem Fredegarij ſuprà recitatum examinabimus poſt quadriennium in obitu ſancti Deſiderij, ibique de ſancto Aridio Lugdunenſi Epiſcopo, qui nunc etiam Lugduni colitur, & de Brunichilde Regina copioſum ſermonem faciemus.

[b] Cap. 24.
[c] Lib. 3. c. 90.

CHRONOLOGIA CONFIRMATVR.

II. In nonnullis exemplaribus regiſtri Gregoriani, epiſtola quinta libri duodecimi, quam exeunte hoc anno Indictione ſeptimâ iam inchoatâ ſcriptam eſſe conſtat, inſcribitur *Deſiderio Epiſcopo Galliæ*, rectiùs in aliis *Guduino Duci Neapolitano*, apud quem Gregorius de milite queſtus eſt, qui ancillam Dei de Monaſterio rapuerat; id notaſſe ſufficit, ipſam enim epiſtolam ſi quis legerit, viro non Eccleſiaſticâ ſed ſeculari dignitate prædito directam vltrò fatebitur.

III. Hoc anno in Epiſcopum Bituricenſem electus eſt Apollinaris, cuius deceſſor Euſtaſius vltimo prioris anni die extinctus fuerat.

APOLLINARIS FIT EP. BITVRIC.

IV. Cùm Maurus Abbas quondam Glannafolienſis, poſt dimiſſam Monaſterij curam, *duos ac dimidium in contritione ſpiritûs & corporis maceratione compleſſet annos, quadam nocte cùm more ſibi ſolito Eccleſiam beati Martini intrare vellet, & vota precum ac lacrymarum Domino perſolueret, diabolus magna obſequentium conſtipatus catervâ, ab ingreſſu eum prohibuit Baſilica, dicens. Eia Maure, qui nos à propriis deturbare ſperans ſedibus, tam longiſſimas tibíque ac tuis incognitas adiſti regiones, nunc videndo ac experiendo noſtra perferes immiſſionis deſtituentiſſimam populationem. Ego enim prout libuerit ſtrages diuerſarum mortium inferendo, de tuis nunc debacchans triumphabo, ita vt vix aliqui de tanta iſtic adunata remanere videantur Congregatione. Cui cùm vir Domini reſpondiſſet. Increpet Dominus in te, Satan, & in verbis tuis, quibus mendax es & pater eius; ſtatim inimicus velut fumus euaneſcens, ſtrepitum quoque immaniſſimum ac terrificum dedit, itaut etiam ipſi viro Dei Monaſterium omne funditus contremuiſſe fuerit viſum. Quo ſonitu fratres expergefacti, ingentíque pauore perculſi, ſtratis illico exilientes, ſigna pulſare cœperunt, ac ſynaxim decantare nocturnam. Intereà cùm vir Dei ni-*

AN. CH. 603. CLOTAR. II. R. 20. THEODOR. II. THEODOR. II. RR. 8.

miâ afflictione ac tædio pro his quæ audierat mœrens, ingreſſus Eccleſiam beati Martini, Dominum precaretur, vt illi certiùs ea, quæ malignus ſpiritus ei dixerat, reuelare dignaretur, Angelus Domini ei continuò, candidiſſimo amictus habitu adſtans dixit. Quid, dilectiſſima Deo anima, tanto mœrore pro his quæ à Deo agi diſpoſita ſunt, afficeris? Nam diabolus, licèt totius caput obtineat mendacij, multa tamen conijciendo, de iis præcipuè, quæ frequenter eſt expertus, prænoſcit. Vnde ſcias eum non ſuâ voluntate, ſed imperio Dei ea quæ tibi prodidit reſeraſſe, nam aliquo modo verum eſt, quod audiſti. Pars enim huius Congregationis maxima infra breue tempus colligetur ad Dominum, vt ab ipſo præfixum eſt atque præordinatum. Sed non propter hoc ipſa, vt aſſeruit, de aliquo iſtorum vel ad modicum triumphabit. Tuis enim admonitionibus & adhortationibus inſtructi, paratus vnuſquiſque, vocationis ſuæ diem exſpectabit gaudens. Quos cùm omnes qui moderno obibunt tempore præmiſeris felix, vt promeruiſti felicior ſubſequeris. His dictis viſio Angeli adſtantis & colloquentis ablata eſt. Sanctus autem Domini facto mane, omni Congregationi cuncta quæ viderat per ordinem enarrauit. Exhortatione & admonitione ſancti viri ita omnis Congregatio ad horam vltimam liberè exſpectandam, præparare ſeſe cœpit, vt omnes, qui illo tempore ab hac vita de ipſo loco migrauerunt, cæleſtem aſcendiſſe ad patriam nulli dubium ſit. Factum eſt enim vt infra quinque menſes centum & ſexdecim ibi morerentur fratres, nec plùs de tanto grege, quàm viginti-quatuor remanerent Monachi. Fauſtus, qui hæc in vita beati Mauri ſcripſit, obſeruat in mortuorum numero fuiſſe comites ac ſocios ſuos Antonium & Conſtantinianum, quibuſcum ex Italia venerat.

CXVI. MONACHI GLANNAFOL. MORIVNTVR.

---

604. CLOTAR. II. R. 21. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 9.

ANNVS
CHRISTI 604.
CLOTARII II. R. 21.
THEODOBERTI II. R. 9.
THEODORICI II. R. 9.

INEVNTE anno Chriſti ſexcenteſimo quarto, vt infrà probabimus, poſt tot funera, quæ Glannafolienſe Monaſterium acerbiſſimo luctu compleuerant, *dolor lateris grauiter inuaſit beatum Maurum. Qui languore ingraueſcente, octauo-decimo Kalendarum Februariarum die, ante altare beati Martini ſuper cilicium ſtratus ſui decubans, cùm exitum ſuum viuificorum muniuiſſet perceptione ſacramentorum, adſtantibus qui relicti fuerant diſcipulis, feliciter migrauit ad Dominum, ſepultúſque eſt in eadem Baſilica ad dexteram partem altaris*, teſte Fauſto in illius vita. Colitur in Tabulis Eccleſiaſticis decimo-octauo Kalendas Februarias, ſed quo Chriſti, quo ætatis ſuæ, quo Cœnobij Glannafolienſis anno mortuus ſit, non ita conſtat. Chronologiæ, quam iniuimus, rationem, vt polliciti ſumus, hoc loco reddemus. I.

I. OBITVS S. MAVRI ABBATIS QVONDAM GLANNAF.

Ex vulgato Fauſto ætas beati Mauri ſic colligitur. *Oblatus eſt Deo ac traditus beato Benedicto, cùm duodecim eſſet annorum; habitauit cum eo viginti annis; commoratus eſt in Monaſterio ſuo, quod ipſe ædificauit, annis quadraginta, diebus quatuordecim. Qui ſimul fiunt anni ſeptuaginta & duo, dies quatuordecim.* Quæ ſupputatio ad Chriſtianam Chronologiam ita reuocatur. Natus eſt Maurus anno Chriſti quingenteſimo vndecimo; oblatus eſt beato Benedicto, anno Chriſti quingenteſimo viceſimo tertio; venit in Galliam anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-tertio, obiítque decimo-octauo Kalendas Februarias anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto. At vitam beati Mauri à Fauſto II.

AN. CH. 604 CLOTAR. II. R. 21. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 9.

ſcripram interpolauit ac multùm deprauauit Odo Glannafolienſis Abbas qui ſub Carolo Caluo vixit. Maurum duodennem fuiſſe cùm Abbati Benedicto rraditus eſt non negamus, nec etiam inficiamur illum cum Benedicto manſiſſe per annos viginri, Benedictum enim adiit priuſquàm Monaſterium Caſinenſe conderetur, vt patet ex eiuſdem Benedicti vita quam Gregorius libro ſecundo dialogorum conſcripſit. De numero annorum, quos Glannofolij * tranſegit, non æquè conuenimus. Odo literas quas Maurus poſtridie quàm Caſino egreſſus erat ab Abbate Benedicto accepit, ita recitat. *Accipe, dilectiſsime, extrema inſtitutoris tui dona, quæ & longum noſtrum teſtentur amorem, & tibi ac commilitonibus tuis contra omnium perpetim munimen præbeant impedimenta malorum. Poſt expletam enim totam trinam vicenorum decurſionem annorum, ex quo Monaſterialem adiſti perfectionem, in gaudium Domini tui es introducendus, vt nobis Dominus heſterno die, poſtquàm à nobis digreſſus es, oſtendere eſt dignatus. Prædico etiam tibi, moram vos in eundo eſſe paſſuros, ac cum difficultate habilem locum inuenturos, pro his, quæ & Deo ordinante perficientur, & quæ inimicus humani generis molimine calliditatis ſuæ in vos concitabit. Nuſquam tamen benignitas miſericordis Dei vobis deerit, ſed potiùs, differendo licèt, ac deſiderium animi veſtri in longum experiendo, aliorſum quàm ſperauimus, aptiſsimam dignabitur largiri metationem. Iámque valeas felix in profectione, felicior futurus in peruentione.* Deinde poſito quòd Maurus annis viginti ſub Benedicti diſciplina in Italia manſerit, vult illum Glannafolij degiſſe annis tantùm quadraginta & aliquantò ampliùs, ſic vt anno aduentûs ſui triceſimo-octauo curam Monaſterij dimiſerit, abdicatâ præfecturâ ſuperſtes vixerit per annos duos cum dimidio, obieritque decimo-octauo Kalendas Februarias anno poſtquàm in Gallias peruenit quadrageſimo-primo. Verùm prædictis ſancti Benedicti literis inſertæ fuerunt hæ voces, *ex quo Monaſterialem adiſti perfectionem*, has expunge, diſſidium annorum viginti quod nos inter & Odonem intercedit, tolles omnino, nam iuxta ſancti Benedicti prophetiam Maurus *totam trinam vicenorum decurſionem annorum* in Galliis explebit, vitámque claudet Glannafolij decimo-octauo Kalendas Februarias anno poſt aduentum ſuum ſexageſimo-primo, poſt Chriſtum natum ſexcenteſimo-quarto. Prænotatam interpolationem arguunt, qui vel Mauro tribuunt annos vitæ nonaginra duos, vt apud Caniſium Author Martyrologij Germanici, vel Fauſti reditum in Italiam collocant ſub Bonifacio Tertio Papa, vt Leo Oſtienſis in Chronico Caſinenſi. Nam ſi Maurus vixit annos duos ac nonaginta, illius mortem Benedictus prædixit futuram poſt annos ſexaginta non ab inito Monachatu quem apud Odonem *Regularis inſtitutio & Monaſterialis perfectio* deſignant, ſed à profectione in Gallias ſuſcepta, & ſi Maurus Glannafolij vixit annis ſexaginta, Fauſtus in Italiam reuerſus eſt ſedente Romæ Bonifacio Tertio, quia poſt obitum Mauti Fauſtus *per bienninm* & ampliùs in Gallia moratus eſt, vt Odo teſtatur, annus autem Mauri in Andegauia degentis ſexageſimus-primus, qui fuit & vltimus vitæ, cum anno Chriſti ſexcenreſimo-quarto coincidit, & Bonifacius Tertius Pontificatum iniit clauſitque anno Chriſti ſexcenteſimo-ſeptimo, vt ad illum annum probabimus. Author Martyrologij Germanici de bearo Mauro ſic loquitur [a], *cùm anno ætatis 92. deceßiſſet*, & Leo Oſtienſis [b] reditum Fauſti ſic enarrat. *Tertio intereà Bonifacio Apoſtolica Sedi præſidente, memoratus Fauſtus, qui cum beato Mauro ad Gallias perrexerat, ad prædictum Lateranenſe Cœnobium rediit, atque à beato Theodoro (qui tunc poſt ſanctæ memoriæ Valentinianum tertius eandem Congregationem regebat) rogatus atque compulſus, Hiſtoriam de vita beati Mauri ſignatâ veritate conſcripſit, quam idem Papa Bonifacius approbans, ſuâ auctoritate roborauit.* Nihil clariùs & ad rem noſtram magis appoſitè ſcribi potuit. Si quid reperitur in præfatione Fauſti quod à Leone diſcrepet, totius diſcriminis teus eſt Odo, qui non modò vitam beati Mauri ſed & ipſum Fauſti prologum interpolauit, vt oſtendemus ſuo loco, cùm ſermonem de Fauſti ſcriptis inſtituemus.

* Glanfueil.

[a] Ap. Bolland. d. 15. Ian.

[b] Lib. 1. c. 3.

AN. CH. 604. CLOTAR. II. R. 21. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 9. III.

Non deſunt qui profectionem Mauri ex Italia in Gallias poſt obitum Gregorij Turonenſis Epiſcopi reiiciendam putent, quia Gregorius Turonenſis in ſuis operibus, quæ multiplicia ſunt, Maurum ne quidem nominauit. Hoc etiam ſe tuentur argumento qui beatum Benedictum in vigilia Paſchæ duodecimo Kalendas Apriles anno Chriſti ſexcenteſimo-quarto mortuum contendunt. Aduersùs eiuſmodi genus hominum non inualidè pugnat noſtra Chronologia, quæ beatum Maurum ſancto Gregorio Turonenſium Antiſtiti ſuperſtitem oſtendit annis nouem, menſe vno, diebus vndetriginta. Si Gregorius Mauro ſuperuixiſſet, non dubitamus quin vel elogium Mauri condidiſſet in eius obitu; vel vitam ſcripſiſſet demortui, vel vtrumque præſtitiſſet, ſed talium conſiliorum nullum executus eſt, quia citiùs Mauro vitam clauſit. Attentè libros perlege, quos edidit de gloria Martyrum, de gloria Confeſſorum, & de vitis Patrum, neminem ibi laude commendatum reperies qui viuus inter mortales adhuc ſupereſſet. In Eccleſiaſtica Francorum Hiſtoria viros celebrauit ſanctitate conſpicuos, nullam tamen illorum mentionem fecit niſi ad annos quibus mortui ſunt Exemplo ſit Hoſpitius apud vrbem Nicenſem Recluſus, cuius mortem collocauit [a] anno ſexto Childeberti Regis, & elogium prolixiori ſermone contexuit, quia vitam illius inter vitas Patrum non retulit. En ipſiſſima ratio cur beati Mauri nomen apud Gregorium Turonenſem in Eccleſiaſtica Francorum Hiſtoria non inueniatur. Prætereà Gregorius quia iunior erat totis annis triginta, facilè in animum induxit ſe Mauro, quem octogenarium iam ſciebat, ſuperſtitem fore, illâque perſuaſione deceptus conſilium iniit de Mauri vita poſt eius obitum conſcribenda, ſed ipſemet morte præuentus, quod facturum ſe ſperabat, agere non potuit. Vitas autem multorum in literas retulit, quos ne quidem nomine tenus in Hiſtoria Francorum laudauit. Opus ſuum de vitis Patrum diſtinxit viginti capitibus. In Hiſtoria, cùm aliud ageret ex profeſſo, trium duntaxat Epiſcoporum, Quintiani Aruernenſis, Gregorij Lingonenſis, Nicetij Treuirenſis, & Abbatis Venantij meminit obiter, ceteros quorum vitas in libro de vitis Patrum ſcripſerat, ne quidem nominauit. Libro tertio Hiſtoriæ, capite ſecundo, cùm de Apollinare Antiſtite ſermonem faceret, coactus eſt Quintiani promotionem ad Epiſcopatum attingere, ſed Lectorem, qui plura de tanto Pontifice ſcire vellet, remiſit ad librum quem de illius vita ſeparatim ediderat, id eſt, ad caput quartum de vitis Patrum. Eodem tertio Hiſtoriæ libro, de Gregorio Lingonenſi Pontifice, cuius vitam capite ſeptimo de vitis Patrum publicarat, bis locutus eſt, primùm capite decimo-quinto, cùm prolixam de Attalo eiuſdem Gregorij nepote narrationem inſtitueret, deinde capite decimo-nono cùm vellet deſcribere ſitum caſtri Diuionenſis vbi Gregorius frequenter manebat. Nicetium Treuirenſem Præſulem, cuius vitam capite decimo-ſeptimo de vitis Patrum publicarat, ſemel nominauit in Hiſtoria, libro videlicet decimo, capite viceſimo-nono, cùm panegyrim conderet Aredij Abbatis quem Nicetius olim erudierat. Abbatem Venantium, cuius vitam in literas capite decimo-ſexto de vitis Patrum retulerat, vltimo tantùm Hiſtoriæ capite nominauit, cùm laudaret Licinium Epiſcopum Turonenſem, quem aſſeruit Abbatis officio functum aliàs in Monaſterio vbi Venantius Abbas quieſcebat. Plerique obiicient, in Hiſtoria mentionem Illidij Aruernenſis Epiſcopi fieri capite quadrageſimo libri primi; Abrahæ Abbatis, capite viceſimo-primo libri ſecundi, Quintiani Aruernenſis Epiſcopi, non tantum capite ſecundo libri tertij vt diximus ſuprà, ſed etiam capite triceſimo-ſexto libri ſecundi & capite quinto libri quarti; Galli Aruernenſis Antiſtitis, eodem quinto capite libri quarti: Nicetij Lugdunenſis Epiſcopi, capitibus quinto & viceſimo-primo libri quinti: Senochi Preſbyteri, Caluppæ Recluſi, Patrochij & Brachionis Abbatis, capitibus eiuſdem libri, ſeptimo, nono, decimo & duodecimo. Sed decem illa capita non ſunt Gregorij. Vulgatum caput quadrageſimum libri primi deſideratur in Co-

[a] Lib. 6. c. 6.

AN. CH. 604. CLOTAR. II. R. 21. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 9.

dicibus Corbeienſi & Regio, caput viceſimum-primum libri ſecundi non reperitur in Codicibus Bellouacenſi, Corbeienſi, Regio ac Metenſi; caput triceſimum-ſexrum eiuſdem libri abeſt à Codicibus Bellouacenſi & Corbeienſi; caput quintum libri quarti non eſt in Codicibus Bellouacenſi, Corbeienſi, Regio ac Metenſi; capita libri quinti, quintum, ſeptimum, nonum, decimum, duodecimum & viceſimum-primum non inueniuntur in Codicibus Bellouacenſi, Corbeienſi ac Metenſi. Dicent alij Lupicinum & Romanum fratres Abbates Iurenſes ad Hiſtoriam Francorum minimè pertinere, quia ſub Chilperico Burgundionum Rege floruerunt, idémque ſentiendum eſſe de Vrſo Abbate, in cuius vita præter Alarici Wiſigothorum Regis Ariani nomen nulla temporis nota reperitur, & de Lupicino Recluſo, qui mortuus creditur, priuſquàm locus in quo degebat, ditioni Francorum accederet. Eſto. An aliquid ſimile poteſt obiici de Portiano, Martio & Leubatio Abbatibus, de Friardo & Leobardo Recluſis, de Æmiliano Eremita & de Monegunde Monacha? De ætate Martij & Leubatij Abbatum iam diſputauimus ad annum Chriſti quingenteſimum octauum. Portianus Abbas caſtra præſentiámque Theodorici Regis adiit, & iram, quâ ſæuiebat in Aruernos, compeſcuit inſigni miraculo, quod anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-quinto ex libro de vitis Patrum recitauimus, nullam tamen Portiani mentionem in Hiſtoria Francorum fecit Gregorius, quamuis libro tertio, capitibus duodecimo & decimo-tertio Aruernicum bellum deſcripſerit. Idem Author in vita Æmiliani Eremitæ ter meminit Sigiualdi tunc apud Aruernam vrbem magnâ potentiâ præditi, ſed in Hiſtoria licèt multa libro tertio de Sigiualdo narrarit, Æmilianum ne quidem nominauit. Similiter in Hiſtoria, licèt de rebus in agro Namnetenſi geſtis diſſeruerit, nihil dixit de Friardo Recluſo, quem in vitis Patrum à Felice Namnetenſium Epiſcopo ſepultum aſſeruit. Eodem ſilentio cùm Hiſtoriam ſcriberet, inuoluit Leobardum Recluſum, quocum prope Turonos in Maiore Monaſterio ſæpiùs ſe collocutum teſtatus eſt in illius vita, quam inter vitas Patrum vltimo capite delineauit. Iiſdem temporibus in ipſa ciuitate Turonenſi cum quibuſdam Monialibus quas collegerat vixit Monegundis, cuius nomen in Hiſtoria Francorum non extat, vita verò prolixè ſcripta reperitur in vitis Patrum. Hæc dicta ſunto aduersùs eos qui Maurum Glannafolienſem Abbatem Gregorio Turonenſium Epiſcopo coætaneum fuiſſe pertinaciùs negant, quia Gregorius nullam rerum à Mauro geſtarum mentionem in Hiſtoria Francorum fecit. Inſtant iterum duobus argumentis. Vnum petunt à Fauſto qui Reges Francorum Theodobertum, Theodobaldum & Clotarium ad Maurum Glannafolij degentem profectos ſcribit. Alterum ſumunt à Gregorio Turonenſi, qui Radegundem teſtatur Pictauio Arelatem iuiſſe, vt Regulam Monialibus à Cæſario Arelatenſi quondam Antiſtite præſcriptam addiſceret. Aiunt neminem eſſe qui ſibi perſuadeat tot Regum cum Mauro congreſſus à Gregorio Turonenſi omiſſos fuiſſe ſi Maurus ætate Gregorij Turonenſis ac prædictorum Principum vixit; aut Radegundem longo admodum itinere ſuſcepto apud Arelatem quæſiuiſſe, quod apud Glannafolium in Andegauia Pictauienſi pago contermina reperiſſet, ſi tunc ibi Cœnobium regebat Maurus diſcipulus beati Benedicti, qui Monaſticæ vitæ regulam non viris modò ſed etiam fœminis tradiderat. Primam obiectionem ſoluit Gregorius Turonenſis in vitis Patrum, alteram Fauſtus in ipſa Mauri vita. Nam quæ narrantur à Fauſto colloquia Mauri cum Regibus Francorum non maioris videntur eſſe momenti, quàm Portiani Abbatis ad Theodoricum Francorum Regem, qui ſuccenſus irâ luctuoſiſſimam Aruernis vaſtationem inferebat, profectio miraculis etiam comprobata, quam tamen Gregorius Turonenſis, cùm cladem Aruernicam prolixiori ſtylo deſcriberet, libro tertio Hiſtoriæ reticuit, & capite quinto de vitis patrum in vita ſancti Portiani ſic publicauit. *His diebus Theodericus, ingreſſus Aruernum terminum, omnia exterminabat, cuncta deuaſtabat, cúmque in Arthonenſis vici * pratis caſtra metaſſet, antedictus ſenex ad occurſum*

* *Arthone.*

AN. CH. 604. CLOTAR. II. R. 21. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 9.

occurſum eius properat quaſi pro populo rogaturus, ingreßúſque caſtra mane Rege adhuc in tentoriis dormiente, Siginaldi papilionem, qui tunc primus cum eo habebatur, aggreſſus eſt, & dum de hac captiuitate conqueritur, Siginaldus vt ablutis aquâ manibus merum dignaretur accipere deprecatur dicens. Magnum mihi gaudium hodie commodúmque diuina pietas præſtat, ſi infra tentorij mei ſepta factâ oratione potum digneris accipere, audierat enim famam Sanctitatis eius, idcirco & honorem ei pro Dei reuerentia impendebat. Quod ille diuerſis modis excuſans adſcrebat hoc non poſſe fieri, quia, inquit, nec hora debita eſſet, nec Regi dignum præbuiſſet occurſum, & quod his omnibus potius erat, necdum adhuc Domino Pſalmorum decantationem debitam exoluiſſet. Sed his ſepoſitis vi eum compulit, allatúmque vaſculum, quo potio tenebatur, rogat vt Sanctus impoſitâ priùs manu ſanctificaret, qui eleuatâ dexterâ cùm ſignum Crucis impoſuiſſet, vaſculum ſcinditur medium, ac vinum quod infra tenebatur cum immenſo ſerpente terra diffunditur; quod cernentes qui aderant metu exterriti ad pedes beati viri decidunt, lambunt veſtigia, oſculantur & plantas, mirantur omnes virtutem ſenis, mirantur & ſe ab iniqui anguis viru diuinitus fuiſſe ſaluatos. Ad iſtud miraculum concurrit omnis exercitus, vallat multitudo omnis beatum virum, cupiens eius fimbrias manu tangere, etſi oſculo honorare non potuit: & Rex exilit de ſtratu ſuo accurrítque ad beati Confeſſoris aduentum, illóque tacente cunctos quos repetebat captiuos abſoluit, & reliquos deinceps vt voluit recepit, ſic duplex ibi beneficium Domino cooperante largitus, & illos à morte eruit, & hos à iugo captiuitatis exemit. Quod attinet ad Radegundem, lege ac relege Fauſtum, in illo Scriptore nullum reperies verbum de Monialibus, quia beatus Maurus, vt Monaſticè viuerent, multos viros, nullas fœminas erudiuit, nec aliam rationem poſtula, cur Radegundis non adiit Glannafolium ſed Arelatem vbi celebre Puellarum Cœnobium ſub Regula ſancti Cæſarij florebat.

Beatus Maurus epiſtolam poſtridie quàm Caſino digreſſus fuerat, à ſancto Benedicto quondam acceptam ſibi conſepeliri iuſſit, amoris ſui erga Magiſtrum egregio monumento. Præcepit etiam Fauſto & Simplicio vt poſt eius obitum in Italiam quamprimùm reuerterentur, quod cùm implere vellent, Bertulfus Abbas obteſtando deprecatus eſt, ne quoad viueret illum deſererent, hanc moræ cauſam affert Fauſtus, de cuius reditu in Italiam poſt triennium agemus. IV.

Hoc etiam anno migrauit in cælum Gregorius Papa, cuius obitum Ioannes Diaconus [a] hiſce Characteribus Chronologicis egregiè conſignat. *Tantis precibus tandem aliquando diuinitus exauditus, poſtquam Sedem ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ annis tredecim, menſibus ſex & diebus decem, doctrinis pariter ac operibus fœliciſsimis illuſtrauit, anno imperij Phocæ ſecundo, Indictione ſeptimâ, quarto Iduum Martiarum, à carnis corruptione ſubſtractus eſt, incorruptionis perpetua gloriâ ſublimandus.* Validiori nequit argumento confirmari noſtra Chronologia, nam ab ordinatione Gregorij, quam tertio Nonas Septembres anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo retulimus, vſque ad eius obitum quem quarto Idus Martias hoc anno collocamus, præter annos tredecim completos numerantur ſex menſes ac dies decem, & Phocas, qui noſtro calculo Imperium anno Chriſti ſexcenteſimo ſecundo, menſe Nouembri, Indictione ſextâ iam inchoatâ ſuſcepit, annum adhuc agebat in Imperio ſecundum, cùm ſubſequens Indictio ſeptima per menſem Martium huius anni excurrebat. V. S. GREGORII PP.

[a] Lib. 4. c. 68.

Ante aliquot annos Gregorius Arigium Vapincenſem Epiſcopum Româ diſcedentem hoc ſolatio recreârat, *quòd Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui curam habet de omnibus, protinus eos in Paradiſiacam faceret adunare Sedem*, palámque ſuis pronuntiârat oraculis, quòd Valatonius qui tunc temporis Archidiaconus ſub Arigio Pontifice Vapincenſem regebat Eccleſiam, *in ſui Magiſtri ſuccederet Sede*, vt Author coæraneus [b] in vita ſancti Arigij teſtatur. Ea nos authoritas potiſſimùm mouet, vt hoc ipſo anno, quo Gregorius Magnus VI. S. ARIGII EP. VAPINCENS.

[b] Tom. 2. bibliot. Labb.

AN. CH. 604. CLOTAR. II. R. 21. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 9.

obiit, & mortem ſancti Arigij & ſubrogationem Valatonij referamus. In Breuiario Vapincenſi beatus Arigius colitur Kalendis Maiis. *Nudato corpore*, ait Author vitæ, *ante altare ſancti Euſebij cum cinere & cilicio iacens viaticum Corporis & Sanguinis Chriſti de manu Iſicij Epiſcopi & Diconeij Presbyteri cùm accepiſſet, ait. Gratias tibi ago, Domine Ieſu Chriſte, quia iam video tempus reſolutionis meæ, & ſurſum erectis oculis expanſíſque manibus, ait. Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Obiit autem ipſo die Kalendis Maiis.* Dicontius Preſbyter erat Vapincenſis & ætatis prouectæ, Iſicius verò Epiſcopus erat Eccleſiæ Gratianopolitanæ. Vtrumque confirmat idem Scriptor quem conſule. Beatus Arigius ſedit annis viginti quinque. Quot annos vixerit haud adeò liquet, quia ſecundo ſuæ ætatis anno à Deſiderio Cabilonenſis vrbis Epiſcopo baptizatus fertur, illius autem nominis Antiſtes Cabilone nullus fuit iſto ſeculo, Deſiderij Epiſcopi loco reſtituendus videtur Deſideratus Preſbyter, quem magnâ ſanctitatis opinione ſub Agricola Cabilonenſi Pontifice floruiſſe diximus. In Epiſcopatu Vapincenſi, vt Gregorius Papa prænuntiarat, ſucceſſit ex Archidiacono Valatonius, cuius nomen in Antiſtitum catalogis etiamnum deſideratur, anteceſſit Potentiſſimum qui Concilio Cabilonenſi ſub Clodoueo Secundo Rege interfuit.

VII. Hactenus Gregorij Magni teſtimonio Brunichildem Reginam in multis aduersùs Fredegarium & Aimoinum defendimus, inpoſterum nobis agendum erit coniecturis, vtendúmque magna cum cautela Scriptoribus tot mendaciorum iam reis in Brunichildis cauſa. Fredegarius [a], cui ſuffragatur Aimoinus [b], res hoc anno geſtas ita deſcribit. *Anno IX. regni Theuderici, naſcitur ei de concubina filius nomine Corbus. Cùm iam Protadius genere Romanus vehementer in Palatio ab omnibus veneraretur, & Brunechildis ſtupri gratiâ eum vellet honoribus exaltare, defuncto Wandalmaro Duce, in pago Vltraiurano & Scutingorum Protadius Patricius ordinatur, inſtigatione Brunechildis. Vt Bertoaldus potiùs interiret, eum in ripam Sigonam vſque Oceanum mare per pagos & ciuitates ad fiſcum inquirendum dirigunt. Bertoaldus à Theuderico directus cum CCC. tantùm viris, illis partibus properauit. Cúmque Arelaunum villam veniſſet, & venationem inibi exerceret, hæc comperiens Chlotharius filium ſuum Meroueum & Landericum Maiorem domûs cum exercitu ad Bertoaldum opprimendum direxit, & maximam partem inter Sigonam* * *& Ligerem, pagos & ciuitates de regno Theuderici præſumpſit contra pactum peruadere. Bertoaldus hæc audiens, cùm ſuſtinere non præualeret, terga vertens Aurelianis ingreditur, ibíque à viro beatiſſimo Auſtrino Epiſcopo ſuſcipitur. Landericus cum exercitu Aurelianis* * *circumdans, vocabat Bertoaldum vt exiret ad prælium. Bertoaldus de muro reſpondens; Nos duo ſingulari certamine, ſi me expectare deliberas, reliquâ multitudine procul ſuſpensâ, iungamus ad prælium, vt à Domino iudicemur. Sed hæc Landericus facere diſtulit. Addens Bertoaldus dixit. Dum facere non audes, proximo tempore, Domini noſtri pro eis, quæ facis, iungent ad prælium. Induamur vterque ego & tu veſtibus vermiolis, præcedamus ceteris vbi congreſſus erit certaminis, ibíque & tua & mea vtilitas apparebit. Promittentes ante Deum ad inuicem, promiſſionis huius veritatem ſubſiſtere. Cúmque hoc in die Feſto ſancti Martini Antiſtitis actum fuiſſet, Theudericúſque hoc comperiſſet, quòd à Chlothario pars regni ſui contra pactum fuerat peruaſa, in Natiuitate Domini protinus cum exercitu Stampas* * *ſuper fluuio Loa peruenit, ibíque obuiam Meroueus filius Chlotharij Regis cum Landerico & magno exercitu venit. Cùm eſſet artus peruius ille, vbi Loa fluuius tranſmeatur, vix tertia pars exercitûs Theuderici tranſierat, initum eſt prælium. Ibíque Bertoaldus ſecundùm placitum adgreditur, vocitans Landericum. Sed Landericus non eſt auſus, vt promiſerat, tantam huius certaminis congreſſionem adire. Ibíque Bertoaldus, cùm nimis ceteros præceſſiſſet, ab exercitu Chlotharij cum ſuis interficitur, nec vellens exinde euadere, dum ſenſerat ſe de ſui gradûs honore à Protadio degradandum. Ibíque Meroueus filius Chlotharij capitur. Landericus in fugam verſus eſt à nimia multitudine, exercitus Chlotharij in eo prælio gladio trucidatus eſt. Theudericus victor Pariſius ingreditur. Theude-*

[a] Capp. 24. 25. 26.
[b] Lib. 3. c. 91.

BELLA CIVILIA.

* la Seyne.
* Orleans.
* Eſtampes.

*bertus pacem cum Chlothario Compendio * villâ iniit, & vterque exercitus eorum illæſus rediit ad propria.* Meroueus Clotarij filius eo tempore vix potuit eſſe quinquennis, pater enim agebat adhuc annum ætatis viceſimum-primum. Eapropter multi neoterici ſupradictum bellum in aliud tempus remittunt, ſed ex eo vno plura annis proximè ſequentibus occurrerent corrigenda, deinde nihil perhibetur de Merouei pueritia, quod Clotarij patris exemplo non confirmetur, nec imprudentiæ verti poteſt Clotario, quòd aduerſùs Theudebertum profecturus, Meroueum quamuis puerum, vt eo præſente milites generoſiùs dimicarent, noluerit à copiis abeſſe, quas contra Theodoricum Theudeberti fratrem dirigebat. Hadrianus Valeſius in præfatione ad ſecundum Tomum rerum Francicarum, locum illum Fredegarij *cùm eſſet autem peruius ille locus, vbi Loa fluuius tranſmeat*, ex antiquis Codicibus ſic emendauit, *cùm eſſet arctus peruius ille, vbi Loa * fluuius tranſmeatur*, id eſt, cùm eſſet anguſtum apud Stampas vadum, quo Loa fluuius tranſitur, ſiue, vt habetur in Chronicis Diuionenſi ac Beſuenſi, *cùm eſſet arduus tranſitus ille, in quo Loa fluuius tranſmeatur.* Cæterùm vera credimus quæ ſuperiùs ex Fredegario narrata ſunt, ſi duo exceperis de Brunichilde, quorum alterum crudelem arguit, alterum impudicam, nam nec quæ ſuggeſta perhibentur de necando Bertoaldo, pluris facio, quàm quæ ſuperiùs in ſimilibus cauſis allata ſunt, nec facilè mihi perſuadeo Reginam, quæ nullius anteà turpitudinis inſimulata fuerat, in ætate iam prouecta neglectâ famâ ſpurcè vixiſſe. Arelaunum villa fiſcalis erat prope Sequanam. Iunna * Stampas alluit, & paulò infra illud oppidum augetur Loâ fluuio à læua.

AN. CH. 604.
CLOTAR. II R. 21.
THEODOB. II.
THEODOR. II. R R. 9.

* Compiegne.
* le Loet.
* la Iuyne.

VIII.
GEORGIVS EP. CARPENT.

Hiſce temporibus Carpentoractenſem Eccleſiam regebat Georgius Epiſcopus, cuius mentio fit in auctiore Gallia Chriſtiana. Verùm Virgilius Arelatenſis Epiſcopus ſuperſtes adhuc fuerit, haud liquet, nam poſt annum Chriſti ſexcenteſimum-primum, quo literas à Gregorio Papa directas accepit, nulla eius extat memoria in antiquis monumentis, nec audiendi ſunt Barralis, Saxius, aliique recentiores, qui mortem illius in annum Chriſti quadrageſimum ſupra ſexcenteſimum reiiciunt, anno enim Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſecundo, quo beata Ruſticula mortalem vitam clauſit, in Arelatenſi Cathedra iam ſedebat Theodoſius, & in Codice, quem Saxius [a] laudat, Florianus Virgilio & Theodoſio medius inſeritur. *Virgilius*, vt legitur in eius vita quam Barralis in Chronologia Sanctorum Lerinenſium publicauit, *cùm eſſet omnibus virtutibus adornatus, ſcripturis quoque diuinis nulli priorum infimus, Baſilicam in honore ſancti Stephani protomartyris Chriſti intra vrbem Arelatenſem fideli quâ poterat deuotione conſtruxit.* Aliam Eccleſiam *extra muros vrbis* condidit, dedicauitque *in honore Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beati Honorati Confeſſoris, atque ibidem ordinem conſtituit Monachorum ſeruientium Deo.* Tres mortuos ad vitam reuocauit. Indicato demum mortis die animam Creatori reddidit, ſepultus fuit in Baſilica ſancti Saluatoris inſigni pompâ, cùm priùs ad eius feretrum in via reuixiſſet puella, quæ mortua fuerat in vico trans Rhodanum ſito cui nomen Gallica *. Vixiſſe fertur annos centum ac viginti ſeptem, ſed vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum minimè peruenit, ita nec annum ætatis centeſimum viceſimum-ſeptimum attigit. Anno Chriſti ſexcenteſimo-primo, cùm literas à Gregorio Papa tranſmiſſas accipiebat, agebat iuxta prædictam neotericorum ſupputationem, quæ nec multùm nobis placet, annum vitæ duodenonageſimum. Meruit in Sanctorum numerum aſcribi. Colitur à Lerinenſibus tertio Nonas Martias, ab Arelatenſibus ſeptimo Idus Octobres. De Floriano illius ſucceſſore præter nomen nihil occurrit. Plura de Theodoſio narrabuntur ſuis locis.

[a] Num 39.

GESTA S. VIRGILII EPISC. ARELAT.

* Galleque.

IX.
PRIMATVS ARELAT. QVALIS.

Epiſcopis, qui Diœceſim Arelatenſem poſt Virgilium adminiſtrarunt, Vices Sedis Apoſtolicæ delegatas fuiſſe non reperio. Perſonalia fuerunt anteceſſorum Priuilegia, putà Cæſarij, Auxanij, Aureliani & Sapaudi, qui vitam

AN. CH. 604 CLOTAR. II. R. 21. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 9.

duxerunt in ditionibus Francorum. Hæc aſſertio duobus confirmatur argumentis. Vnum ſumitur à die quo Vicariatus Sedis Apoſtolicæ conceſſus eſt cuilibet prælaudatorum Antiſtitum. Alterum petitur à poſtulatione Vicum Apoſtolicarum, quæ delegationem earumdem Vicum ſemper anteceſſit.

X. Sanctus Cæſarius ad Deum migrauit ſexto Kalendas Septembris, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-ſecundo. Succeſſit in Epiſcopatum Arelatenſem Auxanius. Hic Ioannem Preſbyterum & Teredium Diaconum Romam cum literis ad Vigilium Papam ſtatim direxit, nec tantùm ſignificauit ſe promotum ad Præſulatum, ſed etiam Vices Apoſtolicas ſibi delegari vſúmque Pallij concedi poſtulauit. De promotione ad Epiſcopatum lætatus eſt Romanus Pontifex, ſed nec Vices Apoſtolicas nec vſum Pallij priùs voluit concedere, quàm conſenſus Iuſtiniani tunc Imperatoris acceſſiſſet. Vtrumque patet ex ipſius Vigilij literis ad Auxanium datis XV. *Kalend. Nouembres, iterum P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-tertio. Illarum enim initium tale eſt. *Scripta de ordinatione caritatis veſtræ, Ioanne filio noſtro Presbytero, ſed & Teredio Diacono, deferentibus, cum animi ſpiritali gratulatione ſuſcepimus, Domino gratias referentes, quia hoc in Eccleſia Arelatenſi factum eſt, quod & Canonibus & deceſſorum noſtrorum Regulis conueniret, quatenus ex ſequenti ordine Sacerdotij tua fraternitas ad Pontificalis proueheretur apicem dignitatis, & diuina in te electionis iudicium compleretur.* Deinde ſub finem hæc occurrunt. *De his verò, quæ caritas veſtra tam de vſu Pallij quàm de aliis ſibi à nobis petiit concedi, libenti hoc animo etiam in præſenti facere ſine dilatione potuimus, niſi cum Chriſtianiſſimi Domini filij noſtri Imperatoris hoc, ſicut ratio poſtulat, voluiſſemus perficere notitia Deo auctore, vt & nobis gratior præſtitorum cauſa reddatur, & nos honorem fidei eius ſeruaſſe cum competenti reuerentia iudicemur.* Anno igitur Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-tertio, cùm Vigilius ſuperiores literas ſcripſit, Auxanius iam ſedebat in Arelatenſi Cathedra, nec Sedis Apoſtolicæ Vices adhuc gerebat. Vices illas biennio ſeriùs obtinere cœpit, anno videlicet poſt Baſilij Conſulatum quarto, poſt Chriſtum natum quingenteſimo quadrageſimo-quinto. Teſtes epiſtolæ duæ Vigilij, quæ reperiuntur datæ XI. *Kalend. Iunias*, IV. *P. C. Baſilij V. C.* vna ad Auxanium, altera ad alios Epiſcopos Galliæ. In priori Vigilius à Childeberto Rege Francorum rogatus Vices ſuas Auxanio delegat. *Sicut nos*, inquit, *pro tuæ caritatis affectu, & pro Glorioſiſſimi filij noſtri Regis Childeberti Chriſtianâ deuotione mandatis, Vices noſtras libentiſſimâ voluntate contulimus, ita fraternitatem tuam conuenit Deo placitis operibus tanta Sedis auctoritate dignâ conuerſatione vti atque diſponere, vt bonis actibus innoteſcens, rectum circa caritatem tuam iudicium noſtræ dilectionis oſtendas.* Et inferiùs Iuſtiniani Auguſti conſenſum acceſſiſſe ſic teſtatur. *Oportet ergo fraternitatem veſtram inceſſantibus ſupplicationibus Deo noſtro preces effundere, vt Domnos filios noſtros, Clementiſſimos Principes, Iuſtinianum atque Theodoram, ſuâ ſemper protectione cuſtodiat, qui pro his veſtræ caritati mandandis, ſuggerente Glorioſiſſimo & Excellentiſſimo filio noſtro Patricio Beliſario, pro quo item vos conuenit exorare, piâ præbuerunt deuotione conſenſum.* In poſteriori, Auxanium Sedis Apoſtolicæ Vicarium à ſe conſtitutum eſſe, *dilectiſſimis fratribus, vniuerſis Epiſcopis omnium Prouinciarum per Gallias, qui ſub regno vel poteſtate Glorioſiſſimi Childeberti Regis Francorum conſtituti ſunt, ſed & his, qui ex antiqua conſuetudine ab Arelatenſi conſecrati ſunt vel conſecrantur Epiſcopo*, ſic ſignificat. *Auxanio fratri & Coepiſcopo noſtro, Arelatenſis ciuitatis Antiſtiti, Vices noſtras caritas veſtra nos dediſſe cognoſcat.*

XI. Poſt Auxanium Arelatenſis Epiſcopus fuit ſanctus Aurelianus. Huic Vigilius Papa Vices Sedis Apoſtolicæ non antè commiſit, quàm rogatus eſſet à Childeberto Rege Francorum, vt teſtatus eſt in literis cùm ad ipſum Aurelianum, tum ad Epiſcopos ſub regno Childeberti conſtitutos, datis X. *Kalendas Septembres, quinquies P. C. Baſilij V. C.* ſiue anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-ſexto. Literarum ad Aurelianum initium tale eſt. *Dilectiſſimo fratri*

AN. CH. 604. CLOTAR. II. R. 21. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 9.

Aureliano, Vigilius. Adminiſtrationem Vicum noſtrarum fraternitati veſtræ animo libenti committimus, & credimus caritatis veſtræ officio actibus Deo placitis diligenter vniuerſa compleri, quando & Summi Sacerdotij conſortio vos dignos diuina eſſe gratia indicauit, & Glorioſiſſimi Childeberti Francorum Regis Chriſtiana & Deo placita in perhibendo vobis teſtimonio voluntas acceſſit. Quapropter Vices noſtras veſtræ caritati hac auctoritate committimus, vt vniuerſa, quæ deceſſorum noſtrorum vel Canonum ſtatuta ſanxerunt, Deo congruis operibus, faciendo atque ſeruando, & noſtrum & prædicti Glorioſi Regis iudicium circa caritatem tuam rectum fuiſſe poſſis oſtendere. Et in literis ad Epiſcopos ſub Childeberti regno conſtitutos hæc leguntur. *Quia dudum Auxanio, quondam Areiatenſis ciuitatis Antiſtiti, Vicum noſtrarum ſollicitudinem dederamus, ſed curſum vitæ præſentis implendo de hac luce migrauit, in cuius loco Aurelianus frater noſter noſcitur ſucceſſiſſe, neceſſarium valdè credidimus ſollicitudinem hanc à nobis antefato debere committi, confidentes illum & pro loci ſui qualitate bonis actibus vniuerſa, quæ Deo placeant, poſſe complere, & maximè cùm Glorioſus filius noſter Childebertus Rex teſtimonium bonæ conſcientiæ pro Chriſtiana ſuæ voluntatis deuotione perhibuit.*

XII. Sapaudus ſancto Aureliano in Epiſcopatum Arelatenſem anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo ſucceſſit; anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-primo Pariſiis interfuit Concilio, quod in cauſa Saffaraci Pariſienſis Epiſcopi celebratum eſt; Arelatenſi Concilio ſubſcripſit *ſub die tertio Kalendas Iulias, anno* XLIII. *regni Domni Childeberti Regis*, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-quarto; Vicarius tamen Romani Pontificis necdum erat anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſexto, cùm Romam Oratores ad Pelagium Papam à Childeberto Rege Francorum directi ſunt. Huius rei fidem faciunt literæ Pontificis ad ipſum Sapaudum datæ XIX. *Kalendas Ianuarias, anno* XV. *P. C. Baſilij V. C.* id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſexto. Rogarunt Pelagium Oratores, vt Sapaudo Vices Apoſtolicas delegaret, vſúmque Pallij concederet. Excuſauit ſe Pontifex per epiſtolam apud Sapaudum, donec literas ab ipſo Sapaudo per Arelatenſis Eccleſiæ Clericum accepiſſet. *Ea autem*, inquit, *quæ pro honore caritatis tuæ à nobis ſupradicti Legati popoſciſſe noſcuntur, parati ſumus Deo iuuante concedere. Sed niſi literas tuas per te acceperimus, ſicut etiam deceſſores noſtri poſtulantibus tuis deceſſoribus præſtiterunt, ſuperfluum indicauimus vltrò tranſmittere. Sed mox ad nos, iuuante Domino, vnum de Clero tuo cum literis direxeris, ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus, promittimus nos eſſe facturos.* Ineunte anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, poſt Baſilij Conſulatum decimoſexto, Flauianus Diaconus & Neſtorius Subdiaconus Eccleſiæ Arelatenſis Romam peruenerunt cum literis ad Pelagium Papam directis non tantùm à Sapaudo Epiſcopo Arelatenſi qui Vices Pontificias & vſum Pallij rogabat ſibi concedi, ſed etiam à Childeberto Rege qui Sapaudum illis honoribus ornari ſummoperè cupiebat. Annuit poſtulatis Pelagius. Extant literæ, quas ea de re III. *Nonas Februar. anno* XVI. *P. C. Baſilij V. C.* cùm ad Sapaudum Epiſcopum, tum ad ipſum Regem Childebertum ſcripſit. Literas ad Sapaudum ſic exorſus eſt. *Dilectiſſimo fratri Sapaudo, Pelagius. Maiorum noſtrorum, operante Dei miſericordiâ, cupientes inhærere veſtigiis, & eorum actus diuino iuuamine in omnibus imitari, caritati tuæ per vniuerſam Galliam ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui diuinâ gratiâ præſidemus, Vices iniungimus.* Et paulò pòſt hæc ſubiunxit. *Nos fraternitati tuæ huiuſmodi curas iniungimus, vt Sedis noſtræ Vicarius inſtitutus, ad inſtar noſtrum in Galliarum partibus primi Sacerdotis locum obtineas, & quicquid ad gubernationem vel diſpenſationem Eccleſiaſtici ſtatûs gerendum eſt, ſeruatis Patrum regulis & Sedis Apoſtolicæ conſtitutis, diuini iudicij conſideratione diſpenſes, talémque te in cuſtodiendis Canonibus ſanctâ conuerſatione demonſtres, qualem tanti loci decet eſſe Vicarium.* Childeberto Regi ſcripſit in hunc modum. *Domino filio meritò Glorioſiſſimo atque Præcellentiſſimo Childeberto Regi, Pelagius. Excellentia veſtra literas, poſt illas, quas Legati noſtri detulerunt, etiam*

AN. CH. 604. CLOTAR. II. R. 21. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 9.

per eos, quos frater & Coepiſcopus noſter Sapandus ad nos direxit, reuerenter accepimus, & ſalutis veſtra, qua nobis ſemper optanda eſt, cognoſcentes indicia, gratias diuina pietati retulimus, exorantes clementiam eius, vt vos largiſſimâ pietate ſeruet incolumes. Literas autem noſtras præfato Conſacerdoti noſtro Sapando ſecundùm petitionem veſtram direximus, vſum Pally pariter concedentes, quia in ſcrinio Eccleſiaſtico huiuſcemodi exempla reperimus, quibus oſtenditur Arelatenſibus Epiſcopis à ſancta recordationis deceſſoribus noſtris hac fuiſſe collata. Propterea ſalutantes cultu regalibus inſulis debito, poſtulamus vt ita eum atque Eccleſiam eius gratia Excellentia veſtra tueatur ac foueat, ne quem per Vices noſtras augeri propitiante Deo poſtulaſtis, in aliqua parte cuiquam Gallicanorum Sacerdotum vel cuiuſlibet Ordinis Eccleſiaſtici perſona, quod non oportet, contemptibilis habeatur.

XIII. Poſt Sapaudum, Licerius, vt Gregorius Turonenſis [a] teſtatur, Arelatenſi Eccleſiæ præeſſe cœpit anno vndecimo Childeberti Regis, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto, vitámque clauſit anno Childeberti Regis decimo-tertio, Chriſti quingenteſimo duodenonageſimo. Romanus Pontifex tunc erat Pelagius Secundus, qui Licerio nec Vices Apoſtolicas delegaſſe, nec vſum Pallij conceſſiſſe legitur.

[a] Lib. 8 capp. 38. 39. lib. 9. capp. 20. 23.

XIV. Mortuo Licerio, Virgilius, vt idem Gregorius Turonenſis [b] affirmat, anno Childeberti Regis vndecimo, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-octauo factus eſt Epiſcopus Arelatenſis. Literas accepit à Gregorio Papa datas Indictione [c] nonâ, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-primo. Vices Apoſtolicas nequedum obibat, ab eodem enim Gregorio Vicarius Sedis Apoſtolicæ primùm conſtitutus eſt Indictione decimâ-tertiâ, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto. Extant ea de re tres epiſtolæ Gregorij [d] datæ Indictione decimâ-tertiâ, vna ad Virgilium, altera ad Epiſcopos ſub Childeberti Secundi regno conſtitutos, tertia ad ipſum Childebertum Regem Francorum. In prima Gregorius Virgilium ſic alloquitur. *Hac virtute*, nempe caritate, *frater cariſſime, plenum te eſſe reperio, ſicut mihi de te, & hi qui ex Gallicanis partibus veniunt, & epiſtola tua ad me directa verba teſtantur. Quòd verò in eis, iuxta antiquum morem, vſum Pally ac Vices Sedis Apoſtolica poſtulaſti, abſit ne aut tranſitoria poteſtatis culmen, aut exterioris cultûs ornamentum, in Vicibus noſtris ac Pallio quaſiſſe te ſuſpicer. Sed quia cunctis liquet, vnde in Galliarum regionibus fides ſancta prodierit, cùm priſcam conſuetudinem Sedis Apoſtolica fraternitas veſtra repetit, quid aliud quàm bona ſoboles ad ſinum matris Eccleſia recurrit? Libenti ergo animo poſtulata concedimus, ne aut vobis quicquam de debito honore ſubtrahere, aut Pracellentiſſimi fily noſtri Childeberti Regis petitionem contempſiſſe videamur.* In ſecunda ſic ſcribit ad Epiſcopos ſub regno Childeberti conſtitutos. *Quia vnumquodque tunc ſalubriter completur officium, cùm fuerit vnus ad quem poſſit recurri præpoſitus, idcirco opportunum eſſe perſpeximus, in Eccleſiis, qua ſub regno Pracellentiſſimi fily noſtri Childeberti Regis ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem, fratri noſtro Virgilio Arelatenſis ciuitatis Epiſcopo Vices noſtras tribuere.* Tertiam ad Childebertum Regem ſic auſpicatur. *Latos nos Excellentia veſtra vehementer fecit epiſtola, qua piâ vos affectione de honore & reuerentia Sacerdotali teſtatur eſſe ſollicitos. Hinc etenim cunctis oſtenditis fideles Dei vos eſſe cultores, dum Sacerdotes ipſius gratâ ac debitâ veneratione diligitis, & Chriſtianâ deuotione quicquid ad eorum augmentum pertinet agere feſtinatis. Vnde & gratanter ea qua ſcripſiſtis accepimus, & qua voluiſtis animo libenti conceſſimus. Atque ideo fratri noſtro Virgilio Arelatenſis ciuitatis Epiſcopo Vices noſtras, iuxta antiquum morem & Excellentia veſtra deſiderium, Deo fauente, commiſimus.*

[b] Lib 9. c 23.
[c] Lib 1. regiſtr. Gregor ep. 45.
[d] Lib 4. epp. 50. 52. 53.

AN. CH. 605.
CLOTAR. II. R. 22.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 10.

ANNVS

CHRISTI 605.
CLOTARII II. R. 22.
THEODOBERTI II. R. 10.
THEODORICI II. R. 10.

I. ANNO Chriſti ſexcenteſimo-quinto, ſiue, vt Fredegarius [a] ſupputat, *an-*
no x. *regni Theuderici, Protadius inſtigante Brunechilde, Theuderico iubente,* [a] Cap. 37.
Maiordomûs ſubſtituitur. Qui cùm eſſet nimiùm argutiſſimus, & ſtrenuus in cun-
ctis, ſed ſaua illi fuit contra perſonas iniquitas; fiſcum nimiùm ſtringens, de rebus
perſanarum ingeniasè fiſcum vellens implere, & ſeipſum ditare. Quoſcumque de
gente nobili reperiret, totos humiliare conabat, vt nullus reperiretur, qui gradum,
quem adripuerat, potuiſſet adſumere. His & aliis nimiâ ſagacitate vexatis, maxi-
mè cunctos in regno Burgundiæ lucratus eſt inimicos. Cùm Brunechildis nepotem
ſuum Theudericum integrâ aſſiduitate moneret, vt contra Theudebertum moueret
exercitum, dicens; Quaſi Theudebertus non eſt filius Childeberti, niſi cuiuſdam
hortulani. Et Protadius ipſe quoque canſilio adſiſtens, tandem iuſſu Theuderici mo-
uetur exercitus. Quàd cùm in loco nomine Caraciaco Theudericus cum exercitu ca-
ſtra metaſſet, hortabatur à Leudibus ſuis, vt cum Theudeberto pacem iniret. Prota-
dius ſingulus hortabatur, vt prælium committeretur. Theudebertus nec procul exin-
de cum exercitu reſidebat. Tunc omnis exercitus Theuderici inuentâ occaſione ſupra THEODOBERTVS ET
Protadium inruunt, dicentes; Melius eſſe vnum hominem mortuum, quàm tatum THEODORICVS
exercitum in periculum miſſum. Protadius in tentorio Theuderici Regis cum Petro
archiatro tabulâ ludens ſedebat. Cùm eum vndique iam exercitus circumdaſſet, &
Theudericum Leudes tenebant, ne illuc adgrederetur, miſit Vncelenum, vt ſua iuſ- CÆSO
ſionis verbum nuntiaret exercito, vt ſe de inſidiis Protadÿ remouerent. Vncelenus PROTADIO
protinus ad exercitum nuntians dixit. Sic iubet Domnus Theudericus, vt interfi-
ciatur Protadius. Inruentes ſuper eum, tentorium Regis gladio vndique incidentes,
Pratadium interficiunt. Theudericus confuſus & coactus cum fratre Theudeberto pa- PACEM
cem iniuit; & inlaſus vterque exercitus reuertitur ad proprias ſedes, poſt cædem INEVNT.
Protady. Pax inter vtrumque fatrem videtur eâ lege reſtituta, vt Theodo-
ricus Theodoberto poſſidendos traderet Comitatus Sugintenſem, Turenſem
& Campanenſem, quos poſteà Theodoricus ſæpè repetiit vt idem Fredega-
rius [b] teſtatur. Quod autem ad narrationem ſuperiùs initam attinet, à vero [b] Cap. 17.
quidem alienum haud putamus cæſum à Burgundis Bertoaldum, quia Theo-
dorico ſuaſerat, vt Theodoberto fratri bellum moliretur, ſed quis credat
præcipuam motuum cauſam fuiſſe Brunichildem eo prætextu, quòd Theo-
dobertus hortulano patre, non Childeberto Rege natus eſſet? Hoc enim
commentitium nemo prudens non fatebitur, cùm in ſcriptis vtriuſque Gre-
gorij, Turonenſis & Magni, nihil legatur, quod vel minimam illius rei ſuſ-
picionem mouere poſſit. Prodiit ſanè illa fabula ex eadem officina, quæ
Brunichildem ex Auſtraſia pulſam ante ſex annos publicarat. Vnde quis etiam
ſciſcitari poſſet à Fredegario & Aimoino, cur Theodoricus poſtquàm Bruni-
childem excepit, per tot annos quieuerit. Simultatis inter Theodobertum
ac Theodoricum exortæ non alia cauſa quærenda eſt præter pacem, quam
Theodobertus apud Compendium nuper inierat inconſulto fratre Theodo-
rico, quocum fœdus aduersùs eundem Clotarium anteà percuſſerat. Sin-
gularis inter vtrumque fratrem amicitiæ teſtis hactenus fuit ipſemet Frede-

AN. CH. 605. CLOTAR. II. R. 22. THEODOB. II THEODOR. II RR. 10.

garius [a], apud quem Theodobertus & Theodoricus anno regni ſui primo laceſſuntur ac vincuntur à Clotario, deinde anno regni ſui quinto vice verſâ Clotarium adoriuntur debellántque, tum anno regni ſui ſeptimo ſimul copias contra Waſcones dirigunt, denique anno regni ſui nono conſpirant aduersùs Clotarium quamuis hic non vtrique ſed ſoli duntaxat Theodorico infenſus appareat. Theodobertus autem, poſtquàm Clotarianos à Theodorico profligatos eſſe captámque Lutetiam reſciuit, nimiam fratris potentiam veritus ſtatim pacem cum Clotario pepigit, eâque ratione ſe deluſum à fratre queſtus Theodoricus in vindictam mox exarſit. Quid ſecutum ſit, attende. *Clotarius poſtquàm vnà cum præcelſo conſobrino ſuo Theodeberto Rege charitatem iniuit, voluntariè quantitatem de regno ſuo recepit.* Verba ſunt Bertchramni Cenomanenſis Epiſcopi in ſuo teſtamento, quæ referri non poſſunt ad Ducatum Denteleni ſiue ad ditiones quas Clotarius ante quinquennium Theodoberto in præmium victoriæ ceſſerat, illam enim regionem Theodobertus anno regni ſui XVI. ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo vndecimo adhuc obtinebat, vt ex Fredegario [b] & Aimoino [c] conſtat. Quam igitur quantitatem Clotarius de regno ſuo poſt initam cum Theodoberto ſocietatem recuperauit, dum idem Theodobertus ac Theodoricus frater inter ſe diſſentiebant, ea nonnullas vrbes amplectitur, quæ Theodorici Regis excuſſo iugo ſpontaneam deditionem Clotario Regi ſuo legitimo fecerunt. In illarum ciuitatum numero videtur fuiſſe Cenomanum, nam poſtquàm Clotarius voluntariè quantitatem de regno ſuo recepit, Bertchramnus Epiſcopus Cenomanenſis ait ſe Campariacum & Stiuale Berthegiſilo fruſtrà obſiſtente ad ſuam dominationem reuocaſſe, quamquam nec illis locis diu potitus eſt, quia Clotarius viribus iterum inferior fuit, poſtquàm Theodobertus ac Theodoricus fratres in amicitiam ſimul redierunt.

[a] Capp. 17. 20. 21. 26.

CLOTARIVS RECVPERAT CENOMANVM.

[b] Cap. 37.

[c] Lib. 3. c. 9[?].

II. Ciuitas Andegauenſis, quia Ligeri fluuio propinquior erat, à Theodorico non videtur defeciſſe. Vitam igitur ſub Theodorici Principatu clauſit Licinius Epiſcopus. Obiit enim hoc anno Kalendis Nouembribus. Dies in eius vita notatur. Annus ex ſcriptis Magnobodi & Marbodi ſimul collatis ita colligitur. Magnobodus non immediatè ſancto Licinio ſuffectus fuit, ſed impetrauit vt alius, nempe Cardulphus, ſubſtitueretur. *Verùm & ille*, inquit Marbodus in vita ſancti Magnobodi, *poſt modicum, Dei diſpenſatione, defuncto, iam ſatis clarum erat iſtum*, nempe Magnobodum *, *diuino iudicio poſtulari. Communibus igitur votis electus eſt, & ſecundùm Dei diſpoſitum Eccleſiæ Andecauenſi præſidere compulſus.* Pontificatum Cardulphi, qui *poſt modicum* ab obitu ſancti Licinij defunctus eſt, annuum interpretamur. Magnobodus autem Cardulphi ſucceſſor Præſulatum iniit anno Chriſti ſexcenteſimo ſexto, ipſemet enim annum ordinationis ſuæ decimum cum anno Clotarij Regis triceſimo-tertio ſiue cum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſexto comparauit in præfatione quam vitæ ſancti Maurilij præfixit, vt anno ſequenti probabimus. *Sepultus eſt* beatus Licinius *cum magnifico honore in Eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ, quam ipſe à nouo fundauerat, in qua agmina Monachorum congregauerat, & in ea regulariter militare conſtituerat.* Lege illius vitam [d] ab Anonymo Andegauenſi & ſuppare compoſitam. Grandinus teſtatur ſancti Licinij corpus, oſſa, ac cineres, thecis affabrè factis incluſa, religioſè aſſeruari in ea Eccleſia, quam ſancti Ioannis Baptiſtæ honori ædificarat, ſacras item veſtes, quibus amictum eius cadauer tres & triginta annos in terra iacuit, etiamnum poſt tot ſecula, incorruptas integráſque extare. Addit plurimas confluere ad eam Ædem prægnantes mulieres, etiam è longinquis regionibus, & ſancti Antiſtitis ſeſe zonâ reuerenter præcingentes, felicem ſibi partum precari, plurimáſque hinc certam experiri opem. Marbodus illam Baſilicam extra ciuitatem non longè à muris à Licinio ædificatam docet cùm in vita beati Licinij, tum in vita ſancti Magnobodi; nam in priore vita Licinium ſic laudat. *Cœperat vir ſanctus ædificare Monaſterium extra ciuitatem non longè à muris, quod poſtmodum rebus & poſſeſſionibus copioſè dotatum in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ, sicut optauerat, dedicauit.*

LICINII EP. ANDEGAVENSIS OBITVS.

* Magnobodum [margin: Maunbenſ.]

SEPVLTVRA.

[d] Ap. Bolland. d. 13. Febr.

AN. CH. 605. CLOTAR. II. R. 22. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 10.

dedicauit. Et in poſteriore Magnobodum ſic commendat. *In ſuburbio ciuitatis ſuæ cœpit ædificare Monaſterium, exemplo videlicet beati Magiſtri & Prædeceſſoris ſui Licinij.* Scripſit exeunte vndecimo ſeculo, quo tempore prædicta Baſilica dicebatur Ecelesia ſancti Licinij, vnde & idem Author in vita ſancti Magnobodi de beato Licinio hæc habet. *Conſtruxit à fundamentis Eccleſiam ſumptuoſi operis ac præclari, quæ ex ipſius nomine nunc vocatur.* Eſt hodie intra ciuitatem, decoratúrque collegio Canonicorum, & appellationem ſortitur à ſancto Iuliano, tamen in ea Saeellum eſt ſancti Licinij. Colitur beatus Licinius variis diebus, ac præcipuè Idibus Februariis, qui dies eleuationis creditur poſt annos triginta-tres ab eius obitu. Habuit ſucceſſorem in Epiſcopatu Catdulfum, euius meminerunt Demochates, Chenutius, Robertus, aliíque.

III. ECCLESIA S. MARIÆ TARVAN.

Hoc anno, ſi Chronici Morinenſis Author benè ſupputauit, Clotarius Rex, Taruannæ ad dextrum viæ Romanæ latus, quâ ſurſum ad biuium Itiúmque pergebatur, Templum ad eximium Deiparæ decus cœpir conſtruere vectigalibus in æuum ampliſſimè colligendis conſummandum. Verùm hoc opus ad coronidem minimè perductum eſt refrigeſcente Taruannenſium zelo.

IV. AVNARIVS EP. AVTIS. MORITVR.

Beatiſſimus Aunarius Epiſcopus Autiſſiodorenſis, *Eccleſiam diuinitus ſibi commiſſam cùm per* XL. *& quatuor annos, menſe vno, diebus viginti tribus, ſtrenuè gubernaſſet, tandem diu optatam ad patriam die* VII. *Kalend. Octobris, duce Chriſto, migrauit.* Ita Author [a] vitæ. Si verò fides eſt Hiſtoriæ Epiſcoporum Autiſſiodorenſium [b], *ſedit annos* XLIII. *menſes* X. *dies* XX. *& miraculorum gloriâ clariſſimus die* VII. *Kalend. Octobrium migrauit ad Chriſtum.* Neuter calculus ſtare poteſt. Aunarius enim, priuſquàm in Autiſſiodorenſem Pontificem aſſumeretur, eruditus eſt à Syagrio Auguſtodunenſi iam Antiſtite, obiitque ante annum Chriſti ſeptimum ſupra ſexcenteſimum, quia Deſiderius eius ſucceſſor, qui multas res cum Brunichilde Regina commutauit, Præſulatum tenuit annis octodecim, & Palladius qui eidem Deſiderio ſucceſſit, Concilio Remenſi ſubſcripſit anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, vt ſuo loco probaturi ſumus. Vt rectè conſtet Autiſſiodorenſium Epiſcoporum Chronologia, reſecandos putamus annos decem ex vulgato Aunarij Pontificatu, eóque lubentiùs in eam imus ſententiam, quòd Palladio, cui viginti-ſex duntaxat anni tribuuntur in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, aſſignandi ſunt dubio procul anni triginta-ſex, vt Vigilius eiuſdem Palladij ſucceſſor Martyrio ſancti Leodegarij ſuperſtes oſtendatur. Sic ab Aunarij ordinatione in Epiſcopum vſque ad mortem Vigilij cum Autiſſiodorenſi Chronologo annos numerabimus centum ac quindecim, ſed non eâdem vtemur partitione, ille enim Aunario Præſulatûs annos præbuit quadraginta-tres, menſes decem, dies viginti, aut potiùs eum Authore vitæ, neque enim ab illo diſcrepare voluit, annos quadraginta-quatuor, menſem vnum, dies pluſquàm viginti, & Palladio annos viginti-ſex cum tribus menſibus, nos verò annos triginta-tres, menſes decem, dies viginti-quinque Aunario, Palladio triginta-ſex annos cum tribus menſibus attribuemus. Quòd autem Chronographus Autiſſiodorenſis ab Auctore vitæ non differat, id ex eo patet, quòd ſibi non conſtaret, ſi præter annos completos Aunatio Pontifici, quem ſeptimo Kalendas Octobris demortuum fatetur, menſes aſſignaret decem cum diebus viginti, ait enim poſt Ætherij mortem, quam ſexto Kalendas Auguſtas refert, Epiſcopatum vacaſſe *dies* IV. & Aunarium Epiſcopatûs ſui officium ſuſcepiſſe *ipsâ die feſtiuitatis Beatiſſimi Germani pridie Kal. Auguſtarum*, à quo die ad ſeptimum ante Kalendas Octobres intercedit vnus duntaxat menſis cum diebus viginti-quinque. Obiit igitur ſanctus Aunarius ſeptimo Kalendas Octobris, hoc anno, poſtquàm Autiſſiodorenſem Eccleſiam annis triginta-quatuor, menſe vno, diebus viginti-quinque feliciter adminiſtraſſet. Sepultus eſt iuxta prædeceſſores ſuos in Baſilica ſancti Germani. Colitur in Tabulis Eccleſiaſticis ſeptimo Kalendas Octobris. Ceſſauit Epiſcopatus diebus ſeptem.

[a] Apud Philip. Labb. tom. 1. biblioth.
[b] Cap. 19.

CHRONOLOGIA EPP. AVTISS.

V. GESTA AVNARII.

Sanctus Aunarius patriâ fuit Aurelianenſis, genere nobiliſſimus, patre cui

AN. CH. 605. CLOTAR. II. R. 22. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 10.

nomen Paſtot & marre Ragnoarâ natus ampliſſimas facultates poſſedit, quarum hæredem ſanctam Eccleſiam conſtituit. *Dedit* [a] *Baſilica ſancti Stephani agros villiſque qua ei paterno iure ceſſerant, hoc eſt, Brioderum cum Venolio & cateris appendiciis ſuis, Noluetum quoque & Gaionuum, ſimúlque Oſcellum cum appendiciis eorum, in pago denique Aurelianenſi ſiue Bleſenſi Meldunum & Brigium cum appendiciis ſuis, Roccam quoque & Manuiſum & Villarcm cum appcudiciis eorum, atque villam Boue cum appendiciis ſuis. Similiter dedit & Baſilica Domini Germani, (vbi corpus ſuum ſepultura mandari decreuerat) agrum quendam nobiliſſimum in pago Waſtanenſi, qui Corbilias dicitur, cum omnibus appendiciis ſuis, vt in pago Aualenſi Decimiacum cum Vidiliaco & Calminiaco caterĭſque appendiciis eorum, necnon & in pago Senonico Baldiliacum cum appendiciis ſuis.* Tranſeamus ad ſueceſſotem.

[a] Hiſt. Epiſc. Autiſſ. c. 19.

VI. DESIDERIVS SVCCEDIT.

Deſiderius natione Aquitanus ex matre Necteria, ſedit annos X. *&* VIII. *dies* XXV. *vir nobiliſſimus atque mitiſſimus, amator Cleri atque totius ſancta religionis. Cuius ſacularis dignitas tanta extitit, vt ei nemo ſuo tempore quamuis potentiſſimus ex aquo ſe conferre potuerit. Fuit enim propinquus Brunechildi Regina, & filiis eius tam Francorum quàm Burgundorum Regibus. Quorum munificentiâ principali ingentem pradiorum amplitudinem conſecutus eſt, huius genitrix iam dicta Necteria in Monaſterio ſancti Amanty, quod eſt ſitum in pago Cadurcino, ſepulta requieſcit. Quod idem poſteà in matris memoriam, & venerationem reliquiarum Sanctorum pradeceſſorum ſuorum Germani atque Amatoris, quas ipſe ibidem deportauerat, honeſtis donariis, & maximâ fundorum dote perornauit. Adeò diues extitit, vt nulla vel mediana Burgundia vel Aquitanica prouincia principalis Eccleſia inueniatur, quam non rebus auxerit peropimis.* Hæc leguntur in Hiſtoria [b] Epiſeoporum Autiſſiodorenſium, & ab Autiſſiodorenſi Monacho quem Camuzatus publicauit redacta ſunt in epitomen.

[b] Cap. 20.

---

606. CLOTAR. II. R. 23. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 11.

ANNVS
CHRISTI 606.
CLOTARII II. R. 23.
THEODOBERTI II. R. 11.
THEODORICI II. R. 11.

I. BERTVLFVS ABB. GLANNAF. OBIIT.

ANNO Chriſti ſexeenteſimo-ſexto, cùm biennium ab obitu beati Mauri effluxiſſet, Bertulfus Abbas Glannafolienſis obiit. In regimen Monaſterij ſucceſſit Florianus, qui fruſtrà varias preces adhibuit, vt Fauſtum Monachum Glannafolij retineret, ipſemet enim Fauſtus Lateranenſes fratres in vita ſancti Mauri ſub finem ſic alloquitur. *Poſt obitum ipſius ſancti viri,* nempe Mauri, *cùm ego vnà cum Simplicio, ſicut ipſe nobis ipſo die depoſitionis ſua preceperat, ad noſtrum decreuiſſem reuerti Monaſterium, vir Domini Bertulfus nos obteſtando deprecatus eſt, ne illum, quoad viueret, deſereremus tempore. Quem cùm offendere pro ſua ſanctitate auſi non fuiſſemus, per biennium, quo ſuperuixit, cum illo commorati ſumus. Quo defuncto cùm Florianus vir totius religionis, filius doctoris noſtri Harderadi, qui à beato Mauro nutritus fuerat, ei in Monaſtery regimine ſucceſſiſſet, ac nos multis precibus retinere voluiſſet, reuerſi ad vos, ô ſanctiſſimi Patres, Deo gubernante ſumus, atque hac veſtris obſecundantes imperiis, de vita & conuerſatione ſeu virtutibus beati Mauri, imperito licet ſermone, conſcripſimus.* Reliquum tamen annum in Gallia tranſegit Fauſtus, nee Romam peruenit niſi anno ſequenti, eùm Bonifaeius Tertius Eccleſiæ Catholieæ iam præeſſet, vt Leo Oſtienſis in Chronieo [c] Caſinenſi docet his verbis. *Tertio intereà Bonifacio Apoſtolica Sedi praſidente, memoratus Fauſtus, qui cum beato*

[c] Lib. 1. c. 3.

AN. CH. 606. CLOTAR. II. R. 23. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 11.

Mauro ad Gallias perrexerat, ad prædictum Lateranenſe Cænobium rediit, atque à beato Theodoro (qui tunc poſt ſanctæ memoriæ Valentinianum tertius eandem Congregationem regebat) rogatus atque compulſus, Hiſtoriam de vita beati Mauri ſignatâ veritate conſcripſit, quam idem Papa Bonifacius approbans, ſuâ auctoritate roborauit. Vt autem Bonifacij Pontificatum in annum ſequentem reiiciamus, monet nos hic Anaſtaſij calculus. Poſt mortem Gregorij Magni, quæ quarto Idus Martias, anno Chriſti ſexcenteſimo-quarto, Phocæ Imperatoris ſecundo, Indictione ſeptimâ contigit, *ceſſauit Epiſcopatus menſes quinque, dies ſexdecim.* Deinde *Sabinianus ſedit annum, menſes quinque, dies nouem. Qui & ſepultus eſt in Eccleſia beati Petri Apoſtoli, die viceſimâ-ſecundâ menſis February, & ceſſauit Epiſcopatus menſes vndecim, dies viginti ſex.* Tum *Bonifacius ſedit menſes octo, dies viginti octo. Qui defunctus, ſepultus eſt in Eccleſia beati Petri Apoſtoli die duodecimâ menſis Nouembris.* Corrigendæ ſunt minutiæ dierum in ceſſatione Epiſcopatûs poſt obitum cùm Gregorij tum Sabiniani. Poſt obitum Gregorij non legendi ſunt dies ſexdecim, ſed vnus ac viginti, & poſt obitum Sabiniani non dies viginti ſex ſed viginti duo. Atque ita Sabinianus iniit Pontificatum anno Chriſti ſexcenteſimo-quarto poſtridie Kalendas Septembres, obiitque octauo Kalendas Martias hoc anno, Chriſti ſexcenteſimo-ſexto, cùm ſediſſet annum vnum, menſes quinque ac dies nouem, ſucceſsitque Bonifacius decimo-ſexto Kalendas Martias, anno Chriſti ſexcenteſimo-ſeptimo.

II. Circa hæc tempora Brunichildis Regina per manus Deſiderij Pontificis Autiſſiodorenſis *obtulit Deo & ſancto Stephano Calicem miræ pulchritudinis ex lapide onychino auro puriſſimo decoratum*, vt habet Hiſtoria [a] Epiſcoporum Autiſſiodorenſium.

III. Hoc anno, qui Theodorici Regis vndecimus numeratur, Maiordomûs in locum Protadij ſubrogatus eſt Claudius itidem Romanus genere, de quo plura Fredegarius [b] & Aimoinus [c].

IV. MAGNOBODVS FIT EP. ANDEG.

Hoc eodem anno, Clotarij Regis viceſimo-tertio, Magnobodus Cardulpho in Epiſcopatum Andegauenſem ſucceſſit, annum enim ordinationis ſuæ decimum cum anno prædicti Regis triceſimo-tertio poſteà comparauit in præfatione quam vitæ ſancti Maurilij ſic appoſuit. *In Chriſti nomine ego Magnobodus Epiſcopus, ac ſi peccator, Eccleſiæ Andegauæ, ſecundùm titulos Iuſti Presbyteri, vitam ſancti Maurilij * Epiſcopi & Confeſſoris, vt ruſticitas mea compos fuit, ſimpliciter planéque quantùm potui explicaui, in anno decimo ordinationis meæ & in anno trigeſimo-tertio Principis Domini noſtri Chlotarij Regis, cum fidelitate paterna & amore fraterno.* Bollandus [d] in commentario præuio ad vitam ſancti Licinij citat duas beati Magnobodi vitas, quarum alteram Anonymus, alteram Marbodus tunc Andegauenſis Archidiaconus conſcripſit. In vtraque multa reperiuntur menda, quoad ætatem Magnobodi, nonnulla iam emendauimus, cùm ageremus de beato Licinio, qui Magnobodum Clero aſcripſit, per gradus Eccleſiaſticos ad Preſbyteratum prouexit, Abbatémque Monaſterio Colonetenſi præfecit. Alia quoque occurrunt hoc loco examinanda & corrigenda. Magnobodum, annuente Dagoberto Clotarij filio tunc Rege, ſubrogatum Licinio ſic tradit Anonymus. *Cùm omnipotens Dominus Præſulem Andecauenſem*, nempe Licinium de quo priùs loquebatur, *ab hac ærumnoſa ac caduca vita vellet abſoluere, & beatum Magnobodum in Eccleſia ſua Paſtorem conſtituere, infirmitate cogente, viribus cœpit deſtitui propriis. Qui fratrum ad ſe conuocans examina, viaticum petiit, & perceptâ ſacri Corporis Chriſti Euchariſtiâ, à diſcipulis ſumma cum diligentia terræ conditus eſt, reſurrecturus cum gloria. Illo ita aſſumpto, plebs vniuerſa Andecauenſium, tam Clericalis quam laicalis, in vnum coaceruata, parili animo, vnà cum conſenſu inclyti Francorum Regis Dagoberti, filij Lotharij, Magnobodum ſibi fieri Paſtorem adclamare cœpit.* Et paucis interiectis. *At verò beatus Magnobodus, vt aſſenſus populi ferebat, infulam Sacerdotalem adeptus, voto omnium fauente in Cathedra Epiſcopali ſublimatur.* Ab Anonymo Mar-

[a] Cap. 20.

[b] Cap. 28.

[c] Lib. 3. c. 92.

* S. Maurille.

[d] d. 13. Febr.

AN. CH. 606. CLOTAR. II. R. 23. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 11.

bodus in eo diſcrepat, quòd Magnobodum non immediatè ſuffectum Licinio ſcribit, ſed initium Pontificatûs in Dagoberti Regis tempora ſimiliter differt. *Communibus*, inquit, *omnibus votis, cum aſſenſu Dagoberti Regis, ad quem iam ſucceſſio regni deſcenderat, electus eſt, & ſecundùm Dei diſpoſitum, Eccleſia Andegauenſi præſidere compulſus.* Magnobodum regnante Dagoberto aſſumptum in Pontificem volunt hi Scriptores, quia natum exiſtimant anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto, aut etiam ſeriùs vel anno Chriſti ſexcenteſimo vel anno Chriſti ſexcenteſimo quarto, quando *Lotharius, filius Chilperici, cum conſanguineis ſuis, Theoderico ſcilicet & Theudeberto, adhuc intra adoleſcentia annos conſtitutus, exortis vndique grandiuum ſimultatibus, litem exercebat.* Sed erroris arguuntur duobus præualidis argumentis, ipſemet enim Magnobodus & decimum ſui Pontificatûs annum triceſimo-tertio Clotarij Regis anno illigauit, & Concilio ſubſcripſit Remenſi, quod anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo quinto & Clotario Rege adhuc ſuperſtite celebratum multæ res oſtendunt, quas ſuo loco fuſiùs exponemus. Ceterùm licèt Magnobodus teſtetur annum decimum ſui Præſulatûs in annum triceſimum-tertium Clotarij Regis incidiſſe, non inde ſequitur eum factum Epiſcopum regnante Andegaui Clotario. Scripſit quidem anno ſui Pontificatûs decimo, Clotarij Regis triceſimo-tertio, id eſt, Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſexto, cùm vniuerſa Francia Clotario Regi ſubiacebat; ſed iniit Epiſcopatum anno Chriſti ſexcenteſimo ſexto, cùm Francia in tres partes diuiſa totidem Regibus, Clotario ſcilicet ab annis tribus ac viginti, Theodoberto & Theodorico fratribus ab annis vndecim, ſubiiciebatur. Tunc autem Andegauum parebat Theodorico, anno enim Chriſti ſexcenteſimo tranſiit à Clotario ad Theodoricum iuxta conditiones [a] pacis inter vtrumque Regem initæ, nec rediit ad partes Clotarij quamdiu Theodoricus vixit, erat adhuc in poteſtate Theodorici Regis anno Chriſti ſexcenteſimo decimo cùm Columbanus Abbas Luxouio Namnetas abductus fuit, vt ad illum annum probaturi ſumus.

[a] Fredeg. c. 20.

607. CLOTAR. II. R. 24. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 12.

ANNVS
CHRISTI 607.
CLOTARII II. R. 24.
THEODOBERTI II. R. 12.
THEODORICI II. R. 12.

I. FAVSTI REDITVS IN ITALIAM.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo ſeptimo, cùm Romana Sedes ab obitu Sabiniani vacaſſet menſes vndecim ac dies viginti-duos, Pontificatum decimo-ſexto Kalendas Martias iniit Bonifacius Tertius, de quo ſic Anaſtaſius diſſerit. *Bonifacius ſedit menſes octo, dies viginti-octo. Qui defunctus, ſepultus eſt in Eccleſia beati Petri Apoſtoli die duodecimâ menſis Nouembris.* Eo ſedente Romam Glannafolio ſe contulit, & vitam beati Mauri ſcripſit Fauſtus Monachus, vt Leo Oſtienſis in Chronico Caſinenſi [b] teſtatur his verbis. *Tertio intereà Bonifacio Apoſtolica Sedi præſidente, memoratus Fauſtus, qui cum beato Mauro ad Gallias perrexerat, ad prædictum Lateranenſe Cœnobium redit, atque à beato Theodoro (qui tunc poſt ſancta memoria Valentinianum tertius eandem Congregationem regebat) rogatus atque compulſus, Hiſtoriam de vita beati Mauri ſignatâ veritate conſcripſit, quam idem Papa Bonifacius approbans, ſuâ auctoritate roborauit.* Falluntur plerique, qui Fauſtum aut rediiſſe Caſinum aut obiiſſe Caſini putant. Antequàm Fauſtus è Gallia pedem efferret, iamptidem Caſinenſe

[b] Lib. 1. cap. 3.

Monaſterium à Longobardis euerſum fuerat, & fratres Congregationis Caſi- AN. CH.
nenſis cùm Romam ſe recepiſſent, ibi Cœnobium ad Baſilicam Lateranenſem 607.
incolebant. Monaſterium Caſinenſe, quamdiu ſtetit, rexerunt Abbates quinque, ſanctus Benedictus, Conſtantinus, Simplicius, Vidalis & Bonitus. Hic CLOTAR.
diruto Caſino Romam cum ſodalibus migrauit, & ſucceſſores in adminiſtra- II. R. 24.
tione Cœnobij Lateranenſis habuit Valentinianum, Gregorium ac Theodo- THEO-
rum, quo regnante Fauſtus vitam beati Mauri ſub Bonifacio Tertio Papa con- DOB. II.
ſcripſit. Ita Yepezius in Chronico Benedictino. Ab illo Caſinenſium ac Late- THEO-
ranenſium Abbatum catalogo non recedit Gregorius Author coætaneus in DOR. II.
prologo ad ſecundum librum dialogorum, quamuis malè intellectus complu- RR. 12.
res, atque inprimis Baronium [a] in errorem traxerit. Textus Gregorij talis eſt. *Huius ergo*, nempe ſancti Benedicti, *omnia geſta non didici, ſed pauca quæ narro quatuor de diſcipulis illius referentibus agnoui, Conſtantino ſcilicet reuerentiſſimo valdè viro qui ei in Monaſterij regimine ſucceſſit, Valentiniano quoque qui annis multis Lateranenſi Monaſterio præfuit, Simplicio qui Congregationem illius poſt eum tertius rexit, Honorato etiam qui nunc adhuc cellæ eius, in qua priùs conuerſatus fuerat, præeſt.* Hinc multi contendunt quatuor Abbates, qui proximè poſt ſanctum Benedictum Congregationem ſeu Caſinenſem ſeu Lateranenſem gubernarunt, ita recenſendos, vt primo loco Conſtantinus, ſecundo Valentinianus qui Romam confugerit, tertio Simplicius, vltimo ponatur Honoratus. At Gregorius textu ſuprà citato non decreuit Abbatum Caſinenſium, deinde Lateranenſium indicem texere, ſed literis commendaturus res à ſancto Benedicto præclarè geſtas, vt potiorem ſibi fidem conciliaret, ſtatuit ſub initium ſui operis in teſtes vocare quatuor eiuſdem Benedicti diſcipulos, Conſtantinum, Valentinianum, Simplicium & Honoratum, quorum duo Conſtantinus videlicet & Simplicius Caſinenſi, Valentinianus Lateranenſi, Honoratus Sublacenſi Monaſterio præfuerunt. Gregorius dialogos ſcripſit quarto ſui Pontificatûs anno, peſtem enim quæ Romam illo quo Papa creatus eſt anno vaſtauit, ante triennium accidiſſe ſic affirmat libro quarto [b] in obitu cuiuſdam Stephani. *Ante triennium in hac peſtilentia, quæ hanc vrbem clade vehementiſſimâ depopulauit, in qua etiam corporali viſu ſagittæ cælitus venire, & ſingulos quoſque ferire videbantur, Stephanus idem defunctus eſt.* Tunc ex quatuor prænominatis beati Benedicti diſcipulis vnus in viuis ſuperſtes erat Honoratus Abbas Sublacenſis, ſiue Abbas cellæ in qua ſanctus Benedictus conuerſatus priùs fuerat quàm Monaſterium Caſinenſe construeret, vt apud Gregorium declarant hæ voces iam recitatæ, *qui nunc adhuc cellæ eius, in qua priùs conuerſatus fuerat, præeſt.* Ceteri diem obierant, Conſtantinus & Simplicius Caſini, Valentinianus Romæ. Nam Caſinenſe Monaſterium adminiſtrarant Conſtantinus à beato Benedicto ſecundus, & Simplicius ab eodem Benedicto tertius, ſiquidem teſte Gregorio Conſtantinus *ei*, nempe Benedicto, *in Monaſterij regimine ſucceſſit*, & Simplicius *Congregationem illius poſt eum tertius rexit*; Abbas verò Lateranenſis extiterat Valentinianus, *qui*, teſte eodem Gregorio, *annis multis Lateranenſi Monaſterio præfuit.* Vt autem apud Gregorium inter Abbates Caſinenſes tertius eſt à beato Benedicto Simplicius medio inter vtrumque Conſtantino, ſic apud Leonem Oſtienſem inter Abbates Lateranenſes tertius eſt à Valentiniano Theodorus medio inter vtrumque Gregorio. Quapropter prologus, quem Fauſtus vitæ beati Mauri præfixit, interpolatus ac deprauatus videtur ab Odone, cùm ibi nunc Fauſtus ad Caſinenſe Monaſterium, à quo temporibus beati Benedicti profectus fuerat, ſe reuerſum affirmet his verbis. *Ego itaque cùm longè poſt tranſitum egregij Confeſſoris Chriſti Benedicti Magiſtri noſtri, operum mirabilium patratoris, ſepulto iam beatiſſimo Mauro, & duobus comitibus noſtris, Conſtantiniano ſcilicet & Antonio, ad noſtrum Monaſterium, vltimam penè iam agens ætatem, vnà cum Simplicio, iuxta mandatum beati Mauri fuiſſem regreſſus, compulſus ab omnibus fratribus Caſinenſis Cœnobij, de quo profecti fueramus, & præcipuè à religioſiſſimo viro, ac cum honore nominando Theodoro, qui tertius poſt*

[a] Ad an. 581. num. 10.

[b] Cap. 36.

ſancta memoriæ Valentinianum prolixiori tempore Lateranenſis Congregationem rexit Monaſterij, Hiſtoriam de vita & conuerſatione, ſiue etiam de profectione eiuſdem beatiſſimi Mauri, nec non etiam de conſtructione Cœnobij, quod, Deo ſe iuuante, ſtrenuè atque comptiſſimè ædificauit, quin & de miraculis, quæ per illum Dominus ad laudem & gloriam nominis ſui operari dignatus eſt, quæ & nos ipſi coràm poſiti, oculis noſtris inſpeximus, altiùs & ab ipſa eius repetens infantia, ſcribere ſum aggreſſus ad omnium ædificationem Monachorum. Plerique neotericorum, cùm ex interpolata beati Mauri vita colligunt Fauſtum in Gallia vixiſſe tantùm annis quadraginta tribus, atque anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto in Italiam rediiſſe Pelagio Secundo Romanæ Sedi tunc præſidente, non ſatis attendunt in textu proximè citato vim harum vocum, *vltimam penè iam agens ætatem*, nam Fauſtus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto vix maior erat ſexagenario, quia Caſinenſe Monaſterium, cuius, vt Baronius & Yepezius ex antiquis Scriptoribus probant, prima fundamenta ſanctus Benedictus anno Chriſti quingenteſimo vndetriceſimo iecit, adiit ſeptem adhuc annorum puer, vt ipſemet in prædicto prologo ſcribit. *Cum à parentibus meis*, inquit, *omnipotentis Dei ſeruitio nutriendus, ſecundùm regularis normam inſtitutionis, ſeptennis beato Benedicto in eius ſanctiſſimo Cœnobio, quod idem totius ſanctitatis vir in Caſino ædificauerat caſtro, traditus fuiſſem.* Deinde, ſi Fauſtus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſexto vltimam penè iam agebat ætatem ſub Pelagio Secundo Papa, vitam beati Mauri poſt annos vnum ac viginti Bonifacio Romano Pontifici non potuit offerre, quod tamen à ſe factum ſic in eodem prologo teſtatur. *Hoc opuſculum beatiſſimo Papa Bonifacio oſtendi, quod ipſe ſanctiſſimus Pontifex approbans dignum laude duxit,*

ÆTAS. *ſuâque ſanctâ auctoritate roborauit.* Ætatem Fauſti meliùs ſupputamus. Fauſtus adhuc ſeptennis anno circiter Chriſti quingenteſimo triceſimo-ſecundo traditus eſt ſancto Benedicto tunc Abbati Caſinenſi; venit in Gallias anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-tertio, ætatis circiter duodeuiceſimo; in Italiam temporibus Bonifacij Tertij Papæ rediit anno Chriſti ſexcenteſimo-ſeptimo vltimam penè iam agens ætatem vtpote natus annos circiter duos & octoginta. Fauſto par erat ætate Theodotus Abbas Lateranenſis, quem Odo Glannafolienſis Abbas in præfatione ad vitam beati Mauri refert inter diſcipulos ſancti Benedicti, dum ait viſos à ſe *quaterniunculos nimiâ penè vetuſtate conſumptos, antiquariâ & obtuſâ olim conſcriptos manu, vitam beati Benedicti, ac quinque diſcipulorum eius continentes, Honorati videlicet, Simplicij,*

SCRIPTA. *Theodori, Valentiniani atque Mauri.* Petrus Diaconus in libro de ortu & vita Iuſtorum ſacri Cœnobij Caſinenſis, Fauſtum Romæ ſepultum tradit in Monaſterio Lateranenſi, nec vllam illius aliam lucubrationem recenſet præter beati Mauri vitam, quam cum ipſo prologo ab Odone interpolatore depra-

SANCTITAS. uatam iterum atque iterum dolemus. Obiit Fauſtus decimo-quinto Kalendas Martias, quo die colitur in Martyrologiis Benedictinis, vnde patet illum ſuperuixiſſe Bonifacio Tertio Papæ, qui vitam hoc anno clauſit pridie Idus Nouembris. Ceterùm in Italiam è Gallia cum beato Fauſto reuerſus eſt Simplicius, vt ex ſupradictis conſtat, atque inde duos diſtingue Simplicios ſancti Benedicti diſcipulos, quorum alter Abbas Caſinenſis fuit tertius à beato Benedicto, & in Martyrologiis Ordinis Benedictini quarto Kalendas Aprilis inter Sanctos annumeratur, alter Caſino Glannafolium cum beato Mauro venit, nec locum in Faſtis Sanctorum obtinet.

II. DVCES BOIOARIÆ. Auentinus [a] Thaſſilonem, quem Childebertus Francorum Rex Boiis Ducem præfecerat, mortuum vult anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-octauo, Brunnetus verò in indice Chronologico, quem primæ parti Annalium Boiorum ſubiecit, eiuſdem Thaſſilonis obitum circa annum Chriſti ſeptimum poſt ſexcenteſimum contigiſſe ſcribit. Potiorem ſibi fidem conciliat poſterior ſententia, innititur enim authoritate Pauli Diaconi [b], apud quem Gregorio Magno Romano Pontifici Thaſſilo Dux, Thaſſiloni Duci

[a] Lib. 2.

[b] Lib. 4. capp. 2. 9. 14.

AN. CH. 607.

CLOTAR. II. R. 24.

THEODOB. II

THEODOR. II. RR. 12.

Theodobertus Francorum Rex ſuperſtes legitur. *Mortuo Thaßilone Baioariorum Duce*, inquit Paulus [a], *filius eius Garibaldus Aguuti* * *à Sclanis deuictus eſt, & Baioariorum termini à prædantibus innaduntur. Baioarij tamen viribus reſumptis, & prædas ab hoſtibus excuſſerunt, & hoſtes de finibus ſuis reppulerunt.* Cetera Garibaldi geſta ignorantur. Auentinus [b] Garibaldum hunc Secundum, quem Garioualdam vocat, patrem Theodonis Quarti, & ex Theodone filio auum Theodoberti Secundi & Theſſaloni Secundi perperam fingit, Garibaldo enim Theſſalo ſeu Theſſalonus ſucceſſit, & teſte eodem Auentino Boios regebat cùm Euſtaſius Luxouienſis Abbas iter in illam regionem ſuſcepit. Creſcebat in dies numerus Chriſtianorum in Boioaria. Præter Saliſburgenſem Epiſcopatum, cui Rupertus præerat, erecti ſunt alij duo, Laureacenſis videlicet ac Patauienſis. Eccleſiam Laureacenſem adminiſtrauit Gerardus, Patauienſem Etchenfridus. Vtrumque prælaudato Ruperto coætaneum fuiſſe teſtatur Auctor Metropoleos Saliſburgenſis in Epiſcopis Laureacenſibus & Patauienſibus.

[a] Lib. 4. c. 14.

* *Innchen ſur le Drane.*

[b] Lib 3.

TRES EPISCOPATVS IN BAIOARIA.

III.

FREDEGARIVS EXAMINATVR.

Apud Fredegarium res huius anni deſcribuntur poſteriori parte capitis duodetriceſimi & capitibus proximè ſubſequentibus. Antequàm de ſingulis iudicium feramus, ob oculos omnia tibi ſunto. Poſterior pars capitis XXVIII. *Anno* XII. *regni Theuderici Vncelenus, qui ad mortem Protady inſidioſè fuerat locutus, inſtigante Brunechilde, pede truncato, de rebus expoliatus ad breuitatem perductus eſt.* Caput XXIX. *Wlfus Patricius, idémque Brunechilde inſtigante, qui mortem Protady conſilio ſuo conſenſerat, in Fariniaco villa, iubente Theuderico, occiditur, & in Patriciatum eius Richomeres Romanus genere ſubrogatur. Eo anno natus eſt de concubina Theuderici filius nomine Meroueus, quem Chlotharius de ſancto lauacro ſuſcepit.* Caput XXX. *Eodem anno Theudericus Aridium Epiſcopum Lugdunenſem, Rocconem, & Æborinum Comeſtabulum ad Bettericum Regem Spaniæ direxit, qui exinde Ermenbergam filiam eius Theuderico matrimonio ſociandam adducerent. Ibique datis ſacramentis, vt à Theuderico ne vnquam à regno degradaretur, ipsámque accipiunt, & Theuderico Cabillonno præſentant, quam ille gaudens ſuſcepit. Eadem factione auiæ ſua Brunechildæ virilem coitum non cognouit. Inſtigantibus verbis Brunechildæ auiæ & Theudelanæ germanæ efficitur odioſa. Poſt anni circulum Theudericus Ermenbergam expoliatam à theſauris in Spaniam retranſmiſit.* Caput XXXI. *Bettericus hæc indignans, Legationem ad Chlotharium direxit. Legatus Chlothary cum Betterici ad Theudebertum perrexit. Iterum Theudeberti Legati cum Chlothary & Betterici Legatariis ad Agonem Regem Italiæ acceſſerunt, & vnanimiter hi quatuor Reges cum exercitu vndique ſuper Theudericum inruerunt, vt regnum eius auferrent, & eum morte damnarent, eò quòd tantam de ipſo reuerentiam ducebant. Legatus verò Gothorum euectu nauali de Italia per mare in Spaniam reuertitur. Sed hoc conſilium diuino nutu non ſortitur effectum. Quod cùm Theuderico compertum fuiſſet, fortiſſimè ab eodem deſpicitur.* Caput XXXII. *Eo anno Theudericus conſilio Aridy Epiſcopi Lugdunenſis perfidi vtens, & perſuaſu auiæ ſuæ Brunechildæ, ſanctum Deſiderium de exilio regreſſum lapidare præcepit. Ad cuius ſepulchrum miræ virtutes à die tranſitûs ſui Dominus integrâ aßiduitate oſtendere dignatur. Per quod credendum eſt, pro hoc malo geſto regnum Theuderico & filis ſuis fuiſſe deſtructum.* Caput XXXIII. *Eo anno, mortuo Betterico, Siſebodus Spaniæ ſucceßit in regnum, vir ſapiens & in tota Spania laudabilis valdè, pietate pleniſſimus. Nam & aduersùs manum publicam fortiter dimicauit, prouinciam Cantabriam Gothorum regno ſubegit, quam aliquando Franci poſſederant. Dux Francio nomine, qui Cantabriam in tempore Francorum rexerat, tributa Francorum Regibus multo tempore impleuerat. Sed cùm à parte Imperij fuerat Cantabria reuocata, à Gothis (vt ſuprà legitur) praeoccupatur, & plures ciuitates ab Imperio Romano Siſebodus in litore maris abſtulit, & vſque fundamentum deſtruxit. Cúmque Romani ab exercitu Siſebodi trucidarentur, Siſebodus dicebat pietate plenus. Heu me miſerum, cuius tempore tanta ſanguinis effuſio fitur! Cuicunque poterat occurrere, de morte liberabat. Confirmatum eſt regnum Gothorum in Spania per maris littora vſque*

AN. CH. 607. CLOTAR. II. R. 24. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 12.

Pyrenæos montes. Caput XXXIV. *Ago Rex Langobardorum accepit vxorem Grimoaldi & Gundoaldi germanam, nomine Theudelindem ex genere Francorum, quam Childebertus habuerat deſponſatam. Qui cùm eam conſilio Brunechilda poſtpoſuiſſet, Gundoaldus cum omnibus rebus ſe cum germana Theudelinde in Italiam tranſtulit; & Theudelindem in matrimonium Agoni tradidit. Gundoaldus de gente nobili Langobardorum accepit vxorem, de qua duos filios habuit hiis nominibus, Gundebertum & Haribertum. Ago Rex filius Autharij Regis, de Theudelinde habuit filium nomine Odoaldum, & filiam nomine Gundobergam. Dum Gundoaldus à Langobardis nimiùm diligeretur, factione Agonis Regis & Theudelindæ, cùm ipſum iam zelo tenerent, vbi ad ventrem purgandum in faldaone ſedebat, ſagittâ ſaucius moritur.* Caput XXXV. *Anno* XIII. *regni Theuderici*, &c. Caput XXXVI. *Anno* XIV. *regni Theuderici*, &c. Porrò caput triceſimum-tertium, quod integrum deſcripſimus, abeſt à Codice Metenſi, continétque nonnulla quibus Scriptores rerum Hiſpanicarum refragantur, vt infrà probaturi ſumus.

IV. Hæ voces, *poſt anni circulum*, quæ leguntur in poſtrema parte capitis triceſimi, locum dubitationi ſubminiſtrant, vtrùm pars illa poſtrema capitis triceſimi, & quatuor capita ſubſequentia pertineant ad annum Theodorici Regis duodecimum, an verò ad decimum-tertium cum capite triceſimo-quinto, cui annus XIII. regni Theuderici præfigitur. Atque inde quæſtio mouetur, an Deſiderius Viennenſis Epiſcopus hoc anno Martyrium aut ſequenti ſubierit. Pro priori ſententia ſtat Ado in paſſione ſancti Deſiderij, quam Henricus Caniſius [a] ex Bibliotheca ſancti Galli publicauit, in illo enim Codice beatus Deſiderius, quem Fredegarius in quamdam inſulam octauo Theodorici Regis anno [b] retruſum ſcribit, quadriennio tantùm exulaſſe fertur. Adoni ſuffragantur Sigebertus & alij qui ab eiectione Deſiderij in exilium vſque ad eius mortem quatuor duntaxat annos interceſſiſſe tradunt. Nec ab illis Authoribus recedit Aimoinus, dum beati Deſiderij Martyrium priùs refert quàm nuptias Ermenbergæ. Res enim, quas Fredegarius poſteriori parte capitis duodetriceſimi, & capitibus vndetriceſimo ac triceſimo-ſecundo deſcripſit, ſic enarrat capite nonageſimo-tertio libri tertij. *Anno* XII. *regni Theodorici, Vncelenus, qui fallaciâ ſuâ Protadio cauſa mortis extiterat, inſidiis Brunechildis pede truncatus, rebúſque ſuis expoliatus egens eſt redditus. Wolfus quoque Patricius, eò quòd in necem iam dicti conſenſiſſet Protadij, Fariniaco villâ ſuggerente Brunechilde iuſſu Theodorici interficitur. Natus etiam eſt ex concubina Theodorici filius, nomine Meroueus, quem Rex Chlotarius de ſacro fonte leuauit. Porrò ſæpedictus Rex Theodoricus, perſuaſionibus Aridij Lugdunenſis Epiſcopi ac auiæ ſuæ Brunechildis deceptus, ſanctum Deſiderium Viennenſem Pontificem exilio reuocatum lapidari præcepit. Ad cuius tumulum miracula creberrimè ſunt oſtenſa.* Deinde ſequenti capite res quas Fredegarius capitibus triceſimo ac triceſimo-primo recitauit, ita commemorat. *Tunc temporis Theodoricus Aridium Præſulem, Rocconem & Eborinum Præfectos equorum, ad Bettricum Regem Hiſpaniæ direxit, qui filiam illius coniugio ſibi ſociandam poſcerent, & ſi pater vellet, iuſiurandum præberent, quòd diebus vitæ ſuæ eam regio non priuaret honore. Cui Bettricus gaudens annuit, puellámque Legatis tradidit. Quam Theodoricus lætus accipiens, primùm vnicè dilexit, quæ tamen maleficiis Brunechildis virum non cognouit. Deinde, faciente eâdem auiâ ſuâ, Theodoricus Hermenbergam (id quippe nomen virgini) theſauris expoliatam abire præcepit ad Hiſpaniam. Hac de re indignatus Bettricus, ad Chlotarium Regem, Theodorici ex patruo genitum, miſit Legatos, qui eum ad belli ſocietatem, expoſitis iniuriæ cauſis, inclinarent. Vbi ille votis eorum viſus eſt ſatisfeciſſe, cum miſſis ipſius ad Theodebertum rectâ proficiſcuntur viâ. Hunc quoque auxilio ſibi affuturum cognoſcentes, rectà ad Agonem Longobardorum Regem, cum ſuprà memoratorum Legatis Regnum iter dirigunt, vt hi quatuor Reges ſuper Theodoricum irruentes, eum vitâ ſimul & regno priuarent, & vindictam contumeliæ Regi Hiſpanorum illatæ ſumerent. Cúmque Theodorico perlatum fuiſſet, huiuſmodi conſilium illos contra ſe ſtruere velle, deſpectui habuit, vt futile. Legatus verò*

[a] Tom. 6. ant. Lect.

[b] Cap 24.

Bettrici

AN. CH. 607. CLOTAR. II. R. 24. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 12.

Betterici cuncta pro quibus venerat ſe autumans impetraſſe, ad Hiſpaniam nauali rediit euectione. Imus iu ſententiam tot Authorum, ſanctum Deſiderium eodem anno paſſum affirmamus, quo Vncelenus ac Wolfus necati ſunt, & Theodorico natus eſt filius Merouens. Præter temporis notam, de qua diſputauimus, ſuper Martyrio beatiſſimi Pontificis occurrunt aliæ difficultates, de quibus inferiùs agemus. Interim audi quid ſentiamus de cæde Vnceleni ac Wolfi déque nuptiis Ermenbergæ.

V. Par eſt credere Theodoricum ab Vnceleno & Wolfo necis illatæ Protadio pœnas hoc anno, regni ſui duodecimo, popoſciſſe, ſed qui contendunt id geſtum eſſe conſilio Brunichildis, nituntur ſolâ ſtupri familiaritate, quam maledici Scriptores Brunichildi cum Protadio fuiſſe fingunt.

VI. FABVLÆ REIICIVNTVR. Vana nobis videntur ac commentitia quæ de matrimonio Ermenbergæ perhibentur. Vt autem ita cenſeamus, tria potiſſimùm nos impellunt argumenta.

VII. Primum ſumitur à pace quâ gauiſus eſt Rex Theodoricus. Certè Witterico Wiſigothorum Regi, ſi quid odij contra Theodoricum concepiſſet, facillimum erat in eius perniciem concitare duos alios Francorum Reges, Clotarium videlicet ac Theodobertum, necnon Regem Longobardorum, quem Fredegarius Agonem, alij Agilulphum vocant. Clotarius enim Theodorico vetus erat hoſtis, Theodobertus nondum abiecerat memoriam nuperi periculi, & Adaualdo Agilulphi ſiue Agonis filio admodum adoleſcenti filiam & ipſam immaturam in ſpem nuptiarum deſponderat. Quapropter cùm nullus è tot Regibus in Theodoricum mouerit, facilè nobis perſuademus nec Ermenbergam à Theodorico ductam ac repudiatam fuiſſe, nec vllam extitiſſe cauſam cur Theodorico Wittericus iraſceretur. Inſtabit fortè quis, afferétque in Fredegarij ſententia mortuum eſſe hoc anno Wittericum, eiúſque obitu nunciato conſilium belli Theodorico inferendi penitus euanuiſſe, ſed Fredegarium erroris arguemus inferiùs, & Wittericum Regem diutiùs vixiſſe probabimus.

VIII. Secundum ſumitur à Ionæ ſilentio in vita ſancti Columbani. Ionas priuſquàm Fredegarius Chronicon exararet, vitam beati Columbani ſcripſit, ibíque cùm multa ſpurcè à Theodorico geſta exprobraret, nullum de repudiata Ermenberga verbum fecit, licèt illo præcipuè loco ſileri non deberet eiuſmodi facinus, ſi patratum à Theodorico fuiſſet.

IX. Tertium ſumitur ab inſcitia Fredegarij circa res exterarum gentium frequenter hallucinantis. Fredegarius aut eius Interpolator in rebus Hiſpaniæ parum verſatus videtur, dum Betterico ſeu Witterico Regi Siſebodum ſeu Siſebutum hoc anno vel ſequenti ſucceſſiſſe tradit, nam teſte [a] Iſidoro Wittericus peruenit vſque ad Eram ſexcenteſimam quadrageſimam-octauam, hoc eſt, ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum, & Gundemarus in adipiſcendo regno Siſebutum præceſſit. Aimoinus in cuius manus hoc Iſidori Chronicon, ſéxque libri à Paulo Diacono de Geſtis Longobardorum inſcripti venerant, Hiſtoriæ ſuæ nihil inſerendum duxit ex capitibus vulgati Fredegarij triceſimo-tertio & triceſimo-quarto præcitatis, quia graues errores in vtroque deprehenderat, in priore quoad res Hiſpanicas ac præcipuè quoad tempus quo mors Witterici Regis conſignari debet, & quoad Witterici ſucceſſorem, in poſteriore quoad res Italicas vt aliâ occaſione ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum obſeruauimus; longè meliùs adhuc feciſſet, ſi nihil etiam retuliſſet ex capitibus Fredegarij triceſimo ac triceſimo-primo, quæ commentitias tantùm exhibent Ermenbergæ nuptias, fabuloſáque Witterici Regis aliorúmque aduersùs Theodoricum Francorum Regem conſilia.

[a] In Chron.

X. De ſancti Deſiderij Viennenſis Epiſcopi Martyrio, quod hoc anno contigiſſe iam diximus, Authorum, qui nunc extant, primus ſcripſit Ionas in vita ſancti Columbani, tum Fredegarius qui Ionæ lucubrationes præ ma-

AN. CH. 607. CLOTAR. II. R. 24. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 12.

nibus habuit, multò ſeriùs Ado qui nono ſeculo Viennenſem Eccleſiam rexit.

XI. Ionas intra triennium ab obitu ſancti Bertulphi Bobienſis Abbatis, cuius mors in annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum incidit, Sanctorum Columbani & Attalæ vitas edidit, in vita ſancti Columbani loquitur de paſſione ſancti Deſiderij, ſed Fredegarius vitâ beati Attalæ lectâ nec benè intellectâ grauem errorem in deſcribendo eodem Martyrio commiſit. Verba Ionæ in vita ſancti Columbani hæc ſunt capite viceſimo-ſexto. *Eo in tempore Theodericus atque Brunechildis non ſolùm aduersùs Columbanum inſaniebant, verùm etiam & contra ſanctiſsimum Deſiderium* * *Viennenſis vrbis Epiſcopum aduerſabantur. Quem primò exilio damnatum, multis iniuriis affligere nitebantur, ad poſtremum verò glorioſo Martyrio coronarunt, cuius Geſta ſcripta habentur, quibus & quantis aduerſitatibus glorioſos apud Dominum meruit habere triumphos.*

* *Didier.*

XII. Fredegarius [a], qui res ſingulas per annos digeſſit, receſſit à Ionæ calculo, nam Martyrium Deſiderij retulit biennio priuſquàm Columbanus Abbas Luxouio pelleretur. Prætereà Martyrij genus quod à Iona prætermiſſum fuit expreſſit, & Aridium Lugdunenſem Epiſcopum, de quo Ionas ſiluit, necis illatæ Deſiderio reum conſtituit. *Eo*, inquit, *anno*, nempe duodecimo regni Theoderici vt expoſitum eſt ſuprà, *Theudericus conſilio Aridy Epiſcopi Lugdunenſis perfidi vtens, & perſuaſu auia ſua Brunechilda, ſanctum Deſiderium de exilio regreſſum lapidare præcepit.*

[a] Capp. 32, 36.

XIII. Ado Viennenſis Epiſcopus in ſuis ad Eccleſiam Viennenſem literis hoc ipſum ſancti Deſiderij Martyrium copioſiùs deſcripſit. *Deſiderius Viennenſis Eccleſiæ clariſsimus Pontifex, fuit à puero quidem ſanctiſsimè imbutus, vitâ purus, ſcientiâ ſcripturarum non parum eruditus, in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ exercitatè profecit. Inde ad culmen Pontificale prouectus, quanta gratia fuerit, honor Martyrÿ patefecit. Cùm longè latéque fama beati viri Deſiderÿ ſpargeretur, & foris iam miraculis vulgaretur, atque virtus animi ſignis euidentibus patefacta clareſceret, inuidus omnis boni diabolus, in perſecutionem tanti viri inſani pectoris homines inflammat. Et quia videbat Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti gloriam per beatum virum vbique diffundi, quibus artibus valuit tantum opus pietatis extinguere, aggreditur laceſſere illum, & conuiciis afficere primò, deinde etiam iniuriis propulſare, ſicut certa res manifeſtabit. Sed Deſiderius de beatis pauperibus ſpiritu vnus, cuius deſiderium exaudiebat Deus, & præparationem cordis eius audiebat auris eius, in petra fidei fundatus, tundi aduerſitatibus poterat, moueri à ſtatu rectitudinis non poterat. Igitur interfecto Sigiberto Rege factione Fredegundis Reginæ, Brunnehildis Regina cum Theoderico admodum paruulo, Childeberti Regis filio, Burgundiam obtinuit. Fœmina incomparabilis libidinis, quippe quæ non timuerit inceſtuoſiſsimè Merouæo Chilperici filio, mariti ſui nepoti ſe miſceri. Illóque tonſurato, Presbyteróque facto, tali namque ordine pater vix eum potuit coercere, per diuerſorum iuuenum libidines excanduit, turpiſsimum lupanar ipſa ſemetipſam turpiſsimis iuuenibus exponens. Cuius inaudita flagitia, vir Pontifex Deſiderius, zelo timoris Dei inflammatus, reprimere, & corrigere cupiens, tam priuatim quàm publicè, meliorem vitam arripere & pœnitudinem facti habere monebat. Sed quia qui arguit impium, generat maculam ſibi, nouis & inauditis odiis cœpit ſanctum virum deteſtari, ac vt vitam auferret meditari. Sed quia id apertè non poterat, exilio deportari & relegari in quadam inſula virum Dei facit. Vbi quadriennio diuerſis laboribus fatigatus, non tamen auxilio omnipotentis Dei nudatus eſt ac deſtitutus, quippe per quem beneficia infirmis quibuſcumque Deus noſter ibi contulerit. Nam quidam leproſus inſpectante populo tactu beatiſsimi viri mundatus eſt à lepra, quæ totum illum aſperauerat.* Ceteris ſuperſedemus miraculis. *Congregatâ multitudine Sacerdotum, licèt impia fœmina venena malitiæ ſuæ non euomuerit, tamen victa precibus, ſanctum virum ſedi ſuæ vrbíque reformari iubet. Quis dicere ſufficiat, quibus gaudiis receptus fuerit, quot vlnis pietatis à Clero & populo amplexatus, quibus lacry-*

AN. CH. 607. CLOTAR. II. R. 24. THEODOB. II: THEODOR. II. RR. 12.

mis rigatus? Verè Paſtorem pium, quem nullius generis tribulatio à charitate ouium diuellere potuit. Verè beatus populus, qui talem meruit ſuſcepiſſe ductorem. Hic cùm iam totus Martyr eſſet corpore, hoſtiáque Deo placita, vt deſiderium cordis eius tribueretur ei, inſtarétque tempus, vt poneretur in capite eius corona de lapide pretioſo, iterum ſimultate Brunnehildis ac illam conſtuprantium, iubetur venire Pontifex ſanctus ad palatium, quo tunc temporis Theodericus iuuenis reſidebat. Attemptatur itaque vir Dei vtrùm in priori ſententia permaneret, interrogatúſque vtrùm melius eſſet vni viro mulierem coniungi, quàm per diuerſorum iuuenum appetitus libidines ſuas deſpumare; à quo cùm reſponſum eſſet, vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquaque ſuum virum habeat; & fornicatores, & adulteros Deum iudicare, nec licere contaminari templum Spiritûs Sancti, cùm corpora noſtra templum eſſent Spiritûs Dei, & ſi quis templum Dei violaſſet, diſperderet illum Deus. Cùm ergo hæc & his ſimilia vir Spiritu Dei peroraſſet, ilicò nunciantur hæc Brunnehildi. Cœpit furere, virum Dei telis malitiæ ſuæ appetere, & qualiter vitam ei auferret, cum iuuenibus ſuis perquirere. Miſerabile dictu, intra fores Eccleſiæ repulſus vir Dei clauditur, & vt furenti ſatis fieret, clamor popularis à fautoribus ipſius incitatus attollitur. Rebellem hunc & Reipublicæ ac honoris patriæ contrarium. Sciens itaque vir Dei iam ad palmam ſe vocari, maximè cùm id reuelatione Angelicâ patefactum eſſet, intrepidus, imperterritus, fixus totus in Deo horam præſtolatur. Abſtrahitur iterum ab Eccleſia, & Sanctus Domini indignis manibus pertractatur, atque agentibus Bettone, Gaſifredo & Æphane Comitibus, impiiſsimi ſceleris conſiliatoribus, cuſtodiæ mancipatur, atque ad territorium vſque Lugdunenſe perducitur ſuper fluuium Calaronam. Hinc inde vallatus iniquorum hominum turbis, cùm iam videret furentem multitudinem in mortem ſuam velle conſurgere, ſupradictorum iuuenum maximè hortatu, genua in terram figens orationi incubuit, ac pro ſuis perſecutoribus orauit dicens. Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt. Commendo tibi oues, quas gratiâ tuâ ſuſcepi regendas. Non illas luporum rabies diſpergat, ſed in ſancto ouili Eccleſiæ tuæ congregatæ, vinculo caritatis adnexæ, viuant in te de ſpiritu gratiæ, cuſtodiantur in æterna miſericordia tua Ieſu Chriſte fili Dei, qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Inſaniens itaque multitudo, cùm furorem ſuum nequaquam reprimere poſſet, vnus de ſæuientibus corripiens lapidem, cerebro orantis fortiter inliſit, ac mox cerebello rupto ſanguis vndatim profluxit. Alter vallum ex vtraque parte vehementer acutum tam ceruici quam capiti infixit. Sícque ſanctus Pontifex Martyrij palmam adeptus migrauit victor ad Dominum, tributáque eſt ei vita & longitudo dierum in ſæculum ſæculi. Cui ſi non eſt dictum à perſecutoribus, ſacrifica dæmonibus, eſt tamen dictum, conſenti nobis peccantibus, ſile veritatem, vt fruamur capitis amplexibus. Inde verè Martyr quia & veritatem tenuit & dilectionem, exhibuit in correptione patientiam. Mori non pertimuit, vt ſuos quos Chriſto nutrierat, doceret pro veritate etiam conſtanter mortem excipere, quando veritas Chriſtus ſit, & quia nullâ aduerſitate ad vltimum neque morte deberent ſeparari à charitate Chriſti. Verè amabat ipſos à quibus iniuſtè occidebatur, ſuâque pœnâ inſinuabat illis quàm periculoſiſsimè ipſi in æternum punirentur, qui flagitioſè & facinoroſè viuebant, quando ipſe vt ne talibus faueret, non modò committeret, pœnam quamcumque corporis excipere paratus eſſet. Huc vſque Adonis literæ, à quibus non abhorret eiuſdem Authoris Chronicon, vbi de ſancto Deſiderio hæc leguntur. *Poſt Verum Epiſcopum ſanctus Deſiderius ſuccedit. Hic beatiſſimus Brunichildem Reginam ex impietatibus ſuis arguens à comitibus eius ipsâ iubente in territorio Lugdunenſi ſuper fluuium Calaronam perimitur, Martyrque glorioſus cæleſte regnum ingreditur.*

DESIDERIVS EP. VIENN. OCCIDITVR.

XIV. In variis Martyrologiis ſanctus Deſiderius bis colitur, ſemel tertio Idus Februarias, iterum decimo Kalendas Iunias, Martyrium enim decimo Kalendas Iunias in agro Lugdunenſi ſubiit ad fluuium Calaronam, vnde poſteà Viennam tranſlatus eſt tertio Idus Februarias, vt ſuo loco dicturi ſumus. Locus, vbi paſſus eſt, Priſciniacum vocatur in Appendice ad Martyrologium Adonis, & in literis eiuſdem Adonis iam citatis, quæ vitam, Martyrium &

AN. CH. 607.
CLOTAR. II. R. 24.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 12.

Translationem ſanctiſſimi Præſulis claudunt his verbis. *Dies Tranſlationis eius, quando tranſlatus eſt ab territorio Lugdunenſi de Priſciniaco villa, in ſuburbio Viennenſi in Eccleſia beati Petri agitur* III. *Id. Feb.* Errant igitur Paradinus [a] & Rubiſius [b], dum Calaronæ nomen detorquent ad vicinum pagum qui vocatur *Calluyre*, ibi enim ne riuus quidem nedum fluuius viſitur, cùm tamen fluuij cui locus imminet, non loci nomen ex Adonis teſtimonio ſit aſſignandum. Theophilus Rainaudus in Sanctorum Lugdunenſium indiculo credit Calaronam eſſe fluuium illum, quem reliquiæ arcuum fontanorum non procul Lugduno interſecant, & incolæ Caronam vocant. Villam autem Priſciniacum eſt qui tradat nunc dici *Bregnies*. Ibi ſanctus Antiſtes impiè appetitus & vitâ priuatus eſt. Nonnulli autem cùm locum illum ad Diœceſim Lugdunenſem pertinere ſcirent, ipſum Deſiderium Lugdunenſem Epiſcopum finxerunt, vt conſtat ex Lugdunenſium Antiſtitum catalogis, quos Demochares [c] à Campegio & Sarrazino acceptos publicauit. Meliùs in Martyrologio Romano territorium, vbi Deſiderius Martyr occubuit, à Diœceſi cui præfuit ita diſtinguitur tertio Idus Februarias. *Lugduni, ſancti Deſiderij Epiſcopi Viennenſis & Martyris*, & decimo Kalendas Iunias, *in territorio Lugdunenſi, ſancti Deſiderij Epiſcopi Viennenſis, qui Theodorici Regis iuſſu lapidibus obrutus, Martyrio coronatur.* Nuperrimè prodiit in lucem Hiſtoria ciuitatis Lugdunenſis Auctore Ioanne à ſancto Albino, qui rectè obſeruauit [d] vicum, cui nomen eſt hodie ſancti Deſiderij, rigari amne vernaculâ incolarum linguâ nuncupato *la Chalaronne*, itaut & hic amnis habeatur Adonis Calarona, & ſanctus Deſiderius Martyrium in hodierno ſui nominis vico conſummaſſe credatur.

[a] Lib. 2. c. 14.
[b] Lib. 3. c. 22.
[c] De diu. Miſſ. ſacr. cap. 27.
[d] Hiſt. Eccleſ. part. 1. ſect. 17.

XV. Ionas, Fredegarius & Ado, quorum præcipuè ſcripta in cauſa Deſiderij nunc examinamus, Deſiderium Viennenſis vrbis Antiſtitem nominant, tantùmque abeſt vt eum Fredegarius Lugdunenſem Pontificem fuiſſe ſuſpicetur, quin Aridij * Lugdunenſis Epiſcopi conſilio atque inſtigatione & pulſum in exilium & Martyrio coronatum ſcribit. Primum habet capite viceſimo-quarto ſui Chronici. *Synodus Cabilonno collegitur. Deſiderium Viennenſem Epiſcopum deiiciunt, inſtigante Aridio Lugdunenſi Epiſcopo, & Brunechilde, & ſubrogatus eſt loco ipſius in Sacerdotali officio Domnulus. Deſiderius verò in inſulam quamdam exilio retruditur.* Alterum capite triceſimo-ſecundo. *Theudericus conſilio Aridij Epiſcopi Lugdunenſis perfidi vtens, & perſuaſu auia ſua Brunechilda, ſanctum Deſiderium de exilio regreſſum lapidare praecepit.* Vtrumque ſilent Ionas & Ado, nam Ionas totum crimen in Brunechildem Reginam ac Theodoricum Regem, Ado in vnam Brunechildem, neuter in Aridium Epiſcopum reiicit. Fatemur quidem Aridium in Lugdunenſi Cathedra ſediſſe toto tempore quo Deſiderius Viennenſis Antiſtes exulauit, ſed eum in exilium aut in mortem eiuſdem Deſiderij conſenſiſſe non exiſtimamus. Aridius enim ſiue Arigius Lugdunenſis Antiſtes ſanctitate plurimùm emicuit, & cultum, qui Sanctis exhiberi ſolet, quarto Idus Auguſtas in Diœceſi Lugdunenſi nunc etiam obtinet. Multa Theophylus Raynaudus in Sanctorum Lugdunenſium indiculo pro tuenda tanti Pontificis fama contra Fredegarium & Aimoinum Fredegarij exſcriptorem congeſſit. *Arigius*, inquit, *Lugdunenſis Epiſcopus in duplice ſerie Lugdunenſium Præſulum, apud Democharem, Sancti titulo decoratur, eóque nomine in propriis Lugdunenſis Eccleſiæ Litaniis inuocatur, & Calendario Lugdunenſi adſcriptus legitur quarto Idus Auguſti, quâ etiam die Martyrologium Lugdunenſe hac verba habet. Lugduni, ſancti Arigij Epiſcopi & Confeſſoris, qui rexit præfatam Eccleſiam annos octo, menſes ſex, obiit namque quinquageſimo ætatis ſuæ anno. Ad hæc in ſcripto iuſtiſſimæ autoritatis ac fidei, quo ſacræ reliquiæ in ſancti Iuſti antiquo templo conditæ numerantur, adſcriptis grauibus octo Theologis, nempe quatuor ex Ordine Fratrum Prædicatorum, & quatuor item ex Ordine Fratrum Minorum, ad ſacrorum loculorum reſignationem adhibitis à Gulielmo de Valentia Archiepiſcopo Viennenſi, qui Baſilicæ illius ſacris reliquiis recognoſcendis rogatu Canoni-*

* *Arige.*

ARIDIO EP. LVGD.

AN. CH. 607.
CLOTAR II. R. 24.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 12.

corum dabat operam, in eo, inquam, ſcripto, quod anno Chriſti milleſimo ducenteſimo octogeſimo-octauo confectum eſt, inter alias ſanctarum reliquiarum capſulas recenſetur ea quâ ſancti Arigij Lugdunenſis Epiſcopi & Confeſſoris ſacra oſſa condita erant, & titulus Sancti capſulæ inſcriptus memoratur. Denique & ab eo tempore, & multis antè ſæculis, ſancti Arigij reliquiis in ea Baſilica, religioſus cultus delatus eſt, eiúſque memoria die ſuperiùs annotato, vbiuis in Lugdunenſi Diœceſi officio Eccleſiaſtico recolitur, in prædicta autem Eccleſia ritu ſemiduplici celebratur. Auctor Martyrologij Gallicani quarto Idus Auguſtas Arigium Lugdunenſem Epiſcopum inter Sanctos etiam annumerauit hoc elogio. *Lugduni depoſitio ſancti Arigij Epiſcopi & Confeſſoris, qui arduam virtutis ſemitam à teneris annis aggreſſus, celſos per meritorum gradus, Eccleſiaſticos Ordines conſcendit, tantâque in iis emicuit religionis & doctrinæ gloriâ, vt ſancto Chanoaldo, ad regna cæleſtia aſſumpto, Archipræſul almæ huius Sedis non ſine ſuperno ſpiramine creatus, memoriam deceſſoris dignâ ſucceſſionis vice condecorarit. Populum ſiquidem ſibi creditum eâ virtute & integritate gubernauit, quâ præſtantes quoſlibet Domini Sacerdotes, omni virtutum gratiâ anteiret. Magnificus in ſacrorum locorum ornatu, Baſilicam ſancti Iuſti vetuſtate lapſam reſtituit, Eccleſiam ſanctæ Crucis conſtruxit, mira in Dei honore procurando & animarum ſalute operatus eſt. Demum perfectæ ſanctitatis clarus inſigniis, vocante Domino, æternum abiit ad præmium.* At Arigium Chagnoaldi ſucceſſorem perperam facit, nam Chagnoaldus non Epiſcopus Lugdunenſis Metropolitanus in prima Prouincia Lugdunenſi fuit, ſed Epiſcopus Lugduni Clauati ſeu Lauduni * in ſecunda Belgica ſub Remenſi Metropolitano, & Fredegarius [a] poſtquàm anno Theodorici Regis ſeptimo Secundinum Ætherio Lugdunenſi Epiſcopo ſubrogatum dixit, Aridij Lugdunenſis Epiſcopi meminit ad annum eiuſdem Theodorici Regis octauum; ita vt dubitandi locus eſſe non poſſit quin Aridius Secundino in Epiſcopatum ſucceſſerit. Andream Sauſſaium in errorem traxit Iacobus Seuertius, qui præterea ſanctum Arigium Lugdunenſem Epiſcopum confudit cum beato Arigio Epiſcopo Vapincenſi, cui Gregorius Magnus literas frequenter ſcripſit. Arigium Vapincenſem Epiſcopum ab Arigio Lugdunenſi Antiſtite diſtinguendum eſſe ſatis docent ipſæmet epiſtolæ Gregorianæ, nam Gregorius complures Arigio Vapincenſi direxit, cùm Lugduni ſedebat Ætherius, qui vitam anno ſeptimo Theodorici Regis, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo ſecundo clauſit ex Fredegarij calculo, & in Pontificatu Lugdunenſi Secundinum Arigij deceſſorem anteceſſit. Errorem, in quem Seuertius nuper lapſus eſt, Fredegarius videtur olim commiſiſſe, nec aliam cauſam fuiſſe ſuſpicamur cur de ſancto Arigio Lugdunenſium Antiſtite tam malè ſenſerit. Perattentè legerat ſcripta Ionæ, vt ex iis quæ poſt biennium de beato Columbano dicemus, apertiſſimè conſtabit. Obſeruarat in vita ſancti Attalæ vituperari Arigium Epiſcopum, in cuius diſciplinam Attala puer à patre traditus fuerat, eúmque nullum illius nominis Antiſtitem noſſet præter Lugdunenſem, qui Pontificatum illo geſſit tempore quo Deſiderius Præſul Viennenſis in exilio vixit, facilè ſibi perſuaſit illum Arigium hominem impium ac nefarium fuiſſe, cuius animus ab exilio & à morte ſancti Deſiderij non abhorreret. Verba Ionæ, cùm de ſancto Arigio Epiſcopo Vapincenſi diſſereremus, ex vita beati Attalæ iam recitauimus, iterúmque recitamus. *Attala dum à patre nobili liberalibus literis imbutus fuiſſet, Arigio quondam Pontifici ab ipſo genitore commendatus eſt, ſed bonæ indolis puer, nihil ſibi vtilitatis aut diſciplinæ ſpiritalis ſe agere dolens, cœpit mente ac ſpiritu ad potiora tendere & ad altiora anhelare.* Locutus eſt Ionas de Arigio Vapincenſi, nec illum meliori carpſit iure, quàm Fredegarius Arigium Lugdunenſem, nam nec Arigius Vapincenſis obnoxius eſt vituperationi, quòd Attala, qui Monaſticâ magis quàm Clericali vitâ delectabatur, Vapingo & Clericorum ſcholâ relictis in eremum Lirinenſem ſeceſſerit, nec Arigius Lugdunenſis reus haberi debet, quòd eodem tempore quo Lugdunenſem Pontificatum gerebat, Deſiderius Viennenſis Epiſcopus in exilium actus ſit, & in Diœceſi Lugdunenſi Mar-

* *Laon.*

[a] Capp. 23. 24.

AN. CH. rytium ad Calaronam fluuium conſummarit. A Fredegarij Chronico in vitam
607. ſancti Romarici tranſiit ſiniſtra illa opinio de Arigio Epiſcopo Lugdunenſi,
CLOTAR. nam ſi fides eſt Anonymo [a], qui vitam ſancti Romarici ſcripſit, pridie quàm
II. R. 24. Theodoricus Rex moreretur, Romaricus ante pedes Aridij Lugdunenſis Epi-
THEO- ſcopi, quem apud Brunichildem Reginam gratiâ multùm valere cognouerat,
DOB. II. ſupplex ſe proiecit, eius fauorem humili prece ambiit, vt paternas facultates,
THEO- quæ debellato Rege Theodoberto publicatæ fuerant, adire & amicitiam
DOR. II. Theodorici Regis obtinere poſſet, óſque rogantis Aridius excuſſo pede ſu-
RR. 12. perbè ſimul ac impiè verberauit. At huic fabellæ refragatur ratio temporum,
[a] Tom. 1. bibloth. Labb. Aridius enim, qui Lugdunenſem Pontificatum anno Chriſti ſexcenteſimo tertio ſuſcepit, migrauit ad Dominum quarto Idus Auguſtas anno Chriſti ſexcenteſimo vndecimo, cùm ſediſſet annis octo ſéxque menſibus, nec peruenit ad annum Chriſti ſexcenteſimum duodecimum quo Theodobertus Rex à Theodorico fratre victus eſt, multò minùs ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-tertium quo Theodoricus Rex interiit. Iacobus Seuertius tres proponit rationes, quibus Arigij Lugdunenſis Epiſcopi ſanctitas propugnari poſſit, nempe *quòd malè deceptus fuerit, quando inſidias porrexit ſanctiſſimo Deſiderio Viennenſi, vt peccatum eiuſmodi excuſatione dignum videatur; vel quòd falſa eſt ea narratio de ipſius flagitio; vel tandem quòd è veſtigio ad exitum vſque vitæ acerbiſſimum pænitentiæ genus in ſe ſuſceperit & exegerit ob perpetratum in fratrem crudele ſpectaculum*, ſecundam duabus aliis prætulimus, quia Scriptores qui praua de ſancto Arigio narrant, multorum mendaciorum rei facilè comprobantur.

XVI. Ionas & Fredegarius cauſam non afferunt, cur Theodoricus & Brunichildis in Deſiderium Viennenſem Epiſcopum adeò ſæuierint. Apud Adonem, qui Brunichildi totum crimen attribuit, ipſa Regina per diuerſorum iuuenum libidines excandeſcit, & ſanctum Pontificem, qui de vita meliùs inſtituenda ſermones habet, in exilium ablegat, deinde poſt quadriennium ad Sedem reuocato proponi curat hanc quæſtionem, *vtrùm melius ſit vni viro mulierem coniungi, quàm per diuerſorum iuuenum appetitus libidines ſuas deſpumare*, & ex reſponſione quam beatus Antiſtes ex effatis Apoſtoli profert, magis ac magis exacerbata vitam ei ſtatuit auferre, nec ampliùs à nefario conſilio deſiſtit. Ado paſſionem ſancti Deſiderij ſcripſit anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſeptuageſimo, Indictione tertiâ, cùm anni poſt B. Deſiderij Martyrium iam effluxiſſent ſexaginta-tres ſupra ducentos. Ætatem Brunichildis Reginæ non ſatis aduertit, ex eo enim quòd Brunichildis anno poſt Sigiberti coniugis obitum proximo, cùm in florenti iuuentute adhuc eſſet, & Rotomagi à Chilperico Rege in exilio detineretur, Merouco ipſius Chilperici filio & Sigiberti ex fratre nepoti contra Legem Canonicam nupſit, illam reliquâ totâ vitâ ſpurcitiis deditiſſimam putauit. Inceſtas Brunichildis cum Merouco nuptias non approbamus, ſed eas à Regina captiua non tam exercendæ libidinis quàm recuperandæ libertatis causâ contractas arbitramur, negamúſque validum inde colligi argumentum, vt Brunichildis, quam poſteà Gregorius Turonenſis impudicitiæ nuſquam inſimulauit, quámque Gregorius Romanus Pontifex ſummis ſæpè laudibus affecit, poſt annos vnum ac triginta in ætate
[b] Lib. 7 ep. 112. iam ſenili ſcortum impuriſſimum habeatur. Gregorius Magnus [b] directis ad Deſiderium literis, vt ad annum Chriſti vndeſexcenteſimum obſeruauimus, queſtus eſt hæreſim Simoniacam adhuc in Gallia vigere, & neophytos ex Laicis repentè fieri Sacerdotes, qui inuerecundè religioſi propoſiti ducatum arripere, cùm nec eſſe adhuc milites didiciſſent. Deſiderius, cùm ſtrenuè tantis malis obluctaretur, incidit in odium plurimorum Antiſtitum, qui prauis artibus animum Brunichildis in eum concitarunt. Aliam exilij mortíſque cauſam ne ſciſciteris. Habetur Synodus Cabilone, innocens Epiſcopus à ſceleſtis Præſulibus latâ ſententiâ retruditur in inſulam, poſt quadriennium Sedi reſtituitur, prauos ſeculi mores iterum damnat, Simoniacos & neophytos à Sacer-

dotio ſeu Pontificatu prohibendos affirmat, à perditis hominibos accuſatur AN. CH.
perduellionis, vi pellitur ab Eccleſia, abducitur in Diœceſim Lugdunen- 607.
ſem, tandémque ad Calaronam fluuium impiè trucidatur. Regioa non vi- CLOTAR.
detur io necem beatiſſimi Præſulis conſenſiſſe, ſed rem illi pergratam ſe fa- II. R. 24.
cturos putarunt ij, qui manus in venerabilem Antiſtitem iniecerunt. Vt THEO-
meotem Brunichildis adeò benignè interpretemur, non parum nos mouet DOB. II.
par cauſa ſancti Columbani, cui poſt bienoiom quidem exilium irrogari, THEO-
mortem numquam inferri voluit. Excuſari tamen non poteſt, quòd ita fa- DOR. II.
cilè paſſa ſit ſe decipi, támque patulas aures delatoribus perniciem beato De- RR. 12.
ſiderio qoâuis arte molientibus præbuerit. Hæc autem dicta ſuoto, vt in- ET BRVNE-
telligas Brunichildem famæ ſnæ prodigam haud extitiſſe, tantùm abeſt vt CHILDE
apertè tyrannidem induerit, & omni pudore depoſito haberi voluerit author REGINA
tot cædium, quas Fredegarius & Aimoinus eius memoriæ turpiter affiogunt. INSCIIS.
Non deſunt qui ſanctum Deſiderium Brunichildi Reginæ propinquum af- XVII.
firment, quia ſanctum Siagrium Auguſtoduneoſem Epiſcopum Brunichildis
fratrem & beati Deſiderij patruum aut auunculum fuiſſe putant. Sanctus
Deſiderius natus eſt Auguſtoduni, ſed inde leue ducitur argumentum, vt
beati Siagrij Auguſtodunenſis Epiſcopi nepos ex fratre aut ex ſorore creda-
tur, & quamuis beatum Siagrium aut patruum haberet aut auunculum, non
ideo Brunichildem propinquitate contingeret, quia iam probauimos eos
hallucinari, qui ſanctum Siagrium Brunichildis fratrem fuiſſe contendunt.
Nemo ſanæ mentis arbitrabitur & ſanctum Siagrium, ſi frater Brunichildis
fuit, in Galliam veniſſe, & eius oepotem ex fratre aut ex ſorore natum eſſe
Auguſtoduni, prioſquam Brunichildis ex Hiſpania in Franciam adduceretur,
Deſiderius autem in lucem editus eſt, imò Viennæ ſub ſancti Naamatij diſ-
ciplina priùs educabatur, quàm Brunichildis Sigiberto Francorum Regi nu-
beret. Cùm beatus Deſiderius Vieonenſis Antiſtes occubuit, Autiſſiodori
ſedebat Epiſcopus eiuſdem nominis, qoem Brunichildi Reginæ propinquum
facit Author Hiſtoriæ Autiſſiodorenſis à nobis ad annum Chriſti ſexcenteſi-
mum-quintum citatæ, Brunichildis affinitatem à Deſiderio Autiſſiodorenſi
Præſule ad Deſiderium Viennenſem Pootificem facilè detorquere potuerunt
Scriptores minùs accurati.
Poſt beatum Deſideriom Eccleſiæ Viennenſi præfuit Domnolos. Apud XVIII.
Adonem, qui Chronologiam ſuam per Imperatores inſtituit, Mauritio Im- DOMNO-
perium tenente ſanctus Deſiderius Martyrio coronatur, & imperante Phocâ LVS EPISC.
Domnolus floret *vir ſtrenuus & in redimendis captiuis piiſſimus*. Aſtipulari VIENN.
non poſſumus Fredegario [a], qui Pontificatum Domnoli ſeu Domnuli nume- [a] Cap. 24.
rat ab anno Theodorici Regis octauo, Chriſti ſexceoteſimo-tertio, quo ſan-
ctus Deſiderios exulare cœpit, hic eoim poſt quadriennium Sedem ſuam re-
cuperauit. Phocas Imperium arripuit menſe Nouembri, Iodictione ſextâ
iam inchoatâ, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo-ſecundo, rexítqoe annis
octo, quapropter Ado ad eius tempora cùm exiliom ac cædem beati Deſi-
derij, tum ſubrogationem Domnoli meliùs retuliſſet.
Obiit etiam hoc anno Arnoaldus Metenſis Epiſcopus, cùm ſediſſet annos XIX.
octo, menſem vnum, vt Codex ſancti Symphoriani Metenſis affirmat. Re- ARNOALD.
quieſcit in æde ſoi nominis prope Saripontem *. Colitur decimo-quinto EP. MET.
Kalendas Maias, qui dies obitûs fuit. A nonnullis confunditur cum Arnul- OBIT. * *Sarbruc.*
fo, putà cùm dicitur Clotarij in Auſtraſia iam regnantis præcepto confirma-
tionem accepiſſe de vico Atiſidio, vt ad Eccleſiam ſancti Stephani Metenſis
pertineret. De ſucceſſore non leuis eſt difficultas, alij Pappolum ſufficiunt,
alij Arnulfum, rurſum alij Pappolum volont ſediſſe triennio, alij annis vi-
ginti ſeptem. Pithæus Pappolum prætermiſit. Nos ſaocto Arnoaldo ſubro-
gabimos Pappolum, eiúſque Pootificatum vltra triennium diéſque triginta XX.
non producemus. S. ARNVL-
Illis temporibus apud Theodobertum Regem authoritate maximâ polle- FI

AN. CH. 607. CLOTAR. II. R. 24. THEO-DOB. II. THEO-DOR. II. RR. 12.

bat Arnulphus. *Cùm* enim, vt Author vitæ coæuus ſcribit, *ad perfectam veniſſet ætatem, Gandolfo ſubregulo conſiliario videlicet Regis, exercitandus in virtuoſis actibus commendatur, quem ille per multa experimenta probatum, Theodeberti Regis miniſterio dignum adaptauit, itaut ſex Prouinciæ, quas extunc & nunc totidem agunt Officiales, ſub ſolius eius arbitrio regerentur.* Idem Author inferiùs Arnolfum Domeſticum & Conſiliarium Regis appellat. *In illis*, inquit, *diebus accidit, vt ciuitas Metenſis viduata ſuo Paſtore, vnâ voce paríque conſenſu Arnolfum Domeſticum atque Conſiliarium Regis, peterent ſibi ordinari Epiſcopum.* Vnde redarguas Paulum Diaconum, Reginonem ac recentiores, qui volunt Arnulfum Maiorem domûs regiæ fuiſſe, priuſquàm ad Epiſcopatum promoueretur. Per ſex autem Prouincias, quas Arnulfus adminiſtraſſe dicitur, intellige villas regias in ſex Prouinciis poſitas, quas poſteà ſex Domeſtici procurauerunt, vt Hadrianus Valeſius [a] eruditè notauit. *Arnulphus cogentibus amicis atque parentibus, à nobiliſſima gente puellam quandam præclaris moribus ornatam duxit vxorem.* Vocatur illa Doda in vita ſancti Clodulfi, *nobilitatem morum pietate & animi ſanctitate glorioſiſſimè illuſtrauit ac decorauit, cum viro pudiciſſimè, prout fert mundus, viuens non patiebatur bonorum operum exhibitione ſe imparem fore.* Paucis annis Arnulphus cum vxore vixit, anno enim ſexcenteſimo vndecimo factus eſt Antiſtes Metenſis, & Doda Treuiros in Monaſterium ſeceſſit. Ex illorum coniugio nati ſunt duo filij, quos cùm pater creatus eſt Pontifex, in tenerrima ætate conſtat fuiſſe, nam Clodulfus natu maior obiit octauo Idus Maias anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo ſexto. Paulus Diaconus in libro de Epiſcopis Metenſibus teſtatur Arnulpho duos tantùm filios fuiſſe, quorum alter nomine Clodulphus Anſchiſum fratrem antecedebat. Aſtipulantur variæ Genealogiæ, quas Dominicyus ad calcem ſui operis de Anſberti familia rediuiua publicauit.

MVNERA AVLICA. — [a] Lib. 15. — CONIVGIVM. — LIBERI.

608. CLOTAR. II. R. 25. THEO-DOB. II. THEO-DOR. II. RR. 13.

ANNVS

CHRISTI 608.

CLOTARII II. R. 25.

THEODOBERTI II. R. 13.

THEODORICI II. R. 13.

I.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo-octauo, ſiue, vt Fredegarius [b] habet, *anno XIII. regni Theuderici, cùm Theudebertus Belichildem habebat vxorem, quam Brunechildis à negotiatoribus mercauerat, & eſſet Belichildis vtilis, & à cunctis Auſtraſiis diligeretur vehementer, ſimplicitatem Theudeberti honeſtè comportans, nihil ſe minorem Brunechilde eſſe cenſeret, ſed ſæpiùs Legatos Brunechilda deſpiceret, dum ab ipſa increpabatur, quòd ancilla Brunechildæ fuiſſet, tandem his & aliis verbis, Legatis diſcurrentibus ab inuicem vexarentur, placitus inter Colerenſem & Suentenſem fitur, vt has duas Reginas pro pace inter Theudericum & Theudebertum coniungerent ad colloquium. Sed Belichildis conſiliis Auſtraſiorum inibi venire diſtulit.* Idque contra Theodobertum non leuiter inflammauit iracundiam Theodorici, qui Comitatus Sugintenſem, Turenſem & Campanenſem, de quibus fuſiùs poſt biennium acturi ſumus, à fratre ſibi iam ablatos dolebat, repetebàtque, vt alio loco idem Fredegarius [c] docet.

[b] Cap. 35. — DISSIDIVM INTER BELICHILDEM ET BRVNECHILDEM REGINAS. — [c] Cap. 37.

II.

His circiter temporibus Friulphus eiúſque filius Audomarus Luxouium profecti diſciplinæ Columbani Abbatis ſe tradiderunt. Audomarus enim inter tirones, quos Columbanus ſacris literis erudiendos Euſtaſio probatæ religionis

INSIGNES DISCIPVLI S. COLVMBANI.

AN. CH. 608.
CLOTAR. II. R. 25.
THEODOR. II.
THEODOR. II. RR. 13.

gionis vito commiſit, in vita ſancti Agili nominatur. *Ingrediens laudabilis Agilus annum pueritiæ committitur Euſtaſio probatæ religionis viro ſacris literis erudiendus, cum aliis nobilium virorum filiis, qui poſteà Eccleſiarum Præſules extiterunt, Agnobaldo ſcilicet & Waldeberto Hugnerici patrui eius filiis, qui Monaſterio, quod ſoror illorum Fara in paterno ſolo inter Albam & Mucram in loco, qui Eboriacus dicitur, ædificauit, conſtruendi & docendi regulares Magiſtri claruerunt, quorum alter Lugduno clauato, alter verò Meldenſis vrbis eſt ordinatus Epiſcopus; Achario qui Virmandorum & Noniomenſis & Tornacenſis Antiſtes fuit; Rignachario qui Auguſtodunenſis Eccleſia Pontifex egregius emicuit; Audemaro qui Bononiæ & Tharuanenſis oppidi Paſtor laudabilis floruit.* Sancti Agili vitam Auctot inſcribit Aygloaldo Abbati, teſtatúrque calamo ſe manum admouiſſe *ſuadente Epiſcopo Ragnemundo.* Suſpicamur Aygloaldum Reſbacenſi Monaſterio, Diœceſi vetò Meldenſi, in qua Reſbacum ſitum eſt, Ragnemundum præfuiſſe. Vetùm quicquid ſit de Aygloaldo Abbate déque Ragnemundo Epiſcopo, conſtat ſancti Agili vitam ab Auctote coætaneo conſcriptam fuiſſe, qui teſtatut ſe nonnulla didiciſſe *Donato Veſontionenſis vrbis Epiſcopo referente.* Præſtat igitur ceteris, qui de ſancto Audomaro poſteà ſcripſerunt.

III.
DE SS. AVDOMARO ET BERTINO SCRIPSERVNT

Iacobus *Malbrancq* Audomarienſis, in ſcholiis ad caput primum libri tertij de Morinis, rerum à beatis Audomaro & Bertino geſtarum quatuot præcipuos Auctores tecenſet, Folquinum Leuitam & Monachum Bertinianum, alterum Folquinum Abbatem Laubienſem, Folchardum Aſcetam Bertinianum, & Yperium Abbatem Bertinenſem, qui, cùm recentioribus diuerſíſque temporibus vixerint, nec cum ſuprà laudata ſancti Agili vita, nec inter ſe paris auctoritatis eſſe poſſunt. Folquinus Leuita floruit decimo ſeculo, à patre Folquino & matre Thiedala ex Lotharingiæ regno ad Cœnobium Sitiuenſe ſeu Bertinianum adductus eſt anno Chriſti nongenteſimo duodequinquageſimo, collegit antiquiora Regum diplomata, necnon inſtrumenta ſeu tabulas publicas ſui Monaſterij Sitiuenſis, & ſuccinctam de Abbatibus narrationem perduxit vſque ad Womarum, ſub quo teſtatur ſe ſcripſiſſe. Alter Folquinus priori ſuppar, ex Aſceta Bertiniano factus Abbas Cœnobij Laubienſis Geſta Abbatum eius loci literis conſignauit, necnon miracula beati Vrſmati, & vitas ſanctorum Audomari, Bertini, Folquini, Vinnoci, Siluini; dedicatoriam epiſtolam inſcripſit Waltero Abbati qui deceſſit anno Chriſti nongenteſimo nonageſimo-ſexto; aſſerítque id operis ſe ſuſcepiſſe, Sanctorum, quorum reliquiæ illic aſſeruantur, ſibi olim opitulantium ac patrocinantium inuitamento, ſed multa præteriit, quia ſolummodò ea inſerere in votis videtur habuiſſe, quæ lectionibus Breuiarij poſſent adaptari; de Andomaro tamen & Bertino non pauca illigauit, ſunt è Bertinianis qui volunt eundem eſſe cum præcedenti. Folchardus Monachus Sitiuenſis, qui latiùs ſanctorum Audomari & Bertini vitam perſecutus eſt, Aſceterium ſuum iniit ſub Bouone Abbate anno Chriſti circiter milleſimo quadrageſimo-tertio. Yperius Alekino Sitiuenſi Abbati ſucceſſit anno Chriſti milleſimo trecenteſimo ſexageſimo-quinto. Hic Bertinum exortum orbi tradit ſedente Romæ Gregorio Magno, imperante Mauritio, regnante in Francia Clotario Secundo. Ex illo loco Malbrancus [a] colligit Bertinum natum anno Chriſti circiter quingenteſimo nonageſimo, & cùm Audomarum aliquot annis Bertino præiuiſſe res vtriuſque geſtæ innuant, ipſum Audomarum ante annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum in lucem editum ſcribit, deinde vlteriùs progreſſus addit Audomarum & Bertinum collegio Luxouienſium Monachorum adſcriptos fuiſſe, Audomarum quidem nonnullis annis ante Bertinum à Columbano tunc Abbate, & Bertinum ab Euſtaſio anno Chriſti ſexcenteſimo vndecimo, quo Arnulfus eorum auunculus Epiſcopalibus infulis donatus eſt, denique Audomari Pontificatum orditur anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quarto. Sed vitium eſt in iſto calculo circa ætatem Bertini & circa Pontificatum Audomari. Nam ſi Bertinus ſub Gregorio Pontifice natus eſt, eius ortus non ad initium Pontifi-

FOLQVINVS DIACONVS,
FOLQVINVS ABBAS,
FOLCHARDVS MONACHVS,
YPERIVS ABBAS.

[a] Lib. 5.

AN. CH. 608. CLOTAR. II. R. 25. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 13. IV.

eatûs ſed potiùs ad exitum referri debet & anno Chriſti ſexcenteſimo-tertio illigari, quia vitam produxit vſque ad annum Chriſti duodeſeptingenteſimum, imò longè poſt obitum Gregorij Magni natus videtur, & Waldeberti, qui poſt Euſtaſium Luxouienſis Abbas fuit, non ipſius Euſtaſij diſcipulus eſt habendus, erat enim adhuc iunior cùm Morinorum Epiſcopatus Audomari curæ commiſſus fuit, idque ante annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-ſextum haud contigit.

AVDOMARVS CVM PATRE FIT MONACHVS LVXOVIENS.

De beati Audomari patria, genere ac ſeceſſu in Monaſterium Luxouienſe ſic in illius vita diſſerit Folchardus. *Beatus Audomarus Antiſtes ex nobilibus & ſecundùm ſeculi dignitatem inclytis, atque in fide Catholica eruditis ortus eſt parentibus, haud ita procul à Conſtantia, eo loco qui aurea Vallis nuncupatur. Pater eius Friulphus inter ſuos clarus fuit, mater verò Domita eſt appellata. Ij vero religioſi parentes Audomarum puerum, pro Chriſtiana religionis ritu & conſuetudine, diuinâ ſuffragante gratiâ ab ipſis incunabulis, Catholicis enutriere diſciplinis. Erat enim illis vnicus filius. Porrò Friulphus poſt obitum Domitæ coniugis ſua, puero iam & ætate creſcente & gratiâ, ſuaui iugo Chriſti & leui ſarcina collum ſuppoſuit, hortante ad id & corroborante eum filio Audomaro. Ambo igitur Friulphus parens & Audomarus egregia indolis puer, ætate diſpares, animo pares, ad Chriſti militum illud celeberrimum ſeſe contulere Monaſterium, quod Luxouium vocant, à Sanctæ memoriæ beato Columbano in Burgundionum regione in Chriſti honorem ædificatum. Praerat tum illius Cœnobij ſanctæ multitudini beatus Euſtachius* (Euſtachij ſiue Euſtaſij loco reſtitue Columbanum) *cui vnanimiter ſua religioſa ac pia indicarunt vota. Beatus verò Euſtachius* (Euſtachio ſiue Euſtaſio expuncto iterum ex vita ſancti Agili repone Columbanum) *immenſo repletus gaudio eos in ſanctorum Monachorum ſodalitatem admiſit.*

PATRIA ET GENVS BERTINI.

De eodem Audomaro & de Bertino ſic loquitur Yperius. *Ortus eſt beatus puer Bertinus in Conſtantienſi regione, nec longè à Conſtantia ciuitate Alemanniæ, in loco ſua hæreditatis nuncupato Vaſinia. In eadem etiam regionis parte & ſpecialiter in loco, qui Aurea Vallis dicitur, vulgariter autem Guldindal, natus eſt beatus Audomarus. Ambo eâdem ſtirpe progeniti, de genere ſcilicet Arnolphi, Sanctique Arnulphi, Anſegiſi, Pipini Maioris & Minoris, Caroli Tuditis & Caroli Magni, vt teſtatur ipſe Carolus Magnus in quodam Priuilegio, in quo Sanctum ipſum nominans dicit [pro eóque quia ſummus ille Pontifex generis mei fore dignoſcetur, &c.]* Hinc dilucidè ſatis Audomarus & Bertinus conſanguineo nexu coniunguntur, eúmque Yperius Genealogiam Caroli Magni non altiùs repetat quàm ab Arnolpho ſiue Arnoaldo ſancti Arnulphi patre, quilibet facilè iudicabit Audomarum & Bertinum ex eodem Arnoaldo ſiue Arnolpho prodiiſſe. Malbrancus, apud quem textus Yperij ſuprà recitatus legitur [a], Audomarum & Bertinum conſobrinos ex duabus ſancti Arnulphi ſororibus natos exiſtimat.

[a] Lib. 3. c. 1.

ANNVS	AN. CH. 609.
CHRISTI 609.	CLOTAR. II. R. 26.
CLOTARII II. R. 26.	THEODOB. II.
THEODOBERTI II. R. 14.	THEODOR. II.
THEODORICI II. R. 14.	R R. 14.

I.

ANNO Theodorici Regis decimo-quarto, qui cum anno Chriſti ſexcenteſimo-nono coincidit, Fredegarius [a] & Aimoinus [b] Abbatem Columbanum è Monaſterio Luxouienſi ab eodem Theodorico Rege & ab auia Brunichilde pulſum tradunt. Ionas antiquior Fredegario rem ita deſcribit in vita ſancti Columbani. *Creuerat iam paſſim fama ſancti viri in vniuerſas Galliæ & Germaniæ prouincias, erátque omnium rumore laudabilis, omnium cultu venerabilis, in tantùm, vt Theodericus Rex, qui eo regnabat in tempore, ad eum ſæpè veniret, & orationum ſuarum ſuffragium omni cum humilitate depoſceret. Ad quem cùm ſæpiſſimè veniret, cœpit eum vir Dei increpare, cur concubinarum adulteriis miſceretur, & non potiùs legitimi coniugij ſolamine frueretur, vt regalis proles ex honorabili Regina prodiret, & non potiùs ex lupanaribus videretur emergi. Cúmque iam ad viri Dei imperium Regis ſermo obtemperaret, & ſe ab omnibus illicitis ſegregare ſponderet, mentem Brunehildis auiæ, ſecundæ, vt erat, Iezabelis, antiquus anguis adiit, eámque contra virum Dei ſtimulatam ſuperbiæ aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theodericum obedire. Verebatur enim, ne ſi abiectis concubinis Reginam aulæ præfeciſſet, & dignitatis atque honoris ſui modum amputaſſet. Euenit ergo, vt quâdam die beatus Columbanus ad Brunehildem veniret (erat enim tunc apud Brocariacum villam) cúmque illa eum in aulam veniſſe cerneret, filios Theoderici, quos de adulterinis permixtionibus habebat, ad virum Dei adducit. Quos cùm vidiſſet, ſciſcitatur quid ſibi velint. Cui Brunehildis ait, Regis ſunt filij, tu eos tuâ benedictione robora. At ille. Nequaquam, inquit, iſtos regalia ſceptra ſuſcepturos ſcias, quia de lupanaribus emerſerunt. Illa furens paruulos abire iubet. Egrediens ergo vir Dei regiam aulam, dum limitem tranſiliret, fragor exortus, totam domum quatiens, omnibus terrorem incuſſit, nec tamen miſera fœmina furorem compeſcuit. Parat deinde inſidias moliri, viciniſque Monaſterij per nuncios imperat, vt nulli eorum extra Monaſterium iter pandatur, neque receptacula Monachis eius, vel quælibet ſubſidia tribuantur. Cernens autem beatus Columbanus regios animos aduersùm ſe permotos, ad eam properat, vt ſuis monitis miſera pertinacia intentum frangat, erat enim tunc temporis apud Spiſſiam villam publicam. Quò cùm iam Sole occumbente veniſſet, Regi nunciant virum Dei inibi eſſe, nec in Regis domibus metari velle. Tunc ait Theodericus, melius eſſe virum Dei opportunis ſubſidiis honorare, quàm Dominum ex ſeruorum eius offenſa, ad iracundiam prouocare. Iubet ergo regio cultu opportuna parare, Deíque famulo dirigi. Itaque venerunt, & iuxta imperium Regis oblata offerunt. Qui cùm vidiſſet dapes & pocula cultu regio adminiſtrata, inquirit quid ſibi velint iſta? Aiunt illi, ſibi à Rege eſſe directa. Abominatus autem ea, ait. Scriptum eſt, munera impiorum reprobat altiſſimus, non enim dignum eſt vt famulorum Dei ora cibis eius polluantur, qui non ſolùm ſuis, verùm etiam aliorum habitaculis, famulis Dei aditum denegat. His dictis, vaſcula omnia in fruſta diſrupta ſunt, vináque ac ſicera ſolo diffuſa, & cætera ſeparatim diſperſa. Pauefacti autem miniſtri, rei geſtæ cauſam Regi nunciant. Tunc ille pauore percuſſus, cum auia diluculò ad virum Dei properat, precantur de commiſſo veniam, ſe in poſtmodum emendare pollicentur. His placatus promiſſis ad Monaſterium rediit,*

[a] Cap. 36.
[b] Lib. 3. c. 95

SVPER EXILIO COLVMBANI.

EXAMINANTVR SCRIPTA IONÆ,

AN. CH. 609. CLOTAR. II. R. 26. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 14.

ſed polliciti vadimony iura non diu ſeruata violantur, exercentur miſeriarum incrementa, ſolitóque à Rege adulteria patrantur. Quo audito, beatus Columbanus literas ad eum verberibus plenas direxit, comminatúrque excommunicationem, ſi emendare delicta non velles. Ad hæc rurſum permota Brunehildis, Regis animum aduersùs beatum Columbanum excitat, omníque conatu perturbare contendit, orabátque Proceres aulicos, Optimates omnes, vt Regis animum contra virum Dei perturbarent. Epiſcopos autem ſollicitare aggreſſa eſt, vt de eius religione detrahendo, ſtatum Regulæ, quam ſuis cuſtodiendam Monachis indiderat, macularent. Obtemperantes igitur aulici perſuaſionibus miſeræ Reginæ, Regis animum contra virum Dei perturbant, cogentes vt accederet, ac religionem probaret. Coactus itaque Rex ad virum Dei Luxouium venit, conqueſtúſque eſt cum eo cur à comprouincialium moribus diſcederet, & intra ſcepta ſecretiora omnibus Chriſtianis aditus non pateret. Beatus itaque Columbanus, vt erat audax atque animo vigens, talia obiicienti Regi, reſpondit ſe conſuetudinem non habere, vt ſecularibus hominibus & à religione alienis, famulorum Dei habitationis pandat introitum, ſe & opportuna aptáque loca ad hoc habere parata, quò omnium hoſpitum aduentus ſuſcipiatur. Ad hæc Rex. Si, inquit, largitatis noſtræ munera, & ſolaminis ſupplementum capere cupis, omnibus in locis omnium patebit introitus. Vir Dei reſpondit. Si quod nunc vſque ſub regularis diſciplinæ habenis conſtructum fuit, violare conaris, nec tuis muneribus, nec quibuſcunque ſubſidiis, me fore à te ſcias ſuſtentandum, & ſi hanc ob cauſam tu hoc in loco veniſti, vt ſeruorum Dei Cœnobia deſtruas, & regularem diſciplinam macules, ſcito tuum regnum funditus ruiturum, & cum omni propagine regia demergendum. Quod poſteà rei probauit euentus, iam enim temerario conatu Rex refectorium ingreſſus fuerat. His ergo territus dictis, foras celer repedat. Duris poſt hæc viri Dei increpationibus Rex vrgetur. Contra quæ Theodericus ait. Martyrij coronam à me tibi inferendam ſperas? Non eſſe ait tanta dementia ſe, vt hoc tantum patraret ſcelus, ſed quæ ſunt potioris conſily ſe agere, & vtiliora peracturum, vt quia ab omnium ſecularium moribus deſciſcat, quâ venerat, eâ viâ repedare ſtudeat. Aulicorum ſimul conſonâ voce vota prorumpunt, ſe habere non velle his in locis qui omnibus non ſocietur. Ad hæc beatus Columbanus ſe dicit de Cœnobij ſeptis non egreſſurum, niſi violenter abſtrahatur. Diſceſſit ergo Rex, relinquens virum quendam Procerem, nomine Baudolfum. Is enim cùm remanſiſſet, virum Dei à Monaſterio pellit, & penes Veſocionenſe * oppidum perducit ad exulandum, quoadúſque regalis ſententia, ex eo quòd voluiſſet, decerneret. Commorans ergo inibi, audit carcerem eo in loco plenum eſſe damnatorum hominum, mortis damna expectantium. Ad quem vir Dei properat, ingreſſúſque oſtium nullo obſtante, verbum Dei damnatis depromit, ſpondéntque illi, ſi liberarentur, emendaturos, & de commiſſa noxa pœnitentiam acturos. Beatus itaque Columbanus poſt hæc, miniſtro Domoali, cuius ſuperiùs mentionem fecimus, imperat, vt manu ferrum, quo compedes irretiti erant, atque innexi, apprehendat ac trahat. Quod ille apprehenſum trahit, & veluti frutex putrefactus, per partes comminuitur, egredíque carcerem damnatos ſolutis compedibus iubet. Peracto autem Euangelici cultûs officio pedes lauit, linteóque abſterſit, imperátque deinde vt Eccleſiam petant, & commiſſi ſceleris pœnitendo, ac fletibus abluendo culpas lauent. Properantes ergo illi Eccleſiæ fores obſeratas reperiunt. Tribunus igitur militum cùm vidiſſet virtute Dei per beatum Columbanum damnatorum compedes fractos, & vacuum ſibi tantummodo relictum ergaſtulum, inſequi calces damnatorum, ac ſi à ſomno excitatus cum militibus cœpit. Illi verò poſt tergum appropinquare ſatellites videntes, & fores Eccleſiæ obſeratas cernentes, geminâ vallati anguſtiâ, virum Dei compellant vt eruantur. Ille autem anxio anhelitu ſurſum caput attollit, precatúrque Dominum, vt ſuâ virtute ereptos è ferro non ſinat denuò tradi ſatellitum nexui. Nec morata auctoris bonitas, fores firmis obſeratas clauſtris reſerat, atque in anguſtia poſitis aditum pandit, pernicique curſu ingrediuntur Eccleſiam. Fores autem poſt damnatorum introitum in oculis militum abſque humana manu obſirantur, ac ſi cuſtos vſu clauigero perniciter & reſeraſſet & obſeraſſet. Perueniens ergo beatus Columbanus cum

* Beſançon.

AN. CH. 609. CLOTAR. II. R. 26. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 14.

*ſuis, ſimúlque & Tribunus cum militibus, fores obſeratas repererunt, Aſpaſiúmque nomine cuſtodem quærunt, vt claues largiatur. Qui cùm veniſſet clauigeróque vſu fores reſerare voluiſſet, ait ſe nunquam diligentiùs obſerata clauſtra inueniſſe. Nec quiſquam pòſt auſus eſt damnatis iniuriam inferre, quos diuina virtus eruerat. Poſt hæc vir Dei cernens quòd multis cuſtodiis angeretur, à nullóque moleſtiam ſuſtineret, videbant enim omnes in eo Dei virtutem flagrare, ideóque omnes ab eius iniuriis ſegregabantur, ne ſocij culparum forent, aſcendit Dominicâ die in verticem ardui cacuminis montis illius, ita enim ſitus vrbis habetur, cùm domorum denſitas in diffuſo latere procliui montis ſita eſt, prorumpunt ardua in ſublimibus cacuminibus, qui vndique abſciſſi fluminis Duæ * alueo vallante, nullatenus commeantibus viam pandit, ibíque vſque ad mediam diem expectat, ſi aliquis iter ad Monaſterium reuertendi prohibeat. Et cùm nullus contrarius exiſteret, ipſe per mediam vrbem cum ſuis ad Monaſterium regreditur. Quo audito Brunehildis ac Theodericus, quòd ſcilicet ab exilio reuertiſſet, atrocioribus iræ aculeis ſtimulantur, iubéntque militum cohortem, vt rurſum virum Dei abſtrahant, & ad priſtinum prorſus exilium reuocent. Venientes ergo milites cum Tribuno peragrant ſepta Monaſterij, virumque Dei perquirunt. Reſidebat autem ille in atrio Eccleſiæ, librúmque legebat. Vbi cùm ſæpè veniſſent, & prope eum tranſirent, itaut nonnulli in eius pedibus offenderent, & veſtimentis ſuis eum tangerent, ſed obcæcatis luminibus ipſum nequaquam viderent, erat ſpectaculum pulcherrimum. Ille autem ouans cernebat quærentes, nec omnino videbatur, illi in medio eorum poſitum, cùm viderentur ab eo, non videbant, venítque Tribunus, intuitúſque per feneſtram, virum Dei vidit inter ipſos lætum reſidere, ac legere, cernénſque virtutem Dei ait. Quid tam intentè atria Eccleſiæ peragratis, nec omnino reperitis? Nequaquam ampliùs inſaniæ errore cor veſtrum decipiatur, non enim vos poteritis eum inuenire, quem virtus diuina tegit. Redite ab hac intentione, & Regi properemus nunciare, quia eum minimè reperiſtis. Datur autem manifeſtè intelligi, Tribunum militum non ſponte ad parandum viro Dei iniuriam veniſſe, & ideo ad eum videndum lumen meruiſſe. Renunciantibus ergo illis auribus Regis, ille aucto furore miſera intentionis, Bertharium Comitem ad eum requirendum attentiùs virorum cum præſidio, ſimúlque & Baudolfum, quem ſuperiùs direxit, deſtinauit. Quò cùm veniſſent, beatum Columbanum in Eccleſia poſitum pſallentem ac orationi deditum, cum omni Congregatione Fratrum reperiunt, ſícque virum Dei alloquuntur. Vir Dei precamur, vt tam regiis quàm etiam noſtris præceptis obedias, egreſſúſque pergas eo itinere, quo primùm his aduentaſti in locis. At ille. Non enim, inquit, reor placere conditori, ſemel natali ſolo ob Chriſti timorem relicta, denuò repedare. Cúmque nullatenus cernerent ſibi virum Dei obedire, relictis quibuſdam quibus ferocia animi fortior erat, Bertharius abſceſſit. Hi verò qui remanſerant, virum Dei hortantur, vt illis miſereatur, qui ad tale opus patrandum infeliciter fuerant relicti, eorúmque periculo conſuleret, qui ſi eum violenter non abſtraherent, mortis periculum incurrerent. At ille ait, iam ſæpiùs teſtatum eſſe, niſi vi abſtraheretur, ſe non diſceſſurum. Illi autem gemino vallati periculo, vndique vrgente formidine, pallium, quo indutus erat, attingunt; alij genibus prouoluti cum lachrymis precantur, vt pro tanti ſceleris culpa illis ignoſceret, qui non ſuis deſideriis, ſed regiis obtemperarent præceptis. Videns itaque vir Dei periculum aliorum fore, ſi ſui ſeueritati ſatisfaceret, cum omnium eiulatu atque mærore egreditur, deputatis à Rege cuſtodibus, qui quouſque ditionis ſuæ regno pelleretur, non eum relinquerent, ſe[illegible]ariter cum illo ambularent. Inter quos primus Ragamundus erat, qui cum vniuerſis fratribus velut funus ſubſequentibus, Namnetis eum perduxit.* Huc vſque Ionas in vita ſancti Columbani, capitibus decimo-ſeptimo duobúſque ſequentibus, ex editione quæ reperitur inter opera Bedæ. Profectionem ſancti Columbani Luxouio Namnetas anno ſequenti deſcribemus.

* *le Dou.*

II. FREDEGARII

Fredegarius à Iona, quem præ manibus habebat, mutuatus eſt caput triceſimum-ſextum ſui Chronici, narrationémque ſuprà recitatam iiſdem verbis retulit, omiſſis tribus miraculis, quorum duo Veſontione contigerunt cùm

AN. CH. captiui fractis compedibus & carcere diuinitus aperto liberati ſunt, deinde
609. fores templi & patefactæ ſunt & clauſæ, ne qui diuinâ virtute priùs eua-
CLOTAR. ſerant ex ergaſtulo, rurſum in Tribuni ac militum inſequentium poteſtatem
II. R. 26. venirent, tertium Luxouij, cùm milites occæcatis luminibus eum intueri
THEO- non potuerunt.
DOB. II. Vt Ionam Fredegarius, ita Fredegarium expreſſit Aimoinus libro tertio
THEO- ſuæ Hiſtoriæ, capite nonageſimo-quinto, ſed inter Fredegarium & Aimoi-
DOR. II. num hæc intercedit differentia, quòd Fredegarius vſus eſt Ionæ verbis ac
RR. 14. phraſi, Aimoinus verò Fredegarij ſtylum ſpecie politioris Latinitatis muta-
III. uit, eâque ratione non ſemel receſſit, & à Fredegario & à Iona, vt cùm ca-
ET put ſupra notatum ſic exorſus eſt. *Anno XIV. regni Theodeberti ac Theodorici,*
AIMOINI. *beatus Columbanus ab Hibernia Oceani Inſula progreſſus, primùm à Theodeberto ſuſcipitur, demùm propter confluentium ad ſe populorum multitudines, inde migrans, & ſolitariam agere vitam cupiens, ad regnum Theoderici tranſiit, atque in loco, cui nomen Luxouium eſt, à præfato Rege habitare eſt iuſſus. Ad quem viſitandum dum frequenter Rex adueniret, ac à viro Dei, cur relicto legitimæ coniugis matrimonio, adulterinis deſeruiret commixtionibus, argueretur,* &c.

IV. Primò enim Aimoinus in hoc textu aſſerit Columbanum ex Hibernia venientem à Theodoberto Rege Auſtraſiorum ſuſceptum fuiſſe, & in Burgundiam ſiue in ditiones Theodorici Regis, vbi Luxouium erat, ex Auſtraſia tranſiiſſe. Qua de migratione nullum occurrit verbum apud Fredegarium, qui narrationem rerum à beato Columbano geſtarum non altiùs repetit quàm ab exilio quod illi anno decimo-quarto Theodorici Regis irrogarum eſt, & apud Ionam qui vitam ſancti Columbani complexus eſt capitibus vndetriginta, Columbanus capite quinto locum, cui nomen Anagrates, obtinet à Sigiberto Rege in Voſago monte, deinde capite nono ſe confert Luxouium, ibique & ad Fontanas Monaſteria conſtruit, & capite decimo-ſeptimo incurrit in odium Theodorici Regis, qui prædicti Sigiberti nepos ex filio Childeberto ſic ibidem exhibetur. *Sigebertus, cuius ſuperiùs fecimus mentionem, apud Victuriacum* * *villam publicam, quæ in ſuburbano Attra-*
* Vitry.
* Arras.
* Tournay.
nienſis * *vrbis ſita eſt, Hilprici germani ſui dolo, qui apud Turnacum* * *oppidum tunc erat, quem Sigebertus vſque ad internitionem perſequebatur, interfectus eſt. Perempto itaque Sigeberto, Hildebertus filius eius regni ſceptra ſuſcepit annuente matre Brunehilde. Mortuo deinde Hildeberto, infra adoleſcentiæ annos regnauerunt filij Hildeberti duo, Theodebertus & Theodericus cum auia ſua Brunehilde. Regno Burgundionum Theodericus potitur, regnum Auſtraſiorum Theodebertus ſuſcepit regendum. Theodericus ergo, quia in terminis regni ſui beatum Columbanum haberet, gratulabatur non minimè.* Nemini dubium eſſe debet quin tria illa loca, in quibus Columbanus reſedit, Anagrates videlicet, Luxouium ac Fontanæ, eidem Regi in diuiſione Franciæ obtigerint, Luxouio enim diſtat Anagrates plùs minùs octo milliaribus, Fontanæ quinque tantùm millibus paſſuum, hodiéque, vt Bollandus [a] in notis ad vitam ſancti Nicetij Veſontionenſis Antiſtitis obſeruat, *Anagrates* * *& Fontana* * *ſunt duo Prioratus ſeu cellæ Monachorum prope Luxouium.* Audiendus ipſemet Ionas ſuper hac locorum diſtantia. *Erat tunc*, inquit capite quinto, *vaſta eremus Voſagus* * *nomine, in qua caſtrum olim dirutum, quod antiquorum traditio Anagrates nuncupabat.* Et capite nono ſic loquitur de beato Columbano. *Cùm iam multorum Monachorum ſocietate denſaretur, cœpit cogitare, vt potioris loci ſpatium quæreret in eadem eremo, quâ Monaſterium conſtruxiſſet. Inuenit autem caſtrum olim fuiſſe munimine cultum, à ſupradicto loco diſtans plùs minùs octo milliaribus, quem locum Luxouium priſca tempora nuncupauerant*, paucíſque interiectis, *beatus Columbanus cernens vndique ad pœnitentiæ medicamina plebem concurrere, & vnius Cœnobij ſepta tantam conuerſantium cohortem abſque difficultate non continere, quamuis mente vnâ & corde vno, tamen conuerſationi tantæ multitudinis incongruum, alium experimento locum quærit, quem aquarum irriguitas adornabat, aliúdque Monaſterium conſtru-*

[a] d. 8. Febr.
* Anegray.
* Fontaines.
* la Voſge.

AN. CH. 609. CLOTAR. II. R. 26. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 14.

xit, cui ad Fontanas nomen indidit, deditque gubernatores præpoſitos, de quorum religione nihil dubitabatur. Idem Author tria prænominata loca dubio procul in Burgundia collocauit, eáque de cauſa capite quinto Sigibertum, à quo Columbanum in Galliis primò ſuſceptum credidit, Auſtraſiorum ſimul ac Burgundionum Regem ſic aſſeruit. *Peruenit famu beati Columbani ad aulam Sigeberti Regis, qui eo tempore duobus regnis Auſtraſiorum Burgundionúmque inclytus regnabat Francis, quorum eximium nomen præ cæteris gentibus, qua Gallias incolunt, habetur.* Audierat Columbanum Luxouio pulſum fuiſſe à Theodorico Burgundionum Rege, audierat Theodorico fratrem fuiſſe nomine Theodobertum Auſtraſiæ Regem, audierat vtriuſque patrem extitiſſe Childebertum Auſtraſiæ ſimul ac Burgundiæ Regem, auiámque Brunichildem Sigiberti Regis quondam vxorem, inde facilè ſibi perſuaſit Sigibertum Auſtraſiæ ac Burgundiæ præfuiſſe, Childebertum Sigiberto patri ſucceſſiſſe in vtrumque regnum, mortuóque Childeberto Auſtraſiam Theodoberto filio natu maiori, Burgundiam Theodorico filiò natu minori ceſſiſſe. At alio modo ſe res habuit. Sigibertus ſolius Auſtraſiæ Rex obiit anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto, cùm Guntchramnus eius frater Burgundiæ Rex in viuis adhuc ſupereſſet. Childebertus Sigiberti filius in Auſtraſia poſt patrem anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto, in Burgundia poſt patruum Guntchramnum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio regnare cœpit. Childeberti patris ditiones annu Chriſti quingenreſimo nonageſimo-ſexto ſuſceperunt ambo filij, Theodobertus Auſtraſiam, Burgundiam Theodoricus qui Luxouio Columbanum eiecit. Ionas igitur non benè recenſuit Reges Francorum, ſub quibus vixit Columbanus antequàm in exilium pelleretur, & Aimoinus quamuis à Ionæ ſenrentia receſſerit, à veritate procul etiam aberrauit. Vixit autem Columbanus in Burgundia ſub Guntchramno, deinde ſub Childeberto, tum ſub Theodorico.

V. Secundò, Theodoricus apud Aimoinum aliter quàm apud Ionam & apud Fredegarium à Columbano redarguitur. Ionas & Fredegarius Theodoricum Regem ab Abbate Columbano dicunt acriter reprehenſum, *cur concubinarum adulteriis miſceretur, & non potiùs legitimi coniugij ſolamine frueretur, vt regalis proles ex honorabili Reginu prodiret, & non potiùs ex lupanaribus videretur emergi.* Aimoinus verò, *cur relicto legitimæ coniugis matrimonio adulterinis deſeruiret commixtionibus.* Ad ea quæ Ionas & ex Iona Fredegarius ediderant, de ſuo quid addere voluit Aimoinus, vt Hermembergam, cuius iam poſt Fredegarium [a] meminerat [b], à Theodorico repudiatam altiùs inculcaret, ſed alibi probauimus Hermembergam Theodorico numquam nupſiſſe. Odij contra Columbanum à Theodorico. ſuſcepti cauſam certè commentitiam proponunt Ionas, Fredegarius, Aimoinus & recentiores. Tunc Theodorico Regi quatuor erant filij, Sigibertus, Childebertus, Corbus & Meroueus, de quorum ortu ita Fredegarius [c]. *Anno VII. regni Theuderici, de concubina filius naſcitur nomine Sigibertus. Anno VIII. regni Theuderici, de concubina naſcitur ei filius nomine Childebertus. Anno IX. regni Theuderici, naſcitur ei de concubinu filius nomine Corbus. Anno XII. regni Theuderici, &c. Eo anno natus eſt de concubina Theuderici filius nomine Meroueus quem Chlotharius de ſuncto lauacro ſuſcepit.* Habet eadem Aimoinus [d]. Neuter Theodorici filios aut affirmat aut ſubindicat ex diuerſis matribus natos fuiſſe, eâque ætate concubinæ nomen vxori etiam legitimæ tribuebatur, nec proles habebatur ſpuria quam concubinæ torus ediderat. Si filij Theodorici prodiiſſent ex lupanaribus, & habiti fuiſſent indigni, qui ſuccederent in paternum regnum, prout apud Ionam Columbanus aſſerit, an Clotarius Rex vnum ex illis de ſacro funte ſuſcepiſſet? Exiſtimamus ea quæ de filiorum ortu quos Theodoricus genuit, per contemptum poſteà dicta ſunt, inuenta primùm fuiſſe & in vulgus à Clotarianis ſparſa, cùm Clotarius & Theodoricus Reges bello ſimul contenderunt, deinde fidem commento facilè conciliatam, poſtquàm Clotarius Bru-

[a] Cap. 30.
[b] Aimoin. l. 3. cap. 94.
[c] Capp. 21. 24. 28. 29.
[d] Lib. 3. capp. 89. 90. 92. 93.

AN. CH. 609. CLOTAR. II. R. 26. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 14.

nichildem atque omnem illius proſapiam extinxit, neque enim Clotarij crudelitas & ambitio meliùs excuſati poterant, Ionámque, qui poſt annos circiter quatuordecim ab obitu Clotarij ſcripſit, ea literis commendaſſe quæ tunc omnium ſermone ferebantur. Exploſâ fabulâ, quæ de Theodorici Regis adulteriis circumfertur, quæres quid cauſæ interceſſerit, vt Theodoricus & Brunichildis Columbanum è Monaſterio Luxouienſi pellerent. Quid ſuper ea re ſentiamus, accipe ex vita ſancti Agili manuſcripta & ex quibuſdam Ionæ verbis iam citatis.

VI. Columbanus fœminas ipſámque Brunichildem ab aditu Luxouienſis Monaſterij repellebat, ſepta Cœnobij duas diuiſerat in partes, quarum exterior viris excipiendis patebat, interior minimè. Digna hæc erant inſigni laude, quia Monachorum moribus ac tranquillitati multùm congruebant. Diſplicuerunt tamen primùm Brunichildi, tum Theodorico. Regina, quoniam arcebatur ab ingreſſu Monaſterij, cœpit Abbatem odio ſæuiſſimo proſequi. *Ea maximè pro cauſa*, inquit vetuſtus Auctor in vita ſancti Agili, *ſæpefato Columbano infeſta erat, eò quòd acceſſum fœminarum à præfato Monaſterio propellebat, & ſibi, quæ Regina erat, idem contradixerat.* Validiſſimum eſt teſtimonium huius Scriptoris, nam totum negotium, vt geſtum eſt, à Donato, Luxouienſi tunc Monacho, Veſontionenſi pòſt Epiſcopo, didicit. Reginæ in Abbatem excandeſcenti iuſta deerat ratio, nihil enim præſcripſerat Columbanus, quod Monachorum inſtitutis famæque non competeret, & in aliis Cœnobiis, vbi Monaſtica diſciplina vigebat, non obſeruaretur religioſiſſimè. Mulieres interdicebantur ingreſſu Monaſteriorum Iurenſium. Quapropter ſanctus Romanus morti proximus Lupicinum fratrem apud Gregorium Turonenſem [a] ſic alloquitur. *Non poteſt fieri, vt ego in Monaſterio ſepulchrum habeam, à quo mulierum acceſſus arcetur.* Et Tetradius in Regula quam à ſancto Cæſario Arelatenſi Epiſcopo dictatam Monachis tranſmiſerat, fœminas ab aditu Cœnobiorum ſimiliter prohibuerat hac conſtitutione. *Mulieres in Monaſterio nunquam ingrediantur.* Theodorici Regis æquior videbatur cauſa, id enim vnum querebatur teſte Ionâ, *cur Columbanus à Comprouincialium moribus diſcederet, & inter ſepta ſecretiora omnibus Chriſtianis aditus non pateret.* Longè potior erat ratio cur mulieres vetarentur ingredi Monaſteria virorum, quàm cur viri ſepta ſecretiora Monachorum adire prohiberentur. Prior ſanctio remitti non poterat abſque ſcandalo; ſecus poſterior quam facilè credimus in multis locis ante illa tempora iam fuiſſe abrogatam. Sed quia plerorumque Monaſteriorum loca ſecretiora claudebantur laicis, arbitramur Theodoricum inſtigante Brunichilde ſtudioſiùs inquiſiſſe, quo conſilio Columbanus ab Aſcetis Luxouienſibus eandem legem obſeruari iuberet, nec defuiſſe flagitioſos homines, qui calumniis innocentiſſimum Abbatem impeterent, accuſaréntque perduellionis, quaſi partibus Theodoberti faueret, nuncios & exploratores ex Auſtraſia miſſos occultaret, ideóque ſecretiora Monaſteriorum ſuorum ſepta non permitteret omnibus Chriſtianis patere. Sententiam noſtram duo fulciunt argumenta, quorum alterum petitur à iurgiis, quæ inter Theodobertum ac Theodoricum Reges, vt anno priori monuimus, iam pullulabant, alterum ſumitur à loco, in quem ablegatus eſt Columbanus. Luxouium aliáque Cœnobia, quæ Columbanus regebat, ſita erant in Burgundia, nec procul diſtabant à finibus Auſtraſiæ, tamen Theodoricus, cùm Columbanum in exilium miſit, eum Namnetas vſque perduci atque inde in Hiberniam tranſportari præcepit, alióque indicio meliùs ſignificare non potuit prauam quam de Columbano conceperat exiſtimationem, nuſquam enim illum in regionem adeò longinquam amandaſſet, niſi amicum Theodoberto Auſtraſiæ Regi crediſſet, & in eius partes tranſiturum, ſi libera facultas concederetur abeundi quocumque vellet.

[a] De vit. Patr. cap. 1.

VII. Aimoinus capite iam citato vtrumque exilium Columbani breuiter admodùm perſtrinxit his verbis. *Brunechildis animus ſemel nequitiâ imbutus, à perſecutione*

609.
CLOTAR. II. R. 26.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 14.

ſecutione beati viri nequaquam eſt immutatus. Quin potiùs eò vſque proceſſit ſpiritus immanitatis ferox, vt nepoti ſuaderet Sanctum Dei in oppidum Veſuntionum exilio relegari, indéque reuerſum vſque ad maris Britannici litora deduci, vt tranſmeato freto nunquam de cetero Galliarum reuiſeret arua. Cur hæc adeò breui ſtylo complexus fuerit, ſtudioſiùs inquirenti nulla ratio certè occurrit, niſi quòd pletaque leguntur in Scriptis Ionæ ac Fredegatij, quæ Brunichildem, ſi crudelis adeò ingenij fuiſſet, facilè impuliſſent, vt Columbano in Monaſterium abſque licentia Regis reuerſo necem decernendam non exilium ſuaderet. Et hæc ablegatio Columbani (quod obiter notandum) prævalidè confirmat ea quæ de morte ſancti Deſiderij Epiſcopi Viennenſis ante biennium diximus. Addequòd Ionas proſapiâ Brunichildis penitus deletâ liberam in illam Reginam inuehendi facultatem nactus, non viſus eſt ei parcere, vocauit enim ſecundam Iezabelem cùm eiuſmodi non opus eſſet comparatione, nihil tamen in ea redarguit præter ſuperbiam, quâ præcipuum locum in aula Theodorici ſibi quomodocumque conſeruare vellet, crudelitatem, quam Fredegarius & Aimoinus toties affingunt, ne verbo quidem carpſit.

VIII. Sedebat tunc Veſontione Nicetius Epiſcopus vir ſanctiſſimus, cuius vitam ex vetuſtis Codicibus Ioannes Iacobus [a] Chiffletius & Ioannes [b] Bollandus ediderunt. In illo opere primum exilium Columbani ſic deſcribitur. *Columbanus pulſus à Luxonio per manus ſatellitum, ductus eſt ad Biſuntinam ciuitatem in exilium. Vbi videns eum beatus Nicetius, mutuæ dilectionis alacritate perfunctus, & fratris aduerſitati, ſolatium inferens, modeſtè condolebat, & multo gaudio replebatur, quia confabulandi copiam tali cum viro habebat, vbi diu eum honorificè tractans, ſaluâ Regis reuerentiâ, ſecum habuit, donec Dei voluntas (in cuius manu ſunt omnia) ſuâ potentiâ ac diſpoſitione beatum virum ab hoc exilio liberatum reduxit.* Inter vtrumque ſingularis iampridem vigebat amicitia, in præcitata enim vita hæc præmittuntur. *Erat tunc temporis beatus Columbanus Luxonienſis Cœnobij Pater celeberrimus, cuius rogatu beatus Nicetius Antiſtes ſanctiſſimus Anagrates & Luxonium & Fontanas adiit, & in vtroque Cœnobio, ab eodem ſanctæ memoriæ Columbano ædificatis Eccleſiis, quia in ſua erant Diœceſi, altaria dedicauit.* Exiſtimamus vocabulum hoc *Anagrates* in illum textum irrepſiſſe, & per vtrumque Cœnobium vbi Nicetius altaria dedicauit, nihil aliud præter Luxouium & Fontanas intelligendum eſſe. Caue tamen ne putes Monaſterium, cui nomen Anagrates, à nobis extra terminos Biſuntinæ Diœceſeos conſtitui, non enim illud ea de cauſa expungimus, ſed quia eius altaria priùs dedicata credimus, quàm Nicetius Epiſcopatum Biſuntinum adipiſceretur.

[a] Part. 2. Veſont. n. 22.
[b] D. 8. Febr.

NICETIVS EPISCOPVS VESONT.

IX. *Per illud tempus*, vt in Chronicis ſancti Benigni perhibetur, *præſidebat Lingonenſi Eccleſiæ Mitius Epiſcopus*, Mummoli ſucceſſor, quem variis nominibus Mietium, Micetium, Migetium, Nugetium, Michetium & Mitium effetunt, *Diuionenſem verò Abbatiam, quo in loco ſanctus Martyr Benignus quieſcit, regebat Abbas venerabilis, nomine Gudinus, cuius diebus, ſcilicet anno decimoquarto regni Theoderici Regis, quædam nobilis fœmina, vocata Goyla, cum conſenſu & laude viri ſui, nomine Boneuaſſi, dedit prædicto ſancto Martyri Benigno in villa Longus-vicus vocata, vel in omnes fines eius, quicquid habere vel poſſidere videbatur, cum omnibus adiacentiis vel appenditiis ſuis, hoc eſt, Fedenꝛiaco, Poſtomniaco, Monaſteriolo, Attegias, medietate Glempono, Curcebuntiana, Ficiaco, Chenenas, Marcenniaco, de his omnibus rebus hæredem fecit poſt mortem ſuam & prædicti viri ſui, ſanctum Benignum.*

MITIVS EP. LINGON.

GVDINVS ABBAS S. BENIGNI.

X. Hoc anno Demochates & Seuertius obitum referunt Arthemij Senonenſis Epiſcopi, cuius feſtum celebratur nono Kalendas Maias. Monachus Altiſſiodorenſis Arthemium laudat, quòd Eccleſiam Senonenſem longo tempore prudentiſſimè rexerit. Ex vita S. Lupi patet eundem Arthemium aliàs coniugatum fuiſſe, illius filiam alij Veroſiam, Euloſiam alij appellant. Sancto Arthemio aut eius ſucceſſore Pontificatum gerente celebratum eſt Concilium Senonenſe, cuius mentio fit in ſolis Actis ſancti Betharij Carnotenſis Epiſcopi qui præ-

ARTHEMIVS EP. SENON. OBIT.

SYNODVS SENON.

AN. CH. 609. CLOTAR. II. R. 26. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 14. ſens intecfuit, vt Codex Vindocinenſis teſtatur his vetbis. *Accidit quoque illis in diebus vt indiceretur Synodale Concilium Senonis ciuitati. Adquam cùm* Betharius *perueniſſet cum ceteris Clericis coram Pontificibus cum omni honore ibidem eſt ſuſceptus.*

XI. LVPVS FIT EP. SENON. Poſt Sanctum Arthemium in catalogo Senonenſium Antiſtitum nominatur Lupus, vir ſanctiſſimus, miraculorum gloriâ præclarus, vt Author vitæ & Monachus Altiſſiodorenſis aſſerunt. Lupus natus eſt in Aurelianenſi territorio, patentes habuit Bettonem & Auſtregildem, qui quadam ex parte genus ſuum ad Reges referebant, Auſtregildi cognomentum Agiæ vel Agiæ ab auunculo acceſſit. Agiæ fratres fuerunt Aunacharius & Auſtrenus Epiſcopi, ille Altiſſiodorenſium, hic Aurelianenſium. Ij Lupum nepotem, quem ſacræ religioni addictum, & diuinorum mandatorum ſtudioſiſſimum obſeruatorem cernebant, in Clerum cooptarunt. *Ætate increſcente cœpit diuina officia accuratè perſoluere, ore melliſluo ſacras cantiones depromere, multâ abſtinentiâ rebellem carnem edomare, aſſiduis precibus Sanctorum Martyrum ſepulchra frequentare, afflictorum dolere inopiâ, ſectari hoſpitalitatem, charitate feruere, in eleemoſynas incumbere, mundum aſpernari, ac toto pectore ad caleſtem illum paradiſum aſpirare.* Hæc Lupi primordia deſcribunrut à peruetuſto vitæ Authore. Mater eius Agia colitur apud Aurelianos in Eccleſia ſancti Aniani, vt obſeruat Helgaldus.

XII. S. ASTERIVS OBIT. His circiter temporibus apud Petrocorios obiit ſanctus Aſterius *, cùm vixiſſet annos octoginta. Fuit è diſcipulis beati Eparchij. Ad annum Chriſti quingenteſimum-quadrageſimum-quartum iam recitauimus eius encomium, in quo per Auſtri Reginam intellige Brunichildem, quia patriâ erat Hiſpana, & Gallia, in quâ Petrocorij ſiti ſunt, Pyrenæis montibus Auſtrum ſeu meridiem versùs ab Hiſpania diſterminatur.

* *Aſter.*

XIII. AMANDVS SECEDIT IN OGIAM INSVLAM. Baudemundus, qui vitam beati Amandi conſcripſit, de illius ſeceſſu in Ogiam Inſulam hæc habet. *Cùm iam adoleſcentiam tranſiens in robur migraret virile, & immodicis deſideriis in Chriſti flagraret amore, patriam parentéſque relinquens, ad Ogiam Inſulam, quæ à litore Oceani maris quadraginta diſtat millibus, felici nauigans curſu, tandem portum Monaſtery petiit, ibique à fratribus ſpiritualibus cum magno receptus eſt gaudio, & quia ſacras ab infantia didicerat literas, ex hoc maiori ſuccenſus deſiderio, amplius quotidie in Dei rebus creſcebat.* Hoc anno Amandus annum ætatis viceſimum abſoluit. Iunior ad Ogiam Inſulam non acceſſit, nam profectus illuc dicitur, *cùm iam adoleſcentiam tranſiens in robur migraret virile*, nec feriùs hoc iter ſuſcepit, ex Ogia enim Turonos, deinde Biturigas petrexit, eiúſque aduentus in ciuitatem Bituricenſem poſt annum Chriſti ſexcenteſimum-duodecimum differri non debet, vt ad illum annum probabimus. Sita eſt autem Ogia * è regione Rupellæ, & inſulæ Reaco * adeò propinqua, vt æſtu maris defluente ex vna in alteram ſiccis pedibus tranſeatur, diſtátque ab Oceani littore quatuor tantùm milliaribus, quapropter aut receſſit Oceanus vt multæ paludes ad illam oram hodie ſubindicant, aut error in Baudemundi numeros irrepſit vt plerumque fieri ſolet, aut Baudemundus quadraginta milliaria numerauit non ab Oceani proximo littore ſed à portu ex quo Amandus ſoluit in Ogiam profecturus, idque magis probabile videtur, cùm Codices omnes quadraginta milliaria conſtantiſſimè retineant.

* *Oye.*
* *Ré.*

XIV. PERPETVVS EP. TRAIECT. MORITVR. Hoc anno Perpetuus Epiſcopus Traiectenſis, cuius Pontificatum Molanus, Miræus, Bucherius & Fiſenus annorum tredecim ſpatio circumſcribunt, *in confeſſione Domini, pridie Nonas Nouembris*, vt Ægidius teſtatur, *migrauit ad Chriſtum. Primò quidem ſepultus eſt in Eccleſia beati Vincenty Leuitæ & Martyris in oppido quod Dionantum * nuncupatur. Nam ex eius tumba oleum emanaſſe dicitur per longa tempora. Sed poſteà corpus eius in Eccleſia beatæ Mariæ Virginis in eodem oppido ſita tranſlatum eſt, & in feretro decenter collocatum, vbi & à ciuibus reuerenter frequentatus & fideliter inuocatus, multiplici beneficio alter poſt Chriſtum eſt eis patronus.*

* *Dinan.*

AN. CH. 609.
CLOTAR. II. R. 26.
THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 14. XV.

Sancto Perpetuo Taiectenſium Epiſcopo ſubſtiturus eſt Ebregiſus ſiue Euergiſus, quem cum Euergiſlo Agrippinenſium Epiſcopo confuderunt nonnulli, vel proprer nominis affinitatem, vel quòd vtriuſque corpus à ſancto Brunone Coloniam creditur auectum, atque in eodem poſitum ſanctæ Cæciliæ Monaſterio. Ipſéque adeò Ægidius quidquid de Euergiſlo literis proditum inuenerat, Ebregiſo non dubitauit adſcribere. Alij Ebregiſum ex albo Traiectenſium Epiſcoporum penitus abraſerunt, & à recta Chronologia longiſſimè receſſerunt Ioanne Agno, qui poſt Ebregiſum ſedit, in ſancti Perpetui locum perperam ſuffecto. Rurſum illi repeтiuntur in duplici differentia. Multi enim eorum autumant Euergiſlum origine Tungrenſem, dignitate Colonienſem Epiſcopum, Tungris martyrio coronatum, tranſlatúmque à Brunone Coloniam, ab imperitis Tungrorum ac Traiectenſium Epiſcoporum catalogo inſertum fuiſſe. Nonnulli verò, è quorum numero fuit aliquando Bucherius, exiſtimant Ebregiſum, qui poſt ſanctum Perpetuum inter Epiſcopos Traiectenſes annumeratur, haud alium fuiſſe ab Ebregiſilo Colonienſi Pontifice, qui teſte Gregorio Turonenſi [a] florebat anno Childeberti Regis decimo-quinto, id eſt, anno Chriſti nonageſimo ſupra quingenteſimum. Si quis autem accuratam temporum ac rerum à tribus illis Epiſcopis geſtarum rationem inierit, Ebregiſum Traiectenſem Antiſtitem ab Euergiſlo & Ebregiſilo Colonienſibus facilè diſtinguet. Ex ſupradictis conſtat Ebregiſilum Agrippinenſium Pontificem obiiſſe, priuſquàm Ebregiſus in Epiſcopum à Traiectenſibus aſſumeretur. Euergiſlus Colonienſis & Ebregiſus Traiectenſis ætate multò magis inter ſe diſcrepant, Euergiſlus enim Ebregiſum ducentis annis anteceſſit; inter vtrumque prætereà plurimùm diſcriminis intercedit, Euergiſlus enim ſepultus fuit Tungris, Ebregiſus Trumoniæ; ille Tabulis Eccleſiaſticis inſcribitur nono Kalendas Nouembres, hic colitur quinto Kalendas Apriles teſte Enſchenio in diatriba de Epiſcopatu Traiectenſi. Ebregiſum Traiectenſem Epiſcopum agnoſcunt Harigerus, Aoſelmus, Ægidius, Crarepolius, Chapeauillus, Miræus, Fiſenus, Enſchenius, & Bucherius in poſteriore Chronologia. Res quas in Epiſcopatu geſſit, tenebris inuolutas queritur Fiſenus. Nobiliſſimis parentibus natus & eruditus Tungris doctores ſummos in ſcripturis ſacris æquauit, vt Author eſt Ægidius. Sedit annos quatuordecim, vt Ægidius, Crarepolius, Bucherius, Miræus & Fiſenus affirmant. Prætereà obſeruat Ægidius eundem Ebregiſum Epiſcopum fuiſſe, cùm Clotarius Rex Dagobertum filium Pipino Principi & Arnulfo Antiſtiti Metenſi commendauit, idque à noſtro calculo non abhorret.

SVCCEDIT EBREGISVS.

[a] Lib. 10. c. 15.

610.
CLOTAR. II. R. 27.
THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

ANNVS
CHRISTI 610.
CLOTARII II. R. 27.
THEODOBERTI II. R. 15.
THEODORICI II. R. 15.

I.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo-decimo, Theodoberti ac Theodorici Regum decimo-quinto, qui tertius fuit antequàm Clotarius Theodorico in regnum ſuccederet, Columbanum Abbatem Luxouio Nannetas abductum docet Ionas. *Videns vir Dei periculum aliorum fore, ſi ſua ſeueritati ſatisfaceret, cum omnium eiulatu atque mœrore egreditur, deputatis à Rege cuſtodibus, qui quouſque ditionis ſua regno pelleretur, non eum relinquerent, ſed pariter cum*

COLVMBANVS LVXOVIO ABDVCITVR NANNETAS.

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

illo ambularent. Inter quos primus Ragamundus erat, qui cum vniuerſis fratribus velut funus ſubſequentibus, Nomuetus eum perduxit. Anxius itaque Pater tantorum membrorum diſpendio, cælos reſpicit, æterne, inquiens, Conditor rerum, tu nobis locum præpara opportunum, quo tibi tuæ famulentur in ſeculo plebes. Conſolatur deinde vniuerſam ſimul cohortem, vt ſpem non præpediant, ſed omnipotenti Deo immenſas laudes rependant, ſe hoc non diſpendium ſuum vel ſuorum pati, ſed ob multiplicandas Monachorum plebes hanc eſſe datam occaſionem, & quicunque ſe ſequi velint, promptiſſimo animo ad ſuſtinendas iniurias conuenirent, qui verò in ſupradicto Cœnobio remanere voluerint, ſecuri in hoc loco remanerent, citò Dominum de eorum mœrore vnctionem daturum. Sed cùm æquo animo de cuſtodia Paſtoris ſegregari nollent, cuſtodes Regis inquiunt, nequaquam hinc ſe ſequi alios permiſſuros, niſi eos quos ſui ortûs terra dederat, vel qui è Britannicis aruis ipſum ſecuti fuerant, cæteros qui Gallico orti forent ſolo, præceptis eſſe regiis inibi remanſuros. At cùm egregius Pater cerneret vi à ſe ſua membra diſcerpi, tam ſuus quàm etiam membrorum ſuorum dolor multiplicabatur, & pro tanti ſceleris pondere Dominum omnium conſolatorem deprecatur, vt quos à ſe regia pertinacia ſegregabat, ipſe ſuâ cuſtodiâ tueretur. Inter quos venerabilis vir, qui pòſt in eodem Monaſterio Pater extitit Euſtaſius, diſcipulus & miniſter ſancti viri violenter auellitur, intendente ſuper eum Nugetio auunculo eius, qui Lingonica Eccleſia Pontifex erat. Egreſſus ergo vir ſanctus cum ſuis, viceſimo anno poſt incolatum eremi illius, per vrbem Veſontionum Auguſtudunúmque ad Auallonem caſtrum peruenit.

[a] Menard. l. 1. obſeru. Bolland. d. 17. Ian.

Deicola ſeu Deicolus, vt in eius vita legitur [a], *magiſtrum ſecutus eſt, ſed vix duo millia itineris emenſus, cùm veniſſet ad locum qui Vepras dicitur, iam prouectioris ætatis exiſtens pedibus vehementer debilitari cœpit, nec mora, prouolutus genibus Patris licentiam remanendi deuotè ſupplicat, quam ipſe conceſſit eâ lege ac conditione vt numquam Luxouium reuerteretur.* Qualem in illa ſolitudine ſe geſſerit, ſuis locis exponemus, interim iter Columbani proſequamur. *Priuſquàm ad Auallonem perueniret, in via ei cuſtos equorum Theoderici occurrit, lanceâque virum Dei traiicere voluit, ſed maleuolam animam vltio mox diuina præuenit. Nam dexterâ, quam aduersùm virum Dei leuauerat, torpente, lanceam ante pedes ſuos humo defixit, ipséque à dæmonio correptus, ante veſtigia viri Dei ruit. Quem ille cernens vltione diuinâ percuſſum, die illâ noctéque penes ſe tenuit. Cúmque ſequens rurſus dies illuxiſſet, ad ſe accerſiuit, Deóque fauente curatus à peſte, ad propria remeauit. Deinde ad Caram * fluuium properans, ad domum cuiuſdam nobilis & religioſæ fœminæ Theodemandæ peruenit. Quò cùm perueniret, occurrerunt ei duodecim viri pleni rabido dæmone, furentes atque ruentes in terram, quos vir Dei protinus oratione curauit. Eâdem autem die ad vicum, quem Coram vocant, venerunt, ibíque quinque viri phreneſi vexati obuenerunt, vbi & mox ſanati ſunt. Et in Autiſiodorum properauit, ibíque allocutus eſt Ragamundum, quia ipſe eum viâ, quâ ibat, ducebat. Memento, inquit, ô Ragamunde, quòd Chlotharium, quem nunc ſperuitis, intra triennium Dominum habebitis. At ille. Cur, inquit, talia Domine mi, ais? Illéque ait. Videbis prorſus, quæ dixi, ſi tunc vitam cum ſuperis feras. Progreſſus ergo exin ab Autiſiodoro conſpicit iuuenem à dæmonio correptum, pernici ex aduerſo currere curſu, viginti etenim miliaribus totis viribus cucurrerat, Quo viſo ſubſtitit, quouſque ſaucius homo dæmonis arte veniret, veniénſque ante virum Dei ruit ſe diſcerpens. Quem vir Dei orationibus curauit, patríque ſoſpitem reddidit. Deinde ad Niuernenſe oppidum venit, cuſtodibus antecedentibus ac ſubſequentibus, vt Ligeris ſcaphâ reciperetur, Britannicóque ſinu redderetur. Vbi etiam cùm veniſſent, & tardo conamine ſcapham inſilirent, quidam è cuſtodibus arrepto remo, vnum eorum, qui Lua dicebatur, percuſſit virum ſanctiſſimum, & omni religione deditum. Vir autem Dei intuens ſua coram ſe membra cædi. Cur, inquit, crudelis addis mœrori mœrorem? An non ſufficit ad veſtram ruinam patrati ſceleris malum? Cur feſſa Chriſti membra cædis? Cur contra mitem immitis appares? Cur ſæuitiam in manſuetos prætendis? Memento te diuinâ vltione in hoc loco percutiendum, in quo Chriſti membrum furens percuſſiſti. Probauit autem illata*

* la Cure.

ſententia pœnam vltio mox ſubſecuta, nam vt ſubſequenti vice rediens ad eundem portum tranſiturus venit, diuinitus percuſſus, in eodem eſt loco demerſus. Quid cauſa fuit, vt iuſtus arbiter eandem vltionem in poſtmodum diſtuliſſet, niſi vt tunc Sancti obtutus de vindicta eius non macularentur? Inde ad Aurelianenſem vrbem venerunt, quò cùm nec aditum Eccleſiarum ſibi ex regiis præceptis pandi videret, cum grandi mœrore ſuper ripam Ligeris, tentoriis contentus pauliſper quieſcit. Cúmque iam ſumptuum neceſſariis indigerent, duos in vrbem direxit, vt neceſſaria quærerent, quorum vnus erat Potentinus nomine. Sed cùm luſtrantes vrbem illi nihil reperiſſent, quia regio timore omnium corda percuſſa manebant, viâ, quâ vrbem intrauerant, repedabant, obuiámque habent mulierem in platea ex genere Syrorum, quæ cùm eos vidiſſet, ſciſcitata eſt quinam eſſent. Illi enim ouantes, eam ſunt calce ſecuti, veneruntque ad domum eius, ſellâque poſitâ quieuerunt, donec detulit quod eis eſſet ad victum, erátque ſimul in conſeſſu vir eius, olim iam luminibus orbatus, de quo ſciſcitati ſunt quis eſſet. Illa autem infit. Vir meus eſt ex eodem genere Syrorum, ſicut & ego, quem per multorum circulum annorum lumine priuatum traho. Illi inquiunt. Si Chriſti famuli Columba obtutibus præſentaretur, eius interuentu orationum lumen poſſet recipere. At ille promiſſi muneris fideique nexibus mentem roborat, ſurgénſque eorum eſt proſecutus cum duce veſtigia. Narrauit ergo Potentinus hoſpitalitatis munus in peregrinis. Nec prorſus verba impleuerat, cæcus aſtabat, precatúrque Deo virum, vt ſuis orationibus ei lumen reſtituat. Videns itaque illius fidem, omnes poſcit vt pro cæco orent, pronúſque diu ſupra humum iacuit, ſurgénſque manu oculos attigit, ac poſt Crucis ſignum poſtulatum lumen reddidit. Gaudens ergo ille reddito lumine domum remeauit, vt videlicet qui interiorem lucem non amiſerat, exteriori non careret. Sícque exinde turba obſeſſorum, quos dæmones horrido furore torquebant, ad virum Dei, curandi gratiâ, properabant, datúrque ſalus largita à Domino omnibus per virum Dei beatum Columbanum. His namque virtutibus populus vrbis permotus virum Dei ſuis facultatibus latenter atque honorificè fulciebat, non enim manifeſtè propter cuſtodes quicquam præbere audebant, ne Regis iram incurrerent, deinde arreptum iter peragunt. Nauigantes ergo per Ligerim, ad Turonenſem perueniunt vrbem, vbi vir ſanctus cuſtodes precabatur, vt ſcaphâ portui appropinquent, séque ad ſepulchrum beati Confeſſoris Chriſti Martini ire ſinant. Quod abnuentes cuſtodes, nauigare veloci conatu compellunt, remigeróſque vrgent, vt omni virtute curſu celeri portum tranſeant, gubernatori imperant, vt medio fluminis alueo ſcapham teneat. Quod videns beatus Columbanus mœſtos vultus ad cælum erigit, compellans ſe tantæ mœſtitiæ ſubdi; vt ne Sanctorum ſepulchra viſere permittatur. Vrgentibus ergo omnibus, mox vt contra portum ventum eſt, velut quibuſdam anchoris defixis ſcapha ſtare cœpit, & ad portum caput dirigere. Quod cùm cuſtodes obſtare non valerent, inuiti ſcapham quò velit ire ſinunt: mirum in modum è medio fluuij chilos ad portum ceu pennigero volatu peruenit, portúque recepto viro Dei viam pandit. Gratias autem ille Regi refert æterno, qui ſuis ſic obtemperare non dedignatur ſeruis. Egreſſus ſanè ad ſepulchrum beati Martini Confeſſoris Chriſti accedit, totáque ibi nocte in oratione excubat. Illuceſcente verò die, à Leupario vrbis illius Epiſcopo inuitatus ad eſum, ire non abnuit, præſertim ob ſuorum requiem fratrum, moratúſque eſt eo die cum ſupradicto Pontifice, qui cùm horâ refectionis cum eo ad menſam reſideret, interrogatus cur retrò ad patriam repedaret, reſpondit. Canis me Theodoricus à meis fratribus abegit. Tunc vnus è conuiuis, Chrodoaldus nomine, qui amitam Theodoberti Regis in coniugium habebat, Regi tamen Theodorico fidelis erat, hic viro Dei humili voce reſpondit, eſſe melius lac potare quàm abſynthium. Cui vir Dei ait. Cognoſco enim te Regis Theoderici fœderis iura ſeruare velle. At ille fatetur ſe fœdus fidei promiſſa, quamdiu valeret, obſeruare. Cui beatus Columbanus reſpondit. Si, inquit, Regis Theoderici vinctus es fœderi, amico tuo & Domino lætus eris à me Legatus directus. Hæc ergo eius auribus refer, & ipſum & ſuos liberos intra triennij circulum eſſe delendos, radicitúſque eius ſtirpem Dominum eſſe eradicaturum. Cur, inquit ſupradictus vir, famule Dei, talia

AN. CH. 610.
CLOTAR. II. R. 27.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 15.

AN. CH. *promis? At ille. Non enim queo ſilere, quæ mihi loquenda Dominus tradit. Quod*
610. *in poſtmodum omnes nationes Galliæ ſenſere impletum, confirmauítque hoc ſuperiùs*
CLOTAR. *ad Ragamundum ſententia illata. Sublato deinde prandio vir Dei ad ſcapham remeat,*
II. R. 27. *reperítque ſuos multâ triſtitiâ depreſſos, inquirénſque inuenit præteritâ nocte, quæ*
THEO- *in ſcapha habuiſſent, furto ſe perdidiſſe, ſimúlque aureos, quos in pauperes non ero-*
DOB. II. *gauerat, furto ablatos. Quo audito ad ſepulchrum beati Martini repedat, queſtuſ-*
THEO- *que eſt ſe non idcirco ad eius excubias iſſe, vt ille ſua ſuorumque ſineret damna pa-*
DOR. II. *trari fratrum. Nec mora, is qui ſaccellum cum aureis furatus erat, cœpit inter fla-*
RR. 15. *gella corporis pœnáſque clamare & dicere, illo & illo in loco ſe aureos occultatos habe-*
re. Quod videntes ſocij omnes currunt, furtóque ſublata omnia reddunt, & virum
Dei precantur, vt tanti ſceleris culpas ignoſcat. Quod miraculum omnibus terrorem
incutit, vt deinceps quicunque iſta audiſſent, velut ſacrata omnia, quæ ad virum
Dei pertinebant, attingere non auderent. Prabens itaque neceſſaria Leupatius viro
Dei valedicit. Nauali ergo itinere ouans vſque ad Namnetenſe oppidum venit, ibi-
que aliquantiſper commoratus eſt. In illo textu nomen Theodorici Regis lædi-
tur aliquot verbis contumelioſis, quæ potiùs ex irati Ionæ calamo, quàm
ex ore ſancti Columbani excidiſſe credam. Cur autem Ionas Chrodoaldi,
qui Turonis morabatur, vxorem vocet amitam Theodoberti Regis, haud
liquidò conſtat, præſertim cùm miretur Chrodoaldum ductâ illâ coniuge
Theodorico adhuc fauiſſe. Nam ſi vocabuli vis attenditur, amita eſt ſoror
patris, & cùm Theodobertus ac Theodoricus eodem patre Childeberto ge-
niti fuerint, certè quæ Theodoberti Regis amita fuit, fuit & Theodorici.
Si Theodobertus non ex Faileuba quæ Theodorici mater fuit, ſed ex altera
[a] Cap. 37. Childeberti coniuge natus eſſet, vt in libro de Geſtis [a] Regum Francorum
habetur, ſuſpicarer equidem Chrodoaldi vxorem ſororem fuiſſe matris Theo-
doberti, & loco materteræ amitam in vita Columbani impropriè legi. Sed
cùm vero ſimilius ſit Theodoberto & Theodorico eandem matrem fuiſſe, non
video quâ ratione Ionas explicari poſſit, niſi Chrodoaldi vxor habeatur ami-
ta Belichildis Theodoberto nuptæ.

II. Iter Columbani Luxouio Namnetas fuit per Epiſcopatus Veſontionen-
ſem, Lingonenſem, Auguſtodunenſem, Altiſſiodorenſem, & per Ligerim
amnem qui Niuernenſem Diœceſim prætergreſſus alluit Altiſſiodorenſem à
dextra, Bituricenſem à ſiniſtra, deinde interſecat Aurelianenſem, Carnoten-
ſem, Turonenſem, Andegauenſem ac Namnetenſem. Eccleſiæ Veſontio-
* Beſançon. nenſi * tunc præerat ſanctus Nicetius, qui beato Columbano amicitiâ con-
iunctiſſimus fuit, & Theodorico Regi ſuperſtes vixit. Epiſcopatum Lingo-
* Langres. nenſem * regebat Nugetius ſeu Mietius, quem Ionas textu proximè citato
* Autun. laudauit. Auguſtoduni * ſedebat ſanctus Flauianus, qui Tabulis Eccleſia-
* Auxerre. ſticis inſcribitur decimo Kalendas Septembris. Altiſſiodorenſem * Diœceſim
adminiſtrabat ſanctus Deſiderius, qui colitur ſexto Kalendas Nouembris.
* Neuers. Niuernenſes * infulas gerebat Fulcilius, quem ſanctis etiam annumerat Au-
* Bourges. thor correctionis additæ Coquillio. Bituricenſem * Metropolim guberna-
bat ſanctus Apollinaris, cuius memoria celebratur pridie Nonas Octobres.
* Orleans. Aurelianenſium * Epiſcopus erat Auſtrinus ſiue Auſtrenus, quem *ſpectatæ*
ſanctimoniæ Pontificem appellat Author Martyrologij Gallicani Kalendis Se-
* Chartres. ptembribus in elogio ſancti Lupi Senonenſis Antiſtitis. Carnotenſis * ouilis
curam gerebat ſanctus Betharius, cuius nomine inſignita etiamnum Eccle-
* Blois. ſia inter Bleſas * & Vindocinum * cernitur. Eccleſiæ Turonenſis Metropo-
* Vendoſme. litanus Antiſtes erat Leupatius, quem Ionas in vita ſancti Columbani nu-
* Angers. perrimè citatâ commendauit. Andegauenſi * Præſulatu gaudebat ſanctus
Magnobodus, cuius feſtum quot annis decimo-ſeptimo Kalendas Nouem-
bris recolitur. Horum Pontificum nullus fuit, qui dolore non afficeretur ob
exilium Columbani, iuſtæ pietatis officio ſolus defuit Soffronius Namne-
tenſis Epiſcopus, vt inferiùs ex Ionæ ſcriptis patebit. Mirabetis Columba-
num, qui Veſontione tectâ ductus eſt Altiſſiodorum, hinc iter Niuernum

AN. CH. 610.
CLOTAR. II. R. 27.
THEODOB. II.
THEODOR. II. R R. 15.

iuſſu Theodorici ſuſcepiſſe vt Namnetas * abiret, cùm Niuernum procul diſtet à via quâ itet Altiſſiodoro Namnetas. Eiuſmodi gyro cauſam hanc vnam fuiſſe coniicimus, quòd Theodoricus primùm putauit rebus ſuis ſatis conſultum eſſe, ſi Columbanum ablegaret in Neuſtriam vbi Clotatius regnabat, deinde mutatâ pòſt ſententiâ, cùm ſibi non parum timeret à Clotario quem ſciebat amicitiam cum Theodoberto nonnumquam pipigiſſe, ſibique non mediocriter infenſum eſſe ob ademptas à decennio ciuitates inter Ligetim & Sequanam ſitas, direxit quantocyùs nuncios, qui Columbanum reuocarent ab itinete quo contendebat in Neuſtiam, & Niuernum deducerent illic cuſtodiendum donec vltimo iudicio locus exilij decerneretur, tandémque ſtatuit pet Ligetim Namnetas atque inde in Hiberniam remittendum, vt à ditionibus cùm Clotarij tum Theodoberti longiſſimè trans Oceanum abeſſet. Hæc ratiocinatio magis ac magis nos adducit, vt credamus exilium ea tantum de cauſa Columbano irrogatum fuiſſe, quia falsò venit in ſuſpicionem perduellionis apud Theodoricum, qui bello contra Theodobertum fratrem gerendo ſe accingebat. Patebant tunc Theodorico ciuitates omnes quas Ligetis infra Niuernum alluit, anno enim Chriſti ſexcenteſimo Clotarius vrbes quas inter Ligerim & Sequanam tenebat, Theodorico ceſſetat, & ſi quas anno Chriſti ſexcenteſimo-quinto recuperarat dum Theodobertus & Theodoricus fratres inter ſe diſſidebant, eas paulò pòſt iterum amiſerat pace inter Theodoricum & Theodobertum reſtitutâ.

* Nantes.

III.

Cùm Columbanus in ciuitate Namnetenſi morabatur, *quadam die quidam egenus ante fores cellula, in qua vir Dei metatus erat, clamauit, ille vocato miniſtro, ait. Prabe cibos alimoniam petenti. At ille. Non eſt nobis panis, ait, niſi paululùm tantùm farina. At ille. Quantùm, inquit, habes? Teſtatus eſt ille ampliùs ſe non habere, vt rebatur, quàm farina modium. Dicit ergo. Da totum, nec quicquam reſerues in craſtinum. Obediens autem miniſter totum ſimul pauperi tribuit, nihil ad neceßitatem communem reſeruans. Ieiunantibus ergo illis, tertia dies illuxerat, nihil penes ſe habentibus prater Spei & Fidei gratiam, vnde feßis ieiunio membris ſubuenirent. Subitò autem audiuit quendam fores ſigno terere, cúmque oſtiarius ſciſcitaretur, cuius rei neceßitas poſceret, ſono fragoris fratrum aures inquietari, is qui fores terebat ait ſe à domina ſua Procula nomine eſſe directum, qua diuinitus admonita, vt ſumptus viro Dei Columba atque comitibus eius, qui apud Namnetenſe oppidum morarentur, dirigeret, haberíque in proximo, séque ideo praueniſſe, vt vaſa quò reciperentur, pararent, centum dicens modia eſſe vini, ducentáque frumenti, ſed & bracis centum modia, quod oſtiarius celeri curſu patri indicare properat. At ille. Sine, inquit, fratrúmque cœtum aduuari pracipit, vt ſimul poſiti pro largitate Dominum precarentur, ſimúlque grates referant conditori, qui ſuos conſolari non deſinit famulos in omnibus neceßitatibus, & poſt hac munus oblatum recipiunt. Alia ſimul nobilis fœmina & religioſa, nomine Dola, direxit ducenta frumenti, ac promiſcuè centum modia. Qua cauſa maximam verecundiam vrbis illius Pontifici excitauit, nomine Soffronio, à quo cùm nihil muneris impetrauiſſent, nec quicquam commutando capere potuere. Ibi cùm moraretur quadam mulier, damonis peſte plena, cum filia itidem tali atrocitate repleta venit. Quas cùm Columba vidiſſet, communem pro eis Dominum exorauit, ſanitatíque pòſt redditas, metatui ſuo redire pracepit. Poſt hac Soffronius Namnetenſis vrbis Epiſcopus, vnà cum Theodoaldo Comite, iuxta Regis imperium, beatum Columbanum naue ſuſceptum, ad Hyberniam deſtinare properabant, vir autem Dei inquit. Si nauis, qua finibus Hybernia reddatur, adeſt, omnem ſupellectilem comitéſque ſuſcipiat, ego verò interim ſcaphâ receptâ, Ligeris vndâ vehar, quouſque ad alta maris deferar. Repertâ ergo naui, qua Scotorum commercia vexerat, omnem ſupellectilem comitéſque ſuſcepit. Cúmque iam remigerâ arte proſperantibus zephyris, nauis ad alta pelagi tenderet, vndarum moles obuenerat, nauémque ad littus redire coegit, planóque terris ſalo depulſam reliquit. Collecto itaque fluctu in ſinus aquorum quieuit, manſitque per triduum abſque vndis carina. Intellexit ergo dominus nauis, ob viri Dei ſupellecti-*

NVLLAM HVMANITATEM EXPERITVR IN SOFFRONIO EPISCOPO.

IMPONITVR NAVI.

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

lem, comitéſque receptos, ſe eſſe detentum. Fuit tandem conſilium, & reiecit omnia à nauis finibus, quæ ad virum Dei pertinebant. Nec mora, vndarum moles adfuit, carinámque ad alta prouexit. Mirantes itaque omnes cognouere non eſſe voluntatem Dei, vt retrò ampliùs repedaret. Ad metatum ergo ſuum, quo priùs fuerat, rediit nullo iam obſtante, quò vellet ire, ſed magis prout quiſque poterat, virum Dei honoribus ac ſumptibus fulciebat. Nec defuit quicquam præſidij, dum in omnibus conditoris manebat auxilium, quia prorſus numquam obdormiet, qui ſub alarum ſuarum vmbra Iſrael degit. Sic nempe omnibus omnia largiendo demonſtrat, vt ab omnibus pro munerum ſuorum glorificetur largitione. Moratus ergo paululum ibidem, poſt ad Clotharium Hilperici Regis filium, qui in Auſtraſiis Francis regnabat, in extrema Gallia ad Oceanum poſitis, pergit. Hæc Ionas, cuius narrationi fidem integram adhibere non poſſumus, quia Clotarius, cùm Columbanus in exilium miſſus eſt, non Auſtraſiis Francis ſed Neuſtraſiis imperabat, amiſerátque ante decennium partem non ignobilem ſui regni, nam graui clade à Theodoberto ac Theodorico Regibus affectus pacem inierat turpiſſimis conditionibus, quas Fredegarius [a] ad annum Theodorici Regis quintum ſeu Chriſti ſexcenteſimum ita recitat. *Chlotharius oppreſſus, vellet nollet per pactionis vinculum firmauit, vt inter Sigonam & Ligerem, vſque mare Oceanum & Brittannorum limitem, pars Theuderici haberet: & per Sigonam & Iſaram Ducatum integrum Dentelini vſque Oceanum mare Theudebertus reciperet. Duodecim tantùm pagi inter Iſeram & Sigonam & mare littoris Oceani Chlothario remanſerunt.* Habitâ huius pacis ratione, cùm Theodoricus non tantùm ciuitates ad vtramque Ligeris ripam ſitas teneret, ſed & regnum ſuum à Ligeri ad Sequanam per Armoricam propagaſſet, & Theodobertus eius frater per totum Denteleni Ducatum inter Sigonam & Iſaram ſiue inter Sequanam & Oeſiam * fluuios atque Oceanum latè dominaretur, Columbanus, qui Clotarium adire cupiebat, nec Namnetas nec ad oſtium Ligeris redire debuit vt conſilij ſui compos fieret, Namnetis enim procul aberant ditiones Clotarianæ. Quapropter multò ſimilius eſt vero nauim, quâ Namnetis in Hiberniam, quæ & Scotia nuncupatur, Columbanus Abbas eiúſque ſocij vehebantur, Deo ſic diſponente, vi tempeſtatis delatam eſſe ad exitum Somonæ * vel ad vicinum quemdam locum qui Clotario ſubeſſet. Albertus de Monte Relaxo in catalogo Chronologico Namnetenſium Epiſcoporum fallitur, vbi Pontificatum Nonnichij protogat vſque ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-tertium, deinde vſque ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-quintum vult ſediſſe Sophronium qui Nonnichio ſucceſſit. Ex verbis Ionæ ſuprà recitatis conſtat Sophroniom Epiſcopum fuiſſe anno Chriſti ſexcenteſimo decimo, quo Columbanus Abbas Namnetas adiit, & Leobardus Sophronij ſucceſſor Flodoardo teſte [b] interfuit Synodo Remenſi, quam anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto celebratam fuiſſe inferiùs demonſtrabimus.

[a] Cap. 20.

* Oyſe.

VENTO DEFERTVR IN NEVSTRIAM.

* la Somme.

[b] Lib. 2. c. 5.

IV. COLLOQVITVR CVM CLOTARIO REGE.

IV. A Iona nomen loci non exprimitur, vbi Clotarius Rex morabatur, cùm Columbanum ad ſe venientem excepit. Primum Columbani colloquium cum Clotario habitum putamus ad Somonam aut ad Oeſiam, quia idem Columbanus poſteà Pariſios atque inde in Auſtraſiam profectus legitur. *Clotharius audierat*, inquit Ionas, *quantis qualibúſue iniuriis virum Dei Brunehildis ac Theodericus fatigauerant, quem cùm vidiſſet, velut cæleſte munus recepit, oráuſque precatur, vt ſi velit intra ſui regni terminos reſideat, ſéque ei, prout voluerit, famulaturum. At ille nequaquam ait his in locis ſe conſiſtere velle, vel ob ſuam peregrinationem augendam, vel illis inimicitiarum occaſionem ſedandam. Tenuit ergo eum Clotharius quantis potuit penes ſe diebus, caſtigatúſque ab eo pro quibuſdam erroribus, quibus vix aula regia caret, ſpondet ſe Clotharius iuxta eius imperium omnia emendaturum. Erat enim Clotharius ſolers in amore ſapientiæ, inuentum ergo optatum munus gratificabatur. Morante igitur eo penes Clotharium, lis oritur inter Theodebertum & Theodericum, diſceptantibus vtriſque de regni termino, & vtrique ad Clotharium Legatos dirigunt, vterque aduersùs parem auxilium poſtulat.*

poſtulat. Quod Clotharius beato Columbano inſinuare procurat, conſulens vt ſi videretur eius conſilio, ſe vni conſentiendo, contra alium dimicare. Ad quem ille prophetico repletus ſpiritu ait neutris eum fore pariturum conſiliis, ſuam autem intra trienny tempus in ditionem, vtrorumque regna venire. Videns autem Clotharius à viro Dei talia ſibi prophetico ore dici, neutri parere voluit, ſed promiſſum ſibi tempus fideliter expectans, pòſt potitus eſt triumpho victoria. Poſt hæc egit apud Clotharium vir Dei, vt ſibi ſolamen largiretur, quatenus per Theodeberti regnum, ſi valeret, ad Italiam, Alpium iuga tranſcendens perueniret. Datis ergo comitibus, qui eum vſque ad Theodebertum perducerent, itinere arrepto, ad Pariſium vrbem peruenit. In ipſa vrbis porta hominem immundo ſpiritu obſeſſum liberauit, vt idem Author fuſiùs proſequitur. Apud Scriptores illius æui, prout non ſemel monuimus, *vel* non eſt particula diſiunctiua ſed coniunctiua, quapropter hæ voces (*vel ob ſuam peregrinationem augendam, vel illis*, Brunichildi videlicet ac Theodorico, *inimicitiarum occaſionem ſedandam*) duas produnt diſtinctas rationes, propter quas Columbanus in ditionibus Clotarij diu ſe manſurum negat. Primam petit à deſiderio longioris peregrinationis, quæ quò longior, eò difficilior ideóque Deo gratior & acceptior erit. Alteram ſumit à Brunichildis Theodoricique Regis odio, cuius occaſionem penitus amputatam cupit. Cùm autem innuat inimicitiarum occaſionem adhuc fore, ſi diuturnam moram in regno Clotarij faciat, inde iterum colligimus eum accuſatum eſſe perduellionis apud Theodoricum, qui poſteà in animum ſuum facilè induxit nuſquam ſe quietè regnaturum, quandiu ille in Francia, id eſt, aut in Auſtria cum Theodoberto, aut in Neuſtria cum Clotario verſaretur. Bellum, quod inter Theodobertum ac Theodoricum hoc anno exarſit, cùm Columbanus in comitatu Clotarij Regis adhuc erat, ita deſcribitur à Fredegario [a]. *Anno XV. regni Theuderici, cùm Aleſationes, vbi fuerat enutritus, præcepto patris ſui Childeberti tenebat, à Theudeberto ritu barbaro peruaditur. Vnde placitum inter hos duos Reges, vt Francorum iudicio finiretur, in Saoliſſa * caſtro inſtituunt. Ibique Theudericus cum ſcaritis tantùm X. millibus acceſſit. Theudebertus verò cum magno exercitu Auſtraſiorum, inibi prælium volens committendum, adgreditur. Quò cùm vndique Theudericus ab exercitu Theudeberti circumdaretur, coactus atque compulſus Theudericus timore perterritus, per pactionis vinculum Alſatios ad partem Theudeberti firmauit, etiam Sugintenſes, & Turenſes, & Campanenſes, quod ſæpiùs repetebat, idémque amiſiſſe viſus eſt, regreſſi ſunt vterque ad ſedes proprias. His diebus & Alamanni in pago Auenticenſe Vltraiurano hoſtiliter ingreſſi ſunt, ipſúmque pagum prædantes, Abbelenus & Herpinus Comites, cum ceteris de ipſo pago Comitibus, cum exercitu pergunt obuiam Alamannis; vterque falanga iungas iungunt ad prælium. Alamanni Tranſiuranos ſuperant, plurimos eorum gladio trucidant & proſternunt, maximam partem territory Auenticenſis incendio concremant. Plurimorum nimiùm hominum multitudinem exinde in captiuitatem duxerunt, reuerſíque cum præda pergunt ad propria. Theudericus contra has iniurias deinceps integrâ aſſiduitate conſilium inibat, quo pacto Theudebertum potuiſſet opprimere.* Aimoinus [b] Fredegarium politiore ſtylo ſic explicuit. *Anno XV. regni ſui Theodebertus aliqua ſibi de fratris Theodorici poſſeſſionibus adiungere parans, eum in ſe excitanit. Verumtamen prouido prudentium conſilio virorum electus eſt locus, cui Saloiſſa cognomen, vt fratres ad deſtinatum locum cum paucis, ſed Francia Primoribus, conuenientes quæ pacis eſſent eligerent. Ibi Theodoricus cum decem millibus tantùm virorum, Theodebertus verò cum magna Auſtraſiorum affuit manu, bello etiam, ſi frater petitis annueret, turbare pacem volens. Theodoricus tanta multitudinis contemplatione perterritus, quæ ille cupiebat, quamuis non ſponte conceſſit. Conuentus fratrum huiuſmodi fuit. Vt Aleſatio, & Sugitenſi, Turonenſi quoque, ac Campanenſi Comitatu Theodoricus cederet, & ad Theodebertum ius omnium horum tranſiret. Inde cum gratia, ſed ſimulata, diſceſſum eſt; ac ſe inuicem ſalutantes, vterque ad ſua regna ſunt regreſſi. His diebus Alemanni Veneticorum fines ingreſſi, Vltraiuranos Cambeleno & Erpino Ducibus ſibi obſi-*

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

LIBERAT DÆMONIACVM.

[a] Cap. 37.

* Seltz.

[b] Lib. 3. capp. 96. 97. 98.

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

ſtere conatos acie ſuperant, ac vſque ad refugia montium perſecuti proſternunt. Dehinc nullo inquietante, Iuranum ſaltum peruagantur, cædibus ac incendiis cuncta per quæ tranſibant replentes. Captiuiſque plurimis abductis, cum ſpoliis & ingenti præda redierunt ad propria. Theodoricus acceptas iniurias vlciſci deſiderans, cum ſuis tractabat, quo pacto fratrem opprimeret. Aimoinus, quia Latinior ac planior eſt, lucem non mediocrem affert Fredegario, tamen in nonnullis circumſtantiis exſcriptor minùs accuratus videtur, reticet enim ius quod ſibi Theodoricus in Comitatus Sugintenſem, Turenſem & Campanenſem vendicabat, deinde pro Turenſi Comitatu perperam Turonenſem reponit. Vt autem Fredegarium rectè interpreteris, hæc priùs ſuppone. Anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto, cùm Theodobertus & Theodoricus fratres regnare cœperunt, eorum ditiones ex Childeberti patris præcepto ſeparauit pars Rheni ſuperior, vt hodie vocant, ſiue pais fontibus propior, & ad Theodoricum Burgundiæ Regem pertinuerunt Comitatus, Elſaticus *, Sugintenſis * & Turenſis * cis Rhenum poſiti, id eſt, Elſatia, cum Suntgoia, quæ nunc etiam Auſtrali Elſatiæ contermina eſt, & Turgoia quæ hodie Heluetiæ ſeu Suitiæ * accenſetur. Orto poſt nouennium inter vtrumque fratrem diſſidio, cuius mentionem Fredegarius [a] ad annum Theodorici decimum, Chriſti ſexcenteſimum-quintum facit, Theodobertus duos è tribus prædictis Comitatibus occupauit, Sugintenſem videlicet ac Turenſem, necnon Comitatum Campanenſem ſiue illam Campaniæ partem quam propatruus Guntchramnus, Burgundiæ Rex ad vtramque Sequanæ ripam ſupra infráque Trecas * quondam tenuerat. Senſum Fredegarij iam cape. Hoc anno, cùm Theodobertus Theodorico bellum intulit, Theodoricus dolebat querebatúrque tres prædictos Comitatus, Sugintenſem, Turenſem & Campanenſem ſibi pridem à fratre ablatos eſſe; Theodobertus verò, qui tribus hiſce Comitatibus potiebatur, in Theodorici regnum duos direxit exercitus, quorum alter, qui ciſrhenanis gentibus conſtabat, Elſatiam peruaſit, alter, qui trans Rhenum in Alemannia lectus fuerat, ingreſſus *Veneticorum fines*, vt Aimoinus loquitur, ſeu Rhenum prope lacum Venetum tranſgreſſus incendiis ac cædibus deuaſtauit pagum Auenticenſem *, ceteróſque, quotquot inter Comitatus Sugintenſem ac Turenſem & à Rheno amne ad Iuram montem occurrerunt. Theodoricus timore perterritos pacem emit hac conditione, vt non tantùm id *quod* teſte Fredegariu, *ſæpius repetebat*, nempe Comitatus Sugintenſem, Turenſem & Campanenſem quos pridem amiſerat, ſed & Elſatiam fratri relinqueret. Ita ceſſatum ab armis. Alamanni trans Rhenum ad ſuas ſedes redierunt, & Theodobertus Rex non ſolùm Comitatus, Sugintenſem, Turenſem & Campanenſem, quos ante quinquennium ſubegerat, in ſua poteſtate retinuit, verùm etiam ditiones ſuas auxit Elſatiâ per quam deinceps Auſtraſiis liberum iter in Comitatum Sugintenſem fuit. Comitatus Turenſis diſtabat quidem à Sugintenſi, ſed vicinus erat Rheno tranſrhenaniſque gentibus quæ Theodoberto ſubiacebant. Quam turpiter hallucinentur Aimoinus aliíque, qui Toronenſem Comitatum pro Turenſi ſcribunt, præter alios abundè docet Ionas in vita ſancti Columbani, collocat enim ciuitatem Turonenſem in regno Theodorici, cùm per illam Namnetas Columbanum deducit extra prouincias Theodoricianas ablegandum. Ceterùm Diœceſes, quarum vrbes ac vicos immanis belli furor deformauit, tunc regebant, Argentoratenſem ſeu Strateburgenſem Aldus, Conſtantienſem Gaudentius, Lauſannenſem Macmerius. Sedit Aldus *tempore Heraclij Imperatoris* vt Wimpbelingus ſcribit, Heraclius autem hoc ipſo anno Chriſti ſexcenteſimo-decimo imperare cœpit. Gaudentius obiit anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto. In Tabulis Lauſannenſibus poſt ſanctum Marium, de cuius morte ad annum Chriſti DXCVI. diſſeruimus, ponitur Macmerius, tum Egilolphus & qui Concilio Cabilonenſi ſub Clodoueo Secundo Rege ſubſcripſit Arricus.

* *Alſace.*
* *Suntgow.*
* *Turgow.*
* *la Suyſſe.*
[a] Cap. 27.
* *Troyes.*
* *d'Auanches.*

Lutetiâ, quam à Theodorico Rege captam anno Chriſti ſexcenteſimo- AN. CH
quarto Clotarius Rex amiſerat, ac paulò pòſt Theodoberto ac Theodorico 610.
fratribus inter ſe digladiantibus recuperarat, Columbanus Meldas * perre- CLOTAR.
xit. Clotarij regnum ſuperioribus bellis adeò decurtatum fuerat, vt Meldæ II. R. 27.
tunc eſſent in poteſtate Theodoberti Regis. Id innuunt Ionas in vita ſancti THEO-
Columbani, & Surius ex antiquis Codicibus in vita ſancti Faronis, apud Io- DOB. II.
nam enim Channericus, qui Columbanum hoſpitio Meldis excepit, Theodo- THEO-
berti conuiua dicitur, & apud Surium Faro Channerici ſiue Hagnerici filius DOR. II.
natu maximus inter Palatij primarios viros vtitur haud vulgari Regis Theo- RR. 15.
doberti familiaritate. *Deinde autem*, ait Ionas de Columbano, *ad Meldenſe* V.
oppidum properat, quà cùm vir quidam nobilis, nomine Channericus, Theodeberti * Meaux.
conuiua, vir ſapiens, & conſiliis regiis gratus, & nobilitatis ſapientiâ vallatus
ineſſet, is virum Dei miro gaudio recepit, ſéque habere curam ſpondet, qualiter ad
Theodeberti accederet aulam, non eſſe neceſſe alios comites è regio latere eum habe-
re. Ad hoc enim aliorum differebat ſubſidium, vt virum Dei ſecum, quamdiu vale-
ret, teneret, & eius doctrinâ ſua domus nobilitaretur, Benedixit ergo vir Dei do- BENEDI-
mum ſuam, filiámque eius nomine Burgundoforam, quæ infra infantia annos erat, CIT FARÆ
benedicens Domino vouit. Præter Burgundoforam, quam alij Faram vocant, PVELLÆ,
erant Channerico tres filij, Faro, Chanoaldus & Walbertus, quorum natu
maximus in aula Theodoberti Regis, duo iuniores in Monaſterio Luxouienſi
educabantur, vt ex vitis ſanctorum Faronis [a] Meldenſis Antiſtitis & Euſtaſij [b] [a] Ap. Sur. d. 28. Oct.
Luxouienſis Abbatis conſtat. [b] Ap. Sur. 29. Mart.

Progreſſus autem inde, nempe Meldis, vt Ionas perſequitur, *venit* Colum- VI.
banus *ad villam quandam Wlciacum, quæ ſupra amnem Matronam ſita eſt; ibi re-* ADONI ET
ceptus eſt à quodam viro, nomine Authario, cuius coniux Aiga dicebatur, erántque DADONI
his filij intra infantiæ annos detenti, quos mater ad benedicendum viro Dei obtulit. INFANTI-
Videns ergo ille matris fidem, infantulos ſuâ benedictione ſacrauit, qui pòſt, mox BVS.
vt pubeſcere cœperunt, Clothario Regi primùm, ac deinceps Dagoberto gratiſſimi ha-
biti ſunt. Sed poſtquàm ſeculi gloriâ fuerant illuſtrati, anhelare cœperunt, vt per
gloriam ſeculi non carerent æternâ; quorum maior natu, Ado nomine, ſemet ſuis
voluptatibus abdicauit, póſtque intra Iurani ſaltus Monaſterium ex beati Regula Co-
lumbani conſtruxit; iuniórque nomine Dado, intra Briegenſem ſaltum, ſupra fluuio-
lum Resbacem, ex ſupradicti viri Regula Monaſterium conſtruxit. Fredegodus in
vita ſancti Dadonis qui & Audoenus * appellatur, ſcribit Aigam Authario * Ouen.
non duos tantùm peperiſſe filios, Adonem & Dadonem, ſed & tertium natu
minimum nomine Radonem, cui Columbanus Abbas æquè ac duobus fra-
tribus benedictionem ſuam impertierit. Quæres cur Ionas prætermiſerit Ra-
donem. Arbitramur Ionam loco ſuprà recitato nullam Radonis mentionem
feciſſe, quia Rado nondum in lucem editus fuerat, cùm Columbanus ad
Wlciacum villam peruenit. Certè Ionas Dadonem rectè vocat tunc infan-
tulum, nam ipſemet Dado ſiue Audoënus in vita ſancti Eligij à Surio & à
Dacherio publicata teſtatur ſe *puerulum* adhuc fuiſſe, cùm Eligius *virilem*
ætatem attigiſſet. Obiit autem Eligius * anno Chriſti ſexcenteſimo vndeſe- * Eloy.
xageſimo, Kalendis Decembris, *cùm eſſet annorum ampliùs ſeptuaginta.* Sic
igitur annos Eligij & Audoeni ſimul componimus. Anno Chriſti ſexcenteſi-
mo-decimo, eùm Eligius annos vnum ac viginti iam natus eſſet, Audoenus
in cunis erat, & anno Chriſti ſexcenteſimo-viceſimo eùm Eligius virilem
ætatem ageret, Audoenus puerulus erat vndecim annorum. De vtroque
verba ſæpè faciemus. Ambo grati fuerunt Clotario & Dagoberto Regibus;
ambo eodem die ſub Clodoueo Iuniore ordinati ſunt Epiſcopi, Audoënus
Eccleſiæ Rothomagenſis, Eligius Nouiomenſis; migrarúntque ad Deum,
Eligius regnante Clotario prædicti Clodouei filio, Audoenus regnante Théo-
dorico eiuſdem Clotarij fratre.

Sancti Audoeni vitam, quam ex Codice manuſcripto plerumque citabi- VII.
mus, ſcripſit Anonymus ſuppar, qui res multas ab ipſius Audoeni diſcipulis

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

ocularíſque teſtibus ſibi relatas vulgauit. Hanc vitam, quæ ceteris ob antiquitatem præſtat, auxit plurimùm, multiplicíque Chronologicorum Characterum adiectione deprauauit Fridegodus anno Chriſti nongenteſimo quinquageſimo-ſexto. Deinde ſtylum Fridegodi, cuius tamen primigeniam phraſim iuxta fidem veteris exemplaris ſemper allegabimus, in gratiam Lectoris paſſim nonnihil correxit Surius. Vitam ſancti Audoeni ſic orditur Anonymus. *Temporibus Clotarij glorioſi Principis, filiíque Regis Chilperici, in Prouincia Galliarum, Sueßionico oppido, orti ſunt tres venerabiles viri ex vno ſemine nobiles generati, gratiâ Dei cælitus illuminati, Ado, Dado & Rado. Pater eorum Aldecharius, mater verò eorum nomine Ayea, vtrique Chriſtiano apice decorati. Qui à rudimentis infantia, literarum ſunt acumine informati, & ab ipſo Principe dilecti prudentißiméque eruditi ab illuſtribus viris.* Sic verò Fridegodus iſque genuinus. *Temporibus Lotharij glorioſi Principis filij Hilperici Regis, circiter annum viceſimum tenente illo ſceptra regni Francorum, Sueßionico oppido quinque milliariis diſtante ab ipſa ciuitate, in loco nuncupato Sanctiaco, orti ſunt venerabiles viri, ex vno videlicet ſemine nobiles generati, gratiâque Dei cælitus illuminati, Ado, Dado & Rado. Nati ſunt autem patre Authario, matre verò Aigâ. Cùm eſſent nobilißimi carnis origine, fuerunt tamen ſtudioſißimi in Chriſtianæ religionis deuotione. Cuncta quæ poßidebant ſiue in fundis ſiue in diuitiis, neceßitatibus hoſpitum, peregrinorum, pauperum, Monachorum, ſummo ſtudio impendebant, operantes ſecundùm Apoſtolum bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Erant ambo fideì integritate puri, longanimitatis ſpe præcipui, caritate non ficti. Verbum vitæ aure percipere, corde retinere à talibus, quorum doctrina & fidei puritas & morum ſanctitas commendaret, ſine fatigatione ſatagebant. In quorum domo non vt aſſolet in quorumdam ſecularium conuiuiis mimorum vel hiſtrionum carmina fœda, ſed Euangelica vel Apoſtolica ſiue Prophetica perſonabant oracula. Illum diem ſanctum, illum ducentes verè ſollempnem, quando aliquem verbi diuini prædicatorem hoſpitio habere meruiſſent. Contigit autem eo tempore virum Deo dilectum nomine Columbanum, genere Scotum, fundatorem Cœnobiorum, Luxonienſis in Gallia, Bobienſis in Italia, ex Hibernia Inſula in Gallias perueniſſe. Qui relicto patrio ſolo, parentum domo, cunctíſque quibus mundi amatores pro magno vtuntur, voluntariam paupertatem, ſaluberrimam peregrinationem pro amore Chriſti & regni cæleſtis arripuit. Cuius viri doctrina vel vita qualis fuerit ſi quis ſcire deſiderat, ex libro, qui vitam moréſque eius ornato ediſſerit ſermone, ſcire poterit. Accidit autem eiſdem temporibus beatum Columbanum inſignem Dei cultorem de domo Hagnerici ſummi Conſiliarij Regis Lotharij remeaſſe, & ad villam quandam in littore amnis Materna* ſitam Wlciacum nomine deueniſſe, ibíque prædictum virum illuſtrem Autherium cum nobili coniuge ſua Aiga inueniſſe. Qui cùm virum Dei magno exultantes gaudio ſuſcepiſſent, & venerabilibus obſequiis placere ſatagerent, inter cetera ſalutifera beatorum virorum colloquia, religioſißima mater iam dictorum trium puerorum ad benedicendum infantulos viro Dei cultori obtulit, obſecrans vt eos ſacrâ ſuâ benedictione benediceret. Videns equidem vir ille Sanctus futurorum præſcius pia matris fidem, infantulos benedicens ſpiritu prophetico prædixit hos futuros in Chriſtianæ religionis virtutibus eximios, honoribus & dignitate ſeculari claros, in aula etiam Regum glorioſos. Nec potuit tanti viri benedictio caſſa vel fortuita vllatenus æſtimari. Mox enim vt pubeſcere cœperunt, primùm Lothario Regi, deinde Dagoberto in cunctis inuenti ſunt gratißimi. Proinde ad cæleſtia tendentes inter peſtifera mundi huius negotia Sanctorum ſemper amabant conſortia, licétque ordine diuerſo, ſequitur tamen effectus promißionem.* Hoc loco Fridegodus ab Anonymo præcipuè differt in duarum rerum amplificatione, quarum priorem Anonymus paucis verbis complectitur omiſsâ penitus poſteriore. Apud Anonymum parentes Audoeni dicuntur *Chriſtiano apice decorati*, nec vberior in eorum laudes exſpatiatur oratio. Fridegodus ad Anonymi ſenſum accedit hac periodo, *cùm eſſent nobilißimi carnis origine, fuerunt tamen ſtudioſißimi in Chriſtiana religionis deuotione*, deinde prolixiori exornatione com-

* *la Marne.*

mendat inſignem eorum liberalitatem erga peregrinos & Monachos, vt ido- AN. CH.
neâ ſetmonis connexione tranſear ad Columbanum quem hoſpitio ſuſcepe- 610.
runt. Anonymus non meminit Columbani, ſeu quia præcitatam Columbani CLOTAR.
vitam apud Ionam minimè legit, ſeu quia narrationem Ionæ ſuprà recitatam II. R 27.
exiſtimauit ad encomium potiùs Columbani quàm Audoeni pertinere. Fride- THEO-
godus autem quia librum Ionæ præ manibus habuit, aduentum Columbani ad DOB. II.
ædes Autharij & Aigæ coniugum non prætermiſit. At Ionæ mentem non benè THEO-
cepit, ab eâque non ſemel receſſit. Colnmbani appulſum in Galliam & pro- DOR. II.
fectionem ad Autharium longiſſimo temporis interuallo diſtinxit Ionas, ſimul RR. 15.
confudit Fridegodus. Autharij filios, quibus benedictionem Columbanus impertiit, duos tantùm, Adonem & Dadonem, nominauit Ionas; tres Fridegodus recenſuit, Adonem, Dadonem & Radonem. Nec minùs à Iona differt Fridegodus in editione [a] Suriana quam conſule ſi lubet. [a] D. 24. Aug.

VIII. Vt ſancti Audoeni ſic & ſancti Eligij vitam multæ deptauatunt auctiones editionéſque vatiæ. Audoenus Rotbomagenſis Epiſcopus vitam ſancti Eligij ſcripſit, ſcriptámque tranſmiſit ad Ctodobertum Epiſcopum Pariſienſem, vt hinc inde mutuò datæ teſtantut epiſtolæ, quas ſuo loco recitabimus. Auctot antiquior ac fide digniot inueniri non poreſt. Tota difficultas vertitur in opere Audoeni dignoſcendo, non enim Audoeni ſunt lucubrationes omnes, quæ ſub eius nomine de vita ſancti Eligij ſcriptæ leguntur in manuſcriptis Codicibus. Laurentius Surius vitam ſancti Eligij reperit manuſcriptam, atque in tres libros diuiſam, quorum poſttemum omiſit, quia ſuperiorum epitomen eſſe cenſuit, duos verò priores vulgauit [b] more ſuo, ſtylum enim in pleriſque locis [b] D. 1. Dec. mutauit, vt ſuperfluas præteriret narrationes, longiores contraheret, obſcuriores dilucidaret. Conſilij ſui rationem reddidit hiſce literis. *Fr. Laurentius Surius pio Lectori. Equidem libentiſſimè, propter Authoris reuerentiam, beatiſſimi Eligij vitam, ſicut ab illo edita eſt, integram nihílque mutuatam edidiſſem, candide Lector, ſed cùm eam ex quodam MS. Codice deſcriberem manu meâ, & iam aliquouſque progreſſus viderem eam valdè prolixam, nonnulla etiam ſubinde repeti, quædam etiam multis verbis fusè & copiosè dici, quæ poſſent paucis comprehendi, temporis anguſtiis excluſus, & ne opus nimiùm excreſceret, coactus ſum nonnulla aliquot locis omittere, quædam contrahere, quibuſdam etiam aliquam lucem afferre. Quæ cùm ſine ſtyli mutatione commodè fieri non poſſent, inuitus pleraque reddidi verbis meis, ſed ita tamen, vt æquus Lector facilè id boni conſulturus ſit, cùm nihil Hiſtoriæ integritati detractum aut diminutum ſit. Eſt autem ab eodem Audoeno etiam tertius liber ſcriptus de vita S. Eligij, ſed illum omiſi, quòd nonniſi epitome ſit eorum, quæ duobus hiſce libris à nobis editis continentur. Vale.* Idem Audoeni opus, quod Surius Cartbuſianus mutato ſtylo iam publicarat, Ludouicus *de Montigny* Canonicus & Archidiaconus Eccleſiæ Nouiomenſis reperit inter manuſcriptos eiuſdem Eccleſiæ Codices, & in vernaculam linguam fideli verſione anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo viceſimo-ſexto tranſtulit. Codex autem Nouiomenſis à Suriano in operis partitione diſcrepat, diuiditur enim in tres libros, itaut primus primo Sorij, ſecundus & tertius ſecundo Surij reſpondeant, initio tertij ducto à prædictione, quâ beatus Eligius proximam ſibi mortem imminere pro certo aſſeruit. Lucas Dacherius è Congregatione ſancti Mauri Monachus Benedictinus, Tomo quinto veterum Scriptorum, quos è Galliæ Bibliothecis eruit, vitam ſancti Eligij nuper inſeruit ex Codicibus Corbeienſi & Conchenſi, qui videntur conformes eſſe Suriano, totam enim lucubrationem in duos diſtribuunt libros, quorum prior capita quadraginta, poſterior octoginta capita complectitor. Differt & hæc capitum partitio à Codice Nouiomenſi. Codicum enim à Dacherio laudatorum poſteriorem librum, qui continet octoginta capita, Codex Nouiomenſis in duos diſtinguit libros, quorum alter habet capita triginta tria, alter ſex & quadraginta, itaut in vtroque capita duntaxat nouem ſupra ſeptuaginta numerentur. Exurgit hæc diſcrepantia cùm ex ſe-

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

cundo, tum ex tertio libro Codicis Nouiomenſis. In hoc Codice poſtremum libri ſecundi caput, cui titulus, *quantâ moderatione ſeſe vir Sanctus diſpenſabat, & quod populis exemplum dabat*, eſt triceſimum-tertium, in aliis triceſimum-ſecundum, quia caput nonum, cui titulus in Codicibus Dacherianis, *quâ doctrinâ ſanctus Eligius in populo polleret, quibus præcipuè floreret virtutibus*, iuxta partitionem Codicis Nouiomenſis in duo capita, in nonum videlicet ac decimum ſecatur. Codicis Nouiomenſis liber tertius, qui poſteriorem libri ſecundi partem in aliis Codicibus componit, conſtat capitibus ſex & quadraginta, quibus reſpondent editionis Dacherianæ capita duodequinquaginta. Nam prædicti libri tertij capita primùm & vndecimum, ſingula fiunt ex duobus capitibus Codicum Dacherianorum, primum ex capitibus triceſimo-tertio & triceſimo-quarto ſecundi libri Dacheriani, vndecimum ex quadrageſimo-quarto & quadrageſimo-quinto eiuſdem libri, nulla eſt in ceteris differentia. Codicem Corbeienſem Dacherius pro ſingulari ſua beneuolentia pleriſque communicauit. Inde lis inter eruditos mota, cùm ibi genuinum opus Audoeni deſcriptum alij aſſeruerint, alij negarint. Imus libenter in priorem ſententiam. Eodem autem tempore, quo Dacherius vitam ſancti Eligij publicabat, nacti ſumus aliam multò breuiorem, cui præfixus eſt hic titulus. *Incipit vita Eligij beatiſſimi Epiſcopi Nouiomenſis, quam compoſuit beatus Audoenus.* Hanc vitam hactenus ineditam ſæpè citabimus, nomine Audoeni ab Anonymo epitomati, non enim exiſtimamus genuinum eſſe fœtum Audoeni ſed abbreuiatoris, quem Surius duobus Audoeni libris adiectum reperit omiſitque. Lucubrationem illam, cùm ab Audoeno non diſcrepabit, allegabimus vitandæ prolixitatis causâ, ſed vbi quid diſcriminis intercedet, cum editione Dacheriana ſtatim conferemus, vt meliùs intelligas quantæ ſit authoritatis ipſa editio Dacheriana. Primordia ſancti Eligij ſic commendat Audoenus epitomatus. »*Beatiſſimus Eligius natione Aquitanus in villa Cathalacenſe ſex circiter millibus ad Septentrionalem plagam vrbis Lemouicæ ſita, patre Eucherio & matre Terrigiâ nomine fuit procreatus. Ipſe autem diuinâ gratiâ præſcientia congruum ſibi ac veluti mentis ſuæ ſpeculum Eligius nomen accepit. Quem cùm felix mater geſtaret in vtero vidit in ſomnis quaſi Aquilam valdè pulchram ſupra ſtratum ſuum volitantem ac ſe tertiò inclinantem, ſibique aliquid pollicentem. Cùmque perterrita euigilaſſet, cœpit mirari huiuſmodi viſionem. Intereà tempore pariendi cœpit periclitari præ dolore, vocauerunt autem quendam Presbyterum bonum virum, vt oraret pro ea. Qui veniens ad eam quaſi prophetico verbo ait ei. Noli mulier timere, quia benedictum partum tibi dabit Dominus, erit enim vir Sanctus de gente ſua electus, Chriſtique Sacerdos magnus. Igitur puer nutritus eſt in fide recta & religione Catholica à parentibus eruditus, tranſiénſque annos pueriles adoleſcens induſtriè ſe gerebat, & quicquid operis arripiebat, mirâ agilitate peragebat. Cùmque ergo pater eius tantum ingenium eius videret, tradidit eum honorabili viro Abboni nomine, aurifici probatiſſimo, qui tunc in vrbe Lemouica publicam fiſcalis monetæ gerebat officinam, à quo in breui huius officij vſu eruditus cœpit inter vicinos laudabiliter conuerſari. Gerebat enim ſimplicitatem Columbæ, ne cuiquam dolos machinaretur; & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum inſidiis falleretur. Dignum quoque in cunctis habens ingenium & facilè loquebatur & purè. Eccleſiarum etiam conuentibus ſæpè interat, & quæcumque ibi ex diuinis Scripturis recitabantur, auidiſſimè hauriebat, & firmiter retinebat, & iugiter ruminabat.* Multò prolixiores ſunt editiones Suriana & Dacheriana, ſed in ſenſu nullomodò differunt. Redeamus ad Columbanum.

IX. ADIT THEODOBERTVM R.

Ad Theodebertum Regem venit, quem cùm Theodebertus vidiſſet, ouans ſuis ſedibus recepit. Iam enim multi fratrum poſt eum ex Luxouio venerant, quos ille velut ex hoſtium præda ereptos ſuſcipiebat, pollicitúſque eſt Theodebertus, ſe reperire intra ſuos terminos loca venuſta, & famulis Dei ad omnem opportunitatem congrua, proximáſque ad prædicandum nationes vndique haberi. Ad hæc inquit vir Dei. Si pollicitationis tuæ adminiculum præbes, & vadimonio falſitatis noxa non opponitur,

AN. CH. 610.
CLOTAR. II. R. 27.
THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

*aliquantiſper me commoraturum promitto, ac probaturum, ſi in cordibus gentium ſidem ſerere valeam. Dedit ergo Rex optionem, vt quacunque in parte voluiſſet experimento quæreret locum, qui ſibi ſuíſque placuiſſet, inquiſitumque locum inuenerunt, quem fauor omnium reddebat laudabilem intra Germaniæ terminos, Rheno tamen vicinum oppidum, olim dirutum, quod Brigantium * nuncupabant. Sed quid tunc viro Dei, dum per alueum nanigaret, actum ſit, ſilendum non eſt. Dum quodam die per Rheni, vt diximus, alueum ſcaphâ veherentur, ad vrbem quam Magontiacum * veteres appellarunt, perueniunt; quò cùm veniſſet, remigeri, qui in comitatu viri Dei à Rege directi fuerant, viro Dei aiunt ſe habere amicos in vrbe, qui neceſſarios ſumptus præberent, iam enim defecerant longo itinere ſtipendia ſumptuum. Quibus vir Dei ait. Ite. Qui cùm abiſſent, nihil repererunt, reuersíque viro Dei interrogati reſpondent ſe nullatenus aliquid ab amicis impetrare potuiſſe. Ad hæc ille. Sinite me, inquit, ad meum abire amicum. Mirantibus illis vnde hic illo in loco, quò anteà non venerat, amicum haberet, progreſſus ad Eccleſiam pergit, quam ingreſſus, pauimento inhærens, longæ orationis protractione ſuum Dominum pietatis poſtulat auctorem. Nec mora, Epiſcopus vrbis illius domo progreſſus ad Eccleſiam venit, repertumque beatum Columbanum ſciſcitatur quis eſſet. At ille fatetur ſe peregrinum eſſe. Cui ille. Si, inquit, neceſſe eſt ſumptuum copiam capere, propera domum, & quantum neceſſe fuerit, tecum defer. At ille, cùm gratias ſimul conditori, qui ſibi hoc inſpirauerat, ac illi qui optatam neceſſitatis copiam offerebat, referret, attentiùs ille coegit ac imperat, vt omnia opportuna ſumat, pueróſque feſtinè ad nauem ipſe dirigit, vt omnes veniant, præter cuſtodem vnum dimiſſum, & quæque vellent ſecum deportent. Quod ne cui caſu eueniſſe videatur, ſolitus erat poſteà idem Epiſcopus proteſtari, nunquam ſe anteà ſic attentum in tribuendo neceſſaria fuiſſe, & ſe abſque alia opportunitate ob beati Columbani meritum, diuinâ admonitione ad Eccleſiam non veniſſe. Deinde autem ad deſtinatum perueniunt locum, quem peragrans vir Dei, non ſuis placere animis ait, ſed tamen ob fidem in gentibus ſerendam, inibi paulisper moraturum ſe ſpopondit. Sunt etenim inibi vicina nationes Sueuorum.* Huc vſque Ionas. Sedebat tunc Moguntiæ Leoniſius Epiſcopus, qui Ludegaſtus & Lindegaſius appellatur, atque in catalogo Maguntiacenſium Antiſtitum à Serario [a] poſt Wilebertum Sidonij ſuo loco à nobis laudati ſucceſſorem recenſetur. Agemus iterum de illo poſt biennium Authore Fredegario [b].

* *Bregentz.*
* *Mayence.*
[a] Lib. 2. c. 19.
[b] Cap. 58.

X.

Peregrinationis, quam Columbanus obiit, poſteriorem partem longè diſtinctiùs deſcribit Walafridus in vita ſancti Galli. *Acceptâ*, inquit, *à Theodoberto Rege licentiâ eligendi locum vbicumque voluiſſent, dum loca plurima perluſtraſſent, venerunt intra partes Alemanniæ ad fluuium qui Limagus vocatur, iuxta quem ad ſuperiora tendentes peruenerunt ad lacum Turicinum, cúmque per litus ambulantes veniſſent ad caput lacûs ipſius in locum, qui Tucconia dicitur, placuit illis loci qualitas ad inhabitandum. Porrò homines ibidem commanentes, crudeles erant & impij, ſimulacra colentes, idola ſacrificiis venerantes, obſeruantes auguria & diuinationes, & multa quæ contraria ſunt cultui diuino ſuperſtitioſa ſectantes. Sancti igitur homines cùm cœpiſſent inter illos habitare, docebant eos adorare Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & cuſtodia fidei veritatem. Beatus quoque Gallus zelo pietatis armatus, fana in quibus dæmoniis ſacrificabant igni ſuccendit, & quæcumque inuenit oblata, demerſit in lacum. Quâ causâ permoti, irâ & inuidiâ Sanctos inſectabantur, & communi conſilio Gallum perimere voluerunt, Columbanum verò flagellis caſum & contumeliis affectum de ſuis finibus perturbare. Beatus pater cognito conſilio eorum, non timore perſecutionis perterritus, ſed amore ſpiritalis lucri perſuaſus contumacium ſterilem turbam reliquit, ne inaniter arida corda diutiùs irrigaret, qui beneuolis mentibus quamplurimùm prodeſſe interim potuiſſet. Pergens ergo inde cum ſuis, peruenit in caſtrum, quod Arbona * vocatur, & inuenit ibi Presbyterum bonitate conſpicuum nomine Willimarum, quem interrogauit ſi ſciret aliquem in ſolitudine locum in quo cellula fieri poſſet, cuſtodiis aliquantulum regularibus opportuna. Hoſpes Sanctorum huic inquiſitioni reſpondit. In hac ſolitudine*

* *Arbon.*

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

SECEDIT AD LACVM BRIGANTINVM.

locus quidam eſt, antique ſtructura ſeruans inter ruinas veſtigia, vbi terra pinguis & fructuariis prouentibus apta, montes per gyrum excelſi, eremus vaſta & imminens oppido, planities copioſa victum quærentibus fructum non negat, & cùm loci ipſius ſitum per multa laudaſſet indicauit nomen eius Brigantium. Illis igitur illuc ire cupientibus parauit Presbyter nauiculam, & impoſuit remiges. Venerabilis autem Abbas cum comitibus Gallo & quodam Diacono nauem conſcendens, inuocato nomine Domini, ad locum deſideratum viâ rectâ peruenit. Egreſſi de nauicula Oratorium in honore ſanctæ Aureliæ conſtructum adierunt, quod poſtmodum beatus Columbanus in priſcum renouauit honorem. Poſt orationem, cùm per gyrum oculis cuncta luſtraſſent, placuit illis qualitas & ſitus locorum. Deinde oratione præmiſſâ circa Oratorium manſiunculas ſibi fecerunt. Repererunt autem in templo tres imagines æreas deauratas, parieti affixas, quas populus dimiſſo altaris ſacri cultu adorabat, & oblatis ſacrificiis dicere conſueuit. Iſti ſunt Dij veteres, & antiqui huius loci tutores, quorum ſolatio & nos & noſtra perdurant vſque in præſens. Columbanus itaque beato Gallo id iniunxit officij, vt populum ab errore idololatriæ ad cultum Dei exhortatione ſalutari reuocaret, quia ipſe hanc à Domino gratiam meruit, vt non ſolùm Latinæ ſed etiam barbaricæ locutionis cognitionem non paruam haberet. Cúmque eiuſdem templi ſolennitas ageretur, venit multitudo non minima promiſcui ſexûs & ætatis, non tantùm propter feſtiuitatis honorem, verùm etiam ad videndos peregrinos quos agnouerant adueniſſe. Ergo dum ad horam orationis concurrerent, iuſſu venerandi Abbatis Gallus cœpit viam veritatis oſtendere populo, & vt ad Deum conuerterentur, admonere, útque vanis abiectis adorarent Deum Patrem creatorem omnium rerum, & vnigenitum eius Filium, in quo eſt ſalus, vita & reſurrectio mortuorum. Et in conſpectu omnium, arripiens ſimulachra, & lapidibus in fruſta comminuens proiecit in lacum. His viſis nonnulli conuerſi ſunt ad Dominum, & confitentes peccata ſua laudes Domino pro ſua illuminatione dederunt. Alij propter imaginum comminutionem irâ & furore commoti, graui indignationis rabie turbati receſſerunt. Beatus autem Columbanus iuſſit aquam afferri, & benedicens illam, adſperſit eâ templum, & dum circuirent pſallentes, dedicauit Eccleſiam. Deinde inuocato nomine Domini, vnxit altare, & beatæ Aureliæ reliquias in eo collocauit, veſtitóque altari Miſſas legitimè compleuerunt. Omnibus itaque ritè peractis reuerſus eſt populus in ſua cum gaudio magno. Poſt hæc permanſit ibi beatus Columbanus cum commilitonibus ſuis tribus annis. Annos interpretare incompletos, anno enim Chriſti ſexcenteſimo duodecimo *beatus Columbanus*, vt Ionas in eius vita teſtatur, *cùm vidiſſet deuictum à Theoderico Theodebertum, relictâ Galliâ atque Germaniâ Italiam ingreditur, vbi ab Egilolfo Langobardorum Rege honorificè receptus eſt.* Præstereà caue ne putes triennio illo Columbanum ex iſto loco pedem non remouiſſe, anno enim Chriſti ſexcenteſimo vndecimo ad Theodobertum Regem profectus eſt, vt idem Ionas docet his verbis. *Inter Theodericum Theodebertúmque lis firmatur, ac quiſque aduersùs fratrem vſque ad internecionem deſæuit, vtriſque gentium robore ſuperbientibus, inter quæ vir Dei ad Theodebertum accedit.* Ea de re agemus anno ſequenti. Interim ſub exitum huius anni Theodobertus Rex, ſi Fredegario multorum mendaciorum in Brunichildis ac nepotum cauſa iam reo fides eſt, Belechildem vxorem interemit, aliámque duxit nomine Theudechildem. *Eo anno*, inquit Auctor ille [a] ad annum Theodotici Regis decimum-quintum, *Belechildis à Theudeberto interficitur. Theudebertus puellam nomine Theudechildem accepit vxorem.*

MORS BELECHILDIS REGINÆ.

[a] Cap. 37.

XI. Ne quid difficultatis in textibus Ionæ & Walafridi ſuprà citatis adhuc ſuperſit, in deſcribendis locis, quæ Columbanus cum ſociis luſtrauit, placet hîc tantulum immorari. Limaga ſeu Limagus * hodiernæ Heluetiæ ſeu Suitiæ * fluuius haud ignobilis lacum * Tigurinum ingreditur, alluit Tigurum * Tigurinæ * regionis vrbem primariam, & Arulam ſiue Arolam à dextra ſubit. Arula * verò, poſtquàm auctus eſt Limago, in ſiniſtram Rheni ripam deuoluitur. Columbanus igitur, ditiones adiit, quas Theodobertus Theodorico fratri cis Rhenum nuper ademerat, & Moguntiaco per Rhenum,

* *le Limat.* * *la Suyſſe.* * *le Lac de Zurick.* * *Zurick.* * *le Canton de Zurick.* * *l'Aar.*

Arulam

Atulam & Limagum peruenit ad caput lacûs Tigutini, quem Walafridus AN. CH.
Turicinum dixit, & Thuricenſem appellare poſſis, vt Ioſias Simlerus [a] Tigu- 610.
rinus conciues ſuos Thuricenſes nuncupauit. Walafridus Theodorum ſecu- CLOTAR.
tus in capite lacûs Tigurini poſuit Tucconiam, videtúrque deſignaſſe locum, II. R. 27.
vbi conſpicitur hodie Grinouium * vicus in regione * Suitiæ, quæ toti Sui- THEO-
tiotum genti nomen ab aliquot ſeculis dedit. Prætereà Limagum fluuium & DOB. II.
lacum Tigurinum, ſeu Turicinum, vt à Theodoto in vita quoque beati Ma- THEO-
gnoaldi vocatur, *intra partes Alemanniæ* collocauit, quoniam Alemanni cis DOR. II.
Rhenum in Galliis à longo iam tempore maximam occupatant agri Helue- RR. 15.
tici partem, quam Mattinus Cruſius Helueticam Alemanniam idcirco no- [a] Lib. 1 de
minauit. Columbanus à lacu Tigutino profectus eſt Atbonam itinere terre- Rep. Heluet.
ſtri, tum nauigio delatus eſt Brigantium. Ad dexteram lacûs Brigantini ri- * *Grinow.*
pam ſitum eſt Brigantium, quod lacui nomen impoſuit, ad ſiniſtram verò * *Le Canton*
ripam ſita eſt Arbona, medium lacum interfluit Rhenus, ad Rhætiam per- *de Switz.*
tinet Brigantium, ad Galliam Arbona. Rhætiam ab ortu Vindelicia, ab
occaſu cingit Alemannia. Ionas Brigantio vicinas ait eſſe *nationes Sueuorum*,
nec alios quàm Alemannos intelligit Sueuotum nomine. Suevi enim, vt
Philippus Cluuetius [b] teſtatur, in Alemannorum ſedes *paulatim ad Danubij* [b] Lib. 3. antiq.
fontem, ac porrò in Rhætiam ad Brigantinum vſque lacum ſuccedentes, nomen German c 18.
his terris ſuum intulerunt, quod in hanc vſque diem manet, nam *Schwaben*
land dicitur regio, Ducatûs titulo inſignita, incolæ eius *Schwaben*, & Mat-
tinus Cruſius [c] Duces, quos Clodoueus Magnus aliique Francorum Reges [c] In Annal.
Alemannis præfecerunt, promiſcuè *Duces Alemanniæ vel Sueuiæ* nuncupatos Sueuic part. 1.
obſeruat. Mela [d] Rheni, qui Galliarum limes erat, deſcriptionem ſic au- lib. 8.
ſpicatus eſt. *Rhenus ab Alpibus decidens prope à capite duos lacus efficit, Vene-* [d] Lib. 3. c. 2.
tum & Acranium. Horum lacuum alterum ſuperiorem, inferiorem alterum
vocant. Superiorem Plinius [e] & Solinus [f] Brigantinum ab oppido Brigantio, [e] Lib. 9. c. 17.
recentiores Conſtantienſem ab vrbe * Conſtantia & Podamicum ab oppido [f] Cap. 24.
Podmen, vulgus detorto vocabulo *der Bodenſee* dixit. Inferiorem ab oppi- * *Conſtance.*
do * Cella Cellenſem hodie appellant, vulgò *Celler-ſee.* Vter autem à Me- * *Cell.*
la Venetus, vter Acronius nuncupetur, haud æquè conſtat. Mela lacus Ve-
netum & Acronium ſolus inter antiquos Authores nominauit; ſi rectè obſer-
uauit ordinem, ſuperior lacus idem eſt cum Veneto, inferior idem cum
Acronio. Qui lacum Acronium interpretantur Conſtantienſem, ordinem
à Mela peruerſum eſſe contendunt, ſed nullum afferunt argumentum quo
id probent, vnde Cluuerius alios monet vt cogitent quanta fides his haben-
da ſit. Verùm Aimoinus, cùm ait Alemannos, hoc anno, Theodorici Regis
decimo-quinto, *Veneticarum fines* ingreſſos eſſe, non parum fauere videtur
eis, qui lacum Cellenſem eundem volunt eſſe cum Veneto, Alemanniæ
enim inter Danubium & Rhenum antiquus limes fuit iugum montis, quod
ad Dutlingam * oppidum Danubio adpoſitum exoriens, meridiem verſùs * *Dutlingen.*
ad lacum Cellenſem & Cellam oppidum ei adpoſitum extenditur. Vnum eſt
prætereà, quod te monitum volumus. Brigantium, quod lacui Brigantino
adiacet, alij in Rhætia, alij in Vindelicia; imò iidem Auctores modò in
Rhætia, modò in Vindelicia collocant. Rhæti enim ponuntur in duplici
differentia, quatenus Italiæ populi ſunt, & quatenus medij ſunt inter Italos
ac Germanos, id eſt, inter Alpes & Danubium. Rhætos vltimo modo iam
deſcripſimus ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum [g], nobis enim [g] Num 18
ſermo tunc habendus fuit de prouinciis inter Germaniam & Italiam ſitis,
quia Boiorum Chriſtianam fidem amplectentium ſedes erant inueſtigandæ.
Ptolemæus in quinta Europæ tabula, prouincias, quæ mediæ ſunt inter
Germaniam & Italiam, ab occaſu ad ortum hoc connectit ordine, *Rhætiam,*
Vindeliciam, Noricum, duáſque Pannonias, ὁ πέμπτος πίναξ τῆς Εὐρώπης πε-
ριέχει Ῥαιτίαν, καὶ Οὐινδελικίαν, καὶ Νωρικόν, καὶ τὰς δύο Παννονίας. Idem
Auctor de Lycho * ſeu Lycia ſic loquitur, ὁ Λυκίας ποταμὸς, ὁ εἰς τὸν * *le Lech.*

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

Δανούβιον ἐμβάλλων, διείργει τὴν Ραιτίαν ἀπὸ τῆς Οὐινδελικίας, *Lycias flumen, quod in Danubium euoluitur, Rhætiam à Vindelicia diſterminat.* Rhætiam ita ſumptam Lychus à Vindelicia versùs Ortum, Alpes ab Italia versùs Meridiem, Danubius à Germania versùs Septentrionem, lineâque à Danubio ad Rhenum versùs Occaſum ab eadem Germania diſterminat, nec dubium quin Brigantium, quod hactenus Rhætiæ ſemper attribuimus, ad illam Rhætiam pertineat. In notitia Imperij Romani & in Itinerario Antonini, duæ ſæpiùs leguntur Rhætiæ iuxta diuiſionem ab Hadriano Auguſto factam, & apud recentiores Geographos [a] prima Rhætia cis Lychum, ſecunda Rhætia trans eundem Lychum ponitur, itaut ſecunda Rhætia pro Vindelicia ſumatur, & Brigantium in prima Rhætia collocetur. Ptolemæus, qui textu ſuprà citato Rhætiam per Lychum ſeu Lyciam vt vocat à Vindelicia ſeparat, alio loco [b] eandem Rhætiam à Rheno ſeu lacu Brigantino ad Ænum vſque ſiue Oenum amnem protendit. Τῆς Ραιτίας ἡ μὲν δυσμικὴ πλευρὰ ὁρίζεται τῷ τε Ἀδούλᾳ ὄρει, καὶ τῇ μεταξὺ τῶν κεφαλῶν τοῦ τε Ρήνου καὶ τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ γραμμῇ· ἡ δὲ ἀρκτικὴ, μέρει τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ, ἀπὸ τῶν πηγῶν μέχρι τῆς τοῦ Αἴνου ἐκτροπῆς· ἡ δὲ ἀνατολικὴ πλευρὰ, αὐτῷ τῷ Αἴνῳ ποταμῷ· ἡ δὲ ἀπὸ μεσημβρίας, τοῖς ἐντεῦθεν ὑπὲρ τὴν Ιταλίαν Ἀλπίοις ὄρεσιν. Id eſt, *Rhætiæ latus Occidentale terminatur Adulâ monte, & lineâ inter Rheni Danubiíque fontes ductâ; Septentrionale, parte Danubij, quæ eſt à fontibus ad Æni vſque confluentem; Orientale latus ipſo Æno flumine; Meridionale, Alpibus, quæ hinc ſuper Italiam extenduntur.* Ænus Vindelicos & Noricos inter medius fluit, eodem enim Ptolemæo teſte *Noricum*, quod Occaſum versùs Vindeliciæ conterminum eſt, *terminatur ab Occaſu Æno flumine*, τὸ Νωρικὸν περιορίζεται ἀπὸ δύσεως Αἴνῳ ποταμῷ. Vindelicos [c] & Noricos [d] alibi ſuis iam circumſcripſimus limitibus. Vindeliciam, Oenus à Norico versùs Ortum, Lychus à Rhætia versùs Occaſum, Alpes ab Italia versùs Meridiem, Danubius à Germania versùs Septentrionem ſeparat. Ager Noricus à Pannonia versùs Ortum per Cetium montem, à Vindelicia versùs Occaſum per Oenum amnem, ab Italia versùs Meridiem per Alpes, à Germania versùs Septentrionem per Danubium diſterminatur. Vt autem nomen Rhætiæ non tantùm Rhætiam ſed & proximam Vindeliciam aliquando complectitur, ſic & vice versâ nonnunquam nomen Vindeliciæ prædictas duas Prouincias, Vindeliciam ſcilicet ac Rhætiam, comprehendit. Apud Solinum [e] in deſcriptione itineris è Gallia in Thraciam, nomen Rhætiæ pro Rhætia ſimul ac Vindelicia vſurpatur, ſola enim Rhætia Galliam inter & Noricum media ſic ponitur. *Si Thracia è Gallia petenda, excipit ager Rhæticus, opimus & ferax, Brigantino lacu nobilis, inde Noricus.* Econtrà qui Vindeliciæ fines ad lacum vſque Brigantinum dilatant, ij nomine Vindeliciæ non tantùm Vindeliciam à Lycho ad Oenum, ſed etiam Rhætiam ab eodem Lycho ad lacum Brigantinum intelligunt. In horum numero eſt Strabo [f], ſic enim ſcribit de lacu Brigantino, προσάπτονται δὲ λίμνης ἐπ᾽ ὀλίγον μὲν οἱ Ραιτοὶ, τὸ δὲ πλέον Ελουήτιοι καὶ Οὐινδελικοί. *Lacum Rhæti exigua ex parte, plurimâ Heluetij ac Vindelici attingunt.* Scilicet Heluetij cis Rhenum in Gallia ſiti læuum latus accolunt, dextrum Vindelici à Brigantio flumine vſque ad fines Alemanniæ, Rhæti inter vtroſque poſiti particulam lacûs attingunt quæ eſt inter Brigantium flumen & Rheni influxum in eundem lacum. Brigantium autem oppidum dexteræ ripæ fluuij cognominis adiacet, ergo pertinet ad Vindeliciam latiùs ſumptam cis & vltra Lychum à lacu Brigantino ad Oenum * vſque amnem. Actum hactenus de terrarum ſpatio Danubium & Alpes, id eſt, Germaniam & Italiam, interiacente, cuius pars Occidentalior à lacu Brigantino vſque ad Oenum amnem porrecta, modò diuiditur in Rhætiam & Vindeliciam, modò tota ſub nomine vel Rhætiæ vel Vindeliciæ comprehenditur. Rhæti Itali ad Au-

[a] Ap. Cluuer. in Vindelic. & Noric. cap. 3.
[b] Lib. 2.
[c] Ad ann. 580. num. 18.
[d] Ad ann. 569. num. 10.
[e] Cap. 24.
[f] Lib. 7.
* l'Inn.

ſtrum poſiti ſunt, Gallos inter & Venetos medij. De Rhætiæ Italicæ finibus ita Cluuerius [a] in antiqua Italia. *Limites ſtatuo Rhætis propriè dictis; ab Occaſu ſuprà memoratum Adulam montem & Rhenum amnem ad lacum vſque Brigantinum, quo termino ab Heluetiis diſcernebantur; ab Septemtrionibus, quà Vindelicis iungebantur, Brigantium amnem, apud oppidum eiuſdem nominis in dictum lacum delabentem, & à fonte eius montium iuga, qua Æni leuam ripam proſequuntur ad ſupradictum vſque oppidum Schwatz. Ab Oriente inter eos ac Noricos termini fuere, primò iugum montium ab dicto oppido ad fontem Aicha * fluuij protenſum, inde ipſe Aicha ad confluentem vſque in Aiſacum * amnem, mox Aiſacus ipſe ad fontem vſque. Inde montium iugo, quod leuam proſequitur Planis * amnis ripam, ab Carnis ac Venetis ſubmouebantur, ad regionem vſque Beluni * oppidi; inde ipſo Plaui, ad regionem vſque Aſuli * oppidi; hinc eos lineâ per Baſſanum * & Bregantiam * ad Delga fontem ductâ, mox ipſo Delgâ ad Atheſim vſque, ab eiſdem Venetis distermino. Inde rurſus Atheſi * ab Euganeis arcebantur ad oppidum vſque Salurnum * ſupra Tridentum * ſitum. Hinc à Meridie ab eiſdem populis ſeparabantur, primùm montium iugo, quod iuxta ſiniſtram Noſij * ripam protenditur ad ſummos vſque Alpium vertices, mox ipſis Alpium ſummis iugis ad ortus vſque Rheni, quo tractu etiam Lepontios habuere finitimos.* Per Rhætiam Italicam iter erit Columbano poſt biennium in Longobardiam abituro, vt & fuiſſet profecturo ad Venetos, niſi Deus, vt anno ſequenti dicturi ſumus, aliud agendum docuiſſet. *Cogitatio*, inquit Ionas, *in mentem ruit, vt Veneticorum, qui & Sclaui dicuntur, terminos adiret.* Atque inde liquet ætate Ionæ in agro Venetorum conſediſſe Sclauos ſeu Sclauenos, quos Procopius [b] traiecto Danubio temporibus Iuſtiniani Auguſti teſtatur in Illyricum irrupiſſe. Paulus Diaconus in Geſtis Langobardorum, Italiam deſcribit per Prouincias. Ordirur à Venetia, cui ſubiungit Liguriam vbi Mediolanum & Ticinum, tum duas Rhætias quas inter Liguriam & Sueuiam ita collocat [c]. *Secunda poſt Venetiam eſt Liguria, à legendis, id eſt, colligendis leguminibus, quorum ſatis fertilis eſt, nominatur. In qua Mediolanum eſt, & Ticinum quæ Papia alio nomine nuncupatur. Hac vſque ad Gallorum fines extenditur. Inter hanc & Sueuiam Alemannorum Prouinciam, quæ Septentrionem versùs ſita eſt, duæ Prouinciæ, ſcilicet Rhætia prima & Rhætia ſecunda inter Alpes conſiſtunt, in quibus propriè Rhæti habitare noſcuntur.* Caue autem, ne Rhætias, quas hic Auctor intra fines Italiæ ſtatuit, confundas cum duabus Rhætiis, quas extra Italiam poſitas & ab inuicem medio Lycho ſeparatas diximus, accenſuimúſque Prouinciis inter Alpes & Danubium ſiue inter Italiam & Germaniam ſitis. Deinde obſerua in ſententia Pauli, qui ſcripſit ætate Caroli Magni, Brigantium ad Sueuiam pertinere. Adeò variæ ſunt rerum viciſſitudines, crebróque mutantur Prouinciarum termini pro diuerſa Principum populorúmque fortuna.

[a] Lib. 2. cap. 16.
* l'Aycha.
* l'Aiſach.
* la Piaue.
* Belluno.
* Aſolo.
* Baſſano.
* Breganze.
* l'Adige.
* Salorno.
* Trente.
* la Noce.
[b] Lib. 4 de bell. Goth. cap. 25.
[c] Lib. 2. cap. 21. antiquæ edit. cap. 15. nouæ edit.

XII. COMITES COLVMBANI.

Columbano Abbati in toto illo itinere, quod Luxouio Namnetas atque ad oſtium Ligeris, & inde cùm in Neuſtriam ad Clotarium Regem, tum in Auſtriam ad Theodobertum ſuſcepit, fidiſſimi comites fuerunt Cominius, Eunocus, Æquonus, Scoti; & Gorgonius Brito, quorum meminit Ionas in eiuſdem Abbatis vita. Euſtaſius verò patriâ Burgundus, quem quominùs Abbatem Luxouio diſcedentem ſequeretur, à miniſtris Theodorici Regis prohibitum fuiſſe iam notauimus, ſeceſſit in Auſtriam, Columbano è Neuſtria illuc aduentanti occurrit, itineríſque, quod ſupererat, comitem ſe dedit Brigantium vſque, vbi ſub ipſius Columbani diſciplina vixit teſte eodem Ionâ in prædicta vita, quam iterum ad annum ſequentem in eadem cauſa citabimus. Idem dicendum de Gallo & Magnoaldo, qui per abſentiam Columbani relicto Luxouio ſeceſſerunt ad ſuperiorem Rhenum ditionis Auſtraſianæ, ibique manſerunt aliquandiu, donec audierunt Columbanum è regno Theodorici digreſſum in Neuſtriam ad Clotarium Regem perueniſſe. Theodorus in vita ſancti Magnoaldi teſtatur Gallum & Magnoaldum poſt

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

luſtratam eremum Brigantinam in comitatu Columbani fuiſſe, priuſquàm hic ad Theodobertum Regem accederet. *Vir Dei*, inquit, *ad Theodopertum venit, eúmque ſuis ſedibus atque intrà ſuis finibus libentiſſimè recepit, deditque optionem, quemcumque in parte voluiſſet experimento quærere locum, qui ſibi & ſuis placeret ad habitandum. Inquiſitúmque locum, audiuit à beatis viris Gallo & Magnoaldo, qui iam perluſtrata habebant ſpatia locorum, locum laudabilem fore infra Germaniæ terminos ſitum in Allemannia circa Rhenum fluuium, oppidúmque olim dirutum, quem Prigantium* (ſiue, vt paulò pòſt habet, Bricantium) *nuncupant. Quem proculdubio ratum ducebant fore, vt impetraretur à Rege, & partem ſaltûs illius iuxta ipſum oppidum ſtantem, vbi apta loco inuenire quiuerant ad manendum.* Idem Auctor, ſicut ex vita ſancti Columbani percepit, aſſerit ipſum Columbanum cum multis fratribus, qui Luxouio venerant, Moguntiæ ſubſtitiſſe, deinde alia, quæ prætermiſſa ſunt à Iona, proximè ſubiungit, Gallum videlicet & Magnoaldum Moguntiâ profectos eſſe ad inueſtigandum locum vbi Monaſterium commodè conſtrui poſſet, nec antè Moguntiâ pedem extuliſſe Columbanum, quàm eos quid ipſi vidiſſent narrantes audiiſſet. *Per alueum Rheni nauigantes peruenerunt Moguntiam, ibíque ab Epiſcopo loci ipſius ſumptis neceſſariis ſuffulti ſunt, ſicut in beati Columbani vita habetur. Peruenerunt autem ad præfatum oppidum, ibíque morantes expectabant euentum rei inter Theodoricum & Theodopertum. Beatus verò Gallus cum beato Magnoaldo, fratribus, qui iam ex Luxonio venerant, ſimul cum Abbate relictis quaſi ab hoſtium præda, ingreſſi ſunt, & in eo huc & illuc pergentes, diuerſa loca circumeuntes, repererunt infra ipſius ſaltûs terminos loca venuſta, & famulis Dei ad omnem opportunitatem congrua, proximáſque nationes vndique haberi ad prædicandum. Reuerſi ſunt iterum ad virum Dei, laudantes loca quæ inuenerant, quibus vir Dei ait. Ouantes illic moremur aliquod tempus, & conſtruamus Cellam, vſquedum Dominus dederit nobis aditum proficiſcendi in Italiam. Perrexerunt ergo ad locum.* Et paulò pòſt. *Peragratis locis circa lacum Turicinum, & peruenientes ad caput laci ipſius qui dicitur Tuconia, inde venerunt ad lacum Bricantium.* Ceterùm hic Auctor Brigantium, quod minùs rectè *Prigantium* & *Bricantium* vocat, minùs etiam propriè ponit *intra Germaniæ terminos* & *in Allemannia.* De ſitu Brigantij, déque finibus cùm Germaniæ tum Alemanniæ, ſatis ſupérque diſputatum eſt ſuprà.

XIII. AGILVS MONACH. LVXOVIENS. MIRACVLO INSIGNIS.

Euſtaſio in Auſtraſiam nondum profecto, cùm Agilus Luxouienſis Monachus ad Brunichildem Reginam mitteretur, res in itinere mira contigit. Hanc in ipſius Agili vita coætaneus Auctor iam laudatus ita deſcribit. *Magnanimus Agnobaldus* (is ſancti Agili pater fuit) *debitum humanæ carnis perſoluens quieuit in pace, & Beatus Columbanus propulſione Theoderici Regis per doloſitatem peſſimæ Brunechildis exagitatus viceſimo anno ex quo Monaſterium infra vaſta eremi inſtaurare cœperat, vi præfati Regis ab eo amouetur, ac natale ſolum repetere perurgetur,* &c. *Eodem igitur tempore, exigente ratione & ſuggerente prouiſione prudenti fratrum eodem conſenſu decretum eſt, vt probus Agilus ad Brunichildem dirigeretur Reginam, quæ morabatur cum Theoderico nepote in palatio quod Brachariacum appellant. Nam ea maximè pro cauſa ſæpefato Columbano infeſta erat, eò quòd acceſſum fœminarum à præfato Monaſterio propellebat, & ſibi, quæ Regina erat, idem contradixerat. Qua de re datum fuerat edictum Regali indignatione roboratum, vt omnes ſub inſtitutione pij patris Columbani intra ſepta degentes Monaſterij adeò arctarentur, vt nemini locus daretur extrà eundi. Accepto ſiquidem affabilis Agilus mandato ire perrexit. Cùm verò necdum longè eſſet à Monaſterio, & appropinquaret villæ quæ Iuſſiacus vocatur, ſuperuenit cum magno clamore flagitioſus iuuenis nepos* W*andaleni Ducis cum ſatellitibus, qui ſub obtentu venantium acceptâ relatione obſeruabant exitus Monaſterij more latronum. Is enim extenſo brachio viſus eſt mitiſſimum virum enſe percutere. At ille ſubducto terrore vexillum Crucis oppoſuit, móxque brachium illius obriguit, atque ſicut extenſum fuerat manſit adeò inflexibile, vt nemo gladium valeret de eius pugno educere, nec ipſe pedem*

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

à loco mouere. Obſtupefactis omnibus ille infelix, qui dignè torquebatur, lacrimoſis precibus, vt ſuimet roboris ſeu doloris ſaltem miſereretur, capite ſubmiſſo petebat. Mirabile dictu. Sanctus autem Agilus flebilibus commotus precibus ſolamen fidei orationem aſſumpſit, peractâque morâ trium ferè horarum, vt aridum brachium tetigit, continuò priſtinus vigor redit ac viror omnis reuertitur. Caro tamen palmæ capulum ſecuta eſt ſicut inhæſerat, & ſanguis per vngulas emanauit. Porrò, ſicut Donato tunc quidem Monacho, poſteà Veſontionenſis vrbis Epiſcopo, referente cognoui, qui quando hæc geſta ſunt adhuc adoleſcens intererat, ſaliuâ cum oratione & ſigno Crucis eandem palmam beatus Agilus perunxit, atque illicò caro cum pelle reſtituta eſt ſanitati, ac ſi numquam corrupta fuiſſet. Præſumptor verò huius ſceleris, qui ſibi nec ſua veſania videbatur audax, pœnitudine correptus, relictâ militari togâ, Chriſti veſtiuit amictum, ſub Monaſtica profeſſione militans Deo in iam dicto Monaſterio. Fama autem huius miraculi perueniens, quâ nihil velocius, vt ait Maro, regia impleuerat mœnia, & præclariſſimus Agilus vtrorumque conſpectibus ſeſe præbet ſupplicationem fratrum Serenitati eorum ingerens, cùm repentè ambo, Rex videlicet & Regina, poſtpoſitâ altitudine mundi, contrito ſpiritu, humo coram illius veſtigiis procumbunt, indulgentiam, ſuper temeritate quam ſanctis viris ingeſſerant, petentes, humili quoque affatu profitentur ſe hac nece peccaſſe, quâ ſeruos Dei iniuſtè afflixerant, narrantes etiam miraculum palmæ per Beatum Agilum pridie in virtute Chriſti patratum, quod ipſe vehementer celare popoſcerat & incunctanter latere credebat. Quo facto regiis muneribus ditauerunt vtrique idem Monaſterium, Rex villis ac familiâ, Regina ornamentis Eccleſiaſticis miri operis. Teſtamenta nihilominùs de ſæpefato Cœnobio regali conſcripſerunt munificentiâ, quibus deinceps quietè ſerui Dei per labentia tempora manerent in diuini cultûs obſequio & perſeuerantia, amoto fœminarum acceſſu. His tamen adduci non potuit Columbanus vt Luxouium rediret, exortóque inter Theodobertum ac Theodoricum bello per abſentiam Columbani & Euſtaſij non modicam ſuarum facultatum iacturam paſſi ſunt Monachi Luxouienſes, vt colligitur ex vita ſancti Walerici, qui curam Monaſterij tunc geſſit. Ceterùm ex prædicta narratione, quæ relata eſt in literas Brunichilde eiúſque prole iam extinctis, conſtat ipſam Brunichildem, quæ Luxouienſi quoque Monaſterio *Eccleſiaſtica ornamenta miri operis* poſt egreſſum Columbani contulit, haud adeò flagitioſam fuiſſe, vt ab Anonymo proximè citato *peſſima* dici debuerit.

XIV. PAPPOLVS EPISC. METENS. OBIT.

Pappolus Metenſis Epiſcopus obiit vndecimo Kalendas Decembris, hoc anno, cùm ſediſſet annos tres diéſque triginta. Pontificatum ſuum constructo ac ditato ſancti Symphoriani Cœnobio plurimùm illuſtrauit. Claret illius nomen vndecimo Kalendas Decembris in vetere Martyrologio Metenſi & in Gallicano. Anno ſequenti agemus de ſucceſſore, noſtrámque Chronologiam prævalidis argumentis confirmabimus. Lege Hiſtoriam Epiſcoporum Metenſium [a] ſub eodem Pappolo, & ex archiuo Monaſterij, quod Metis in honorem ſancti Petri conſtructum fuit, obſerua hoc anno, cùm Theodobertus & Theodoricus fratres regnabant, Waldradam in legitima fuiſſe ætate, quâ Monaſticæ vitæ propoſitum ſuſcipere poſſet abſque conſenſu parentum. Cetera, quæ vel ad erectionem prædicti Cœnobij, vel ad ætatem Waldradæ primæ Abbatiſſæ ſpectant, ſuis locis exponemus. De legitima ætate Tomo primo [b] copioſè diſputauimus ad caput vndeſexageſimum Regulæ Benedictinæ.

[a] Lib. 2. in Ep. 18.

[b] An. 548. n. 74.

XV. DESIDERIVS EP. AVTISS. DICAT ALTARE IN BASILICA S. STEPHANI.

Deſiderius Autiſſiodorenſis Pontifex, vt in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium [c] legitur, *Baſilicam ſanè ſancti Stephani, cui ſedit, miro decore ampliauit, ingenti teſtudine à parte Orientis applicitâ, auróque ac muſiuo ſplendidiſſimè decoratâ, inſtar eius quam Syagrius Epiſcopus Auguſtoduni feciſſe cognoſcitur. Altare quoque antiquum eò tranſponens ſub die* XIII. *Calend. Maiarum ſolemniter dedicauit.* Cùm autem eiuſmodi ritus olim diebus Dominicis fieri conſueuerint, & dies decimus-tertius ante Kalendas Maias toto Deſiderij Pontificatu, quamuis annorum duodeuiginti fuerit, bis tantùm in diem Domini-

[c] Cap. 20.

AN. CH. 610.
CLOTAR. II. R. 27.
THEODOB. II.
THEODOR. II.
RR. 15.

MVLTA DONA CONCEDIT EIDEM ECCLESIÆ.

cum inciderit, nempe hoc anno, & anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-primo, qui præditi fuerunt literâ Dominicali D, neceſſe eſt vt illud opus Deſiderij collocemus hoc anno vel poſt annos vndecim reiiciamus. Prior ſententia probabilior videtur. Eidem Baſilicæ ſancti Stephani varia dedit prædia, *agrum Magniacum ſitum in pago Antiſſiodorenſi, quem cum Domina Brunechilde commutauit, cum domibus & adiacentiis, vel omnibus inſtructis ad ſe pertinentibus; agrum quoque Matriacum cum mancipiis, vineis, ſyluis, paſcuis, & cum omni iure & termino ſuo, greges quoque boum, equorum, ouium, armentorum & porcorum eidem Baſilicæ ſolemniter delegauit. Similiter agrum Ganniacum ſitum in pago Tornodorenſe cum ædificiis, mancipiis & vniuerſis appendiciis ſuis. Domum etiam vel areas infra muros ciuitatis Cabilonenſis ſitas, quas cum Wadelino Epiſcopo commutauit, ſimiliter cum vineis quæ ſunt ſita in montanis in eodem pago in agro Miliacenſi cum vinitoribus & reliquis mancipiis, ſyluis, terris, & vniuerſis appendiciis eorum. Dedit & agrum Puniacum ſitum in pago Aualenſe, iuxta caſtrum Cenſurium, quem cum illuſtri viro Macone commutauit, cum omnibus ædificiis, mancipiis, vineis, ſyluis, & cæteris appendiciis ſuis; agrum quoque Genuſiacum vel Talniſiacum cum nucleatorio ſitos in territorio Senonico, cum ædificiis, mancipiis, terris, ſyluis, ac vniuerſis appendiciis eorum; domos quoque vel areas infra muros ipſius ciuitatis Senonum ſitas, ſimúlque oleas in ſuburbano poſitas. Similiter dedit in pago Sanctonico villam Siniriacum quam cum Domina Brunechilde Regina commutauit, cum ædificiis, mancipiis, & omnibus appendiciis ſuis; villam quoque Flaccianam ſitam in pago Foroiulienſi, quam ei Dominus Theodericus Rex conceſſit, & ſuo Præcepto confirmauit, cum ædificiis, mancipiis, olinetis, ac vniuerſis rebus ad ſe iure pertinentibus. Item in territorio Sanctonico agros nobiliſſimos, quos cum viro Apoſtolico Mammone Eccleſiæ Cadurcinæ Epiſcopo vel Clero ipſius Eccleſiæ commutauit, hoc eſt, Melredante & Lopiacum, Noiogalum, & Vriliacum cum vniuerſo apparatu & appendiciis eorum. Item in pago Aualenſe agellum qui appellatur Piciacus cum vniuerſis ad ſe iure pertinentibus. Similiter in pago Auguſtodunenſi villam Dementiriacenſem, cum colonica, tilio, & cæteris appendiciis ſuis. Dedit etiam iam dicta matri Eccleſiæ agrum Palliacum ſitum in pago Aualenſi cum vniuerſo apparatu & appendiciis ſuis. In pago quoque Senonico Patriciacum quem cum Domino Aetio Epiſcopo commutauit, ſimiliter cum ædificiis, mancipiis, & cæteris appendiciis ſuis. Villam quoque ſuper fluuium Choræ poſitam Campaniam nomine, & colonicas ad ſe pertinentes, Riniacum & Crarium, ſimúlque Nouam villam ſitam tam in pago Aualenſe quàm in Antiſſiodorenſe, cum ædificiis, mancipiis, terris & vniuerſis appendiciis eorum.* Omittimus vaſa & miſſoria tam ex auro quàm argento variis cælaturis exſculpta, quorum pondus libras viginti ſupra quadringentas exceſſit. Habes ſingulorum enumerationem in prædicta Hiſtoria quam conſule. Reliquas Deſiderij donationes recitabimus in eius obitu. Ceterùm munera quæ ſuperiùs recenſuimus, non contendimus vno eodémque tempore ſimul conceſſa eſſe, ſed cùm verba faceremus de altari quod hoc anno Deſiderius in Baſilica ſancti Stephani dedicauit, captâ inde occaſione excurrimus in munificentiam quâ primariam eandem auxit ornauítque ſuæ Diœceſeos Eccleſiam, cuius prima initia ſi cupis noſcere, vetuſtus Codex Perauianus à Philippo Labbeo [a] publicatus paucis obiter te docebit ea petenda eſſe à temporibus ſancti Amatoris Epiſcopi, *qui domum cuiuſdam illuſtris viri Rutilij ipſo tradente fecit Eccleſiam & pignoribus B. Protomartyris Stephani dedicauit.* Ex textu autem ſuprà citato tres erui videntur Epiſcopi, Mammo Cadurcenſis, Aetius Senonenſis & Wadelinus Cabilonenſis, qui nunc etiam in catalogis hactenus editis deſiderantur, ſed Aetium Artemij loco poſitum & Mammonem ex Maurilione deprauatum putamus. Inter Epiſcopos Senonenſes locus Aetio tribui non poteſt, nam Conſtituto, qui ante annum Chriſti quingenteſimum vndequinquageſimum ſedere cœpit, Artemius, Artemio Lupus immediatè ſucceſſit, vt conſtat ex ſubſcriptionibus Conciliorum, ex vita ſancti Lupi, & ex manuſcripto Codice qui citatur à Sammarthanis in

[a] Tom. 1. biblioth. pag. 531.

elogio ſancti Artemij, teſtatúrque ipſum Artemium ad annum Chriſti nonum ſupra ſexcenteſimum perueniſſe. Circa eadem tempora nullus quoque hiatus in catalogo Cadurcenſium Pontificum reperitur, anno enim Childeberti Regis quinto, qui cum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo coincidit, Maurilioni Epiſcopo Cadurcenſi demortuo ſucceſſit Vrſicinus, & in vita ſancti Deſiderij Vrſicino ſufficitur Euſebius, tum Ruſticus qui Deſiderium fratrem in Præſulatu proximè antecedit, Maurilionem igitur in Mammonem abiiſſe contendimus propter affinitatem literarum, quia Maurilio & Mammo pronuntiatione quidem plurimùm ſed efformatione Characterum vix differunt, nam pro duabus hiſce literis *ur* litera *m*, & pro litera *l* inter duplicem *i* ſic poſitâ *ili* iterum litera *m* facili negotio capi poteſt in manuſcriptis Codicibus. Quod attinet ad Wadelinum, is hactenus in catalogis Cabilonenſium Antiſtitum perperam omiſſus fuit, locúmque, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum primum iam monuimus, recuperare debet poſt ſanctum Flauium, qui Pontificatum anno Childeberti Secundi Regis quinto ſiue anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo ſuſcepit.

AN. CH. 610. CLOTAR. II. R. 27. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 15.

ANNVS CHRISTI 611.
CLOTARII II. R. 28.
THEODOBERTI II. R. 16.
THEODORICI II. R. 16.

611. CLOTAR. II. R. 28. THEODOR. II. THEODOR. II. RR. 16.

I. ANNO Chtiſti ſexcenteſimo vndecimo Arnulphus ordinatus eſt Epiſcopus Metenſis. Ab hac epocha pendet Chronologia quoad Pontifices Metenſes à nobis hactenus ſtabilita, vt Tomo primo in obitu Romani ad annum Chriſti quadringenteſimum octogeſimum-ſextum [a] iam monuimus. Sedit Arnulphus annos quindecim ac dies decem, vt habet Codex ſancti Symphoriani, ſeceſſit igitur in eremum anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſexto. Certè Præſulatum citiùs haud abdicauit, anno enim Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto Pontificem adhuc ſe geſſit cùm in aula regia tum in Concilio Remenſi vt ex Fredegario [b] & Flodoardo [c] probabimus, neque etiam ſeriùs Epiſcopatum dimiſit, nam Præſulatum iniit regnante Theodoberto, qui vitam clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo duodecimo.

ARNVLFVS FIT EPISC. METENSIS.

[a] Num. 8.
[b] Cap. 53.
[c] Lib. 2. c. 5.

II. *Actum eſt defuncto Pappolo Metenſium Pontifice*, cuius obitum vndecimo Kalendas Decembris anno priori retulimus, *hunc beatum Arnulphum ſummâ inſtantiâ à Clero & plebe poſtulari, & tanta vis in poſtulando erat, vt Theodebertus Rex licèt haberet hunc inter amicos amiciſſimum, & inter conſecretales ſecretiſſimum; eſſet etiam Palatij rector, & audiendorum reddendorúmque conſiliorum primus auditor, & ſapientiſſimus redditor; vicit tamen mobiliſſima plebis, vt ita dicam, admirabilis improbitas, & inuerecunda in rogando conſtantia; & beatus Arnulphus eruditiſſimus laicus & ſanctiſſimus Maiordomûs de repentè Clericus factus Cathedræ Pontificali votis omnium populorum fœliciſſimè ad regendum eſt eleuatus.* Hæc in ſancti Clodulphi vita peruetuſtus Auctor ab Epiſcopo Madaurenſi laudatus. Arnulphum Metenſibus infulis ſub Rege Theodoberto redimitum æquè aſſerit antiquus Scriptor in vita ſancti Goerici, vt oſtendemus inferiùs, cùm agemus de itinere, quod Goericus ex Aquitania Metas ad limina beati Stephani ſuſcepit.

AN. CH. 611. CLOTAR. II. R. 28. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 16.

Authot coætaneus, qui vitam ſancti Arnulphi ſcripſit, eius electionem in Epiſcopum ſic commendat. *Vna vox populorum Arnulphum Regis Domeſticum & Conſiliarium, dignum eſſe Epiſcopatu acclamat. Ille cernens Deo ſic viſum eſſe, compulſus cum lachrymis eam vrbem gubernandam ſuſcepit, ita Pontificalem ferens infulam, vt quamuis nolens, cogeretur etiam curam & ſolicitudinem, quâ tenentur Regis Domeſtici, itémque Palaty Primatum ſiue Magiſterium retinere.* Idem Arnulphus in vita ſancti Goerici, *decus orbis, lumen patriæ, ſtabilimentum populorum, gloria Sacerdotum, lucerna in tenebris ſedentium, ornamentum non ſuæ ſolùm ſed etiam omnium ſanctarum Eccleſiarum* appellatur.

III. Doda vxor Arnulfi Treuiros in Monaſterium ſeceſſit. *Dum B. Arnulfus*
IV. *Pontificali Cathedrâ ſublimatus eſt*, ait vetus Author in vita ſancti Clodulfi, *ipſa quoque*, nempe Doda, *feruente in ea Spiritûs ſancti igne, non ſolùm ſpirituali veſte & velamine induta eſt, verùm etiam apud Treuerenſes incluſione vſque ad diem mortis ſeſe retruſit atque relegauit.* Ex Arnulfo & Doda nati ſunt duo filij Clodulfus & Anſchiſus, vt obſeruauimus ad annum Chriſti ſexcenteſimum primum [a], cùm refutaremus eos qui tertium addunt Waltchiſum beati Wandregiſili patrem.

DODA EIVS VXOR SECEDIT IN MONASTERIVM.

[a] Num. 41.

V. Arnulphus priuſquàm in Epiſcopum aſſumeretur, & Romaricus communicato inter ſe conſilio, vt in vita ſancti Arnulphi legitur, ſtatuerant ad Lirinenſe Monaſterium relictis omnibus proficiſci, ſed hac in re vtriuſque deſiderio Altiſſimi voluntas obſtitit. Quibus temporibus Monaſticum vitæ genus amplexi tandem fuerint, dicemus alibi. Interim obſerua ſub Conone Abbate priſtino ſplendori reſtitutam fuiſſe diſciplinam Lirinenſem, cùm viri & natalibus & pietate adeò conſpicui vltrò in illud Monaſterium ſecedere voluerint.

VI. Eodem fermè tempore quo Præſulatum Arnulphus ſuſcepit, Goericus eius agnatus Metas ſe contulit regnante adhuc Theodoberto, vt quem priùs amiſerat, vſum oculorum ad limina beati Stephani reciperet. *Sanctus Goericus*, inquit Author [b] vitæ, *primò quidem miles egregius de Aquitania, corpore non voto ſeculi actibus ſeruiens, cùm apud Deum & homines in magna honeſtate floreret, licèt quæ poſcũ ſunt ſectaretur, quandocunque tamen paganorum infeſtatio perurgebat, primus aciei militari ſe opponens, barbaricam rabiem Dei fretus auxilio potentiſſimè deuincebat, & ſpolia ampliſſima reportabat. Denique ſubitò oculorum & viſus amiſſione percellitur, virtute tamen patientiæ vndique munitus, Deo gratias agens dicebat.* [*Sicut Domino placuit, ita factum eſt.*] *Eo tempore regnabat in Gallia Theodobertus, in Metenſi vrbe præſidebat Pontifex beatus Arnulphus. Tunc Sancto viro Goerico in ſilentio noctis quieſcenti Angelus Domini affuit dicens. Serue Dei excelſi, venit tempus quo mæror tuus in gaudium transferatur, quo etiam lux amiſſa tibi reſtituatur. Ergo Metenſem ciuitatem aggredere, & limina beati Stephani deuotè ingredere, Deóque preces ibi funde, & recipies illicò viſum & totius corporis ſoſpitatem. Arnulphus autem tibi charus amicus & propinquus ibi Pontifex reſidet, cui Spiritus Sanctus te illicò affuturum præmonſtrabit, & quicquid Deus tibi impenſurus eſt manifeſtabit. Expergefactus ergo vir Sanctus milites conuocauit, & de Aquitania ad præfatam vrbem iter arripuit. Cui appropinquanti ſanctus Arnulphus adfuit, & factâ oratione datâque benedictione eum in domum induxit. Qui obtentu ſancti Stephani viſum & totius corporis ſanitatem recepit pleniſſimam.* Habebat duas filias Preciam & Victorinam Deo iam conſecratas, quas itineris ſui comites eſſe voluit, vt conſtat ex eius vita manuſcripta, cuius fragmentum inter probationes, quibus primam partem [c] operis ſui de vera Franciçæ domûs origine confirmauit, ſic edidit Dubouchetus. *Regnante Glorioſiſſimo Rege Theodeberto, beatus Arnulfus in Dei rebus ſpectatiſſimus reſidebat in Metenſi vrbe, carne & ſanguine ſancto Goerico propinquus, ad hunc Goericus iuxta viſionem monitoriam ſe tranſtulit, & adduxit ſecum duarum filiarum Deo conſecratarum expectatiſſima gaudia, Preciam videlicet & Victorinam.*

GOERICVS RECVPERAT VISVM METIS IN ÆDE S. STEPHANI.

[b] Ap. Sur. d. 19. Sept.

[c] Cap. 3.

VII. Agnatio inter Arnulphum & Goericum variè deſcribitur ab Auctoribus genealo-

AN. CH. 611. CLOTAR. II. R. 28. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 16.

genealógicis. Arnulphus auum habuit Anſbertum. Anſberto frater fuit Gamardus. Quidam Goericum Gamardi nepotem & Godini filium aſſerunt, alij Godini fratrem & Gamardi filium, quod verius putamus, extat enim Goerici pòſt Epiſcopi Metenſis ad Deſiderium [a] Antiſtitem Cadurcenſem epiſtola, in qua Gedeni ſeu Godini meminit, quem germanum ſuum vocat. *Vos verò*, inquit, *taliter cum Domna Babila agite, vt exemplaria quæ pro filio veſtro germano meo Gedeno direxi, firmare debeat.* In vita ſancti Clodulfi Metenſis Epiſcopi, vt ex probationibus familiæ Anſberti rediuiuæ adiectis liquet, *Gamardus ſancti Goerici Præſulis genitor* appellatur, & apud Authorem Genealogiæ deſinentis Lothario Imperatore Caroli Magni nepote, *Gamardus qui cognominatus eſt Babo genuit Godinum, & Gouerricum qui cognominatus eſt Abbo, & Ratbertum, & filias duas Dodanem & Dodalinanem; Godinus genuit filiam nomine Segolenam.* Hinc colligimus Goericum Arnulfo ſeniorem extitiſſe, nec alienum à vero videri duas eidem Goerico filias fuiſſe Preciam & Victorinam ætate grandiores Clodulpho & Anſchiſo Arnulphi filiis.

[a] Ad Deſider. epiſt. 13.

VIII. Goericus recuperato viſu Metis inſigne pietatis ſuæ monumentum reliquit, ædem in honorem ſancti Petri conſtruxit, quæ nunc etiam ſtat prope Cathedralem, & in veteribus chartis vocatur *Maior domus ſancti Petri*, vt diſtinguatur ab antiquiore quæ *Minor domus ſancti Petri* nuncupatur. Illius dedicatio in Martyrologio Metenſi decimo-ſexto Kalendas Decembris celebratur his verbis. *Dedicatio Eccleſiæ ſancti Petri Maioris infra domum, quam ſanctus Goericus conſtruxit Epiſcopus.*

CONSTRVIT ECCLESIAM S. PETRI.

IX. Hoc anno, ſiue vt Fredegarius [b] loquitur, *anno XVI. Theuderici, Theudericus Legationem ad Chlotarium dirigit, indicans ſe contra Theudebertum, eò quòd ſuus frater non eſſet, hoſtiliter velle adgredere. Si Chlotarius in ſolatio Theudeberti non eſſet, Ducatum Denteleni, quem contra Theudebertum caſſauerat, ſi Theudericus Theudebertum ſuperabat, Chlotarius ſuprà memoratum Denteleni Ducatum ſuæ ditioni reciperet. Hac conuenientiâ à Theuderico & Chlotario, Legatis intercurrentibus, firmatâ, Theudericus mouet exercitum.* Si fides eſt Anonymo [c] fabulatori, qui Geſta Regum Francorum ſcripſit, Childebertus Rex duos habuit filios, *ſeniorem ex concubina nomine Theudobertum, iuniorem verò ex Regina nomine Theudericum. Ipſúmque cum auia ſua Brunihilde in Burgundiam in regno Guntramni Regis Magni direxit. Brunihildis verò ſæpiùs per inuidiam peiora conſilia Theuderico Regi nepoti ſuo ſubminiſtrabat dicens. Cur negligis & non requiris theſaurum patris tui, ac regnum eius de manu Theudoberti? cùm certiſſimè ſcias eum non eſſe fratrem tuum, quia filius meretricis eſt, concubina patris tui, & in adulterio fuit natus. Cùm hæc audiſſet Theudericus, acerbis moribus vt erat, exercitum plurimum commotum contra Theudobertum germanum ſuum direxit.* In hac ſententia poſt Guntchramni mortem regnum Burgundiæ non ad Childebertum Guntchramni nepotem ex fratre Sigiberto ſed ad Theodoricum ipſius Childeberti filium natu minorem deuoluitur, & Theodoricus à Childeberto patre adhuc ſuperſtite in Burgundiam mittitur cum auia Brunichilde. Vtrumque autem falſiſſimum arguitur ex Fredegario [d], qui Childebertum Guntchramno patruo, deinde Theodobertum ac Theodoricum Childeberto patri ſucceſſiſſe ſic teſtatur. *Anno XXXIII. regni Gunthramni, v. Kal. April. ipſe Rex moritur, regnum eiuſdem Childebertus adſumpſit.* Et paucis interiectis. *Anno IV. poſtquàm Childebertus regnum Gunthramni acceperat, defunctus eſt, regnúmque eius filij ſui Theudebertus & Theudericus adſumunt. Theudebertus ſortitus eſt Auſter, ſedem habens Metenſem; Theudericus accepit regnum Guntramni in Burgundia, ſedem habens Aurelianis.* Prætereà in Anonymi ſententia mater Theodoberti diſtinguitur à matre Theodorici, éſtque non Regina ſed concubina Childeberti Regis eáque adultera, vnde obiter notabis mulieres, quæ tunc concubinæ vocabantur, vxores legitimas fuiſſe, & indignum regno dici Theodobertum non quia concubinâ natus eſt ſed quia concubinâ natus eſt adulterâ, &, vt Fredegarius [e] atque ex eo Aimoinus [f] alio loco ſcribunt, cuiuſdam

[b] Cap. 37.

[c] Capp. 37. 38.

BELLVM INTER THEODOBERTVM ET THEODORICVM FRATRES.

[d] Capp. 14. 16.

[e] Cap. 27.

[f] Lib. 3. c. 92.

hortulani filius creditur. Verùm Gregorius Turonenſis, cui longè potior quàm Fredegario vel Anonymo fides haberi debet, nullam illius rei ſuſpicionem mouet. Ad annum enim Childeberti Regis decimum magnificè de Theodoberti ortu ſic loquitur [a]. *Childeberto Regi filius natus eſt, qui à Magnerico Treuerorum Epiſcopo de ſacro fonte ſuſceptus, Theodobertus eſt vocitatus, de quo tantum gaudium Guntchramnus Rex habuit, vt ſtatim Legatos dirigens multa ei munera tranſmitteret, dicens. Per hunc enim Deus erigere Francorum regnum propriâ Maieſtatis ſua pietate dignabitur, ſi huic pater, aut ipſe vixerit patri.* Nec ad annum Childeberti Regis duodecimum magis extollit ortum Theodorici, de quo ſic ait [b]. *Childeberto Regi alius filius natus eſt, quem Veranus Canillonenſis Epiſcopus ſuſcipiens à lauacro, Theodorici nomen poſuit. Erat enim eo tempore ipſe Pontifex magnis virtutibus præditus, itaut plerumque infirmis ſignum Crucis imponens, ſtatim ſanitati tribuente Domino reſtauraret.* Faceſſant igitur omnia commenta, quæ Fredegarius & Anonymus propalarunt, vt poſteris perſuaderent Theodoricum hoc anno ad arma ideò veniſſe, quòd Theodobertum fratrem ſuum eſſe non exiſtimaret. Magis audiendus Aimoinus [c], qui conſilij à Theodorico ſuſcepti rationem hanc reddit, quòd à Theodoberto fratre contumeliis affectus fuiſſet, & iniurias anno ſuperiori acceptas vlciſci vellet. Vera hæc belli cauſa, aliam ne quæras. *Theodoricus*, inquit Aimoinus, *acceptas iniurias vlciſci deſiderans, cum ſuis tractabat quo pacto fratrem opprimeret.* Et paulò inferiùs. *Theodoricus (vt præfati ſumus) Theodebertum infeſtis inſectans odiis, ad Chlotarium mittit, qui velut ex perſona ſua dicerent. Contumeliis a fratre affectus, reddere ei quæ meretur cogito, ſi te illi auxilio non adfuturum cognouero. Quapropter ego rogo te, quietum manere, nil adiumenti illi ferentem, pollicens, ſi victor euaſero, regnúmque cum vita ab eo quiuero auferre, Ducatum Denteleni, quem ipſe tibi iniuſtè ſublatum retinet, me tua remiſſurum poteſtati. Huic pactioni aſſentiente Chlotario, Theodoricus*, &c.

X. Intereà temporis Columbanus Abbas cùm Brigantij moraretur, *& inter habitatores loci illius progrederetur, reperit eos ſacrificium prophanum libare velle, váſque magnum quod vulgò Cupam vocant, quod viginti modia ampliùs nec minùs capiebat, ceruiſiâ plenum in medio poſitum. Ad quod vir Dei acceſſit, ſciſcitaturque quid de illo fieri vellent. Aiunt illi ſe Deo ſuo Vadono nomine, quem Mercurium, vt alij aiunt, autumant eſſe, litare velle. Ille autem peſtiferum opus audiens, vas inſufflat, miróque modo vas cum fragore diſſoluitur, & per fruſta diuiditur, váſque rapido cum liquore ceruiſiæ prorumpit, manifeſtéque datur intelligi, diabolum in eo vaſe fuiſſe occultatum, qui per profanum liquorem caperet animas ſacrificantium. Videntes autem barbari ſtupefacti, aiunt magnum virum Dei habere halitum, qui ſic poſſet diſſoluere vas ligaminibus munitum. Caſtigatos itaque Euangelicis dictis, vt ab his ſegregarentur ſacrificiis, domum redire imperat. Multi enim eorum tunc per beati Columbani ſuaſum vel doctrinam ad Chriſti fidem conuerſi, baptiſmum ſunt conſecuti, alioqui quos iam lauacro ablutos error detinebat prophanus, ad cultum Euangelicæ doctrinæ monitis ſuis vt bonus paſtor Eccleſiæ ſinibus reducebat. Eo itaque in tempore Theodericus atque Brunehildis non ſolùm aduerſus Columbanum inſaniebant, verùm etiam & contra ſanctiſſimum Deſiderium Viennenſis vrbis Epiſcopum aduerſabantur.* Cetera quæ de beato Deſiderio à Iona ſcribuntur, vltrò prætermittimus, quia contra Chronologiam peccant, nam Deſiderius ante aliquot annos Martyrium iam conſummarat. *Vagante beato Columbano cum ſuis penes Brigantia vrbem*, vt addit Ionas, *durum egeſtatis tempus obuenit. Sed quamuis alimonia deeſſent, manebat tamen intemerata atque inconcuſſa fides, quæ neceſſaria apud Dominum impetraret. Cúmque iam tridui ieiunio feſſa corpora ferrent, euenit tanta copia alitum, velut Iſraelitarum caſtra coturnix olim operuit, itaut omnem paginam loci illius alitum multitudo oppleret. Intellexit enim vir Dei ob ſuam ſuorúmque neceſſitatem, has dapes terra diffundi, nec prorſus alibi obuenire præter eo quo ipſe moraretur in loco. Iubet ergo ſuos priùs grates laudéſque rependere conditori, ſícque alitum dapes capere. Erat enim mirum & ſtupendum mira-*

COLVMBANVS PAGANOS AD PIDEM CONVERTIT.

[a] Lib. 8. c. 37
[b] Lib. 9. c. 4.
[c] Lib. 3. c. 98.

AN. CH. 611.
CLOTAR. II. R. 28.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 16.

culum. Capiebantur aues, prout patris imperium vrgebat, nec abſcedere pennigerâ fugâ nitebantur. Manſit ergo alitum manna per triduum diffuſa. Quarto deinde die quidam Pontifex, Gaudentium Conſtantienſem Epiſcopum intellige, *ex vicinis vrbibus frumenti copiam diuinâ monitus aſpiratione beato Columbano direxit, ſed mox omnipotens, qui penuriam patientibus aligeros præbuerat cibos, vt farris adeps aduenit, alitum phalangas imperauit abire. Nam Euſtaſio hoc cognouimus referente, qui eo tempore inter reliquos ſub viri Dei obedientia ibidem tenebatur adnexus, quòd nullus in ea fuerit caterua, qui antè talium genera alitum ſe vidiſſe referret, & tantus ſapor in cibo aderat, vt regias dapes vinceret.* Ex illo textu liquet Euſtaſium in eorum numero fuiſſe, qui Columbano in Auſtriam è Neuſtria venienti ſe comites Brigantium vſque adiunxerunt. Superſedemus alijs miraculis quibus Columbani ſanctitas enituit. *Intereà cogitatio in mentem ruit, vt Veneticorum, qui & Sclaui dicuntur, terminos adiret, eorúmque mentes Euangelicâ luce illuſtraret, ac ab origine per deuia oberrantibus veritatis viam panderet. Cúmque hoc votis patrandum ineſſet, Angelus Domini per viſum apparuit, paruóque ambitu velut paginali ſolent ſtylo orbis deſcribere circulum, mundi compagem monſtrauit. Cernis, inquit, quòd maneat totus orbis deſertus? Perge dextrâ lauâque quà eligis, vt laboris tui fructus comedas. Intellexit ergo ille non eſſe gentis illius in promptu fidei profectus, quieuítque in loco, donec aditus ad Italiam viam panderet. Intereà inter Theodericum Theodebertúmque lis firmatur, ac quiſque aduersùs fratrem vſque ad internecionem deſæuit, vtriſque gentium robore ſuperbientibus, inter quæ vir Dei ad Theodebertum accedit, eíque ſuadet, vt cœpta arrogantia ſupercilium deponat, ſéque Clericum faciat, & in Eccleſia poſitus ſacræ ſubderetur religioni, ne ſimul cum damno præſentis regni, æterna pateretur vitæ diſpendium. Quod & Regi & omnibus circumſtantibus ridiculum excitat, aientes ſe nunquam audiſſe Merouingum in regno ſublimatum, voluntariè Clericum fuiſſe. Deteſtantibus ergo omnibus, beatus Columbanus ait. Si voluntarius nullatenus Clericatûs honorem ſumit, in breui inuitus Clericus exiſtit. His ergo dictis, vir Dei ad cellulam remeat, móxque Prophetici dicti euentum res non diu dilata affirmat.* Quid ſecutum fuerit, anno ſequenti referemus. Cur Columbanus ad Theodobertum acceſſerit, nulla ratio poteſt afferri, niſi quòd eum monere volebat, vt ſcelera, quæ anno priori commiſerat, violationem ſcilicet pacis, & vxoris, ſi Fredegarius [a] non imponit, interfectionem, expiaret pœnitentiâ, neque tantorum criminum reus aleam belli cum fratre experiretur. Theodorus in vita ſancti Magnoaldi vult Columbanum de profectione ad Sclauos ſuſcipienda priùs cogitaſſe, quàm pedem in Auſtria fixiſſet, ſed in hac parte ſtandum potiùs à Iona.

ADIT THEODOBERTUM.

[a] Cap. 37.

XI. Deicolus Columbani diſcipulus, quem anno ſuperiori magiſter in Burgundia reliquerat, cùm locum idoneum ad habitandum in vaſta ſolitudine quæreret, ad eas anguſtias addactus eſt vt extremâ ſiti angeretur, ſed ad eius preces fons diuinitus in ipſa ſolitudine manauit, ex quo non mediocriter refocillatus eſt. Tandem ad Lutram * locum paluſtrem, crebertimis fontibus irriguum, in prædio Weiſharij præpotentis viri ſitum deuenit duce ſubulco, in cliuo montis reperit Eccleſiolam ſancto Martino dicatam, in qua Weiſharius certis temporibus vnà cum ſuis diuini cultûs officium gerebat. Hunc locum ſibi opportunum ad reliquum vitæ ſpatium iudicauit. Quoties ad Eccleſiam ſolus accedebat, ianuæ nullo reſerante diuinitus aperiebantur. Ea res mouit inuidiam Preſbyteri, qui vepribus & ſpinis oſtium obſtruxit, ſed vir Dei per ſpinas illæſus intrauit. Sacerdos magis indignatus ſtatim queſtus eſt apud Weiſharium ipſius Eccleſiæ Dominum, qui tunc in prædio ſuo manebat in loco cui nomen Villa Callonis. Weiſharius præcipiti furore arreptus Deicolum caſtrari iuſſit, ſed iuſto Dei iudicio lapſus eſt in laqueum, quem ſeruo Dei iniuſtè parauerat. Nam idem membrum quod famulo Dei præcidi mandauit, illi mox verſum eſt in tumorem, itaut omnia viſcera in eundem locum violenter inciderent, & mortem vicinam pa-

* *Lure.*

INITIA MONASTERII LVTRENSIS.

AN. CH. 611. CLOTAR. II. R. 28. THEODOR. II. THEODOR. II. RR. 16.

rarent. Vxor Bertildis Deicolum quantocyùs accerſiuit, vt virum ſuum ſanare poſſet. At priuſquàm nuncius ad Deicolum perueniret, Weiſharius animam exhalauit. Vir Dei non iniuriam irreligioſi militis ſed fidem deuotæ mulieris inſpiciens pedetentim iter atripuit. Cùm ad Bertildis ædes acceſſiſſet, præ nimio æſtu veſtem exuit, eam ſerui accipere volebant, ille hoc officium recuſans rtanſuerſam eam ſuper Solis radium per feneſtram domùs poſuit, vbi, quoad voluit, remanſit non ſine ſtupendo miraculo. Quo viſo pia mulier prædia ſua & Eccleſiam ſancti Martini cum villa ſua viro Dei vltrò conceſſit. Deicolus cum maxima fidelium turba Lutram tegreſſus locum perluſtrauit, illicque decreuit habitare. Duo ædificauit templa, alterum in memoriam Principis Apoſtolorum, alterum in honorem ſancti Pauli. Multorum ad eum viræ Monaſticæ gratiâ factus eſt concurſus. En initium celeberrimi Lutrenſis Monaſterij, quod Molanus [a] in additionibus ad Vſuardum perperam vocauit Sutrenſe. Eſt quidem Sutrium * oppidum Hetruriæ in Italia, ſed nihil ad illud ſpectat Deicolus, cuius vitam ex Lutrenſibus membranis à Petro Franciſco Chifflerio deſcriptam conſule [b].

[a] D. 18 Ian. * Sutri. [b] Ap. Bolland d. 18 Ian.

APOLLINARIS EPISC. BITVRIC. OBIT.

XII. Hoc anno, Pontificatùs ſui nuno tranſiit ad Deum Apollinaris Biruticenſis Epiſcopus. Iacet in Eccleſia de Caſtro ad muros Bituricenſes, agitur eius memoria pridie Nonas Octobres. Lege Chenutium in Epiſcopis Bituricenſibus. Vacauit Sedes vſque ad diem decimam-tertiam Februarij.

AMANDVS ADOLESCENS RELICTA OGIA INSVLA PERGIT AD ECCLESIAM S. MARTINI.

XIII. Amandus adoleſcens cùm in Ogia verſaretur, & obedientiæ causâ per Inſulam deambularet, immanem ſerpentem offendit. Quo viſo perterritus quid ageret ignorabat, ſed ad ſe reuerſus ſigno Crucis anguem fugauit. Hoc initium ſignorum fuit, vt obſeruat Baudemundus, qui puerum hoc loco vocat, quem priùs adoleſcentem appellauit, ſed puer ab illius æui Scriptoribus pro adoleſcente ſæpiùs vſurpatur. *Dein*, vt idem Author perſequitur, *cœpit pater eius blandis eum ſermonibus irretire, vt quantocyùs de Monaſterio egrederetur, & rurſus ſecularem aſſumeret habitum. Cúmque his atque huiuſcemodi perſuaſionibus animum illius conaretur euertere, obteſtans niſi citiùs aſſenſum daret, vt de Monaſterio egrederetur, iam paternâ priuaretur hæreditate, reſpondiſſe fertur. Nihil mihi, pater, tam proprium videtur, quàm vt Chriſti aſſumam ſeruitium, qui eſt pars & hæreditas mea. De paternis enim ſubſtantiis nihil adipiſci cupio, ſolummodò, vt Chriſto militem, permitte. Sícque in eodem permanens deſiderio, relicto ſolo parentibúſque, Turonis ad ſepulchrum ſanctiſſimi petiit Martini. Ibíque proſtratus, & profuſis in oratione vberrimè lachrymis, ex toto cordis petiit affectu, quatenus vir ſanctus oratione ſuâ apud Deum obtinere mereretur, vt numquam eum Dominus ad ſolum proprium remeare permitteret, ſed omnem vitæ ſuæ curſum in peregrinatione expenderet. Cúmque ab oratione ſurrexiſſet, ſtatim comam capitis ſui abſcidit, adeptúſque Clericatûs honorem, omnem gratiam tranſcendebat in Clero.*

FIT CLERICVS.

Quæ quidem hoc anno geſta eſſe inde colligimus, quòd Amandus Biturigas anno ſequenti proficiſcetur, nec te moueat apud Bollandum Baudemundus, qui Amandum, *cùm adhuc in puerili eſſet ætate*, patri habitum ſecularem ſuadenti reſtitiſſe dicit, potes enim vel pueritiæ nomine adoleſcentiam intelligere, vel ex Baudemundo expungere ſex haſce voces, *cùm adhuc in puerili eſſet ætate*, quæ nec in editione Sutiana reperiuntur, nec in Codice manuſcripto [c] ſancti Victoris prope Lutetiam quem conſuluimus, nec in nonnullis aliis quos ipſemet Bollandus à ſe viſos teſtatur [d] in notis ad Baudemundum.

[c] Cod. 877 p. 195. [d] D. 6. Febr.

AMATVS MONACHVS AGAVNENS. SECEDIT IN SOLITVDINEM.

XIV. Amatus Monachus Agaunenſis, *cùm iam annos triginta Monaſticis inſtitutis & diſciplinis perpetuò incumbens totum ſe virtuti dediſſet, maioris ſolitudinis ſeceſſum expetens, clàm è Monaſterio egreſſus eſt, & non procul ad cuiuſdam excelſi montis rupem ſe contulit. Interim ab Abbate & fratribus magno ſtudio quæritur, & tandem triduano exacto ieiunio ægrè inuenitur. Repertum orant Fratres, vt ad Monaſterium redeat, quòd Abbas & ceteri eius causâ anxij & mœſti eſſent, rogant etiam, quid ſibi ea ſeceſſio velit. Quibus ille incunctanter reſpondet. Sinite, Fratres, ſinite me, obſecro, in hoc anguſto loco lugere peccata mea, & Redemptori meo*

AN. CH. 611. CLOTAR. II. R. 28. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 16.

ſedulò inſeruire. Cùm ergo non poſſent eum à ſententia deducere, aiunt ad eum. Vel id ſaltem indicato nobis, quam tibi velis alimoniam huc adferri. Ille reſpondet. Panis & aqua poſt triduum præbeatur mihi, donec Domino viſum erit hoc me affici ieiunio. Lautiores alios cibos non appeto, & ipſe panis quem dabitis oro vt hordeaceus ſit. Abeunt Fratres, indicant repertum Amatum, & quid ex illo audierint. Mox ab Abbate deſignatur Frater Berinus, qui officiosè illi miniſtret. Is accepto pane, vrceóque aquâ pleno pergit ad virum Dei, & cùm ea illi obtuliſſet, recedit. Amatus in illa ſolitudine per triennium vixit cum maximo corporis ſui ac diuitiatum contemptu, duas illas res, quæ commendentur, ex eius vita præcipuè ſeligendas duximus. *Veſtis ei erat ex veruecum pellibus. Porrò in Quadrageſima, pro quotidiana refectione poſt veſpertinas perſolutas laudes quinque nucum nucleis cum exiguo aquæ poculo vilis quidem ſed Deo grata illius menſa inſtruebatur. Interdum verò triduana, & ſæpè etiam prolixiora ſibi ipſi ieiunia indicens, membris quidem feſſis, ſed ſancti Spiritûs gratiâ plenus, Chriſto perpetuum exhibebat famulatum. Balnearum fomentis bis tandem toto illic anno vtebatur, ante Saluatoris Natalem diem & eius ſacram Reſurrectionem. Atque hæc illi erat ſui corporis cura. Loci illius Epiſcopus familiariſſimâ ei charitate deuinctus erat, & cùm crebrò illi libenter adeſſet, ſæpiúſque inuiſeret virum Dei, pro Chriſti amore paupertatem ſectantem, ſtatuit quandam pecuniæ ſummam pro eius conſolatione illi largiri, in eius arbitrio relinquens, an ſeruare ſibi vel pauperibus diſtribuere vellet. Ait autem illi vir beatus. Quæ tu mihi offers, optime Antiſtes, ea illis tribuenda ſunt, quos maior premit inopia. Ego verò ſpretis mundi huius impedimentis, ſicut nudus egreſſus ſum è terra, ita nudus reuertar in puluerem. Epiſcopus nihilominùs inſtat importunè, vt munus oblatum non reſpuat, ſed cùm cerneret inexorabilem, egrediens clàm, pecuniam impoſuit altariolo in quo ſacrificare conſueuerat. Cùm autem nocte exactâ ad ſacra peragenda myſteria vir Dei horâ legitimâ accederet, repertos nummos tanquam hoſtis Tartarei inſidias execrans, in profundam vallem magnâ vi abiecit, ita dicens. Dominus pars hæreditatis mea, ego his non indigeo.* Sedunenſem Diœceſim, in qua ſitum eſt Agaunum, regebat tunc Leutmundus Epiſcopus.

Iacobus Seuertius in Lugdunenſium Archiepiſcoporum [a] Hiſtoria teſtatur XV.
hæc in antiquo Belliiocenſis * Eccleſiæ Collegialis Martyrologio manuſcripto legi quarto Idus Auguſtas. *Lugduni, ſancti Arigy Epiſcopi & Confeſſoris, qui rexit Eccleſiam annis octo, menſibus ſex.* Theophylus Raynaudus in Sanctorum Lugdunenſium indiculo ſimiliter affirmat hæc in Martyrologio Lugdunenſi haberi quarto Idus Auguſtas. *Lugduni, ſancti Arigy Epiſcopi & Confeſſoris, qui rexit præfatam Eccleſiam annos octo, menſes ſex.* Obiit igitur ſanctus Arigius ſiue Aridius Lugdunenſis Epiſcopus quarto Idus Auguſtas hoc anno, nam ſedere cœpit anno Chriſti ſexceteſimo tertio, ſiue anno Theodorici Regis octauo, vt ex Chronico Fredegarij [b] colligitur. Ædificatam à ſancto Arigio Eccleſiam ſanctæ Crucis quæ ſancti Ioannis Baſilicæ continens eſt, inſtauratámque ſancti Iuſti Baſilicam multi notant. Succeſſit in Epiſcopatum Theodoricus, cuius mentio fit apud Flodoardum [c].

[a] Num 40. p. 2.
* de Beaujeu.
ARIDIVS EP. LVGD. MORITVR.
[b] Cap. 24.
[c] Lib. 2. c. 5.

Ad hæc tempora videntur pertinere, quæ leguntur in manuſcripta vita beati XVI.
Lupi Senonenſis Epiſcopi. *Rex Theodericus cum Brunichilde auia regnum Burgundiæ gubernabat. Cùm igitur quidam aulicus Fulcharius dictus illuſtribus natalibus ortus, Comes Aurelianenſibus datus, qui maximè ob hoc ſancti viri erat amicus, quia Betto pater ipſius de ſacris eum ſuſceperat fontibus, ad virum Dei veniens indicaſſet, quod eum in Palatio detrahi à quibuſdam audiſſet, quaſi ancillam Dei quandam, Voluſiam nomine, filiam anteceſſoris ſui Arthemy, immoderatè diligeret, Sanctus ad Euangelica arma recurrens, contra detrahentium impetum Chriſti tubam inſonuit. Beati, inquit, eſtis, cùm maledixerint vobis homines & dixerint omne malum aduersùm vos mentientes. Gaudete & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Tunc coram prædicto viro ipſam Dei ancillam karitatis amore oſculans, ait. Nihil nocent homini aliena verba, quem propria non maculat conſcien-*

LVPVS EP. SENONEN. SPERNIT DETRACTORES.

tia. Nam ſi ego pro amore Regis æterni iſtam in Chriſto veraciter diligo, terrenum ex hoc Principem non paueſco. Nam quia ipſam Dei virginem Chriſtum amare ardenter agnouerat, ipſam mente puriſsimâ ante Dei oculos diligebat, nec placere exinde hominibus ſtudebat, quia placere Deo intrinſecus ſatagebat, exemplo vſus Pauli Apoſtoli, qui ait. Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Ideo enim erubeſcere non poteſt, quem teſtis inuiolata conſcientia defendit.

---

612. CLOTAR. II. R. 29. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 17.

ANNVS
CHRISTI 612.
CLOTARII II. R. 29.
THEODOBERTI II. R. 17.
THEODORICI II. R. 17.

I. ANNO Chriſti ſexcenteſimo duodecimo Theodobertus Rex à Theodorico fratre bis profligatus eſt, tandémque captus ac cæſus occubuit. Annum, quo iſta contigerunt, Fredegarius [a] & Aimoinus [b] notant Theodorici Regis decimum-ſeptimum, itaut de anno nulla ſit controuerſia. Ionas hoc bellum ita deſcribit in vita ſancti Columbani. *Theodericus Theodebertum ad bellum prouocat, & propter Tullum deuictum fugat, póſtque collecto exercitûs robore perſequitur. Simili modo gentium multarum Theodebertus robore vallatus, ad Tulbiacenſe caſtrum pugnaturus occurrit, ibi prælio inito, innumeræ gentium phalanges ex vtroque exercitu perierunt, & victus tandem Theodebertus fugit. Perſecutus eſt Theodebertum Theodericus, & ſuorum proditione captum ad auiam Brunehildem direxit, quem cùm auia recepiſſet, quia Theoderici partibus Brunehildis fauens erat; furens Theodebertum fieri Clericum rogauit. At non poſt multos dies, impiè nimis poſt Clericatum perimi iuſsit.* Fredegarius, qui Ionam legerat, Clericatum Theodeberti reticuit, cetera narrauit prolixiore ſtylo, nonnulláque adiecit, quæ veritati nullatenus videntur aduerſari. *Anno*, inquit, XVII. *regni Theuderici, Lingonas de vniuerſis regni ſui prouinciis, menſe Madio, exercitus adunatur. Dirigénſque per Andelaum, Naſio caſtro capto, Tullum ciuitatem perrexit. Ibíque Theudebertus cum Auſtraſiorum exercitu obuiam pergens in Tullenſi campania confligunt certamine. Theudericus ſuperat Theudebertum, eiuſque exercitum proſtrauit. Cæſa eſt de exercitu eodem prælio nimia multitudo virorum fortium. Theudebertus terga vertens, per territorium Metenſe veniens, tranſito Voſago Coloniam fugaciter peruenit. Theudericus poſt tergum cum exercitu inſequens, beatus & Apoſtolicus vir Leoniſius Magancenſis vrbis Epiſcopus, diligens vtilitatem Theuderici, & audiens ſtultitiam Theudeberti, ad Theudericum veniens dixit. Quod cœpiſti, perfice: ſatis te vtiliter oportet huius rei cauſam expetere. Ruſtica fabula dicitur. Cùm lupus aſcendiſſet in montem, & filij ſui iam venare cœpiſſent, eos in monte ad ſe vocat, dicens. Quàm longè oculi veſtri in vnamquamque partem videre praualent, non habetis amicos niſi paucos qui è veſtro genere ſunt. Perficite igitur quod cœpiſtis. Theudericus cum exercitu Ardennam tranſiens, Tolbiacum peruenit. Theudebertus cum Saxonibus, Thoringis, vel ceteris gentibus, quas de vltra Rhenum vel vndique potuerat adunare, contra Theudericum Tolbiacum perrexit, ibique denuò commiſſum eſt prælium. Fertur à Francis ceteriſque gentibus ab antiquitus ſic fortiter nec aliquando fuiſſe prælium conceptum. Ibique tanta ſtrages ab vtroque exercitu factæ ſunt, vbi falangæ ingreſſu certaminis contra ſe præliabant, vt cadauera occiſorum vndique non haberent vbi inclinata iacerent, ſed ſtabant mortui inter ceterorum cadauera ſtricti, quaſi viuentes. Sed Domino præcedente, iterum Theude-*

[a] Cap. 38.
[b] Lib. 3. c. 98.

THEODOBERTVS BIS A FRATRE PROFLIGATVR.

AN. CH. 612. CLOTAR. II. R. 29. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 17.

ricus Theudebertum ſuperat, & à Tolbiaco vſque Coloniam exercitus Theudeberti gladio trucidatus, per loca oram terra cooperuit. Ipſóque die Coloniam perrexit, omnéſque theſauros Theudeberti inibi recepit. Dirigénſque Theudericus vltra Renum poſt tergum Theudeberti Bertharium Cubicularium. Qui diligenter Theudebertum inſequens, tùm iam cum paucis fugeret, ipſum captum Bertharius Coloniam in conſpectum Theuderici præſentat exhibitum. Veſte regali Theudebertus expoliatus; equúſque eius cum ſtratura regia, hoc totúmque Berthario à Theuderico conceditur. Theudebertus vinctus Cabillonno deſtinatur. Filius eius nomine Meroueus paruulus, iuſſu Theuderici adprehenſus à quodam per pedem, ad petram percutitur, cerebróque eius capitis erupto amiſit ſpiritum. Chlotarius Ducatum Denteleni, ſecundùm conuenientiam Theuderici, integrum ſuæ ditioni redegit. Ob quam rem Theudericus, cùm iam totum Auſter dominaret, nimiâ indignatione commotus contra Chlotarium exercitum mouet. Quid ſecutum ſit, dicemus anno ſequenti.

II. Anonymus, qui Geſta Regum Francorum ſcripſit, hanc longè aliam inijt [a] narrationem. *Theudericus, acerbis moribus vt erat, exercitum plurimum commotum contra Theudobertum germanum ſuum direxit, & ad Tulbiacum caſtrum ad bellum conuenerunt. Illis inter ſe valdè confligentibus, Theudebertus læſum cernens exercitum ſuum, in fugam dilabitur, & Coloniam ciuitatem ingreſſus eſt. Theudericus autem terram Ribuarinſem ſuccendit atque vaſtauit. Populus itaque regionis illius eius ſe ditionibus ſubdunt, dicentes. Parce nobis, piiſſime Rex. Iam enim ſubditi ſumus tibi, noli nos ampliùs opprimere. Et ille ait, aut adducite mihi viuum Theudobertum, aut caput eius amputate & mihi deferte, ſi vultis vt vobis parcere debeam. Illi hæc audientes, in ipſa ciuitate ingreſſi, ei alia pro alia mentientes dixerunt. Sic mandat frater tuus. Redde theſaurum patris tui, quem apud te retines, ille poſt hæc reuertetur cum exercitu ſuo. Cúmque hæc ei mentientes dicerent, ille cum eis in Palatium theſauri ſui ingreſſus eſt. Cúmque in arca theſaurorum ornamenta requireret, vnus ex eis abſtracto gladio à retrò eum in ceruicem percuſſit, & amputauit caput eius. Suſtulerúntque eum per murum ciuitatis Coloniæ. Theudericus verò hæc videns, ipſam ciuitatem adprehendens, theſauros magnos accepit. Cúmque ſacramenta ab ipſis Francorum ſublimibus accepiſſet in Baſilica ſancti Gereonis Martyris, viſum fuit ei quòd percuſſus fuiſſet in latere dolosè. At ille ait. Obſeruate oſtia, neſcio quis de iſtis periuratis Riboariis me percuſſit. Cúmque reuoluiſſent veſtimenta eius, non aliud inuenerunt niſi ſignum paruulum purpureum. Inde enim cum multa ſpolia Theudericus Rex reuerſus, cum filia Theudeberti Regis fratris ſui, vel duobus filiis eius paruulis, reuerſus eſt ad vrbem Metenſem, ibique Brunihildis Regina aduenerat. Adprehensóſque pueros filios Theudoberti interfecit.*

[a] Cap. 38.

III. Aimoinus [b], in cuius manus Chronicon Fredegarij & Geſta Regum Francorum venerant, ex duabus prædictis narrationibus tertiam compegit, quâ duplex ex Fredegarij ſententia prælium agnouit, prius ad Tullum, poſterius ad Tulbiacum; deinde Anonymum ſecutus affirmauit Theodobertum Coloniæ à Riboario quodam interemptum fuiſſe, nec tamen omiſit à ſe lectos eſſe nonnullos Authores, qui ſecus ſentirent, & Theodobertum Cabilonem ablegatum autumarent; denique duos æquè ac Anonymus Theodoberto filios attribuit, ſed in eorum morte deſcribenda nonnihil addidit de ſuo. *Dum Mettis*, inquit, *adueniſſet, repperit auiam ſuam Brunechildem inibi obuiam ſibi veniſſe. Quæ arreptis Theodeberti filiis, eos ſine mora neci tradidit, & minorem quidem natu, nomine Merouеum, in albis adhuc poſitum, lapidi illiſum innocentem coegit exhalare ſpiritum.*

[b] Lib. 3. c. 98.

IV. Authoribus Ionâ & Fredegario freti Theodobertum bis acie fuſum à Theodorico credimus, ſemel prope Tullum, iterum prope Tulbiacum. In alterutro prælio deſideratus eſt Romulfus, qui ſub Childeberto ac Theodoberto Regibus Comes Palatij fuit, & ex Romulinde coniuge filium reliquit nomine Romaricum, de quo verba ſæpiùs facturi ſumus. Columbanus Abbas cùm procul abeſſet Tulbiaco, quid ibi gereretur diuinâ reuelatione cognouit. *Eo in tempore*, inquit Ionas, *vir Dei in eremo morabatur, contentus tantùm*

AN. CH. 612. CLOTAR. II. R.29. THEODOB. II. THEODOR. II. RR.17.

vnius miniſtri Magnoaldi famulatu. Eâ horâ ergo quâ apud Tulbiacum commiſſum eſt bellum, ſupra quercûs putrefactum truncum, vir Dei librum legens reſidebat, quem ſubitus ſopor oppreßit, & quid inter duos Reges ageretur vidit. Móxque excitatus, miniſtrum vocat, cruentámque Regum pugnam iudicat, ac multum humanum ſanguinem fuſum ſuſpirat. Cui temerario conatu miniſter ait. Pater mi, Theodeberto tuis precibus prabe ſuffragium, vt communem debellet hoſtem Theodericum. Ad hac beatus Columbanus ait. Stultum ac religioni alienum conſilium adminiſtras. Non enim Dominus ita voluit, qui nos pro inimicis noſtris orare pracepit. Inquiſiuit ergo pòſt miniſter temporis diem & horam, reperíſque ita fuiſſe, ſicut viro Dei fuerat reuelatum. Rem eandem paulò aliter Theodorus in vita ſancti Magnoaldi ſic deſcribit. *Eâ horâ quâ apud Tulbiacum bellum illud commiſſum eſt, vir Dei Columbanus operantibus diſcipulis Gallo & Magnoaldo cum cateris fratribus qui ex Luxonio venerant, ſedens ſupra truncum querci putrefacti librum legebat, quem ſopor ſubitò oppreßit, dormiénſque, quid inter duos Reges ageretur, vidit. Expergefactus miniſtrum Magnoaldum vocat, cruentámque ei Regum pugnam indicat, & humanum ſanguinem multum fundi ſuſpirat. Reſpondit Magnoaldus ad pedes magiſtri proſtratus, & ego, Domine Pater, ſopore oppreſſus iacebam ſubter vnam arborem abietem, & viſum eſt mihi ſimul eos conflictum inter ſe habere, arreptóque baculo volebam Theodoricum percutere, & Theodepertum defendere, ſed prohibuit me quadam facies dicens. Non eſt tibi neceſſe eum ictuari, quoniam Dominus citò vindicabit magiſtrum tuum de eo in interitu ignis. Illicò euigilans feſtinabam huc ad vos venire, & hanc viſionem narrare interim te vocante me. Dum ergo mirarentur ambo de his viſionibus, alius miniſter aſtans Eunochus nomine, temerario conatu ait. Pater mi, tuis precibus prabere deberes ſuffragium Theodoperto, vt hoſtem communem Theodericum debellares & expellas. Cui beatus Columbanus ait, ſtultum ac religioni alienum adminiſtras conſilium. Non enim Dominus ita vult, qui nos pro inimicis noſtris orare pracepit. Et Magnoaldus inquit. Verè Domine veſtra Sanctitas benè de hoc ſentit, quoniam in arbitrio iuſti Iudicis eſſe debet, quid de his fiat.* Magnus ſeu Magnoaldus Faucenſis Abbas obiit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto. Ionas igitur vitam beati Columbani ſcripſit ſuperſtite adhuc Magnoaldo, & Theodorus vitam eiuſdem Magooaldi ſeriùs in literas retulit. Quicunque Ionam & Theodorum ſuprà citatos ſimul contulerit, facilè aduertet opus Ionæ lectum eſſe à Theodoro, qui Ionam penè ad verbum reddidit quando cum illo conſenſit. Ionas nec cum Columbano nec cum Magnoaldo vixit, nam Bobienſe Monaſterium ingreſſus eſt Attalâ, qui Columbano ſucceſſerat, iam Abbate, & Magnoaldus in Bobienſi Cœnobio nunquam degit, in Gallia enim vnde poſteà in Germaniam tranſiit relictus eſt à Columbano Bobium abeunte. Theodorus autem & cum Columbano & cum Magooaldo fuit, diúque Magnoaldum comitatus eſt ex mandato Columbani. Quapropter in deſcriptione rerum à Magnoaldo geſtarum quotieſcunque Ionas & Theodorus diſcrepant, Ionæ minórem quàm Theodoro fidem habe, ideóque diuinam reuelationem quæ Columbano facta eſt cùm Tulbiacenſis pugna conſerebatur, arbitrare illo prorſus modo contigiſſe quo narrata fuit à Theodoro, apud quem cùm nomen Eunochi legis, memento & eundem Eunochum inter Columbani ſocios à Ionarecenſeri.

V. Quæ Fredegarius de Leoniſio Magancenſi ſeu Moguntino Pontifice ſcripſit, à vero non videntur aliena. Sedebat tunc Moguntiæ Leoniſius Epiſcopus,
[a] Lib. 2. c. 19. quem alij Ludegaſtum ac Lindegaſium appellant. Apud Serarium [a] in Maguntiaceoſium Antiſtitum catalogo poſt Sidonium, de quo locuti ſumus ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſecundum, Diœceſim Moguntinam regunt, Wilebertus, Ludegaſtus, tum Rudhelmus ſeu Rudelinus, Luthwaldus ſeu Landoualdus, Leowaldus ſeu Lupoaldus vel Haboaldus aut
[b] Lib. 2. cap. 5. Laboaldus de quo Flodoardus [b] in Hiſtoria Remenſi ſub Epiſcopo Sonnatio.

VI. Vera quoque putamus ea quæ Fredegarius de ingreſſu Theodorici Regis in ciuitatem Colonienſem, déque theſauris Theodoberti Regis inibi repertis captíſque

priſque propalauit. Idem etiam iudicium ferimus de ſacramentis quæ Theo- AN. CH.
doricus Rex apud Anonymum qui Geſta Regum Francorum ſcripſit, in Baſi- 612.
lica ſancti Gereonis Martyris ab Auſtraſiis exegiſſe dicitur. At quæ de cæ-
de Theodorici Regis adiunxit idem Anonymus & Aimoinus ex Anony- CLOTAR.
mo recitauit, inter fabulas à nobis reiiciuntur. Epiſcopatum Colonienſem II. R. 29.
tunc obtinebat Remedius Ebregiſili ſucceſſor, *vir doctus, qui verbo & ope-* THEO-
re vita plurimùm Chriſtianæ reipublicæ profuit, vt Cratepolius teſtatur. San- DOB. II.
ctus Gereon, cui Baſilicam Colonienſes dicarant, egregius ex Thebæo- THEO-
rum Legione pugil extitit, eiúſque corpus integrum [a] Coloniæ vſque ad tem- DOR. II.
pora beati Norberti cuſtoditum fuit. RR. 17.

[a] Martyrolog. Gall. die 24. Nouemb.

Quæ Ionas & Fredegarius Theodoberto Regi poſt Tulbiacenſem cladem
contigiſſe tradunt, ea in dubium reuocari non debent. Theodobertus victus
fugit trans Rhenum, captus eſt à Berthario Theodorici Regis Cubiculario, VII.
deinde Cabilonem miſſus eſt ad auiam Brunichildem, ibique illâ rogante at- CAPITVR,
tonſus eſt in Clericum, ac paucis pòſt diebus interemptus occubuit. Tota FIT CLA-
difficultas eſt in textu Ionæ, cuius poſterior pars multiplicem pati poteſt in- RICVS,
terpretationem, eámque ob cauſam prætermiſſa videtur à Fredegario, qui
nec Theodoberti Clericatum nec eius mortem recenſuit. *Perſecutus eſt Theo-*
debertum Theodericus, inquit Ionas, *& ſuorum proditione captum ad auiam Bru-*
nehildem direxit, quem cùm auia recepiſſet, quia Theoderici partibus Brunehil-
dis fauens erat, furens Theodebertum fieri Clericum rogauit. At non poſt multos
dies, impiè nimis poſt Clericatum perimi iuſſit. Quæritur quis ex Ionæ ſenten-
tia Theodobertum poſt ſuſceptum Clericatum perimi iuſſit, vtrùm Brunichil-
dis, an Theodoricus? Theodorus in vita ſancti Magnoaldi, totum crimen in
Brunichildem ſic refudit. *Theodoricus perſecutum Theodopertum apprehendit, &*
ad auiam ſuam Brunihildam direxit, ipſa autem eum Clericum factum, nimis im-
piè perimi iuſſit. In eadem ſententia verſatus eſt Surius, qui Ionæ ſtylum in
gratiam Lectoris nonnihil expolire conatus eſt, & præcitatum textum in vita
ſancti Columbani ſic reddidit. *Perſecutus eſt autem Theodoricus Theodebertum,*
& ſuorum proditione captum ad auiam Brunichildem remiſit, quæ cùm faueret par-
tibus Theodorici, furibunda Theodebertum Clericum fieri voluit, & poſt dies non
multos, cùm iam eſſet Clericus, nimis impiè perimendum curauit. Credimus ta-
men Ionam aliter ſenſiſſe. Quod enim poſteà Theodorus & Surius vnâ com-
plexi ſunt, id Ionas duabus circumſcripſit periodis, quæ ſi disiungantur, vt
verè diſtingui debent, prior de Theodorico docet duo, nempe quòd *perſecu-*
tus eſt Theodebertum, quódque *ſuorum proditione captum ad auiam Brunehildem*
direxit, & poſterior de eodem Theodorico aſſerit, quòd ipſum Theodober-
tum *non poſt multos dies, impiè nimis poſt Clericatum perimi iuſſit*. Huic opi- NEGATVR
nioni non parum fauet prioris periodi pars vltima, quâ Ionas de Brunichilde
quæ Theodobertum ad ſe à Theodorico miſſum recepit, ita loquitur, *quia*
Theoderici partibus Brunehildis fauens erat, furens Theodebertum fieri Clericum
rogauit. Nam Brunichildis, cùm Theodobertum voluit Clericum fieri, dubio
procul eum morti voluit eripere, regnóque non vitâ priuandum iudicauit.
Principi enim deuicto, quem victor Principatu ſpoliarat, vita ſæpè conceſſa
eſt eâ lege, vt ſi coniugatus eſſet ab vxore ſegregaretur, Cleróque aſcriptus
reliquam deinceps vitam inter Eccleſiæ miniſtros tranſigeret curâ ſecularium
rerum penitus dimiſſâ. Sic Auitus Imperator ſimul & Imperio deiectus eſt &
donatus Epiſcopatu, vt Marius in ſuo Chronico ſub Ioannis & Varanæ Con-
ſulatu ſcribit. Prætereà criminis ſuſpicio non tam cadit in auiam Brunichil-
dem, quàm in Theodoricum, qui crudeles exercebat inimicitias, &, vt fra-
tris regno quod ambiebat faciliùs ac tutiùs potiretur, eiuſdem Theodoberti
prolem maſculam è medio vi ſuſtulit.

Ionas de liberis Theodoberti ne verbum quidem habet. Fredegarius exi- VIII.
lium Theodoberti Regis & necem Merouei filij ſic perſtringit. *Theudebertus* CVM DVO-
vinctus Cabilonno deſtinatur. Filius eius nomine Merouæus paruulus, iuſſu Theu- BVS FILIIS.

derici adprehenſus à quodam per pedem, ad petram percutitur, cerebróque eius capitis erupto amiſit ſpiritum. Anonymus, qui Geſta Regum Francorum ſcripſit, Theodoberto non vnum Meroueum ſed duos arrribuit filios, eóſque Meris à Theodorico patruo necaros ira tradit. *Theudericus Rex cum filia Theudoberti Regis fratris ſui, vel duobus filiis eius paruulis reuerſus eſt ad vrbem Metenſem, ibique Brunihildis Regina aduenerat. Adprehensóſque pueros filios Theudoberti interfecit.* Huius rextûs poſtremam partem Aimoinus perperam detorquer ad Brunichildem, *dum Mettis*, inquir, *aduenißet* Theodoricus, *repperit auiam ſuam Brunechildem obuiam ſibi veniſſe. Qua arreptis Theodeberti filiis, eos ſine mora neci tradidit.* Duo filij Theodoberto fuerunt ex duabus vxoribus, ex Belichilde Clorarius, ex Teudechilde Meroueus, quos Theodoricus patruus in Auſtria necari iuſſir eo tempore quo Theodobertum fratrem in Burgundiam ad auiam Brunichildem mittebar. Meroueum eliſo ad perram cerebro peremptum rradunr omnes, eúmque in albis tunc poſitum obſeruanr Author appendicis ad Marij Chronicon & Aimoinus. De Clotario Theodoberti Regis filio loquitur Fredegarius capite quadrageſimo-ſecundo, vbi hæc leguntur. *Theudebertus, & filius ſuus Chlotarius.*

IX.
EIVS ÆTAS, VXORES AC LIBERI.
[a] Lib. 3. c. 100.

Vixir Theodobertus annos viginri ſex, obiir anno regni decimo-ſeptimo. Duas duxir vxores Belichildem & Theudechildem. Ex Belichilde nata eſt ei filia quam Adoualdo Agilulphi Longobardorum Regis filio deſponſaram ſuprà diximus. Anonymus & Aimoinus [a] addunr eam, quòd pulchra eſſet, à Theodorico poſt Theodoberti morrem ad coniugium expetitam fuiſſe, ſed appendix eſt commenti iam refutari, quaſi Theodoricus ſe nec fratrem Theodoberti nec patruum illius adoleſcentulæ crediderir. *Theudericus itaque Rex*, inquir Anonymus [b], *videns filiam Theudoberti neptem ſuam, quòd eſſet pulcra, voluit eam ſibi ad coniugium copulare. Cui ait Brunihildis. Quomodò accipere poteris filiam fratris tui? At ille ait. Nonne tu dixiſti mihi, quòd non eſſet frater meus? cur induxiſti ſuper me hoc peccatum, inimica, mala, & rea mortis, vt fratrem meum & parentes interimerem? Et euaginato gladio voluit eam tranſuerberare. Illa verò à circumſtantibus erepta, euaſit in cubiculum domûs elapſa.* Non inficiamur Brunichildem poſt Theodoberti mortem è Burgundia in Auſtriam ad Theodoricum perrexiſſe cum pronepotibus ſuis eiuſdem Theodorici filiis, id enim ex capire triceſimo-nono Fredegarij colligi poteſt, ſed negamus Theodoricum de ducenda in vxorem filia Theodoberti cogitaſſe, & anno ſequenti rurſum refellemus Anonymum, qui ſubdir Brunichildem irâ ſic aduersùs Theodoricum exarſiſſe, vt & eum veneno ſuſtulerit, & eius filios aut iugularit aur eliſo ad petram cerebro interfecerir.

[b] Cap. 39.

X.
* Ainay.
ATHANACVM REPARATVR A BRVNICHILDE.
[c] Num. 23.

Apud Robertum in Gallia Chriſtiana laudatur hoc anno Brunichildis, quòd Athanacenſe * Monaſterium condiderit; meliùs apud Sammarthanos, quòd deſtructum repararit inſigni liberalitate ac munificentiâ. Lege quæ Tomo primo dicta ſunt ad annum Chriſti DXXXIV [c]. Audirâ Theodorici victoriâ Columbanus Abbas in Longobardiam cum ſociis fugit. *Beatus Columbanus*, inquit Ionas, *cùm vidiſſet, vt ſuperiùs diximus, deuictum à Theoderico Theodebertum, relictâ Galliâ atque Germaniâ, Italiam ingreditur, vbi ab Egilolfo Longobardorum Rege honorificè receptus eſt.* De cauſa déque tempore ſeceſsûs in Longobardiam alirer ſcribir Theodorus in vira ſancti Magnoaldi, vult enim Columbanum eiúſque ſocios in Italiam abiiſſe, regnanre iam in Auſtria Sigiberto Theodorici filio, & populo apud eundem Regem conquerenre, quòd ſimulachra Deorum confregiſſenr. *Prædicabant populo Chriſtum colere, & ſimulachra vana & ſurda in fruſta comminuere. Ob quam cauſam zelo diabolico populus inflammatus, propter ſimulacbra diruta & in fruſta comminuta, cœperunt cum Sigiberto Principe tractare, vt eos à finibus ſuis eiicerent. Egit autem hoc arte ſuâ diabolus, vt populum, quem in præſentia lucis, per prædicationem beatorum virorum, amittere cœpit, diſcedentes à ſanctitatis fulgore tenebris antiquis occuparet. Igitur ſancti viri moleſtè ferentes quòd ſede pellerentur amabili,*

AN. CH. 612. CLOTAR. II. R. 29. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 17.

concilio communi inito Italiam petere decreuerunt, relinquentes beatum Gallum & Magnoaldum cum nonnullis aliis Clericis, ita dicentes. Deus enim, cui ſeruiuimus, Angelum ſuum mittet nobiſcum, qui nos perducat ad Egilolſum Longobardorum Regem, vbi eius clementiâ preparante humanos affectus, & pace plenum habitationis locum inueniemus, vos autem æquo animo eſtote, fratres. Ne Theodoro adſtipulemur, duo potiſſimùm vetant argumenta. Primum petitur à rebus antè geſtis, quis enim ſibi perſuadeat Columbanum, extincto Theodoberto à quo benigniſſimè ſuſceptus fuerat, quietè cum ſociis degiſſe in ditione Theodorici Regis, à quo pulſus in exilium fuerat ante biennium. Alterum ſumitur ex ſcriptis ipſius Theodori, qui ſibi non benè conſtat, alio enim in loco teſtatur Columbanum cum ſociis in Italiam perrexiſſe poſt mortem Sigiberti, cùm totius Franciæ Monarchiam vnus iam adeptus eſſet Clotarius, de quo ſic ſcribit. *Ipſe ſolus trium regnorum potitur Monarchiâ, cognoſcens quippe in hoc facto prophetiam viri Dei impletam fuiſſe. Vnde & beatum Columbanum voluit magnis honoribus ditari, ſed ille reſpuens terrenos honores, relictâ Galliâ atque Germaniâ, Italiam ingreſſus eſt, vbi ab Egilolfo Longobardorum Rege ſuſceptus eſt, largitâ ei optione intra Italiam, quocumque in loco voluiſſet, habitaret.*

COLVMBANVS GALLO ÆGROTANTI.

Ne Columbanum Gallus ſequeretur, prohibuit morbus inopinatus, de quo ſic idem Theodorus, & qui Theodorum penè ad verbum deſcripſit Walafridus. *Beatum Gallum repentina febris inuaſit, pro qua re aduolutus Abbatis ſui precibus, indicans ſe infirmitate vehementi laborare, idcòque propoſitum iter non poſſe perficere. Ille verò exiſtimans eum pro laboribus ibidem conſummatis amore loci detentum, viæ longioris detrectare laborem, dicit ei. Scio, frater, iam tibi oneroſum eſſe tantis pro me laboribus fatigari, tamen hoc diſceſſurus denuncio, ne me viuente in corpore Miſſam celebrare præſumas, & cùm ei licentiam per ſe conuerſandi dediſſet, viam ingreſſus eſt abeundi.*

MAGNOALDO ET THEODORO MVLTA PRÆDICIT QVÆ VENTVRA SINT EIS.

Subiicit de Magnoaldo Theodorus. *Andiens hæc Magnoaldus procidit ad pedes eius, dicens. Domine Pater, quid me vis agere? Si eum reliquero, abſque adminiculo erit, & deficiet, tamen ſequor te ſi volueris ipſo relicto, ſicut Petrus ſecutus eſt Dominum relictis retibus ſuis. Reſpondit ei beatus Columbanus. Scio te, Magnoalde, magnum futurum eſſe, & lucrari Deo ex populis Orientalibus plurimùm, ideóque te nolo mecum proficiſci, ſed relinquo te & Theodorum fideliſſimum noſtrum Galli obſequiis parituros, vt cum omni diligentia eius recuperationi ſeruiatis. Dico tamen tibi, Magnoalde, quid te volo eſſe acturum, & quomodò cum eo morari debeas, futurum eſt enim, vt peractis aliquot diebus Diaconatûs officium ab Epiſcopo Conſtantienſi accipias, ſic volo vt moreris cum Gallo vſque dum tempus veniat me ab hac luce diſceſſurum eſſe. Itaque ſi fieri poteſt, vt me ægrotante, tibique Spiritu Sancto reuelante, ad me venire poſſis, gratum eſt mihi, aliàs mihi defuncto, quoquo modo ſit, Domino annuente reuelatum fuerit, ſic acceleratè ad ſepulchrum meum feſtina, & inde accipies epiſtolam & cambuteam meam, quam affer Gallo, vt eum abſoluas indicio meo. Nuntio autem tibi, quòd defuncto Gallo poſt triennium vaſtatum fuerit ſepulchrum eius à raptoribus, te & Theodoro inſpiciente. Et vt hoc factum fuerit, reſtaurato ſepulchro eius properè feſtina ad locum, vbi auditum habemus, quòd ſanctus Narciſſus Epiſcopus diabolo præcepit draconem interficere. Ibi Domino opitulante plurimos ad fidem Chriſti conuertens, animas eorum lucratus eris Domino, atque habebis ibi nomen tibi à Domino impoſitum, & vocaberis à populo terræ illius Magnus propter fidem quam prædicaturus eris. Ibi enim occurrent tibi dæmones multa mala ingerentes, ſed tu confortatus eris à Domino, & his dictis profectus eſt.*

ET ABIT IN LONGOBARD.

Adiit igitur Agilulphum ſiue Egilolſum Longobardorum Regem, & ab eo, vt Ionas ſcribit, *honorificè receptus eſt, qui largitâ optione vt intra Italiam, quocumque in loco voluiſſet, habitaret, Dei conſultu actum eſt, dum ille penes Mediolanum vrbem moraretur, vt hæreſis eorum fraudes, id eſt, Arriana perfidia, ſcripturarum cauterio diſcerpere ac diſſecare vellet, contra quos etiam libellum florentis ſcientia edidit. Vir quidam nomine Iocundus ad Regem venit, qui Regi indicat ſe in ſolitudin[illegible]ribus Appenninis Baſilicam beati Petri Apoſtolorum Principis ſcire, in qua virtut[illegible] expertus ſit fieri, loca vbertate fœcun-*

AN. CH. *da, aquis irrigua, piſcium copiam. Quem locum veterum traditio Bobium nuncupabat ob riuum in eo loco hoc nomine fluentem.* Locum illum, in quo Monaſterium Bobienſe conditum fuit ab Abbate Columbano, ſic deſignat Paulus Diaconus libro quarto [a] de Geſtis Langobardorum. *Columbanus in Italiam veniens à Langobardorum Rege gratanter ſuſceptus eſt, Cœnobiúmque quod Bobium appellatur in Alpibus Cottiis ædificauit, quod quadraginta milibus ab vrbe diſtat Ticinenſi* *. Porrò Columbanus eo tempore, quod apud Brigantium exegit, odorem ſanctitatis adeò ſuauem per Diœceſim Conſtantienſem diffudit, vt ex illa regione complures adoleſcentes, de quibus infrà copioſum ſermonem faciemus, Luxouium perfectionis ſtudio poſteà ſe contulerint. Cambutæ nomine, quo Columbanus apud Theodorum præcitatum vtitur, virgam intellige ἀπὸ τῦ καμπτειν, id eſt, curuare, Abbatum enim vt & aliorum Eccleſiæ Prælatorum virgæ ſunt in ſummitate curuæ ad imitationem Paſtorum, quorum virgæ in faſtigio curuæ erant, cùm Magiſtratuum virgæ eſſent rectæ, vt apud Hugonem Menardum [b] in Concordia Regularum notat Auctor veteris Etymologici.

612.
CLOTAR. II. R. 29.
THEODOB. II.
THEODOR. II. RR. 17.
VBI CONDIT MONAST. BOBIENSE.
[a] Cap. 15.
* *Pauie.*
[b] Cap. 28. §. 2.

XI. GALLVS SANITATI REDDITVS

Gallus poſt diſceſſum Columbani Abbatis ac ſociorum venit ad Willimarum Preſbyterum, *inter lachrymas & ſuſpiria retexuit omnia quæ geſta fuerant circa fratres ſuos, deinde infirmitatis ſuæ cauſas aperiens, rogauit eum vt ſui curam dignaretur habere. Qui ſuſcipiens eum cum omni charitatis obſequio, domum vicinam Eccleſiæ eius neceſſitati conceſſit, & duobus Clericis ſuis Magnoaldo & Theodoro hanc ſolicitudinem commendauit, vt cum omni diligentia eius recuperationi ſeruirent. Exactis aliquot diebus, Domino, qui medicus eſt verus, impertiente, cœpit ſumere cibos, & per incrementa temporum indeptus eſt ſanitatem. Poſtquàm conualuit, didicit ab Hiltiboldo ſæpedicti Presbyteri Diacono locum quendam ſolitarium, aſperitate terribilem, montibus plenum præcelſis, beſtiis poſſeſſum ſæuiſſimis. Nam præter ceruos, & innocuorum greges animalium, vrſos gignebat plurimos, apros innumerabiles, lupos numerum excedentes, rabie ſingulares. Cùm autem ad hanc ſolitudinem veniſſet cum prædicto Diacono beatus Gallus, dum orandi gratiâ modicùm ab illo diuulſus eſſet, inter condenſa veprium fruteta ambulans, & pede hærens ad terram corruit. Quod Diaconus videns accurrit, vt ſubleuaret proſtratum. Sed vir Dei præſcius futurorum. Sine me, ait, hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Et cùm poſt orationem ſurrexiſſet, ſumens virgam colurnam, fecit Crucem, & fixit in terram. Habebat autem pendentem collo capſellam, in qua continebantur reliquiæ beatæ Dei genitricis Mariæ, & ſanctorum Martyrum Mauritij & Deſiderij. Quam cùm in ipſa Cruce ſuſpendiſſet, vocauit Diaconum, & pariter proſtrauerunt ſe in orationem. Finitâ oratione, Sole occumbente finitus eſt dies, & ipſi tandem cum gratiarum actione ſumpſerunt cibum. Sequenti die, dum fideles illi Eremi dilectores vallem luſtrarent, videntes inter duos fluuiolos multa deſiderabilia, ſyluam ſpecioſam, montes per gyrum, planitiem in medio, probauerunt locum ad ædificandum Cellam optimum eſſe. Erat autem vſque ad illud tempus in eadem valle plurima ſerpentium multitudo. Porrò ex illa die tam pleniter abſceſſerunt, vt poſteà ibi non comparerent. Cúmque reuerſi fuiſſent ad locum primæ ſtationis, vbi pridie vir Dei Cruciculam defixerat, rogauit virum Dei Diaconus vt regrederentur ad caſtrum. Sed cùm eum priùs dimiſiſſet, Athleta Dei toto triduo ab omni victûs adiumento corporei ieiunus permanſit, vt videlicet locum, quem ſpirituali militia prouidebat, parcimonia conſecraret initiis. Quarto itaque die eremo digredsens domum reuiſit Presbyteri, & inter amica ſalutationis officia gratias Deo pro omnibus bonis quæ ei oſtendit cum debita laude perſoluit. Presbyter autem ſuſcepit illum cum gaudio, Diaconus narrauit omnia quæ geſta erant in eremo. Ex illo die & deinceps habuerunt eum ſicut Prophetam & virum ſanctum, quotidie meritorum eius magnitudinem per vitæ illius aſperitatem & virtutum ſtudia metientes.* Hæc partim ex Walafrido, partim ex eius abbreuiatore Gonono retulimus, vtrique facem prætulit Theodorus, quem conſule. Quòd autem audiſti Gallum reliquias Dei genitricis ſecum geſſiſſe, re-

CONDIT CELLAM.

AN. CH. 612.
CLOTAR. II. R. 29.
THEODOB. II.
THEODOR. II.
RR. 17.

liquias interpretare quandam particulam capillorum, lactis & veſtimentorum eius, non autem corporis, quia iam reſurrexit & eſt glorioſum cum anima in cælo empyreo, exaltatum & collocatum ſupra omnes choros Angelorum & Sanctorum. Vnde Eccleſia, *Exaltata eſt ſancta Dei genitrix ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna.*

XII. Auſtregiſilus ex Preſbytero & Abbate ſancti Nicetij ordinatus eſt Epiſcopus Bituricenſis die decimâ-tertiâ Februarij. Illo charactere, quem Robertus obſeruauit, deſignatur annus ſexcenteſimus duodecimus, qui biſſextilis fuit, & literas Dominicales habuit B & A. De aduentu Auſtregiſili in ciuitatem Bituricenſem ſic in eius vita Scriptor coætaneus à Philippo Labbeo [a] publicatus. *Decedente Biturigis Apollinare Epiſcopo, S. Auſtregiſilus in loco eius electus ab omnibus conſenſu Regis Epiſcopus ſubrogatur. In quo gradu dignitatis duodecim annis rexit Eccleſiam, ſicut ipſe Angelo reuelante cognouerat. Nam cùm primum terminum memoratæ vrbis eſſet ingreſſus, manſit in villa Germaniaco, nocte compellans Sulpitium Diaconem, qui eius poſteà ſucceſſor fuit, & Deſiderium item Diaconem, dixit eis. Hac nocte mihi Dominus dignatus eſt reuelare duodecim annos in iſto gradu dignitatis regere Eccleſiam Bituricenſem.* Scribebat ille, cùm ſuperſtites adhuc in viuis erant, Leodomarus, Auſtroberta & Frioiuala, quos in Diœceſi Bituricenſi ſub Auſtregiſilo Pontifice degiſſe teſtatur his verbis. *Illuſtris matrona & Deo dicata Auſtroberta relicta Illuſtriſſimi viri Chramnoaldi refert, quod ipsâ præſente actum fuit. Vnus de piſtoribus ſuis, nomine Leodomarus ſeu Leudomaris, morbo atrociſſimo vexabatur, & illa habebat repoſitum panem, quem memoratus Auſtregiſilus benedixerat, & ei eulogias transmiſerat. Quem illa ad hoc reſeruabat, vt ſi quis videretur aliquo tædio affici, cum integra fide ſalutis ſumendum ei dare deberet, rogauítque memoratum piſtorem apprehendi, & de illo pane in os eius mitti præcepit, quem ille penitus arripere recuſabat, ſed tamen inuitè & coactè aperto ore iniecerunt de ipſo pane in eius faucibus. Poſt hæc, nec mora, euomuit omnem amaritudinem quâ vexabatur, & ſanus factus, hodie officium ſuum facere videtur.* Et paulò pòſt. *Erat iuxta vicum Brioderum puella adoleſcentula, parentibus amatiſſima, nomine Friouala, quæ nequiſſimi ſpiritûs oppreſſione crudeli cruciatu vexabatur. Adducitur ipſa ad ſæpefatum virum Dei. Ille præcepit eam propiùs ad altare admoueri, & accepto pane & calice, more ſolito, ſpiritales hoſtias Domino offerens, myſticum prece conficit Corpus Domini. Ille priùs percepit, dedítque puellæ. At vbi illa accepit, protinus à vociferatione conticuit. Benedixit veſtimenta eius, & velari eam parentibus religioſâ veſte præcepit, & à carnibus & vino abſtinere debere dixit. Quod & factum eſt. Ex illa hora fugato dæmonio, puella illa priſtinæ ſanitati reſtituta, hodiéque in Monaſterio B. Bertoaræ recluſa inter reliquas Dei famulas laudabili conuerſatione degere videtur.*

AVSTREGISILVS ORDINATVR EP. BITVR.

[a] Tom. 2. biblioth.

XIII. Quamuis Anonymus ille coætaneus maximam ſibi vendicet authoritatem, tamen in iis quæ de Sulpitio narrauit, noſtrâ ſententiâ poſtponendus eſt Authori æquè ſynchrono, qui deditâ operâ vitam beati Sulpitij [b] ſcripſit, & res quas literis commendabat teſtatus eſt partim à ſe inſpectas, partim ſibi traditas ab iis qui viderant. Hic autem aliter diſſerit de Sulpitij Clericatu, cuius initium ad Pontificatum Auſtregiſili reiicit. *Cùm repentè*, inquit, *fama de eo*, nempe Sulpitio, *longè latéque reſperſa, præcipuè in parte, quæ ſub axe ponitur Occidentis, peragrans euolaſſet, popoſcit Auſtregiſilus Biturica vrbis Epiſcopus Theodoricum Principem, vt ſibi licentia daretur participationem docendi ei in Eccleſia tradere, eò quòd ad ipſum doctrinæ gratiâ multitudines conuolarent. Nec mora, regia defertur auctoritas, vt decisâ cæſarie Clericatûs ſuſciperet onus, & ſuccedentibus gradibus, anno & eo ampliùs præponens eum ceteris, Leuiticam ſortem indeptus Eccleſiæ miniſtrauit.*

[b] Ap. Bolland. d. 17. Ianu.

SVLPITIVM ADGREGAT CLERO.

XIV. Vtrumque Scriptorem facilè conciliabis, dummodò in vita ſancti Auſtregiſili deleas Diaconi titulum, qui Sulpitio tribuitur eo tempore quo beatus Auſtregiſilus Lugduno, vbi Abbatis officio in Baſilica ſancti Nicetij diu functus eſt, in Diœceſim Bituricenſem proficiſcebatur. Sulpitius, vt in eius vi-

KKkk iij

AN. CHR. 612. CLOTAR. II. R. 29. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 17.

ta legitur à puero pietati deditus fuit, caſtitatis amantiſſimus oratione & abſtinentiâ cupiditates tefrænauit; maximæ ei erat voluptati loca ſacra ornare, pauperibus ſubuenire, Eccelesiam nocte, habitu pœnitentium, frequentare; dæmones ſigno Crucis fugauit ac multis miraculis inclatuit antequàm Clericis accenſeretur. Obuiam ire potuit Auſtregiſilo Epiſcopo, & ab eo audite Germaniaci quæ reuelata fuerant ab Angelo. Potuit & hoe anno ab Auſtregiſilo tonderi ſub initium Pontificatûs annuente Theodorico Rege qui vitam ad annum vſque ſequentem produxit.

XV. AMANDVM CELLVLÆ INCLVDIT.

Ad eundem Auſtregiſilum Epiſcopum profectus eſt Amandus è Monaſterio Turonenſi ſancti Mattini, vt in ipſius Amandi vita docet Baudemundus his verbis. *Ab Abbate ipſius loci & à fratribus benedictione perceptâ, ciuitatem Bituricas ad Sanctum petiit Auſtregiſilum, qui tunc in Dei rebus magnificus atque inſignis habebatur. Cúmque ab eo & ab eius Archidiacono, Sanctiſſimo videlicet Sulpitio, qui poſteà Epiſcopus claruit, clementiſſimè fuiſſet ſuſceptus, omni ei humanitate exhibitâ, cellulam iuxta Eccleſiam in ſuperiori ciuitatis muro conſtrui fecerunt, in qua cellula multis diebus ob amorem æterna vitæ, cilicio tectus & cinere, ieiuniis attritus atque inediâ, hordeaceo tantùm contentus pane atque aquâ perpaullulùm corpus ſuum ſuſtentauit potiùs quàm aluit. Sícque ibidem tribus fermè militans luſtris, à vino & ſicera omnino abſtinuit.* Anonymus Aquitanus, quem Bollandus [a] publicauit, *Bethoricas* ſeu Bitutigas *in terra Burgundionum* colloeat, airque Amandum ibi vixiſſe *multis diebus annis videlicet quindecim.* Rectè quidem Biturigas accenſet Burgundiæ, quia Bituriges à multis annis Regibus Burgundiæ, putà Guntchramno, Childeberto & Theodorico parebant, ſed pro tribus fermè luſtris annos quindecim perperam reddidit, meliùs Harigerus Abbas Lobienſis & Philippus Haruengius Abbas bonæ Spei ſcripſerunt *quindecim ferè annos*, vt iuxta Baudemundi ſententiam tria fermè luſtra ſeu tria luſtra incompleta deſignarent. Amandus enim nec Biturigas adiit ante hunc annum qui primus Auſtregiſili Antiſtitis fuit, nec apud Biturigas manſit vltra annum abhinc decimum-quartum ſiue vltra annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſextum, quo Romam ſe contulit, atque inde in Gallias reuerſus, paucis pòſt tranſactis diebus Epiſcopus ordinatus eſt ſeptimo Kalendas Nouembris, vt ad illum annum probabimus. At Baudemundus non ſatis exactè loquitur, cùm Sulpitium Archidiaconum vocat, nam Sulpitius hoc primo Auſtregiſili Epiſcopi anno tale munus non geſſit.

[a] d. 6. Febr.

XVI. ÆTAS S. REMACLI.

Cùm autem Auſtregiſilus Eccleſiæ Bituricenſi præerat, & Sulpitius Archidiaconatûs officio fungebatur, natus eſt Remaclus, ſi fides eſt Notgero, qui vitam illius in literas retulit, primordiáque paucis ita commendauit. *Tum Archiepiſcopus fuit Auſtregiſilus, & beatus Sulpitius Archidiaconus, Auſtregiſili in Epiſcopatu ſucceſſor. In quorum paræcia per id tempus Remaclus in hanc lucem editus eſt patre Albutio, Matrimâ matre, qui ambo pro ſeculi dignitate & opibus & generis nobilitate pollebant. Educatus verò eſt bonæ indolis puer Remaclus ſub beato Sulpitio, in cuius honorem conſtat ab eodem ſancto viro poſteà permultas in noſtra,* id eſt, Traiectenſi ſeu Leodienſi, *Diæceſi Eccleſias dicatas. Vbi autem adoleuit, & prout ea ferebat ætas, totius integritatis & probitatis fructus protulit, beato Eligio commendatus eſt, viro inter eius ætatis homines meritorum gratiâ facilè primo. Is verò Solemniacenſi Monaſterio, quod ipſe in ſuo fundo conſtruebat, eum ſacris Monaſtica diſciplina inſtitutionibus exactè imbuit. Intantùm autem pius adoleſcens eius monitis obtemperauit, vt diuinâ in eo gratiâ exuberante, omnibus in eo Monaſterio Chriſto militantibus, religioſa conuerſationis de ſe exempla præberet. Erat in vigiliis aſſiduus, in precibus pernax, in abſtinentia præcipuus, in vniuerſa morum integritate præclarus. Cernens id beatus Eligius, qui traditus erat à parentibus, eius profectui animi quadam alacritate congratulans, curam gregis ſibi commiſſi in eum tranſtulit, ſuas ei vices demandans, eúmque ſibi ſubſtituens. Compellebatur enim redire ad Palatium Regis, & ſuam ei operam nauare.*

Notgerus, qui Leodienſem Epiſcopatum anno Chriſti nongenteſimo ſeptuageſimo-primo ſuſcepit, procul abfuit ab ætate Remacli, nec caret mendis. Eligius adhuc laicus erat, cùm deſignatus eſt Epiſcopus Nouiomenſis Clodoueo Secundo Rege. Id Audoeni ſynchroni auctoritate comprobatur. Ergo non fuit Abbas Monaſterij Solemniacenſis, ad annum enim Chriſti DCXXXI. referuntur huius Cœnobij primordia regnante Dagoberto prædicti Clodouei Patre. Remaclus fuit primus Abbas Solemniacenſis, priùs igitur natus eſt quàm Auſtregiſilus Epiſcopatum gereret, quis enim credat adoleſcentem annorum duntaxat vndeuiginti regendo Monaſterio primum Abbatem præpoſitum fuiſſe? Azo Deruenſis Abbas opinionem noſtram confirmat, in vita enim ſancti Bercharij ſcribit Remaclum fuiſſe *procuratorem ſacri ſcrinij Palatij*, quo munere illum functum oportet, antequàm Abbas Solemniacenſis Monaſterij conſtitueretur, ætate negotiis Palatij tractandis iam maturâ. Hinc colligimus vitam ſancti Remacli cum Chronologia Bituricenſium Antiſtitum ſic eſſe componendam. Remaclus in lucem editus eſt exeunte ſexto ſeculo, cùm ſanctus Euſtaſius Eccleſiam Bituricenſem adminiſtrabat, Pueritiam exegit ſancto Apollinare Pontificatum Bituricenſem tenente. Adoleſcens ad Clotarium Regem miſſus eſt ſedente tunc in Cathedra Bituricenſi ſancto Auſtregiſilo. Piorum virorum ſingularem amicitiam in aula regia ſibi conciliauit, præſertim ſancti Eligij cui commendatus à parentibus fuerat, & ſancti Sulpitij qui Caſtrenſis Abbatis officio fungebatur & ſancto Auſtregiſilo in Epiſcopatum poſteà ſucceſſit. Poſtremis Clotarij Regis temporibus, cùm beatus Sulpitius Bituricenſis Epiſcopus iam erat, Procuratorem egit ſacri ſcrinij, fuitque vnus ex Referendariis. At mortuo Clotario, cuius obitum in annum Chriſti ſexcenteſimum duodetriceſimum incidit, relicto Palatio rediit in patriam, totum ſe pietati deuouit, nec alio vſus eſt magiſtro quàm Sulpitio Epiſcopo, donec eodem annuente Solemniacum ſe contulit ad Eligium, cuius hortatu curam ac regimen Monaſterij recèns erecti ſuſcepit anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo. Ceteras res à beato Remaclo geſtas ſuis exponemus locis.

AN. CH. 612. CLOTAR. II. R. 29. THEODOB. II. THEODOR. II. R R. 17. XVII.

Azo ſiue Aſſo Deruenſis Abbas, qui Remaclum regij ſcrinij Procuratorem fuiſſe nos docuit in vita ſancti Bercharij, non parum etiam diſcrepat à recta Chronologia, quia ſcripſit temporibus ab ætate Bercharij procul remotis. Deruenſe * Monaſterium in Diœceſi Catalaunenſi conſtruxit Bercharius regnante Childerico Secundo, qui viuis ereptus eſt anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-tertio. Azo in peregrinatione Hieroſolymitana mortuus eſt anno Chriſti nongenteſimo nonageſimo-ſecundo. Huius Auctoris errores, qui multi ſunt in vita ſancti Bercharij, commodè reduci poſſunt ad quinque capita, de quibus ſigillatim hîc agemus, operæpretium enim videtur vt Remacli ſic Bercharij primordia indubitatæ illigare Chronologiæ. XVIII.

Et S. BERCHARII. * *Monſtier en Der.*

Primò, tempus, quo Bercharius natus eſt, ab Azone ſic deſignatur. *Eo tempore, Francorum Imperium Rege Childerico feliciſſimè diſponente, viro quidem rebus bellicis potentiſſimo, circa Eccleſiarum autem Dei cultum deuotiſſimo, B. Pontifex Niuardus ſanctitatis ac religionis magnitudine toto Francorum orbe famoſiſſimus Apoſtolicâ auctoritate caleſtem in terris vitam agens ſanctæ Remorum præſidebat Eccleſiæ.* Non inficiamur Principatum Childerici cum Epiſcopatu Niuardi coincidiſſe. Childericus anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo regnare cœpit, deſiitque viuere anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-tertio. Niuardus annis vndecim Pontificatum geſſit, antequàm Childericus in Regem aſſumeretur, eidémque Childerico ſuperſtes vixit. At ſi Bercharius in lucem editus eſt Childerico regnum iam adepto, nunquam ſub eodem Rege peruenit ad legitimam ætatem, vt regendo Monaſterio cum Abbatis titulo præfici poſſet. XIX.

Secundò, ab Azone ſubiiciuntur multa, quæ pertinent ad pueritiam, adoleſcentiam & Monachatum Bercharij, nec coarctati poſſunt intra tredecim XX.

AN. CH. 612. CLOTAR. II. R. 29. THEODOR. II. THEODOR. II. RR. 17.

annos, quibus Principatum tenuit Childericus. In Aquitania natus eſt Bercharius. Illuc Niuardus Epiſcopus aliquando profectus eſt, & ab ipſius Bercharij parentibus *debita venerationis liberalitate vt par erat officioſiſſimè ſuſceptus, cùm quandam futuræ habitudinis ſpeciem miraretur in puero boni operis candidata, diuino inſtinctu ſacris myſteriis eum applicandum eſſe præcenſuit. Hac itaque ſanctiſſimi Pontificis auctoritate animati deuotiſſimi genitores, infra teneros annos exacta infantia, temporis opportunitatem nacti, literatoriæ profeſſionis ſalutaribus diſciplinis mox mancipandum eſſe decernunt, in quo præeunte ſuperna illuſtrationis munere cum ſacræ inſtitutionis inſtantia ſpiritalium etiam donorum fulſerunt incrementa*, &c. *Dum puer ſancta indolis tam ſcientiâ quàm virtute animi coæuos ſuos breui præcederet, atque paulatim bonæ intentionis primordiis ad cæleſtis militiæ perfectius tyrocinium decreuiſſet intendere, ſuperna vitæ æſtuantis animi deſiderio cœpit altiùs aſpirare*, &c. *Spretis deinde propinquorum & patriæ retinaculis diligenter replicans, quia qui nouæ conuerſationis rudimenta ſuſcipiunt, tanquam peregrinos & aduenas non ciues ſuos mundus aſpiciat, præfatum ſanctiſſimum Niuardum Remorum Pontificem flagrat ardore expetendi. Fulgebat per id temporis ea ciuitas Sanctorum ſtipata cohortibus, & licèt inter militares alas ſub Principe ſuo Childerico, capiti tamen ſuo conſona, diuini amore cultûs vrbs populoſa ſpirabat*, &c. *Beatus Pontifex vt ſemper aptauerat tali ac tanto ſuppare adepto, quoniam ipſe exterioribus tractandæ Reipublicæ fuerat negotiis implicatus, Regiæ diſpoſitionis conſiliis & actibus frequenter intereſſe, Pontificalis prouidentiæ pondus volens noléuſve cæleſti ordinatione perferre miniſterium ſibi iniunctum, tum publicè tum priuatim increpando, vrgendo, obſecrando, vt perfectus agricola ſedulus exercere gaudia replebatur non modico, familiare poſitus adiutore atque in diuinis operibus deuotiſſimo conſorte. Quapropter cupiens eum vndecunque perfectiùs erudiri, ſanctioribus ac religioſioribus diuinæ ſcientiæ viris, quos ſibi vndique collatâ familiaritate addiderat, copulandum eſſe conſtituit, vt videlicet plurimorum inſtituentium auctoritate diſceret quod poſtmodum plurimis miniſtraret. Inter quos tunc temporis in Regis Francorum aula præpotentis, beatiſſimi Remagli Procuratoris quidem ſacri ſcrinij Palatij prudentia & ſanctitatis titulis commendata vbique excreuerat opinio veneranda. Huius talis ac tanti viri ſacris inſtitutionibus rore ſuperni nectaris illuſtrandum B. Bercharius, nutu prædicti Pontificis, ſe maluit pro tempore ire copulatum, vt in qua perfectam doctrina ſcientiam intellexerat, ipſe quoque per hunc ætatis ſuæ ac morum imbecillitati conſulens, non tam ſcientiæ quàm ſanctæ puritatis commercia reportaret. Intereà cùm beati viri iuſtus adoleſcens per aliquod tempus magiſterio frueretur, & cæleſtis pro viribus prælibaſſet hauſtum ſapientiæ, Luxouienſe Monaſterium accepto tulit expetere, quoniam B. Columbani diſtrictis commendata Regulis ad ſe perlata fuerat fama religionis*, &c. *Suſceptus autem in commune cum cæteris, aggreſſúſque denuò tanquam athleta recentiſſimus militiæ gymnaſium cæleſtis, præteritorum immemor certaminum, & quaſi qui virtutum in ſtemmate poſitus, ad perfectionem pugnæ nihil plenè antè peregiſſet, cœpit rurſus diuinis operibus ſpiritum coercere, veluti eum cerneres Monaſticæ diſtrictionis tunc primùm rudimenta ſuſcepiſſe*, &c. *Ita verò cùm iam eſſet regularibus adprimè diſciplinis edoctus, diuinæ militiæ in vtramque partem armis præmunitus, vt videlicet per hæc quæ longo exercitio didiciſſet, in lucri Dominici diſpenſationem iam plurimorum ſaluti conſulere potuiſſet, in Prouinciam Remorum ad S. Niuardum Pontificem reuertitur.*

* *Eſpernay.* * *Haut-Villers.*

Prope Spatnacum * in loco cui nomen Altum * Villare, conſtruxit Monaſterium. *Nec antè diuini cultoris opera deſtitit, donec ſupernâ annuente prouidentiâ, Childerici etiam Regis Francorum ac ſacri Antiſtitis opitulante clementiâ, opus quod ad laudem Dei ſuſceperat optatâ perfectione compleret*, &c. *Cùm iam ſuperna clementia Antiſtitis ſui Niuardi vitam laudabilem perpetuæ iocunditatis commercio compenſare & pro labore breui palmam decreuiſſet permanentis rependere gloriæ, opere perfectus, virtutibus conſummatus, adueniente Calendarum Septembrium die, mortis nexibus abſolutus migrauit ad Dominum beatæ immortalitatis ſtolam conſecutus. Cuius quidem corpus diuerſis populorum cateruis conſtipatum, vſque ad Baſilicam*

ſancti

AN. CH. 612. CLOTAR. II. R. 29. THEODOB. II. THEODOR. II. RR. 17.

ſancti Remigij à ſancto Berchario, necnon & Sanctis Pontificibus, qui eâ die illuc confluxerant vniuersâ gregis ſui multitudine proſequente, condigno honore defertur ac excellenti mauſoleo condendum decentiſſimam ibidem accepit ſepulturam, ſanctiſſimo viro Berchario in ſupradicto Altiuillari Cœnobio glorioſo Præſule ſuperſtite relicto. Qui licèt tanti Patris fuerit ſolamine deſtitutus, nequaquam tamen à cœpti operis intentione deſiſtens, ſubiectorum animos exemplis inſtruebat & verbis. Locum verò quem ædificare cœperat rebus ac vario decore colluſtrans, nihil ſubtraxit induſtriæ donec ad culmen proueheretur perfectionis ſummæ, &c. Rebus igitur tam exterioribus quàm interioribus prædicti Altiuillarenſis Cœnobij ſecundùm Dei cultum honorificè ordinatis, iamdictus Pater Bercharius corpore quietis impatiens opportuna ſibi loca lucrificandi gratiâ perquirebat, abinde namque egreſſus, Dei munere præcurrente, vaſtam ſaltûs Deruenſis ſolitudinem petere contendit. Quo in loco quâ venerat intentionis non immemor aptum ædificandi Cœnobij ſtatum inuigilando ſollicitè ſcrutabatur. Eo tempore Childericus Rex regnum Francorum nobiliſſimè gubernans, libentiſſimè ſancti viri petitionibus acquieſcebat. Hunc ergo Pater eximius adiit, atque ſibi ad bona vota conſortibus viris Dei amore feruentibus Leodegario & Mumuleno Epiſcopis, Amalrico quoque & Vulfando Optimatibus, impetrauit à Rege licentiam ædificandi ſibi in eodem loco Baſilicam, quam Beati Martini in honore conſecratam prædictus Rex Childericus circumquaque ab Eccleſia ſyluæ leuguâ vnâ benignè donauit. Hæc Azo in vita ſancti Bercharij. Leodegarius & Mumulenus Epiſcopi, qui Berchario Monaſterium in ſaltu Deruenſi ædificare cupienti ſtrenuè apud Childericum Regem patrocinati ſunt, Ponrificatum gerebant, ille Auguſtoduni in Burgundia, hic in Neuſtria Nouiomi. Bercharius igitur Childeticum non adiit anre annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum, qui primus Childerici Regis in Neuſtria Burgundiâque numeratur. At, ſi lubet, itet Bercharij differatur in annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum - tertium qui Childerico Regi decimus-quartus in Auſtria, quartus in Neuſtria & Burgundia, vltimúſque cùm viræ tum tegni fuit. An ea, quæ ſupetiùs narrata ſunt, adoleſcenti conueniunt, qui primam lucis vſuram acceperit regnante iam Childerico, vixque decimum-tertium ætatis annum compleuerit exeunte eiuſdem Childerici Principatu?

Tertiò, Berchatius ab Azone dicitut ſub diſciplina Remagli fuiſſe, qui Procuratorem egerit ſacri ſcrinij, cùm Childericus Auſtriæ tantùm dominaretur, & Niuardus in Cathedra Remenſi iam ſederet. *Tunc temporis in* Childerici *Regis Francorum aula præpollentis, beatiſſimi Remagli Procuratoris quidem ſacri ſcrinij Palatij prudentiæ & ſanctitatis titulis commendata vbique excreuerat opinio veneranda, qui ſcilicet vir inclytus Confeſſor poſtmodùm Domini glorioſus multis ſignorum virtutibus approbatus, placidus cunctis, benignus vniuerſis, in proſperitate modeſtus, in aduerſis patientiſſimus, vitâ laudabilis, eloquio affabilis, ſic temporalia cautus exhibebat, vt æterna ſemper ab oculis non auerteret. Huius talis ac tanti viri ſacris inſtitutionibus rore ſuperni nectaris illuſtrandum B. Bercharius, nutu prædicti Pontificis* Niuardi, *ſe maluit pro tempore ire copulatum, vt in quo perfectam doctrinæ ſcientiam intellexerat, ipſe quoque per hunc ætatis ſuæ ac morum imbecillitati conſulens, non tam ſcientiæ quàm ſanctæ puritatis commercia reportaret. Intereà cùm beati viri iuſtus adoleſcens per aliquod tempus magiſterio frueretur, & cæleſtis pro viribus prælibaſſet hauſtum ſapientiæ, Luxouienſe Monaſterium accepto tulit expetere.* Philippus Labbeus in elogio[a] Hiſtotico Clodouei Secundi colligit ex hoc Azonis loco ſanctum Remaclum, priuſquàm Traiectenſis Eccleſiæ Pontifex otdinaretut, Cuſtodem regij ſigilli ſeu Cancellarium fuiſſe ſub Childerico Secundo, quem Auſtraſiis imperaſſe putat[b] ſuperſtite adhuc in viuis Clodoueo Parre. Sancti Niuardus & Remaclus Pontificatum inierunt, ille Remenſem, hic Traiectenſem, duobus fratribus, filiis Dagoberti quondam Regis, in vniuerſa Francia tegnanribus, Sigiberto Tertio in Auſtria, Clodoueo Secundo in Neuſtria & Burgundia. Res obſeruauimus à Remaclo nondum Abbate præclarè geſtas, attentóque ſtudio digeſſimus XXI.

[a] Elog. 10.

[b] Elog. 12.

AN. CH. in ſua tempora. Factus eſt ſub Dagoberto Rege primus Abbas Solemniacen-
612. ſis anno Chriſti DCXXXI. deinde ſub Sigiberto Tertio Abbas Caſæcongidu-
CLOTAR. nenſis, anno Chriſti DCXLV. tum Abbas Malmundarienſis ac Stabulenſis ſub
II. R. 29. eodem Sigiberto, anno Chriſti DCXLVIII. Mortuus eſt Rex Sigibertus Ka-
THEO- lendis Februariis, anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto. Clo-
DOB. II. doueus frater annum integrum ac menſes aliquot ſuperſtes vixit. Haud aſti-
THEO- pulandum cenſemus iis, qui Childericum in Auſtraſia priùs imperaſſe vo-
DOR. II. lunt, quàm Clodoueus eius Pater è vita migrarit. Hominem exuit Clodo-
RR. 17. ueus Rex anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto, reliquitque tres filios in ætate tenera Clotarium, Childericum & Theodoricum. Clotarius natu maximus in tota Francia poſt Patrem ſolus regnauit, donec anno Chriſti ſexcenteſimo-ſexageſimo regnum Auſtriæ, quod Sigiberti quondam Regis fuerat, Childerico traditum eſt, duobus aliis, Neuſtriæ videlicet ac Burgundiæ, penes Clotarium remanentibus. At ne quidem in eorum ſententia, qui Childericum ante Patris obitum Regem Auſtriæ conſtituunt, Regij ſigilli Cuſtos eo regnante potuit eſſe Remaclus, hic enim Epiſcopatum Traiectenſem obtinuit dominante apud Auſtraſios Sigiberto, & antequàm ad Pontificatum promoueretur, per annos duos ac viginti gauiſus eſt Abbatis titulo, rexitque varia Monaſteria, primò Solemniacum, deinde Caſæcongidunum, poſtremò Stabulaum cum Malmundario. Bercharius igitur eo tempore, quo Childericus regnum adminiſtrauit, ad Remaclum adhuc laicum ſacrique ſcrinij Procuratorem haud acceſſit.

XXII. Quartò, ſi fides eſt Azoni, Berchatius Luxouienſe Monaſterium expetiit, cùm illius adminiſtratio penes Euſtaſium ſancti Columbani ſucceſſorem eſſet, è cuius ſchola quamplurimi Abbates & Epiſcopi maximo Galliarum bono prodierunt. *Erat*, inquit, *eo tempore in cunctis Galliarum partibus hoc Cœnobium*, nempe Luxouienſe, *cùm in multimodis rerum poſſeſſionibus, tum etiam diuinæ venerationis cultibus nomen ſingulare habens, quòd illic & diſtrictior inſtitutio & ſtudium ſapientiæ plenius haberetur. Quem videlicet miræ ſpectationis locum idem beatus Columbanus Pater in vaſta Voſagi eremo à fundamentis conſtruxerat, inuentis antiquiſſimi operis ædificiis cum aquis naturà feruentibus è terræ venis vltrò prodeuntibus, vbi & ipſe poſtmodum aggregato fidelium numero, 600. fermè Monachorum rector extitit, longóque tempore eidem Monaſterio nobiliſſimè præfuit.* Et paucis interiectis. *Qui non ſine magno mœrore & luctu omnium receſſurus inde, Euſtaſium virum æquè ſanctiſſimum dignitate generis & vitâ illuſtriſſimum, quem ipſe pago oriundum Lingonico à puero inſtituerat, eidem numeroſo fratrum collegio rectorem præfecit. Inde Italiam expetens, Bobienſe Cœnobium non minùs decenti opere ſtatuit, in quo conſummatus virtutibus, beato fine quieuit. Sanctus verò Euſtaſius loco Patris reſidens, non minimam Monachorum multitudinem in Domini ſeruitute verbis & exemplis præmuniens, nominis & meriti Magiſtri hæres extitit. Auditâ igitur famâ tanti nominis, viri religioſi illuc vndecunque confluunt, ſe ſuóſque liberos plurimi certatim imbuendos offerunt, illud ante omnia ducentes permaximum, ſi vel poſt longæuam probantis iniuriæ tolerantiam, quodammodò admitti mereantur in Congregationem. Iam verò quis locus vel ciuitas non gaudeat ex beati viri diſciplina rectorem habere Pontificem vel Abbatem, cùm conſtet ex huius virtute magiſterij, penè totum Francorum orbem decretis regularibus fuiſſe primùm decenter illuſtratum. Bercharius itaque famulus Chriſti ad altioris vitæ ſemper inſtituta conſcendere deſiderans, Pontificis ſui* Niuardi *authoritate & gratiâ, celeri greſſu ad locum hunc pro voto properat, præfati Patris* Euſtaſij *alacritate condignus approbatur, ſancta Monachorum cohorti non tam corpore quàm mente & actu ſociatur.* At temporibus Childerici Regis ac Niuardi Pontificis, quid commercij potuit eſſe Berchario cum Euſtaſio Abbate Luxouienſi, qui migrauit ad Deum regnante in Neuſtria & Burgundia Clotario Childerici proauo? Diſceſſit ex hac vita ſanctus Euſtaſius anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto; Niuardus anno Chriſti ſexcenteſimo vndequinquageſimo donatus eſt in-

fulis Remenſibus; Childericus Burgundiæ regnum, in quo Luxouium ſitum AN. CH.
erat, ante annum Chriſti ſexcenteſimum-ſeptuageſimum haud ſuſcepit con- 612.
iecto tunc in Monaſterium Theodorico fratre, qui fratre Clotario ſine prole CLOTAR.
nuperrimè mortuo Neuſtriam cum Burgundia ſibi vendicabat. II. R. 29.

Quintò, Azo in vita ſancti Bercharij non ſibi conſtat. Vult enim Niuar- THEO-
dum Remenſis Eccleſiæ Pontificem obiiſſe, cùm templum Altiuillarenſe iam DOB. II.
conſtructum eſſet, & ad abſolutam Monaſterij perfectionem res aliæ non pau- THEO-
cæ deſiderarentur. Deinde ſubiungit Bercharium poſt ſancti Niuardi mortem DOR. II.
nihil induſtriæ ſubtraxiſſe, donec idem Altiuillarenſe Monaſterium ad culmen RR. 17.
perfectionis ſummæ proueheretur. Tum ſubdit Bercharij receſſum in ſaltum XXIII.
Deruenſem. Poſteà ſuperiorum oblitus, ipſum Niuardum, cuius mortem ſuprà retulit, ait cum aliis Epiſcopis apud Regem egiſſe, vt ſyluam ſponte largiretur in circuitu loci, quem Bercharius nouo Cœnobio à fundamentis erigendo prælegerat. *Conſummatâ*, inquit, *omni ſacri illius* Altiuillarenſis *templi ſtructurâ, his duobus ſanctiſſimis viris* Niuardo & Berchario *quanta fuerit immenſitas exultationis, quàm grata ſocietas vnanimis affectionis, quantus diuinitatis amor, quantus vitæ cæleſtis ardor, nec ſermo capere, nec lingua vllo modo valet explicare. At verò cùm his ſanctorum operum ſtudiis quàm glorioſè tenerentur inſerti, ſanctæ exhortationis gratiam per populos infundentes & ad æternitatis gloriam quaquauerſum animos fidelium incitantes, cùm iam ſuperna clementia Antiſtitis ſui Niuardi vitam laudabilem perpetuæ iocunditatis commercio compenſare, & pro labore breui palmam decreuiſſet permanentis rependere gloriæ, opere perfectus, virtutibus conſummatus, adueniente Calend. Septembrium die, mortis nexibus abſolutus migrauit ad Dominum beatæ immortalitatis ſtolam conſecutus*, &c. *Decentiſſimam accepit ſepulturam ſanctiſſimo viro Berchario in ſupradicto Altiuillari Cœnobio glorioſo Præſule ſuperſtite relicto. Qui licèt tanti Patris fuerit ſolamine deſtitutus, nequaquam tamen à cœpti operis intentione deſiſtens, ſubiectorum animos exemplis inſtruebat & verbis. Locum verò, quem ædificare cœperat rebus ac vario decore colluſtrans, nihil ſubtraxit induſtriæ, donec ad culmen proueheretur perfectionis ſummæ.* Paulò pòſt. *Rebus igitur tam exterioribus quàm interioribus prædicti Altiuillarenſis Cœnobij ſecundùm Dei cultum honorificè ordinatis, iamdictus Pater Bercharius corpore quietis impatiens, opportuna ſibi loca lucrificandi gratiâ perquirebat, abinde namque egreſſus, Dei munere præcurrente, vaſtam ſaltûs Deruenſis ſolitudinem petere contendit. Quo in loco, quâ venerat, intentionis non immemor aptum ædificandi Cœnobij ſtatum inuigilando ſollicitè ſcrutabatur.* Et inferiùs. *Ibi ergo B. Bercharius multo labore ſyluis radicitus erutis, Cœnobij ædificandi ſtatum prælegit. Exinde ad Palatium progreditur Regis ſuper hoc negotio Clementiæ ſupplicaturus. Auxiliantibus verò ſibi per diuinam gratiam, ex cuius deſiderio iſta agebat, S. Leodegario Epiſcopo & Almarico Maiore domûs, Fulcoaldo quoque & Wlfando, Niuardo etiam & Auxelano Epiſcopis impetrauit ſibi dari à Rege ſyluam ex ſuo fiſco, qui vocatur Waſſiacus *, in circuitu præfati loci.* Viuebat adhuc Niuardus anno Childerici
Regis vltimo, Chriſti DCLXXIII. vt ſuo loco probabimus. * *Vaſſy.*

Hæc Azonis menda placuit ob oculos Lectoris proponere, ne videamur XXIV.
aliâ temerè delectari Chronologiâ, quæ maximam partem rerum in vita ſancti Bercharij deſcriptarum temporibus à Childerici Principatu multùm remotis aſſignet. Bercharius iunior erat Remaclo. Natus eſt in Aquitania, cùm Theodobertus, Theodoricus & Clotarius Reges vniuerſam Franciam in tria regna, ſcilicet Auſtriæ, Burgundiæ & Neuſtriæ, partiebantur., anno Chriſti circiter octauo ſupra ſexcenteſimum. Puer à parentibus commendatus eſt Niuardo viro illuſtri, qui poſteà ſub Sigiberto Rege, prædicti Clotarij nepote, Pontificatum Remenſem ſuſcepit. Adoleſcens traditus eſt Remaclo regij ſcrinij Procuratori, quocum vixit permodico temporis ſpatio. Tum ſeceſſit Luxouium ſuperſtite adhuc in viuis Euſtaſio Abbate, ibique ſub eodem Euſtaſio eiúſque ſucceſſore Walberto Monaſticam vitam duxit, donec à Niuardo tunc Epiſcopo Remos eſt euocatus.

AN. CH. 613.
CLOTAR. II. R. 30.
THEODOR. II. R. 18.
SIGIB. II. R. 1.

ANNVS
CHRISTI 613.
CLOTARII II. R. 30. 1.
THEODORICI. II. R. 18.
SIGIBERTI II. R. 1.

I. THEODORICVS anno regni ſui duodeuiceſimo, Chriſti ſexconteſimo
decimo-tertio, bellum per Legaros indixit Clotario, niſi Ducatu Den-
THEODORICI REGIS OBITVS, teleni cederet, ſed in procinctu Metis interiit. Hæc paulò fuſiùs à Fredega-
rio [a] ſic deſcribuntur. *Chlotharius Ducatum Denteleni, ſecundùm conuenientiam*
[a] Capp. 38. 39. *Theuderici, integrum ſua ditioni redegit. Ob quam rem Theudericus, cùm iam to-
tum Auſter dominaret, nimiâ indignatione commotus contra Chlotarium exercitum
mouet. Anno* XVIII. *regni ſui, de Auſtria & Burgundia mouere præcepit, Lega-
tionem priùs dirigens, vt ſe Chlotarius de iam dicto Ducatu Denteleni omnimodis
remoueret, alioquin noueris ſe exercitu Theuderici vndique regnum Chlotary im-
pleturum. Quod verbum, quemadmodum Legati nuntiant, probauit euentus. Ipſo
quoque anno iam exercitus contra Chlotarium adgrediebat. Theudericus Mettis pro-
fluuio ventris moritur.* De Theodorici morte ſic Ionas in vita ſancti Columbani.
*Theodericus penes Metenſe morans oppidum, diuinitus percuſſus, inter flagrantis
ignis incendia mortuus eſt.* Ionæ ſuffragatur Theodorus in vita ſancti Magnoal-
[b] Cap. 39. di. Aberrant à vero Geſta [b] Regum Francorum & Aimoinus [c], dum fabulas
[c] Lib. 3. c. 100. fabulis ſubnectendo referunt veneno potum ab auia Brunichilde, cauſámque
prætendunt commentitiam, quòd Theodoricus amore neptis ſuæ ex fratre
Theodoberto captus Brunichildem obſiſtentem, dicentémque inceſtum fore
coniugium, ſi fratris ſui filiam duceret, euaginato gladio interimere voluiſſet,
ſæpiùs increpitam, cur igitur anteà diſcordiarum ſemina inter fratres ſparſiſ-
ſet, ſuíſque ſermonibus authorem fratricidij ſe præbuiſſet. *Euaginato*, in-
quiunt, *gladio voluit eam tranſuerberare. Illa verò à circumſtantibus erepta, eua-
ſit in cubiculum domûs elapſa. Poſt hæc odio nimis infecta potionem venenatam per
manus miniſtrorum crudelium ei tranſmiſit. Qui ſtatim neſciens hunc dolum vene-*
ÆTAS, *num bibit, ac deinde deficiens iniquum fudit ſpiritum.* Vixit Theodoricus annos
viginti-ſex, regnauítque annos ſeptemdecim, ſiue annos ſexdecim comple-
[d] Cap. 39. tos cum duobus incompletis, ita vt iuxta Fredegarij [d] & Aimoini [e] ſupputa-
[e] Lib. 3. c. 100. tionem rectè dicatur *interiiſſe* XVIII. *regni ſui anno.* Reliquit quatuor filios,
Sigibertum, Childebertum, Corbum & Merouenm, ſuſceptos non quidem
[f] Lib. 4. cap. 1. *ex pellicibus* vt Aimoinus [f] aſſerit, ſed ex concubina, quæ legitima fuit vxor,
[g] Capp. 21. 24. 29. & teſte Fredegario [g] Sigibertum anno Theodorici Regis ſeptimo, Chriſti ſex-
centeſimo ſecundo; Childebertum anno Theodorici Regis octauo, Chriſti
LIBERI. ſexcenteſimo tertio; Corbum anno Theodorici Regis nono, Chriſti ſexcen-
teſimo quarto; Merouenm anno Theodorici Regis duodecimo, Chriſti ſex-
centeſimo ſeptimo peperit. Mendum irrepſit apud Ionam, Clotarius enim
[h] Cap. 28. præter Sigibertum non *fratres eius v.* vt in vita [h] ſancti Columbani legi ſolet,
ſed *fratres eius iij. Theodorici filios cum auia Brunehilde cepit.*

II. Mortuo Theodorico Rege, *Brunehildis filium eius Sigebertum in regnum ſuf-*
SIGIBERTVS REGNAT. *fecit.* Verba ſunt Ionæ, quibus redarguuntur ij, qoi Sigibertum Theodorici
filium Regibus non accenſent. Brunichildis Theodoberto eiúſque prole maſ-
culâ extinctis è Burgundia in Auſtriam ſeu Cabilone Metas perrexit ad Theo-
doricum, eóque è viuis ſublato pronepotibus opem tulit vt potuit atque in-

AN. CH. 613. CLOTAR. II. R. 30. THEODORIC. II. R. 18. SIGEB. II. R. 1.

primis omni ſtudio contendit Sigibertum natu maximum vndecim annorum puerum in ſolio patris collocare. *Theudericus*, inquit Fredegarius [a], *Metis proſluuio ventris moritur. Exercitus protinus redit ad proprias ſedes. Brunechildis cum filiis Theuderici quatuor, Sigoberto, Childeberto, Corbo & Merouco, Metis reſedens, Sigobertum in regno patris inſtituere nititur.* Explodendus igitur Anonymus, qui Geſta Regum Francorum ſcripſit, nec tantùm affirmauit Theodoricum veneno ab auia Brunichilde potum fuiſſe, ſed & Theodorici filios ab eadem Brunichilde aut iugulatos aut eliſo ad terram cerebro interfectos ita propalauit [b]. *Odio nimio infecta potionem venenatam per manus miniſtrorum crudelium ei tranſmiſit. Qui ſtatim neſciens hunc dolum venenum bibit, ac deinde deficiens iniquum fudit ſpiritum. Illóque mortuo, paruulos filios eius iniquiter ipſa Brunichildis iugulauit. Iuniorem verò puerum in albis eliſo cerebro ad petram interfecit.* Aimoinus librum tertium ſuæ Hiſtoriæ clauſit obitu Theodorici Regis, in eóque deſcribendo conſenſit cum Geſtis Regum Francorum, ſed ab iiſdem Geſtis longiſſimè receſſit initio libri quarti, cùm res mortem Theodorici proximè ſubſecutas ſic enarrauit. *Extinctis, vel variâ ſorte obeuntibus, tot Francorum Regibus, à quibus per quinquaginta fermè & vnum regnatum eſt annos, ſolus legitimæ ſucceſſionis hæres Chlotarius Chilperico patre genitus è regia ſtirpe videbatur relictus, in quem regnandi ius potiſſimùm transfundi oporteret. Brunechildis tamen moliebatur ſi poſſet, Sigebertum Theodorici filium regno præponere Auſtraſiorum. Quatuor namque Theodoricus ex pellicibus ſuſceperat filios, quorum iſta ſunt nomina, Sigebertus, Corbus, Childebertus atque Meroueus. Sed quia erant materno latere minùs nobiles, ad regni quoque gubernacula æſtimabantur fore impares. Simul quia & Brunechildis electo vno ad ſpeciem regnandi, non poteſtatem, ſummæ rei ſollicitudinem ſibi reſeruare velle intelligebatur, & Primates Franciæ tanto tempore fœmineo dominatui dedignabantur ſubiici.* Hic Author ſibi non ſatis conſtat, nam licèt Fredegarij calculos in obitu Guntchramni, Childeberti ac Theodorici Regum exſcribat, aliam tamen ab ea, quam computus Fredegarij ſuppeditat, annorum ſummam à morte Clotarij Senioris, cui Guntchramnus in partem regni ſucceſſit, ad obitum vſque Theodorici colligit. Apud Fredegarium [c] *anno* XXXIII. *regni Guntchramni*, V. *Kal. April. ipſe Rex moritur*, & apud Aimoinum [d] *anno* XXXIII. *eiuſdem Regis ipſe Rex corpore exemptus terrenum regnum pro cæleſti commutat.* Apud Fredegarium [e] *anno* IV. *poſtquàm Childebertus regnum Guntchramni acceperat, defunctus eſt*, & apud Aimoinum [f] *anno* IV. *regni Burgundiæ à Childeberto ſuſcepti idem Rex Childebertus extinguitur.* Denique apud Fredegarium [g] *anno* XVIII. *regni ſui Theudericus moritur*, & apud Aimoinum [h] *tradunt Scriptores eum interiiſſe* XVIII. *regni ſui anno.* In Fredegarij ſententia, quod maximè obſeruandum eſt, idem annus & vltimus Clotarij Senioris & primus Guntchramni numeratur, idem annus & poſtremus eſt Guntchramni Regis & primus Childeberti regnantis in Burgundia, idem annus & Childeberti nouiſſimus & primus Theodorici cenſetur. Anno igitur Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo, quo Clotarius Senior vitam clauſit, regnum auſpicatus eſt Guntchramnus; anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio & Guntchramnus obiit & Childebertus regnare cœpit in Burgundia; anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto & Childebertus extinctus eſt & Theodoricus regnum ſuſcepit; annóque Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio Theodoricus animam exhalauit. Iam verò, ſi ſumma reſumatur annorum, ab obitu Clotarij Senioris vſque ad mortem Theodorici pronepotis, ſiue ab anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-tertium non anni quinquaginta fermè & vnus vt Aimoinus malè ſcripſit, ſed anni quinquaginta-duo numerabuntur, ídque dictum eſto aduersùs nuperum Scriptorem [i], qui Theodoricum anno Chriſti ſexcenteſimo duodecimo mortuum tradit, quamuis paulò pòſt citet antiquum Authorem qui diſertis verbis à Conſtantino & Ruſo Conſulibus, ſiue ab anno Chriſti quadringenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, ad

[a] Cap. 39.
[b] Cap. 39.
[c] Cap. 14.
[d] Lib. 3. c. 81.
[e] Cap. 16.
[f] Lib. 3. c. 84.
[g] Capp. 38. 39.
[h] Lib. 3. c. 100.
[i] Lib. 17. rerum Franc.

AN. CH. 613. CLOTAR. II. R. 30. THEODOR. II. R. 18. SIGIB. II. R. 1.

Principatum Sigiberti, qui Theodorici Regis filius fuit, annos aſſerit centum & quinquaginta ſex effluxiſſe. Ceterùm annorum duorum ac quinquaginta ſpatio, quod ab obitu Clotarij Senioris ad mortem Theodorici pronepotis computamus, extinćti ſunt vel variâ ſorte obierunt hi ſeptem Reges; Charibertus, Sigibertus Primus, Chilpericus Primus & Guntehramnus, filij Clotarij Primi; Childebertus Secundus, Sigiberti Primi filius; Theodobertus Secundus & Theodoricus Secundus, filij Childeberti Secundi; qui Reges Francorum ita cognominantur ab Aimoino præcitato, vt exinde palàm fiat eiuſmodi titulum non Neuſtraſiis modò ſeu Pariſienſibus Regibus ſed Merouingis omnibus conuenire, nam Charibertus quidem & Chilpericus Primus Neuſtriam obtinuerunt, ceteri verò alibi regnarunt, Sigibertus Primus & Theodubertus Secundus in Auſtriâ; Guntchramnus in Burgundia; Childebertus Secundus & Theodoricus Secundus in Auſtria ſimul & in Burgundia.

III. AIMOINVS REFELLITVR.

Non defuerunt qui teſtamento Theodorici patris, Auſtriam Sigiberto filiorum natu maximo, Burgundiam Childeberto ſecundo-genito legatam ſcriberent, poſthabitis Corbo & Merueo iunioribus filiis. Huic opinioni fauere viſus eſt Aimoinus, apud quem nullâ Burgundionum factâ mentione Brunichildis molitur, ſi poſſit, *Sigebertum Theodorici filium regno præponere Auſtraſiorum.* At in illo textu mens Aimoini tantùm fuit, vt oſtenderet Brunichildem, quæ Burgundiam diu ſub Theodorico adminiſtrarat, ſollicitam maximè fuiſſe de conſeruanda Auſtraſia, cuius Proceres erga Theodorici filios haud beneuolo ferebantur animo, quia necis Theodoberto Regi prolique maſculæ Theodoberti nuper illatæ memoriam nondum deleuerat obliuio. Cur Auſtraſij Clotarium Neuſtriæ Regem Sigiberto prætulerint, duas alias rationes, quæ nobis non placent, affert Aimoinus. Primò Theodorici filios *ex pellicibus* ſuſceptos, & *quia erant materno latere minùs nobiles ad regni quoque gubernacula impares* ait. Deinde addit fœmineum Brunichildis imperium odio fuiſſe Primatibus Franciæ. Verùm Theodorici filios ex concubina non ex pellicibus natos iam obſeruauimus, non deerant autem exempla quæ Sigiberto quamuis ex concubina ſuſcepto regnum paternum adiudicarent, anno enim Chriſti quingenteſimo-vndecimo Theodoricus Primus, quem *de concu-*

[a] Lib. 2. c. 25. *bina filium* Gregorius Turonenſis [a] appellat, Cloduueo patri in partem regni ſiue in Auſtraſiam ſucceſſit. Multò turpiores ac ſceleratiores extiterunt matres Theodobaldi & Chilperici, quorum ille in Auſtria poſt Theodobertum patrem anno Chriſti quingenteſimo duodequinquageſimo, hic in Neuſtria poſt Clotarium patrem anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo regnare cœpit. Deuteria marito ſuperſtite, à quo diſceſſerat, Theodobaldum Theodoberto Regi peperit. *Matrona Deuteria, cuius vir*, inquit Gregorius Turo-

[b] Lib. 3. c. 22. nenſis [b], *apud Biterris vrbem conceſſerat, ad occurſum* Theodoberti *venit, at ille ſpecioſam eam cernens, amore eius capitur, ſuóque eam copulauit ſtrato*, poſteà

[c] Lib. 3. c. 27. vero, vt idem Gregorius [c] ſubdit, *relictâ Deuteriâ, de qua paruulum filium habebat Theodoualdum nomine, Wiſigardem duxit vxorem.* Aregundis viuente adhuc ſorore Ingunde, quæ Clotario Regi nupſerat, eidem Clotario inceſtè ſociata Chilpericum edidit, vt Gregorius Turonenſis initio libri quarti docet. Chilpericus autem Clotarij Senioris & Aregundis filius Fredegundem pellicis

[d] Greg. Tur. lib. 4. c. 28. primùm, deinde loco coniugis [d] habuit, ex eâque tum vxore ſuſcepit Clotarium Iuniorem, qui Sigiberto ceteriſque Theodorici Secundi filiis expulſis Auſtriam & Burgundiam in ſuam poteſtatem redegit. Videat iam Aimoinus, verùm in eundem potiùs Clotarium quàm in Theodorici filios ius regnandi debuerit transfundi. Quòd addit Primates Auſtraſiæ veritos eſſe, ne fœmineo Brunichildis dominatui rurſum ſubiicerentur, ſi regnaret Sigibertus eiuſdem Reginæ pronepos, hanc rationem abundè diluimus, cùm varia crimina, quæ Brunichildi affinguntur, ſuis locis refutauimus, maximè cùm remouimus ab ea ſuſpicionem necis illatæ cùm Theodoberto tum proli maſculæ Theodoberti, nam Auſtraſij contra Theodorici filios ea tantùm de cau-

AN. CH. 613.
CLOTAR. II. R. 30.
THEODOR. II. R. 18.
SIGIB. II. R. 1. IV.

ſa commoti ſunt, quòd Theodoricus Theodobertum fratrem ſuum Auſtriæ Regem eiúſque ſobolem virilem nuper interemiſſet.

Clotarius Rex Neuſtriæ, qui copias legerat vt Theodorico pro Denteleni Ducatu bellum minitanti reſiſteret, auditâ Theodorici morte venit in ſpem potiundæ Auſtriæ, & com exercitu Antonnacom * vſque infra confluentes Moſellæ perrexit, Brunichilde interim Metis Wormatiam atque inde in Burgundiam com pronepotibus abeunte. Rem, quomodò geſta eſt, tudi ſtylo ſic deſcribit Fredegarius [a]. *Chlotarius factione Arnulfi & Pipini, vel ceterorum Procerum Auſter ingreditur. Cúmque Antonnaco acceßiſſet, & Brunechildis cum filiis Theuderici Warmatia reſideret, Legatos his nominibus, Chadoindum & Herponem ad Chlotarium direxit, conteſtans ei vt ſe de regno Theuderici, quod filiis reliquerat, remoueret. Chlotarius reſpondebat, & per ſuos Legatos Brunechilda mandabat. Indicio Francorum electo, quicquid præcedente Domino à Francis inter eoſdem indicabitur, pollicetur ſeſe implere. Brunechildis Sigobertum ſeniorem filium Theuderici in Thoringiam direxit, apud quem Warnacharium Maiorem domûs & Alboenum cum ceteris Proceribus deſtinauit, gentes quæ vltra Rhenum ſunt adtrahere, qualiter Chlotario potuiſſent reſiſtere. Poſt tergum indiculum direxit, vt Alboenus cum ceteris Warnacharium interficeret, eò quòd ſe in regnum Chlotarÿ vellet transferre. Quem indiculum relectum, Alboenus diſruptum proiecit in terram. Inuentus eſt à puero Warnacharÿ, ſuper tabula cerâ linitus denuò ſolidatur. Quo indiculo relecto, Warnacharius cernens ſe vitæ periculum habere, deinceps cogitare cæpit, quo pacto filÿ Theuderici opprimerentur, & in regnum Chlotarius elegeretur. Gentes, quæ illic adtracta fuerunt, conſilio ſecreto, de ſolatio Brunechildæ & filiorum Theuderici, procul fecit abeſſe. Exinde regreßi cum Brunechilde & filiis Theuderici Burgundias adpetunt, mißis per vniuerſum Auſter diſcurrentibus, exercitum mouere nitebantur.* In Auſtria tunc authoritate præcipui florebant Arnolphus & Pipinus. Ille Diœceſim Metenſem adminiſtrabat à biennio. Hic erat vir egregiæ nobilitatis, vxorémque haud pridem ſibi ſociatat Ittam Aquitanam, Modoaldi, qui Treuirenſium Epiſcopus poſteà fuit, ſororem, ex qua tres liberos ſuſcepit Grimoaldum, Beggam & Gertrudem. Inter Arnulphum Epiſcopum & Romaricum virum natalibus illuſtrem ſingularis intercedebat amicitia, de qua copioſum ſermonem inferiùs habebimus. Interim obſerua vitam Romarici quam Ducheſnios [b] & Labbeus [c] publicarunt, aliquot mendis ſcatere. Author enim vult Romaricum, vt Theodorici Regis beneuolentiæ ſibi conciliandæ ſtuderet, Metas veniſſe, ac pridie quàm Theodoricus occumberet, ludibrio exceptum ab Aridio Epiſcopo Lugdunenſi qui gratiâ plurimùm apud Brunichildem valebat, poſt mortem verò Theodorici ſtatim accitum à Brunichilde & ab Aridio, qui coacti fuerint eius auxilium implorare, vt ex Metenſi ciuitate tuti diſcederent. *Romaricus*, inquit, *Mettis petiit. Erat tùnc temporis in palatio vnus Epiſcopus nomine Aridius, qui Brunichildæ Reginæ ſedulo famulabatur alloquio. Illiúſque ſupradictus vir pedibus proſtratus ſupplicat vt res apud Reginam ſuo interuentu recipere potuiſſet. Illéque irâ ſauciatus, os viri pede excuſſo impiè verberauit. Sed inluceſcente die craſtinâ, vulgatum eſt Regem Theodericum mortis ſententiâ percuſſum fuiſſe. Ac deinceps accitus à Regina vel Epiſcopo Aridio Romaricus, reddito patrimonio ſupplicatur, vt ſaltem per ipſum eiſdem de vrbe Mettenſi fugiendi darentur ſpatia. Ille diligens inimicos ſuos, auxilium ipſis, vt tempus patuit, non negauit.* At quomodò hæc ſtare poſſunt, cùm Aridius ſiue Arigios Lugdunenſis Antiſtes, vt alibi probauimus, ſanctitate inſignis emicuerit, & ad Deum feliciter migrarit quarto Idus Auguſtas anno Incarnationis Dominicæ ſexcenteſimo-vndecimo, ſiue ſeſquianno priuſquàm Theodoricus Rex è viuis tolleretur? Non inficiamur Romarico redditum hoc anno patrimonium, quod anno priori poſt Theodoberti cladem à Theodorico victore publicatum fuerat, ſed id beneficij contulit Clotarius poſtquàm Auſtriâ & Burgundiâ potitus eſt. Accipe autem ex Fredegario [d], quomodò Clotarius has ditiones ſuis adiunxit. *Burgundiæ farones tam*

* Andernac.
a Cap. 40.
CLOTARIVS IN AVSTRIAM PROFICISCITVR.

b Tom. 1. collect. Franc.
c Tom. 1. Biblioth
FABVLA DE ARIDIO EP. LVGD. REFELLITVR.

d Capp 41. 42.

AN. CH. 613.
CLOTAR. II. R. 30
THEODOR. II. R. 18.
SIGIB. II. R. 1.

Epiſcopi quàm ceteri Leudes, timentes Brunechildem, & odium in eam habentes, cum Warnachario conſilium ineuntes tractabant, vt neque vnus ex filiis Theuderici euaderet, ſed eis totis obpreſſis Brunechildem delerent, & regnum Chlotario expeterent. Quod probauit euentus. Cúmque iuſſu Brunechilde & Sigoberti filij Theuderici exercitus de Burgundia & Auſter contra Chlotarium adgreditur. Veniénſque Sigobertus in Campania territorium Catalaunenſe ſuper fluuium Axonam, ibíque Chlotarius obuiam cum exercitu venit, multos iam de Auſtraſiis ſecum habens factione Warnachary Maioris domûs. Sicut iam olim tractauerat, conſentientibus Aletheo Patricio, Roccone, Sigoaldo, & Eudilane Ducibus. Cúmque in congreſſu certaminis debuiſſent cum exercitu confligere, priuſquàm præliare cœpiſſent, ſigna dantes, exercitus Sigeberti terga vertens redit ad proprias ſedes. Chlotarius paulatim, vt conuenerat, poſt tergum cum exercitu ſequens, vſque Ararem, id eſt Saogonnam *, fluuium peruenit. Captis filiis Theuderici tribus, Sigoberto, Corbo, & Meroueo, quem ipſe de fonte excepit; Childebertus fugaciter aſcendens, numquam poſteà fuit reuerſus. Auſtraſiorum exercitus reuertitur propriis ſedibus. Factione Warnachary Maioris domûs, cum reliquis maximè totis Proceribus de regno Burgundiæ, Brunechildis ab Erpone Coneſtabulo de pago Vltraiurano ex villa* Vrba, vnà cum Theudelane germana Theuderico producitur, & Chlotario in Rionona * vico ſuper Vinceunam fluuium præſentatur.* Pro Sigiberto Rege laudabiliter admodùm ac ſtrenuè ſe geſſit Lupus Senonenſis Epiſcopus, nam manuſcriptus vitæ Codex, quem Surius elegantiore ſtylo reddidit, hæc habet. *Defuncto Theoderico Principe, dum Rex Francorum Chlotarius Burgundiam cœpiſſet intrare, armatum manu hoſtili Blidebodem direxit Ducem ad Senonicam vrbem. Cúmque eam cœpiſſent crudeliter iaculis infeſtare, Sanctus fidens in Domino aulam petiit matris Eccleſiæ in honorem Protomartyris Stephani conſtituta. Et dum ad euocandum populum ſignum prædictæ Eccleſiæ tangeret, omnis fortitudo ſenſûs ab hoſtium caterua receſſit, tantúſque terror ſuper eos irruit, vt nullatenus ſe euadere crederent, niſi fuga præſidium expetiſſent.*

* *Aiſne.*
* *la Saone.*
* *Orbe.*
* *Ryonne.*

LVPVS EP. SENONENS. STAT A PARTIBVS SIGIBERTI.

V. Authorum, qui de Burgundia & Auſtria ſub Clotarij poteſtatem redactis ſcripſerunt, tres habes antiquiſſimos, Anonymum qui decimo pòſt anno Appendicem ad Marij Lauſannenſis Epiſcopi Chronicon abſoluit ipſo Clotario Rege adhuc ſuperſtite, Ionam qui viginti ad ſummum annis ſeriùs vitam beati Columbani Bobienſis Abbatis in literas retulit, & Fredegarium qui Chronicon ſuum regnantibus Clotarij pronepotibus exarauit. Anonymus in Appendice ad Marium, poſtquàm ad Heraclij Auguſti tempora peruenit, mortem Brunichildis, neporúmque ac pronepotum ita complectitur. *Per illud tempus diuiſa in tribus olim regnis Francia, in vno à præfato Rege* Clotario, *Francorum regnum coniungitur, atque perſequente Theuderico Rege germanum ſuum Auſtraſiorum Regem Theudebertum, vincentes Franci in Burgundiam mouentes Auſtraſios, ad extremum ipſum occiderunt. Nec mora, victor Theudericus Mettis cùm obiiſſet, Sigoberto filio paruulo cum auia ſua Brunihilde, regnum malè vſurpatum reliquit, qui viuente adhuc germano ſuo nepotem proprium ad petram in albis elidi iuſſit. Per idem tempus victi filij ſui à Rege præfato Chlothacario capiuntur, ac præfata Regina, prædictorum auia, ab eo capta, diuerſóque pœnarum genere afflicta, deinde camelo impoſita, multis ſuis ſpectaculum præbuit, poſtremò ferociſſimo colligata pedibus equi tergo, extremum ſpiritum exhalauit. Cuiúſque deinceps corpuſculum incendentes populi, ſepulchrum ignis fuit, ac deinceps iudicium paternum ſine miſericordia in germano & nepote quondam datum, in filiis redundauit, eóſque à quibuſdam, vt aiunt, interemptos, Monarchiam prænuncupatus Rex in tribus regnis obtinuit, quam feliciter religioséque gubernans, quadrageſimo nunc cum prioribus regni ſui anno vitam ducit.* Deinde hæc verba proximè ſubiicit, opúſque ſuum ſic concludit. *Finit igitur ab exordio mundi vſque in Heram præſentem, id eſt,* XIV. *Heraclij, &* XL. *Chlothacarij Regis annum, anni quinquies mille,* DCCCXXII. Annum Clotarij Regis quadrageſimum cum anno decimo-quarto Heraclij Auguſti componit alio etiam loco, vbi hæc habet. *Huius Imperatoris,*

CLOTARIVS POTITVR AVSTRIA ET BVRGVNDIA.

MORS BRVNICHILDIS.

AN. CH. 613.
CLOTAR. II. R. 30.
THEODOR. II. R. 18.
SIGIB. II. R. 1.

Imperatoris, nempe Heraclij, *temporibus*, *ad* XIV. *vſque Imperij ſui annum*, & *Chlothacarij glorioſiſſimi Francorum Principis quadrageſimum regni ſui annum, multa Reſpublica partibus, vbique penè à diuerſis gentibus diſpendia inlata fuere.* Heraclius autem imperare cœpit anno Chriſti ſexcenteſimo decimo, ita vt dubium eſſe non poſſit quin prædictus Anonymus anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-tertio, ſiue anno poſt Brunichildis mortem decimo ſcripſerit. Viuebat tunc Ionas in Monaſterio Bobienſi ſub Abbate Atala, vitámque ſancti Columbani poſt annos circiter viginti compoſuit, vbi mortem Brunichildis ac proneporum ſic propalauit. *Clotharius memor prophetiæ viri Dei* Columbani, *collecto exercitu, fines regni, quæ ſuæ ditioni debebantur, conatur recipere. Contra quem Sigebertus cum hoſtium cuneis pugnaturus aduenit, quem Clotharius captum peremit, fratréſque eius duos Theoderici filios cum auia Brunehilde cepit, pueros ſeparatim peremit, Brunehildem verò primò ignobiliter camelo impoſitam, hoſtibus gyrando monſtrauit, póſtque indomitorum equorum caudis irretitam; miſerabiliter vitâ priuâuit.* Fredegarius [a] Ionâ paulò recentior ab Appendice Mariana & à Iona non diſcrepat in deſcribenda morte Brunichildis, ſed ex quatuor filiis Theodorici, tres tantùm captos, & ex his duos duntaxat interemptos affirmat, Childeberto fugâ lapſo, vitâque Meroueo conceſſâ. *Captis*, inquit, *filiis Theuderici tribus, Sigoberto, Corbo & Merouco, Childebertus fugaciter aſcendens, numquam poſteà fuit reuerſus. Sigobertus & Corbus iuſſu Chlotarij interfecti ſunt. Merouens ſecretiùs iuſſu Chlotarij in Neptriam perducitur, eundem amplectens amore, quòd ipſum de ſancto accepit lauacro, & Ingobodi Grafioni commendatur, vbi plures pòſt annos vixit. Chlotarius, cùm Brunechildis in ſuo præſentaretur conſpectu, & odium contra ipſam nimium haberet; reputans ei quòd decem Reges Francorum per ipſam interfecti fuiſſent, id eſt, Sigobertus, & Merouens, & genitor ſuus Chilpericus, Theudebertus, & filius ſuus Chlotarius, item Merouens filius Chlotarij, Theudericus, eiuſdémque filij tres, qui ad præſens extincti fuerant; per triduum eam diuerſis tormentis adflictam, iubet priùs camelo per omnem exercitum ſedentem perducere, poſt hæc comam capitis, vno pede & brachio ad vitioſiſſimi equi caudam ligare, ibíque calcibus & velocitate curſûs membratim diſrumpitur.* De Theodorici filiis, quos Ionas obiter perſtrinxit, accuratiùs ſcripſit Fredegarius, annos enim notauit, quibus nati ſunt ſinguli. Præterea vt hac in parte Fredegario potiùs quàm Ionæ ſuffragemur, nos admonet Florentius [b] Presbyter Eccleſiæ Tricaſtinæ *, qui Ruſticulam Monaſterij ſancti Cæſarij Arelatenſis quondam Epiſcopi Abbatiſſam tradit apud Clotarium falsò accuſatam fuiſſe, *quòd occultè Regem nutriret*; id enim de alio intelligi non poteſt quàm de Childeberto Theodorici filio, qui cùm fugiſſet, nec poſteà repertus eſſet, alicubi latere creditus eſt, ac forſan Arelate, quia perfacilis ad illam ciuitatem ſecundis fluminibus Arare ac Rhodano patuerat fuga.

[a] Cap. 42.

[b] Tom. 1. collect. Franc.

* de Trois-Chaſteaux.

VI. VARIÆ DE BRVNICHILDE FABVLÆ REFVTANTVR.

In ſancti Martini Monaſterio, quod Brunichildis Auguſtoduni conſtruxit, eiuſdem Reginæ ſepulchrum oſtenditur, vnde nonnulli poſterioribus ſeculis ſuſpicari ſunt commentitia eſſe quæ de cæde illius paſſim leguntur. At florente fortunâ tumulum ſibi parare potuit, eiúſque cineres eò delatos eſſe ſi quis contenderit, à veritate fortè non aberrabit. Vt autem in dubium non reuocamus ea, quæ decimo pòſt anno ſcripta ſunt ab Anonymo in Appendice ad Marium Lauſannenſem, ita nec mendacia probamus quæ fuerunt ab aliis excogitata, nec Clotarium vituperationis flagitiíque expertem arbitramur quòd tantâ immanitate Reginam ætate iam grauem tótque Regum filiam, vxorem, matrem, auiam ac proauiam exceperit. Explodendi primò qui mortem Brunichildis adeò crudelem à Sibylla prænuntiatam volunt. Author fabellæ Fredegarius apud quem hæc habes in Hiſtoria [c] Francorum epitomata. *Tanta mala & effuſiones ſanguinum Brunichildis conſilio in Francia facta ſunt, vt prophetia Sibyllæ impleretur, dicens. Veniet Bruna de partibus Spaniæ, ante cuius conſpectum multæ gentes peribunt. Hæc verò equitum calcibus diſrumpitur.* Et vt Brunæ nomine Brunichildem intelligas, obſerua prædicto vaticinio ab eodem [d] Authore iſta

[c] Cap. 59.

[d] Cap. 57.

AN. CH. 613. CLOTAR. II. R. 30. THEODOR. II. R. 18. SIGIB. II. R. 1.

præmitti. *Sigibertus cùm videret fratres ſuos vxores viles accipere, Gogonem cauſâ legationis ad Athanagildum Regem direxit, petens vt ei filiam ſuam Brunam nomine coniugio traderet. Quam Athanagildus cum multis theſauris Sigiberto ad matrimonium tranſmiſit. Ad nomen eius ornandum & augendum eſt determinatum, vt vocaretur Brunechildis, quam cum multa lætitia atque iocunditate Sigibertus accepit vxorem.* Deinde non ſunt audiendi qui Brunichildem perhibent à Clotario doloſè vocatam datâ fide, quaſi eam ſtatuiſſet ille in vxorem ducere, quomodò enim id Brunichildi fœminæ iam ſexagenariæ perſuaſiſſet Clotarius vix ingreſſus annum ætatis triceſimum, &, vt ex ætate Dagoberti filij conſtat, Berthetrudi Reginæ coniugio iam ſociatus? Artifex commenti fuit is qui Geſta Regum Francorum ſcripſit, nam capite quadrageſimo ſic de Clotario & de Brunichilde locutus eſt. *Rex Chlotharius commoto exercitu in Burgundiam abiit. Brunichildem doloſè quaſi eam ad coniugium ſociare ſe fingeret, datâ fide venire ad ſe fecerat. At illa credens ei, ornata cultu regali ad eum venit.* Denique fides non eſt illis habenda, qui Clotarium aſſerunt obieciſſe Brunichildi, *quòd decem Reges Francorum* aut *per ipſam interfecti fuiſſent*, aut *eius partim conſilio, partim manu, vel etiam maleficio extincti eſſent.* Clotarius enim, ſi tot exprobraſſet flagitia, ſciens obiectaſſet plurima, quæ non à Brunichilde ſed ab aliis atque etiam à ſemetipſo perpetrata noſſet. Accuſationem, quæ numquam in mentem Clotario venit, primus excogitauit Fredegarius, in cuius Chronico [a] Clotarius contra Brunichildem inuehitur, *reputans ei quòd decem Reges Francorum per ipſam interfecti fuiſſent.* Et Aimoinus [b], cum Fredegarium exſcriberet, eidem accuſationi potiorem fidem ſe conciliaturum facilè putauit, ſi Clotarius partitione facinorum induſtriè factâ Brunichildem ream diceret, *quòd decem Reges Francorum, eius partim conſilio, partim manu, vel etiam maleficio extincti eſſent.* Fredegarius decem Reges ſeu Regum filios recenſuit, Sigibertum Auſtriæ Regem, Meroueum Chilperici Neuſtriæ Regis filium, ipſum Chilpericum Neuſtriæ Regem prædicti Merouei patrem, Theodobertum Auſtriæ Regem ſuperioris Sigiberti nepotem, Clotarium eiuſdem Theodoberti Regis filium, Meroueum Clotarij Neuſtriæ Regis filium, Theodoricum Burgundiæ & Auſtriæ Regem prænominati Theodoberti Regis fratrem, tréſque Theodorici Regis filios. Aimoinus Meroueum Clotarij Neuſtriæ Regis filium reticuit, eiúſque loco ſubſtituit alium Meroueum Theodoberti Auſtriæ Regis filium. Ex tot ſceleribus, quæ Brunichildi Clotarius exprobraſſe dicitur, ne vnum quidem ab ea commiſſum eſt. De morte ſingulorum Regum, quos Fredegarius & Aimoinus nominant, egimus copioſè ſuis locis, operæ tamen pretium nobis viderur innocentiam Brunichildis hîc iterum confirmare, vt meliùs intelligas eoſdem Authores in rebus, quas de illa Regina commemorant, eſſe mendaciſſimos.

[a] Cap. 42.
[b] Lib. 4. c. 1.

VII. Primò Clotarius apud Fredegarium obiicit Brunichildi, qnòd Sigibertus *per ipſam* ſit interfectus. Quis autem Clotarium credat anſum id dicere, cùm Sigibertum conſtaret enecatum eſſe à flagitioſis hominibus, quos Fredegundis ipſius Clotarij mater ad id ſceleris impulerat? Fredegundis crimen Gregorius Turonenſis [c] Author coætaneus declarat his verbis. *Tunc duo pueri cum cultris validis, quos vulgò Scramaſaxos vocant, infectis veneno, maleficati à Fredegunde Regina, cùm aliam cauſam ſe gerere ſimularent, vtraque ei*, nempe Sigiberto, *latera feriunt. At ille vociferans atque corruens non pòſt multo ſpatio emiſit ſpiritum.* Gregorinm in epitomen ita redigit Fredegarius [d], *Fredegundis duobus pueris dolo tranſmiſſis, Sigibertum interficiunt, & ipſi interfecti ſunt.* In eandem quoque ſententiam it Aimoinus [e] eo loco qno Sigiberti mortem exponit, ſic enim ibi de Fredegunde loquitur. *Mulier artibus viro longè callidior duos ſubornat viros, quibus audacia contemptum mortis innexerat. Hos hortatur, monétque Sigebertum adeant, eúmque ſe vt Dominum adorare ſimulantes interimant. Quod ſi efficiant, euadentibus præmia, interemptis verò condignam ſepulturam, eleemoſynáſque ad loca Sanctorum pro oblatione tanti facinoris ſe præ-*

[c] Lib. 4. c. 46.
[d] Hiſt. epit. cap. 71.
[e] Lib. 3. c. 12.

bituram ſpondet. Illi nihil morati præcepto ſatisfaciunt, ac vrbem egreſſi ad caſtra progrediuntur hoſtium. Nihil viris his audacius, nil terribilius eo bello in hoſtem ex vrbe proceſſit. In medium namque aduerſariorum prouentes non trepidauerunt, non retractauerunt, ſed tanquam familiarium ſuorum conſortio immorarentur, non antè remeandum putarunt, quàm circumuentum à lateribus Regem, cultellis latera fodientes, nefandiſſima neci traderent. Et alio in loco [a] inſinuat Sigibertum & Guntchramnum Fredegundis dolo petiiſſe, *Childebertus*, inquit, *duorum regnorum vallatus præſidiis, vltionem patris* nempe Sigiberti, *& patrui* nempe Guntchramni, *quos factione Fredegundis periiſſe certis habebat compertum indiciis, meditabatur.* Quapropter & apud eundem Aimoinum [b] Clotarius Rex in oratione, quam habet ad Brunichildem, non dicit abſolutè Sigibertum ab ea cæſum, ſed tantùm *eius conſilio vſum contra fratrem inſurrexiſſe ſuum, propter quod in improuiſum incurrit interitum.* Verùm origo fraterni diſſidij reiicienda eſt in ipſum Chilpericum, qui per abſentiam Sigiberti Thuringico bello contra Hunnos implicati Remos aliáſque ciuitates Auſtraſiæ peruaſit infelici tamen exitu, quia Sigibertus cis Rhenum reuerſus & nobili victoriâ potitus vrbes ademptas nullo negotio recuperauit, Sueſſionem * regiam fratris ſedem intercepit cum Theodoberto ipſius Chilperici filio, quem anno ſequenti muneribus ditatum patri reddidit ſacramento priùs addictum, ne quid vnquam contra patruum adeò clementem moliretur. Hoc primum fuit diſſidium inter Chilpericum ac Sigibertum, deſcriptúmque habetur à Gregorio Turonenſi & à Fredegario in epitome Gregoriana. *Poſt mortem Chlotharij Regis*, inquit Gregorius [c], *Chuni Gallias adpetunt. Contra quos Sigibertus exercitum dirigit, & geſtum * contra eos bellum vicit atque fugauit. Sed poſteà Rex eorum amicitias cum eodem per Legatos meruit. Dum autem cum eis turbatus eſſet Sigibertus, Chilpericus frater eius Remus * peruadit, & alias ciuitates, quæ ad eum pertinebant, abſtulit. Ex hoc enim inter eos (quod peius eſt) bellum ciuile ſurrexit. Rediens autem Sigibertus victor à Chunis Sueſſionas ciuitatem occupat, ibique inuentum Theodobertum Chilperici Regis filium adprehendit, & in exilio tranſmittit. Accedens autem contra Chilpericum bellum commouet, quo victo atque fugato ciuitates ſuas in ſua dominatione reſtituit. Theodobertum verò filium eius apud Ponticonem * villam cuſtodiri iuſſit per annum integrum. Quem poſteà, vt erat clemens, muneribus ditatum patri reddidit ſanum, data tamen ſibi ſacramenta, ne vnquam contra eum agere deberet.* Paulò breuiùs hæc ita Fredegarius [d]. *Chuni Gallias appetunt, contra quos Sigibertus mouit exercitum, eóſque interfecit atque fugauit. Poſteà cum eis pacem iniuit. Chilpericus Remos inuadit, & alias ciuitates, quæ ad Sigibertum pertinebant, abſtulit. Vnde inter ipſos bellum ciuile ſurrexit. Sigibertus Sueſſiones occupat, Theudobertum filium Chilperici adprehenſum in exilium tranſmittit. Chilperico victo atque fugato, ciuitates in ſuam dominationem reuocat. Poſt annum Theudobertum filium Chilperici reddidit, datis in inuicem pace & obſidibus, cum ſacramentis.* Hoc bellum præceſſit nuptias Brunichildis, nam Fortunatus [e] Author ſynchronus in ipſius Brunichildis epithalamio meminit Thuringiæ iam debellatæ, victoriæque ad Nabim * reportatæ necnon Theodoberti bello capti, Cupidinem enim introduxit ita loquentem de Sigiberto.

——— Hic nomen auorum
Extendit bellante manu. Cui de patre virtus,
Quam Nabis ecce probat, Thoringia victa fatetur,
Perficiens vnum gemina de gente triumphum,
Nec Dietheuberto pietas venialia pendit.

Et Sigebertus in Chronico bellum illud Thuringicum retulit anno Sigiberti Regis tertio, nuptias verò Brunichildis illigauit anno eiuſdem Regis quinto. Vnde redarguas Aimoinum [f] qui Thuringicam expeditionem narrauit poſt aduentum Brunichildis in Franciam, imò poſt mortem Galſontæ quæ ſeriùs quàm ſoror Brunichildis in Galliam ex Hiſpania venerat. Ceterùm alio non opus eſt argumento, vt probè noſcas diſcordiam, quæ primùm inter ambos

[a] Lib. 3. c. 82.
[b] Lib. 4. c. 1.
* Soiſſons.
[c] Lib. 4. c. 23.
* id eſt, geſto bello.
* Reims.
* Pont-Ton.
[d] Cap. 55.
[e] Lib. 6.
* le Nab.
[f] Lib. 3. c. 6.

AN. CH. 613. CLOTAR. II. R. 30. THEOD'OR. II. R. 18. SIGIA. II. R. 1.

Reges ac fratres Chilpericum ac Sigibertum exarſit, non fuiſſe concitatam à Brunichilde, quæ Sigiberto nondum collocata in Atanagildi patris aula trans Pyrenæos montes adhuc degebat. Fortè ſubiiciet Aimoinus ſe locutum de contentionibus duntaxat quas Sigiberti cædes mox excepit, ſed vt nullum effugium relinquatur, bella fuſiùs iam tractata & ſingulos in annos ad necem vſque Sigiberti digeſta paucis hic contrahemus. Poſtquàm primum Chilperici ac Sigiberti diſſidium ſedatum fuit, quieuerunt ambo fratres vſque ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſeptimum quo Charibertus Rex occubuit abſque prole maſcula. Tunc qui ſupererant tres fratres Guntchramnus, Chilpericus & Sigibertus regnum Chariberti diuiſerunt. Sigiberto Turones & Pictauium per pactum in partem hæreditatis venere. Chilpericus has ciuitates per Clodoueum filium occupauit, recuperauit Mummolus Guntchramni & Sigiberti copiis præfectus. Hoc de bello ita Gregorius [a]. *Poſt mortem Chariberti, cùm Chilpericus Turonus ac Pictanis peruaſiſſet, quæ Sigiberto Regi per pactum in partem venerant, coniunctus Rex ipſe cum Guntchramno fratre ſuo, Mummolum eligunt, qui has vrbes ad verum Dominum reuocare deberet. Qui Turonus veniens, fugato exinde Chlodoueo Chilperici filio, exacta * populo ad partem Regis Sigiberti ſacramenta *, Pictauum acceſſit. Sed Baſilius ac Sigarius Pictaui ciues, collectâ multitudine, reſiſtere voluerunt. Quos de diuerſis partibus circundatos oppreſſit, obruit, interemit. Et ſic Pictauum accedens, ſacramenta exigit.* Breuiſſimè Fredegarius [b] in Hiſtoria epitomata. *Mummolus cum exercitu Thoronos ac Pectanos, iubente Guntramno, de poteſtate Chilperici abſtulit, & ad partem Sigiberti reſtituit.* Anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-octauo, iterum teſte Fredegario [c] *Chilpericus Pectanos & Thoronos de regno Sigiberti peruaſit, & Sigulfum Ducem fugâ vertit, ſuúmque exercitum proſtrauit. Chilpericus ciuitates, quas peruaſerat, Sigiberto reddidit.* Deinde *poſt annum*, vt idem Author ſubdit, ſiue anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-nono, *Chilpericus cum multo exercitu regnum Sigiberti ingreditur. Sed intercurrentibus Legatis, pacificati ſunt.* Vertente anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio Chilpericus bellum Sigiberto fratri rurſum intulit, & anno ſequenti ad æquas pacis conditiones venire compulſus eſt, vt docet Gregorius Turonenſis, apud quem hæc leguntur [d]. *Chilpericus Rex irâ commotus, per Theudebertum filium ſuum ſeniorem, qui à Sigiberto aliquando adpreheuſus, ſacramentum dederat vt ei fidelis eſſet, ciuitates eius peruadit, id eſt, Toronus, Pictauis, vel reliquas citra Ligerim ſitas. Qui Pictauis veniens, contra Gundobaldum Ducem pugnauit. Terga autem vertente exercitu partis Gundobaldi, magnam ibi ſtragem de populo fecit. Sed & Toronicam regionem maximam partem incendit, & niſi ad tempus manus dediſſent, totam continuò debellaſſet. Commoto autem exercitu Lemouicinum *, Cadurcinum *, vel reliquas illarum propinquas peruadit, vaſtat, euertit.* Et inferiùs [e]. *Dum hæc agerentur, Sigibertus Rex gentes illas, quæ vltra Rhenum habentur, commouet, & bellum ciuile ordiens, contra fratrem ſuum Chilpericum ire deſtinat. Quod audiens Chilpericus, ad fratrem ſuum Guntchramnum Legatos mittit. Qui coniuncti pariter fœdus ineunt. Vt nullus fratrem ſuum perire ſineret. Sed cùm Sigibertus gentes illas adducens veniſſet, & Chilpericus de alia parte cum ſuo exercitu reſideret, nec haberet Rex Sigibertus ſuper fratrem ſuum iturus, vbi Sequanam fluuium tranſmearet, fratri ſuo Guntchramno mandat, dicens. Niſi me permiſeris per tuam ſortem hunc fluuium tranſire, cum omni exercitu meo ſuper te pergam. Quod ille timens, fœdus cum eodem iniit, eúmque tranſire permiſit. Denique ſentiens Chilpericus, quòd ſcilicet Guntchramnus, relicto eo ad Sigibertum tranſiſſet, caſtra mouit, & vſque Aualocium * Carnotenſem vicum abiit. Quem Sigibertus inſecutus, campum ſibi præparari petiit. Ille verò timens, ne colliſo vtroque exercitu, etiam regnum eorum corrueret, pacem petiit, ciuitatéſque eius, quas Theodobertus malè peruaſerat, reddidit, deprecans vt nullo caſu culparentur earum habitatores, quos ille iniuſtè igni ferróque opprimens adquiſierat.* Denique *poſt annum*, vt idem Gregorius [f] teſtatur, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo

[a] Lib. 4. c. 40.
* Id eſt, exactis ſacramentis.
[b] Cap. 68.
[c] Cap. 70.
[d] Lib. 4. c. 41.
* le Limoſin.
* le Quercy.
[e] Lib. 4. c. 44.
* Ablis.
[f] Lib. 4. capp. 45. 46.

ſeptuageſimo-quinto, *iterum Chilpericus ad Guntchramnum fratrem ſuum Lega-* AN. CH.
tos mittit, dicens. Veniat frater meus, & videamus nos, & pacificati perſequa- 613.
mur Sigibertum inimicum noſtrum. Quod cùm fuiſſet factum, ſéque vidiſſent, ac
muneribus honoraſſent, commoto Chilpericus exercitu vſque Remus acceſſit, cuncta CLOTAR.
incendens atque debellans. Quod audiens Sigibertus, iterum conuocatis gentibus II. R. 30.
illis, quarum ſuprà memoriam fecimus, Pariſius venit, & contra fratrem ſuum ire THEO-
diſponit. Chilpericus verò cognoſcens, quòd iterum ſe Guntchramnus cum Sigiberto DOR. II.
pacificaſſet, ſe infra Tornacenſes muros cum vxore & filiis communiuit. Tunc Franci, R. 18.
qui quondam ad Childebertum aſpexerant Seniorem, ad Sigibertum Legationem SIGIB. II.
mittunt, vt ad eos veniens, derelicto Chilperico, ſuper ſe ipſum Regem ſtabilirent. R. 1.
Ille verò hæc audiens, miſit qui fratrem ſuum in ſuprà memorata ciuitate obſide-
rent, ipſe illuc properare deliberans. Veniente autem illo ad villam, cui nomen eſt
*Victoriacus *, collectus eſt ad eum omnis exercitus, impoſitúmque ſupèr clypeo, ſibi* * Vitry.
Regem ſtatuunt. Tunc duo pueri cum cultris validis, quos vulgò Scramaſaxos vo-
cant, infectis veneno, maleficati à Fredegunde Regina, cùm aliam cauſam ſugge-
rere ſimularent, vtraque ei latera feriunt. At ille vociferans atque corruens, non
poſt multo ſpacio emiſit ſpiritum. Vera hæc ſeries rerum geſtarum. Chilpericus
Sigibertum ſexies laceſſiuit, ſemel etiam ante aduentum Brunichildis in Fran-
ciam, numquam verò laceſſitus fuit à Sigiberto. Quis igitur credat Clota-
rium adeò perfrictæ frontis, vt coram exercitu diceret *Sigibertum Brunichildis*
conſilio vſum contra fratrem inſurrexiſſe ſuum, propter quod in improuiſum incurrit
interitum? Si vel interitum Sigiberti vocaſſet improuiſum, num hoc vocabulo
perſtrinxiſſet ſceleſtum Fredegundis matris ſuæ facinus, quæ Sigibertum cul-
tris veneno infectis percuſſum per pueros improuiſo certè interitu ſuſtulerat?

Secundo loco Clotarius Merouei, quem Chilpericus ex Audouera con- VIII.
iuge ſuſceperat, mortem Brunichildi exprobat apud Fredegarium & Aimoi-
num, & quidem apud Aimoinum his verbis. *Merouens quoque frater ex patre*
meus, tui cauſâ à genitore odio habitus, nefandiſſimo crudelitatis genere eſt inter-
fectus. Verum quidem eſt Merouecum odio primùm habitum à Chilperico,
quia Brunichildem Sigiberti patrui relictam in vxorem Rothomagi [a] accepe- [a] Gregor. Tur.
rat, ſed filius in gratiam cum patre facilè rediiſſet, niſi Fredegundis priuignum lib. 5. cap. 2.
atrociùs odiſſet. Odium illud Fredegundis in Merouecum apertè conteſtatur
Gregorius Turonenſis [b]. *Commorantibus*, inquit, *his*, nempe Merouco & [b] Lib. 5. c. 14.
Guntchramno-Boſone, *apud Baſilicam ſancti Martini miſit ad Guntchramnum*
Boſonem Fredegundis Regina, quæ ei iam pro morte Theodoberti patrocinabatur, oc-
cultè, dicens, ſi Merouechum eiicere potueris de Baſilica vt interficiatur, magnum
de me munus accipies, at ille praſtò putans eſſe interfectores ait ad Merouechum,
vt quid hic quaſi ſegnes & timidi reſidemus, & vt hebetes circa Baſilicam occuli-
mur? Veniant equi noſtri & acceptis accipitribus cum canibus exerceamur vena-
tione, ſpectaculiſque patulis iocundemur. Hoc enim aiebat callidè, vt eum à ſancta
Baſilica ſepararet. Egreſſi itaque de Baſilica ad Iocundiacenſem domum ciuitati pro-
ximam progreſſi ſunt, ſed à nemine Merouechus noſcitus eſt. Neque id latuit Ai-
moinum [c], qui rem paucioribus verbis ita complexus eſt. *Fredegundis, quæ* [c] Lib. 5. cap. 22.
occultè Guntranno, nempe Boſoni, *fauebat propter mortem Theodoberti, non enim*
ex ea fuerat natus, miſit ad eum, vt Merouco ſuaderet egredi ab Eccleſia, ille praſtò
putans fore percuſſores, non diſtulit, ſed nil ei nocuit. Quis exitus fuerit Mero-
uei, ſcribit Gregorius Turonenſis hoc modo [d]. *Merouechus dum in Remenſem* [d] Lib. 5. cap. 19.
*Campaniam latitaret, nec palam ſe Auſtraſiis crederet, à Tarabannenſibus * circum-* * de Terou-
uentus eſt dicentibus, quòd relicto patre eius Chilperico, ei ſe ſubiugarent, ſi ad enne.
eos accederet. Qui velociter adſumptis ſecum viris fortiſſimis ad eos venit. Hi
præparatos detegentes dolos, in villam eum quamdam concludunt, & circumſeptum
cum armatis, nuncios patri dirigunt. Quod ille audiens, illuc properare deſtinat,
ſed hic cùm in hoſpitiolo quodam retineretur, timens ne ad vindictam inimicorum
multas lueret pœnas, vocatum ad ſe Gailenum familiarem ſuum, ait, vna nobis vſ-
que nunc & anima & conſilium fuit, rogo ne patiaris me manibus inimicorum tradi,

diu cruciatam, elicuit ab ea profeßionem quæ hos ſermones veros eſſe firmaret. Regi AN. CH.
exinde hæc & alia huiuſcemodi inſinuans, vindictam de Chlodouecho popoſcit. Tunc 613.
Rex in venationem directus, eum præcepit arceßiri ſecretiùs. Quo adueniente, ex CLOTAR.
iuſſu Regis adprehenſus in manicis à Deſiderio atque Bobone Ducibus, nudatur armis II. R. 30.
& veſtibus, ac vili indumento contectus, Reginæ vinctus adducitur. At illa in cu- THEO-
ſtodia eum retineri præcepit, elicere ab eo cupiens, ſi hæc ita vt audierat ſe habe- DOR. II.
rent, vel cuius conſilio vſus fuerit, aut cuius hæc inſtinctu feciſſet, vel cum quibus R. 18.
maximè amicitias conligaſſet. At ille reliqua denegans, amicitias multorum detexit. SIGIB. II.
*Denique poſt triduum, Regina vinctum iußit eum tranſire Matronam * fluuium,* R. 1.
*& in villa, cui Nuceto * nomen eſt, cuſtodiri. In qua cuſtodia cultro percuſſus, in-* * *la Marne.*
teriit, ipſóque in loco ſepultus eſt. Intereà aduenerunt nuncij ad Regem qui dice- * *Noiſy en*
rent, quòd ipſe ſe ictu proprio perfodiſſet, & adhuc ipſum cultrum, de quo ſe per- *Brie.*
culit, in loco ſtare vulneris adſirmabant. Quibus verbis Rex Chilpericus inluſus, nec
fleuit, quem ipſe (vt ita dicam) morti tradiderat, inſtigante Reginâ. Seruientes
quoque illius per diuerſa diſperſi ſunt. Mater autem eius crudeli morte necata; ſo-
ror ipſius in Monaſterio, deluſa à pueris Reginæ, tranſmittitur, in quo nunc veſte
mutatâ conſiſtit. Opéſque eorum omnes Reginæ delata ſunt. Mulier, quæ ſuper Chlo-
douechum locuta fuerat, diiudicatur incendio concremari. Quæ cùm duceretur, re-
clamare cœpit miſera, ſe mendacia protuliſſe. Sed nihil proficientibus verbis, ligata
ad ſtipitem viuens exuritur flammis. Gregorium in epitomen ita redegit Frede-
garius [a]. *Chilpericus tres filios iam adultos ab infirmitate dyſenteria vno anno per-* [a] Cap. 84.
didit, quos de Fredegunde habebat. Reſtiterat adhuc Chlodoueus filius eius, quem
poſteà inſtigante Fredegunde vinctum in cuſtodiam retruſit, ibique factione Frede-
gunda cultro percuſſus obiit. Aimoinus, qui Gregorium & Fredegarium lege-
rat, Gregorium penè ad verbum reddidit his verbis. *Clodoueus ex alia vxore*
Chilperici natus, poſt mortem filiorum Regis, qui ex Fredegunde geniti erant, in-
ſtigante ipsâ Reginâ apud Brenacum villam à patre manere iuſſus eſt, vt ſimili quo
fratres morbo deperiret. Nam apud eundem vicum dyſenteria tunc ſæuiebat peſtis.
Sed ille vbi mortis euaſit diſcrimen, dolos perſentiſcens nouercæ, faſtuosè eam deſpi-
ciens iactitabat, ſe ſolum hæredem regni relictum. Non defuere tamen, qui delato-
riâ contra eum vſi arte, non ſolùm quæ ipſe iniuriosè loquebatur de Regina, verùm
& aliqua ad ipſam referrent mendacia, aſſerentes maleficio matris cuiuſdam mere-
triculæ, quæ cum Clodoueo ſolita erat cubare, eius filios interiiſſe. Regina hoc audito
iracundiâ commota, puellam quidem caſam ante hoſpitium Clodouei palo præcepit in-
figi. Matrem verò eius verberibus laceratam, vera fuiſſe quæ dicta erant, profiteri
coegit. Cùm à Rege vltionem poſceret, Rex venatum profectus, filium vt ad ſe ve-
niret iuſſum alligari fecit, & Reginæ direxit. Quem illa ſepſit in cuſtodia, interro-
gans rei veritatem, vel qui ex Principibus ei fauerent. Verùm ille nihil criminum
confeſſus, amicos ſuos ſeu familiares detexit. Illa eum poſt biduum trans Matronam
in villam Nocetum nomine duci, & ibi in cuſtodia cultro interimi mandans, Regi
per ſubintroductas inſinuari fecit perſonas, quòd ipſe ſe interfeciſſet, & adhuc cul-
trum in loco vulneris perſiſteret. Quod Rex andiens nullum pro morte filij concipiens
luctum, eum ibidem ſepeliri mandauit. Mater Clodouei crudeliter necata, ſoror à
pueris Reginæ illuſa, in Monaſterium eſt detruſa. Mulier, quæ contra eum locuta fue-
rat, vt viua vreretur adiudicata, dum mendacium dixiſſe fruſtrà clamaret, ad ſtipi-
tem ligata viuens exuſta eſt. Dubitabit adhuc aliquis an Meroueus à nouerca
Fredegunde ſublatus ſit, aut Brunichildem illius ſceleris à Clotario Rege
Fredegundis filio inſimulatam credet?

Tertio loco Clotarius apud Fredegarium & Aimoinum Brunichildi obiicit IX.
cædem Chilperici Regis, ſed inter ſe pugnantia loquuntur Fredegarius &
Aimoinus. Ille quidem in epitome [b] Gregorij Chilpericum tradit interfe- [b] Cap. 91.
ctum *ad Calam villam, nec procul à Pariſius, ab homine nomine Falcone, qui miſ-*
ſus à Brunechilde fuerat. Hic [c] verò Fredegundis vxoris & adulteri Landerici [c] Lib. 3. c. 57.
perfidiâ cæſum refert, iſtúdque commentum mutuatur ab Anonymo fabu-
latore, cuius liber inſcribitur de Geſtis Regum Francorum, ac mendaciis

AN. CH. penè totus ſcatet. Nos ſuſpicionem omnem criminis ab vtraque Regina iam
613. remouimus Gregorio nixi, qui ne verbum quidem vllum habet de Fredegunde
CLOTAR. vel de Brunichilde, cùm Chilperici Regis interitum enarrat [a]. *Ad villam*, in-
II. R. 30. quit, *Calenſem, quæ diſtat ab vrbe Pariſiaca quaſi centum ſtadiis accedit, ibíque*
THEO- *venationes exercet. Quadam verò die regreſſus de venatione iam ſubobſcurâ nocte,*
DOR. II. *dum de equo ſuſciperetur, & vnam manum ſuper ſcapulam pueri retineret, adue-*
R. 18. *niens quidam eum cultro percutit ſub aſcellam, iteratóque ictu ventrem eius perfo-*
SIGIB. II. *rat, ſtatímque profluente copiâ ſanguinis tam per os quàm per aditum vulneris ....*
R. 1. *fudit ſpiritum.* Ex eodem Authore duo colliguntur argumenta, quæ Bruni-
[a] Lib. 6. c. 46. childem innocentem declarant. Sub finem enim eiuſdem anni quo Chilperi-
[b] Gregor. Tur. cus Rex occiſus eſt, cùm Guntchramnus frater in eius necem [b] inquiſiuit, Fre-
lib. 7. cap. 21. degundis, prætermiſsâ Brunichilde, quam tamen infenſiſſimo odio proſe-
quebatur, Eberulfum Cubicularium reum nominauit. Et anno poſt Chilpe-
rici cædem ſexto Sonnigiſilus cùm Childeberti Regis ac Brunichildis iuſſu
torqueretur, *in tormentis, non ſolùm de morte Chilperici Regis, verùm etiam di-*
[c] Gregor. Tur. *uerſa ſcelera ſe admiſiſſe confeſſus* [c] *eſt*, Brunichildis autem, ſi conſciam eiuſ-
lib. 10. cap. 19. dem criminis ſe noſſet, Sunnigiſilum tormentis numquam addixiſſet.

X. Quarto loco Fredegarius & Aimoinus Brunichildem participem faciunt necis illatæ Theodoberto eius nepoti, Auſtraſiorum Regi; & in oratione Clotarij *Theodoricus Brunichildis credulus perſuaſionibus, quòd Theodebertus eius non eſſet germanus, effuſor fraterni ſanguinis* apud Aimoinum nuncupatur. Diſſidij, quod inter fratres exortum eſt, veram cauſam expoſuimus ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum, non quòd Theodoricus Theodobertum fratrem ſuum eſſe inficiaretur, aut meretrice natum in adulterio contenderet,
* l'Alſace. ſed quòd ei Theodobertus Elſatiam * auferre vellet. Illius rei fidem facit
[d] Cap. 37. Fredegarius [d] his verbis, *anno XV. regni Theuderici, cùm Aleſationes, vbi fue-*
rat enutritus, Præcepto patris ſui Childeberti tenebat, à Theudeberto ritu barbaro
[e] Lib. 3. c. 96. *peruaditur.* Et Aimoinus [e] iſtis, *anno XV. regni ſui Theodebertus aliqua ſibi de*
fratris Theodorici poſſeſſionibus adiungere parans eum in ſe excitauit. Pax inter fratres eodem anno reſtituta eſt, ſed iniquis prorſus conditionibus, quia Theodobertus Theodoricum circumuenit. Audi Fredegarium. *Placitum inter hos*
* Seltz. *duos Reges, vt Francorum iudicio finiretur, in Saloiſſa * caſtro inſtituunt. Ibique*
Theudericus cum ſcaritis tantùm X. millibus acceſſit: Theudebertus verò cum magno
exercitu Auſtraſiorum, inibi prælium volens committendum, adgreditur. Quò cùm
vndique Theudericus ab exercitu Theudeberti circumdaretur, coactus atque compul-
ſus Theudericus timore perterritus, per pactionis vinculum Alſatios ad partem Theu-
* Suntgow. *deberti firmauit, etiam Sugintenſes *, & Turenſes *, & Campanenſes, quod ſæ-*
* Turgow. *piùs repetebat, idémque amiſiſſe viſus eſt, regreſſi ſunt vterque ad ſedes proprias.*
Audi & Aimoinum. *Prouido prudentium conſilio virorum electus eſt locus, cui*
Saloiſſa cognomen, vt fratres ad deſtinatum locum cum paucis, ſed Francia, id eſt, Neuſtriæ, *Primoribus, conuenientes quæ pacis eſſent eligerent. Ibi Theodoricus cum decem millibus tantùm virorum, Theodebertus verò cum magna Auſtraſiorum affuit manu, bello etiam, ſi frater petitis annueret, turbare pacem volens. Theodoricus tantæ multitudinis contemplatione perterritus, quæ ille cupiebat, quamuis non ſponte, conceſſit. Conuentus fratrum huiuſmodi fuit. Vt Aleſatio, & Sugitenſi, Turonenſi quoque* (Turenſem Comitatum in Turonenſem malè deflexit) *ac Campanenſi Comitatu Theodoricus cederet, & ad Theodebertum ius omnium horum tranſiret. Inde cum gratia, ſed ſimulata, diſceſſum eſt, ac ſe inuicem ſalutantes vterque ad ſua regna ſunt regreſſi.* Anno Chriſti ſexcenteſimo vndecimo Theodoricus amicitiâ cum Clotario firmatâ cogitauit de inuadendis Theodo-
[f] Lib. 3. c. 98. berti ditionibus. *Theodoricus*, inquit Aimoinus [f], *acceptas iniurias vlciſci deſi-*
derans, cum ſuis tractabat, quo pacto fratrem opprimeret. Anno ſequenti ventum eſt ad arma. Cladem vltimam Theodoberti non eodem modo narrant Frede-
[g] Cap. 38. garius [g] & Aimoinus [h]. At qui litem componat, in vita ſancti Columbani
[h] Lib. 3. c. 98. præſtò eſt Ionas, & Fredegario, & Authore libri de Geſtis Regum Franco-
rum,

AN. CH. 613. CLOTAR. II. R. 30. THEODOR. II. R. 18. SIGEB. II. R. 1.

rum, quem Aimoinus hoc loco exſcripſit, antiquior. Aduerte quid hic de Theodoberti nece ſcribat. *Perſecutus eſt Theodebertum Theodericus, & ſuorum proditione captum, ad auiam Brunehildem direxit, quem cùm auia recepiſſet, quia Theoderici partibus Brunehildis fauens erat, furens Theodebertum fieri Clericum rogauit. At non poſt multos dies, impiè nimis poſt Clericatum perimi iuſſit.* Licèt Ioοas Brunichildi non ſemper æquus ſit, tantùm abeſt vt eam cædis illatæ Theodoberto ream dicat, quin potiùs docet piè ſtuduiſſe placando victoris animo, vitámque victo illâ imperraſſe lege, vt detonsâ comâ Clericus fieret, & de recuperando regno numquam cogitaret. Fredegarius, qui Ionam legerat, reticuit Clericatum & mortem Theodoberti, ſed eius exilium indicauit diſtinctis his verbis, *Theudebertus vinctus Cabillonno deſtinatur.* Anonymus [a] qui Geſta Regum Francorum ſcripſit, finxit Theodoberrum Coloniæ necatum fuiſſe à quodam Auſtraſio, qui rem perutilem patriæ ac pergratam Theodorico ſe facturum putauit. Aimoino, qui Fredegarium & Anonymum reuoluerat, Anonymus hoc loco magis placuit quàm Fredegarius, ſed Aoonymo Fredegarium, vtrique Ionam præſtare nemo nõn intelligit.

[a] Cap. 35.

XI. Quinto loco Clotarius Rex apud Fredegarium ait necatum à Brunichilde Clotarium Theodoberti Regis filium. Duo filij Theodoberto fuerunt Clotarius & Merouεus. Vtriuſque meminit Fredegarius; Clotarij ſic [b], *Theudebertus & filius ſuus Chlotarius;* Merouei ſic [c], *Theudebertus vinctus Cabillonno* * *deſtinatur. Filius eius nomine Merouεus paruulus ad petram percutitur.* Neutrius nomen prodit Anonymus in Geſtis Regum Francorum, & vtrumque paruulum fuiſſe, cùm Theodobertus pater interiit, affirmat [d] his verbis. *Theudericus Rex cum filia Theudoberti Regis fratris ſui, vel duobus filiis eius paruulis, reuerſus eſt ad vrbem Metenſem.* Aimoinus & à Fredegario & ab Anonymo diſcrepat. Retiect nomen paruuli quem Fredegarius Merouεum vocat, & alteri, quem Fredegarius Clotarium appellat, Merouei nomen attribuit. Deinde quos Anonymus paruulos dicit, eos ætate inter ſe longè diſpares facit, Merouεum enim à Theodoberto *iampridem genitum* & alterum *in albis* adhuc conſtitutum ait, eóque modo ſubindicat eos oatos eſſe ex duabus vxoribus, ſeniorem ex Belichilde, iuniorem ex Theudechilde, vt à nobis iam notatum eſt ſuprà. Neutrum autem interemit Brunichildis. Fredegarius mortem Theodoberti Regis & Clotarij ſenioris filij prætermiſit, Meroneum verò Theodoberti Regis alterum filium iuſſu Theodorici patrui necatum ſic aſſeruit [e]. *Theudebertus vinctus Cabillonno deſtinatur. Filius eius nomiue Merouεus paruulus, iuſſu Theuderici adprehenſus à quodam per pedem, ad petram percutitur, cerebróque eius capitis erupto amiſit ſpiritum.* Brunichildis aberat à Theodorici comitatu, remanſerat enim io Burgundia, vt docet Ionas in vita ſancti Columbani, cùm Theodobertum à Theodorico fratre captum & ad auiam Brunichildem directum ita ſcribit. *Perſecutus eſt Theodebertum Theodericus, & ſuorum proditione captum ad auiam Brunehildem direxit, quem cùm auia recepiſſet, fieri Clericum rogauit.* Iuſſu quoque Theodorici Regis occiſus eſt Clotarius alter Theodoberti filius, ambos enim Theodoberti filios à Theodorico ioterfectos Anonymus in Geſtis Regum Francorum ita reſtatur [f]. *Theudericus Rex cum filia Theudoberti Regis fratris ſui, vel duobus filiis eius paruulis reuerſus eſt ad vrbem Metenſem, ibíque Brunihildis Regina aduenerat. Adprehenſóſque pueros filios Theudoberti interfecit.* Aimoinus autem ſcelus quod Anonymus à Theodorico perpetratum aſſerit, perperam ad Brunichildem ita detorquet [g]. *Theodoricus dum Mettis aduenisſet, repperit auiam ſuam Brunechildem inibi obuiam ſibi veniſſe. Qua arreptis Theodeberti filiis, eos ſine mora neci tradidit.* Et alibi [h] Clotarium Regem introducit Brunichildi ſic loquentem. *Theodoricus tuis credulus perſuaſionibus, quòd Theodebertus eius non eſſet germanus, effuſor extitit fraterni ſanguinis, cùm iampridem Merouei ex ſe geniti cruore pollutas gereret manus. Theodeberti filium, in albis noua regenerationis adhuc conſtitutum, à te ad petram alliſum, notum eſt cum fratre innocentem exhalaſſe ſpiritum.* Denique vt intelligas

[b] Cap. 42.
[c] Cap. 35.
* Chalon ſur Saone.
[d] Cap. 38.
[e] Cap. 38.
[f] Cap. 35.
[g] Lib. 3. cap. 95.
[h] Lib. 4. cap. 1.

AN. CH. Aimoinum ſibi parum conſtare, obſerua Theodoberti filium natu maiorem
613. ab eo vocari Meroueum in textu proximè recitato, & in alio loco [a] nomen
CLOTAR. Merouei tribui alteri filio Theodoberti natu minori. *Arreptis*, inquit, *Theo-*
II. R. 30. *deberti filiis, eos ſine mora neci tradidit, & minorem quidem natu, nomine Merô-*
THEODOR. II. *ueum, in albis adhuc poſitum, lapidi illiſum innocentem coegit exhalare ſpiritum.*
R. 18. Sexto loco Clotarius Rex apud Fredegarium ait Meroueum filium ſuum à
SIGIB. II. Brunichilde occiſum fuiſſe. Aimoinus hunc Meroueum expunxit, aliúmque
R. 1. repoſuit Theodoberti Regis filium. At quemadmodum teſte Fredegario to-
ties iam allegato Theodoricus abſente Brunichilde Meroueum Theodoberti
[a] Lib. 3. c. 98. filium enecari præcepit, ita & Meroueum Clotarij filium, quem bello captum
XII. detinebat, è viuis tolli proculdubio iuſſit inſciâ Brunichilde.

XIII. Septimo loco Clotarius apud Fredegarium & Aimoinum obiicit Bruni-
childi mortem Theodorici Regis. Verùm Theodoricus apud eundem Frede-
[b] Cap. 39. garium [b] *Mettis profluuio ventris moritur*, vel, vt in vita ſancti Columbani lo-
quitur qui ceteris authoritate præſtat Ionas, *penes Metenſe morans oppidum, di-
uinitus percuſſus, inter flagrantis ignis incendia mortuus eſt.* Nihil ibi criminis
[c] Cap. 39. in Brunichilde. Nec audiendi ſunt Anonymus [c] fabulator qui Geſta Regum
[d] Lib. 3. c. 100. Francorum ſcripſit, eiúſque exſcriptor Aimoinus [d], qui Theodoricum ve-
neno ab auia Brunichilde potum finxerunt.

XIV. Denique apud Fredegarium & Aimoinum Clotarius Brunichildem inſi-
[e] Cap. 39. mulat necis, quæ tribus Theodorici filiis illata fuit. In Geſtis Regum [e] Fran-
corum hi pueri à proauia Brunichilde cæſi perhibentur. *Theodoricus*, inquit
Author illius libri, *iniquum fudit ſpiritum. Illóque mortuo paruulos filios eius
iniquiter ipſa Brunihildis iugulauit. Iuniorem verò puerum in albis eliſo cerebro ad
petram interfecit.* Refragantur Ionas atque ipſimet Fredegarius & Aimoinus,
qui filios Theodorici Regis in Clotarij poteſtatem veniſſe, & ab eo necatos
eſſe ſcribunt. Ionas in vita ſancti Columbani tradit à Clotario captos eſſe
Sigibertum Theodorici filium natu maximum *fratréſque eius quinque*, ſed iam
monuimus errore librariorum pro duobus ſcriptos eſſe quinque, quia in Co-
dicibus manuſcriptis binarius numerus II. ad quinarium V. proximè acce-
dit. Idem Author addit prædictos Theodorici filios à Clotario victore inter-
emptos fuiſſe. *Theoderici filios*, inquit, *cum auia Brunehilde cepit, pueros ſepa-
[f] Cap. 42. ratim peremit.* Fredegarius [f] de Theodorici filiis multò diſtinctiùs agit, do-
cétque ex quatuor Theodorici filiis tres tantùm à Clotario captos eſſe, Sigi-
bertum, Corbum & Meroueum, Childeberto fugâ lapſo; & ex tribus qui
capti fuerant duos duntaxat Sigibertum & Corbum iuſſu Clotarij interfectos
eſſe, vitâ Meroueo conceſsâ. *Captis filiis Theuderici tribus, Sigoberto, Corbo &
Merouco, Childebertus fugaciter aſcendens, numquam poſteà fuit reuerſus. Sigober-
tus & Corbus iuſſu Chlotarij interfecti ſunt. Meroueus ſecretiùs iuſſu Chlotarij in
Neptriam perducitur, eundem amplectens amore, quòd ipſum de ſancto accepit la-
uacro, & Ingobodi Grafioni commendatur, vbi plures pòſt annos vixit.* Fredega-
[g] Lib. 4. c. 1. rio aſtipulatur Aimoinus [g] his verbis. *Captis tribus Theodorici filiis, Sigeberto,
Corbo atque Meroueo, nam quartus nomine Childebertus pernicis equi ſubſidio vſus,
prælio elapſus, nuſquam poſtmodum eſt repertus, Brunechildis cum Theudelana Theo-
dorici germana Chlotario præſentatur. In cuius conſpectu Chlotarius Sigebertum ac
Corbum eius nepotes, Theodorico progenitos iugulari iuſsit. Meroueum verò, cui ipſe
pater ſpiritualis in baptiſmo fuerat datus, Ingobodi Graphioni commendans, in Ne-
ptricum perduci, atque ibi nutriri clementiſsimè mandauit.* Quòd autem hîc au-
dis duos tantùm Theodorici filios à Clotario peremptos eſſe, deſiderabis ter-
tium, nam Clotarius trium meminit, at tertij nomine Childebertum rectè
intelliges, qui prout Fredegarius & Aimoinus teſtantur, pernicis equi ſubſi-
dio vſus, prælio, quo fratres capti ſunt, elapſus nuſquam poſteà viſus eſt, &
pro mortuo haberi potuit à Clotario. Verùm quid ibi criminis commiſit Bru-
[h] Lib. 4. c. 1. nichildis? Audiamus ipſummet Clotarium apud Aimoinum [h]. *Illud*, inquit,
non omittendum recens piaculum, Theodorici filios, vt aduersùm me bella mouerent,

AN. CH. 613. CLOTAR. II. R. 30. THEODOR. II. R. 18. SIGIB. II. R. 1.

perſuaſos, tres ex ipſis ac ſi reos, neci eſſe traditos. Brunichildis accuſatur duntaxat à Clotario, quòd pronepotum ſuorum cauſam tueri contenderit, ſi ſecus feciſſet, num oblita pietatis apud poſteros in vituperium meritò veniſſet?

XV.

Penes lectorem iam iudicium eſto in rebus Brunichildis, verùm Fredegario & Aimoino, aut etiam Geſtis Regum Francorum ex quibus pleraque exſcripſit Aimoinus, fides haberi debeat. Imponunt ſanè Clotario Fredegarius & Aimoinus. Numquam Clotarius dixit interfectos per Brunichildem decem Reges, quorum multi vel ipſius Clotarij, vel Fredegundis, nullus Brunichildis ſcelere periit. Nam Chilpericum quidem Regem malitia ſua, Theodobertum Regem cum eius filiis & Merouco Clotarij Regis filio Theodoricus Rex, Theodoricum Regem vltio diuina extinxit; ſed Sigibertum Regem Brunichildis Reginæ maritum cum Merouco Chilperici Regis filio Fredegundis Clotarij Regis mater ſuſtulit, & Theodorici Regis filios ipſemet Clotarius Rex enecauit, vt Merouci filij ſui à Theodorico perempti necem vlciſceretur.

XVI.

Res quamplurimas à Regina Brunichilde præclarè geſtas ſuis locis expoſuimus, nec omittendum hic putamus elogium, quod ab Aimoino [a] poſt tot mendacia veritas ipſa extorſit his verbis. *Nec Brunechildis ex toto ita vecors extitit, quin Dei ac Sanctorum eius memorias, à prædeceſſoribus ſtructas, venerabiliter excoleret, ipſiſque nouas fabricando deuotè multiplicaret. Nam in ſuburbano Landunenſi* * *Baſilicam in honore ſancti conſtruxit Vincentij, & apud Auguſtidunum aliam Sancto dedicari iuſſit Martino, vſa neceſſariis ad hoc opus miniſteriis venerabilis viri Siagrij, prædicta vrbis Epiſcopi. Multis quidem & aliis in locis ſub nomine ſancti Martini magnificas fundauit Eccleſias, illum ſibi præ ceteris adiutorem fore confidens, & confidendo expoſcens. Ædificia ſanè ab ipſa conſtructa vſque in tempus durantia, oſtenduntur tam innumera, vt incredibile videatur ab vna muliere, & in Auſtria tantummodò & Burgundia regnante, tanta in tam diuerſis Franciæ partibus fieri potuiſſe.* Ita ſcribebat Aimoinus ſub Roberto Rege poſt annum Incarnationis Dominicæ milleſimum. Alia quoque permulta, quæ ſilentio præterire nolumus, ad Brunichildis commendationem Hadrianus Valeſius libro decimo-ſeptimo rerum Francicarum ita congeſſit. *In Aquitania prima, ſilua erat Leccenna non contemnendæ magnitudinis, Biturigibus Aruerniſque confinis, è quibus Bituriges Burgundiæ, Aruerni Auſtriæ Regibus parebant. Ea in ſilua ætate Aimoini oſtendebatur lapidea domus Brunichildis Francorum Reginæ, amœniſſimo loco ædificata, quam fluuiolus præterfluens, prata à latere irrigabat, arua à fronte obiecta cingebantur ſiluâ ad venationem appoſitâ. Fuit & ante annos D. Turris Brunichildis, prope Eccleſiam ſancti Iuliani in pago Stampenſi ſita. In via Romana, quæ à Geſoriaco Bagacum* * *ducit, prope Turnacum ſpectantur hodiéque rudera, vulgo ſaxa Brunichildis ab auctore ædificij dicta. Quid memorem caſtrum Brunichildis in finibus Cadurcorum, haud dubiè ab auctore ſua ita cognominatum, Vicecomitatûs honore hodiéque pollens, vbi Cella eſt Monaſterio Moiſacenſi ſubiecta? Vrbem autem Cadurcos pagúmque Cadurcinum Brunichildis poſſedit, ita vt ibi facilè ac libenter, tanquam in ſuo, caſtrum aliquod ædificare potuerit. Quid referam vias militares, portentoſas Romanæ magnitudinis reliquias, quas partim vetuſtate partim incuriâ interruptas & collapſas eadem Regina reſtituit atque auxit? Vnde hodiéque in Belgica Atrebates, Neruij, Luciliburgenſes, Namurcenſes & Picardi vias illas, vulgò à multa calce ſubſtracta & ab auctore operis Calcatas* * *Brunichildis, nonnumquam ob duritiam vel colorem glareæ Vias Ferratas dicunt. Certè via Romana, quæ à Caſtello Morinorum per Camaracum, Bagacum Neruiorum, Geminiacum, pérque Aduacam Tungrorum & Iuliacum Coloniam Agrippinam ducit, longa millia paſſuum circiter* CLXX. *etiam nunc ab accolis Calcata Brunichildis vocatur. Idem eſt nomen & via à Bagaco Neruiorum per Verbinum & Catuſiacum Durocortorum Remorum ducenti, aliiſque Belgicæ publicis aggeribus. Et in quodam Chronico reperio, Brunichildem multa opera admiranda extruxiſſe, in his viam publicam à Camaraco*

[a] Lib. 4. c. 1.

* de Laon.

LAVS BRVNICHILDIS.

* Bauay.

* les Chauſſées de Brunehaut.

AN. CH. 613.
CLOTAR. II. R. 30.
THEODOR. II. R. 18.
SIGIB. II. R. 1.

*per Atrebatas & Taruennam (quas vrbes Chlotharius minor amiſerat) ſtraniſſe & vſque ad mare perduxiſſe, qua Calcata Brunichildis vocaretur, quam ego exiſtimo ab ea refectam eſſe tantùm ac reſtitutam. Extant hodiéque in ſiluis Sedelaucenſibus *, aliiſque nonnullis Burgundia locis reliquia Viarum à Brunichilde refectarum, & ſilice ſtratarum, qua ita lata ſunt, vt eà bini carri ducantur, adeò edita, vt vulgò Aggeres Brunichildis appellentur.* Chronicon, quod ab Hadriano Valeſio laudatur, non aliud eſt à Ioannis Iperij Chronico, cuius fragmentum ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum à Ferreolo Locrio in Chronico Belgico ſic recitatur. *Brunechildis Eccleſiam ſancti Vincentij Laudunenſis fundauit; multa etiam opera miranda conſtruxit; inter qua ſtratam publicam de Cameraco ad Atrebatum, hinc ad Marinum, & vſque in mare ad Witſantum fecit, qua Calchera Brunechildis appellatur vſque in hodiernum diem.* Floruit Ioannes Iperius ſeculo decimo-quarto, factúſque eſt Abbas Sithienſis anno Chriſti milleſimo treccenteſimo ſexageſimo-quinto, vt Marcus Vaſſorus Eccleſiæ Morinenſis Preſbyter docet apud Iacobum Malbrancum initio ſcholiarum in librum tertium de Morinis. Calcatas Brunichildis accuratè deſcripſerunt Miræus in Chronico [a] Belgico, & Vinchantius in Annalibus [b] Hannoniæ. Ioannes Bollandus Societatis Ieſu Preſbyter Theologus in notis ad vitam [c] ſancti Nicetij Epiſcopi Veſontini ſcribit innocentiam & ſanctitatem Brunichildis, integro volumine, quod nondum tamen editum eſt in lucem, à Ioanne Floydo eiuſdem Societatis Sacerdote aſſeri, ipſe verò cui lubenter ſuffragamur, illam Reginam neque tam nigram retur fuiſſe quàm fingitur à Gallicis Scriptoribus qui regnantibus Clotarij Secundi poſteris aut recentioribus ſeculis vixerunt, neque adeò ſanctam vt ad aras inuocanda videatur.

* de Saulieu.
[a] Ad ann. 613.
[b] Lib. 2 c. 14.
[c] D. 8. Febr.

XVII. Clotarius Auſtriâ & Burgundiâ potitus vniuerſam Francorum Monarchiam obtinuit, túncque, vt Fredegarius [d] ait, *firmatum eſt omne regnum Francorum, ſicut à priore Chlotario fuerat dominatum*, ante annos vt ſupputauimus quinquaquaginta-duos. Licèt autem Clotario Secundo Rege in vnam Monarchiam omnis Francia denuò coaluerit, non tamen abolita fuit eius diuiſio in tria regna Burgundiæ, Auſtriæ, & Neuſtriæ. Quapropter hoc anno Clotarius Warnacharium Burgundiæ, Radonem Auſtriæ, Maiores domûs præfecit, vt obſeruat Fredegarius, qui quoniam annos incompletos inſtar completorum numerare conſueuit, eundem annum Clotarij Regis in Neuſtria triceſimum, in Auſtria & in Burgundia primum vocat, quo Clotarius in pago Vltraiurano Ducem etiam inſtituit Erponem Theudelanis loco. Duos deinceps Characteres ſingulis annis Clotarij præfigemus, prior annos regni Neuſtraſiani ab obitu Chilperici patris, poſterior annos regnorum Auſtraſiani & Burgundici à morte Sigiberti Regis agnati numerabit. Regnauit Clotarius annos ſexdecim in Auſtria & Burgundia. Fredegarius res ab eo geſtas poſt cædem Brunichildis ita perſequitur [e]. *Warnacharius in regno Burgundiæ ſubſtituitur Maior domûs, ſacramento à Chlotario accepto, ne vnquam vitæ ſua temporibus degradaretur. In Auſter Rado idémque hunc gradum honoris adſumpſit. Firmatum eſt omne regnum Francorum, ſicut à priore Chlotario fuerat dominatum, cunctis theſauris ditioni Chlotarij iunioris ſubiectis. Quod feliciter pòſt XVI. annos tenuit, pacem habens cum vniuerſis gentibus vicinis. Iſte Chlotarius fuit patientia deditus, litteris eruditus, timens Deum, Eccleſiarum & Sacerdotum magnus munerator, pauperibus eleemoſynam tribuens, benignum ſe omnibus & pietate plenum oſtendens, venatione ferarum nimiùm aſſiduè vtens, & poſtremùm mulierum & puellarum ſuggeſtionibus nimiùm annuens, ob hoc quidem blaſphematus à leudibus. Cùm anno XXX. regni ſui, in Burgundia & Auſtria regnum arripuiſſet, Erponem Ducem genere Francum, loco Theudelanis in pago Vltraiurano inſtituit.* Maior domûs in Neuſtria tunc erat Gundolandus, vt ex Erchanberti fragmento [f] conſtat, ſucceſſerat Landerico cuius mentionem ad annum Chriſti ſexcenteſimum quartum fecimus.

[d] Cap. 42.
[e] Capp. 42. 43.
CLOTARII REGIS MORES.
[f] Tom. 1 collect. Hiſtoric. Franc.

XVIII. EVSEBIVS FIT ABBAS LVXOVIENSIS.

Columbanus Abbas Bobienſis, cùm Burgundiam in poteſtatem Clotarij

AN. CH. 613. CLOTAR. II. R. 30. THEODOR. II. R. 18. SIGIB. II. R. 1.

veniſſe reſciit, ſtatim illuc reuerti præcepit Euſtaſium, qui curam Luxouienſis Monaſterij ſuſciperet. Abbate Columbano & Monachis à Theodorico Rege pulſis Luxouium occuparant paſtores, recuperarat Walericus Columbani diſcipulus, ſed bona Cœnobij detinebant adhuc laici, cùm Euſtaſius ex Italia remeauit. Hæc paucis in vita ſancti Walerici [a] Scriptor Ionâ quem citat paulò recentior ita docet. *Cùm ab illo Cœnobio ſanctus Columbanus cum fratribus ſuis eſſet expulſus, paſtores quidam eum locum ſibi vendicarunt, ſed beatus Walericus Domini virtute profanis ſine ſecularibus hominibus inde expulſis, cœpit locum ſacrum reſtituere, iámque beatus Euſtachius à ſancto Columbano miſſus erat, vt illi Cœnobio præeſſet, licèt eius fines quoſdam etiamnum homines ſeculares occuparent, qui cùm litem intentarent, beatus Euſtachius & generis & morum nobilitate venerabilis vnà cum famulo Dei Walerico* * *adeò illos efficacibus & mellitis ſermonibus, Domino illi opem ferente, ab iam dictis Cœnobij finibus amouit, vt nullum prorſus inter illos contentionis ſcandalum extiterit.* Adeò felicia fuerunt Abbatis Euſtaſij primordia, iuuante plurimùm Clotario Rege, qui Columbanum Abbatem eiúſque diſcipulos multùm diligebat, nam & Lutrenſibus Monachis, qui ſub eiuſdem Columbani Regula viuebant, ampliſſimas facultates iiſdem temporibus conceſſit, vt ex vita ſancti Deicoli conſtat. Erat fiſcus regalis prope Monaſterium Lutrenſe. Illuc acceſſit Clotarius, vt animum venatione recrearet. Aper à canibus fatigatus ad cellam Abbatis Deicoli tanquam ad aſylum confugit. Venatores acriter feram inſequentes cellam ingrediuntur, & aprum ferocitatis oblitum intuentes ad Regem id quod gerebatur narraturi reuerterunt, qui protinus ad cellam Abbatis ſe contulit, quod vt animaduertit Deicolus ſtatim in occurſum Regis venit, eíque totam vitæ ſuæ rationem expoſuit. Rex eum de rebus ſui Monaſterij interrogauit. Abbas, vt Author vitæ teſtatur [b], ita reſpondit. *Scriptum eſt, quia timentibus Deum nihil deeſt, hoc autem te non lateat, quia pauperem vitam gerimus, ſed ſufficit nobis ſi timuerimus Deum. Et cùm Rex agnouiſſet quia beati Columbani eſſet diſcipulus, ait. Certè, Pater mi, tantùm ſta nobiſcum, & ne derelinquas nos; ego ſatis penſabo qualiter locus iſte propter Paternitatem tuam in poſterum abſque penuria ſtabiliatur; omnia quæ huc vſque ad mei arbitrium in iſta vicinia pertinebant, ſiue in ſiluis vel piſcationibus regalibus, pratis quoque vel paſcuis, ab hodierna die & deinceps tradens tibi trado & huic ſacro loco perpetualiter poſſidendum. Quin inſuper apud villam quæ Bredanas vocatur, cum Eccleſia & omnibus quæ ibi habentur, firmiter delego. Et quia hic vineta deſunt, omnia quæ apud ſanctum Antonium iuris mei dicuntur, liberâ traditione vt Patri digniſſimo liberaliter trado.* His ita firmatis, vidente Rege & omnibus qui aderant, Abbatis iuſſu aper abſque vllius læſione abiit in ſyluam, & Rex benedictione Patris deuotè perceptâ cum gaudio receſſit. Deicolus, ſi fides eſt eidem Scriptori, Romam paulò pòſt adiit, Monaſteriumréſque illius in tutelam Romani Pontificis aſſeruit eâ lege, vt omnes ſucceſſores Abbates annis ſingulis Romam Papæ pro cenſu decem ſolidos argenti deferrent, *patratíſque omnibus, pro quibus venerat, iuxta formæ petitionis rationem, accepit chartam Apoſtolicâ auctoritate ſigillatam, vt quamdiu mundus ſteterit, eiuſdem loci Abbas, qui ſecundùm electionem fratrum ibi commorantium ordinatus fuerit, in omnibus habeat liberum arbitrium diſponendi quæ Dei ſunt abſque vllius contradictione. Quia inſuper manu claniferâ ſub anathematis vinculo Præceptum dedit, vt nulli Regum vel Optimatum vnquam liceat loco præfato moleſtiam inferre, vel vi, vel poteſtate, niſi qui Romanum Imperium miniſtrat, & aduocationem Apoſtolicæ Sedis ſortitur, ſemper eundem locum defenſione ſuâ fideliter tueatur.* Ea peregrinatio fabulam redolet excogitatam ab Authore qui procul abfuit ab ætate Deicoli. Quomodò enim is, qui ante aliquot annos, cùm Luxouio expelleretur, ob prouectiorem ætatem ad ſecundum milliare ſubſtiterat, Romam proficiſci potuit, & Occidentali Imperio iampridem euerſo quid iuris in partes Burgundiæ vel in Franciam Heraclio tunc Imperatori competebat?

[a] Apud Sur. die 1. Apr.

* Valery.

CLOTARIVS REX DITAT MONAST. LVTRENSE.

[b] Ap. Bolland. d. 18. Ianu.

PRIVILEGIVM MONASTERII LVTRENSIS REFVTATVR.

AN. CH. 613. XIX.

Asclepevs Ep. Lemovic. moritvr.

Hoc anno ſanctus Aſclepeus ſiue Aſclepiodorus Lemouicenſis Epiſcopus migrauit ad Deum nono Kalendas Ianuarias. Reliquiæ aſſeruantur in Auguſtinianorum Cœnobio, vbi per beatiſſimi Pontificis interceſſionem præſens opitulatio frequenter ſuccurrit laborantibus hæmorreos infirmitatè, prout annotauit Sauſſaius in Supplemento Martyrologij Gallicani die prædicto. Sanctus Ferreolus eius deceſſor in viuis adhuc ſuperſtes erat anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-primo, vt ad illum annum notauimus. Lege quæ de ſucceſſore dicentur anno ſequenti. Lemouicenſium Epiſcoporum Chronologia certioribus Characteribus caret.

614. Clotar. II. R. 31.

ANNVS
CHRISTI 614.
CLOTARII II. R. 31. 2.

I. Evstasivs Abb. Lvxov. Bobivm mittitvr.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto Clotarius Rex, cùm Auſtriæ ac Burgundiæ rebus prouidiſſet, in Neuſtriam reuerſus eſt directo in Italiam Euſtaſio Abbate Luxouienſi, qui Columbanum è Longobardia in Franciam hortaretur redire. Legationem illam ita deſcribit Ionas in vita ſancti Columbani. *Memoratus Clotharius viri Dei prophetiæ effectum in ſe fuiſſe impletum cernens, venerabilem Euſtaſium, qui eius in loco Luxouienſe Monaſterium regebat, ad ſe venire imperat, quem pio affamine rogat, vt ſibi cum ſupplemento publico Legatione fungi curet, ſociósque quos vellet nobilium virorum haberet, qui ſui vadimonij arbitri eſſent, póſtque beatum Columbanum pergerent, quocunque reperiſſent in loco, elegantíque ſuaſu ad ſe venire hortarentur.* In itinere Euſtaſius adiit Agaunum, vt patet ex ſancti Amati vita, cuius Author [a] hæc habet. *Per id tempus in Voſagi partibus vir egregius & religione celeberrimus Abbas Euſtachius morabatur. Is quandoque Italiam petiturus, venit ad Agaunenſe Cœnobium, cœpítque inquirere, quiſnam illic ſanctitate ceteris antecellere videretur, dictúmque eſt illi. Itáne ignotus tibi eſt ſanctus vir Amatus, qui in hac celſiſſima rupe iam triennium ferè duram & aſperam agit vitam? His auditis per arctam & penè præcipitem ad eum tetendit ſemitam, inuentúmque virum tantâ Dei charitate complexus eſt, vt nullo pacto eum ſibi deeſſe pateretur.* Agauno Euſtaſius profectus eſt Bobium. *Viſo Euſtaſio*, inquit Ionas, *beatus Columbanus gauiſus, recepti muneris aditu gratulabatur, retentúmque penes ſe aliquantiſper, hortatur vt ſui laboris reminiſceretur, cohortem fratrum diſciplinæ habenis erudiret, multorúmque collegio Chriſti plebem adunaret, ſuíſque inſtitutis educaret. Dimiſſum ergo poſt hæc ad Clotharium ire iubet, talibúſque reſponſis regias mulcere imperat aures, ſéque retrò repedare nullatenus ratum duceret, tantummodò poſcere, vt ſodales ſuos, qui Luxonium incolebant, regali adminiculo ac præſidio foueret, & literas caſtigationum effamine plenas Regi dirigit.* Theodorus in vita ſancti Magni teſtatur Columbanum, cùm Bobij degeret, per literas à Clotario poſtulaſſe, vt Gallum & Magnum in ſuo conſiſtentes regno *benignè per amorem Domini foueret, eiſque familiaria loca, prout opportunum foret, in ſua mercede tribueret.* Vnde colligimus omnia Cœnobia, quæ Columbani Regulam in regno Franciæ profitebantur, ab ipſo Columbano per Euſtaſium Regi Clotario fuiſſe commendata. Ceterùm ad Chronologiæ noſtræ confirmationem obſerua Columbanum, cuius mortem anno ſequenti conſignabimus, vno duntaxat anno vixiſſe poſt obitam ab Euſtaſio Legationem, quâ narratâ Ionas hæc proximè ſubiungit. *Beatus Columbanus expleto anni circulo, in antedicto Cœnobio Bobienſe, vitâ beatâ functus, animam membris ſolutam cælo reddidit.* Quo loco corrigendus eſt Surius, qui mutatâ phraſi Ionam ſic expoſuit, vt Columbanum dixerit mor-

[a] Ap. Sur. d. 13. Sept.

Amatvm invisit prope Agavnvm.

Colvmbano redivtvm in Franciam svadere non potest.

AN. CH. 614.
CLOTAR. II. R. 31.

tuum poſt annum ex quo ingreſſus eſt in Italiam, non autem ex quo Legatione functus eſt apud eum Euſtaſius *Beatus Columbanus*, verba ſunt Surij, *cùm annum vnum egiſſet in Monaſterio Bobienſi, vitâ beatâ functus, animam corpore ſolutam cælo reddidit.* Manſit ſanè Columbanus Bobij per triennium, illuc enim profectus eſt anno Chriſti ſexcenteſimo-duodecimo, quo Theodoricus Rex Theodobertum fratrem deuicit. Id diſtinctè docet Ionas his verbis, *beatus Columbanus cùm vidiſſet deuictum à Theoderico Theodebertum, relictâ Galliâ atque Germaniâ, Italiam ingreditur*, ibique Ionæ Surius iiſdem fermè verbis ſic aſtipulatur, *beatus Columbanus vt vidit Theodebertum à Theodorico deuictum, relictâ Galliâ atque Germaniâ, in Italiam ingreditur.*

II. BOBIO WANDOLENVM.

Euſtaſius Bobio reuerſus eſt ad Clotarium Regem, qui tunc prope Oceanum in Occidentalibus Galliarum partibus morabatur. Iter habuit Agauno, Luxouio & Meldis. Luxouium celebres Monachos ſecum duxit, Wandolenum Bobio, Agauno Amatum. In vita ſancti Walerici quam Author propè æqualis ſcripſit [a], hæc leguntur de Wandoleno, quæ quoniam regnante Clotario ac ſuperſtite Columbano geſta ſunt, dubioprocul ad hunc annum pertinent. *Quidam è fratribus, Wandolenus nomine, quodam deſiderio inflammatus, petiit à beato Columbano copiam apud gentiles Chriſtum prædicandi, ſociúmque ſibi eo in opere, fouendæ religionis causâ, venerabilem virum Walericum adſciſcendi. Cui beatus Pater ſic fertur reſpondiſſe. Tu quidem, fili, bono zelo duci videris, ſed noueris Walericum magnum eſſe apud omnipotentem Deum. Caue igitur ne moleſtus ei ſis, ne quam ſcandali materiam excites. Permiſit verè illi, vt eum ſibi adiungeret.* Acceptâ proficiſcendi facultate Wandolenus itineri ſe commiſit cum Euſtaſio, qui rectà petiit Agaunum, & Amatum ex eremo vicina quam ferè per triennium iam incoluerat, duxit in Monaſterium Luxouienſe, nam Scriptor æqualis in vita ſancti Amati ſic de ipſo Euſtaſio ſcribit [b]. *Reuerſus ab Italia eum*, nempe Amatum, *Luxouium perduxit, aſſerens lucernam non ſub modio ſed ſuper candelabrum poni oportere, vt omnibus in domo Domini lumen ſuppeditet, cúmque perfectius vitæ genus ſectari, qui proprias ſedes reliquerit. Vbi autem in eo Monaſterio beatus Amatus aliquandiu verſatus fuit omnibus charus & amabilis effectus eſt.* Euſtaſius Amato Luxouij relicto perrexit ad aulam regiam cum Walerico & Wandoleno. *In itinere conſtitutus, venit quadam veſperâ ad domum cuiuſdam Chauerici, cuius vxor Leodegunda dicebatur, Chriſtiana & bonæ mentis fœmina, quorum filiam Burgundoforam nomine, beatus Columbanus Domino conſecrauerat*, vt ante quadriennium obſeruauimus. *Quam videlicet puellam cùm contra voluntatem eius pater ad nuptias tradere voluiſſet, dolore oculorum percuſſa, tanto febrium igne ſucccenſa eſt, vt vix ſuperis reddi crederetur, cúmque veniſſet illuc beatus Euſtaſius, patrem puellæ increpat, dicens ſua noxa eſſe, quòd ipſa tantis exureretur pœnis, qui viri Dei Columbani interdictum violare tentaſſet. At ille ſimulatâ compunctione. Vtinam, inquit, ſoſpitati redderetur, vt diuinis famularetur obſequiis, nec ego vlteriùs talibus obſiſterem votis. Accedens itaque Euſtaſius ad ſtratum puellæ ſciſcitabatur, ſi ſua fuerit aſſentationis, quòd contra beati Columbani interdictum poſt vota cæleſtia rurſus iteraret terrena. Cui reſpondens puella, teſtatur ſe talibus votis nunquam paruiſſe, vt terrenis cæleſtia commutaret, ſed paratam fuiſſe & eſſe beati viri parere præconiis, ſéque ait præteritâ nocte vidiſſe virum ſimilem eidem beato Euſtaſio, qui oculis ſuis lumen redderet, & vocem ſimul audiſſe dicentem. Quodcunque tibi dixerit vir iſte, fac & ſanaberis. Nunc igitur infer auribus meis, quæ mihi ſunt cuſtodienda, & tuis orationibus pelle dolorem à Domino illatum. Tunc proſtratus humo venerandus vir Euſtaſius cum lachrymis poſtulat Dominum, vt pollicitum munus exhibeat, ſurgénſque Crucem ſuper oculos exprimit, & oculos manu palpando, diuinum auxilium adeſſe implorat. Ad cuius tactum lumen illicò redditur, febrium ignis fugatur, redditámque ſoſpitati puellam matri commendat, donec ad Clotharium, quò iter arripuerat, rediens, religioſis eam veſtibus ſubdat.* Huc vſque Ionas in vita ſancti Euſtaſij.

[a] Ap. Sur. d. 1 Apr.

[b] Ap. Sur. d. 13. Sept.

AGAVNO AMATVM DVXIT LVXOVIVM,

MELDAS PROFICISCITVR CVM WALERICO ET WANDOLENO.

VISVM RESTITVIT FARÆ.

AN. CH. 614.
CLOTAR. II. R. 31. III.

REGI LITERAS COLVMBANI REDDIT.

Meldis, vbi Channericus ſiue Chanericus manere conſueuerat, vt idem Author in vita ſancti Columbani teſtatur, Euſtaſius iter proſecutus eſt ad Regem, *qui eo tempore*, vt idem quoque Ionas in vita ſancti Euſtaſij ſcribit, *in vltimis Galliæ finibus, Oceani maris vicina inhabitabat.* Literas à Columbano directas obtulit Clotario, quàm beneuolo eas animo Rex acceperit, docet præcitatus Ionas in vita ſancti Columbani. *Gratiſſimum munus Rex velut pignus fœderis viri Dei ouans recepit, nec eius petitioni obliuionis noxam præponit, omni præſidio ſupradictum Monaſterium munire ſtudet, annuis cenſibus ditat, terminos vndique prout voluntas venerabilis Euſtaſij erat, auget, omníque conatu ad auxilium inibi inhabitantium, ob viri Dei amorem intendit.* Illis literis non Luxouienſes tantùm Monachos, ſed eos omnes, qui Columbani Regulam in Francia profitebantur, ab ipſo Columbano commendatos Regi fuiſſe iam probauimus ex ſancti Magni vita, quam Theodorus eius diſcipulus conſcripſit. Monaſteriorum, in quibus apud Francos diſciplina Columbani cuſtodiebatur, celeberrima erant in Diœceſi Biſuntina, Luxouienſe quod Euſtaſius regebat, & Lutrenſe quod Deicolus adminiſtrabat. Clotarius ab Anonymo, vt anno priori notauimus, in vita ſancti Deicoli laudatur, quòd multa bona Cœnobio Lutrenſi contulerit, necnon à Iona in vita ſancti Columbani proximè citata, quòd erga Luxouienſe Monaſterium eâdem vſus ſit munificentiâ, ſed à Columbano rogatus vt Gallum & Magnum in ſuo conſiſtentes regno *benignè per amorem Domini foueret, eíſque familiaria loca, prout opportunum foret, in ſua mercede tribueret*, id minimè adimpleuit *propter diuerſorum inimicorum Dei infeſtationes*, vt loquitur Theodorus in vita ſancti Magni. Monachi Luxouienſes & Lutrenſes potiori curæ Clotario fuerunt quàm qui morabantur cum Gallo. Id negari non poteſt. At tota ratio peti debet à ſitu locorum. Nam Clotarius adiit ſæpè Burgundiam, totiéſque Cœnobia Lutrenſe ac Luxouienſe luſtrauit, nuſquam verò penetraſſe legitur in Epiſcopatum Conſtantienſem, vbi Gallus & Magnus conſederant. Atque ita Ionas in vita ſancti Columbani, Anonymus in vita ſancti Deicoli & Theodorus in vita ſancti Magni facilè conciliantur. Ionas enim, cùm ſcriberet vitam ſancti Columbani, qui Luxonienſe Monaſterium erexerat, ſatis eſſe duxit, ſi beneficiorum ſodalibus Luxouienſibus in Columbani gratiam à Rege collatorum meminiſſet; idémque ſentiendum de Anonymo, qui Lutrenſis ſolùm Monaſterij res attendit, quoniam in Deicoli Lutrenſis Abbatis laudes excurrebat, necnon de Theodoro, qui qualem Clotarius erga Luxouienſe vel Lutrenſe Aſceterium ſe geſſerit, non curauit in literas referre, quia beati tantùm Magni, ab eo potiſſimùm tempore quo vnà cum Gallo ad Arbonam ſubſtiterat, præclara facinora narrabat. Euſtaſio comites itineris aderant Walericus & Wandolenus, hi locum ab hominibus remotum, quem incolerent, à Clotario petierunt, poſtulationi quomodò Rex annuerit habes in vita ſancti Walerici.

WALERICO QVI COENOB. AD SOMONAM CONSTRVERET RELICTO.

Clotarius Rex ex conſenſu Ambianenſis Antiſtitis, ita vt petierant, locum eis ſecretum largitus eſt, remotiori ab hominum conſuetudine vitæ & Monaſtico inſtituto benè opportunum, quem antiquitus Leuconaum dicere conſueuerant. In eo autem loco Ambianenſis Pontifex beatus Bernardus diebus Quadrageſimæ diuinæ ſolitus erat contemplationi vacare, ibidémque ſanctus Walericus à fratribus ſegregatus, in quadam cellula ſe incluſit, vt omnibus mundi huius curis poſthabitis pro more ſuo diuina duntaxat & cæleſtia contemplaretur. Fratres verò Monaſterium ſibi conſtruxerunt, & Regis eleemoſynis ſuſtentabantur. Situs eius loci commodiſſimus eſt. Namque ab vno latere ex propinquo mari multam habet amœnitatem, ab alio verò præterfluit piſcoſus fluuius Somona *, *atque illic ſuper ſcopulos & ſaxa ingentia ab imo vſque in ſublimi viſuntur ſtructa ædificia, quæ admirandum præbent vicinæ regionis hominibus ſpectaculum. Porrò à parte tertia, quæ ceteris præcellit, humus eſt optima & valdè fertilis, & tam arboribus pomiferis quàm ſylueſtribus, iiſque & denſis & ſpecioſis magno ambitu cingitur ad multam vtique iucunditatem. Eo igitur in loco extra hominum ſtrepitus latere quidem voluit ſanctus Walericus, ſed fama virtutum & bonorum operum* exempla

* *la Somme.*

exempla præclara apud omnes paſſim eum celebrem & inſignem reddebant. Blitmundum, qui etiam Gogus dicebatur, à dæmonio liberauit; clatuit ſpiritu prophetico; eos, qui ante Miſſam biberant, acerrimè reprehendit; ſolo Crucis ſigno & ſaliuâ ſuâ morbos fugauit; ruſticos gentiles ad fidem Chriſtianam conuertit diſiecto ad fluminis ripam grandi trunco, quem illi ethnicâ ſuperſtitione impensè venerabantur. Hæc pluribus Author [a] propè æqualis, qui teſtatur ſe ſcripſiſſe res duntaxat, quas à viris fide dignis ipſius Walerici diſcipulis accepiſſet. AN. CH. 614. CLOTAR. II. R 31.

[a] Apud Sur. die 1. Apr.

Euſtaſius relictis in Neuſtria Walerico & Wandoleno rediit Luxouium. IV.
Tranſiit Meldis, vbi Burgundoforam puellam ſoſpitati redditam nuperrimè commendarat Leodegundæ matri, donec à regio comitatu reuerſus eam ſociaret collegio ſacrarum virginum. Per abſentiam Euſtaſij & poſt eius reditum, quomodò ſe res habuerint Burgundoforæ, ſic exponit Ionas in eiuſdem Euſtaſij vita. *Cùm pater cerneret filiam ſuam ſoſpitati redditam, cæcam obliuionis iterum foueam incidens, decernit eam ſponſo tradere priſtinâ pollicitatione; quo puella comperto, vnius ſodalium ſuarum conſilio quæſito, & eandem aſſumens, felicem fugam inierunt, & clàm elapſæ ad Baſilicam Beati Petri Principis Apoſtolorum peruenerunt. Audiens hoc pater puellæ, dirigit cum furore pueros, iubens vt apprehenſam filiam crudeliter perimant, pergentes ergo pueri finibus Eccleſiæ receptam inueniunt, cui & ſtatim minantur periculum mortis. At illa, ſi, inquit, mortem me formidare putatis, in hoc Eccleſiæ pauimento probate, nam ego mortem ouans ſuſcipio pro eo qui propter me non dedignatus eſt mori. Intereà peractâ Legatione ſuâ venerabilis Pater Euſtaſius remeat, puellam à cuſtodia liberat, patrem terribiliter increpat, religionis veſtem per Pontificem vrbis illius, Gondoldum nomine, induit, Monaſterium virginum Chriſti ſupra paternum ſolum inter duos fluuios ædificat, fratres qui ædificandi curam habeant deputat, germanos puellæ Chagnoaldum & Waldebertum, qui ei poſteà ſucceſſit, vt Regulam doceant decernit.* Gundoldus ſeu Gundoaldus vel Gundobaldus Epiſcopus erat Meldenſis, Baldoaldo ſeu Baudowaldo in Epiſcopatum ſucceſſerat, hic Edeno, Edenus Medoueo ſeu Medouecho de quo nos multa Tomo primo. Chagnoaldus & Waldebertus Luxouienſes erant Monachi, de vtroque ſæpiùs acturi ſumus, nam Chagnoaldus Epiſcopatum Laudunenſem * obtinuit, & Waldebertus Euſtaſio mortuo regimen Luxouienſis Monaſterij ſuſcepit.

REDIT LVXOVIVM.

FARAM IN ITINERE ITERVM INVISIT.

* *de Laon.*

Ab Euſtaſio tranſeamus ad Gallum eiúſque ſocios Magnoaldum & Theodorum, qui Regulam quoque Columbani ſectabantur in Diœceſi Conſtantienſi. V.
Nunciatum eſt illis, inquit ipſemet Theodurus in vita ſancti Magnoaldi, *Gaudentium Conſtantienſem Epiſcopum de hac vita migraſſe. Et hoc audito, vnanimes precibus & lacrymis inſtiterunt pro requie defuncti Paſtoris. Denique non poſt multos dies epiſtola cuiuſdam Ducis nomine Gunzonis allata eſt ad beatum Gallum, poſtulans vt quantocyùs properaret ad eum, veniénſque filiam eius vnicam à maligno ſpiritu inuaſam liberaret. Ille verò omnino interdixit tale quid acturum ſe eſſe dignum, & ideò non veniret. Iterum atque iterum præfatus Dux deprecans eum per Legatos, vt acceleraret iter, indicauit iam continuò puellam vexari, & vſque tunc tres dies ſine alimonia perduraſſe, & niſi celeriter adueniſſet, ipſa proculdubio ſpiritum cum diabolo exhalaret. Hæc itaque audiens beatus Gallus, proſtratus in oratione diutiſſimè orauit, & confiſus de Dei miſericordia & pietate, ſumens ſecum duos diſcipulos Magnoaldum & Theodorum profectus eſt & venit ad Ducem. Domino igitur gratias agens, videns puellam à maligno ſpiritu valdè conturbatam, orante beato Magnoaldo, imperauit beatus Gallus dæmonio in nomine Domini vt exiret, & receſſit in ſimilitudine auis nigerrimæ cum fœtore nimio. Atque eâdem horâ apprehendens manum puellæ, eleuauit eam. Et ſurrexit ſana, & reddidit eam matri cum gaudio. His ita Domino annuente patratis, Dux iuſſit ei dona magna offerri, inſuper vt apicem gradûs Pontificalis dignaretur aſſumere poſtulauit. Cui vir beatus reſpondit. Ecce teſtis meus, mihíque valdè amabilis Magnoaldus ſcit, qui hoc vidit, quòd altaris officium interdixit mihi beatus Columbanus magiſter meus non*

GALLVS FILIAM GVNZONIS DVCIS LIBERAT A DÆMONE.

RECVSAT EPISCOPATVM CONSTANT.

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

vſurpare, niſi ab eo permiſſus, viuente illo. Quæ de re pondus huius regiminis, quod offers, ſuſcipere non poſſum. Verumtamen ſi hoc indubitanter fieri cupis, ſuſtine me interim, donec præſentem ſodalem meum cum epiſtola mea mittam ad Abbatem meum beatum Columbanum, & ſi eius cognouero voluntatem & licentiam habuero, tunc demum oblatum onus curæ paſtoralis à te ſuſcipiam. Et Dux ad eum. Fiat, inquit, ſecundùm verbum tuum. Sícque ſuſceptis donis ei oblatis, dimiſit eum in pace. Vir ergo Dei beatus Magnoaldus, ſumens quæ donata fuerant, detulit ad nauem. Venerabilis autem Pater impetrauit à Duce, vt iuberet Arbonenſi Præfecto, vt ei ſolatium præberet ad conſtruendam cellulam ſuam. Et continuò Dux tam manifeſto compunctus indicio ſanctitatis eius, iuſsit omnia fieri quæ poſcebat, & conſtruere cellulam iuxta ſuam diſpoſitionem. Valedicens Pater Duci receſsit, aſcendénſque nauem venit ad caſtrum Arbonenſe, & præcepit Magnoaldo, vt faceret conuenire omnes pauperes & egenos quoſcunque inuenire poſſet, & dona quæ à Duce data detulerat, illis diſtribueret. Cui beatus Magnoaldus dixit. Pater, omnia quæ præcepiſti libenti animo complebo. Sed habeo vas argenteum pretioſum, vis vt reſeruem illud, vt ſacrum vas miniſterij diuini ex eo faciamus? Ille reſpondit. Fili, vas quod poſsides cum ceteris pecuniis pauperibus conferre curato, ne contrarius inueniaris, exemplo ſalubri ad memoriam retinens beati Petri ſententiam, quam paralytico poſtulanti pecuniam protulit, argentum & aurum, inquiens, non eſt mihi. Hæc audiens beatus Magnoaldus, gratias agens Deo de tanti viri iuſsione, omnia pauperibus erogauit. Et his expletis reuerſi ſunt ad dilecta ſolitudinis locum, & cœperunt conſtruere cellulam cum ingenti prudentia. Hæc in vita ſancti Magnoaldi Theodorus ab Henrico Caniſio [a] publicatus ex membranis Ratiſponenſibus & à Thoma Meſſinghamo [b] ex eodem Caniſio.

[a] Tom. 5. antiq. lect.
[b] In Florileg. Hibern.

VI. A Theodori narratione, quam ſuprà deſcripſimus, procul abſunt fabulæ, quas vitæ ſancti Galli Walafridus inſeruit. Walafridus Strabo Abbas * Augienſis vitam ſancti Galli conſcripſit nono ſeculo, dicauítque Goſberto tunc Abbati San-Gallenſi. Manum igitur admouit calamo poſt annos ducentos & ampliùs ab obitu ſancti Galli, faciléque labi potuit in errorem, cùm adeò remotus eſſet ab illius ætate, cuius geſta literis commendabat. Fridiburgam Gunzonis Ducis filiam, quam beatus Gallus fuſis ad Deum precibus à dæmonio liberauit, Sigiberti Regis ſponſam finxit, & vt omnes caperent de quo Sigiberto ſermonem faceret, ipſum Sigibertum Theodorici filium nuncupauit. *Filiam*, inquit, *eius*, nempe Gunzonis, *nomine Fridiburgam, quæ illi erat vnica, ſingulari pulchritudine fulgens, ſpiritus inuaſit malignus, à quo dum diuerſis torqueretur moleſtiis, penè continuam tolerauit inediam, & ſæpiùs terra proſtrata inter ſpumas horribiles miſerabili volutabatur inſaniâ, adeò vt vix quatuor virorum teneri poſſet inſtantiâ. Poſt triginta autem dierum circulum, ex quo ei hoc accidit, cœpit ille habitator malignus per eam diras emittere voces. Hanc ob cauſam pater eius nuncios miſit ad Regem Sigebertum Theodorici filium, qui eam habuit deſponſatam, vt ei nunciarent quicquid circa puellam agebatur. Rex verò cum omni feſtinatione miſit duos Pontifices, de quorum meritis potiſsimùm præſumebat cum donis regiis ad puellam, vt eam medicamine orationum à furoris veſani languore ſanarent.* Vtrique Epiſcopo dæmonem inſultaſſe ſic addit. *Spiritus immundus vni eorum dixit. Si volueras me, ſicut Regi promiſiſti, de hoc vaſculo propulſare, cur filiam tuam, quam nonna illa de te concepit & genuit, non feciſti tecum venire? Deinde ad alterum, & tu, inquit, cum tribus fœminis fornicationem commiſiſti, veſtro quidem imperio, quod nullo ſanctitatis merito roboratur, nunquam egrediar.* Epiſcopis ad Regem reuerſis, Gallum ad Gunzonem acceſſiſſe, ſanitatémque Fridiburgæ ſuis precibus à Deo impetraſſe teſtatur. Deinde ſermonem de Sigiberto, déque apparatu nuptiarum ſic inſtituit. *Sigebertus igitur Rex, cùm audiſſet puellæ redditam ſanitatem, mandauit patri eius, vt eam ſuis conſpectibus exhiberet. Qui ſumens dona ingentia & puerorum ac puellarum multitudinem, cum magno ſuorum comitatu duxit eam vſque ad Rhenum, indéque per Comites ad Regem tranſmiſit. A quo dum gratanter*

* de Richenou.

AN. CH. 614. CIOTAR. II. R. 31.

ſuſcepta fuiſſet, interrogata quomodo ſuæ remedium conſecuta eſſet infirmitatis, cùm per Pontifices ad hoc miſſos ſanitati non poſſet reſtitui, hanc reddidit rationem: Domine mi, inquiens, eſt vir quidam in prouincia, quam huc ducta reliqui, cuiuſdam incola ſolitudinis de gente Scotorum, nomine Gallus, tanta apud Deum virtutis & meriti, vt aduersùs dæmones ſingulari quadam vtatur potentiâ. Nam cùm ego ancilla tua graui vexatoris inſtantiâ periculoſum vitæ nutantis finem penè ſubirem, rogante patre meo idem vir Dei ſuperuenit, & ſigno vexilli ſalutaris me muniens, imperioſâ voce iuſſit exire tyrannum. Et videntibus cunctis, qui aderant, exiuit de meo ore, quaſi coruus colore piceus, horrore tartareus. Cúmque ſacrificij cæleſtis pabulo me confirmaret, priſtinæ reſtituta ſum ſanitati. His ita relatis, puella procidens ad pedes Regis, obſecro, ait, Domine, vt virum ipſum tua gratia foueas lenitate, & pro me dignas illi gratiarum actiones rependere non graueris. Interrogauit autem eam in qua eremo vir manſitaret eximius, & illa reſpondit, in ſaltu, qui Arbonenſi territorio adiacet, & eſt publici poſſeſſio iuris, ſitus autem inter Alpes Rhætiarum & Brigantini marginem lacûs. Rex igitur vt audiuit eum in publicis commorari poſſeſſionibus, iuſſit fieri conſcriptionem firmitatis, vt vir ſanctus locum, quem incolebat, per authoritatem regiam obtineret. Auri quoque libras duas & argenti pondo totidem, cum epiſtola conceſſionis iamdictæ, per ſuos nuncios viro Dei deſtinauit, ſe ſacris eius orationibus commendans attentiùs, Gunzoni autem Duci præcipiens, vt, ſi ſolitudinis incola vellet, ſolatiorum ei copiam ad ædificandam cellam ſubminiſtraret. Non multis in medio reuolutis diebus, volens Rex idem puellam ſuis thalamis ſociare, celebri edicto, Sacerdotum & Principum ſuorum Senatum nuptiarum præcepit adeſſe ſolemniis. Cumque ſtipatus agmine Procerum introîſſet vbi ipſa manebat, dixit illi. Aſcendamus in Palatium, nam nuptiæ paratæ ſunt, Sacerdotes & capita populorum cum benedictionibus congruis aduenerunt. Quibus illa auditis cecidit ad pedes eius, dicens. Mi Domine, quia præterita paſſio ſuo me pondere tabefecit, vires abſorbuit valetudo contraria, membrorum officia ægritudine ſunt reſoluta, da mihi vel ſeptem dierum inducias, vt aliquatenus virium detrimenta recuperem, & ſic tuis poſſim applicari conſpectibus. Quam petitionem dum Rex piè ſuſciperet, ad Palatium remeauit, illâ in priuato commorante cubiculo. Fiebat autem vtroque in loco ingens apparatus lætitiæ, admirantibus multis cur tandiu diuiſi coniuncto distuliſſent connubia. Tranſactis interea ſeptem diebus, circa Matutinum Officium puella cum duobus viris totidémque puellis Eccleſiam B. Stephani Protomartyris introiuit, & ſecedens poſt ianuas templi exuit ſe veſtimentis regalibus, & habitum propoſiti ſanctioris aſſumpſit, neſcientibus hoc viris, qui pariter cum illa aduenerunt. Depoſito ergo terrenæ dignitatis amictu, ſanctimoniæ nitorem cum quodam ſui ſecuta contemptu acceſſit ad altare, & in faciem proruens Dominum ſtudioſiùs adorauit, ac deinde cùm ſe erigeret, cornu comprehendit altaris, & huiuſmodi voces emiſit. Beate Stephane, qui tuo ſanguine teſtimonium Chriſto perhibuiſti, deprecationem meam tuis meritis Domino commendato, vt tuâ interceſſione hodie cor Domini mei Regis conuertat ſecundùm voluntatem meam, ne velamen, quod amore Dei ſuſcepi, auferat de capite meo. Viri ergo, qui erant cum illa, hæc videntes, venerunt ad Regem, & nuntiauerunt ei, quæ facta fuerant. Et ille aduocans Sacerdotes & quoſdam Principes ſuos, cœpit inquirere ab eis, quid ſuper hac re faciendum cenſerent. Cyprianus Arelatenſis Regi reſpondit. Quia, vt liquidò claret, puella hæc cùm à dæmonio erueretur, hoc ſe voto, quod perfeciſſe videtur, conſtrinxit, cauendum tibi eſt ne fortè, ſi irritum feceris votum eius, rediuiuo dæmonum comprimatur incurſu, & fiunt illi nouiſſima peiora prioribus, tu verò tanti criminis reatum incurras. Rex ergo iuſtitiæ tenax & timore Domini plenus huic conſilio deuotæ mentis pandit aſſenſum, & ingreſſus Eccleſiam fecit afferri veſtem nuptiis præparatam & coronam ſponſæ nitoribus imponendam. His allatis, dum puellam ad ſe iuſſiſſet accedere ſponſa Dei, iam Agni comitatibus hærens, auelli non potuit ab altari, quia ſe timebat de Eccleſia protrahendam. Cumque inſtantiùs aræ cornibus inhæreret, Rex eam ne timeret admonuit, hodie, inquiens, per omnia tuæ voluntatis videbis effectum. Porrò illa inter ſpem & metum poſita, caput ſuper altare reclinans,

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

ecce, ait, ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm voluntatem eius. Rex verò inſsit Sacerdotibus vt eleuarent eam & ad ſe perducerent. Quo facto, induta eſt illo iubente, veſte regali, & ſacro velamine coronata. Intuitus autem eam Rex religioſus dixit illi. Ecce meis te nuptiis præparatam, ſponſi cæleſtis Domini noſtri videlicet Ieſu Chriſti cedo complexibus. Et dexteram eius comprehendens poſuit in altari, deinde Eccleſiæ limen excedens, lachrymis abſconditum patefecit amorem. Poſt hæc vocauit eam, & iuxta ſe fecit in Palatio reſidere, & donis ingentibus honoratam prætulit Monaſterio ancillarum Dei, quod in honore beati Petri Principis Apoſtolorum conſtructum eſt in Metenſium ciuitate, vbi geſta ſunt vniuerſa, quæ proximâ narratione retulimus. In his autem omnibus perficiendis ſecuta eſt puella conſilium beatiſſimi Galli, qui eam Domino auxiliante à dæmonio liberauit.

VII. Errores, qui reperiuntur apud Walafridum, in duplici differentia ponendi ſunt. Alij enim manifeſtiſſimè cum Theodoro Scriptore ſynchrono & ſancti Galli comite pugnant. Alij verò res exhibent, quæ nec commemorantur à Theodoro, nec cum ſupparibus Auctoribus benè conueniunt. Vtroſque confutabimus.

VIII. Primò, Sigibertus Rex, vt ex Fredegario [a] & Aimoino [b] liquet, in lucem editus eſt anno ſeptimo regni Theodorici patris, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo ſecundo, vitámque cum morte commutauit eodem quo pater Theodoricus anno, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio, nam Theodoricus, vt iidem Fredegarius [c] & Aimoinus [d] teſtantur, anno regni ſui duodeuiceſimo deſiit in viuis eſſe. Vixit igitur Sigibertus annos duntaxat vndecim, vxoríque ducendæ impar occubuit. Deinde, ſi vitam amiſit anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio, quomodo de Gunzonis filia in coniugem poſtulanda cogitauit anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto? Fruſtrà quis ad alium Sigibertum recurrat. Nam textus ſuprà recitatus, qui Sigibertum Theodorici filium conſtituit, de ſolo Sigiberto Secundo capi poteſt, cuius mors in annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-tertium incidit, pater enim Sigiberto Primo fuit Clotarius, Sigiberto Tertio Dagobertus. Prætereà beatus Gallus nec Sigiberti Primi nec Sigiberti Tertij ſponſam à dæmonio liberare potuit, quia Sigibertus Primus Brunichildem, quæ marito per annos duodequadraginta ſuperuixit, ante Galli aduentum in Franciam ſibi ſociauit, & Sigibertus Tertius vſuram lucis accepit anno poſt eiuſdem Galli mortem quinto. Brunichildis anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto nupſit Sigiberto Regi. Gallus ex Hibernia in Galliam cum Columbano & aliis transfretauit anno Chriſti quingenteſimo duodeſeptuageſimo. Vtrumque probatum eſt ſuprà. Cetera ſuis locis confirmabuntur. Anno enim Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto mortem Galli Abbatis, ortum Sigiberti Tertij Regis anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo illigabimus.

[a] Cap. 21.
[b] Lib. 3. c. 89.
[c] Capp. 38 39.
[d] Lib. 3. c. 100.

IX. Secundò, Sigibertus Theodorici filius paucos menſes regnauit turbatiſſimis temporibus, neque variæ res, quas Walafridus de Sigiberto & Fridiburga narrauit, adeò breui ſpatio bellóque flagrante geri potuerunt. Æquus Lector haud aliud iudicium feret.

X. Tertiò, Walafridus nomina ſedéſque reticuit Epiſcoporum, quos ad Fridiburgam à Sigiberto Rege directos dixit. Id egit conſultò, quia ſi ſuis eos appellaſſet nominibus, ſuiſve infulis exornaſſet, commentum faciliùs cuique potuiſſet in notitiam venire. Sigiberto Theodorici filio regnante non legimus in Auſtria Pontifices adeò ſceleſtos extitiſſe, ac eos depinxit Walafridus quos ad ſanandam Gunzonis filiam miſſos contendit. In ſimile peccatum, quod longâ ſeuerâque pòſt pœnitentiâ diluit, lapſus eſt Ruſticus Treuirenſis Epiſcopus, ſed Rege Sigiberto, Dagoberti non autem Theodorici filio, Pontificatum geſſit, vt ſuo loco dicturi ſumus.

XI. Quartò, Walafridus meminit Cypriani Arelatenſis Epiſcopi, ſed huius memoriam in Arelatenſium Epiſcoporum catalogis extare iam negauit Saxius [e], illâque motus ratione Virgilio, cui Gregorius Magnus literas frequen-

[e] In Pontific. Arelat. n. 39.

tiſſimè ſcripſit, Florianum ſubrogauit, Floriano Theodoſium, quem proba- AN. CH.
bimus Epiſcopum fuiſſe anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſecundo, quo 614.
beata Ruſticula feliciter in cælum migrauit. Honoratus *Bouche* in Hiſtoria CLOTAR.
Prouinciæ [a], narrationem Walafridi redegit in epitomen, & ne ſecum pu- II. R. 31.
gnare videretur, quia Virgilij Præſulatum ad annum vſque Chriſti ſexcente- [a] Lib 5. ſect. 1.
ſimum quadrageſimum prorogauit, nullam Cypriani Epiſcopi mentionem fe- cap. 7.
cit. At diligens & accuratus Scriptor eodem ſilentio ſponſalia Sigiberti Regis & Fridiburgæ debuit inuoluere.

XII. Quintò, Walafridus inſinuat Fridiburgam Monaſterio puellarum, quod Metis in bonorem ſancti Petri conſtructum fuit, cum Abbatiſſæ titulo præfuiſſe, laudat enim Sigibertum Regem, quòd *eam donis ingentibus honoratam prætulit Monaſterio ancillarum Dei, quod in honore beati Petri Principis Apoſtolorum conſtructum eſt in Metenſium ciuitate.* Sed beata Waldrada * (* *Valdrée.*), quæ prædicti Cœnobij prima fuit Abbatiſſa, ſuperſtes in viuis adhuc erat anno ſecundo Theodorici Tertij Regis, qui poſt fratrem Childericum Secundum anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-tertio regnare cœpit, patrémque habuit Clodoueum Secundum, Sigiberti Tertij fratrem natu minorem; auum Dagobertum; proauum Clotarium Secundum, Sigiberti Secundi, de quo Walafridus loquitur, in Auſtraſiæ regno ſucceſſorem. Madaurenſis Epiſcopus in Hiſtoria Metenſium [b] (b Lib. 2. in Pappolo 18 Ep.) Antiſtitum ex archiuo prælaudati Monaſterij fideliter hæc exſcripſit, quæ cùm ad erectionem illius Cœnobij, tum ad ætatem ſanctæ Waldradæ pertinent. *Temporibus Theoderici & Theodeberti Galliæ Regum & Childeberti Regis filiorum, beata Waldrada famula Chriſti deuotiſſima in Dei cultu ac diuina religione clariſſima emicuit, quæ carnis nobilitate ſplendidiſſima, vtpote prædictorum Regum affinitati connexa, diuitiis & opibus inclyta, mundo renuntians Monachicam vitam elegit. Cùm itaque in hoc ſanctitatis propoſito famula Chriſti excreſcens proficeret, Dominus Eleutherius Francorum Dux glorioſus, ſanctæ Waldradæ ſanguine proximus, fortè tunc Monaſterium Deo & ſancto Petro infra muros Mediomatricorum propriis ex diuitiis ædificans, ex prædiis ſuperantibus numerum ditiſſimè ampliauit puellarum religioſiſſimarum, quibus primam præfecit ſanctam Waldradam Abbatiſſam. Hæc verò, vt diuinè humanéque ſubditis prodeſſe ſimul ac præeſſe valeret, prædia ſua, quæ ex patrum ſucceſſione multa ſuſceperat, Deo & ſancto Petro tradidit, támque firmè ac ſtabiliter id facere curauit, vt inconuulſum per cuncta futurorum tempora permaneret. Egit hoc, anno ſecundo Theodorici Francorum Regis, teſtamento ab eodem Rege & cunctis ſuis Principibus, Galliarum Pontificibus, optimè firmato, & ita firmato decreto, vt ſi quis hæredum aut parentum ſanctæ Waldradæ ductus cupiditate, data Deo auferre tentauerit, legali decreto ſua perdat, & quod aggredietur, nullo modo implere valeat.* Textum illum ſic interpretare. Exeunte Theodoberti Secundi Principatu, ſiue anno Chriſti circiter ſexcenteſimo decimo, Waldrada, cùm legitimam ætatem adepta eſſet, quâ ſibi licebat, inuitis etiam parentibus, Monacham fieri, propoſitum Monaſticæ vitæ ſuſcepit, à quo, nec ſi voluiſſet, liberum deinceps erat recedere. Laudabiliter autem in eo diu perſeuerans multùm profecit, & Monaſterij puellaris, quod ab Eleutherio Metis in bonorem ſancti Petri poſteà conſtructum eſt, prima Præfecturam iniit Sigiberto Secundo Rege iam à multis annis ex hac vita ſublato. Denique poſt longæuam ætatem morti vicina teſtamentum fecit *anno ſecundo Theodorici Francorum Regis*, id eſt, anno ſecundo Theodorici Tertij, qui Childerico fratri in regnum anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-tertio ſucceſſit.

XIII. Theodorus & Walafridus, vbi Fridiburgam Gunzonis Ducis filiam ſanitati redditam dixerunt, ſermonem mox connectunt ad Ioannem Diaconum, qui Gaudentio ſuprà laudato in Epiſcopatum Conſtantienſem poſteà ſucceſſit. Conſtantia * (* *Conſtance.*) pertinet ad Galliam, adiacet ſiniſtræ Rheni ripæ, nomen à Conſtantio Auguſto Conſtantini Magni patre ſortitur. Diu ſtetit abſque Pontificia dignitate, illuc enim Sedem Epiſcopalem Vindoniſſâ tranſtulit Maxi-

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

mus, & qui Maximum in Pontificatu præceſſerunt, non Conſtantienſes Epiſcopi ſed Vindoniſſenſes dicti repetiuntur. Vindoniſſa ciuitas erat in Maxima Sequanorum ſiue in Prouincia Lugdunenſi quinta, tranſiit à Romanis ad Burgundiones, deinde à Burgundionibus ad Francos, qui regnum Burgundiæ ſubegerunt anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quarto. Tunc in Vindoniſſenſi Cathedra ſedebat Gramatius, qui ſuâ pòſt ſubſcriptione tres Synodos, vt Tomo primo dictum eſt, ſub Francorum Regibus communiuit, Aruernenſem anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quinto, Aurelianenſem quartam anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-primo, & Aurelianenſem quintam anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-nono. Succeſſit Gramatio Maximus ſeu Maximinus. Hic, quia relictâ Vindoniſsâ Pontificalem Sedem Conſtantiæ conſtituit, vltimus Epiſcopus Vindoniſſenſis ac primus Conſtantienſis numeratur. Quonam autem anno vel ſub quo Rege facta ſit hæc mutatio, non probè ſcitur. Varios conſuluimus catalogos Epiſcoporum Conſtantienſium. Bruſchius aſſignat annum Chriſti circiter quingenteſimum-ſeptuageſimum; Demochares & Robertus determinatè annum Chriſti quingenteſimum-ſeptuageſimum; Sammarthani annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium; alij, quos Bucelinus ſugillat, annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum; Auctor Chronici Conſtantienſis annum Chriſti ſexcenteſimum-quadrageſimum. Nullam illarum opinionum probamus, quia Vindoniſſam Clotario tunc paruiſſe contendimus. Clotarij Regis nomen appoſuerunt, Bruſchius, Demochares & Auctor Chronici Conſtantienſis, ſed malè interpretati ſunt Clotarium Secundum, Dagoberti patrem. Bruſchij [a], qui ceteros ætate anteceſſit, textus talis eſt. *Maximus vel Maximinus vixit Clotarij Secundi & Dagoberti Magni, patris ſcilicet & filij, potentiſſimorum Galliæ Regum temporibus. Et hunc Clotarius Rex tranſtulit è veteri Vindoniſſa in regiam villam Conſtanciam à Conſtancio primo Imp. Aug. extrui cœptam; id factum circa annum Domini 570. Sic Maximus iſte vltimus Vindoniſſenſis, & primus Epiſcopus Conſtancienſis dici poteſt.* Bruſchium ſic expreſſit Demochates [b]. *Maximus ſeu Maximinus vixit temporibus Clotarij & Dagoberti huius filij. Hunc Clotarius Rex Francorum tranſtulit à veteri Vindoniſſa Conſtantiam, quam Conſtantius Imperator extruxit; tranſtulit, inquam, an. 570. ſicque factum, vt Maximus vltimus Vindoniſſenſis, & primus Conſtantienſis Epiſcopus diceretur & eſſet.* At anno Chriſti quingenteſimo-ſeptuageſimo ſuperſtes in viuis erat Chilpericus Clotarij Secundi pater, qui regnauit annos viginti tres ab anno videlicet Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo ad annum vſque Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum. Clotarius Secundus Chilperici patris hæres ac ſucceſſor regnum tenuit per annos quatuor & quadraginta, vitámque clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo-duodetriceſimo. Quapropter Auctor Chronici Conſtantienſis ad annum Chriſti ſexcenteſimum-quadrageſimum malè ſic recurrit. *Maximus ſeu Maximinus, ſub quo, tempore Clotharij huius nominis Secundi, Regis Francorum, patris Dagoberti Magni circa annos à Natiuitate Domini* VI. C. XL. * *Sedes Diœceſis huiuſmodi tranſlata eſt Conſtantiam, vbi nunc eſt, quo fit, vt Maximus ille vltimus Vindoniſſenſis & primus Conſtantienſis Diœceſis extiterit.* Anno Chriſti ſexcenteſimo-quadrageſimo, nec Clotarius Secundus, nec Dagobertus Clotarij Secundi filius in Francia regnauit, ſed nepotes eiuſdem Clotarij, Sigibertus Tertius in Auſtria, Clodoueus Secundus in Neuſtria & Burgundia. Quàm prauè concinnatum ſit Chronicon Conſtantienſe, clariùs adhuc demonſtrant Characteres Chronologici ſubſequentium Pontificum. In illo enim opere poſt Maximum recenſentur, Rudelo, Vrſinus, Martianus, & *ſub iſto Martiano circa annum Domini* VI. C. XXXV. * *Epiſcopatus Conſtantienſis per Dagobertum Magnum Regem Francorum limitatus* dicitur. Quis Auctorem adeò pugnantia ſcribentem ferat? Si Maximus Epiſcopalem Sedem Vindoniſsâ Conſtantiam tranſtulit circa annum Chriſti ſexcenteſimum-quadrageſimum Clotario Secundo tunc regnante, potuiſtne Diœceſis Conſtantienſis per

[a] Cap. 4. in Ep. Conſtant.

[b] De Diuin. Miſſ. ſacrif. cap. 35

* id eſt, DCXL.

* id eſt, DCXXXV.

AN. CH. 614.
CLOTAR. II. R. 31.

Dagobertum Clotarij Secundi filium atque hæredem limitari circa annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-quintum ſub Epiſcopo Martiano, qui tertius poſt Maximum in Conſtantienſi Cathedra ſederit. Prætereà in eodem Chronico poſt Martianum ponitur Gaudentius, cuius obitus poſt annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-quartum reiici nequit. Cautiores fuerunt, Robertus in Gallia Chriſtiana, Sammarthani in eiuſdem operis auctione, & Bucelinus in Germania ſacra [a], reticuerunt enim nomen Regis cuius ætate Maximus Epiſcopus floruit. Lubentiſſimè fatemur Vindoniſſam, cùm Sedes Epiſcopalis inde Conſtantiam tranſlata eſt, Clotario Francorum Regi ſubiacuiſſe, ſed quem Bruſchius, Demochares & Manlius ſiue Auctor Chronici Conſtantienſis Clotarium Secundum fuiſſe volunt, illum exiſtimamus fuiſſe ſui nominis Primum. Clotarius Primus poſt Clodoueum patrem, cuius mors in annum Chriſti quingenteſimum vndecimum incidit, regnauit annos quinquaginta, deſiitque eſſe in viuis anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo, quo ſuperiorem noſtrorum Annalium Tomum clauſimus. Vindoniſſæ, quæ Burgundiæ tunc ciuitas erat, non dominatus eſt ab initio Principatûs, imò nec anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quarto, regni ſui viceſimo-tertio, quo Franci Burgundiam omnem in ſuam poteſtatem redegerunt. Illis temporibus apud Francos imperabant tres Reges, Childebertus & Clotarius fratres, eorúmque ex Theodorico fratre nepos Theodobertus. In ſortem Theodoberti venit Vindoniſſa, Concilio enim Aruernenſi, quod ex ſolo Theodoberti regno conuocatum eſt, Gramatius Vindoniſſenſis Epiſcopus ſubſcripſit anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quinto. Succeſſit Theodoberto Theodobaldus filius, huic propatruus Clotarius, Childeberto altero propatruo partem hæreditatis fruſtrà poſtulante. Theodobaldus, qui regnare cœpit anno Chriſti quingenteſimo duodequinquageſimo, regnum tenuit annis ſeptem. Ab anno igitur Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-quinto ad annum vſque Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-primum Vindoniſſâ potitus eſt Clotarius Primus. Gramatius Vindoniſſenſis Epiſcopus floruit ſub Regibus Francorum Theodoberto & Theodobaldo, vt ex ſubſcriptionibus Conciliorum Aruernenſis & Aurelianenſium Quarti ac Quinti conſtat. Maximus eius ſucceſſor regnante apud Vindoniſſam Clotario Primo Sedem Epiſcopalem inde Conſtantiam tranſtulit; ſuperſtes eidem vixit Clotario; ſanctus vocatur à Bruſchio, Demochare & Bucelino; locum non habet in Martyrologio Gallicano. Poſt Maximum Diœceſim Conſtantienſem texerunt Rudelo ſeu Rudolphus, & Vrſinus ſiue Vrſicinus, quorum ſola ſuperſunt hodie nomina; tum Gaudentius, qui nominatur in vita ſancti Galli, obiitque hoc anno, Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto, quo beatus Gallus Fridiburgam Gunzonis Ducis filiam à dæmonio vexatam ſanitati reddidit. Hæc prima reperitur epocha, cui Chronologia Conſtantienſium Antiſtitum securè poſſit illigari. Quapropter examen Chronici Conſtantienſis & Auctorum, qui catalogos Epiſcoporum Conſtantienſium texuerunt, in hunc locum reiecimus, & ne quid à nobis deſiderare poſſis, monitum te volumus, de Martiano ſeu Martino aut Mariano, quem Auctor Chronici Conſtantienſis, Robertus, Sammarthani & Bucelinus Gaudentio præponunt, nos acturos infrà ſub Dagoberto Rege.

[a] Part. 1.

XIV. Habita eſt Conſtantiæ Synodus, vt Gaudentio nuper mortuo ſucceſſor ſubrogaretur. Hic de re ſic Walafridus in vita ſancti Galli. *Poſt hæc*, id eſt, poſtquàm Fridiburga liberata eſt à dæmonio, *Dux ſæpè iam dictus* Gunzo *per epiſtolam ſuam* Gallum *virum Dei rogauit, vt ad Conſtantiam oppidum perueniret ad eligendum, qui eidem Sedi præficeretur, Antiſtitem. Aduocauit autem Auguſtodunenſem & Verdunenſem Epiſcopos cum multitudine Clericorum, Nemidone etiam quæ à modernis Spira vocatur, venire fecit Epiſcopum, necnon per nuncios & epiſtolas ſuas totius Alemanniæ Presbyteros, Diaconos, vniuerſáſque Clericorum copias generaliter die denominatâ, id eſt, proximâ Paſcha Dominicâ,*

ADEST SYNODO.

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

apud Conſtantiam conuenire præcepit. Ipſe quoque cum Principibus & Comitibus ſuis huic intererat conuentui. Cúmque hac Synodus tantæ multitudinis celebraretur acceſſu, & trium ſpatio denunciaretur futura dierum, beatiſſimus Gallus diuino plenus conſilio, aſſumptis Iohanne & Magnoaldo perrexit ad oppidum. Auguſtodunenſium Epiſcopus tunc erat Flauianus, Virodunenſium Hermenfredus, Nemetum Athanaſius. De Athanaſio fidem faciunt Eyſengreynius & Bruſchius, qui eius Præſulatui attribuunt annos quadraginta, vti & Demochares & Robertus, qui eidem ſucceſſiſſe tradunt Principium, de quo inferiùs ſub Sigiberto Rege Clotarij nepote. Interim eos redargue, qui quoniam acta nomináque Spirenſium Antiſtitum interciderunt, Epiſcopatum Nemetum poſt mortem Ieſſæi, qui ſuâ ſubſcriptione Synodum Agrippinenſem anno Chriſti circiter trecenteſimo quinquageſimo-ſecundo corroborauit, collapſum volunt, ac feliciter inſtauratum à Dagoberto Rege, qui ſacellanum ſuum nomine Athanaſium ei præfecerit. Sedebat enim Athanaſius, antequàm Dagobertus Auſtraſiæ regno à Clotario patre donaretur.

XV. IOANNEM DIACONVM CVRAT EPISCOPVM ELIGI.

Gallus, poſtquàm filiam Ducis Gunzonis à dæmonio liberauit, in erudiendo Ioanne Diacono tempus vtiliſſimè conſumpſit, ſic enim in vita ſancti Magnoaldi ſcribit Theodorus. *Non multo pòſt tempore miſit epiſtolam beatus Gallus ad Ioannem Diaconum, rogans eum vt veniret ad ſe. Qui cùm veniſſet ad eum, erudiuit eum diuinis libris ſcientiæ, & cooperante gratiâ Dei, conſtituit eum coram Duce plenum ſcientiâ & virtute, atque diuinarum Scripturarum intelligentiâ, dicens. Hic eſt indigena vicinorum locorum, cui meritò teſtimonium poteſt aptari quod viro decet, diuino eum credens electum iudicio vobis offero promouendum. Cúmque hac atteſtatione vir ſanctiſſimus Ioannem laudaret, Dux cum electione populi, vellet, nollet, collectâ Congregatione cæterorum Epiſcoporum, Pontificatum Conſtantienſis ciuitatis ei tribuit, imò à vicinis Epiſcopis ductum ad altare ſolenni benedictionis officio ordinauerunt Antiſtitem.* Walafridus Ioannis electionem fuſiori ſtylo proſequitur. Obſeruat inprimis Gallum cùm omnium ſuffragiis in Epiſcopum expeteretur, honore Pontificatûs recuſato in laudes Ioannis Diaconi excurriſſe, deinde addit Ioannem Gunzoni interroganti vnde propaginem generis duceret, reſpondiſſe procreatum ſe *in Rhetia Curienſi mediocri natalium dignitate*, quærenti verò an Pontificalis infulæ pondus ſubire poſſet Gallum pollicitum *ſe pro filio reſponſurum*, poſtremò fugam Ioannis Diaconi ſic deſcribit. *Dum hæc mutuo ſermonum commercio pertractarent, ſubtraxit ſe Diaconus, & fugiens latibulum quæſiuit in Eccleſia ſancti Stephani Martyris quæ eſt extra oppidum. Secuti ſunt autem Sacerdotes cum plebe, & apprehenſum lachrymis perfuſum felicibus, licèt renitentem, in præſentiam Pontificum pertraxerunt & Ducis, & leuauerunt omnes pariter vocem dicentes. [Iohannem elegit ſibi Dominus Pontificem hodie.] Et reſpondit omnis populus. [Amen.] Epiſcopi itaque duxerunt eum ad altare, & ſolenni benedictionis officio ordinauerunt Antiſtitem.*

XVI. Ipſo die, quo Ioannes Conſtantiæ conſecratus eſt Epiſcopus, intra Miſſarum ſolemnia beatus Gallus ſermonem habuit, quem Henricus Caniſius tomo v. antiquæ lectionis & Doctores Colonienſes in magna Bibliotheca veterum Patrum & antiquorum Scriprorum Eccleſiaſticorum publicarunt. Walafridus eiuſdem concionis omnia capita ſic attigit. *Præmiſſis ex more diuinæ libationis initiis, poſt lectionem Euangelij rogauerunt venerabilem Gallum, vt multitudini, quæ aderat, verbi officio ſacræ inſtructionis pabulum miniſtraret. Qui aſſumpto Ioanne Epiſcopo gradum aſcendit, eo videlicet pacto, vt ipſe quidem ædificationis inſtrumenta colligeret, Epiſcopus verò ad vtilitatem barbarorum benè prolata interpretando transfunderet. Cœpit ergo verbum facere de initio creaturarum, & Adæ peccatum, pro quo depulſus eſt de Paradiſo, commemorare. Tranſiens inde ad diluuium, Patriarcharum conſequenter tempora perſtrinxit & actus. Egreſſum quoque filiorum Iſrael de Ægypto, & tranſitum per mare rubrum, legiſque lationem per Moyſen, & cæleſtis alimenti miracula replicauit. Regum deinde ſucceſſiones & tempora Prophetarum breuiter attingens, aduentûs Domini tempus retexnit. Baptiſmum*

etiam

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

etiam Saluatoris & mirabilium eius gloriam commemorans, Crucis ignominiam cum impiis inſectationum generibus veraci relatione ſubiunxit. Hæc audientes Eccleſiæ Paſtores cum populi multitudine lachrymas fuderunt vberrimas, & ad inuicem dixerunt. Verè Spiritus ſanctus locutus eſt hodie per os viri iſtius. Ille verò prædicationem perduxit vſque ad Reſurrectionem Chriſti, & in commemoratione generalis iudicij terminauit. Omnes ergo, qui aderant, alacri mentis exultatione repleti, benedicebant Dominum, & ad ſua cum gaudio remeabant.

XVII. Septimo pòſt die Gallus ad cellulam ſuam rediit. *Doctor venerabilis*, inquit idem Walafridus, *manens apud Iohannem Epiſcopum ſeptem diebus, inter multa ſalutifera conſolationis verba, hæc ſæpiùs inculcauit. Quem Deus elegit, homo non deſpiciet; ſed erit omnium veneratione ſublimis, quem diuinum commendat iudicium. Deinde acceptâ ab eo benedictione reuerſus eſt ad cellulam ſuam. Epiſcopus autem iuſſit his, qui rebus Epiſcopij præerant, vt ad virum Dei cum ſibi ſubiectis venirent, & eius obtemperarent iuſſioni. Poſt hæc tanto ſtudio charitas mutua ſeruabatur vtrinque, vt ſpiritalis glutina clientela ſibi ſemper cohærentes, ſolo corpore viderentur diuiſi. Magiſter paternâ ſolicitudine precibus & conſilio ſalutari matheten refouebat, ille verò paterno honore & omni neceſſitatum ſubſidio didaſcalum ſubleuabat. Sicque ſacra piorum ſocietas aucto creſcebat honore & multiplicato commendabatur amore.* Ioannes à triennio in amicitiam Galli iam venerat, nam *ſub huius magiſterij diſciplina cum omnis manſuetudinis & humilitatis cuſtodia triennium duxit*, teſte eodem Walafrido. Initium autem illius triennij petimus ab anno Chriſti ſexcenteſimo vndecimo, quia Gallus exeunte anno Chriſti ſexcenteſimo decimo in Diœceſim Conſtantienſem peruenit. Atque hæc eſt ratio noſtræ Chronologiæ quoad obitum Gaudentij Conſtantienſis Epiſcopi & ſubrogationem Ioannis. Iſta enim poſt hunc annum differri nequeunt, quia Ioannes circa ſolemnitatem Paſchalem factus eſt Epiſcopus, & anno poſt ordinationem ſuam proximo ipſóque quadrageſimalis ieiunij principio Magnoaldum promouit ad Diaconatum, conſtátque Magnoaldum fuiſſe Diaconum, priuſquàm ad Deum migraret Abbas Columbanus, qui beatâ vitâ functus animam cælo reddidit vndecimo Kalendas Decembris anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto, vt ſuo loco dicturi ſumus.

XVIII. WINEBAVDVS ABBAS ADIT REGEM. In promptuario Tricaſſinatum antiquitatum extat Hiſtoria ſancti Winebaudi Abbatis. Hic Clotarium Regem adiit prope Rotomagum, ab eóque ſuis precibus impetrauit reditum Lupi Senonenſis Epiſcopi, qui Sede pulſus in Neuſtriam ablegatus fuerat. Illa autem credimus hoc anno fuiſſe geſta, quia Euſtaſius Abbas Luxouienſis, vt ſuprà narrauimus, Clotarium in Occidentalibus Galliarum partibus commorantem prope Oceanum hoc ipſo anno conuenit, & vt patebit ex vitis ſanctorum Lupi ac Winebaudi quas infrà citabimus, Lupus actus eſt in exilium ſub initium Clotariani Principatûs in Burgundia, Winebaudúſque ſtatim ea de re certior factùs iter ad Regem quamprimùm ſuſcepit. Anno ſuperiori non omiſimus Lupum Senonenſem Epiſcopum poſt mortem Theodorici Regis à partibus Sigiberti filij ſtrenuè laudabilitérque ſtetiſſe contra Blidebodem, qui Clotarianis copiis præerat. Extincto poſteà Sigiberto quid ſecutum ſit, ita declarat vetus Author in vita [a] ſancti Lupi. *Poſtquàm verò Clotarius Burgundiæ regnum obtinuit, Farulphum virum multâ ſeculi dignitate pollentem ob regia negocia curanda eò ablegauit. Is à Regis latere digreſſus, eius iuſſa quamprimùm executurus, vbi prope Senones venit, multâ animi indignatione cœpit permoueri, quòd ſanctus Antiſtes ei cum muneribus obuiam non procederet. Deinde intra vrbem ſuſceptus, toruo vultu beatum virum intuebatur, ſed audiuit ab eo. [Oportet ſemper obedire magis Deo quàm hominibus. Sacerdotis eſt plebem regere, & Principes ſeculi diuina præcepta docere. Itaque par eſt illos ad eum potiùs accedere.] Farulphus irâ & furore percitus, multa ad Regem de ſancto viro falſa retulit, adiutus etiam operâ hominis nequiſſimi Medegiſili, qui in ſancti Remigij ſuburbio Monaſterium tenens, ſancti Epiſcopi locum occupare conabatur. Iis ergo nefariis viris regias aures incantantibus, Clotarius Rex*

[a] Apud Sur. die 1. Sept.

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

commotus, beatum Antiſtitem iubet exulare Vinemagi, qui eſt Neuſtria pagus. Traditus eſt autem Duci pagano Baſoni Landegiſilo, qui eum relegauit in villam Andeſaginam ad flumen Auciam, vbi erant templa prophana, quæ à decurionibus colebantur. Ad eum locum vbi peruenit vir Dei, fruebatur in ea peregrinatione ſolatiis Patriarcharum, eorum exempla commemorans, ſpecialiter ſancti Ioſeph, cuius manus in cophino ſeruierunt. Gaudebat igitur in Domino, ſentiens ſe à Deo miſſum ad populum incredulum rectè inſtituendum. Cùm enim cæcum quendam illic illuminaſſet, ſuperbum illum, quem diximus, Ducem ſanctæ Crucis ſigno ſubdidit, vndiſque ſalutaribus expianis, permultos quoque è Francorum exercitu, qui etiamnum gentiliſmi erroribus tenebantur, ſacro baptiſmo illuminauit. Intereà temporis, diuinâ dexterâ id agente, ciues Senonenſes zelo Dei permoti, dolentes impiâ crudelitate ſibi ablatum Paſtorem ſuum, in Baſilica S. Remigij ſupradictum Medegiſilum, inde ſectatorem in magiſtri proditione, acerbâ morte affecerunt. Atque ita infelix ille, pœnitendi nullo modo ſpatio relicto, ad inferos demigrauit. Nonnulli apud Iacobum Tauellum in catalogo Senonenſium Antiſtitum tradunt Senecium quemdam ſiue Seuecium exulante Lupo ſediſſe, eóque reuerſo peregrinatum Romam, atque in itinere defunctum & in Cœnobio Sauignienſi ſepultum fuiſſe, ſed ea narratio teſtimoniis authenticis non ſubnititur, imò furor quo Senonenſes exarſerunt aduerſus Medegiſilum Abbatem, qui Epiſcopatum expetebat, palàm oſtendit eos Pontificis ſui maiori deſiderio flagraſſe, quàm vt alium ſubrogari paterentur, idque confirmat Author vitæ iam laudatus, cùm de Lupi reditu hæc proximè ſubiungit. *Eâ tempeſtate in Tricaſſina ciuitate florebat S. Winebandus, in Baſilica antiqui Præſulis Lupi, apud eandem vrbem quieſcentis, Abbatis fungens miniſterio ſanctitate mirabili. Porrò Senonicæ Eccleſiæ Archidiaconus Ragnegiſilus, populi precibus, immò vero Chriſti amore incitatus, à S. Winebando precibus*

IMPETRAT REDITVM LVPI EP. SENON.

contendit, vt à Rege Clotario peteret, Sancto Lupo ab exilio reuocari vt liceret, ádque Sedem reuerti ſuam, ne plebs Paſtore orbata, luporum faucibus expoſita videretur. Fecit Winebandus, vt rogatus erat. Rex eius precibus flectitur, mutat odium in beneuolentiam, mittit à latere ſuo virum Dei Winebandum, qui Sanctum Epiſcopum reducat. Ex hoc textu colligimus exilium Lupi diuturnum haud fuiſſe, eóſque falli, qui producunt illud vſque ad annum Chriſti DCXXIII. In Hiſtoria ſancti Winebaudi, quam Nicolaus Camuzatus in promptuario Tricaſſino publicauit, iter illius ad Clotarium Regem, diligentia quâ profectionem ſuſcepit, & miracula quæ in via peregit, ita deſcribuntur. *Domini Clotarij Regis B. Lupus Senonicæ ciuitatis Epiſcopus dignoſcitur incurriſſe calumniam, & extra ritum Canonica ſententia adeptus exilium. Pro cuius rei cauſa, Archidiaconus ſuus ad venerandiſſimum Abbatem peruenit, genibúſque innixus eſt, vt prædictum Regem ſuggerendum Sanctitas ſua non renueret deprecari, vt non ampliùs Paſtoris præſidio ſacroſancta Eccleſia deſtituta conſiſteret, nec exterris haberetur, nec extraneus. Quamobrem nec ſit roganti dilatio, vbi miſericordia voces præuenit ſupplicantis, cœpto itinere cum diuina gratia aggreditur viam properè. Cùm vir Sanctus ad oppidum Rothomagenſe eminùs appropinquaret, & iam Phœbus curriculum die peractâ ad veſperam declinaret, ait ad comites ſuos. Figite, fratrès, tentoriolum noſtrum, quoniam confecti ſumus ab itinere, & cùm ſe beatiſſimus ad quieſcendum parumper proſtraſſet, diuina ammonitio ægrotis ſubuenit. Vulgatum eſt de aduentu ipſius, quod in loco vicino ſancti manſio haberetur.* Adducta eſt puella cæca, cui viſum benedictione ac ſigno Crucis reſtituit. Adductus eſt vir furioſus, cui dedit quietem vexillo Crucis eius ori impoſito. *Tum beatiſſimus peruenit ad Regem in villam nomine Alentum non longè ab oppido Rothomagenſi. Qui cùm eum vidiſſet, gauiſus eſt, & quaſi Angelum Domini ac vti munus caleſte excepit. Petiit igitur vir Dei Winebandus ſecundùm precem Archidiaconi, vt reos qui à Ducibus vel Comitibus ſuis in lacunis aut in carceribus tenebantur, Celſitas ſua ſine vlla dilatione pro religione Sanctorum vel pro ſtabilitate regia dignaretur abſoluere. Proinde quod petiit habuit obtentum, abſolutis captiuis cum beato Lupo Pontifice Senonicorum. Vale dicto iter repetit, Pariſius ciuitatem aduenit.* Is qui vitam beati Lupi ſcripſit,

eius aduentum in aulam regiam, ac diſceſſum è Palatio prolixiùs enarrat. AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31. *Beatus Winebandus Sanctiſſimum Præſulem lætus Regis obtutibus repræſentat. Lætatur Rex, & Proceres omnes gratulantur tanti Antiſtitis præſentiâ, contemplatúſque eum Rex, pietate flexus, ad pedes eius humi proſternitur, veniámque ab illo deprecatur. Cernens verò eum afflictum, corpus eius macie confectum, caput intonſum, barbámque minimè raſum ob cumulandum abſtinentia rigorem, tremens & eiulans Rex, cum multo gemitu eius miſeria ſe reum fatetur, & ſancti viri delatoribus dira imprecatur, iubétque eum honorificè tractari, comámque & barbam tonderi. Poſtquàm autem ſuus ei decor redditus eſt, eius Clerum voluit Rex conuiuio adeſſe. Ibi tum Chriſto agente, repentinâ conuerſione cernere erat Regem ex perſecutore factum miniſtrum beati viri, & ſuis manibus ei cibum porrigentem, qui anteà illi penuriam attulerat. Rurſus verò petens ſui facinoris veniam, à ſancto Epiſcopo leuatur è puluere, multáque ei offert munera, Eccleſiæ vſibus profutura, atque ita demum iubet eum ad ſuam vrbem ſe recipere. Porrò autem inclyti Sacerdotes Lupus & Winebandus Regi & Proceribus eius valedicentes, ſanctiſatis inter ſe coniuncti nexibus, Lutetiam pertranſeunt, & ecce multa reorum turba vinculis conſtricta, aut carceribus incluſa eorum virtute ſoluitur, eíſque obuiam progreditur. At poſtquàm ad ſua rediit beatus Antiſtes, in caſtra Miledunо * opportuna ſe illi manſio obtulit, ſed repentè horreum, vſque ad ſummum plenum, immanis flamma corripuit, nec potuit quiſquam vllum tanto malo afferre remedium.* * Melun. *Tum vir Dei in orationem proſternitur, fulmen in flammas illas vibrari cernitur, mox ſopitur incendium, horreum nihil accipit detrimenti, Chriſtus in Pontifice laudatur, Sacerdotis meritum agnoſcitur. Obuiam deinde beatis viris Lupo & Winebando plebs Senonica egreditur cum Hymnis & Canticis, permultis præ gaudio flentibus, & in ſuas ædes ſanctus Epiſcopus introducitur.* Hæc autem geſta ſunt ante menſem Octobrem, hoc enim anno menſe Octobri, Clotarius anno regni ſui triceſimo-primo ineunte, Synodum Pariſiis haberi curauit, edidítque Conſtitutionem, quæ non in vrbe aut villa Oceano vel Rotomago vicina ſed *Pariſius* data reperitur, *ſub die* XV. *Kalendas Nouembris, anno* XXXI. *regni.*

Illius Synodi præfatio talis eſt. *Cùm in Dei nomine ſecundùm priſcorum ſanctorum Patrum conſtitutionem in vrbe Pariſius ex euocatione glorioſiſſimi Principis Domni Chlotacharij Regis in Synodali Concilio conueniſſemus tam pro renouandis antiquorum Canonum ſtatutis, quæ præſentis temporis neceſſarium facit opportunitas iterari, quàm his quæ ad ſurgentes vndecumque querelarum materias recentis definitionis ordo popoſcit inſtitui, tractantes quid Principis, quid ſaluti populi vtilius competeret, vel quid Eccleſiaſticus ordo ſalubriter obſeruaret.* Sequuntur Canones quindecim. XIX. DECRETA SYNODI PARIS. VI.

I. *Primo in loco vt Canonum inſtituta ab omnibus conſeruentur, & quod per priora temporum ſpatia præceptum eſt, vel deinceps, perpetualiter obſeruetur. Hoc eſt, vt decedente Epiſcopo, in loco ipſius ille Chriſto propitio debeat ordinari, quem Metropolitanus, à quo ordinandus eſt, cum Prouincialibus ſuis, Clerus vel populus ciuitatis, abſque vllo commodo vel datione pecuniæ elegerint. Quod ſi aliter aut poteſtate ſubrepat, aut quacumque negligentiâ abſque electione Metropolitani, Cleri conſenſu vel ciuium, fuerit in Eccleſia intromiſſus, ordinatia ipſius ſecundùm ſtatuta Patrum irrita habeatur.* Lege Synodos Aruernenſem [a] ad annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-quintum, Aurelianenſem Quintam [b] ad annum Chriſti quingenteſimum-vndequinquageſimum, & Pariſienſem Tertiam [c] ad annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum. XX. DE ELECTIONIBVS EPISCOPORVM.

[a] Can. 2. [b] Can. 10. [c] Can. 8.

II. *Vt nullus Epiſcoporum ſe viuente alium in loco ſuo eligat; nec qualiſcumque perſona illo ſuperſtite locum ipſius ſub quocumque argumento vel ingenio adoptare præſumat, nec à quoquam debeat ordinari; niſi certæ conditiones extiterint, vt Eccleſiam ſuam & Clerum regere non poſſit.* XXI. Hoc Canone tria ſanciuntur. Primum, vt nullus Epiſcoporum ſe viuente ſucceſſorem eligat. Secundum, vt Epiſcopo ſuperſtite nullus illi ſubrogetur. Præceſſit Sanctio Synodi [d] Lugdunenſis primæ ſub Sigiſmundo Burgundionum Rege, *vt nullus in locum viuentis ad ambiendum Sacerdotij gradum audeat adſpirare; quòd ſi quali-*

[d] Cap. 5.

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

bet impiâ vel temerariâ voluntate præſumpſerit, ſimul & ipſe qui fuerit ordinatus, & hi fratres quos ordinationi eius interfuiſſe conſtiterit, perpetua excommunicationis ſententiâ ferìantur. Præceſſit & hæc Sanctio [a] Concilij Aurelianenſis Quinti ſub Regibus Francorum, Childeberto, Clotario, & Theodobaldo, *nulli viuenti Epiſcopo alius ſuperponatur aut ſuperordinetur Epiſcopus.* Tertium conſiſtit in exceptione, ſi certæ conditiones extiterint, vt Epiſcopus Eccleſiam ſuam & Clerum regere non poſſit, Patres enim alium tunc ordinari permittunt, ſed quia ſpecies illarum conditionum haud enumerantur, Canon difficultate non caret. Sanctio Concilij Aurelianenſis Quinti iam laudata, quæ ſtatuit, vt *nulli viuenti Epiſcopo alius ſuperponatur aut ſuperordinetur Epiſcopus*, hanc addit exceptionem, *niſi forſitan in eius locum, quem capitalis culpa deiecerit.* Nec aliam exceptionem agnoſcit Gregorius Magnus, cùm in literis [b] ad Brunichildem Reginam datis menſe Nouembri, Indictione ſextâ, ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo ſecundo, ſic ſcribit. *Viuente Epiſcopo, quem ab adminiſtratione officij ſui non culpa ſed ægritudo ſubducit, alium loco ipſius ſacri nullomodo permittunt Canones ordinari.* Synodus Arauſicana Prima ſiue Iuſtinianenſis, quæ Cyro Conſule, ſiue anno Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo-primo conſignatur, Epiſcopo, qui per infirmitatem factus ſit hebes aut mutus, ſucceſſorem non ſubrogat, ſed decernit [c] *vt ſi quis Epiſcopus per infirmitatem debilitatémve aliquam aut hebetudinem ſenſus inciderit, aut officium oris amiſerit, ea quæ non niſi per Epiſcopos geruntur, non ſub præſentia ſua Presbyteros agere permittat, ſed Epiſcopum euocet, cui, quod in Eccleſia agendum fuerit, imponat.* Optandum ſanè, vt Epiſcopus, qui propter infirmitatem officio ſuo fungi non poteſt, ſibi ſucceſſorem dari poſtulet. Ita ſentit Gregorius Magnus in literis cùm ad Ætherium Lugdunenſem Epiſcopum, tum ad Brunichildem Reginam Francorum. Extant vtræque menſe Nouembri, Indictione ſextâ, ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo ſecundo datæ. In prioribus [d] iſta leguntur ad Ætherium. *Peruenit ad nos quibuſdam referentibus, quendam Epiſcopum ita paſſionem capitis incurriſſe, vt quod mente alienatâ agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente Paſtore grex, quod abſit, inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Eccleſia ipſius vtilitates depereant, cautâ nos neceſſe eſt prouiſione tractare. Et ideo quia viuente Epiſcopo, quem ab officio ſuo neceſſitas infirmitatis non crimen abducit, alium loco eius, recuſante eo, nulla ſinit ratio ordinari. Sed ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus, ipſe datâ petitione non ſe vlteriùs ad hoc miniſterium intellectum habere, nec ad alia officia ſubuertente infirmitate poſſe fateatur aſſurgere, & alium loco ſuo expetat ordinandum. Quo facto, omnium ſolenniter electione alter qui dignus fuerit Epiſcopus conſecretur. Sic tamen, vt quouſque eundem Epiſcopum in hoc ſeculo vita tenuerit, ſumptus ei debiti de eadem Eccleſia miniſtrentur. Enimuerò ſi nullo tempore ad ſana redit mentis officium, perſona fidelis ac vita probabilis eſt eligenda, quæ ad regimen Eccleſiæ idonea poſſit exiſtere, atque de animarum vtilitate cogitare, inquietos ſub diſciplina vinculo conſtringere, Eccleſiaſticarum rerum curam gerere, & maturum atque efficacem ſe in omnibus exhibere. Qui etiam, ſi Epiſcopo, qui nunc ægrotat, ſuperſtes extiterit, loco eius debeat conſecrari. Ordinationes verò Presbyterorum vel Diaconorum, ſeu alterius ordinis, ſi fieri in eadem Eccleſia cauſa popoſcerit, fraternitati tuæ noueris reſeruandum, quatenus ſi tuæ eſt Diæceſeos, de eius qui ad hoc eligitur vita, moribus actúque perquiras, & ſi placuerit, nec eſt quod in eo Canonica diſtrictionis iudicium reprehendat, ad deſtinatum ordinem non aliter niſi te ordinante perueniat.* In poſterioribus [e] hæc ad Brunichildem. *De quodam Epiſcopo, quem capitis infirmitas, ſicut nobis prædicti magnificè viri dixerunt, adminiſtrare ſuum non ſinit officium, fratri Coepiſcopóque noſtro Ætherio ſcripſimus, vt, ſi interualla eiuſdem infirmitatis habuerit, datâ petitione ad implendum ſe locum ſuum profiteatur non poſſe ſufficere, ſed alium Eccleſiæ ſuæ poſtulet ordinandum, quia viuente Epiſcopo, quem ab adminiſtratione officij ſui non culpa, ſed ægritudo ſubducit, alium loco ipſius ſacri nullomodo permittunt Canones*

[a] Can. 12.
[b] Lib. 11. ep. 8.
[c] Can. 30.
[d] Lib. 11. ep. 7.
[e] Lib. 11. ep. 8.

ordinari. Si verò nullo tempore ad mentis ſanæ redit officium, quæri perſona debet vitâ & moribus decorata, quæ & animarum curam gerere, & eiuſdem Eccleſiæ cauſas vtilitatéſque ſalubri valeat ordinatione diſponere, taliſque ſi ſuperſtes extiterit, eius poſsit loco ſuccedere. Sed & ſi qui ſunt in ſacro ordine vel ad Clericatûs miniſterium promouendi, antefato reuerendiſſimo fratri noſtro Ætherio, ſi tamen ipſius eſt Diœceſeos, reſeruandum nuntiandúmque decreuimus, vt inde habitâ inquiſitione, ſi nullæ culpæ, quas ſacri Canones inſequuntur, ſubiecti ſunt, ipſe eos debeat ordinare.

AN. CH. 614.
CLOTAR. II. R. 31.

III. Canon. *Vt ſi quis Clericus quolibet honore munitus, contempto Epiſcopo ſuo ad Principem, vel ad potentiores homines, vel vbi & vbi ambulauerit, vel ſibi patronos elegerit, non recipiatur, præter vt veniam debeat promereri. Quòd ſi fecerit, qui ipſum poſt admonitionem Pontificis ſui retinere præſumpſerit, nouerint ſe vtrumque priorum Canonum ſententiâ damnandos.* Hæc Sanctio eſt aduersùs Clericos, qui contra ſuos Epiſcopos patrocinia quærunt. Epiſcopi Gallicani anno Chriſti quingenteſimo ſexto ſtatuerunt in Synodo Agathenſi [a] ſub Alarico Wiſigothorum Rege, *vt Clericus, ſi relicto officio propter diſtrictionem, ad ſæcularem fortaſſe confugerit, & is, ad quem recurrit, ſolatium ei defenſionis impenderit, cum eodem de Eccleſia communione pellatur.* Et anno Chriſti quingenteſimo duodequadrageſimo in Synodo Aurelianenſi Tertia [b] ſub Regibus Francorum, Childeberto, Clotario & Theodoberto, vt *ſi qui Clerici miniſteria ſuſcepta quacumque occaſione agere ſicut & reliqui detrectant, & excuſationem de patrociniis quorumcumque, ne officium impleant, prætendunt, ac Sacerdotes ſuos ſub huiuſmodi cauſa æſtimant per inobedientiam contemnendos, inter reliquos Canonicos Clericos, ne hac licentia alij vitientur, nullatenus habeantur, neque ex rebus Eccleſiaſticis cum Canonicis ſtipendia aut munera vlla percipiant.* Canon Aurelianenſis multò mitior eſt Agathenſi. Synodus autem Pariſienſis Sanctionem Agathenſem Aurelianenſi præfert, quia cùm leuiores pœnæ videntur nec proſunt, ſeueriores ſunt irrogandæ.

XXII. DE CLERICIS.
[a] Can. 8.
[b] Can. 11.

IV. Canon. *Vt nullus Iudicum, neque Presbyterum, neque Diaconum, vel Clericum vllum, aut iuniores Eccleſiæ ſine ſcientia Pontificis per ſe diſtringat, aut damnare præſumat. Quòd ſi fecerit, ab Eccleſia, cui iniuriam irrogare dinoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus, quamdiu reatum ſuum corrigat & emendet.* Iuniores Eccleſiæ in hoc Canone interpretare *ſeruitores* vt hodie loquuntur, cum relatione ad Dominos qui *ſeniores* illâ ætate nuncupabantur vt ad textum Gregorij Turonenſis [c], & ad Canonem quadrageſimum-tertium Concilij Autiſſiodorenſis obſeruatum eſt ſuprà [d]. Synodus Matiſconenſis Secunda, quæ celebrata eſt anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto, decreuit [e] *vt neque Presbyter, neque Diaconus, neque Subdiaconus de Eccleſiis trahantur, aut iniuriam aliquam, inſcio Epiſcopo eorum, patiantur.* Poſteà Synodus Autiſſiodorenſis [f] id, quod in gratiam honoratiorum Clericorum à Subdiaconatu & ſuprà in Concilio Matiſconenſi Secundo ſtatutum eſt, in gratiam quoque iuniorum Clericorum infra Subdiaconatum & ſeruitorum ita ſanciuit. *Quicumque Iudex aut ſæcularis, Presbytero, aut Diacono, aut cuilibet de Clero, aut de iunioribus, abſque voluntate Epiſcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri, iniuriam inferre præſumpſerit, anno ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus.* Canon Pariſienſis, quantùm ad perſonas de quibus agit, conformis eſt Autiſſiodorenſi, quia non tantùm Clericos omnes ſiue honoratiores ſiue iuniores complectitur, ſed etiam *iuniores Eccleſiæ*, id eſt, ſeruitores, quos à Clericis diſtinguit. Tres autem prædictæ Synodi Iudicem ſecularem, qui Clericum abſque conſenſu Epiſcopi diſtrinxerit, non eâdem plectunt pœnâ. Matiſconenſis, quæ de ſolis honoratioribus Clericis loquitur, cenſet, vt *tam ipſe qui decretum fuerit audacter tranſgreſſus, quàm omnes qui ei conſenſerint, vſque ad generale Concilium*, id eſt, vſque ad Concilium ex vniuerſa Francia conuocatum, *anathemate ab Eccleſia ſeparentur*, Autiſſiodorenſis præuaricatorem, *anno ab omnium Chriſtianorum conſortio* remouet, & Pariſienſis ab Eccleſia *tamdiu* ſequeſtrat, *quamdiu reatum ſuum corrigat & emendet.*

XXIII.
[c] Lib. 5. c. 27.
[d] An. 578. n. 3. an. 586. n. 34.
[e] Can. 10.
[f] Can. 43.

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

XXIV. De libertis.

v. Canon. *Liberti quorumcumque ingenuorum à Sacerdotibus defenſentur, nec ad publicum vlteriùs reuocentur. Quòd ſi quis auſu temerario eos impremere voluerit, aut ad publicum reuocare, & admonitus per Pontificem ad audientiam venire neglexerit, aut emendare, quod perpetrauit, diſtulerit, communione priuetur.* In eadem materia verſatur ſeptimus Canon Synodi Matiſconenſis Secundæ, quem Prætextatus Rotomagenſis Epiſcopus & Pappulus Epiſcopus Carnotenſis condendum curarunt, queſti priùs, quòd liberti, quia ſacris commendati eſſent Eccleſiis, ideo plus à Iudicibus affligerentur.

XXV. De rebus legatis Ecclesiæ.

vi. Canon. *Quacumque pro ſartis tectis Eccleſiis fuerint delegata, in poteſtate Pontifices, Presbyteri vel ſeruientes ſanctorum locorum, ſecundùm voluntatem conferentis, ad ſe debeant reuocare. Quòd ſi aliquid exinde quicumque abſtulerit, nouerit ſe ab Eccleſia ſequeſtratum, quoadusque ea, qua abſtulit, ſtuduerit reformare.*

XXVI. De rebus Clerici defuncti, ante cognitum testamentum, non contingendis.

vii. Canon. *His etiam Conſtitutionibus adnecti placuit, vt defuncto Epiſcopo, Presbytero vel Diacono, vel quoquam iunioris ordinis Clerico, non per Praceptum, neque per Iudicem, neque per qualemcumque perſonam, res Eccleſia vel eorum propria, quouſque aut teſtamentum, aut qualemcumque obligationem fecerit, cognoſcatur, à nullo penitus ſupraſcripta res contingantur; ſed ab Archidiacono vel Clero in omnibus defenſentur & conſeruentur. Quòd ſi quis immemor definitionis huius temerè aliquid exinde auferre præſumpſerit, aut vſu temerario in res ipſas ingreſſus fuerit, & de dominatione Eccleſia abſtulerit, vt necator pauperum communione priuetur.* Per *Praceptum* intellige regium diploma, manu propriâ Regis ſubſcriptum & annulo munitum vt alibi [a] diximus, & quamuis in hoc Canone nulla Subdiaconi mentio fiat, hunc ad iuniores Clericos amandare noli, miniſter enim eſt altaris, ideóque locum inter honoratiores Clericos obtinet in antiquioribus Conciliis, vt patet ex iis quæ notauimus [b] ad ſecundum Canonem Synodi Aurelianenſis Tertiæ de caſtitate Clericorum à Subdiacono & ſuprà.

[a] Ad an. 549. n. 33.

[b] Ad an. 538. n. 1.. & ſeq.

XXVII. De bonis relictis ab Abbatibus et Presbyteris morientibus.

viii. Canon. *Comperimus denique, cupiditatis inſtinctu, deficiente Abbate, Presbytero, vel his qui per Titulos deſeruiunt, præſidium quodcumque in mortis tempore dereliquerint, ab Epiſcopo vel Archidiacono diripi, & quaſi ſub augmentum Eccleſia vel Epiſcopi, in vſum Eccleſia reuocari, & Eccleſiam Dei per prauas cupiditates exſpoliatam relinqui. Statuimus obſeruandum, vt neque Epiſcopus aut Archidiaconus exinde aliquid auferre præſumat, ſed in loco vbi moriens hoc dereliquerit, perpetualiter debeat permanere.*

XXVIII. De rebus alterius Episcopi vel Ecclesiæ non peruadendis.

ix. Canon. *Id etiamnum adiungi cenſuimus, vt neque Epiſcopus Clericorum vel ſæcularium cuiuſcumque alterius Epiſcopi, ſeu Eccleſia, ſeu priuatas res, aut regnorum defenſionem, aut prouinciarum ſequeſtrationem competere aut peruadere audeat, aut quacumque acceptatione aut peruaſione poſſidere aut retinere præſumat. Quòd ſi quis hoc facere tentauerit, tam diu ſit ab omnium caritate ſuſpenſus, vel à communionis gratia ſequeſtratus, quouſque res ablatas cum fructuum ſatisfactione reſtituat.* Hic Canon vetat, ne quis Epiſcoporum in alterius Epiſcopi Diœceſi, ſub quocumque prætextu res Eccleſiæ vel Clericorum aut ſecularium peruadat. Inter præcipuas prætextuum ſpecies ponit *regnorum defenſionem* & *prouinciarum ſequeſtrationem*. Vt autem probè ſcias, quid per *regnorum defenſionem*, quid per *prouinciarum ſequeſtrationem* intelligendum ſit, meminiſſe debes, quis Franciæ ſtatus fuerit ab obitu Clodouei Regis ad Synodum vſque Pariſienſem de qua loquimur. Toto illo temporis interuallo, quod annorum trium ac centum fuit, Monarchiam Franciæ vix obtinuerunt ambo Clotarij, Primus integro ferè triennio, Secundus anno vno. Ceteris annis Francia bipertita fuit, aut tripertita, vel etiam quadripertita. Franciâ in varia regna ſic diuiſâ ſæpè contigit, vt vna Diœceſis ad ſortes duorum Regum pertineret. Vulgatiſſimis id exemplis confirmamus. Epiſcopatus Senonenſis, in quo ſitum eſt Melodunum *, partim in ditione fuit Theodoberti Regis, partim in ditione Childeberti; Theodoberto Metropolis Senonum, Childeberto Patruo Caſtrum Melodunenſe paruit, vnde factum, vt Childebertus cogitarit de Epi-

* Melun.

ſcopatu erigendo in Caſtro Melodunenſi, ſed obſtitit Leo Senonenſis Epiſcopus, vt declarant eius ad ipſum Childebertum literæ, quæ nunc etiam extant [a] & à nobis alio [b] loco deſcriptæ fuerunt. Simili modo Diœceſis Carnotenſis, in qua Caſtrum Dunenſe, partim in regno fuit Chilperici, partim in regno Sigiberti fratris; Chilperico ſubiacuit Ciuitas Carnotenſis, Caſtrum * Dunenſe Sigiberto, qui Dunenſem Epiſcopum ordinari curauit, vt Gregorius Turonenſis [c] teſtatur, & Pappoli Carnotenſis Epiſcopi querelæ [d] declarant. Totius igitur Franciæ Monarchiâ ſub vnius Clotarij Secundi poteſtatem redactâ, Patres in Concilio Pariſienſi ſapienter in futurum prouiderunt, vt nullus Epiſcopus ſpecie defendendi regni, intra cuius limites Epiſcopatum obtineret, alienæ Diœceſeos partem in eodem regno ſitam peruaderet. Res clariùs patebit ex reductione exemplorum ſuprà poſitorum. Si contingat iterum, vt Francia in plura regna ſeparetur, & ex illa diuiſione Diœceſis Senonenſis aut Carnotenſis ſub duorum Regum poteſtate conſiſtat, itaut Metropolis Senonum vni Regi, Melodunenſe Caſtrum alteri, item Ciuitas Carnotenſis vni, Dunenſe Caſtrum alteri ſubiaceat, Synodus Pariſienſis vetat ne quid detrimenti Senonenſibus aut Carnotenſibus Epiſcopis inferatur, néue Caſtra Melodunenſe ac Dunenſe peruadantur ab Epiſcopis conſtitutis ſub poteſtate Regum, quibus eadem Caſtra in partem hæreditatis obtigerunt. Quod attinet ad *prouinciarum ſequeſtrationem*, cùm vox, *ſequeſtratio*, duplicem acceptionem patiatur, inde duplex inuadendæ alterius parœciæ prætextus oboriri poteſt. *Sequeſtratio* ſeparationem ſignificat, nam *ſequeſtro idem* eſt ac *ſeparo* apud Latinos, ἀποχωρίζω apud Græcos, vt in Etymologico [e] Linguæ Latinæ notauit Voſſius, & in Conciliis ſæpiſſimè dicuntur ab Eccleſia ſequeſtrati qui ſeparati ſunt ab eadem Eccleſia, nec in alia ſignificatione quiſquis Canonem Pariſienſem proximè recitatum violauerit, ibidem habetur *à communionis gratia ſequeſtratus, quouſque res ablatas cum fructuum ſatiſfactione reſtituat.* Altero modo ſumitur *ſequeſtratio*, cùm res de qua inter duos controuerſia eſt, apud tertium deponitur ſeruanda, donec ſententiâ deciſum fuerit cuius eſſe debeat. Secundùm vtramque acceptionem *ſequeſtratio prouinciarum* fieri potuit, quotieſcúmque Francia ſecta fuit in varia regna. Prioris generis fuit ſequeſtratio prouinciarum, quas Clotarius anno Chriſti ſexcenteſimo à Theodoberto ac Theodorico debellatus amiſit. Tunc nonnulli Pontifices ſpoliationem bonorum pertulerunt, quia ſuis è Diœceſibus egreſſi ſunt, ne viderentur à Clotario deficere, quem ditiones ſuas recuperaturum ſperabant. In horum numero fuit Bertchamnus Cenomanenſis Epiſcopus, qui quoniam Clotario Regi ſacramentum indiſſolubile dederat, Cenomano diſceſſit cùm hæc ciuitas in Theodorici poteſtatem venit, & à Clotario, cuius partes ſequebatur, non tantùm benignè ſuſceptus eſt, ſed & pecunias accepit, vnde ſe ac pauperes Eccleſiæ ſuæ ſuſtentaret, vt diſertis verbis in ſuo teſtamento à nobis iam citato * teſtatur. Synodus Pariſienſis in tali caſu vetat, ne bona Epiſcopi qui ſeceſſerit extra fines ſuæ Diœceſeos, facultatéſque Clericorum ac Laicorum ab alio peruadantur Epiſcopo. Canonem Pariſienſem de huiuſcemodi ſequeſtratione prouinciarum intelligendum putamus, de altera nequaquam, quia poſterioris generis exemplum hactenus non occurrit. Si tamen eundem Canonem de prouinciarum ſequeſtratione, poſteriori modo ſumptâ, capiendum ceris, hic ſanctionis ſcopus eſt, vt per abſentiam Epiſcopi, qui ſe receperit extra ſuam Diœceſim, donec cuius regni hæc debeat eſſe, ſententiâ definiatur, alter Epiſcopus facultates illius aut Eccleſiæ vel Clericorum ac ſecularium non vſurpet. Ceterùm Sirmondus, vt textum Canonis aut imperfectum aut obſcurum declararet, poſt vocabulum, *cenſuimus*, adiecit aſteriſcum idque obſeruamus, vt ipſa phraſis, quâ Canon contexitur, non te deterreat ab opinione noſtra, quam firmare non parum videtur Canon [f] hic Synodi Aurelianenſis Quintæ. *Vt nullus Epiſcoporum, aut cuiuſlibet ordinis Clericus, vel alia quacumque perſona, quibuſlibet condi-*

[a] Tom. 1. Concil. Gall.
[b] Ad an. 541. nu. 71.
* Chaſteandun.
[c] Lib. 7. c. 17.
[d] Conc. Pariſ. III. Tom. 1. Conc. Gall.
[e] In verbo ſequor.
* Ad an. 600. nu. 3.
[f] Can. 14.

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

tionibus, ſeu in vno regno, ſeu in alio poſitus, alterius cuiuſcumque Eccleſiæ res aut petat aut præſumat accipere. Quòd ſi fecerit, tamdiu habeatur à communione altaris, vel omnium fratrum ac filiorum caritate ſuſpenſus, donec ipſi Eccleſiæ, cuius directo ordine iuris eſt, ablata reſtituat.

XXIX. De testamentis Clericorum.

x. Canon. *Et quia multæ tergiuerſationes infidelium Eccleſiam Dei quærunt collatis priuare donariis, ſecundùm Conſtitutionem præcedentium Pontificum id conuenit inuiolabiliter obſeruari, vt teſtamenta, quæ Epiſcopi, Presbyteri, ſeu inferioris ordinis Clerici, vel donationes, aut quæcumque inſtrumenta propriâ voluntate confecerint, quibus aliquid Eccleſiæ aut quibuſcumque perſonis conferre videantur, omni ſtabilitate ſubſiſtant. Specialiter ſtatuentes, vt etiamſi quorumcumque religioſorum voluntas, aut neceſſitate aut ſimplicitate faciente, aliquid à legum ſæcularium ordine viſa fuerit diſcrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconuulſa manere, & in omnibus, Deo auſpice, cuſtodiri. De quibus rebus ſi quis animæ ſuæ contemptor aliquid alienare præſumpſerit, vſque ad emendationis ſuæ, vel reſtitutionis rei ablatæ tempus, à conſortio Eccleſiaſtico, vel à Chriſtianorum conuiuio habeatur alienus.* Hic Canon idem eſt cum ſecundo Synodi Lugdunenſis Secundæ, de qua nos ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſeptimum.

XXX. De litibus Epiſcoporum.

xi. Canon. *Placuit etiam, ſecundùm Conſtitutionem anteriorem, vt ſi quis Epiſcoporum cum Coepiſcopo ſuo quodcumque negotium exequi voluerit, ad iudicium Metropolitani ſui recurrat. Quòd ſi ſpreto Metropolitano vel reliquis comprouincialibus Iudicem publicum adierit, tamdiu à caritate Metropolitani habeatur extraneus, quamdiu in proxima Synodo coram fratribus facti huius debeat reddere rationem.* Patres per has voces, *ſecundùm Conſtitutionem anteriorem*, alludunt ad primum Canonem Synodi Lugdunenſis Secundæ iam laudatæ. Differunt tamen hi Canones, Pariſienſis enim agit tantùm de controuerſiis Epiſcoporum qui ſunt eiuſdem Prouinciæ, Lugdunenſis autem agit etiam de controuerſiis Epiſcoporum qui ſunt diuerſarum Prouinciarum, & vt controuerſias Epiſcoporum qui ſunt eiuſdem Prouinciæ, vult Metropolitani Comprouincialiúmque iudicio terminari, ſic & controuerſias Epiſcoporom qui ſunt diuerſarum Prouinciarum, per illorum Metropolitanos Comprouincialéſque componi iubet. *Si de vna Prouincia ſunt, Metropolitani, cum Comprouincialibus ſuis, iudicio ſint contenti. Si verò diuerſæ Prouinciæ duo fuerint Sacerdotes, inter quos aliqua diſceptatio oriatur, conuenientibus in vnum Metropolitanis ipſorum, omnis eorum actio, illorum iudicio, terminetur.*

XXXI. De Monachis et Monialibus vagis.

xii. Canon. *Illud etiam conuenit, quòd ſi quis Monachus aut Monacha in Congregatione poſiti religioſam conuerſationem elegerint, & poſteà aut ad parentes, aut ad propriam quamcumque ſubſtantiam ſe de Congregatione ipſa ſubtraxerint, & ab Epiſcopo ſuo per epiſtolam admoniti ad ſepta Monaſtery ſui redire diſtulerint, ſint vſque ad exitum vitæ à communione ſuſpenſi, nec priùs ad Euchariſtiæ gratiam admittantur, quàm ad ouile ſuum, de quo ſe vagationis inſolentiâ viſi ſunt ſubtraxiſſe, cum humillima ſupplicationis debeant ſatisfactione reuerti.*

XXXII. De viduis et puellis abiecto religionis habitu nuptias ineuntibus.

xiii. Canon. *De viduabus & puellis, quæ ſibi veſtes in habitu religionis in domibus propriis, tam à parentibus, quàm per ſeipſas mutauerint, & ſe poſteà contra ſtatuta Patrum, vel præcepta Canonum, coniugio crediderint copulandas, tamdiu vtrique habeantur à communione ſuſpenſi, quouſque quod inlicitè perpetrauerunt emendent, aut ſi emendare neglexerint, à communione Eccleſiaſtica, vel omnium Chriſtianorum conuiuio, in perpetuum ſint ſequeſtrati.* Hæc Sanctio iure dicitur niti ſtatutis Patrum & præceptis Canonum. Symmachus enim Romanus Pontifex in literis ad Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum, viii. *Idus Nouembris, Probo V. C. Conſule*, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo decimotertio, datis, raptores viduarum ac virginum ab Eccleſiæ communione pellendos ita docuerat. *Raptores viduarum vel virginum, pro immanitate tanti facinoris deteſtamur, illos vehementiùs perſequendo, qui Deo ſacratas virgines vel volentes vel inuitas matrimonio ſuo ſociare tentauerint, quos pro tam nefandi criminis atrocitate à communione ſuſpendi præcipimus.* Deinde ne viduæ continentiam

tiam profeſſæ nuberent, ita prohibuerat. *Neque viduas ad nuptias tranſire patimur, quæ in religioſo propoſito diuturnâ obſeruatione permanſerunt.* Et anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-nono Synodus Aurelianenſis Quinta ſtatuit, vt *quæ in domibus propriis tam puellæ quàm viduæ, commutatis veſtibus conuertuntur, cum his quibus coniugio copulantur, Eccleſiæ communione priuentur.* Idem Canon Aurelianenſis duo diſtinguit genera puellarum, quæ Monaſticam vitam in Monaſteriis profitentur, aliæ enim propriâ voluntate Monaſterium expetunt, aliæ offeruntur à parentibus. *Puellæ*, inquit, *ſeu propriâ voluntate Monaſterium expetunt, ſeu à parentibus afferuntur.* Canon Pariſienſis puellas, quæ mutatis veſtibus habitum religionis in propriis domibus aſſumunt, in duas ſimiliter claſſes diuidit, aliæ veſtes propriâ voluntate commutant, aliæ ex parentum voluntate. *De puellis*, inquit, *quæ ſibi veſtes in habitu religionis in domibus propriis, tam à parentibus quàm per ſeipſas mutauerint.* AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

XIV. Canon. *Inceſtas verò coniunctiones ab omni Chriſtianorum populo cenſuimus ſpecialiter reſecari, itaut ſi quis relictam fratris, ſororem vxoris, priuignam, conſobrinam, ſobrinam, vel relictam item patrui atque auunculi, vel in religionis habitu deditam, coniugij crediderit conſortio violandam, tamdiu à communionis gratia ſegregetur, quamdiu ab illicitis coniunctionibus ſequeſtratione manifeſtiſſimâ debeat abſtinere.* Hic Canon admodùm conformis eſt Canoni duodecimo Synodi Aruernenſis Primæ habitæ anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quinto. *Si quis relictam fratris, ſororem vxoris, priuignam, conſobrinam, ſobrinámque, vel relictam patrui atque auunculi, carnalis contagij crediderit conſortio violandam, & auſu ſacrilego auctoritatem diuinæ legis ac iura naturæ perruperit, & cui caritatis ac pij affectûs ſolatia exhibere debuerat, ſuorum hoſtis ac pudicitiæ, expugnator vim inferre tentauerit, Apoſtolicæ conſtitutionis ſententiâ feriatur, & quamdiu in tanto verſatur ſcelere, à Chriſtiano cœtu atque conuiuio, ſimúlque Eccleſiæ matris communione priuabitur.* Eiuſmodi coniunctiones prohibitæ quoque fuerunt in aliiš Conciliis ab Epiſcopis regni Francici, anno Chriſti quingenteſimo duodequadrageſimo in Concilio Aurelianenſi Tertio, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo primo in Concilio Aurelianenſi Quarto, anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo in Concilio Pariſienſi Tertio, anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto in Concilio Turonenſi Secundo, & anno Chriſti DLXXXVI. in Concilio Autiſſiodorenſi. XXXIII. DE INCESTIS CONIVNCTIONIBVS DISSOLVENDIS.

XV. Canon. *Vt nullus Iudæorum qualemcumque militiam aut actionem publicam ſuper Chriſtianos aut petere à Principe aut agere præſumat. Quòd ſi tentauerit, ab Epiſcopo ciuitatis illius, vbi actionem contra Canonum ſtatuta competiit, cum omni familia ſua baptizandi gratiam conſequatur.* Huius Canonis duæ ſunt partes. Prima ſtatuit, vt nullus Iudæus publicam actionem vllam ſuper Chriſtianos exerceat. Secunda præcipit, vt Iudæus, qui prædictam Sanctionem violauerit, ab Epiſcopo cum omni familia ſua baptizetur. Hæc autem poſterior pars Canonis palàm oſtendit olim in Francia viguiſſe hanc conſuetudinem, vt Iudæi cogerentur ad Baptiſmum. Lege quæ ſuperiùs dicta ſunt ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-primum [a]. XXXIV. DE IVDÆIS.

Iacobus Sirmondus hoc Concilium primus in lucem edidit [b], vocauítque Pariſienſe Quintum, nos verò Sextum appellamus, nec tamen plures à nobis quàm à Sirmondo Synodi Pariſienſes agnoſcuntur. Sirmondus Concilia Gallicana diſtinxit in maiora & minora; Concilium, de quo loquimur, inter Pariſienſia maiora dixit Quintum, nuncupaſſet Pariſienſe Sextum, ſi prædictâ non vſus eſſet diſtinctione, Concilium enim Pariſienſe, quod anno decimo-ſexto Chilperici Regis à Gregorio Turonenſi [c] deſcriptum legitur, & à nobis anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo conſignatum atque Pariſienſe Quintum appellatum eſt, inter minora Concilia repoſuit. En tario noſtri diſſidij. XXXV. SYNODI PARISIENSES.

[a] Num. 13.

[b] Tomo 1. Conc. Gall.

[c] Lib 5. c 19.

Synodus Pariſienſis Sexta non habetur integra. Id manifeſtiſſimè patet ex Clotarij Regis Edicto, quod infrà recitabimus. Septuaginta nouem Epiſco- XXXVI.

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

pos adfuiſſe proditum eſt in vetere quadam Collectione, quot in nullo anteà Francorum Concilio fuiſſe memorantur. Synodus generalis appellatur in Concilio Remenſi ſub Sonnatio, vt dicemus ſuo loco. Dolemus plurimùm ſubſcriptiones Epiſcoporum deſiderari, illarum enim inſpectione multa, quæ circa Chronologiam ſingularum Diœceſeon dubia manent, certa fierent & indubitata.

CERAVNVS EP. PARIS.

Pariſiis tunc ſediſſe credimus Sanctum Cerannum ſeu Ceraunum aut Ceraunium, qui Simplicij ſucceſſor ac deceſſor Leudeberti prædicatur à multis, nec eos putamus audiendos, à quibus perhibetur Dagoberto Tertio Regi coætaneus. Sanctus Cerannus Martyrologio Gallicano inſcribitur quinto Kalendas Octobris, & propter feſtum Sanctorum Coſmæ & Damiani colitur poſtridie in Breuiario Pariſienſi.

ACTA MARTYRVM PERQVIRIT.

Martyrum deuotione incenſus, cùm Geſta eorum magnifica doleret, iteratis orbis concuſſionibus, ferè ſepulta de hominum memoria deleri, vt illa ad debitum gloriæ decus reuocaret, quocumque deliteſcerent abdita ipſorum Acta perquirere, atque in Codicem digeſta euulgare diſpoſuit. Vnde cùm Lingonas miſiſſet, tergeminorum Martyrum Speuſippi, Eleuſippi & Meleuſippi paſſionem priſcis ex monimentis depromptam atque abſterſam à temporum ſqualore accepit operâ Warioharij, ſeu Warnaharij vt Bollandus [a] vocat, aut Manecharij vt Codex San-Victorinus [b] nominat, religioſiſſimi Aſcetæ, qui Hiſtoriæ limini hanc pij ſtudij commendationem præfixit. *Præcipuis beatiſſimorum perſonis Epiſcoporum aſſiduè coæquari meritis non deſiſtis, in omni conuerſatione Sacerdotij, ſanctâ quotidie exornari religione feſtinans; diuinarum ſcripturarum legendi ſtudio vniuerſa dogmata peragraſti. Nunc Sanctorum Martyrum Geſta ad laudis tuæ cumulum pro amore religionis congregare in vrbe Pariſiaca intendis.*

[a] d. 17. Ian.
[b] Cod. 577.

XXXVII. CONSTITVTIO REGIA.

Conſtitutionem, quam Clotarius Rex poſt Synodum Pariſienſem promulgauit, hîc ſubiiciemus, quia Canonibus, quos recitauimus, nonnihil lucis affert, & alios, quos periiſſe diximus, vtcumque videtur indicare. *Felicitatem Regni noſtri in hoc magìs magìſque diuino intercedente ſuffragio ſuccreſcere non dubium eſt, ſi quæ in Regno noſtro, Deo propitio, benè acta, ſtatuta atque decreta ſunt, inuiolabiliter noſtro ſtuduerimus tempore cuſtodire, & quæ contra rationis ordinem acta vel ordinata ſunt, ne in antea, quod auertat Diuinitas, contingant, diſpoſuerimus, Chriſto Præſule, per huius Edicti noſtri tenorem generaliter emendare: Ideóque definitionis noſtræ eſt, vt Canonum ſtatuta in omnibus conſeruentur, & quod per tempora ex hoc prætermiſſum eſt, vel dehinc perpetualiter obſeruetur. Itant Epiſcopo decedente in loco ipſius qui à Metropolitano ordinari debet cum Prouincialibus à Clero & populo eligatur, & ſi perſona condigna fuerit, per ordinationem Principis ordinetur; vel certè ſi de Palatio eligitur, per meritum perſonæ & doctrinæ ordinetur. Vt nullus Epiſcoporum ſe viuente eligat ſucceſſorem, ſed tunc alius ei ſubſtituatur, cùm taliter afficeretur, vt Eccleſiam ſuam nec Clerum regere poſſit. Itémque vt nullus viuente Epiſcopo adoptare locum eius præſumat, quòd ſi petierit, ei minimè tribuatur. Si quis Clericus, quolibet honore munitus, contempto Epiſcopo ſuo, vel prætermiſſo, ad Principes, aut ad potentiores quáſque perſonas ambulare, vel ſibi patrocinium elegerit expetendum, non recipiatur, præter ſi pro venia videtur expetere. Et ſi pro qualibet cauſa Principem expetierit, & cum ipſius Principis epiſtola ad Epiſcopum ſuum fuerit reuerſus, excuſatus recipiatur. Is qui ipſum poſt admonitionem Pontificis ſui retinere præſumpſerit, ſanctâ communione priuetur. Vt nullus Iudicum de quolibet ordine Clericos de ciuilibus cauſis, præter criminalia negotia, per ſe diſtringere aut damnare præſumat, niſi conuincitur manifeſtus, excepto Presbytero aut Diacono. Qui verò conuicti fuerint de crimine capitali, iuxta Canones diſtringantur, & cum Pontificibus examinentur. Quòd ſi cauſa inter perſonam publicam & homines Eccleſiæ ſteterit, pariter ab vtraque parte Præpoſiti Eccleſiarum, & Iudex publicus in audientia publica poſiti ea debeant iudicare. Cuicumque defuncto, ſi inteſtatus deceſſerit, propinqui abſque contrarietate Iudicum in eius facultate iuxta legem ſuccedant. Libertos cuiuſcumque ingenuorum à Sacerdotibus iuxta textus chartarum ingenuitatis ſuæ defenſandos, nec abſque præſentia Epiſcopi, aut Præ-*

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

poſiti Eccleſia eſſe iudicandos, vel ad publicum reuocandos. Vt vbicumque cenſus nouus impiè additus eſt, & à populo reclamatur, iuſtà inquiſitione miſericorditer emendetur. De teloneo vt per ea loca debeat exigi, vel de ſpeciebus ipſis, de quibus præcedentium Principum tempore, id eſt, vſque ad tranſitum bonæ memoriæ Domnorum parentum noſtrorum Gunthramni, Chilperici, Sigiberti Regum eſt exactum. Iudæi ſuper Chriſtianos actiones publicas agere non debeant. Quare qui ſe quæſtuoſo ordini ſociare præſumpſerit, ſeueriſſimam legem ex Canonica incurrat ſententia. Vt pax & diſciplina in Regno noſtro ſit Chriſto propitiante perpetua, rebellio vel inſolentia malorum hominum ſeueriſſimè reprimatur. Vt nullus Iudex de aliis prouinciis aut regionibus in alia loca ordinetur, vt ſi aliquid mali de quibuſlibet conditionibus perpetrauerit, de ſuis propriis rebus exinde quod malè abſtulerit iuxta legis ordinem debeat reſtituere. Præceptiones noſtræ per omnia impleantur, &c. Deſunt reliqua huius capitis cum duobus ſequentibus. *Quicquid parentes noſtri anteriores Principes, vel nos per iuſtitiam viſi ſumus conceſſiſſe & confirmaſſe, in omnibus debeat confirmari. Et quæ vnus de fidelibus ac Leodibus, ſuam fidem ſeruando Domino legitimo, interregno faciente viſus eſt perdidiſſe, generaliter abſque aliquo incommodo de rebus ſibi iuſtè debitis præcepimus reueſtiri. Puellas & viduas religioſas, aut ſanctimoniales, quæ ſe Deo vouerunt, tam quæ in propriis domibus reſident, quàm quæ in Monaſteriis poſitæ ſunt, nullus nec per Præceptum noſtrum competat, nec trahere, nec ſibi in coniugio ſociare penitus præſumat. Et ſi quis exinde Præceptum elicuerit, nullum ſortiatur effectum. Et ſi quicumque aut per virtutem aut per quemlibet ordinem ipſas detrahere, aut ſibi in coniugium præſumpſerit ſociare, capitali ſententiâ feriatur. Et ſi in Eccleſia coniugium fecerint, & illa rapta aut rapienda in hoc conſentire videbitur, ſequeſtrati ab inuicem in exilio deportentur, & facultates eorum propinquis hæredibus ſocientur. Epiſcopi verò vel potentes, qui in aliis poſſident regionibus, iudices vel miſſos diſcuſſores de aliis prouinciis non inſtituant, niſi de loco qui iuſtitiam percipiant & aliis reddant. Agentes igitur Epiſcoporum aut potentum per poteſtatem nullius rei collecta ſolatia nec auferant, nec cuiuſcumque contemptum per ſe facere non præſumant. Porcarÿ fiſcales in ſiluas Eccleſiarum aut priuatorum abſque voluntate poſſeſſoris in ſiluas eorum ingredi non præſumant, neque ingenuus, neque ſeruus, qui cum furto non deprehenditur ab Iudicibus, aut ad quemcumque interfici non debeat inauditus. Et quandoquidem paſtio non fuerit, vnde porci debeant ſaginari, cellarinſis in publico non exigatur. Quicumque verò hanc deliberationem, quam cum Pontificibus, vel tam magnis viris Optimatibus, aut fidelibus noſtris in Synodali Concilio inſtituimus, temerare præſumpſerit, in ipſum capitali ſententiâ iudicetur, qualiter alÿ non debeant ſimilia perpetrare. Quam Auctoritatem vel Edictum perpetuis temporibus valiturum manûs noſtræ ſubſcriptionibus decreuimus roborandum. Hamingus. Chlothacarius in Chriſti nomine Rex hanc definitionem ſubſcripſi. Data ſub die* XV. *Kalendas Nouembris, anno* XXXI. *regni noſtri, Pariſius.*

XXXVIII. In aula regia tres florent fratres, Rvsticvs, Siagrivs, Desiderivs

Illis temporibus in aula Clotarij Regis florebant tres fratres Saluio ciue Albigenſi viro clariſſimo nati, Ruſticus, Syagrius & Deſiderius, vt conſtat ex Deſiderij vita, cuius initium in manuſcripto Codice Cœnobij Moſſacenſis tale eſt. *Deſiderius Caturcenſis Epiſcopus Obrege*, lege *Albige*, *Galliarum oppido oriundus fuit. Hæc ciuitas in extremis penè Galliarum finibus ſita, regionibus Aquitaniarum extrema, habens à meridie prouinciam Narbonenſem. In hac parentibus honeſtiſſimis & apud Gallicanas familias præ cæteris gratiâ generoſitatis ornatis Deſiderius exortus eſt. Pater eius Chriſtianiſſimus vocabulo Saluius, mater verò itémque honeſta & religioſa Herchenefreda dicta eſt, fratres autem Ruſticus & Syagrius cum duabus ſororibus aderant, quarum vna Siluia* (Labbeo Selina) *altera verò dicebatur Auita.* Et paucis interiectis. *Eo tempore Theudeberto Rege iam interempto, Teuderico æquè defuncto, Brunichilde quoque equorum pedibus irretitâ ac malè diſcerptâ, Clotharius pater inclyti Dagoberti Monarchiam regni ſolus tenebat, à quo hi tres germani, id eſt, Ruſticus, Syagrius & Deſiderius florentiſſimè enutriti ſummis dignitatibus præditi ſunt.* Agemus alibi de Ruſtico & Syagrio, quorum

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

ille dignitates Eccleſiaſticas adeptus eſt, hic ampliſſimos Magiſtratus geſſit. Interim nobis tantiſper immorandum in laudibus Deſiderij, qui quamuis adhuc adoleſcens eſſet, Theſaurarij munere iam fungebatur. *Deſiderius ſummâ parentum curâ enutritus, literarum ſtudiis ad plenum eruditus eſt*, Ruſtico & Syagrio fratribus *iunior tempore, ſed non inferior dignitate ſub indolis adhuc annos Theſaurarius Regis effectus valdè ſtrenuè ſe accinxit, denique quantùm Regi propiùs tantùm familiariùs inhærebat, & inter coæuos & Proceres laudabiliter nimis adoleſcentiam ſuam gerebat. Quantùmque ætate creſcebat, tantùm ſe in Dei nomine & Regis fidelitate roborabat. Cuius vtilitatis, ſubtilitatis, affabilitatis, argutiæque ſagaciam ſi per ſingula voluero exponere, deficiet me tempus narrantem. Tanta enim humilitatis & ſcientiæ gratiâ ornabatur, vt multos ſuperaret affines, pluréſque præiret coætaneos, & licèt ad plenum literis fuerit eruditus, inſignem tamen ac robuſtiſsimum naturalem habuit magiſtrum propriam conſcientiam. In aula quidem ac ſub frequentiſsima Palatij opulentia degebat, ſed cautelam Monachi propoſitúmque non amittebat, laſciuiam ſanè voluptatéſque ſeculi ſic euitabat, vt mirum in modum ſemper ſperneret quod ſemel contempſerat. Delectabat namque eum iugis labor. Nequaquam conſiderans quid alij malè facerent, ſed quid boni ipſe facere deberet. Semper enim ſecularium conſortia ſtudioſè fugiens, Monachorum ac Religioſorum delectabatur alloquio; prauorum contubernia declinans, humilium iungebatur cateruis. Idem in Deo ſemper manens per bonam & malam famam Chriſti tyrunculus inoffensè gradiebatur. Nec laude cuiuſque attollebatur, nec vituperatione frangebatur. Habebat enim temperamentum in proſperis, patientiam in aduerſis. Gerebat ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machinaretur dolos, habebat & ſerpentis aſtutiam ne aliorum ſupplantaretur inſidiis. Magnum prorſus habens ingenium & facilè loquebatur & purè, facilitáſque ipſa & puritas mixta prudentiæ erat.*

XXXIX. GOERICVS. [a] Epiſt. 9.

Eidem Deſiderio amicitiâ coniunctiſſimus erat Goericus Arnulfi Metenſis Antiſtitis agnatus, qui tunc etiam in aula Clotarij Regis verſabatur. Extant literæ [a], quibus Deſiderius Cadurcenſis Epiſcopus veterem amicitiam quâ quondam in Clotarij Palatio vinciebantur, in memoriam Goerico Metenſi Pontifici reuocat. *Optarem frequenter*, inquit, *ſi poſsibilitas arrideret, ſacris veſtris intereſſe colloquiis, vt ſicut nos ſub ſæculi habitu in contubernio ſereniſsimi Flotharij Principis mutuis ſolebamus releuare tabellis, ita iam nunc illâ ad plenum depoſitâ vanitate dulcia liceret Chriſti ruminare præcepta.* Codex manuſcriptus ſancti Vincentij Metenſis, in quo deſcribitur Anſberti Genealogia, duplicem Goerici ſtatum, ſecularem & Eccleſiaſticum paucis ita perſtringit. *Primùm in Aquitania regiam obtinuit dignitatem, & pòſt in Metenſi vrbe Pontificalem.* Per regiam dignitatem intellige Præfecturam, quam Goericus in Aquitania ſub beneplacito Regis obiit, & quoties Goericum Aquitaniæ Regem leges, Præfectum ſeu Comitem aut Ducem in Aquitania interpretare, vt in manuſcripto Metenſium Epiſcoporum Chronico, quod à Dubouchetο citatur hoc modo. *Goericus ſanctus, qui & Abbo dictus eſt, huic Sedi trigeſimus Epiſcopus Metenſis ſuccedit. Hic primò Rex Aquitanorum fuerat, póſtque Pontifex factus opibus plurimis ditauit Eccleſiam.* Agemus de Goerici Pontificatu ſuo loco.

XL. FARO. [b] Ap. Surium die 28. Octob.

Erat etiam illis diebus in aula regia Faro Burgundoforæ ſuprà laudatæ frater, in cuius vita hæc leguntur [b]. *Cùm Theodeberti & Theoderici Regum ditiones Clotario ceſsiſſent, apud eum quoque Faro præcipuum gratiæ & amicitiæ locum obtinuit, atque eâ fiduciâ fretus, admonebat Regem mundi huius blandimenta & illecebras, cæleſtis beatitudinis contemplatione calcare, omnibus ſe comem & amabilem exhibere, actus & mores ſuos ad virtutis præſcriptum componere. Dabat etiam operam humanitatis & miſericordiæ officiis & operibus, itaut reos capitis liberare ſtuderet. Nec deſunt, qui ſcribant miſſos tum ad Clotarium Regem à Saxonum gente Legatos, eóſque verbis iniurioſis vſos, vſque adeò Clotarij animum exacerbaſſe, vt iuſſerit eos confeſtim interfici, irâ præcipuè eum extimulante. Et quamuis Proceres eum à tali facinore dehortarentur, dicerentque ſi Legatis quamuis inimicæ gentis eam vim afferat, eum ius gentium violaturum, & contra ipſas quoque Fran-*

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

torum Leges venturum, nihil tamen apud iratum Regem efficere potuiſſe, quòd ruptis moderationis habenis ſanum conſilium non admitteret. Tum verò magnâ vſum prudentiâ Faronem dixiſſe vt fieret quod Rex mandaſſet, ſed ita tamen vt in poſterum diem Legatorum cædes differretur. Eam ſententiam omnium ſediſſe animis, Legatos eâ nocte à milite cuſtoditos, ad eos autem acceſſiſſe Faronem, & tantùm ſuis apud eos ſermonibus effeciſſe, vt Chriſtianâ religione voluerint initiari; atque id cùm ille Regi & aulicis indicaſſet, non ſolùm vitâ donatos, ſed etiam muneribus affectos, ad ſuos cum gaudio reuertiſſe. Ducheſnius [a] aliam vitam publicauit, cuius Author ſuperiorem narrationem claudit inſigni Faronis encomio, quòd in habitu ſeculari iam fungeretur officio Pontificis, & Saxonum genti primus Euangelium annuntiarit. At neutra exarara eſt ab antiquo Scriptore, neutra mendis caret, neutra prætermittit alias fabulas quas de Saxonibus finxit Anonymus [b] qui Regum Francorum Geſta literis tradidit. Quapropter cùm nullum alibi verbum habeatur de Saxonum Legatis conſilio Faronis & morti ereptis & ad fidem Chriſtianam conuerſis, Hiſtoriam illam inter commentitias reputamus.

[a] Tom. 1. coll. Hiſt. Franc.

[b] Cap. 41.

XLI. Ad primordia Clotarij Francorum Monarchiam adepti videntur etiam pertinere, quæ in vita ſancti Maximi [c] leguntur de illius fuga ex agro Cadurcenſi in Viennenſem regnante Clotario. Prolixam narrationem in epitomen redigemus. Maximus cùm Grammaticam in vrbe Cadurcenſi doceret, à Beraldo viro diuite poſtulatus fuit in generum, ideo vocatus à parentibus ad eos venit in villam Margaritam, Magneldis mater dixit ſperare ſe, quòd filius non eſſet vxorem ducturus, id maritus ægrè tulit, atque ira loquentem alapâ percuſſit. Maximus ſequenti nocte fugit in ciuitatem, indéque cum Ambroſio diſcipulo in eremum, *inuenis locum ſuper fluuium Olto loco vocato ſubtus rocca, habens in circuitu eius ſolitarios in ſingulis cellulis ſuis ſeruientes Domino, cœpit ibi inſtruere paruum domicilium, vbi Domino militare potuiſſet.* Dæmon inuidit eius quieti, ſpecie Angeli aſſumptâ patri Gundeberto indicauit vbi Maximus habitaret, ſtatim Gundebertus filium ad modum vrſi cum venatoribus quæſiuit, inuentum ac ligatum reduxit domum, incluſit carceri, coegítque ſponſalia cum Beraldi filia contrahere. Septimo pòſt die Maximus occurrit Magnentio peregrino, quocum iterum ſe viæ commiſit & Angelo duce Viennam peruenit, ab Epiſcopo repulſus abiit ex Angeli iuſſu ad cellulam ſancti Ioannis ſiue ad Limonicum Monaſterium, cui præerat Samſon Abbas in ditione Clotarij Regis. Hoc Cœnobium ita deſcribitur. *Continet cellam inter montuoſa loca ſuper amne Rhodano, ex latere Aquilonis Limonia fluenta, & de parte Occidente montem minorem, qui vocatur Terulius.* Samſon Maximum & Magnentium benignè ſuſcepit, totondit, adſcripsitque numero Monachorum. Maximi virtus variis ſignis mox enituit. Epiſcopus Viennenſis famâ rerum permotus acceſſit ad Monaſterium, peregrinum quem priùs contempſerat humillimè rogauit vt pro ſe preces funderet, deinde poſtulante Abbate vnxit in Preſbyterum menſe Martio. Antiſtes ille Viennenſis in ſancti Maximi vita perperam vocatur Paſchaſius, nam ſanctus Paſchaſius, cuius nomen in Tabulis Eccleſiaſticis octauo Kalendas Martias inuenitur, longè citiùs ſedit ſub ethnicis Imperatoribus. Viennenſem Eccleſiam regebat tunc Domnolus, de quo plura quarto pòſt anno dicturi ſumus.

[c] Ap. Bolland. die 2. Ianuar.

MAXIMVS RELICTA SPONSA FVGIT VIENNAM.

XLII. Hoc anno, cùm de ſublegendo Pontifice Lemouicenſi Clerus & populus conſilium agitarent, nec de perſona inter ſe conuenirent, fuſis orationibus ad ſepulchrum ſancti Martialis, eam in ſententiam conceſſerunt, vt probitate inſignes duo Preſbyteri Lupus & alius quidam ad Regem Clotarium mitterentur, qui vtrum vellet ordinari iuberet. Lupus cùm ab omni abhorreret ambitu Legationem illam obire aliquandiu recuſauit, importunis demum precibus exoratus iter ſuſcepit. *Verùm cùm nullâ aliâ nobilitate, quàm eâ quæ à virtute rutilat, nullo veſtium nitore inſignis videretur, non ei facilis ad Regem patuit aditus, ſed diuino nutu effectum eſt, vt Clotarij filius graui febre correptus, fruſtrà*

LVPVS SANAT REGIS FILIVM,

AN. CH. 614. CLOTAR. II. R. 31.

FIT EPISC. LEMOVIC.

tentatis medicorum remediis, oblato (Reginæ afflictæ efflagitatione) à viro Dei ſacrificio ſanaretur. Eo miraculo Dei amicus approbatus, Rex vt is Epiſcopus conſecraretur non ſolùm aſſenſit, ſed & ipſum vix exoratum vt annueret, multis donatum muneribus honorificè remiſit. Hæc de ſancti Lupi electione in Epiſcopum ſcribit Sauſſaius in eius Natali, vndecimo Kalendas Iunias, ordinationem verò notat quarto Idus Maias in ſupplemento ſui Martyrologij. Qui dies ordinationis, cùm Dominicus fuerit, non alium poteſt annum indicare quàm ſexcenteſimum decimum-quartum, qui præditus fuit literâ Dominicali F. Clotarius Rex filios Dagobertum & Charibertum iam ſuſceperat, fortè etiam & eum cuius obitum poſt quadriennium referemus.

XLIII.

LEVPARIVS EP. TVRON. OBIT. SVCCEDIT AGERICVS.

Obiit hoc anno Leuparius ſeu Leopachatius vel Leupicanius aut Leupicarius Turonenſis Epiſcopus, cùm ſediſſet annos [a] duodecim, menſes tres. Succeſſit Agericus qui & Agricus, Augaricus, Aignicus, & Agiricus vocatur. Hic ſub initium ſui Pontificatûs ex Canonicorum conſenſu Bertchramno Antiſtiti Cenomanenſi portionem villæ, cui nomen Blacciacus ad alueum Garumnæ, ab Arnulfo Maurilionis filio Eccleſiæ Turonenſi delegatam vendidit, vt patebit ex ipſius Bertchramni teſtamento, quod anno ſequenti citabimus. Facultatum ſuarum iacturam ſæpè fecerat Bertchramnus, quòd nollet à Clotarianis partibus recedere, teſtatur autem in eodem teſtamento multis ſe muneribus atque opibus donatum fuiſſe à Clotario Rege, poſtquàm Deus integrum Francorum regnum illi conſulit.

XLIV.

EPISCOPI VIRODVN.

Hoc eodem anno, qui mortem ſancti Columbani præceſſit, Hermenfredus Virdunenſis Epiſcopus, vt Waſburgius [b] aſſerit, diſceſſit è vita. Suffragatur Roſerius in Stemmatibus [c] Lotharingiæ, tribuit enim annos ſedis duodecim. Eum ſanctum appellant Wion [d] in ligno vitæ, Ferrarius in generali catalogo [e] Sanctorum, & Sauſſaius in ſupplemento [f] Martyrologij Gallicani. Mortuum ſexto Idus Decembris tradunt Ghinlus, Robertus, Sauſſaius. Succeſſit Godo, qui Concilio Remenſi ſubſcripſit, vt ſuo loco dicemus.

[a] Seuert.
[b] Lib. 2.
[c] Tom. 3. hiſt. capit. 47.
[d] Lib 2. c. 55.
[e] d. 8 Ian. d. 8. Febr.
[f] d. 9. Febr.

---

615. CLOTAR. II. R. 32.

ANNVS CHRISTI 615.

CLOTARII II. R. 32. 3.

I.

GALLVS MAGNOALDVM CVRAT DIACONVM ORDINARI.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto Gallus Ioannem Conſtantienſem Epiſcopum rogauit, vt Magnoaldum ad Diaconatum promoueret, idque primo quadrageſimalis ieiunij Sabbato peractum tradit Theodorus in vita ſancti Magnoaldi. Quæ ſuperiùs de Ioanne dicta ſunt, palam oſtendunt Magnoaldum haud ordinatum fuiſſe Diaconum ante hunc annum, neque illa ordinatio ſeriùs reiici poteſt, quia facta eſt viuente Columbano, cuius obitus in hunc ipſum annum incidit, vt inferiùs dicemus. *Beatus Magnoaldus acceptâ à Ioanne Antiſtite ſacrâ benedictione Diaconatûs officij, reuerſus eſt cum gratiarum actionibus Deo relatis ad cellam beati Galli Abbatis. Cœperunt autem tunc temporis ædificare Eccleſiam beatus Gallus & Magnoaldus, conſtruere Monaſterium, manſiones per gyrum ad commanendum fratribus præparare, ſuffulti Regis Sigiberti & Ducis Gunzonis adiutorio. Conſtruxerunt ergo Monaſterium miræ magnitudinis, & fratres ſuibi coadunatos doctrinâ & exemplo ad æternæ vitæ deſideria concitauerunt. Othmarum puerum ex Alamannorum genere curioſè nutrientes, atque doctrinam grammaticæ artis ſeu diuinorum librorum eum erudientes, magiſtrum ſcholæ conſtituebant.* Hæc Theodorus, apud quem irrepſit nomen Sigiberti Regis, quod eſt omnino expungendum, tunc enim Clotarius vniuerſam Francorum Monarchiam obtinebat, nec ſuſpicari quis poteſt Sigiberti loco

CONSTRVIT MONASTERIVM.

AN. CH. 615. CLOTAR. II. R. 32.

Clotarium eſſe teſtituendum, nam teſte eodem Theodoro Clotarius à Columbano per epiſtolam rogatus, vt Gallum & Magnoaldum in ſuo conſiſtentes regno *benignè per amorem Domini foueret, eiſque familiaria loca, prout opportunum foret, in ſua mercede tribueret*, id minimè adimpleuit, *propter diuerſorum inimicorum Dei infeſtationes.* Gallus igitur & Magnoaldus Monaſterium ſolo Gunzonis Ducis adiutorio ſuffulti conſtruxerunt. Walafridus ait opus inchoatum à Gallo fuiſſe, cùm Monachi iam duodecim in illius diſciplinam ſe tradidiſſent. *Quadam verò die* (ita Theodorus ſermonem proſequitur de Gallo & Magnoaldo) *dum poſt Matutinalis Officij laborem quieſcendi gratiâ lectas ſuas reuiſerent, primo diluculo vir Dei vocauit Magnoaldum Diaconem ſuum, & dixit illi. Inſtrue ſacra oblationis miniſterium, vt poſſim diuina ſine dilatione celebrare myſteria. Et ille. Num tu, inquit, Pater, Miſſam celebrabis? Qui dixit illi. Poſt huius vigilias noctis, Dominum & Patrem meum Columbanum cognoui per viſionem ad cælos de huius vitæ anguſtiis migraſſe, pro eius ergo requie ſalutis hoſtiam debeo immolare. Et ſigno pulſato, Oratorium ingreſſi, & in orationem proſtrati, cœperunt Miſſas agere, indeſinenter poſtulantes pro commemoratione beati Columbani. Finito ſacra deuotionis officio, venerabilis Gallus dixit ad Magnoaldum Diaconem. Fili, non tibi graue videatur petitionis meæ pondus, ſed arripe viam & Italiam petito, pertranſiéuſque vſque ad Monaſterium, quod Bobium nominatur, diligenter perquirito, quid actum ſit circa Abbatem meum. Nota ergo diem & horam, vt ſi eum compereris eſſe defunctum, poſſis agnoſcere, vtrùm viſio mea veritatis fulciatur effectu. Hæc ergo omnia ſollicitâ inueſtigatione perdiſcens, regreſſus nunciabis mihi. Diaconus ad pedes Magiſtri prouolutus ignotum ſibi iter conqueſtus eſt. Sed vir benedictus voce blandâ eum ne timeret ammonuit. Perge, inquit, & Dominus diriget greſſus tuos. Hac conſolatione roboratus pij Doctoris alumnus præcepto paruit, & accepto benedictionis viatico viam feſtinanter aggreſſus eſt, memor Prophetiæ beati Columbani, qui aſſeruit eum venturum eſſe ad ſepulchrum ſuum in Italia, & cambuttam ſuam adſumere, Sanctúmque Gallum per eam abſoluere. Cúmque perueniſſet ad Monaſterium, vt volebat, inuenit omnia ita contigiſſe, ſicut Patri ſuo per viſionem fuerant reuelata. Manſit autem vnâ nocte ibi, & accepit à fratribus epiſtolam ad beatum Gallum, continentem venerandi tranſitum Columbani. Qui & baculum ipſius, quem vulgò cambuttam vocant, per manum Diaconi tranſmiſerunt, dicentes, Sanctum Abbatem ſuum ante tranſitum iuſſiſſe, vt per hoc notiſſimum pignus Gallus abſolueretur. Dimiſſus autem ab illis iter accelerauit, & proſperè in omnibus agens, die octauâ venit ad Sanctum Patrem, ferens epiſtolam abſolutionis indicium. Lectâ epiſtolâ ſanctus Gallus lacrymas profudit vberrimas, & collectis fratribus cauſas mœroris aperuit. Deinde tanti Patris memoriam precibus ſacris & ſacrificiis ſalutaribus frequentauerunt.*

DIVINA REVELATIONE DISCIT MORTEM S. COLVMBANI.

Mortuus eſt ſanctus Columbanus vndecimo Kalendas Decembres hoc ipſo anno. Dies notatur apud Ionam & in Tabulis Eccleſiaſticis. Annus colligitur ex eodem Iona, qui teſtatur illum vno duntaxat anno vixiſſe poſt Euſtaſij Legationem de qua nos anno ſuperiori, necnon ex Theodoro, qui ſanctum Magnoaldum affirmat ex hac luce ſublatum octauo Idus Septembres, die Dominico, anno, vt probabimus, poſt ſancti Columbani mortem quadrageſimo, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto, quo currebat litera Dominicalis D. Sancto Columbano in adminiſtrationem Bobienſis Monaſterij ſucceſſit Attala, de quo nos infrà non ſemel acturi ſumus, tum quia poſt aliquot annos venit in Franciam, tum quia nonnullos ex ſuis diſcipulis in Franciam direxit, alioquin enim cùm Bobium ad Longobardiam non ad Franciam pertineret, extra noſtrum inſtitutum eſſet de Bobienſi Abbate ſermonem habere. In Francia quinque erant inſignes Abbates, qui Regulam ſancti Columbani profitebantur, adeóque eminebant pietate vt Sanctorum numero meruerint adſcribi. Duo in Diœceſi Veſontionenſi degebant Euſtaſius & Deicolus, in Argentoratenſi Leobardus, in Conſtantienſi Gallus, Walericus in Ambianenſi. Monaſterio Luxouienſi viciniſque Cœnobiis quæ Ana- II.

CVI SVCCEDIT ATTALA

QVINQVE IN FRANCIA FLORENT COENOBIA SVB REGVLA S. COLVMBANI.

AN. CH. grates & ad Fontanas vocabantur vnus præerat Euſtaſius. Monacbos Lutren-
6 1 5. ſes regebat Deicolus. Cellenſe Monaſterium adminiſtrabat Leobardus dimi-
CLOTAR. dio ab Tabernis * Alſaticis lapide. Gallus diſcipulos congregabat ad locum
II. R. 32. vbi hodie oppidum ſancti Galli conſpicitur. Walericus Monaſterium erige-
* *Sauerne.* bat Leuconai ad Somonam vbi nunc etiam oppidum eſt nomine ſancti Wale-
rici notum. Obiit beatus Columbanus maior ſeptuagenario. Gallus annum
agebat octogeſimum-quintum. Deicolus Gallo fratre vterino iunior erat, ſe-
nior autem Columbano. Columbinus Lutrenſis Monachus, Deicolo cha-
riſſimus, Abbate Columbano, cui viceſimum annum vix attingenti ſe comi-
tem adiunxerat, minor erat aliquot annis. Hæc ætatis ratio facilè nos inducit,
vt credamus onus Lutrenſis regiminis ab Abbate Deicolo poſt ſancti Colum-
bani mortem ſtatim tranſmiſſum fuiſſe in ipſum Columbinum. Deicolus, vt
[a] Ap. Bolland. die 18. Ianu Author vitæ ſcribit [a], ad ſecretiorem atque arctiorem vitam anhelabat, Cu-
lumbino Abbate conſtituto ipſe ſeorſum ſibi Oratoriolum in bonorem ſum-
mæ Trinitatis conſtruxit, deceſsitque grandæuus decimo-quinto Kalendas
Februarias, quo die colitur in Tabulis Eccleſiaſticis ac Benedictinis. Sepultus
fuit in Oratorio à ſe condito, minùs rectè in quibuſdam Martyrologiis attri-
buitur Britanniæ, cùm Burgundiæ ſit accenſendus. Tunc & Vrſicinus Luxo-
uienſis olim Monachus, ac prælaudati Columbani diſcipulus, eremiticam
* *le Doux.* circa Dubim * fluuium vitam agebat, ibique poſteà non paruam Monacbo-
rum multitudinem collegit, itaut locus ille non tantùm in Monaſterium ſed
& in oppidum excreuerit, quod etiamnum ab incolis de nomine ſancti Vrſi-
cini *S. Vrſitz* appellatur. Colitur ſanctus Vrſicinus decimo-tertio Kalendas
Ianuarij.

III. His circiter temporibus, relicto Arnulphi Metenſis Epiſcopi & conſangui-
BERTVLFVS nei ſui comitatu, Monachum induit Luxouij ſub Euſtaſio Abbate Bertolfus,
FIT MONA- qui poſteà Cœnobium Bobienſe ſumma cum laude gubernauit. *Venerabilis*
CHVS LV- *Bertolfus*, inquit Ionas in eius vita, *fuit genere nobilis, licèt gentilis, conſangui-*
XOVIENSIS. *neus beati Arnolfi Metenſis vrbis Pontificis, qui cùm præfatum Arnolfum Pontifi-
cem ad cultum religionis poſt aliquos honores, poſt infulas pompáſque ſeculi ad reli-
gionis ſtudia anhelare perſpexiſſet, niſus eſt & ipſe calcando terrena cæleſtia deſide-
rare. Poſtpoſuit ergo patrem, nataléque ſolum & pompas vrbis, iuxta Euangelij
vocem, poſt rerum amiſſionem nudus tollendo crucem, ac ſibimetipſi abnegando ſe,
ſecutus eſt Christum, iunctúſque ſupradicto Pontifici Arnolfo, cum ipſo aliquantiſ-
per commoratus eſt, deinde ad venerabilem virum Euſtaſium Luxouium perrexit,
vbi diu ſubiectus ſancta Regula, & Monaſtica Religioni, omnibus inibi conuerſan-
tibus gratiſſimus effectus eſt.*

IV. In Codice Remenſi, vnde Sirmondus deſcripſit Concilium Pariſienſe, cu-
SYNODVS ius Canones anno ſuperiori recitauimus, ſubiiciebantur Canones Synodi al-
INCERTI terius, incertum quo loco vel anno babitæ, quia titulo carebant, ſed quam
LOCI. poſt Concilium Pariſienſe haud longo interuallo celebratam primus Canon
oſtendebat, ideóque hoc anno collocandam duximus. Quot Canones in ea
Synodo promulgati fuerint, perinde incertum eſt. Mutilum enim exemplar,
DECRETA. quod in decimo-quinto deſinebat, plures fuiſſe indicabat. Ex bis porrò reli-
quiis carie ſitúque deformatis, decem duntaxat excerpere Canones licuit, qui
ſequuntur.

V. I. *Vt Conſtitutiones illa qua Pariſius ſunt decreta, hoc eſt, tam à Domnis Sa-
cerdotibus, quàm à Domno Chlothacario Rege, iuxta priſcas Patrum Conſtitutiones,*
VI. *in omnibus conſeruentur, quia in nullo fidei Catholica vel Eccleſiaſtica Regula con-*
DE ALTA- *traria ſunt inuenta.*
RIBVS. II. *Vt altaria alibi conſecrari non debeant, niſi in his tantùm Eccleſiis, vbi cor-*
VII. *pora ſepulta non ſint.*
VIII. Deeſt Canon tertius.
DE MONA- IV. *Vt Manachi iuxta Regulam viuant, nec ſequeſtrati per cellas habitent vel*
STERIIS. *conuiuant, & peculiare nullum habeant, ſed iuxta Apoſtolum ſint eis omnia com-
munia,*

munia, ſicut Abbatis vel Præpoſiti diſpenſatio iuſta perpenderit. AN. CH.
V. *Vt intra ſepta Monaſterij non baptizetur, nec Miſſæ Defunctorum ſæcularium* 615.
celebrentur, nec ſæcularium corpora ibidem ſepeliantur. Forſitan permiſſu Pontificis, CLOTAR.
id eſt, vt corpora laicorum numquam ſepeliantur in Monaſteriis, niſi Epiſco- II. R. 32.
pus id datâ licentiâ fieri permiſerit.
Deſunt Canones ſextus & ſeptimus. IX.
X.
VIII. *Illud ſpecialiter decernimus, vt nullus Epiſcopus vel Presbyter aut Dia-* XI.
conus vel Clericus honore munitus mulierem in domo ſua habeat præter matrem, DE
ſororem & amitam. Quòd ſi quis ſuper ſtatuta Canonum deinceps habere præſum- CLERICIS.
pſerit, iuxta arbitrium Pontificis ſententiâ Canonicâ feriatur, & illa vt adultera
condemnetur.

IX. *De his qui ad Eccleſias confugium faciunt, vt Eccleſiæ ſtatus in omnibus firmo* XII.
robore perſiſtat, nullus de Eccleſia violenter trahatur, nec confugiendi ius in Eccleſiam DE ASYLO
ſubtrahatur, ſed nec vinculis aut ferro, qui in Eccleſiam confugerit, colligetur. ECCLESIA-
Deeſt Canon decimus. RVM.
XI. *Vt Abbates vel Archipresbyteri, abſque culpa de Eccleſiaſtico miniſterio re-* XIII.
moueri non debeant, nec per præmia nullus Abba vel Archipresbyter ponatur. Quòd XIV.
ſi quis facere præſumpſerit, communione priuetur, nec ſæculares Archipresbyteri po- DE ABBA-
nantur. Forſitan ſi talis fuerit, quem pro merito perſonæ in ſolatium Eccleſiæ Pon- TIBVS ET
tifex neceſſarium eſſe indicet, vt ſine eius defenſione paræciani illi ſe defenſare non ARCHIPRE-
poſſint. Ex laicis Archipreſbyteros repentè fieri prohibebit iterum Concilium SBYTERIS.
Remenſe, de quo nos inferiùs ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-
quintum.

XII. *Presbyteri vel Diaconi, ſe nullâ ratione nubere præſumant. Quòd ſi præ-* XV.
ſumpſerint, ab Eccleſia ſequeſtrentur. DE CONTI-
XIII. *De excommunicatis placuit, ſi quis pro crimine ſuo ab Epiſcopo vel Pre-* NENTIA
sbytero, fuerit communione priuatus, Epiſcopus vel Presbyter, & facinus excom- CLERICO-
municati, & priuationem communionis vicinis ciuitatibus vel paræciis ſtudeant in- RVM.
dicare. Quòd ſi quis ad eius poſtquàm notitiam venerit, vſque audientiam cum XVI.
ipſo communicare præſumpſerit, biennio communione priuatus ab Eccleſia ſequeſtretur. DE EXCOM-
XIV. *De ingenuis, qui ſe pro pecunia aut alia re vendiderint, vel oppignerauе-* MVNICA-
rint, placuit, vt quandoquidem pretium, quantum pro ipſis datum eſt, inuenire po- TIS.
tuerint, abſque dilatione ad ſtatum ſuæ conditionis reddito pretio reformentur, nec XVII.
ampliùs quàm pro eis datum eſt requiratur. Et interim, ſi vir ex ipſis vxorem in- DE
genuam habuerit, aut mulier ingenuum habuerit maritum, filij, qui ex ipſis nati INGENVIS.
fuerint, in ingenuitate permaneant.
XV. *Si quis Chriſtianorum Diæceſim, quæ ab anterioribus Epiſcopis.* Deſunt XVIII.
cetera.

Antonius Cotuaiſierus integrum Bertranni Cenomanenſis Epiſcopi teſta- XIX.
mentum ex archiuis Abbatiæ de Cultura Dei publicauit. Initium tale eſt. *In* BERTRAN-
nomine Domini Ieſu Chriſti & Spiritûs Sancti ſub die ſexto Calendas Aprilis, anno NVS EPISC.
vigeſimo-ſecundo regnantis Glorioſiſſimi Domini Clotarij Regis. Bertrannus etſi in- CENOMAN.
dignus peccator Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Cenomanicæ, ſanus Deo propitio, mente CONDIT
& corpore ſanóque conſilio, metuens caſus humanæ fragilitatis, teſtamentum meum TESTAMEN-
condidi, idémque filium meum Ebbonem Notarium ſcribere rogaui, & dictaui. TVM.
Annus Clotarij Regis viceſimus-ſecundus, ſi numeratur ab obitu Chilperici
patris, eſt annus Chriſti ſexcenteſimus ſextus, quo Clotarius in ſola Neuſtria
regnabat, ſuperſtitibus, in Auſtria Theodoberto, in Burgundia Theodorico,
Regibus. At Bertrannus teſtamentum à ſe conditum teſtatur, *poſtquàm Deus*
Glorioſo Domno Clotario Regi totum regnum Francorum in ſua ditione aduenire præ-
cepit. Ioannes Bondonnetus hanc vt difficultatem ſolueret, expuncto Clotarij
Regis anno viceſimo-ſecundo triceſimum-ſecundum reſtituit, qui anno Chri-
ſti decimo-ſexto ſupra ſexcenteſimum illigatur. Sanè quemadmodum ex textu
ſuprà recitato conſtat teſtamentum illud ſcriptum fuiſſe poſt annum Chriſti
ſexcenteſimum decimum-tertium, quo tria Francorum regna ſub Clotarij

AN. CH. Principatu coaluerunt, ſic & ante Bertetrudis Reginæ mortem quæ anno
615. Chriſti ſexcenteſimo vndeuiceſimo contigit, idem teſtamentum conſcriptum
CLOLAR. liquet ex altero textu quo Bertrannus villam eidem Bertetrudi Reginæ legat.
II. R. 32. *Similiter*, inquit, *donamus tibi, Glorioſa Domna Berchtrudis Regina, villam nomine Pempinas, (quæ appellatur Cella) quam nobis Glorioſus Domnus noſter, ingalis veſter, ſuo munere contulit, vt ipſam villam cum domibus, mancipiis vel termino ſuo poſt meum obitum in veſtrum regimen abſque vllo impedimento recipiatis.* Tamen in Codice, quo Coruaiſierus vſus eſt, nihil corrigendum putamus, & teſtamentum quod ſexto Kalendas Aprilis anno Clotarij Regis viceſimo-ſecundo ſcriptum reperitur; aſſerimus conditum ſexto Calendas Aprilis anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto, quia Bertrannus, qui poſt Guntchramni Regis obitum Clotario Regi ſacramentum inſolubile dedit, annos ipſius Clotarij numerauit à morte Guntchramni, qui quamdiu Chilperico fratri ſuperſtes fuit, Clotarij nepotis ditiones texit tutoris nomine, viueréque deſiit quinto Kalendas Apriles anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio. Qui Gregorij Turonenſis Hiſtoriam Eccleſiaſticam attentè leget, aduertet annos Chilperici cum annis Childeberti & Guntchramni ſæpiùs ibi conferri, vt libro quinto, capite viceſimo-ſexto, *anno quoque tertio Childeberti Regis, qui erat Chilperici & Guntchramni ſeptimus decimus-annus*, &c. Et capite viceſimo-octauo, *anno quoque quarto Childeberti, qui fuit decimus-octauus Guntchramni & Chilperici Regum*, &c. Et libro ſexto capite decimo-quarto, *anno igitur ſeptimo Childeberti Regis, qui erat Chilperici & Guntchramni viceſimus & primus*, &c. Poſt mortem verò Chilperici, qui anno Childeberti nono, Guntchramni viceſimo-tertio interiit, annos Clotarij cum annis Childeberti & Guntchramni comparatos numquam reperiet, quamuis Guntchramni Regis annis anni Childeberti plerumque illigentur, nam qui libro ſeptimo, capite viceſimo-quarto decimus eſt annus Childeberti Regis, ſub initium libri octaui annus eſt viceſimus-quartus Guntchramni, & caput viceſimum-quartum libri decimi ſic inchoatur, *anno igitur decimo-ſexto Childeberti, Guntchramni autem* XXX. *Regum*, &c. Poſterior noſtra ſupputatio non venit in

[a] In comm. ad vit. S Licin. d. 13. Feb.

mentem Bollando [a], qui viceſimum-ſecundum Clotarij Regis annum, quo teſtamentum Bertranni conſcriptum fuit, maluit illigare anno Chriſti ſexcenteſimo-duodeuiceſimo, ſiue anno viceſimo-ſecundo poſt obitum Childeberti Regis, quia mortuo Childeberto, vt Fredegarius [b] obſeruat, *eo anno Fredegundis cum filio Chlothario Rege Pariſius vel reliquas ciuitates ritu barbaro occupauit, & contra filios Childeberti Regis Theudebertum & Theudericum mouit exercitum. Loco nominato Latofao caſtra vtrique ex aduerſo ponentes, Chlotharius cum ſuis ſuper Theudebertum & Theudericum irruens, eorumque exercitum grauiter trucidauit.* At ſi Bertrannus aſſeritur annos Clotarij numeraſſe poſt obitum Childeberti, quia Clotarius extincto Childeberto Pariſios aliáſque finitimas ciuitates recepit, iure quæri poteſt cur à morte potiùs Childeberti quàm Guntchramni ſupputationem hanc annorum Clotarianorum inierit, cùm Clotarius ſublato è viuis Guntchramno Sueſſionas, Brennacum aliáque loca recuperarit quæ Chilperico patri quondam paruerant, vt ex antiquis Authoribus pereruditè ſimul atque pereleganter docet Hadrianus Valeſius [c]. Verùm quid ad Cenomanos hæc bella? quid Sueſſiones vrbéſque finimitimæ? quid Pariſij *& ciuitates*, vt cum Fredegario [d] loquamur, *ripa Sigona* * *quæ ſe ad Chlotharium tradiderunt?* Soluit omnem difficultatem ipſemet Bertrannus in ſuo teſtamento, ait enim ſe ſacramentum inſolubile dediſſe Clotario Regi poſt mortem Guntchramni, teſtarúrque Clotarium vexatum fuiſſe duabus expoliationibus, vnâ ſcilicet anteriore cuius Author Gontchramnus qui quamdiu vixit Clotarij nepotis vtpote minorennis regnum adminiſtrauit, alterâ poſteriore cuius author Theodoricus qui anno regni ſui quinto ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo Clotarium adeò oppreſſit, vt hic pacem redemerit traditis ciuitatibus ac pagis *inter Sigonam & Ligerem, vſque mare Oceanum & Brittannorum*

[b] Cap. 17.

[c] Lib. 16.

[d] Cap. 20.

* *La Seine.*

limitem, vt Fredegarius [a] notat. *Nulli habetur incognitum*, inquit Bertran- AN. CH.
nus, *qualiter ego poſt tranſitum Guntranni quondam Regis ſacramentum inſolubile* 615.
Domno meo Clotario Regi dedi, propterea quòd ciuitas Cœnomanis legitimo ordine poſt CLOTAR.
tranſitum Domni Guntranni ex hæreditate genitoris ſui bonæ recordationis Chilpe- II. R. 32.
rici quondam Regis debuit prouenire. Sed faciente cupiditate & ciuitas ipſa ei fuit [a] Cap. 20.
ablata, & de reliquo regno ſuo multum paſſus eſt diſpendium. Sed dum me ſacra-
mentum meum in integrum conſtrinxit, vt eum nullatenus dimittere deberem, fa-
ciendum mihi fuit vt tam Sedem, quàm facultatem, tam ſanctam Eccleſiam, quàm
& proprietatem relinquerem, niſi periurus, quod abſit, inuenirer. Sed dum pro amo-
re ipſius Principis vnanimiter cum ipſo conſiſterem, dum anteriorem expoliationem
ſuam, vel poſteriorem quam iniuſtè pertulit, neceſſe ipſi Princips fuit vt nobis aliquid
adderet, vnde auctâ ſubſtantiâ & nos & pauperes noſtros ſuſtentare deberemus.

Bertchramnus ſeu Bertrannus, cùm teſtamentum ſuum condidit, ampliſſi- XX.
mas facultates in diuerſis regni prouinciis poſſidebat, partem à parentibus HÆREDES
acceperat hæreditario iure, partem regiâ Clotarij liberalitate conſecutus INSTITVIT
fuerat, aut dato pretio ſibi comparauerat. Tot bonorum præcipuas hæredes VARIAS
conſtituit Eccleſiam Cenomanicam & Baſilicam Principum Apoſtolorum in ECCLE-
conſpectu ciuitatis à ſe conſtructam in qua ſepeliri voluit. Præterea nonnul- SIAS.
las villas ac prædia ceteris Eccleſiis quas ædificarat, Eccleſiæ Pariſienſi in qua
enutritus fuerat, Eccleſiæ ſancti Vincentij prope Pariſios vbi ſanctus Germa-
nus Pariſienſis quondam Antiſtes quieſcebat, Eccleſiæ ſancti Stephani apud
Metas cui Arnulfus Epiſcopus præerat, necnon nepotibus ac pronepotibus
ſuis ex Hermenulfo fratre, item Clotario Regi ac Bertetrudi Reginæ dele-
gauit.

In eodem teſtamento mentio fit Licinij, Felicis, Agerici, Giboaldi, Dra- XXI.
coaldi & Chaimoaldi Epiſcoporum, quos Ioannes Bondonnetus Chorepi-
ſcopos interpretatur. Habere quidem potuit Bertchramnus in ſua Diœceſi
Chorepiſcopos, ſed in eorum numero non fuerunt Epiſcopi prænominati.

Primò, Licinius fuit Epiſcopus Andegauenſis, obiitque priuſquàm Bert- XXII.
chramnus teſtamentum ſuum conderet. Aſſertio noſtra facilè probatur ex
teſtamento Bertchramni & ex vita Licinij ſimul collatis. Bertchramnus in
ſuo teſtamento ſic loquitur. *Vineas, quas mihi ſanctæ memoriæ Domnus Licinius*
Epiſcopus pro amoris adfectu, ſecus Cariliacenſes ſuo munere dedit, quas nos antea
de Sargite quodam, negotiante parte diuinâ, cum terra comparauimus, & inibi vi-
neas poſuimus, & in vna clauſura cum vineis ſanctæ Eccleſiæ adiunximus, volu-
mus vt pro mercede animæ noſtræ hoc Eccleſia ſancta Cenomanica poſſideat. Et Ano-
nymus qui teſtamentum Bertchramni legit, & vitam Licinij ſcripſit, eiuſdem
donationis in illa vita ſic meminit [b]. *Dedit prædictus ſanctus Pontifex Berti-* [b] Ap. Bolland.
granno Cenomanenſium Epiſcopo quaſdam vineolas & vineas in adiutorium ad Mona- d. 13. Feb.
ſterium Apoſtolorum conſtruendum, quod ipſe tunc temporis in honore diuino & San-
ctorum Apoſtolorum, iuxta prædictam Cenomanicam vrbem, in territorio ſuæ Sedis
Eccleſiæ dotare atque ditare nitebatur; ſicut in teſtamento, quod de præfato Monaſte-
rio memoratus Dominus Bertigrannus compoſuit, & propriâ manu vnà cum aliorum
bonorum virorum legali conſenſu etiam regiè atque Canonicè corroborauit, hactenus
habetur inſertum.

Secundò, Felix, cuius nomen reperitur in teſtamento Bertchramni, fuit XXIII.
Epiſcopus Bituricenſis. Pontificatum iniit anno Chriſti quingenteſimo ſexa-
geſimo-octauo. Vxorem anteà duxerat, ex eâque filium ſuſceperat Auitum
nomine, cuius facultates partim Bertchramno Cenomanenſium Epiſcopo,
partim Gundolando Maiori domûs à Clotario Rege poſteà ſunt attributæ. Id
Bertchramnus in ſuo teſtamento non obſcurè declarat his verbis. *Quia poſtea-*
quàm Deus Glorioſo Domno noſtro Clotario Regi totum regnum Francorum in ſua di-
tione aduenire præcepit, & poſteà nos ſua larga pietas propter ſeruitia noſtra in ali-
quo reſpexit, nec ipſum nos oportet præterire. Ergo villas illas quas bonæ recordatio-
nis Auitus filius Felicis quondam Epiſcopi, qui parentem noſtram & proximam ſu-

AN. CH. 615. CLOTAR. II. R. 32.

coniugium habuit ſociatam, & omnes res Auiti inter me & virum illuſtrem Gundolandum Maiorem domûs ſua ſua pietas conceſsit, & ego contra ipſum modò ad præſens habere videor, omnem portionem meam, tam quod in Biturico eſt, quàm in Albienſi, Cadurcino & Agennenſi totum & ad integrum, quidquid medietatis ex agro ipſo ad meam pertinet rationem, gratiâ, vel in quantitate, mea relaxandi peccata, Baſilica ſancti Petri & Pauli, quam hæredem conſtitui, poſt obitum meum in integritate villas ipſas percipias. Cùm Clotarius in Burgundia & in Auſtria regnare cœpit, vbi teſte Fredegario [a] Warnacharium & Radonem Maiores domûs inſtituit, Gundolandus in Neuſtria Maioratum domûs exercebat. *Sortitus eſt,* inquit Erchanbertus in Breuiario Regum Francorum & Maiorum domûs, *præfatus Rex*, nempe Clotarius, *trium regnorum Monarchiam* XVI. *annus, ſicut illi ſanctus Columbanus Abba in prophetico ſpiritu anteà prædixit, quia ille Theodoricus Rex inſtigante Brunichiltà auiâ ſuâ de ſuo Monaſterio illum expulerunt. Quam etiam ſtatim vt comprehendit Chlodharius, vitam ignominiosè finire fecit. Maior domûs tunc Gundolandus vir egregius erat.* Apud Neuſtraſios in Maioratum domûs regiæ ſucceſſerat Landerico, cuius meminit Fredegarius [b] ad annum Theodorici Regis nonum, Chriſti quartum ſupra ſexcenteſimum. Vocatur Gundoaldus in Geſtis Regum Francorum, vbi poſt enarratam Brunichildis Reginæ mortem hæc proximè ſubiiciuntur [c]. *Rex pace per circuitum factâ reuerſus eſt. Erat eo tempore poſt Landericum Gundoaldus nobilis, Maior domûs in aula Regis, vir egregius atque induſtrius.* Bondonnetus ait omiſſis Sedium nominibus in Bertchramni teſtamento mentionem quinque aut ſex Epiſcoporum fieri, ſcilicet Chaimoaldi, Licinij, Agerici, Fœlicis, Giboaldi & Dracoaldi, deinde aliquid quod in eodem teſtamento babeatur, de ſingulis refert prætermiſſo tantùm Felice, de quo ibidem leguntur quæ ſuperiùs à nobis deſcripta ſunt.

[a] Cap. 42.

[b] Capp. 25. 26.

[c] Capp 40. 41.

XXIV. Tertiò, Agericus, qui nominatur in teſtamento Bertchramni, tunc Epiſcopus erat Turonenſis. Leupario in Pontificatum anno priore ſucceſſerat, vt ſuo loco diximus. Eius Præſulatus apertiſſimè colligitur ex ipſo Bertchramni teſtamento, vbi de villa Blacciaco ſermo habetur ſatis prolixus, ex quo conſtat duas illius villæ partes ab Arnulfo Maurilionis filio delegatas fuiſſe Eccleſiis Burdigalenſi, Turonenſi & Engoliſmenſi, deinde portionem illam, quæ Turonenſis Eccleſiæ fuit, annuentibus Canonicis ab Agerico venditam fuiſſe Bertchramno, qui ceteras à Pontificibus Burdigalenſi & Engoliſmenſi ſe quoque redempturum ſperabat. Verba teſtamenti hæc ſunt. *Villa Blacciacum ſita in territorio Burdegalenſi ſecus caſtrum Blauium *, quæ eſt ſuper alueum Garumnæ, licèt à parentibus meis longo tempore fuiſſet poſſeſſa, & per interregna vel adoleſcentiam genitricis meæ fuit de iure ſuo ablata; & ab Arnulfo filio Maurilionis, qui eam occupauerat, per teſtamenti ſui paginas, dum illic eſſet, ad ſanctas Eccleſias, hoc eſt, Burdigalenſem, Turonicam, & Engoliſmenſem, duæ partes ex ipſa villa ſunt delegatæ, tertiam Charnulfus germanus ipſius Arnulphi poſsidebat. Vnde altercationem habuimus natam inter nos & ipſos de prædicta villa; ſed ille recognoſcens quòd nobis legitimè debebatur, coram ipſis Pontificibus, qui duas partes ex hoc poſsidere videbantur, & nobis præſentibus, tertiam ex omnibus de villa ipſa reddidit, & epiſtolâ exinde manu ſuâ roboratâ, vel etiam à prædictis Sacerdotibus firmatâ nobis tradidit poſsidendam. Sed dum nos ita conſtringit amor diuinus, vt contra ſanctam Eccleſiam non ambulemus; forſitan ſi poſſumus, cum gratia Domnorum meorum & fratrum, rem ipſam redimemus. Sed quia Domnus Agericus Epiſcopus portionem illam, quæ ſancti Martini fuit, nobis vendidit, & venditionem cum Canonicis ſuis nobis fecit, & ſolidos* LX. *ſecundùm quod arbitris iis valebat de præſenti dedimus, & ipſam altercationem noſtram ſubiunximus, volumus vt tu ſancta hæres mea Eccleſia Cænomanica poſsideas. Et ſi adhuc rem ipſam de Domnis Pontificibus vel Burdegalenſi aut Engoliſmenſi redimere poſſumus, totum & ad integrum ad tuam reuoces poteſtatem.* Quis illo tempore fuerit Epiſcopus Burdigalenſis, haud ſciri poteſt, quia de Gundigiſilo, qui ſedere cœpit anno Chriſti

* Blaye.

quingenteſimo octogeſimo-quinto, nihil legitur poſt annum Chriſti quingen- AN. CH.
teſimum nonageſimum, & à Gundigiſili Pontificatu vſque ad nonum ſecu- 615.
lum manci ſunt Antiſtitum Burdigalenſium catalogi. Diœceſim autem Incu- CLOTAR.
liſmenſem regere potuit Namatius, qui Concilio Remenſi poſt decennium in- II. R 32.
terfuit, vt ex Flodoardo [a] liquet. [a] Lib. 2. cap. 5.

Quartò, Bertchramnus de Giboaldo Epiſcopo iam mortuo ſic loquitur. XXV.
*Villam Montiniaco, quam Giboaldus quondam Epiſcopus tenuit, & poſteà ad no-
ſtram ditionem venit, ipſam cum omni iure ſuo, ſancta Eccleſia iuris tui eſſe nunc
delego atque decerno.* Quam Sedem tenuerit Giboaldus, haud ſcitur. At ad-
uersùs Bondonnetum ſatis eſt recitaſſe textum Bertchramni, in quo certè ni-
hil reperitur quod æquus Lector de Chorepiſcopo dictum putet.

Quintò, Bertchramnus de Dracoaldo Epiſcopo priùs interempto hæc ha- XXVI.
bet. *Villas, quas dato pretio de Dracoaldo Epiſcopo comparaui, & iuxta ciuitatem
ipſam vbi prædictus Pontifex fuit occiſus, eſſe noſcuntur, tibi dulciſſime nepos meus
Sigechelme, vnà cum filiis tuis præcipio poſſidendas.* Chorepiſcopi ab Epiſcopis
numquam appellati ſunt Epiſcopi, cúmque Dracoaldus in textu præcitato
vocetur Epiſcopus, alio non opus eſt argumento, vt Bertchramnum aſſeramus
de Chorepiſcopo non locutum fuiſſe. Dracoaldus videtur geſſiſſe Pontifica-
tum in Aquitania, nam Bertchramnus multa bona in eadem Prouincia Sige-
chelmo nepoti ſuo tradidit, & ampliſſima prædia poſſedit in Diœceſibus Bur-
digalenſi, Aginnenſi & aliis quarum Epiſcopi, qui ſeculis ſeptimo & octauo
vixerunt, ne quidem nomina ſua tranſmiſerunt poſteris, adeò mancæ muti-
læque ſunt hodie illarum Sedium Hiſtoriæ.

Sextò, Chaimoaldus ſeu Cabimoaldus aut Chaimaldus, de quo Bertchram- XXVII.
nus non ſemel in ſuo teſtamento loquitur, propinquus fuit eiuſdem Bert-
chramni, Cenomanis officio functus eſt Archidiaconi ſub ipſo Bertchramno
Epiſcopo, poſteà promotus eſt ad Epiſcopatum alterius Eccleſiæ, ſuperſteſque
erat adhuc in viuis cùm Bertchramnus teſtamentum ſuum condidit. Hæc ex
lectione teſtamenti conſtant, nam Bertchramnus caſæ infra muros Cenoma-
nenſes à Chaimoaldo tunc Archidiacono conſtructæ ſic meminit. *Caſæ verò
quæ eſt infra muros ciuitatis Cænomanis, quam Domnus & frater noſter Chaimoal-
dus Epiſcopus, dum Archidiaconatûs officium fungeretur, ædificauit*, &c. Et cu-
ram ſuæ ſepulturæ ſic eidem Chaimoaldo commendat. *Adiuro & rogo Domi-
num meum Cabimoaldum Epiſcopum, quia conſanguineus meus eſſe dinoſcitur, &
cum diuina pietas ad Sacerdotale culmen perduxit, vt ſemper ille memor ſit nutri-
tura mea, vel patrocinij ſancti Petri, vnde ad ipſum onus, Chriſto Præſule; am-
bulauit; oten do meâ ſepulturâ, quandoque me Deus ab hac luce migrare iuſſerit,
ſuis manibus cum reliquis Domnis & fratribus ſuis corpuſculum meum dignanter
ſepeliant, vt & à Domino mercedem conquirant, & in populo laus percurrat. Hoc
iubeo tunc Archidiacono, vt ipſis Domnis, qui peccatorem ſepelire dignauerint, do-
net eis caballos paſſûs duos, & poledros congreges duos, & ſingulos paræculos ipſi
Domni accipiant. Et tu hoc, Domne Chaimalde, cum Archidiacono dignanter fa-
cias, & tibi ſimili modo, ſicut tui fratres accipient, vt accipias iubemus. Et quam-
diu in ſæculo te Deus ſuperſtitem eſſe voluerit, rogo vt ad meam commemorationem
digneris venire, & Domnus Abbas, vel congregatio ſancti Petri & Pauli dignum
tibi honorem impendant.* Hoc Elogium Chaimoaldi magnificentius videtur
quàm vt Chorepiſcopo conuenire poſſit, nam Bertchramnus Epiſcopus nec
Epiſcopi titulum nec Sacerdotale culmen cenſendus eſt tribuiſſe Chorepiſco-
po. Suſpicamur Chaimoaldum Epiſcopum fuiſſe Pictauienſem, vt enim vnus
idémque Rex qui tunc regnabat, Chlotharius & Lotharius effertur, ita Chai-
moaldus & Aimoaldus promiſcuè ſcribi potuit, & Aimoaldum in Annoaldum &
Ennoaldum facilè abiiſſe nemo non iudicabit. Pictauienſem autem Eccleſiam
illis temporibus adminiſtrabat Ennoaldus Epiſcopus, cuius ſucceſſor Ioannes
Concilio Remenſi [b] poſt decennium ſubſcripſit. Opinioni noſtræ fauet ſitus [b] Flod. lib. 2. cap. 5.
locorum, quia Conomanenſis Diœceſis à Pictauienſi non multùm diſtat, nam

AN. CH. 615. CLOTAR. II. R. 32. inter vtramque media occurrit, aut ſola Turonenſis ſi per Turonicam, aut ſola Andegauenſis ſi per Andegauiam iter Cenomano Pictauium habere velis; addequòd Chaimoaldus, qui Bertchramnum Epiſcopum propinquitate contingebat, patriâ fuit Aquitanus, & Pictauium vrbs eſt celebris in Aquitania ſecunda vbi Bertchramnus quamplurimas opes poſſedit.

XXVIII. Præter ſex illos Epiſcopos alij duo in teſtamento Bertchramni nominantur Theodotus videlicet & Arnulfus, quos Bondonnetus ab Epiſcopatu ad Chorepiſcopatum non deiecit. Arnulfum quidem non auſus eſt ad claſſem Chorepiſcoporum redigere, quia celeberrimum eſt hodie nomen ſancti Arnulfi qui tunc Eccleſiæ Metenſi præerat,& Bertchramnus poſtquàm Arnulfum Epiſcopum dixit, ſtatim meminit Metenſis Eccleſiæ. *Villam*, inquit, *Creſciaco & Vallis, ſicut per epiſtolas inter me & Domnum Arnulfum Epiſcopum, Metenſis Eccleſia, in honorem ſancti Stephani, ad ſuam reuocet ditionem.* Theodorum verò Chorepiſcopis fortè non accenſuit, quia nomen Theodori Maſſilienſis Epiſcopi ſæpiùs legit apud Gregorium [a] Turonenſem, nec de alio Theodoro intelligendus eſt hic textus Bertchramni. *Reicolas illas, quas ſancta Eccleſiæ Suadria ſoror Theodori quondam Epiſcopi, per ſuum teſtamentum dedit, hoc eſt, Luciniaco & Monte, & poſteà meo opere ipſas vindicaui, tu ſacroſancta Eccleſia hæres mea ad tuam reuoces poteſtatem.*

[a] Lib. 6. c. 24. l. 8. capp. 5. 12. 20. l. 9. c. 22.

XXIX. Ioannes Launoyus in tertia ſua diſſertatione teſtamentum ſancti Bertchramni vel ſuppoſititium putat, vel certè ita interpolatum, vt quid in vero reipsâ extiterit, ſciri omnino non poſſit. Illius argumenta diluit in ſua reſponſione Ioannes Bondonnetus. Huius autem diſputationis occaſio ex eo nata eſt, quòd in Bertchramni teſtamento Baſilica Iuliani Epiſcopi nominatur. Sed ſicut illa Baſilicæ mentio non conſtituit certam Iuliani epocham, quæ Bondonneto faueat aduersùs Launoyum, ita nec falſitatem inuoluere videtur aut interpolationem,qualem Launoyus aduersùs Bondonnetum contendit in teſtamento Bertchramni reperiri.

XXX. LENOGISILUS ORDINATUR PRESBYTER. EPISCOPI ARVERN. Hiſce circiter temporibus, Lenogiſilus, cuius ortum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto conſignauimus, ad Sacerdotalem gradum promotus eſt ab Aruernicæ ciuitatis Epiſcopo, cuius nomen in illius vita tacetur. Auolus fuit aut Iuſtus Auoli ſucceſſor, ab anno enim Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto quo ſanctus Auitus obiit, ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-quintum quo ſanctus Cæſarius Remenſi Concilio ſubſcripſit, in Aruernorum Pontificum nomenclatura deſiderantur annorum notæ, nec facile eſt colligere quot annis ſinguli ſederint ſancti Deſideratus Auolus & Iuſtus, qui medij inter beatos Auitum & Cæſarium floruerunt. Sancto Auolo Pontificatum obtinente Archidiaconus fuit Gallus, qui poſt Sanctum Cæſarium Aruernam Diœceſim rexit. Sepultus eſt beatus Auolus in Eccleſia ſancti Illidij, de qua ſic Anonymus, qui de Eccleſiis & Altaribus in Claromonte conſiſtentibus ſcripſit. *In Eccleſia ſancti Illidy, Altare ſancti Clementis, Altare S. Mariæ, vbi S. Illidius, & S. Deſideratus, & S. Gallus, & S. Auolus, & S. Iuſtus*, &c. *in corpore quieſcunt.* Hæc Eccleſia primùm beatæ Mariæ dedicata fuit à ſancto Auſtremonio, poſtmodùm titulo ſanctæ Mariæ inter Sanctos eſt honorata, nec alio de loco debet intelligi Winebrandus cùm teſtatur ſanctum Illidium ſepultum fuiſſe *in loco qui dicitur ad S. Mariam inter Sanctos.* Dicta quoque creditur Eccleſia ſancti Clementis, quia ibi brachium ſancti Clementis honorificè condidit beatus Illidius, vt Winebrandus iam laudatus affirmat his verbis. *Quoddam Oratorium cum Altari aſcribitur feciſſe honore S. Clementis Martyris, qui fuit vir Apoſtolicus S. Romanæ Sedis, cuius & brachium in crypta quadam ſubtus altare poſuit, pro cuius etiam veneratione Oratorium illud ſacrauit.* Eccleſia ſancti Illidij iam vocabatur temporibus Gregorij Turonenſis, qui ſepulchri meminit [b] in edito poſiti *inter egreſſum Baſilicæ ſancti Illidij & ingreſſum templi beati Venerandi.* De Iuſto Illidij Archidiacono, cuius Natalis duodecimo Kalendas Nouembris celebratur [c], loqui-

[b] De glor. Conf. c. 36.

[c] Martyr. Gall.

tur Anonymus loco ſuprà citato cùm Sanctos in Eccleſia ſancti Illidij cum ipſomet ſancto Illidio quieſcentes recenſet, agit verò de Iuſto Aruernorum Epiſcopo, Auoli ſucceſſore, cùm Eccleſiam ſancti Cirici ſic laudat. *In Eccleſia ſancti Cirici* *, *altare S. Cirici, vbi S. Abraham, & S. Iuſtus*, &c. *requieſcunt*. Ciricus puerulus eiúſque mater Iulitta Martyrium conſtantiſſimè ſub Diocletiano compleuerunt. Horum ſacras reliquias ex Oriente quò profectus erat detulit [a] in Galliam beatus Amator, qui ſanctum Germanum in Autiſſiodorenſi Pontificatu anteceſſit. Tanti theſauri particulas multæ ciuitates expetierunt,& in diuerſis Galliarum locis complures in honorem eorumdem Martyrum conſtructæ ſunt Eccleſiæ. Celebre fuit apud Aruernos Monaſterium ſancti Cirici, quod condidit rexitque Abraham Abbas, cuius vitam Gregorius Turonenſis in libro de vitis Patrum conſcripſit. Colitur ſanctus Abraham decimo-ſeptimo Kalendas Iulias. Obiit cùm Sidonius Epiſcopus erat Aruernenſis & Victorius Dux Aruernæ ciuitatis Præfecturam gerebat teſte eodem Sidonio in epiſtola [b] quæ inſertum habet ipſius Abrahæ epitaphium, in quo tandem poſt enumerationem variarum vrbium quas ille adierat, de Aruerna ſic Author concludit.

AN. CH. 615. CLOTAR. II. R. 32.

* S. Cirgues.

[a] Mombrit.

[b] Lib. 7. ep. 17.

Angulus iſte placet, paupertinúſque receſſus,
Et caſa cui culmo culmina preſſa forent.
Ædificas hic ipſe Deo venerabile templum
Ipſe Dei templum corpore facte prius.
Finiti curſus iſthic vitaque viaque,
Sudori ſupereſt dupla corona tuo.

Hoc anno, vt Auctor Metropoleos Saliſburgenſis in Epiſcoporum Laureacenſium Parauienſiúmque catalogo notauit, Philo ſedere cœpit in Cathedra Laureacenſi, ſucceſſit in Epiſcopatum Gerardo, geſsitque Pontificatum per annos quadraginta quinque. XXXI.

PHILO EP. LAVREACENS.

ANNVS
CHRISTI 616.
CLOTARII II. R. 33. 4.

616. CLOTAR. II. R. 33.

1. ANNO Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſexto Lenogiſilus, quem anno priori Preſbyterum in Aruernia ordinatum diximus, Aquitaniâ relictâ in Cenomaniam profectus videtur. *Suſcepti officij*, nempe Preſbyteratûs, *donum*, vt in illius Actis legitur [c], *vitâ decorauit & actu, ac zelo domûs Domini accenſus vitia malorum fouere neſciuit. Vnde accidit vt quamplurimos à via rectitudinis deflüere cernens, & paleam ſuper triticum exuperare, vt ad alia ſpe ſaluationis loca ſecederet conatus eſt. Veniens autem ad Cenomanica Diœceſis confinia, in pago Sagamnenſi hoſpitabatur in villula qua Buſciacus dicitur, in qua erat domus orationis non parua. Quò dum moraretur, quia non poteſt non lucere lucerna ſuper candelabrum poſita, multitudinem miſerorum diuerſis infirmitatibus vexatam manuum impoſitione ſeruabat. Cognoſcentes denique incolæ loci huius viri Dei ad ſe ingreſſum, & quia ex Deo eſt, poſtulauerunt ab eo vt ſecum dignaretur morari, ipſi enim ſufficientia quarumque rerum praberent ſolatia. Vir Domini videns amorem eorum erga ſe, pariterque deuotionem in Chriſto, votis illorum ſatisfecit.* Locus, in quo conſedit, vocatur Buxidus in vita [d] ſancti Hadoindi, & pagus in quo Buxidus ſeu Buſciacus erat, ibidem non Sagamnenſis ſed Sagonenſis appellatur. Pertinet ad Diœceſim Cenomanenſem pagus Sagonenſis, vulgò *le Sonnois*, ibique S. Lenogiſili, corruptè ſancti * Longiſi parœcia eſt, in qua vicus *la Boiſſeliere*, quem olim Buxidum ac Buſciacum dictum non ineptè coniicit Coruaiſierus [e].

[c] Ap. Bolland. in append. ad d. 13. Ian.

LENOGISILVS PROFICISCITVR IN CENOMAN.

[d] Ap. Bolland. in append. ad 20 Ian.

* S. Longis.

[e] In Hadoind.

AN. CH. 616.
CLOTAR. II. R. 33.

II. MAGNOBODVS SCRIBIT VITAM S. MAVRILII.

Magnobodus Andegauenſis Epiſcopus hoc anno, ſui Pontificatûs decimo, Clotarij Regis triceſimo-tertio vitam ſancti Maurilij conſcripſit, vt patet ex præfatione iam citata quam lucubrationi ſuæ præfixit Opus ipſum in Codice manuſcripto Bibliothecæ San-Victorinæ legimus cum magna voluptate, quia caret fabulis in vulgata ſancti Maurilij vita circumferri ſolitis, idque notaſſe ſufficiat, ad hos enim Annales non pertinent res à beato Maurilio geſtæ, cùm priùs obierit quàm ciuitas Andegauenſis in poteſtatem Francorum veniret.

III. NASCITVR LEODEGARIVS.

Hoc circiter anno natus eſt ſanctus Leodegarius, de cuius ætate poſt decennium fuſiùs agemus.

IV. * Capp. 43. 44.

Toto triennio, quod inter annum Clotarij Regis triceſimum quo regna Burgundiæ & Auſtriæ cum Neuſtria coaluerunt, & annum eiuſdem Clotarij triceſimum-quartum effluxit, Fredegarius * nihil recenſet præter necem Erponis Ducis Vltraiurani, réſque proximè ſubſecutas, cùm Clotarius in Elſatia verſaretur, & Euſtaſius Abbas in Monaſterio Luxouienſi degeret. Ceterùm hæc negotia non pertinent ad initium illius triennij, quia Clotarius annum regni triceſimum-primum tranſegit in Neuſtria, eóque anno Euſtaſius Luxouio Bobium, Bobio in agrum Rotomagenſem ad Clotarium & ex aula regia Luxouium profectus eſt, ideóque meliùs in hunc annum videntur reiicienda, maximè cùm Clotarius anno ſequenti manſerit in villa Bonogillo.

ERPO DVX VLTRAIVR. OCCIDITVR. * Marley. AVTHORES COEDIS.

Sic autem geſta ſunt. Erpo Dux in pago Vltraiurano inſtitutus à Clotario Rege, vt ante triennium diximus, *dum pacem in ipſo pago vehementer arripuiſſet ſectari, malorum nugacitatem premens, ab ipſis pagenſibus, inſtigante parte aduersâ, conſilio Alethei Patricij, & Leudemundi Epiſcopi, & Erponis Comitis, per rebellionis audaciam interficitur. Chlotarius cùm in Aleſatia, in villa Maurolegia * cognomento, cum Bertetrude Regina acceſſerat, pacem inſectans, multos iniquè agentes gladio trucidauit. Leudemundus quidem Epiſcopus Sedunenſis ad Bertetrudem Reginam veniens ſecretiùs, conſilio Alethei Patricij verba ignominioſa dixit, quòd Chlotarius eodem anno omnimodis migraret de ſeculo, vt theſauros quantùm poterat ſecretiſſimè ad Sedunis * ſuam ciuitatem transferret, eò quòd eſſet locus tutiſſimus, & Aletheus eſſet Patricius, qui ſuam relinquens vxorem, Bertetrudem Reginam acciperet, eò quòd eſſet regio genere de Burgundionibus, ipſe poſt Chlotarium poſſet regnum adſumere. Regina Bertetrudis, cùm hæc audiſſet, verens ne veritate ſubſiſteret, in lacrymas prorumpens abiit in cubiculum. Leudemundus cernens ſe huiuſcemodi verbis habere periculum, fugaciter per noctem Sedunis perrexit. Exinde latenter fugâ Luſſouium * ad Domnum Auſtaſium Abbatem peruenit. Poſt hæc ab ipſo Abbate cum Domno Chlotario his culpis excuſatur, & ad ſuam reuerſus eſt ciuitatem. Chlotarius Maſſolaco villâ cum Proceribus reſedens, Aletheum ad ſe venire præcepit. Huius conſilio iniquiſſimo comperto, gladio trucidare iuſſit.*

* Sion. LEVDEMVND. EP. SEDVN.

* Luxeuil. ET ALETHEVS PATRICIVS.

V. AMALGARIVS DVX DVO CONDIT COENOBIA. * de Beſe.

In Chronico Beſuenſi hæc leguntur ſub initium. *Primò perſequenda nobis eſt eorum Chronica, qui regnarunt in Francia atque Burgundia vſque ad Clotarium Chilperici filium, cuius videlicet tempore Monaſterium Beſuenſe * ædificatum eſt ab Amalgario Duce optimo & vxore eius Aquilina nomine, largiſſiméque de rebus propriis ditatum, anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo, Indictione tertiâ, præſidente ſancta Romana Eccleſia ſancto Gregorio Papâ, Mauricio verò Cæſare imperante in Republica, beato Columbano commorante in Burgundia.* Caue tamen ne Cœnobium Beſuenſe anno Chriſti ſexcenteſimo erectum opineris, illo enim anno Clotarius in Burgundia nondum regnabat. Author Chronici iam citati videtur aliam inire ſententiam, cùm Monaſterij Beſuenſis conſtructioni proximè ſubiungit res geſtas anno Clotarij Regis triceſimo-quarto, qui cum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſeptimo coincidit. Quapropter hoc anno, Clotarij Regis triceſimo-tertio, Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſexto primordia prædicti Cœnobij conſignabimus, nec ea putabit antiquiora quiſquis obſeruabit Waldalenum illius loci primum Abbatem in viuis adhuc ſuperſtitem fuiſſe anno quarto Theodorici Regis qui pronepos Clotarij fuit & regnare

AN. CH. 616. CLOTAR. II. R. 33. VI.

gnare cœpit anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-tertio.

Waldalenus patre natus eſt Amalgario Duce & matre Aquilinâ, fratrem habuit Audalricum, qui poſt patrem Dux in Burgundia fuit, & ſororem Adalſindam, quæ prima fuit Abbatiſſa Monaſterij Dornatiaci. Author Chronici Beſuenſis duos in Burgundia Duces laudat Waldelenum & Amalgarium Abbati Columbano in Luxouienſi Cœnobio degenti coæuos, de quibus ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum [a] iam præfati ſumus, & poſtquàm locutus eſt de Waldeleno & de illius vxore Flauia ac Donato filio, qui ex Monacho Luxouienſi creatus eſt Epiſcopus Biſuntinus, ſermonem ita conuertit ad Amalgarium & ad Monaſteria Beſuenſe ac Dornatiacum. *Alter Dux erat, Amalgarius nomine, habens vxorem nomine Aquilinam, habuíſque ex ea filios, quorum vni Audalrico nomine Ducatûs ſui regimina poſt ſe dereliquit. Habuit & alium Waldalenum nomine, quem offerre Deo, à quo eum acceperat, cupiens, per manus beati Columbani eum ipſi in prædicto Luxouienſi Monaſterio, quod tunc præ cæteris Galliarum atque Burgundiæ Monaſteriis religione florebat, educandum contradidit. Hobuit iterum filiam Adalſindam nomine, quam etiam Deo offerendam, ac diuino cultui mancipandam adiudicauit. Dum itaque hi duo in ſchola Chriſti erudiuntur, videlicet Woldaleus & Adolſinda, pater Amalgarius excogitat, vbi religioni eorum ædificet loca conuenientia, & ſi qui poſteà cum eis Deo voluerint ſeruire, vnde habeant victûs & veſtitûs ſufficientia. Cùm igitur in Ducatu ſuo duo Chriſti conſtruere vellet ouilia, & ouibus quas ibi Deus aggregaret vtriuſque ſexûs, ex illis, quos ſibi dederat Deus, pueris, Paſtores præficer., videlicet Woldalenum viris, & Adalſindam fœminis, inter cætera Ducatûs ſui loca duo inuenit ſpecioſiſſima, atque ad id non parùm conuenientia. Eſt locus inter fluuium Arraris & Saguna *, & fluuium quem Tila * vocant; ab emergente ibidem fonte non modico, qui Beſuus dicitur, dictus eſt & ipſe Beſua, fons eſt ipſe limpidiſſimus, ad potandum habilis, ac multimodâ piſcium copiâ fertiliſſimus, nec ſicut alij fontes, qui plurimi decurrendo & augmentando, nomen accipit fluuij, ſed ibidem vbi oritur præ magnitudine flumen dicitur. Naſcuntur in eo diuerſi generis herbæ, quæ ſi frugum alimonia minùs abundauerit, pauperibus ſubſidium præbeant vitæ, ſicque fons iſte totius ſui irrigans confinia, ad omnia quæcumque ibi ſeruntur vel coluntur confouenda loca reddit habilia. Terra ſatu bona, & niſi deſit qui laboret, frugum fertiliſſima. Prata propè ſunt abundè, quibus poſſunt nutriri pecora; & ſuppleri alia quæque priuata neceſſaria. Syluas habet in procinctu locus & contiguas, quæ ad conſtruenda ædificia, ſeu ad omnia, quæ generi humano ſunt neceſſaria, ſufficiant. Talem igitur locum Amalgarius Dux Deo & ſanctis eius Apoſtolis Petro & Paulo dignum duxit offerre, & ſub manu filij ſui Waldaleni Monachos, qui ibi Deo & Sanctis eius deſeruirent, ſub Regula beati Columbani ſtuduit aggregare. Quid plura? Waldalenum Abbatem ibi præfecit, locum, vt prædiximus, Deo & ſancto Petro & Paulo liberrimè cum appenditiis ſuis obtulit, cum terris & ædificiis, cum ſyluis & acceſſibus omnibus, cum mancipiis & colonis & ſeruientibus, denique quidquid habere ibi videbatur, totum liberrimè & integerrimè, nec ſibi nec cuiquam aliquid retinens. Ei quoniam locum omni adniſu voluit extollere & amplificare, viſum eſt ei ex aliis rebus & appenditiis eum ditare. Dedit itaque Vetus-vineas cum appenditiis ſuis, & ſyluas Tilerias, Beriam, Tregias, Cipetum, Buxatellum, & Vendoueram. Item Auxiliacum cum appenditiis, adiacentiis, & ſyluis, & colonicis. Blaniacum, Bertariacum, Baimam, & Viriacum, & Attiniacum, Nouiliacum, & Villam Collatunuam, & Curtem mulinenſem, Marcenniacum, cum vineis XII. & vinitoribus, & colonicis, qui excolere videntur. Apud Cocheiacum vineas non minimæ quantitatis. Dedit etiam in pago Belnenſi, vineas octo cum vinitoribus & colonicis. In villa quæ Vaona dicitur, vineas & terras cum ſeruis & ancillis excolentibus eas. Tradidit etiam cum cæteris rebus S. Petro terras quas habebat in Diuione, & in fine Domni Petri, & Longo-vico, & in Canauis, & in Arſilirias, & Tremoldo, & Prouiſo, & Diſto. Dedit & in Gibriaco vinearum non modicam quantitatem, cum vinitoribus & colonicis, & ſyluis, & pratis, aliíſque*

[a] Num 37.

* la Saone.
* la Tille.

BESVENSE VIRORVM.

AN. CH. 616. CLOTAR. II. R. 33.

DORNATIACVM PVELLARVM.

adiacentiis, cum ſeruis & ancillis, omnia omnino liberrimè, & prorſus ab omni conſuetudinali reclamatione aliena. Item in villa & in Caciaca quicquid habebat. In villa quæ Patriniacus dicitur, manſum vnum optimum cum appenditiis ſuis. Cúmque his omnibus dedit villam Maieſcum, & adiacentia ſua prædicto Monaſterio, & datis his, factâque Epiſtolâ propriâ manu conſignatâ, in perpetuum poſſidenda contradidit. His ita digeſtis, deſcriptâque Beſuenſis Monaſtery conſtructione, quoniam de alio loco ſuperiùs fecimus mentionem, quem in Ducatu ſuo Amalgarius ædificauit, vbi filiam ſuam Adalſindam Sanctimonialibus Abbatiſſam præfecit, dicendum æquum putamus vbi ſit locus, & quis vocatus, quibus appenditiis ditatus, vt ibi Deo ſeruientibus victus non defuerit atque veſtitus. Eſt locus haud longè à Beſontienſi ciuitate ſuper fluuium, Dubium appellatum. Ipſius fluuy intercurſu tantùm à ciuitate ſeiunctus, ex aliâ verò parte habens montem vocatum Waldalenum, à nomine Wandalorum, qui caſtrum ibi habuerunt, vt antiqui incolæ dicunt. Lornatiacus dicitur, qui & Virzilias, in honorem S. Martini conſecratam habens Eccleſiam, quem Amalgarius Dux filiæ ſuæ Adalſindæ donauit, & vt ſub eius regimine regulariter ibi viuerent, congregationem Sanctimonialium conſtituens, de propriis rebus donationem fecit. Villam ſcilicet quæ Aſſona vocatur, villam Parnatiacum, villam Pontenciacum, & medietatem quam in Balatunna poſſidere videbatur. De villa verò Montaniaco ſimiliter. Idem Monaſterium puellarum, à loco *Sanctæ Mariæ de Battant* appellatum tradit Chifletius in elogio ſancti Donati Veſontionenſis Epiſcopi.

VII. MVLTI IVDÆI EX HISPANIA MIGRANT IN FRANCIAM.

Eruditi rerum Hiſpanicarum Scriptores Siſebutum Gundemaro in regnum Gothorum ſucceſſiſſe tradunt Erâ ſexcenteſimâ quinquageſimâ. Suffragatur antiquus lapis, cuius authoritate nixus Mariana [a] ſecundum Siſebuti Regis annum cum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto comparat. Hæc autem obſeruamus, quia Siſebutus anno regni ſui quarto, qui iuxta illum calculum in hunc annum, Chriſti ſexcenteſimum decimum-ſextum, cadit, Iudæos, qui baptiſmum ſuſcipere noluerunt, è Gothicis ditionibus expulit, multique, cùm Chriſtianam religionem amplecti nollent, in Franciam teſte Adone commigrarunt, vnde poſteà eiecti ſunt etiam à Dagoberto Rege, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum vndetriceſimum dicturi ſumus.

[a] Lib. 6. c. 1.

VIII. STATVS ECCLESIÆ ANGLIC.

Hic annus Eccleſiæ Anglicanæ luctuoſiſſimus fuit obitu Chriſtianorum Regum Edelberthi & Saberethi, quorum filij à parentum pietate plurimùm degenerarunt. Edelberthi regnum ac potentiam Beda multis locis deſcribit, libro primo, capite viceſimo-quinto ſic. *Erat eo tempore Rex Edelberthus in Cantio potentiſſimus, qui ad confinium vſque Humbri fluminis maximi, quo Meridiani & Septentrionales Anglorum populi dirimuntur, fines impery tetenderat.* Libro ſecundo, capite tertio ſic. *Edelberthus omnibus (vt ſuprà dictum eſt) vſque ad terminum Humbri fluminis Anglorum gentibus imperabat.* Et capite ſexto eiuſdem libri ſic. *Edelberthus cunctis Auſtralibus eorum*, nempe Anglorum, *prouinciis, qui Humbro fluuio & contiguis ei terminis ſequeſtrantur à Borealibus, imperauit.* Tantam apud Anglos poteſtatem tertius obtinuit Edelberthus, nec eam poſteris ſuis tranſmittere potuit, ſic enim ſcribit Beda capite proximè citato. *Primus imperium huiuſmodi Elli Rex Auſtralium Saxonum; ſecundus Celin Rex Occidentalium Saxonum, qui linguâ ipſorum Ceulin vocabatur; tertius, vt diximus, Edelberthus Rex Cantuariorum; quartus Redualt Rex Orientalium Anglorum, qui etiam viuente Edelbertho eidem ſuæ genti ducatum præbebat, obtinuit.* Quam Britanniæ partem Angli & Saxones occuparunt, in ſeptem diuiſam fuiſſe regna iam notauimus, ſic autem ex Bedæ textu capienda eſt ea diuiſio, vt quamuis ſingulis regnis ſinguli Reges præeſſent, vni tamen Regi; qualis extitit Edelberthus, multi Reges credantur ſæpè ſubiacuiſſe. Saberethus Rex erat Orientalium Saxonum, ſuberátque Edelbertho auunculo. *Orientales Saxones*, inquit Beda [b], *Thameſi * fluuio dirimuntur à Cantio, & ipſi Orientali mari contigui, quorum Metropolis Londonia * ciuitas eſt, ſuper ripam præfati fluminis poſita, & ipſa multorum emporium populorum terrâ maríque venientium. In qua videlicet gente tunc temporis Saberethus nepos Edelberthi ex ſo-*

[b] Lib. 2. c. 3.
* *la Thamiſe.*
* *Londres.*

rere Ricula regnauit, quamuis ſub poteſtate poſitus eiuſdem Edelberthi, qui omnibus (vt ſuprà dictum eſt) vſque ad terminum Humbri fluminis Anglorum gentibus imperabat. Edelberthus anno Chriſti quingentesimo ſexageſimo-ſexto vxorem duxit Bertham ſiue Aldibergam Chariberti Regis Francorum filiam, eâque mortuâ ſibi ſociauit aliam coniugem quæ poſt mariti mortem priuigno Eadbaldo miſceri non erubuit. Bertha viuebat adhuc anno Chriſti ſexcenteſimo-primo, vt ex literis [a] Gregorij Magni conſtat, obiitque paulò pòſt relicto vnico filio Eadbaldo, paterni regni futuro hærede. Altera vxor Edelberthi duas ei filias, Edelburgam ſcilicet & Eadburgam peperit. Aliter cenſet Goſcelinus in vita ſanctæ Wereburgæ virginis, vbi de Edelbertho ſiue Æthelbrichto Rege ſic loquitur. *Æthelbrichtus ex Berta Regina filia Regis Francorum, Eadbaldum cum Æthelburga filia procreauit.* At quominùs Æthelburgam ſiue Edelburgam & Eadburgam eius ſororem natu minorem filias Bertæ credamus, obeſt longiſſimum temporis interuallum, quod interceſſit ab anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto quo Bertam Edelbertho Cantuariorum Regi nupſiſſe probauimus, ad annum vſque ſexcenteſimum viceſimum-quintum quo Edelburgam in vxorem ab Eduino Nordanhumbrorum Rege ductam fuiſſe teſtatur Beda [b]. Saberethus Edelberthi Regis ex Ricula ſorore nepos, eodem quo Edelberthus auunculus, defunctus eſt anno, tréſque filios regni temporalis hæredes reliquit. Annum diémque quo Rex Edelberthus obiit, Beda ſic notat [c]. *Anno ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimo decimo ſexto, (qui eſt annus viceſimus-primus, ex quo Auguſtinus Epiſcopus cum ſociis ad prædicandum genti Anglorum miſſus eſt) Edelberthus Rex Cantuariorum poſt regnum temporale, quod quinquaginta & ſex annis glorioſiſſimè tenuerat, æterna cæleſtis regni gaudia ſubiit.* Et paucis interiectis. *Defunctus eſt Rex Edelberthus die vigeſimâ quartâ menſis February poſt viginti & vnum annos acceptæ fidei, atque in porticu ſancti Martini intra Eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſepultus, vbi & Bertha Regina condita eſt.* Annus quidem ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimus decimus-ſextus, quo Rex Edelberthus ex hac vita diſceſſit, rectè numeratur à Beda viceſimus-primus, ex quo Auguſtinus Româ in Angliam directus eſt, Auguſtinus enim itineri ſe commiſit anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto, Indictione decimâ quartâ, ſed haberi non debet annus viceſimus-primus ab Edelberthi conuerſione, quia Rex Edelberthus fidem Chriſtianam ante annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſeptimum non ſuſcepit, ideóque in Bedæ textu quem proximè recitauimus, mors Edelberthi collocanda eſt *poſt viginti annos acceptæ fidei*, non autem *poſt viginti & vnum annos* vt vulgata exemplaria præſeferunt. Edelberti mortem mors Saberethi ſtatim ſecuta eſt. Beda enim eodem capite vtramque complectitur, & quàm calamitoſa vtraque fuerit Eccleſiæ Anglicanæ, ſic exponit. *Poſt mortem Edelberthi, cùm filius eius Eadbaldus regni gubernacula ſuſcepiſſet, magno tenellis adhuc ibi Eccleſiæ crementis detrimento fuit. Siquidem non ſolùm Chriſti fidem recipere noluerat, ſed & fornicatione pollutus eſt tali, qualem nec inter gentes auditam Apoſtolus teſtatur, itaut vxorem patris haberet. Quo vtroque ſcelere occaſionem dedit ad priorem vomitum reuertendi iis, qui ſub imperio ſui parentis, vel fauore vel timore regio, fidei & caſtimoniæ iura ſuſceperant. Nec ſuperna flagella diſtrictionis perfido Regi caſtigando vel corrigendo defuere. Nam crebrâ mentis veſaniâ & ſpiritûs immundi inuaſione premebatur. Auxit autem procellam huiuſmodi perturbationis etiam mors Saberethi Regis Orientalium Saxonum, qui vbi regna perennia petens, tres filios ſuos, qui pagani perdurauerant, regni temporalis hæredes reliquit, cœperunt illi mox idololatriæ, quam viuente eo aliquantulum intermiſiſſe videbantur, palàm ſeruire, ſubiectiſque populis idola colendi liberam dare licentiam. Cúmque viderent Pontificem celebratis in Eccleſia Miſſarum ſolenniis Euchariſtiam populo dare, dicebant (vt vulgò fertur) ad eum barbarâ inflati ſtultitiâ. Quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem & patri noſtro Saba (ſic namque eum appellare conſueuerant) dabas, & populo adhuc in Eccleſia dare non deſiſtis? Quibus ille re-*

[a] Lib. 9. ep. 59.

[b] Lib. 2. c. 9.

[c] Lib. 2. c. 5.

AN. CH. 616. CLOTAR. II. R. 33.

ſpondebat. Si vultis ablui fonte illo ſalutari, quo pater veſter ablutus eſt, poteſtis etiam panis ſancti, cui ille participabat, eſſe participes; ſin autem lauacrum vitæ contemnitis, nullatenus valetis panem vitæ percipere. At illi. Nolumus, inquiunt, fontem illum intrare, quia nec illo opus nos habere nouimus, ſed tamen pane illo refici volumus. Cúmque diligenter ac ſæpè ab illo eſſent admoniti, nequaquam fieri poſſe, vt abſque purgatione ſacroſancta quis oblationi ſacroſanctæ communicet, ad vltimum furore commoti aiebant. Si non vis aſſentire nobis in tam facili cauſa quam petimus, non poteris iam in noſtra Prouincia demorari. Et expulerunt eum, ac de ſuo regno eum ſuis abire iuſſerunt. Qui expulſus inde venit Cantium tractaturus cum Laurentio & Iuſto Coepiſcopis, quid in his eſſet agendum. Tunc in Anglia, cuius nomine ſeptem Regna in Britanniis ab Anglis & Saxonibus inſtitura comprehenduntur, tres tantùm erant hi Pontifices, Laurentius Archiepiſcopus Dorouernienſis, Mellitus Epiſcopus Londonienſis, & Iuſtus Epiſcopus Rhofenſis, quia fides Chriſtiana ſuſcepta fuerat in duobus tantùm Regnis, in Cantio videlicet & in Orientali Saxonia, ſub prænominatis Regibus Edelbertho & Saberetho, ſuáſque Diœceſes in Cantio ſub Edelbertho Rege Laurentius & Iuſtus, in Orientali Saxonia ſub Saberetho Rege Mellitus adminiſtrarat. Atque vt iſta meliùs intelligas, Eccleſiæ Anglicanæ prima incrementa paucis te docebimus ex Gregorio Magno & ex Beda. *Anno Dominicæ Incarnationis*, vt Beda teſtatur [a], *ſexcenteſimo quarto Auguſtinus*, quem anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſeptimo conſtitutum fuiſſe Archiepiſcopum ex literis Gregorij [b] ſuprà probauimus, *ordinauit duos Epiſcopos, Mellitum videlicet & Iuſtum. Mellitum quidem ad prædicandum Prouinciæ Orientalium Saxonum, qui Thameſi fluuio dirimuntur à Cantio, & ipſi Orientali mari contigui, quorum Metropolis Londonia ciuitas eſt, ſuper ripam præfati fluminis poſita, & ipſa multorum emporium populorum terrà marique venientium. In qua videlicet gente tunc temporis Saberethus nepos Edelberthi ex ſorore Ricula regnauit, quamuis ſub poteſtate poſitus eiuſdem Edelberthi, qui omnibus (vt ſuprà dictum eſt) vſque ad terminum Humbri fluminis Anglorum gentibus imperabat. Vbi verò & hæc Prouincia verbum veritatis prædicante Mellito accepit, fecit Rex Edelberthus in ciuitate Londonia Eccleſiam ſancti Pauli Apoſtoli, in qua locum Sedis Epiſcopalis ipſe & ſucceſſores eius haberent. Iuſtum verò in ipſo Cantio Auguſtinus ordinauit Epiſcopum in ciuitate Durobreui* (perperam *Dorouerni* in vulgatis exemplaribus Bedæ) *quam gens Anglorum à primario quondam illius qui dicebatur Roſtcheſter cognominat. Diſtat autem à Dorouerni millibus paſſuum fermè viginti-quatuor ad Occidentem, in qua Rex Edelberthus Eccleſiam beati Andreæ Apoſtoli fecit, qui etiam Epiſcopis vtriuſque huius Eccleſiæ dona multa, ſicut & Dorouernienſis, obtulit, ſed & territoria ac poſſeſſiones in vſum eorum qui erant cum Epiſcopis adiecit.* Iuſtus ciuitati Dorouerni non præpoſitus fuit ab Auguſtino Epiſcopus, nam Bedà teſte Pontificatum geſſit in ciuitate quæ diſtabat *à Dorouerni millibus paſſuum fermè viginti-quatuor ad Occidentem*, & Auguſtinus Dorouernienſis Archiepiſcopus tunc erat, vt patet ex eius epitaphio quod in tumba ſcriptum ita refertur ab eodem Beda. *Hic requieſcit Dominus Auguſtinus Dorouernienſis Archiepiſcopus primus, qui olim huc à beato Gregorio Romanæ vrbis Pontifice directus, & à Deo operatione miraculorum ſuffultus, & Edelberthum Regem ac gentem illius ab idolorum cultu ad fidem Chriſti perduxit, & completis in pace diebus officij ſui defunctus eſt ſeptimo Kalendas Iunias eodem Rege regnante.* Expunctâ ciuitate Dorouerni Durobreuem repoſuimus authoritate Regneri Vitellij Zirizæi poſt Guilielmum Camdenum in deſcriptione Cantij de ciuitate *Rocheſter* ſic loquentis. *Orientali Medweagi ripa vetuſta ciuitas apponitur, Antonino Durobrus, Durobrinæ, & alibi rectiùs Durobrouæ, Bedæ Durobreuis, & inclinante Romano Imperio Roſcis, vnde addito Ceaſter (quod à Latinorum Caſtro deflexum maioribus noſtris ciuitatem, vrbem ſiue caſtrum ſignificauit) Hrouecceaſter dicebatur, nobíſque contractiùs nunc Rocheſter, & Latinè Roffa à Roffo quodam vt coniectat Beda, ſed priſtini illius nominis Durobreuis aliquid in ſe continere*

[a] Lib. 2. cap. 3.
[b] Lib. 2. ep. 30.

AN. CH. 616. CLOTAR. II. R. 33.

mihi videtur. Nec eſt cur quis dubitet de nomine, cùm *præter itinerariam rationem*, *& Beda auctoritatem*, *Durobrauis in charta fundationis Eccleſiæ Cathedralis expreſſè vocetur. In conualle ſedet, muris malè firmis ex parte cincta, ſitu, vt inquit Malmesburienſis, nimiùm anguſta, ſed nunc ad Occaſum, Orientem & Meridiem magnis tumet ſuburbiis. Templum magnificum erexit Æthelbertus Rex Cantij, quod & dignitate Epiſcopali illuſtrauit. Iuxta templum flumini impendet caſtrum opere & ſitu ſatis munitum. Sub cuius ponte Medweagus violentus & torrens æſtuat & eluctatur.* Iuſtus igitur ab Auguſtino Dorouernienſi Archiepiſcopo Rhofenſis Epiſcopus inſtitutus eſt, idque Beda declarat etiam his verbis libro ſecundo, capite ſeptimo, *Iuſtus adhuc ſuperſtes Rhofenſem regebat Eccleſiam*, & capite octauo, *Iuſtus qui erat Rhofenſis Eccleſiæ Epiſcopus.* Auguſtinum, quem Beda defunctum tradit ſeptimo Kalendas Iunias, Wigornienſis mortuum ait feriâ tertiâ, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo octauo, qui biſſextilis fuit, & literas Dominicales habuit G & F. De ſucceſſore ſic Beda [a]. *Succeſſit Auguſtino in Epiſcopatum Laurentius, quem ipſe idcirco adhuc viuens ordinauerat, ne ſe defuncto ſtatus Eccleſiæ tam rudis vel ad horam Paſtore deſtitutus vacillare inciperet.* Vixit Laurentius ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum decimum-nonum, nam Mellitus, qui erat Londoniæ Epiſcopus, Sedem Dorouernienſis Eccleſiæ poſt eum ſuſcepit, & poſtquàm Diœceſim Dorouernienſem rexiſſet *annis quinque*, vt teſtatur Beda [b], *migrauit ad cælos anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo vigeſimo-quarto, die octauâ Kalendarum Maiarum.* Itaque hoc anno, Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſexto, quo Mellitus Londoniæ Pontifex ex Orientali Saxonia pulſus in Cantium ſe recepit, tres tantùm erant apud Anglos Epiſcopi, Laurentius Dorouernienſis Metropolitanus, Mellitus Londonienſis & Iuſtus Rhofenſis, qui ſimul coniuncti deliberarunt inter ſe, quid agendum eſſet difficillimis illis temporibus, cùm Cantium & Orientalis Saxonia ſub ethnicis Regibus poſt obitum Edelberthi & Saberethi Regum denuò gemeret, *decretumque eſt communi conſilio*, inquit Beda [c], *quia ſatiùs eſſet vt omnes in patriam redeuntes liberâ ibi mente Domino deſeruirent, quàm inter rebelles fidei Barbaros ſine fructu reſiderent. Diſceſſere itaque primò Mellitus ac Iuſtus, atque ad partes Galliæ ſeceſſere, ibi rerum finem expectare diſponentes.* Morati ſunt in Gallia per annum. Interim Deus vindictam in Reges Orientalium Saxonum exercuit. *Non multo tempore*, ait Beda, *Reges, qui præconem* Mellitum *à ſe veritatis expulerant, dæmoniacis cultibus impunè ſeruiebant. Nam egreſſi contra gentem Geniſſorum in prælium, omnes pariter cum ſua militia corruerunt, nec ſic (licèt auctoribus perditis) excitatum ad ſcelera vulgus potuit corrigi, atque ad ſimplicitatem fidei & charitatis quæ eſt in Chriſto reuocari.* Mellitus & Iuſtus erant Itali. Huius rei non leue eſt argumentum, quòd cùm ex Anglia in patriam redire ſtatuiſſent, vt Beda loco proximè citato teſtatur, ſubſtiterunt in Gallia, quæ ſita eſt inter Angliam & Italiam. Adde & aliud multò validius, quod ex epiſtolis Gregorij Papæ & ex Hiſtoria Bedæ ſimul collatis eruitur. Auguſtinus, poſtquàm ab Archiepiſcopo Arelatenſi ordinatus fuit Anglorum Archiepiſcopus, rediit in Britanniam, & vt addit Beda [d], *miſit continuò Romam Laurentium Presbyterum & Petrum Monachum, qui beato Pontifici Gregorio gentem Anglorum fidem Chriſti accepiſſe, ac ſe Epiſcopum factum eſſe referrent.* Gregorius anno Chriſti ſexcenteſimo-primo Laurentium ac Petrum prænominatos in Angliam remiſit, eiſque ſocios dedit aliquot Monachos cum Mellito Abbate. *Quia redemptoris*, inquit [e], *noſtri gratiâ cooperante tanta de Anglorum gente ad Chriſtianæ fidei gratiam multitudo conuertitur, vt reuerentiſſimus communis frater & Coepiſcopus noſter Auguſtinus eos qui ſecum ſunt, ad hoc opus exequendum per diuerſa loca aſſerat non poſſe ſufficere, aliquantos ad eos Monachos cum dilectiſſimis & communibus filiis Laurentio Presbytero & Mellito Abbate prænidimus tranſmittendos.* Illorum Monachorum neminem Gregorius appellauit proprio nomine, Beda præcipuos dixit Iuſtum, Paulinum & Rufinianum de quorum aduentu in Angliam ita ſcri-

MELLITVS ET IVSTVS EPISCOPI EX ANGLIA FVGIVNT IN FRANCIAM.

[a] Lib. 2. cap. 4.

[b] Lib. 2. c. 7. 8.

[c] Lib. 2. cap. 5.

[d] Lib. 1. c. 27.

[e] Lib. 9. ep. 52.

AN. CH. 616. CLOTAR. II. R. 33.

pſit [a]. *Gregorius Auguſtino Epiſcopo (quia ſuggeſſerat ei multam quidem ſibi eſſe meſſem, ſed operarios paucos) miſit cum præfatis Legatariis* Laurentio & Petro *plures cooperatores ac verbi miniſtros, in quibus primi & præcipui erant Mellitus, Iuſtus, Paulinus; Ruſinianus.* Quos autem Monachos Gregorius Romã direxit in Angliam, eos Italos fuiſſe nullus, opinor, inficiabitur. Verùm Laurentius Italus fuerit an Gallus, haud æquè patet. Gallum tamen ac Francum fuiſſe colligimus ex iiſdem Authoribus Gregorio ac Bedâ. Nam Gregorius in epiſtolis [b] ad Reges Francorum Theodobertum ac Theodoricum & ad Reginam Brunichildem aſſerit Auguſtino & aliis ſeruis Dei, quos in Angliam mittebat, iniunxiſſe ſe, *vt aliquos ſecum è vicino debeant Presbyteros ducere, cum quibus Anglorum poſſint mentes agnoſcere, & voluntatem admanitione ſuâ, quantùm Deus donauerit, adiuuare*, & Auguſtinus eiúſque ſocij teſte Bedâ [c] *acceperunt præcipiente beato Papâ Gregorio de gente Francorum interpretes.* Laurentium autem ex horum numero fuiſſe credimus, quia Presbyter erat cùm Romam ab Auguſtino Archiepiſcopo miſſus eſt, & nulla eius occurrit mentio, priuſquàm eiuſmodi Legatione ad Gregorium Papam cum Petro Monacho fungeretur, vt ſuperiùs ex Beda retulimus. Forſè cur diſcedentibus Mellito & Iuſto Laurentius in Anglia remanſerit, præcipua cauſa fuit, quòd Francus eſſet. Fieri enim potuit, vt Eadbaldus Cantij Rex, quia Regis Francorum filiâ natus erat, Francum odio minùs haberet quàm Italos, & Cantuarij, qui Letardum Siloanectenſem Epiſcopum olim nouerant, in Pontificem ex eadem Francia oriundum non adeò crudeliter ac in ceteros deſæuirent, adde quòd Eadbaldo, ſi Præſulem patriâ Francum expuliſſet, iure timendum videbatur, ne Clotarius, qui totius Franciæ Monarchiam ſolus obtinebat, hanc iniuriam genti Francorum illatam exiſtimaret vlciſceretúrque.

[a] Lib. 1. c. 29. LAVRENTIVS ARCHIEP. PATRIA FRANCVS. [b] Lib. 5. epp. 58. 59. [c] Lib. 2. c. 25. IN ANGLIA REMANET.

IX. Hoc anno [d] Rhedonis obiit S. Goluenus Leonenſis Epiſcopus. Sepultus fuit in Monaſterio S. Melanij. Colitur Kal. Iul. [e] Succeſſit Tenenanus.

[d] Armor. Sanct. [e] Supplem. Martyrol. Gallic.

617. CLOTAR. II. R. 34.

ANNVS CHRISTI 617.

CLOTARII II. R. 34. 5.

I. ANNO Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſeptimo, ſiue, vt Fredegarius [f] ſcribit, *anno XXXIV. regni Chlotarij Warnacharium Maiorem domûs cum vniuerſis Pontificibus Burgundiæ & Faronibus in Bonogellum villam ad ſe venire præcepit. ibique cunctis illorum iuſtis petitionibus annuens, præceptionibus roborauit.* Politiore ſtylo ſic Aimoinus [g]. *Anno XXXIV. regni ſui Chlotarius Warnarium Palatij, de regno Burgundiæ, cum vniuerſis Pontificibus ſeu Primatibus ad ſe Bonogilum villam euocans, dando, ſiue petitionibus eorum annuendo, cunctos ſibi fideliſſimos effecit.* Bonogilum * ſeu Bonogellum villam regiam fuiſſe ad Matronam multi iam notarunt. Quos autem Fredegarius Farones, hos Aimoinus Primates appellauit. Faro deducitur à vocabulo *fara*, quo Rotharis Longobardorum Rex in Lege eorumdem Longobardorum vſus legitur. Lex Longobardorum in tres libros diſtinguitur. Libri tertij titulus decimus-quartus hic eſt, *qualiter cum fara ſua alicui migrare permiſſum ſit*, vnámque duntaxat ſanctionem, cuius auctor fuit Rex Rhotaris, ſic exhibet. *Si quis liber homo migrare voluerit aliquò, poteſtatem habeat intra dominium regni noſtri cum fara ſua migrare quò voluerit, ſic tamen ſi à Rege ei data fuerit licentia. Et ſi ei aliquas res Dux aut quicumque liber homo donauerit, & cum eo noluerit permanere, vel cum herede ipſius, res ad donatorem vel heredem eius reuertantur.* In hac Lege faram interpretare proſapiam ſeu progeniem hominis liberi. Paulus Diaconus in

[f] Cap. 44. CONVENTVS EPISCOP. ET OPTIMAT. BVRGVND. [g] Lib. 4. c. 6. APVD BONOGILVM. * Bonneil en Brie. FARONES QVI.

Geſtis [a] Longobardorum, faras explicuit generationes, nec quaſlibet generationes intellexit ſed præcipuas Longobardorum proſapias, ſic enim de Alboino Longobardorum Rege déque Giſulfo illius nepote diſſeruit. *Alboin, cùm Venetiæ fines, quæ prima eſt Italiæ prouincia, ſine aliquo obſtaculo, hoc eſt, Ciuitatis, vel potiùs Caſtri Foro-Iuliani terminos introiſſet, perpendere cœpit, cui potiſſimùm primam prouinciarum, quam ceperat, committere deberet.* Et paulò poſt. *Igitur, vt diximus, dum Alboin animum intenderet, quem in his locis Ducem conſtituere deberet, Giſulfum, vt fertur, ſuum nepotem, virum per omnia idoneum, qui eidem ſtrator erat, quem linguâ propriâ Marphaſis appellant, Foro-Iulianæ Ciuitati & toti regioni illius præficere ſtatuit. Qui Giſulfus non priùs ſe regimen eiuſdem Ciuitatis & populi ſuſcepturum dixit, quàm ſibi quas ipſe eligere voluiſſet Longobardorum faras, hoc eſt, generationes vel lineas tribueret. Factúmque eſt, & annuente ſibi Rege, quas optauerat Longobardorum præcipuas proſapias, vt cum eo habitarent, accepit, & ita demum Ductoris honorem adeptus eſt.* Vt autem faræ pro præcipuis proſapiis apud Paulum, ſic Farones pro Primaribus apud Fredegarium ſumuntur.

AN. CH. 617.
CLOTAR. II. R. 34.
[a] Lib 3. c 7. antiq. edit. cap 9 nouæ edit.

II. EVSTASIVS EVANGELIVM PRÆDICAT WARASCIS ET BOIIS.

Euſtaſius Abbas Luxouienſis prædicando conuertit ad Deum magnam multitudinem Waraſcorum, quorum alij ſeruiebant idolis, alij Photini hæreſim ſectabantur, deinde progreſſus in Boioariam plurimos Boiorum ad fidem conuertit. Hæc Ionas in eius vita. Si temporis notam quæris, hanc vnam profert, quòd Euſtaſius ab aula Clotarij reuerſus profectionem ſuam ad gentes ſuprà recenſitas parauit. Alteram ſuppeditat Fredegarius [b], qui Leudemundum Sedunenſem Epiſcopum, cùm Clotarius Rex in Elſatia degebat, Luxouium ad Auſtaſium ſiue Euſtaſium Abbatem confugiſſe tradit. Atque inde colligimus Euſtaſij profectionem ad Waraſcos & ad Boios hoc anno collocandam eſſe, nam Clotarius anno priore perrexit in Elſatiam, & Euſtaſius Abbas Leudemundum Sedunenſem Epiſcopum in Monaſterio Luxouienſi velut in aſylo ſuſcepit, à quo quemquam auelli pietas regia non pateretur. Validius adhuc argumentum ad ſtabiliendam noſtram Chronologiam occurrit in vita ſancti Agili, qui ſocius itineris Euſtaſio Abbati fuit. Vterque enim ad prædicandum Euangelium *Synodica diffinitione* miſſus aſſeritur, nec illa Synodica diffinitio deſignat alium Epiſcoporum cœtum, quàm qui celebratus eſt hoc anno in villa Bonogello. Fides enim haberi non debet Brunnero [c], qui Theodelindam ob amorem, quo patriam ſuam proſequebatur, itineris ab Euſtaſio eiúſque ſociis in Boioariam ſuſcepti auctorem fuiſſe ſcribit.

[b] Capp 43. 44.
[c] Lib. 5. n. 2.

III. WARASCORVM SEDES ET ERRORES.

Waraſci, vt in vita ſanctæ Salabergæ legitur, in Prouincia Sequanorum ad vtramque Duuij * ripam ſedebant. De Photino Sirmienſi quondam Epiſcopo & hæreſiarcha, cuius errorem ſequebantur, ita ſanctus Epiphanius in Panario [d]. Φάσκει δὲ οὗτος, ἀπ' ἀρχῆς τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι, ἀπὸ δὲ Μαρίας καὶ δεῦρο αὐτὸν ὑπάρχειν, ἐξ ὅτε φησὶ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐγεννήθη ἐκ Πνεύματος ἁγίου, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν φησι, ὡς τολμηρὸς ἀρχιτέκτων, νομίζει εἶναι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὡς οὐρανομέτρης τῶν ἀνεκδιηγήτων. *Aſſerit autem hic, ab initio Chriſtum non eſſe, verùm à Maria & huc vſque ipſum exiſtere, ex quo Spiritus ſanctus, inquit, ſuperuenit in ipſum, & genitus eſt ex Spiritu Sancto, Spiritum autem Sanctum dicit, veluti temerarius architectus & velut inenarrabilium rerum cœli dimenſor, ſe putare Chriſti eſſe.* Scripſit idem Epiphanius hæreſim Photinianorum *breui admodum tempore* εἰς ὀλίγον χρόνον diſſipatam fuiſſe, ſed illam apud Waraſcos in Prouincia Sequanorum repullulaſſe docet prælaudatus Ionas in vita ſancti Euſtaſij, quam conſule [e] ſi lubet.

* le Doux.
[d] Hæreſ. 71.
[e] Ap. Sur. d. 29. Mart.

IV.

Euſtaſius *cùm multum populum* Waraſcorum *ab erroribus diuerſis*, id eſt, ab idololatria & ab hæreſi Photiniana, *conuertiſſet ad Dominum, ad Boios, qui nunc Baioarij vocantur, tendit, eóſque multo labore imbutos ac fidei liniamento correctos, plurimos eorum ad fidem conuertit.* Hæc idem Ionas in eadem vita. Tunc Bo-

AN. CH. 617. CLOTAR. II. R. 34.

THASSILO DVX BOIORVM.

ioariæ præfecturam ſeu Ducatum gerebat Thaſſilo ſeu Theſſalonus, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptimum per anreceſſum iam monuimus. Ait Auentinus [a] duo Cœnobia in lacu * Chimino, vnum vitotum, altetum puellátum, ab illo Duce tunc condita fuiſſe, ſed vtriuſque opetis auctor haberi debet alius Thaſſilo, qui Pippino & Carolo Magno Regibus Francorum coætaneus vixit, vr ſiio loco probaturi ſumus.

[a] Lib. 3.
* *Chiemſee.*

V. ROMARICVS FIT MONACHVS LVXOV.

Eâdem tempeſtare, quâ profectionem ad Waraſcos & Boios Euſtaſius Abbas ſuſcepir, Amatus Monachus ab eo miſſus eſt, vt quaſdam Auſtraſiæ ciuitates perluſtraret, mulrâ enim concionandi gratiâ prædirus erat. In ipſo itinere ad ædes Romarici, de quo iam ſæpiùs verba fecimus, diuerſatus eſt, ab illo honotificè acceptus. Cùm ad menſam vnà ſederent, Romaricus Amatum interpellauit, vt verbum ſalutis ptoponeret, quo anima reficeretur. Dicto obediens Amatus multa ſapienter de contemptu mundi & diuitiarum diſſetuir, quibus Romaricus extimulatus eodem veſtigio loci & temporis, mundum & fucum eius relinquere decreuir, ſtatimque ſe ad Monaſterium Lnxouienſe contulit, vbi cucullam induit, & omne ſtudium atque animum ad vitam Monaſticam applicauit. Erant ei duæ filiæ ex legitimo mattimonio natæ, altera priùs appellabatur Gegoberga ſeo Sigeberga, poſteà Clara ſeu Cæcilia; alrera Adfalduidis. Hæc Bithilino iuncta peperit Gebertrudem & Adelphum. Lege vitam ſancti Amati apud Surium [b], & vitam ſancti Romarici apud Ruyrum [c], apud Menardum [d], & apud Labbeom [e].

[b] Die 13. Sept
[c] Parte 1 lib. 4.
[d] Obſeru lib. 1. die 8. Dec.
[e] Tom. 1. bibloth

VI. DESIDERIVS REGIS THESAVRARIVS MORTVO PATRE MATREM SOLATVR.

Illis diebus Deſiderium Regis Theſaurarium, vt in illius vita legitur, *nuncius perculit patrem eius Saluium ab hac luce migraſſe, & licèt eſſet mente fortiſſimus ad hanc tamen cauſam vehementer ſeſe afflixit. Nec minùs de piiſſima genitricis deſtitutione quàm de patris abſceſſu condoluit. Ex Regis tamen permiſſione profectus ad matrem miris eam modis conſolari ſtuduit. Póſtque regreſſus ad Palatium officium ſibi commiſſum ſtrenuè vt cœperat ac ſolerter prouidit. Sub iiſdem fermè diebus anno tranſacto triceſimo-quarto Clotharij Regis Ruſticus Deſiderij germanus Archidiaconatum in vrbe Rutena * ſuſcepit.* En epocha, in qua *tranſactus annus* non de anno completo vt ipſum verbum ſonat, ſed imptopriè de anno inchoato ſumi debet, in obitu enim Dagoberti Regis, qui currente anno regni decimo-ſexro vitam clauſit, ſimili loquendi modo idem Authot ſic vtitur, *Dagobertus Rex ſexto & decimo regni ſui anno adminiſtrato pacificè obiens, duobus filiis Clodoueo & Sigoberto regni ſceptra reliquit.*

* *Rodez.*

VII. RVSTICVS FRATER FIT ABBAS PALAT.

Ruſticus poſt obitum patris non tantùm ſuſcepit Archidiaconatum in vrbe Rutena ſed & factus eſt Abbas Palatinus, in vita enim Deſiderij fratris ita commendatur. *Ruſticus à primis pubertatis annis Clericus factus Archidiaconatûs officium in vrbe Rutena & Abbatia regalis Baſilica ſub Clothario Rege adminiſtrauit.* Et iterum inferiùs. *Ruſticus, vt præfati ſumus, Abbatiam Palatini Oratorij, quod Regalis frequentabat ambitio, & Archidiaconatûs officium geſſit.* Agemus ſuo loco de illius aſſumptione in Epiſcopum Cadurcenſem.

VIII. SIAGRIVS ALTER FRATER FIT COMES.

Syagrius Ruſtici & Deſiderij fratet, vt in eadem ſancti Deſidetij vita legitur, *poſt diutina Palatij Francorum miniſteria & familiaria Clotharij Regis contubernia Comitatûs dignitatem apud Albige geſſit necnon & apud Maſſiliam iudiciariam poteſtatem diu exercuit.* Et paulò pòſt, *Syagrius autem Maſſiliæ gubernacula & Albienſium Comitatum annis plurimis adminiſtrauit.* Magiſtratum hiſce temporibus gerere cœpit, ſic enim idem Aurhor inferiùs ſcribit. *Sub iiſdem fermè diebus anno tranſacto triceſimo-quarto Clotharij Regis Ruſticus Deſiderij germanus Archidiaconatum in vrbe Rutena ſuſcepit. Siagrius quoque germanus eius hoc item tempore Comitiuæ honorem indeptus eſt, ſortitúſque in matrimonium illuſtriſſimam puellam Albige indigenam nomine Bertolenam, qua deuotam demùm vitam geſſit, ac multum erga Eccleſias ſtudium impendit.*

IX. EPISCOPI TVRON.

Hoc anno vitam clauſit Ageticus Turonenſis Epiſcopus, geſſit enim Præſulatum annis tribus, vt ex diptychis Turonenſibus aſſerunt [f] Sammarthani. Errant alij nomenclatores, qui Pontificatum Agetici ad annum vſque decimum

[f] Tom. 1 Gall. Chriſt

mum vel etiam duodecimum prorogant; nam Agericum inter & Modegiſilum, qui, vt ſuo loco ex Flodoardo [a] colligemus, anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto Turonenſem Eccleſiam regebat, medij ſederunt Ginaldus, Valarius, Sigelaicus & Leobaldus.

AN. CH. 617. CLOTAR. II. R. 34.

[a] Lib. 2. cap. 5.

X. Circa hæc eadem tempora obiit Mietius ſeu Micetius Lingonenſis Epiſcopus. Huic ſucceſſit Modoaldus ſeu Dodoaldus, & ſub initium ſui Pontificatûs Maſſiacum villam, quam factâ commutatione acquiſiuerat, tradidit Monaſterio ſancti Benigni, cuius adminiſtrationem Bobolenus Abbas tunc obtinebat. *Defuncto Micetio Epiſcopo*, inquit Author Chronici San-Benigniani, *Dodoaldus ſucceſſit in Pontificatum. Hic villam vocatam Maſſiacum commutauit ex propriis rebus, cum illo à quo poſſidebatur, deditque eam ſancto Benigno. Fungebatur tunc in hoc loco Bobolenus Abbatis officio.* Sed ea villa per violentiam prauorum hominum ablata eſt, vt probabimus ad annum Dagoberti Regis quintum, quo tradita eſt iterum Monaſterio ſancti Benigni.

MODOALDVS EPISC. LINGON.

BOBOLENVS ABBAS S. BENIGNI.

XI. Hoc anno Eadbaldus Cantij Rex fidem Chriſtianam ſuſcepit, & exules Epiſcopos Mellitum ac Iuſtum è Francia, quò ſe anno priori receperant, in Angliam reuocauit. Rem prout geſta eſt ita deſcribit Beda [b]. *Cùm Laurentius* Dorouernienſis Archiepiſcopus *Mellitum Iuſtúmque ſecuturus, ac Britanniam eſſet relicturus, iuſſit ipsâ ſibi nocte in Eccleſia beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, de qua frequenter iam diximus, ſtratum parari. In quo quum poſt multas preces ac lacrymas ad Deum pro ſtatu Eccleſiæ fuſas ad quieſcendum membra poſuiſſet atque obdormiſſet, apparuit ei beatiſſimus Apoſtolorum Princeps, & multo illum tempore ſecretæ noctis flagellis acrioribus afficiens, ſciſcitabatur Apoſtolicâ diſtrictione, quare gregem, quem ſibi ipſe crediderat, relinqueret, vel cui paſtorum oues Chriſti in medio luporum poſitas fugiens ipſe dimitteret? An mei, inquit, oblitus es exempli, qui pro paruulis Chriſti, quos mihi in indicium ſuæ dilectionis commendauerat, vincula, verbera, carnes, afflictiones, ipſam poſtremò mortem, mortem autem crucis, ab infidelibus & inimicis Chriſti ipſe cum Chriſto coronandus pertuli. His beati Petri flagellis ſimul & exhortationibus animatus famulus Chriſti Laurentius, mox mane facto venit ad Regem, & retecto veſtimento quantis eſſet verberibus laceratus ei oſtendit. Qui multùm miratus, & inquirens quis tanto viro tales auſus eſſet plagas infligere? Vt audiuit, quia causâ ſuæ ſalutis Epiſcopus ab Apoſtolo Chriſti tanto eſſet tormento plagáſque perpeſſus, extimuit multùm, atque anathematizato omni idololatriæ cultu, abdicato connubio non legitimo, ſuſcepit fidem Chriſti, & baptizatus Eccleſiæ rebus, quantùm valuit, in omnibus conſulere ac fauere curauit. Miſit etiam in Galliam, & reuocauit Mellitum & Iuſtum, eóſque ad ſuas Eccleſias liberè inſtituendas redire præcepit, qui poſt annum, ex quo abierant, reuerſi ſunt. Et Iuſtus quidem ad ciuitatem Rhofi, cui præfuerat, rediit. Mellitum verò Londonienſes Epiſcopum recipere noluerunt, idololatris Pontificibus magis ſeruire gaudentes. Non enim tanta erat ei, quanta patri ipſius, regni poteſtas, vt etiam nolentibus ac contradicentibus paganis Antiſtitem ſuæ poſſet Eccleſiæ reddere.* Ciuitas Rhofenſis ſita erat in Cantio vbi regnabat Eadbaldus, Londonia verò pertinebat ad Orientalem Saxoniam quæ poteſtati Regis Eadbaldi non ſubiacebat. Atque inter Cantij Reges Edelbertbum eiúſque filium Eadbaldum, quoad auctoritatem, id diſcriminis interceſſit, quòd Eadbaldus poſt Edelberthi patris obitum ſoli Cantio ſeu regno auito præfuit; Edelberthus verò dum viueret & Rex extitit Cantij, & ceteris imperauit Regibus, quibus non Orientalis modò Saxonia ſed & aliæ parebant Auſtrales Anglorum Prouinciæ, *qui*, vt verbis vtamur Bedæ [c], *Humbro fluuio & contiguis ei terminis ſequeſtrantur à Borealibus.* Imperium huiuſmodi ab Edelbertho Cantij Rege tranſiit ad Reduald Regem Orientalium Anglorum. Quapropter idem Author cùm catalogum texit Regum, qui cunctis Auſtralibus Anglorum Prouinciis imperarunt, tertium locum Edelbertho Regi Cantuariorum, quartum Reduald Orientalium Anglorum Regi ſic attribuit. *Edelberthus tertius quidem in Regibus gentis Anglorum cunctis Auſtralibus eorum Prouinciis, qui Humbro fluuio & contiguis ei*

[b] Lib. 2. c. 26.

EADBALDVS REX CANTII FIT CHRISTIANVS.

MELLITVM ET IVSTVM EPISCOPOS IN ANGLIAM REVOCAT.

[c] Lib. 2. cap. 5.

AN. CH. 617. CLOTAR. II. R. 34.

terminis ſequeſtrantur à Borealibus, imperauit, ſed primus omnium cæli regna conſcendit. Nam primus imperium huiuſmodi Elli Rex Auſtralium Saxonum; ſecundus Celin Rex Occidentalium Saxonum, qui linguâ ipſorum Ceulin vocabatur; tertius, vt diximus, Edelberthus Rex Cantuariorum; quartus Reduals Rex Orientalium Anglorum, qui etiam viuente Edelbertho eidem ſuæ genti Ducatum præbebat, obtinuit.

XII. DVCIT VXOREM FILIAM REGIS FRANC.

Eadbaldus Rex dimiſsâ nouercâ fidéque Chriſti ſuſceptâ legitimam vxorem duxit. Hanc Emmam appellant, & Rege Francorum natam tradunt plerique, ſed illius Regis nomen non exprimunt, tamen Hadrianus Valeſius [a] aſſerit lectum à ſe vetus Chronicon, in quo Ercumbertus qui patri Eadbaldo in regnum ſucceſſit, ex Emma Lotharij Francorum Regis filia ſuſceptus dicitur. Vniuerſam Francorum Monarchiam tunc obtinebat Clotarius, cui filia hæc eſſe potuit ex Haldetrude prima coniuge, Dagoberti matre. Ex Eadbaldo & Emma nati ſunt tres liberi; Eormredus ſiue Ercomredus qui in Hiſtoria Petroburgenſi manuſcripta Sanctus vocatur, Ercombertus qui poſt patrem regnauit, & Anſwytha ſiue Eanſweyda quæ colitur pridie Idus Septembres. Lege Goſcelinum Monachum in vita Sanctæ Wereburgæ virginis, & notas Bollandi [b] ad eandem vitam. Eadbaldi & Emmæ nepotes ac pronepores, è quibus non pauci numero Sanctorum aſcripti ſunt, recenſuimus alibi, cùm de Bertha Chariberti Francorum Regis filia, ipſius Eadbaldi Cantuariorum Regis matre, ſermonem faceremus [c].

[a] Lib. 18.
[b] d. 3. Feb.
[c] An. 601. n. 14.

---

618. CLOTAR. II. R. 35.

ANNVS CHRISTI 618.

CLOTARII II. R. 35. 6.

I. LENOGISILVS IT ROMAM.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo duodeuiceſimo profectionem Lenogiſili Sacerdotis ex Cenomania in Italiam conſignamus. Rationem noſtræ Chronologiæ expoſuimus ſuprà. Degebat Lenogiſilus in vico cui nomen Buxidus ſeu Buſciacus in pago Sagonenſi. *Quadam nocte de more ſuo Oratorium ingreſſus, vt Matutinarum ſolemnia perageret, pauore ſubito turbatus eſt. Quam ob cauſam cognouit olim locum illum publicis conuentionibus dicatum, qui diuerſis Sanctorum reliquiis fuerit adornatus. Sentiens cultum earum ob negligentiam deperiiſſe, conuocans conciues, in quorum prædio commanebat, intimauit deſiderij ſui eſſe Romam causâ orationis petere, poſtulans in eo itinere eorum vota ſe comitari. Progreſſus tandem ad loca beatorum aſylorum deuotus orator acceſſit. Ibi ſiquidem coram Domino anxietatem cordis ſui ingeminans, Sedis illius diutiùs flagitabat Antiſtitem, vt mereretur exoptatum munus pignorum ab eo accipere. Multo certè labore pro huiuſcemodi negotio fatigatus, cùm iam penè deſperaret, ecce pridie quàm reuerti decerneret, ipſius noctis medio aſtitit ei Angelus qui & dixit. Lenogiſile, quid inter curas æſtuas, quidve deiiceris? Accingere igitur & clam accedens ad aram B. Petri, quod inueneris tecum defer. Continuò a viſione ſurgens exequitur quod ſibi fuerat iuſſum, inuenítque dentem Apoſtolorum Principis altari ſuo ſuperpoſitum. Quem aſſumens, comitem reuerſionis ſuæ habuit, & lætitiâ multâ refectus ad propria remeauit. Quod vbi compererunt ciues loci huius, reditum ſcilicet viri Dei, admodum gratulati ſunt, & quibus deſperationis præbuit metum, reddidit præſentiæ gaudium; vt quem ſine ſpe viuendi amiſerant, poſt multam triſtitiam meruiſſent recipere. Tanto denique amore in medio eorum habitabat, vt vnuſquiſque de facultatibus ſuis ei miniſtraret. Hoc verò contubernio fultus, cellulam locauit, quæ vocatur Buſciacus; ſtatuens animo poſthac nullam in partem aliam diuertendum, ſed ibi humanarum rerum perfunctionem ſuam præſtolari.* Huc vſque Author vitæ [d]. Erant adhuc in ea regione idololatræ non pauci, quos ad

REDIT IN CENOMANIAM.

DEFERT RELIQVIAS S. PETRI.

[d] Ap Bolland. in append. ad d. 13. Ian.

AN. CH. 618.

CLOTAR. II. R. 35.

Chriſtianam religionem feliciter perduxit Lonogiſilus, cùm Martis templum precibus ſuis in terram diſieciſſet, vt in eius vita ſub Hadoindi Pontificatu ſcribit Coruaiſierus.

MARTIS TEMPLVM DESTRVIT.

II. Obiit hoc anno Ginaldus ſeu Giualdus Turonenſis Epiſcopus, ſedit enim annum duntaxat vnum, ac menſes tres, vt Seuertius & Sammarthani docent ex vetere chartophylacio. Succeſſit Valarius ſeu Gaualarius, quem nonnulli prætermiſerunt.

VALARIVS FIT EP. TVRON.

III. Euſtaſius Abbas Luxouienſis, cùm *aliquantiſper* in Boioaria *moratus fuiſſet*, verba ſunt Ionæ quæ tempus non definiunt, *dimiſit ſagaces viros, qui cœpti laboris in ſtudio deſudarent, ipſe verò ad Luxouium remeare diſponit.* Agilus ab Euſtaſij latere non receſſit, & ad portam Metenſis vrbis hominem à dæmone vexatum liberauit. In villa quæ Moſa * ab amne præterfluente nominatur, Gundoeni domum ingreſſi, Adelbergæ ſeu Salebergæ vel Sadalbergæ illius filiæ quæ cæca erat lumen reſtituerunt, poſtquàm ab eâ petiiſſent, *vtrùm iuuenilis animus ad cultum diuini timoris aſpiraret.* Illa diuinis obſequiis pòſt dedita, non ſolùm ſuæ vtilitati ſed & aliis opportuna præuidit. Cùm autem inde progreſſi cœptum iter peragerent, Agilus vehementi febrium igne correptus eſt ac priſtinæ ſoſpitati redditus ab Euſtaſio. Hæc partim in vita ſancti Euſtaſij, partim in vita ſancti Agili manuſcripta leguntur.

EVSTASIVS REDIT LVXOVIVM.

* *Monſon.*

IN ITINERE VISVM SALEBERGÆ CÆCÆ, SANITATEM AGILO ÆGRO RESTITVIT.

IV. Hoc anno, id eſt, vt Fredegarius [a] ſupputat, *anno* XXXV. *regni Chlotarij, Legati tres nobiles ex genere Langobardorum, Agilulfus, Pompegius, & Ganto, ab Agone Rege ad Chlotarium Regem deſtinantur, petentes vt illa* XII. *millia ſolidorum, quos annis ſingulis Francorum ærariis diſſoluebant, debuiſſet caſſare, exhibentes ingenioſè ſecretiùs* III. *millia ſolidos, ex quibus Warnacharius mille, Gundelandus mille, & Chucus mille acceperunt. Chlotario verò* XXXVI. *millia ſolidorum inſimul exhibebant, quos conſilio ſupraſcriptorum, qui occultè xeniati fuerant, Chlotarius accepit, & ipſa tributa ad partem Langobardorum caſſauit, & amicitiam perpetuam cum Langobardis ſacramentis & pactis firmauit.* Erant Maiores domûs regiæ, Warnacharius in Burgundia, Gundelandus in Neuſtria, vt ſuprà iam notauimus, & fortaſſe Chucus in Auſtria Radonis à nobis etiam laudati loco ſuffectus. Regnabat autem apud Longobardos non Ago, vt Fredegarius perperam ſcripſit, ſed Agonis ſiue Agilulphi filius nomine Adaluualdus qui patri ante triennium ſucceſſerat; Ago enim, vt ex Gregoriis Romano [b] ac Turonenſi [c] probauimus, regnum adeptus eſt anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo, & teſte Paulo Diacono [d] tenuit per annos quinque ac viginti.

[a] Cap. 45.

PAX INTER FRANC. ET LONGOBARD.

[b] Lib. 1. ep. 17.

[c] Lib. 10. c. 3.

[d] Lib. 4. c. 15.

V. Hoc anno, vt ex Chronologia in ortu ſanctæ Ruſticulæ ad annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum-ſextum [e] iam ſtabilita conſtat, eadem Ruſticula Arelatenſis Abbatiſſa extracta eſt è Monaſterio ſancti Cæſarij, & apud Clotarium Regem à Maximo Auenionenſi Epiſcopo & Riccimiro viro nobili accuſata, quod occultè Regem enutriret, nempe Childebertum, qui mortuo patre Theodorico Rege fratribúſque aut captis aut cæſis cùm ante quinquennium fugiſſet, nec inuentus fuiſſet, alicubi latere facilè credebatur. *Diabolus bonis ſemper inuidens*, inquit Florentius Preſbyter in vita ſanctæ Ruſticulæ, *conſilio ſuo maligno ſuaſit cuidam Epiſcopo Maximo nomine (nam non opere) & cuidam Principi nobili ſecundùm ſeculum (nam non apud Deum) nomine Riccimiro, vt falſum teſtimonium cogitarent aduersùs famulam Chriſti, quòd illa occultè Regem nutriret. Et abeuntes ad Regem Clotharium, accuſauerunt eam. Ille autem hæc audiens, commotus eſt irâ vehementi, & iuſſit ſupraſcripto Principi, vt diligenter hæc inquiri iuberet, & ſibi denunciari. Ille verò cum multis Epiſcopis & reliquis ſimilibus ſuis ad ciuitatem Arelatenſem veniens, cœpit plùs minas ingerere, quàm rei veritatem inquirere. Poſtmodum ſupraſcriptus vir Riccimirus direxit quoſdam è ſuis ad Regem, qui adſerere deberent, quòd culpabilis inuenta fuiſſet beatiſſima virgo Chriſti in falſo crimine. Et ampliùs furore accenſus Rex, miſit quendam de Optimatibus ſuis nomine Faraultum, qui ſuis eam præſentaret obtutibus. Ipſe verò veniens cœpit grauiter inſiſtere, vt extraheret à ſancto ouili virginem Chriſti.*

[e] Num. 17.

RVSTICVLA ABBATISSA ARELAT.

FALSÒ ACCVSATA.

AN. CH. 618.
CLOTAR. II. R. 35.

Vidénſque quia quod ſibi iuſſum fuerat ſi non adimpleret, periculum ſibi eſſet venturum, cœpit ex iuſſione Regis Principi ciuitatis ipſius nomine Niuſidio minacibus verbis adhærere, quòd ſi eam ipsâ die de Monaſterio non abſtraheret, periculum capitis ſui eſſe futurum. Ille verò, eò quòd nimiùm veneraretur famulam Dei, cum lacrimis & humilitate quâ decebat eam precabatur, vt abſque aliqua iniuria voluntariè egrederetur. Igitur inſtigatione præſentium nec innocentia fides attenditur, nec accuſationis veritas flagitatur, ſed falſis aſſertionibus condemnata, abſtrahitur à ſancto ouili, atque in Cella Monaſterij, quod eſt in ciuitate, ſub cuſtodia mancipatur.

DVCITVR AD REGEM.

Expletis ſeptem diebus, adducitur de ciuitate, quò cœperat pergens. Dominus autem, qui non derelinquit ſperantes in ſe, ſed exaltat humiles, reuelauit per Spiritum ſuum ſanctum cuidam Apoſtolico viro Epiſcopo ciuitatis Viennenſis nomine meritíſque Domnulo, vt protinus ad Regem gradiretur, & renunciaret ipſi grauem ſe offenſionem Dei habere, quòd iniuſto iudicio condemnaſſet famulam Chriſti, & protinus ſe à filio orbari pro tam immiſericordi iuſſione. Audiens autem hæc Rex, timore nimio corripitur, & direxit duos Comites viros Deum timentes, qui eum honore & reuerentia ad ſe eam deberent perducere. Sed & de ſingulis ciuitatibus, quæ ei neceſſaria erant, opes miniſtrari præcipiens. Igitur cùm perducta fuiſſet ad Regem, Chriſto duce ſalutatura eum aggreditur. Intereà famulam Chriſti non iam famâ vulgante, ſed corporali præſentiâ comprobante, tam Rex quàm Regina, & Optimates ſui, cum magno honore & reuerentia venerari cœperunt. Inquirenti verò Regi cum Principibus ſuis ſi vera eſſent quæ ipſi de ea fuerant nunciata, iſta cum iuramento aſſeruit, teſtificans Deum, non ſolùm ſe non feciſſe, ſed nec cogitare potuiſſe huiuſmodi rem. Cumque iſta agerentur, & Rex ipſe dubietatem in ſuo animo gereret, filius ſuus, quem valdè diligebat, extrema agere cœpit, & quod ei anteà fuerat prædictum, per iniuſta iudicia quæ in Dei famulam exercuerat, filium ſe amiſſurum, compleuit in meritum. Defuncto itaque eo, triſtis ac mœrens Rex, quidnam de Chriſti ancilla fieri iuberet ignorabat.

INNOCENS DIMITTITVR CVM HONORE.

Accedentes verò ad eum Palatij illius primarij, hoc ei dederunt conſilium, vt dilectam Dei Ruſticulam, quam cum iniuria ad ſe fecerat venire, cum magno honore iuberet ad propria remeare. Quod & factum eſt. Obſerua Florentium multò acriùs quàm par erat, inuectum fuiſſe in Maximum Auenionenſem Epiſcopum, qui pietate præſtantiſſimus fuit, nec alio dignus eſt vituperio, quàm quòd falſis delationibus, vt ſanctiſſimis viris ſæpè contigit, paſſus ſit ſe decipi. Tria de illo Pontifice in auctiore Gallia Chriſtiana notant Sammarthani, quòd floruerit anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſexto, quòd in numero Sanctorum haberi meruerit, quódque eius reliquiæ cuſtodiantur in Templo beatæ Mariæ de Domnis. Ceterùm Domnulus Viennenſis Epiſcopus, poſtquàm Ruſticulæ cauſam apud Clotarium Regem perorauit, multis annis haud vixit, nam ſeptimo pòſt anno Syndulphus Remenſi Concilio ſubſcripſit, inter vtrumque autem medij ſederunt Ætherius & Clarentius ſanctitate quoque conſpicui.

EPISCOPI VIENNENSES.

Coluntur in Breuiario Viennenſi Domnulus decimo-ſexto Kalendas Iulias, Ethereus ſiue Ætherius decimo-octauo eaſdem Kalendas, hic ab Adone *vir in omnibus eximius* prædicatur. Succeſſit in Epiſcopatum Clarentius *vir ſatis eruditus*, vt idem Author teſtatur. In Martyrologio Gallicano eleuatio ſancti Ætherij tertio Idus Iunij celebratur, & memoria ſancti Clarentij fit ſeptimo Kalendas Maij. Quot annos ſinguli ſederint manet incompertum, quia in Hiſtoria Viennenſium Antiſtitum certa non occurrit epocha per ſeptennium, quod ab hoc anno, quo Domnulus Clotarium Regem adiit, interceſſit ad Concilium Remenſe, cui Syndulphus beati Clarentij ſucceſſor interfuit.

VI.

S. GOAR PROFICISCITVR IN AVSTRASIAM.

His circiter temporibus, ad Felicem ſeu Felicium Treuirenſem Epiſcopum, ſancti Seuerini, de quo poſt obitum ſancti Magnerici ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſeptimum locuti ſumus, ſucceſſorem acceſſit ex Aquitania Goar vir inſignis pietate, cuius vitam vetuſtus Auctor ſic exorſus eſt. *Erat vir venerabilis nomine Goar, homo Aquitanicus, cuius pater vocabatur Georgius, & mater eius Valeria. Hic erat vir glorioſus, aſpectúque decorus, mente*

AN. CH. 618.
CLOTAR. II. R. 35.

*humilis, corpore caſtus, perfectus fide, egregius in opere, in virtute ſummus, prodigiis clarus, mirabilis cognitor ſecretorum cæleſtium, præſcius futurorum, qui continuatis ieiuniis & orationibus inſtans futura prænoſcere meruit ſacramenta. Hic itaque in quodam Germaniarum oppido conueniens ſuper fluuium Rhenum, infra terminum * Waſaliacinſe, ſuburbano Treuerico, vbi fluuius Wocara vocatur, cum conſenſu Epiſcopi, qui tunc temporis Treuerorum Præſul eſſe dinoſcitur, qui nuncupatur Felicius, Eccleſiolam fecit, multorúmque ibi reliquias Sanctorum collocauit, id eſt, ſanctæ Mariæ Matris Domini, ſanctíque Baptiſtæ Iohannis, & duodecim Apoſtolorum Christi, & aliorum multorum Sanctorum.* Wandelbertus, qui nono ſeculo non parum laudis ob eruditionem in Prumienſi Monaſterio ſibi comparauit, vitam illam ſancti Goaris ab Anonymo conſcriptam expoliuit iuſſu Marcuardi Abbatis, cui ſuam lucubrationem dicauit, vt ipſemet in præfatione teſtatur [a]. *Quoniam*, inquit, *me, ſancte & amantiſſime Pater Marcuarde, nouo operi manum imponere compellitis, vt actus ſancti Confeſſoris Chriſti Goaris, qui hactenus vili admodum ſtylo & ſermone, multorum auditus offendente, conſtiterunt, accuratiùs debeam explanare, additis ex nouo miraculis, quæ apud eius memoriam à pluribus geſta fideliter referuntur, breuiter eis, quos hæc fortaſſis mea ſcripta mouere poterunt, ſatisfacio, me neque præſumptiuè corrigendi eius operis, cui Maiorum ſtudia ceſſerint, auctoritatem aſſumere, neque arroganter nouæ condendæ ſcripturæ literariam operam adhibere, ſed vt ſimpliciter obedientiæ debitum ſeruem, quod in principio poſui, perpendere quòd opera Dei ſecundùm Scripturam glorioſum ſit enarrare, & Sanctorum geſta ætati poſt nos hominum profutura mandare. Quippe ego in hoc opere ſuſcipiendo, cùm ſancti viri meritis plurimùm confido, tum veſtro imperio, cui totum quod poſſim debeo, non leuiter moueor.* Scripſit autem Felicem pro Felicio & terminos Veſalienſes pro termino Waſaliacinſi. Sed iſta nullius ſunt momenti, quia damnum ſenſui non inferunt. Grauiora ſunt hæc, quæ vel in Anonymo deſiderantur, vel alio loco referuntur ac tempore. Goar, priuſquàm ex Aquitania pedem efferret, adeò piè vixit, ſi Wandelberto fides eſt, *vt Sacerdotij gradu & honore Presbyteratûs accepto, diſpenſator myſteriorum Chriſti, & diuini verbi in populum fieret erogator.* Apud Anonymum verò, nec tempus indicatur quo Goar ad Presbyteratum promotus eſt, nec idem Goar ob prædicationem Euangelici verbi laudatur antequàm in Diœceſi Treuirica ſedem ſibi domiciliúmque figat.

* *Ober-weſel.*

a Apud Sur. die 6 Iul.

VII.
VIRTVTIBVS CLARET

Res à beato Goare feliciter in Auſtraſia geſtas ita vetuſtus ille Scriptor proſequitur. *Ibidem ipſe vir Dei ſanctus Goar die noctúque Deo ſeruiebat in ieiuniis, in vigiliis, in multa patientia, in longanimitate, in pura prædicatione, in oratione aſſidua, in caritate non ficta, iuxta Apoſtolica præcepta, per arma iuſtitiæ, à dextris & à ſiniſtris, in virtute Dei. Huic itaque Dominus tantam gratiam concedere dignatus eſt, vt multi paganorum per verbum ipſius ad ſalutem animarum ſuarum peruenirent, & multi ægroti Deo auxiliante & ipſo Sancto intercedente priſtinam ſanitatem inuenirent.*

VIII.
SVB QVATVOR EPISCOPIS TREVIRENSIBVS.

Poſt ſancti Goaris aduentum in Auſtraſiam, haud diu ſuperſtes fuit Felicius Epiſcopus. Huic ſucceſſit ſanctus Sebaudus, qui peruenit ad tempora Dagoberti Regis, tum ſanctus Modoaldus, qui ſub eodem Dagoberto eiúſque filio Sigiberto floruit, deinde Ruſticus, ſub cuius Pontificatu ſermo de beato Goare non ſemel recurret.

IX.
LEOBARDVS CELLENSIS ABBAS MORITVR.

Leobardus Abbas Monaſterij Cellenſis dimidio ab Tabernis Alſaticis lapide ſiti mortuus eſt hoc circiter anno, pridie Kalendas Ianuarias; vel anno circiter ſequenti, quinto Kalendas Martias, vt ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſextum [b] per anteceſſum iam monuimus. Colitur in Martyrologio Benedictino, die quinto Kalendas Martias. Anaſtaſius in Monaſterij Præfecturam ſucceſſit, Abbatiſque functus eſt officio per annos quadraginta.

b Num. 42.

SVCCEDIT ANASTASIVS.

X.
EPISCOPI VENETENSES.

Hoc anno, vt Albertus in Armorica Sancta teſtatur, Guenninus ſeu Guinninus Epiſcopatum Venetenſem ſuſcepit. In connotandis Venetenſibus Epi-

AN. CH. 618. CLOTAR. II. R. 35.

ſcopis hactenus vſi ſumus ſubſcriptionibus Conciliorum & auctoritate Gregorij Turonenſis, queſtique ſumus ad annum Christi quingenteſimum nonageſimum [a], quòd in Venetenſium Antiſtitum catalogo prætermiſſus eſſet ab Alberto Regalis Epiſcopus, quem Gregorius Turonenſis [b] ad illum annum, Childeberti Regis decimum-quintum, laudauit. Sammarthani Regali proximè ſufficiunt Guinninum, nec exprimunt quot annos hic ſucceſſoréſve ſederint. Robertus Guinnino præpoſuit Doninium, Clementem, Amantem ſiue Amanrium, & Saturninum, quos ab Alberto pariter commendatos omiſerunt Sammarthani. Sammarthanis hoc loco præſtant Robertus & Albertus, imò & Roberto præſtat Albertus, Robertus enim Doninium cum Eonio ſiue Eunio Regalis deceſſore perperam confundit, nec ſingulos Pontificatus in ſua ſpatia partitur. Albertus autem Doninio ſeu Dominio, vt vocat, annos Præſulatûs tribuit vndecim, Clementi ſeptem, Amanri quinque, tres Saturnino, teſtarúrque Dominium Pontificalibus infulis redimitum fuiſſe anno Christi quingenteſimo nonageſimo-primo, Clementem anno Christi ſexcenteſimo-ſecundo, Amantem anno Christi ſexcenteſimo-decimo poſt interpontificium aliquot menſium, Saturninum anno Christi ſexcenteſimo decimo-quinto. Nec hic Alberti computus quidquam habet, quod rectæ Chronologiæ refragetur, nam de Regale poſt annum Christi quingenteſimum-nonageſimum nihil occurrit, eidemque Regali Dominius anno ſequenti ſuccedere potuit. Hæc obiter de Præſulibus Venetenſibus.

[a] Num. 12.
[b] Lib 10. c. 9.

619. CLOTAR. II. R. 36.

ANNVS
CHRISTI 619.
CLOTARII II. R. 36. 7.

I. ANNO Christi ſexcenteſimo vndeuiceſimo, ſiue, vt Fredegarius [c] habet, *anno XXXVI. regni Chlotarij, Bertetrudis Regina moritur, quam vnico amore dilexerat Chlotarius, & omnes Leudes*, (quos Anonymus in Geſtis [d] Dagoberti Regis, *omnes Duces*, nos *omnes ſubditos* interpretamur) *bonitatem eius cernentes vehementer amauerant.*

OBITVS BERTETRVDIS REGINÆ.

[c] Cap. 46.
[d] Cap. 5.

II. Leudes ſeu Leudi vel Leodes, quorum mentio frequenter in Hiſtoriis occurrit, non ſemper ponuntur in eadem ſignificatione. Tres eorum præcipuæ ſunt acceptiones, de quibus conſule Gloſſarium Henrici Spelmanni.

LEVDES.

III. Primò, Leudes dicuntur generaliter de omnibus regni ſubditis. Fredegarius, præter exemplum ſuprà notatum, alia multa ſuppeditat. Capite duodeſexageſimo Dagobertum Clotarij filium laudat, quòd *cùm Lingonas * ciuitatem veniſſet, tantam in vniuerſis Leudibus ſuis tam ſublimibus quàm pauperibus indicabat iuſtitiam, vt crederetur omnino fuiſſe Deo placibile, vbi nullum intercedebat præmium, nec perſonarum acceptio, niſi ſola dominabatur iuſtitia quam diligit Altiſſimus.* Initio eiuſdem capitis, de Dagoberti aduentu in Burgundiam ita ſcribit. *Tanto timore Pontifices & Proceres in regno Burgundiæ conſiſtentes, ſeu & ceteros Leudes aduentus Dagoberti concuſſerat, vt*, &c. Viden, vt Pontifices ac Primores in Leudum numero collocentur? nam vox, *ceteros* quæ ſubſequitur, palam indicat Epiſcopos, Primores, alióſque quoſcumque ſubditos generaliter Leudes appellari.

* Langres.

IV. Secundò, Leudes ſæpè non generaliter dicuntur de quibuslibet ſubditis, ſed ſpecialiter de vaſſallis illis regiis quos poſterior ætas Barones dixit, vt Hieronymus Bignonius in notis ad Marculfi [e] formulas obſeruauit.

[e] Lib. 1. c. 40.

V. Tertiò, Leudes dicuntur de Laicis, & in ea ſignificatione Sacerdotibus opponuntur. Fredegarius Chronicon ſuum à laudibus Guntchramni ſic auſpi-

AN. CH. 619. CLOTAR. II. R. 36.

catut. *Guntramnus Rex Francorum, cùm iam annos* XXIII. *Burgundiæ regnum bonitate plenus feliciter regeret, & cum Sacerdotibus vtique vt Sacerdos ſe oſtenderet, & cum Leudis eſſet aptiſſimus, eleemoſynam pauperibus largiter tribuens, tantâ proſperitate regnum tenuit, vt omnes etiam vicinæ gentes ad plenitudinem de ipſo laudes canerent.*

VI. Clotarius, vt regni, ita ætatis annum ſextum ac triceſimum agebat, cùm Bertetrudem amiſit. Diu non manſit in cælibatu, ad leuandum enim extinctæ coniugis deſiderium aliam duxit nomine Sichildem, cuius mentio fit non ſemel apud Fredegarium [a], in Geſtis Dagoberti Regis, & apud Aimoinum [b]. Fredegarius prolem ex Sichilde natam non indicat, ſecus Anonymus [c] in Geſtis Dagoberti Regis, & qui Geſta Dagoberti Regis exſcripſit Aimoinus. Ita enim Anonymus [d]. *Anno* XXXVI. *regni Clothary, Bertetrudis Regina mater Dagoberti moritur, quam vnico amore Clotharius dilexerat, & omnes Duces bonitatem eius probantes vehementer amauerant. Poſt cuius obitum Clotharius Rex aliam accepit vxorem nomine Sichildem, de qua habuit filium nomine Hairbertum.* Et Aimoinus [e]. *Anno* XXXVI. *eiuſdem Principis*, nempe Clotarij, *Bertetrudis Regina moritur, quam vnico amore Chlotarius dilexerat, & omnes Leudi bonitatem eius cernentes vehementer amauerant. Poſt cuius obitum Chlotarius Rex aliam accepit coniugem, nomine Sichildem, de qua habuit filium nomine Aribertum.* Idem Aimoinus præcitato Anonymo innixus *Dagobertum ex Bertetrude Regina ſuſceptum* tradit [f]. Fredegarius verò vt Sichildem Chariberti matrem nullibi vocat, ita Bertetrudem Dagoberti matrem nuſpiam appellat, innuit quidem Dagobertum & Charibertum diuerſis vxoribus Clotarij natos eſſe, Brunulfum enim quem Chariberti Regis auunculum ſæpiùs dicit [g], Dagoberti vtique & Chariberti auunculum nuncuparet, ſi eâdem ambo matre geniti eſſent. Recentiorum igitur Scriptorum qui, priuſquàm Geſta Dagoberti publicarentur, Bertetrudem Dagoberti, Sichildem Chariberti matrem affirmarunt, omnis authoritas ab Aimoino, & Aimoini fides repetenda eſt non à Fredegario qui Dagoberto coætaneus vixit, ſed ab Anonymo qui poſt annos ducentos à Dagoberti Regis obitu Geſta eiuſdem Dagoberti conſcripſit. Sanè Sichildis, quæ Clotario non nupſit ante annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-nonum quo mors Bertetrudis contigit, mater Chariberti non poteſt haberi, quia Charibertus anno pòſt vndecimo vitam clauſit ſuperſtite filio Chilperico, vt ad annum Chriſti triceſimum ſupra ſexcenteſimum probabimus. Charibertus, qui natu minor erat fratre Dagoberto, matrem habuit proculdubiò Bertetrudem, Dagobertus aliam cuius nomen Fredegarius, Author libri de Geſtis Dagoberti Regis, Aimoinus aliique reticuerunt. Baſilica Principis Apoſtolorum, in qua beatus Audoenus Rotomagi ſepultus eſt, in vita eiuſdem Præſulis [h] ita commendatur. *Illa baſilica miro opere quadris lapidibus Gothicâ manu à primo Clotario Francorum Rege olim nobiliter conſtructa fuit, anno plùs minùs quarto & viceſimo regni eius, ſedem Rothomagenſem obtinente Flauio Epiſcopo. In qua etiam duæ eius vxores & Regina condita ſunt, Haldetrudis & Bertetrudis.* Prænominatas Reginas Rotomagi ſepultas eſſe non inficiamur, ſed vxores Clotarij Senioris perperam dici contendimus Haldetrudem & Bertetrudem, quæ Clotario Iuniori Senioris nepoti nupſerunt. De Bertetrude, cuius obitus hoc anno, Clotarij Iunioris Regis triceſimo-ſexto, Chriſti ſexcenteſimo-vndeuiceſimo, in Chronico Fredegarij, in Geſtis Dagoberti Regis & in Hiſtoria Aimoini conſignatur, nulla eſt controuerſia. Idem ſentiendum de Haldetrude, cùm inter vxores, quas Clotarius Senior duxit, à Gregorio Turonenſi [i] non recenſeatur. Hæc Dagobertum, Bertetrudis Charibertum peperit. Cur ambæ non Pariſiis in Baſilicâ ſancti Vincentij vbi Clotarius illarum maritus quieſcit, ſed Rotomagi in Baſilica beati Petri ſepultæ ſint, hæc ratio afferri poteſt. Pariſios amiſit Clotarius exeunte anno Chriſti ſexcenteſimo-quarto, vt Fredegarius [k] ad eundem annum, Theodorici Regis nonum, teſtatur. Huic cladi diu ſuperſtes non vixit Haldetrudis, conditáque fuit Rotomagi, quia Pa-

NVPTIÆ SICHIDIS.

VXORES CLOTARII REG.

[a] Capp. 51. 54.
[b] Capp. 5. 13. 16.
[c] Lib. 4. capp. 8. 12. 14. 15.
[d] Cap. 5.
[e] Lib. 4. c. 8.
[f] Lib. 4. c. 8.
[g] Lib. 4. capp. 55. 56. 58.
[h] Ap. Sur. d. 24. Aug.
[i] Lib. 3. capp. 6. 7. l. 4 capp. 8. 9.
[k] Cap. 26.

AN. CH. 619. CLOTAR. II. R. 36. LIBERI.

tiſij in poteſtate Clotarij non erant. Cùm autem Haldetrudis prior Clotarij coniux tumulata eſſet Roromagi in Eccleſia beati Petri, Clotarins id conſilij facilè capere potuit, vt & Bertetrudem alteram vxorem in eadem Baſilica Rotomagi ſepeliendam curaret. Ex illis obſeruationibus colligitur ætas cùm Dagoberti tum Chariberti. Natus eſt Dagobertus anno Chriſti circiter ſexcenteſimo tertio, habuit enim fratrem ætate maiorem nomine Meroueum, qui teſte Fredegario [a] captus eſt in prælio ad Stampas inito. Emmam, quam Eadbaldus Cantuariorum Rex vxorem accepit, fratre Dagoberto iuniorem, atque anno Chriſti circiter ſexcenteſimo quarto natam putamus. Haldetrude mortuâ Clotarius Bertetrudem ducere potuit anno Chriſti ſexcenteſimo ſexto, & ex ea ſuſcipere Charibertum anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptimo. Si veræ ſunt hæ coniecturæ, quibus nihil hactenus refragari viſum eſt, Dagobertus annos ſexdecim natus erat, Charibertus duodecim, cùm Bertetrudis obiit. Ab eo calculo non diſcrepabunt cetera, quæ ſuis locis de Dagoberto & Chariberto dicemus.

[a] Capp. 25. 26.

VII. PRÆCIPVI DE REBVS DAGOBERTI SCRIPTORES EXAMINANTVR.

Inter Scriptores, qui res à Dagoberto geſtas literis prodiderunt, quatuor præcipui recenſentur, Fredegarius, Author libri de Geſtis Regum Francorum, alter Anonymus Author libri de Geſtis Domni Dagoberti Regis Francorum filij Chlotharij II. & Aimoinus. De ſingulis diſſeremus, vt quæ cuique ſit authoritas, Lector faciliùs diiudicet.

VIII. FREDEGARIVS.

Opera Fredegarij iam laudauimus ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum, quem Hiſtoriæ epitomatæ voluit eſſe vltimum, primúmque Chronici, quod in nonaginta capita diſtinxit, & ad ſuam vſque ætatem, ſiue ad annum Sigiberti Regis apud Auſtraſios decimum, & Clodouei Regis apud Neuſtraſios & Burgundiones quartum, id eſt, ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-primum perduxit. Quæ poſt illum annum leguntur in vulgato Fredegarij Chronico, quod iuſſu Childebrandi Comitis ſcriptum dicitur, aliorum ſunt Authorum quos Fredegarius ætate multùm anteceſſit. Vt ita ſentiamus multæ res nos adducunt. Primò, quæ ſolius ſunt Fredegarij, ea ſola extant in vetuſtiſſimo Codice capitalibus literis exarato, vt ad marginem capitis nonageſimi Ducheſnins obſeruauit. Deinde in Fredegarij Chronico, quod typis Wichelianis in corpore Hiſtoriæ Franciçæ anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo decimo-tertio cuſum fuit, ea poſt præfationem capitula tantùm recenſentur, quæ nos ſolùm à Fredegario conſcripta pronunciamus. Prætereà Aimoinus qnamuis Hiſtoriam ſuam Francorum, vt in præfatione teſtatur, *vſque ad id temporis quo Pipinus Magni Caroli pater regnare cœpit, quatuor libris* deducere decreuiſſet, eam tamen cum Fredegarij Chronico à nobis limitato fermè clauſit anno Clodouei Regis quarto, víxque duo capita ſuperaddidit ad totidem Cœnobiorum, Dionyſiani ſcilicet ac Floriacenſis, commendationem. Denique Fredegarium ſtylus & modus ſcribendi à Continuatoribus planè diſtinguit. Ille, vt monet in prologo, Gregorium Turonenſem imitatus, per annos Regum res geſtas digerit, iſti annis illis omiſſis res maximè diſparatas hoc ſimilíve modo connectunt, *igitur*, *quoque*, *hiſce diebus*, *eodem tempore*, &c. Ille procul à Galliis res ab Imperatoribus, Langobardis, Hiſpanis, aliíſque geſtas interſerit; iſti ſolùm quæ Francorum ſunt narrant, & vt varij fuerunt Authores, diſpari ſtylo ac fide. Eſt igitur Fredegarius, omnium, qui res Dagoberti ſcripſerunt, antiquiſſimus, ideóque ceteris authoritate præſtat. De Continuatoribus agemus ſuis locis.

IX. GESTA REGVM FRANCORVM.

Author libri, cui titulus *Geſta Regum Francorum*, opus ſuum perduxit vſque ad tempora Theodorici Regis cognomento Calenſis ſub quo vixit, ſic enim lucubrationem ſnam clauſit. *Franci verò Theodoricum II. Calâ Monaſterio enutritum, filium Dagoberti Iunioris, Regem ſuper ſe ſtatuunt. Qui vſque nunc in Regno ſubſiſtit.* De Dagoberto Primo ſcripſit pauciſſima. Propter fabulas, qnibus ſcatet, vix vllâ dignus eſt fide, & Anonymus fabulator à viris eruditis appellatur.

AN. CH. 619.
CLOTAR. II. R. 36.

Andreas Ducheſnius ex Bibliotheca Viri Clariſſimi Alexandri Petauij Senatoris Pariſienſis publicauit *Geſta Domni Dagoberti Regis Francorum, filij Chlotarij II. ſcripta à Monacho Cœnobij ſancti Dionyſij anonymo quidem, ſed contemporaneo*, vt putat. Petrus *de Marca* in Hiſtoria Beneharniæ [a] opinatur Authorem iſtius operis ſub Clodoueo Secundo floruiſſe, cuius obitu Hiſtoriam ſuam terminarit. X. Verùm duo ſunt quæ illum iuniorem eſſe perſuadent. Primò vetuſtiſſimam vocat [b] chartam, quæ ſcripta dicebatur ab Audoeno Rotomagenſium Epiſcopo, qui vitam clauſit regnante Theodorico Clodouei Secundi filio poſtremo. *Vnum*, inquit, *quod in quadam vetuſtiſſima repperi charta, quam, vt ferebatur, beatus Audoenus Epiſcopus ſcripſerat, quódque memorato Regi eius poſt mortem contigit, breuiter narrabo miraculum*. Deinde ſub initium ſui operis [c], cùm *primum Pariſienſis vrbis Epiſcopum beatiſſimum Dionyſium, cúmque eo Ruſticum & Eleutherium, quorum alter Presbyter, alter Diaconus erat, pro Chriſti nomine in proſpectu ipſius ciuitatis interemptos* ait *temporibus Domiciani, qui ſecundus ab Nerone in Chriſtianos arma corripuit*, prodit ſe paulò antiquiorem Hilduino Abbate, cùm beatus Dionyſius in Galliam à Clemente Papa miſſus iam credebatur, nec adhuc habebatur Areopagita. Scripſit res geſtas à Dagoberto & ab eius filio Clodoueo, præcipuam Hiſtoriæ ſuæ authoritatem mutuatur à Fredegario, à quo pleraque deſcribit.

MONACHVS SANDIONYS.

[a] Lib. 1. c. 26.
[b] Cap. 43.
[c] Cap. 3.

XI. AIMOINVS.

Idem ſentiendum de Aimoino Monacho Floriacenſi, qui texuit Hiſtoriam ſuam ſub annum Chriſti milleſimum, obtulítque Abboni Abbati, cuius obitus anno Chriſti quarto ſupra milleſimum contigit.

XII.

Fredegarius capite quadrageſimo-quinto ſui Chronici agit de tributo, quod Clotarius anno regni ſui triceſimo-quinto Longobardis remiſit; capite quadrageſimo-ſexto agit de morte Bertetrudis Reginæ, & capite quadrageſimo-ſeptimo agit de Dagoberto in regni ſocietatem aſſumpto à patre Clotario. Anonymus, qui Geſta Dagoberti conſcripſit, capite quinto ſui operis narrat obitum Bertetrudis Reginæ, & capite duodecimo Dagobertum in regni ſocietatem à Clotario patre adſcitum refert; cetera, ſi capitis primi poſteriorem excipias partem, quam de Clotarij laudibus ex capite quadrageſimo-ſecundo Fredegarij deſcripſit, haberi debent inſtar interpolationum, quibus augere voluit Fredegarij Chronicon quod præ manibus habebat. Aimoinus, cùm prædictum Anonymum æquè ac Fredegarium legiſſet, eaſdem Anonymi narrationes, quæ in Fredegario deſiderantur, inſeruit vltimo Hiſtoriæ ſuæ libro quo vitam Dagoberti Regis complexus eſt. Hæc autem additamenta, quæ Fredegario non innituntur, ad tria reducuntur capita..

XIII.

Primò, Anonymus opus ſuum orditur à bello Saxonico, quod in Geſtis [d] Regum Francorum & apud Aimoinum [e] multò fuſius exponitur. Illo de bello quid ſentiamus, dicemus poſt triennium, quia ſuſceptum fertur poſtquàm Dagobertus apud Auſtraſios imperare cœpiſſet.

[d] Cap. 41.
[e] Lib. 4. c. 18.

XIV. FABVLÆ A MONACHO SANDIONYS. EXCOGITATÆ REFVTANTVR.

Secundò, Anonymus mira ſcribit de ceruo, qui inſequente Dagoberto in ædem ſancti Dionyſij perfugerit. *Huic*, nempe Clotario, *fuit filius nomine Dagobertus, quem ex Bertedrude Regina ſuſceperat, qui patri ſuccederet & induſtriâ dignus & [illegible]ibus. Hic denique in annis puerilibus poſitus, traditus eſt à genitore venerabili ac ſanctiſſimo Arnulfo Metenſium vrbis Epiſcopo, vt eum ſecundùm ſuam ſapientiam enutriret, eíque tramitem Chriſtianæ religionis oſtenderet, atque ei Cuſtos & Baiulus eſſet. Cùm autem adoleſcentiæ ætatem, vt genti Francorum moris eſt, venationibus exerceret, agere ceruum quadam die inſtituit. Qui facilè repertus, oblatrantibus atque certatim inſequentibus canum agminibus, eâ pernicitate quâ illud animal fertur, ſiluas montéſque, & ſi qua occurrêre flumina, tranſcurrens, canum induſtriam effugere conabatur. Tandem ergo victus ad vicum, qui Catulliacus dicitur, ſe contulit. Hic ab vrbe, quæ Lutetia ſiue Pariſius vocatur, quinque fermè milibus abeſt. Siquidem in ea vrbe Reges Francorum maximè ſceptra tractare conſueuerant. In eo ſanè vico temporibus Domiciani, qui ſecundus ab Nerone in Chriſtianos arma corripuit, primum memorata vrbis Epiſcopum bea-*

AN. CH. 619. CLOTAR. II. R. 36.

tiſſimum Dionyſium, cúmque eo Ruſticum & Eleutherium, quorum alter Presbyter, alter Diaconus erat, pro Chriſti nomine in proſpectu ipſius ciuitatis interemptos quadam materfamilias vocabulo Catulla, à qua & vico deductum nomen dicunt, quia palàm non audebat, clàm ſepulturæ mandauit. Signauit tamen loculum, vt rei geſtæ iunioribus conſtaret noticia. Sic incomparabilis theſaurus diu latuit, nec præter famam locus ille quicquam habebat conſpicuum. Et quamuis quædam inibi ab anterioribus Regibus propter aſſidua quæ ibidem agebantur miracula conlata fuiſſent, tamen quia locus ipſe eo tempore ſub poteſtate Pariſiaci Antiſtitis conſtitutus erat, & cui vellet Clericorum eum iure beneficy tradebat, illéque cui concedebatur non honeſtatem loci ſed terrenum lucrum, quemadmodum in quibuſdam locis hodiéque cernitur, ſibi inde in proprios vſus accumulare videbatur; ob hoc, vt diximus, locus ille nimiùm negligebatur. Vilis quippe tantùm ædicula, quam, vt ferebatur, beata Genoueſa ſuper ſanctos Martyres deuotè conſtruxerat, tantorum Martyrum corpora non ambiebat, quoad, ſicut in proceſſu expediam, profuturum orbi eorum nomen euituit, & procurante Deo, ad ſingularem excellentiam locus, qui tam magnis, tam certis, tam denique antiquis illuſtrabatur, quamuis occultè, Patronis, prouectus eſt. Sed vt ad propoſitum redeam, ceruus diu huc illúcque per vicum oberrans, ædem beatorum Martyrum ingreditur, séque ibi componit. Inſtabant canes, & licèt idem eis quod & ceruo pateret oſtium, & qui eos abigeret nemo viſibilium cuſtodum adeſſet, attamen ſancti Martyres ſuum domicilium non patiebantur immundorum violari ingreſſu. Videres hinc ceruum tutum reperiſſe perfugium, inde canes eius præſentiam latratibus indicare, séque ab introitu ædis diuinâ virtute arceri. Dagobertus citato curſu peruenit, rem ſpectaculo dignam admiratur, ſtupet, amplectitur. Finitimos tum rumor iſte vulgò ſollicitat, & cùm maximè Dagobertum, tum etiam eos ad amorem & venerationem Sanctorum inſtigat. Et vt verè fatear, vt ex geſtis poſtmodum claruit, nullus Dagoberto locus aut dulcior aut iocundior fuit. Hactenus Anonymus capitibus ſecundo, tertio & quarto, quorum epitomen habet Aimoinus libro IV. capite decimo-ſeptimo, cum hac præfatiuncula, quâ ſe recentiorem eodem Anonymo prodit. *Dagoberti actus licèt à nonnullis ſeparatim digeſti habeantur, tamen ne eos facta eius lateant, apud quos præfata non inuenitur ſcriptura, ea nos libuit perſtringere.* Anonymi narrationem inter fabulas iam repo-

[a] Lib. 18.

ſuit Hadrianus Valeſius quem conſule [a]. De Martyrio & Baſilica S. Dionyſij commodiùs & opportuniùs alibi ſermonem faciemus. Duo ſunt in ipſo narrationis exordio, quæ fidem Authotis plurimùm eleuant, Dagobertum enim Bertetrudis filium fuiſſe ſcribit, cúmque, priuſquàm Rex Auſtraſiorum conſtitueretur, Arnulfi Metenſis Epiſcopi curæ ac diſciplinæ commiſſum affirmat. Bertetrudem autem non Dagoberti ſed Chariberti matrem extitiſſe ſuprà probauimus, ídque Hadrianus Valeſius etiam notauit. Deinde Author coæuus atque in pluribus oculatus teſtis, qui vitam S. Arnulphi ſcripſit, teſtatur Dagobertum ipſi Arnulpho non prius commendatum fuiſſe, quàm Auſtraſiorum regno præficeretur. *Arnulphum*, inquit, *Epiſcopum Chlotarius tantâ fide & amore dilexit, vt cùm prolem ſuam Dagobertum in Principatûs culmine ſublimaſſet, eidem regnum ad gubernandum, & filium ad erudiendum tradiderit.* A qua ſenten-

[b] Cap. 58.

tia non recedit Fredegarius [b], cùm Dagoberti Regis primo[illegible] ſic commendat. *Ab initio, quo regnare cœperat, conſilio primitus beatiſſimi Arnulfi Mettenſis vrbis Pontificis, & Pippini Maioriſdomûs vſus, tantâ proſperitate Regale regimen in Auſter regebat, vt à cunctis gentibus immenſo ordine laudem haberet.*

XV. Tertiò, Anonymus poſtquàm de morte Bertetrudis & de nuptiis Sichildis locutus eſt, prolixè narrat, quomodò Dagobertus Sadregiſilum Ducem dehoneſtauit, atque in prædictam beati Dionyſij Baſilicam confugium fecit. *Dagobertus ſic probitate vt ætate in dies creſcebat, ſpémque futuri Regis optimam ſubinde indiciis operum ingerebat. Et pater Clotharius quendam, vt putabat, ſpectatæ fidei Sadregiſilum rebus ſub ſe tractandis præfecerat, Aquitaniæ Ducatu ſpecialiter ei commiſſo. Hic tanto dignitatis faſtu elatus, Regis filium Dagobertum partim collata poteſtatis ſuperbiâ, partim ſpe regni laborans, non æquo animo proſperiùs agere*

AN. CH. 619. CLOTAR. II. R. 36.

ferebat. Nec quid moliretur ſimulato ſaltem amore obtegere diu valuit. Sed quia metu patris manifeſtus non poterat, occultum ſe ei inimicum erebro contemptu aperuit. Excuſatio ſanè iuuenilis erat ætatis, ne rudis adhuc animus tumorem ex ſubiectione Principum contraheret, ne dominatione immaturè adepta faſtigia impubem ab exercitationis ſtudio reuocarent. Fit igitur ad Dagobertum tam inuidioſa relatio. Et quamuis ſuâ ipſe induſtriâ id iam deprehendiſſet, aliorum ſententiâ in rem pleniùs inducitur. Verùm, quia eum in ordinem redigere non ſufficeret, duxit latiùs opportunitatem opperiri, quâ & cauſam efficaciùs exploraret, & in æmulum quod meruiſſet temptaret. Clotharius igitur quadam die venatum iit, longiúſque fortè receßit. Contigit autem & Dagobertum, & memoratum Ducem domi reſediſſe. Tum Dagobertus exoptabilem oblatam ſibi nactus occaſionem, Ducem ad ſe euocat, iubétque ſecum prandere. Ille nihil minùs quàm quod futurum erat cogitans, remißiùs habere, & futuro, imò iam Domino debitum honorem non exhibere, térque ab eo porrecta ſibi pocula, dignus in quem prioris contumaciæ vindicta recideret, non ſicut à Domino, ſed velut à ſocio infauſtè oblata præſumit. Deinde Dagobertus, vt patri infidelis, vt ſibi æmulus, vtque ſociis inuiſus foret, orſus eſt exponere; non oportere ſeruiles quidem moleſtias diu differri, & ne in immenſum tumorem tanti faſtus procederent, ſuas iniurias non vlciſci. Flagellis ergo eum adfici imperat. Pòſt verò barbæ raſione (ea enim tum præcipua erat iniuria) deturpat. Sic ex improuiſo, qui ſecundarum rerum ſucceſſu futurum ſe Regem auſpicabatur, quàm longè ab illa dignitate abeſſet admonitus intellexit. Reuertenti igitur Clothario his contumeliis dehoneſtatus Sadregiſilus ſe offert, & quid præstereà, quæ palàm erat paſſus, vel à quo fuerat, inlacrymans indicat. Rex itaque Ducis ſui motus iniuriis, filióque multa furibundè interminans, accerſiri eum à ſe iubet. Quo præcognito, Dagobertus, quia reſiſtere nec fas nec poſſibile erat, in eo ſe illi obniti poſſe iuſtè credidit, ſi in ædem præfatam beatorum Martyrum iram patris inclinans concederet. Iniit itaque tutißimam fugam, & quò ſe inſequente ceruum viderat, ipſe quoque patre perſequente ſe confert. Perſuaſum ſibi hoc facto demonſtrans, vt qui canes ab ingreſſu ſuæ ædis remouerant, ſe quoque à Regis inſectatione protegere poſſent. Nec ſpem euentus eluſit. Quippe Clotharius vt eum Sanctorum tutelam expetiſſe audiuit, adhuc in maiorem tollitur iram, mittítque ſatellites qui inde eum abductum ſibi ocißimè præſentarent. Maturabant illi quod fuerat iuſſum implere. Cumque ad ſanctum locum tendentes non plus vno miliario abeſſent, vltrà aſpirare viam tendentes diuino nutu prohibentur. Redeunt ad Dominum, & quid paßi fuerant pandunt. Quorum fidei derogans, quippe qui ſuo imperio amorem filij prætuliſſent, delegit alios, qui quod hij neglexerant ſagaciter implerent. Rurſum illi ſimilia patiuntur, & regreßi eandem rem iteratò ingeminant. Sed nec ſic animoſitas Regis deferbuit, & quod per miniſtros nequiuerat, per ſe implere contendit. Intereà dum hæc aguntur, Dagobertum Martyribus humili corde proſtratum ſomnus repentè corripit. Eique prono ita coniacenti adſtant tres viri, & corporum liniamentis, & veſtium nitore conſpicui. Cúmque in eos ſtupefactus intenderet, vnus eorum qui ſocios præſtare venerandâ canicie & auctoritate videbatur, ſic eum affatus eſt. Scias, ô iuuenis, nos eſſe, quos pro Chriſto paſſos famâ aſſeuerante audiſti, Dionyſium, Ruſticum, & Eleutherium, & noſtra hic corpora tegi. Sed quia famam noſtram ſepultura, quam vides, & domûs huius vilitas obſcurauit; ſi memoriam noſtri te ornatum ire promittis, hac te poſſumus quam pateris liberare anguſtiâ, & in cunctis auxiliante Deo præſtare ſuffragium. Et ne putes ſomnij te illuſum fantaſiâ, accipe ſignum veritate ſubnixum. Egeſtâ humo quâ monumenta noſtra teguntur, quem quod ſepulchrum contineat, litera in ſingulis expreſſa docebunt. Illicò expergefactus nomina quæ audierat deſcribit, & ex Martyrum alloquio ingenti exultatione tripudians, voto ſe, quod poſteà ſtudioſiſſimè reddidit, obligat. Poſt hæc Clotharius filium, vt prætuli, à Sanctorum memoria per ſe auellere cupiens, comitantibus plurimis adpropinquabat. Sed quia non minùs in Reges quàm in alios homines diuina quod vult exercet potentia, qui inertes alios arguerat, fit ipſe iners, vt manifeſtè intelligeret, quamuis ipſe eſſet potens, potentioribus concedendum. Quippe Martyres fugitiuum tuebantur, & econtrà hoſtes longè à ſuis penetralibus arcebant.

AN. CH. 619. CLOTAR. II. R. 36.

Victus ergo Clotharius, & rei magnitudine ſtupefactus, ponit furorem, filióque redit in patrem, ignoſcit culpam, de ſecuritate pollicetur. Ita demum abeundi copiá conceſſá, adi beatorum Martyrum ſuccedit, eóſque patronos humili prece adſciſcit, quorum expertus fuerat manifeſtum virtutis indicium. Vtque quàm probata ſibi eorum merita eſſent agnouit, plurimùm auri & argenti ad exornandas eorum memorias obtulit, & ad exaltandam loci magnificentiam numeroſa & optima prædia dedit. Huc vſque Anonymus[a], quem Hadrianus Valeſius ita refellit Tomo tertio rerum Francicarum[b]. *Prætereo Martyres gloria, quam viui contempſerant, adeò poſt mortem cupidos, & de Baſilica ſua ſepulcrique ſtructura ac ornamento adeò ſollicitos, vt Dagoberto in ſummo metu dormienti nonniſi ſub ea conditione opem polliceri voluerint. Sint iſta ſanè ſigna atque miracula, & quæ diuinâ virtute fieri potuerunt, facta eſſe credamus gratis. Dicatur etiam Sadregiſilus, vt olim Principatu Chlothary Maioris Wiliacharius, Dux Aquitaniæ, non quòd totam Prouinciam, ſed quòd partem eius rexerit. Quàm multa alia inuenias in ea narratione ridicula, abſurda, ac ne veri quidem ſimilia? An Sadregiſilus, quo Chlotharius Conſiliario & adiutore Principalium onerum vteretur, tam fatuus eſſe potuit, vt apud quos ſciret Regibus filios ſuccedere ſolere, viuo Dagoberto Chlothary filio, Chlothario ipſo quadraginta annis minore, Regnum Francorum ſperaret? aut tam confidens & temerarius, vt Principis ſui filium hæredémque contemneret? Quis putet Dagobertum puerum adeò paternæ Maieſtatis irreuerentem fuiſſe, vt amico eius ac Conſiliario plagas imponi, barbam radi iuberet? aut etiam volenti ac iubenti quemquam obedire auſurum? non pædagogum puerilem animum mitigaturum, aut ſaltem arte aliquâ atrocia mandata eluſurum? non ceteros Optimates quotquot aderant, quamuis Sadregiſilo inimicos, eum vnâ voce deterrituros ne facinus admitteret, cuius Rex auctores ipſos eſſet habiturus? Prætereà qui paullò antè audacter & magno animo ſe à Sadregiſilo vindicauerat, idem (ſi tamen idem dici poteſt adeò ſui diſſimilis) patre reuerſo trepidus latebram quærit: ſolus, ac ne Sadregiſili quidem flagellatoribus comitatus per aliquot paſſuum millia fugit: ab vrbe Lutecia Pariſiorum, aut à villa Regia Clippiaco S. Dionyſij Baſilicam petit, moderatore ac omnibus miniſtris ſuis vel inſcientibus, vel abeuntem non retinentibus: & Regius puer, tanquam ſeruus dominum iratum aut mortem denuntiatam metuens, ſolâ ſe loci religione defendit: cùm Sadregiſilum querelam ſuam Regi deferre properantem occupare, & rationem facti reddendo patrem placare deberet ac poſſet, fily vtique iniurias pro ſuis habiturum, & iuſto eius dolori parſurum. Adiice iam ſatellites ad puerum tanquam ad furem aliquem aut homicidam comprehendendum ſemel atque iterum miſſos, & Regem ipſum poſt multas minas plurimis comitantibus venientem, vt à quo loco ne peſſimos quidem & omnium criminum reos Chriſtianis abſtrahere liceret, pius Princeps & pater cariſſimum filium puerili tantummodò impetu prolapſum, certè veniâ digniſſimum ſacrilego conatu abduceret. Adiice Dagobertum nomina Martyrum, quos in ſomnis viderat, ſimul atque experrectus eſt ſcribentem, tanquam pugillares ſecum attuliſſet, & ſi qua alia occurrunt ridicula, quæ ego ex induſtria miſſa facio, ne nugis refellendis nimis videar immoratus. Relinquendæ igitur Monachis fabulæ ſuæ, quarum nulla apud quemquam Monaſtery Dionyſiaci Monacho vetuſtiorem habetur mentio.* Regino Abbas Prumienſis tria ſcribit[c] ex illius Monachi ſententia, Arnulphum Metenſem Epiſcopum Dagobetto adhuc puero necdum Regi præceptorem ac baiulum præficit, Sadregiſilum aſſerit ab eodem Dagoberto deturpatum fuiſſe, ipsúmque Dagobertum cùm patris iram metueret ad Baſilicam beati Dionyſij confugiſſe affirmat, nihil autem habet de ceruo, cuius fugam ad eandem Eccleſiam Anonymus ante Sadregiſili dehoneſtationem recitatat. Aimoinus Monachus Floriacenſis integram Anonymi narrationem ſuæ inſeruit[d] Hiſtoriæ. Sigebertus Monachus Gemblacenſis nullam cerui mentionem facit, & Sadregiſilum à Dagoberto Auſtraſiorum iam Rege detonſum ſcribit. At de his ſatis.

XVI.

BERTVLPHVS IT BOBIVM.

Hoc anno Bertulphus Monachus Luxouienſis, quantùm ex eius[e] vita colligitur, cum Attala Cœnobij Bobienſis Abbate, qui Luxouium ad Euſtaſium

[a] Capp. 6. 7. 8. 9. 10. 11.
[b] Lib. 18.
[c] Lib. 1.
[d] Lib. 4 c. 17
[e] Ap. Surium die 19. Aug.

AN. CH. 619.

Abbatem ſe contulerat, abiit in Italiam, & in Bobienſi Monaſterio ſub eius diſciplina permanſit.

CLOTAR. II. R. 36.

XVII.

QVINQVE MONACHI LVXOVIENSES AD EPISCOP. PROVECTI, CHAGNOALDVS, ACHARIVS, RACHNACARIVS,

Ionas in vita ſancti Euſtaſij, poſtquàm illius è Boioaria reditum narrauit, antequàm de Agreſtino Monachô ſermonem inſtituat, Cœnobium Luxouienſe commendat ob quatuor inſignes Epiſcopos, quos Monaſticam vitam priùs profeſſos Euſtaſius Abbas erudiuit. *De fratribus*, inquit, *ſub eius regimine conſtitutis poſteà plures Eccleſiarum Præſules extiterunt; Chagnoaldus Lugduni, Acharius Viromandorum & Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, Rachnacarius Auguſtoduni & Baſileæ, Andemarus Bononiæ & Taranaenſis oppidi.* Chagnoaldus, qui primo loco nominatur, Pontificatum inire potuit hoc anno, Epiſcopus fuit Lauduni ſiue Lugduni Clauati, talis laudatur à Flodoardo [a] in Concilio Remenſi ſub Sonnatio. Acharius Ebrulfo in Epiſcopatum Nouiomenſem circa annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-primum ſucceſſit. Rachnacarius Auguſtoduni poſt ſanctum Flauianum ſedit, Euangelium prædicauit etiam Baſileenſibus, ideóque non Auguſtoduni modò ſed & Baſileæ Pontifex à Iona nuncupatur, errant qui tranſlatum ad Baſileenſem Cathedram Auguſtodunenſi relictâ putant, neque enim Baſileenſis Epiſcopatûs adeò antiqua monumenta in Hiſtoriis cernuntur; colitur in multis locis diebus diuerſis, octauo Kalendas Februarias, quarto Kalendas Apriles, & Nonis cùm Nouembribus tum Decembribus, vt ſcribit Bollandus ad diem viceſimam-quintam Ianuarij, ſucceſſorem in Epiſcopatu habuit Auſpicium qui Concilio Remenſi cum Chagnoaldo interfuit teſte Flodoardo [b]. Audomarus Morinorum Pontificatum regnante Dagoberto ſuſcepit. Additur in vita ſancti Agili iam laudata [c] Waldebertus Chagnoaldi ſiue Agnohaldi frater, qui creatus eſt ex Abbate Luxouienſi Meldenſis Epiſcopus, nec inter Epiſcopos, quos Euſtaſius Abbas erudiuit, à Iona nominatur in prælaudata ipſius Euſtaſij vita, quia nondum Epiſcopus erat, cùm Ionas ſcribebat, vt conſtat ex eiuſdem Ionæ præfatione, qui ſanctorum Columbani & Euſtaſij vitas, vt alias omittamus, ipſi Waldeberto tunc Abbati Luxouienſi dicauit. Hos autem quinque Monachos, quos Epiſcopales infulæ poſteà decorarunt, Euſtaſius non tantùm cùm Abbas eſſet, vt Ionas in eius vita teſtatur, ſed etiam priuſquàm Abbatis officio fungeretur, ſub Abbate Columbano docuit, vt Anonymus in vita ſancti Agili tradit.

AVDOMARVS, WALDEBERTVS.

[a] Lib. 2. cap. 5.

[b] Lib 2. cap. 5.

[c] An. 608. n. 2.

XVIII.

SIGELAICVS FIT EP. TVRON.

Valarius Turonenſis Antiſtes, quia Pontificatum diu non geſſit, à multis omiſſus videtur. Illi hoc anno ſubrogatum putamus Sigelaicum, cuius mentio fit in vita ſancti Sigiranni & in regio diplomate Dagoberti. Quam ſancti Sigiranni vitam ex Abbatia eiuſdem ſancti Sigiranni à Reuerendo Priore ad ſe tranſmiſſam acceperat, redegit in epitomen ac primus in lucem emiſit Hugo Menardus [d], deinde Philippus Labbeus [e] integram ſancti Sigiranni vitam ex apographo Franciſci Boſqueti Epiſcopi Montis Peſſulani deſcripſit publicauitque, regium verò Dagoberti Diploma Choppinus [f] & Sammarthani [g] typis mandandum curarunt. Authoritatis eſt indubitatæ vita ſancti Sigiranni, ſed non ita ſentiendum de Priuilegio Dagobertino, quod adulteratum fuiſſe Sammarthani iam iudicarunt cùm ex ipſo ſtyli contextu tum ex ſubſcriptione, quis enim credat emiſſum à Dagoberto Præceptum *Wlfodo Epiſcopali Sede Biturigis ciuitatis reſidente, Indictione ſextâ?* Toto Dagoberti Principatu, qui ſexdecim annorum fuit, ſemel tantùm occurrit Indictio ſexta, quæ partim cum anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſecundo, partim cum anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-tertio coincidit. Tunc autem Eccleſiam Bituricenſem nondum Wlfoldus adminiſtrabat. In vita ſancti Sigiranni leguntur multa, quæ cum prædicto Diplomate collata palàm oſtendunt ex duobus Priuilegiis totidem Regum, Dagoberti ſcilicet & Clodouei, conflatum eſſe vnum quod Dagoberto totum tribuitur auctúmque eſt prætereà nonnullis interpolationibus. Beatus * Sigirannus in ſaltu Brionenſi Diœceſeos Bituricæ duo erexit Monaſteria, primum Millepeci * in honorem ſancti Petri regnante Dagoberto,

[d] Libro 1. Obſern d. 4. Dec.

[e] Tomo 2. biblioth.

[f] Libro 2. Monaſt.

[g] Tom 4. Galliæ Chriſt.

* *S. Siran.*

* *Meobecen Braine.*

AN. CH. 619. CLOTAR. II. R. 36.

ſecundum Longoreti * in honorem beatæ Vitginis eodem tempore quo Fl au cadus obiit, id eſt, regnante Clodoueo, anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-ptimo. Pro Millepeco Præceptum emiſit Dagobertus ſub exitum ſuæ vitæ præſidente Bituricenſi Eccleſiæ Sulpitio Epiſcopo; aliud pto Longoreto Clodoueus ſub Epiſcopo Wlfoldo, Indictione ſextâ, ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-octauo. De his diſtinctiùs ac fuſiùs agemus ſuis locis.

* *Lonrey en Braine.*

XIX.

SIGIRANNI PARENTES.

Sigelaicus ſeu Sielaicus vel Sigilaicus & Sigillaicus, antequàm ad Epiſcopatum Turonenſem promoueretur, vxorem duxerat ex qua filium ſuſcepit Sigirannum, qui *Sigilaici filius Comitis, ac Turonorum Epiſcopi*, & paulò pòſt, *Biturigenſis Comitis filius* in Diplomate Dagobertino nuncupatur, vnde Labbeus * in elogio Hiſtorico ſancti Sigitanni colligit *Sigelaicum non tantùm Turonenſem fuiſſe Comitem, ſed etiam Bituricenſem*, priuſquàm Turonenſes infulas adipiſceteret. Verùm hæc verba, *Sigilaici filius Comitis ac Turonorum Epiſcopi*, non indicant Sigelaicum Comitem fuiſſe Tutonenſem, ſed ſimpliciter Comitem, & Comitatùs quem ante Pontificatum geſſit reticent nomen, quod prodi videtur aliis verbis, cùm Sigirannus *Biturigenſis Comitis filius* appellatur.

* Tom. 3. Biblioth.

PATRIA.

At nec Bituticenſem Comitem agnoſcimus Sigelaicum, Sigitannum enim non Bituticenſis Comitis filium vocat, ſed tantùm in ſolo Bitutico & ex nobili progenie natum affirmat Authot vitæ, cui potior quàm vulgato Dagoberti Præcepto fides haberi debet *Athleta*, inquit, *Chriſti Sigirannus, ſolo Biturico, nobili ex progenie ortus, meritis tamen & fide ſuum nobilitans natale ad præmium vitale feliciter noſcitur perueniſſe. Huius quoque propagator pater carnalis extitit Sigelaicus, eiúſque genitrix bonis omnibus inſiſtens famulatrix prædicto viro ſortita eſt felici in connubio. Ex his ergo duobus ritè coniunctis bonæ indolis proles beatus proceſſit Sigirannus.* Non omiſiſſet Comitis titulum, ſi pater Sigiranni gauiſus eo fuiſſet, multò minùs prætetiiſſet affinitatem regiam, ſi Dagobertum Regem, vt in huius Diplomate legitur, Sigitannus propinquitate generis attigiſſet.

XX.

Sancti Sigiranni ptimordia vſque ad Sigelaici patris Pontificatum ab Authote vitæ ſic perſtringuntur. *Sigirannus etiam à primaria ætate à parentibus Turonis ciuitatem eſt tranſuectus & in ſcholis traditus, quatenus litterarum primordij, vt ſolet in pueritia, Domino fauente perciperet efficaciam. Dehinc verò tranſacto*

PVERITIA.

tempore Flaucado cuidam potenti viro causâ nutriendi adiunctus, Francorum in Palatium deuenit, ibíque ab eodem ad altiora, vt ſæculi dignitas ſe habet, venerabiliter prouocatus Pincerna Regis in pueritia deputatus eſt. Eodem tempore ſupradictus genitor eius Sigelaicus Epiſcopus Turonis iamdictæ vrbis eſt ſublimatus. Sigelaicus ad Pontificatum promotus familiariter vſus eſt potentiſſimo viro Adoaldo, cuius filiam Sigiranno in mattimonium date voluit. At adoleſcenti mens erat longè alia, quippe qui ſecularis vitæ pettæſus, iam totum ſuum ſtudium & animum ad Dei cultum conuerterat.

ADOLESCENTIA.

XXI.

GAVGERICI EP. CAMERAC. OBITVS.

Circa hæc tempota migrauit ad Dominum Gaugeticus Epiſcopus Cameracenſis. *Obtinuit Cathedram ſuam beatus Epiſcopus ad annos plùs minùs triginta nouem, virtutibus inſignis, miraculis celebris, fide integer, operibus bonis perpetuò intentus. Corporis viribus deficientibus, iam ætate prouectus, plenus dierum in ſenectute bona in pace ſanctæ Eccleſiæ Dei tertio Idus Auguſti obdormiuit in Domino. Sepultus eſt autem in Baſilica, quæ eſt in montis vertice, ab ipſo in honorem ſancti Medardi conſtructa, qui locus haud procul abeſt Cameraco, olim dæmonum cultui ob idololatris in animarum exitium dedicatus. Sed vir Dei Gangericus idola exterminauit, lucum ſuccidit, & locum ſpurcitiis addictum in orationis & ſacrificy ædem mutauit. Et iam locus ille & beati viri memoriâ eſt venerabilis & nundinis celeberrimus, præſtantúrque illic vſque ad præſens beneficia diuina in laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Hæc vetus Author apud Sutium tertio Idus Auguſti, quo die nomen ſancti Gaugetici legitur in Tabulis Eccleſiaſticis. Porrò Monaſterium iſtud, à ſancto Gaugetico in honorem ſancti Medatdi olim conſtructum, eſt

SEPVLTVRA.

hodie quadraginta Canonicorum Collegium, quod in dicti montis vertice ſedem ac domicilium habuit vſque ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum quadrageſimum, quo Carolus Quintus Imperator eo loci arcem excitandam curauit. Quo tempore Canonici Gaugericiani migrarunt ad Cameracenſem ſancti Vedaſti Baſilicam parochialem, quæ nunc ſancti Gaugerici nomen gerit, vbi in magnifico choro, quem Canonici extruxerunt, corpus eius repoſitum quieſcit. Lege ad diem vndecimam Auguſti Molanum in Natalibus Sanctorum Belgij & Miræum in faſtis Belgicis. Quòd autem ſanctus Gaugericus vſque ad Clotarij Francorum Monarchæ tempora peruenerit, id apertè docet Author vitæ, cùm ait eum à Clotario ad aulam vocatum, vt quæ regia pietas in pauperum vſus conferebat, liberali manu diſtribuenda ſuſciperet, Cameracum enim Clotario non paruit, antequàm Auſtraſiæ ac Burgundiæ Reges Theodobertus ac Theodoricus extinguerentur. Sancto Gaugerico in Epiſcopatum ſubrogatus eſt Berroaldus, cuius meminit Flodoardus [a] in Concilio Remenſi ſub Sonnatio.

AN. CH. 619.

CLOTAR. II. R. 36.

TRANSLATIO.

[a] Lib. 2. c. 5.

XXII.

Ad hunc annum pertinent, quæ ſequuntur, leguntúrque fuſiùs deſcripta in actis [b] ſancti Lenogiſili. *Virgo quadam, Agneſletis nomine, cùm pater & mater iam nubilem matrimonio ſociare vellent, quamdam in ſyluam furtim receßit. Hic cùm ſecum anxia, quid agat, quáve diuertatur, ſedulò reuoluit, redit ei in mentem memoria Sacerdotis Chriſti Lenogiſili, cuius fama iam ad eam peruenerat. Hunc ſe votis omnibus deſiderare, hunc ſe inuenire geſtiens, dum ſic ſola æſtuat, ecce paſtor gregum patris ſui aduenit, quem illa de arbore, quò ſe abdiderat, intuens* vocauit ad ſe, direxitque ad Lenogiſilum, *qui futuras minas Procerum paruipendens, tranſduxit eam ad cellulam ſuam, ac ſacro velamine Domino conſecrauit. Sed homo ille qui ſacram Virginem ſibi ſociari crediderat, Principis Clotarij auribus hanc accuſationem ingeßit, quòd videlicet accola quidam, nomine Lenogiſilus, artibus magicis ſponſam debitam ad ſe vinxiſſet. Modò, ait, legitima coniugia violantes inter ſe inuicem nefandis ſtudiis commiſcentur. At Rex verba huiuſmodi non ferens, virum cum Virgine ad Palatium deduci fecit. Ventum eſt ad ſedem Principis, & contigit, vt Rex causâ venationis abeſſet, (hac autem hyemis tempore gerebantur) vir ergo Domini multo fatigatus frigore, dixit ad ancillam Chriſti, accelera & ſicubi potes inueſtiga ignem, & veniens affer vnde frigus temperemus. Direxit illa iter ad clibanum vbi coquebatur panis regius, & dixit cuidam de piſtoribus. Da mihi paullulum ignis. Ille quaſi alludens ait. Præbe tu linteolum, quo amicta es, faciam quæ poſtulas. Mox illâ porrigente palliolum, piſtor ſumens de carbonibus, quantum ſibi ſufficere indicauit, miſit ante ſinum eius in quo illa parauerat, ſtringenſque Virgo Domini vtrâque manu linteum, gradiens tanquam grana cuiuſlibet ſeminis ferret, ad hominem Dei feſtina peruenit, propoſitóque igne pedibus ſuis Confeſſor Chriſti frigoris violentiam caloris fomento vacuauit. Poſthac ancilla Domini comitante fide, vt attulerat, ita & reuexit carbones ad locum, vnde eos ceperat; rei huius ſtuporem mirantibus cunctis qui aderant, vident opus mirabile, nec tamen ardorem ignis in aliquo deficientem. Quid multa? Reuertente Rege à venatione, nuntiatur ei quàm inauditam & contra naturam veritatis rem manifeſtè Dominus fieri voluit, ad teſtimonium eorum, qui in cordis ſimplicitate gradiebantur. Igitur cùm talia Rex comperiſſet, indagine veritatis patefactâ, qui reatûs obtentu tanquam damnandi adducti fuerant, innotuit omnium auribus quia hi ſunt qui toto deſiderio terrenas illecebras conculcantes, conuerſationem in cæleſtibus habent, ad quorum meritum inſinuandum ignea virtus linteum incombuſtum ſeruauit. Conuerſus Rex, adorans virum Dei ait. Neſciens quidem feci quod pateris, aliorum detractionibus auditum præbens, verumtamen admodum me pœnitet, quòd hac ſuſpicione, quæ Deo tuo te protegente euanuit, grauem tibi veniendi ad nos laborem impoſui. Accipere ergo dignare noſtro munere de facultatibus rerum, vt quietudinem vitæ ſtipendiariis vſibus affluentibus ſerues. Audiens vir Domini tantam ſarcinam à ſe reiicit, dicens. Semel renuntiaui ſeculo. Hoc vnum peto vt quia Celſitudo veſtra mihi condeſcendere dignatur, cellula, quam bonorum hominum oblationibus contuli, te habeat defenſorem. Rex autem li-*

[b] Ap. Bolland. in append. ad d. 13 Ian.

LENOGISILI PRESBYTERI ET AGNEFLETIS VIRGINIS INNOCENTIA.

PROBATVR MIRACVLO.

AN. CH. 619. CLOTAR. II. R. 36. XXIII.

benter quæ ſibi ſacer ſuggerit accepit, atque pro munere vouit ſe in annis ſingulis argenti libras decem ſtipendiis eius donaturum. Vnde homo Dei quæcumque loco neceſſaria erant præparauit. Poſthac beneficiis Domini laudes rependens, reuerſus eſt in locum ſuum.

ALVRETVS EPISCOPVS VENETENS.

Hoc anno vitam clauſit Aluretus Epiſcopus Corentinopolitanus, cùm Eccleſiæ ſuæ præfuiſſet annos triginta-ſeptem ab anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſecundo quo deceſſor Salomon obierat. Lege Armoricam Sanctam. Agemus anno ſequenti de ſucceſſore.

620. CLOTAR. II. R. 37.

ANNVS
CHRISTI 620.
CLOTARII II. R. 37. 8.

I. AGRESTINVS MONACHVS LVXOVIENSIS IT IN BOIOARIAM.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo viceſimo profectus eſt in Boioariam Agreſtinus Monachus Luxouienſis, de quo Ionas in vita ſancti Euſtaſij Abbatis ita diſſerit. *Cùm Euſtaſius iam ab omnibus haberetur gratus, vt nullus ſe beatum Columbanum perdidiſſe gemeret, qui eius doctrinis imbutus fuiſſet, omniúmque Francorum Procerum honore fulciretur, præcipuè Clothary Regis amore ac veneratione clueret, præſertim cùm cernerent in diſcipulo magiſtri inſtituta per omnia manere, exarſit more ſuo liuidus aduersùs ſancti viri famam Chelydrus, excitans contra eum vnum è ſubditis Agreſtinum nomine, qui quondam Theoderici Regis Notarius fuerat, & quadam compunctione cordis tactus, omnia quæ poſſederat relinquens, & Luxouium veniens, ſe & ſua omnia eidem venerabili Patri tradiderat. Is religionis ſpeciem in Monaſterio geſtans poſt non longum tempus conuerſationis eius, arrogantiâ mentis elatus, poſtulat vt gentium eſſe prædicator permitteretur, quem vir ſanctus diu obiurgans increpat, dicens eum rudem adhuc in religione non debere ad tale opus idoneum ſe putare, proponens ei in exemplum Hieremiam, qui electione Domini prædicator deſignatus, ſe dignum eſſe denegat dicens: A, a, a, Domine Deus, ecce puer ego ſum, & neſcio loqui; Moyſen quoque, qui electus à Domino tardioris & impeditæ linguæ ſe eſſe teſtatur. His & huiuſmodi diſſuaſionibus cùm nihil proficeret, quem tenere non valet, ire permittit, qui cùm in regionem Baioariorum veniſſet, nullum fructum exercens ibi poſt aliquantulum temporis ad Aquilegiam tranſit.* Huc vſque Ionas abſque vlla temporis nota, ſed vt cuique hactenus, ſic & nobis vti licet coniecturis in aſſignandis annis, quibus res cùm ab Euſtaſio Abbate tum ab Agreſtino Monacho geſtæ diſtinguantur, rationem quâ nitimur exponemus anno ſequenti, quo Agreſtinum Aquileiam exiſtimamus perueniſſe.

II. ROMARICVS CONDIT MONASTERIVM PVELLARVM.

Romaricus, qui in eodem Luxouienſium Monachorum cœtu verſabatur, à Deo petiit, vt ſibi manifeſtaret in quos vſus ſuas opes & facultates impenderet. Communicato cum Amato conſilio Monaſterium Sanctimonialium ſub Regula ſancti Columbani iuxta Hibendi caſtrum quod erat ſui dominij prope Moſellæ fluminis ripam in monte Vogeſo conſtruxit. Ab eo locus appellatus eſt mons Romaricus, vocatur & mons Sanctus. Circumfertur inſtrumentum donationis illi Cœnobio factæ hoc anno à Romarico, quarto Nonas Martij, licèt autem opus cuiuſdam neoterici videatur, tamen Character Chronologicus à vero procul abeſſe non poteſt, ídque clariùs patebit ex iis quæ dicemus inferiùs de Agreſtino ſchiſmatico. Romaricus primam Abbatiſſam inſtituit Magdefledem ſeu Mectefledem, eximiæ ſanctitatis Nonnam. Sanctimoniales omnes in ſeptem turmas diuiſit, quarum ſingulæ ex duodecim Monialibus conflatæ erant, quæ ſibi inuicem in choro ſuccedentes diuinas laudes ſiue die ſiue nocte perpetuò canebant. Monaſterium Amatus regebat habens aliquot

ſecum Monachos. Hæc Menardus in vita ſancti Romarici, quam deſumpſit ex veteri Manuſcripto Codice, qui extat in Prioratu montis Sancti, & ex altero qui eſt in Cœnobio ſancti Cornelij Compendienſis. Lege prætereà vitam ſancti Amati apud Surium. Extat & alia ſancti Romarici vita, quam Serarius publici iuris fecit & notis illuſtrauit, ibi Romaricus cùm caſtrum ſuum Auendunenſe in Monaſterium vertit, pluréſque circum circa Parthenonas erexit, ſacrum quoddam ſecutus myſterium dicitur hoc modo. *In montis cacumine templum & oratoriola varia condidit, circum verò montis radicem Cœnobiola ſeptem in quibus ſingulis eſſent Sanctimoniales XII. Nam ſeptem Apocalypſeos S. Ioannis Eccleſias ſeptémque candelabra, ſeptem ſtellas, ſeptémque Angelos conſiderabat. Rurſúmque XII. Apoſtolos, XII. portas Hieruſ[alem] cæleſtis, XII. tribus Iſrael, vt quemadmodum ab his omnibus in vna ſancta fide, ſpe & charitate laudatur Deus, ſic ab omnibus hiſce ſacris fieret ædibus, & quando vel matutina, vel alius alicuius precis in montis cacumine ſignum daretur, illicò ſubdita Cœnobiola omnia diuinam Maieſtatem dilaudare ac obſecrare inciperent, ſícque mons totus diuinis perſonaret ac veluti Sinai fumaret laudibus. Nam etſi duæ, quarum vertex vnam, alteram ſancti Amati rupes tenebat, Eccleſiæ hiſce ſubditis ſeptem coniungantur, nouem veluti Angelorum chori erant, qui ſine fine Deum concelebrant ac dicunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Ideo enim & à vicinis populis olim vocabatur locus hic, nouem Eccleſiæ, hodie verò Sanctus mons.*

AN. CH. 620. CLOTAR. II. R. 37.

Hiſce temporibus, quibus Audoenus in aula regia pueritiam agebat, Eligius auri faber peritiſſimus à Clotario Rege plurimùm diligebatur. Audoenus qui poſteà cum Adone fratre in familiare conſortium ipſius Eligij venit, hæc in illius vita ſcribit. Eligius patriâ & parentibus relictis *Francorum ſolum* adiit, id eſt, Neuſtriam cis Ligerim ſitam, *vbi paucis degens diebus factus eſt notus cuidam Regis Theſaurario, Bobboni vocabulo, viro honeſto & manſueto. Cuius ſe patrocinio committens, ſub eius ditione degebat. Poſt aliquod autem temporis interuallum, peruenit ad notitiam Clotharij Francorum Regis, huiuſmodi ex cauſa. Volebat enim idem Rex ſellam vrbanè auro gemmíſque fabricare, ſed non inueniebatur in eius Palatio qui huiuſmodi opus, ſicut mente conceperat, poſſet opere perficere. Cùm sciret ergo præfatus Regis Theſaurarius Eligij induſtriam, cœpit eum explorare, ſi quominùs opus optatum poſſet perficere. Et cùm facilè apud eum id fieri intellexiſſet, ingreſſus ad Principem, indicauit ei inueniſſe ſe artificem induſtrium, qui diſpoſitum ſine cunctamine aggrederetur eius opus. Tunc Rex mente gratiſſimâ tradidit ei copioſam auri impenſam, ſed & ipſe nihilominùs tradidit Eligio. At ille acceptum opus cum celeritate inchoauit, atque cum diligentia celeriter conſummauit. Denique quod ad vnius opificij acceperat vſum, ita ex eo duo compoſuit, vt incredibile foret, omnia ex eodem pondere fieri potuiſſe. Nam abſque vlla fraude, vel vnius etiam ſiliquæ imminutione, commiſſum ſibi parauit opus, non ceterorum fraudulentiam ſectans, non mordacis limæ fragmina culpans, non foci edacem flammam incuſans, ſed omnia fideliter complens, geminam meruit felix remunerationem. Opus ergo perfectum defert protinus ad Palatium, tradítque Regi quam donauerat ſellam, alterâ penes ſe, quam gratuitò fecerat, reſeruatâ. Cœpit tunc Princeps mirari, ſimul & efferre tantam operis elegantiam, iuſsítque illicò fabro tribuere mercedem laboris dignam. Tunc Eligius alterâ ex occulto in medio prolatâ, quod ſuperfuit, inquit, ex auro, ne negligens perderem, huic operi aptaui. Confeſtim ſtupefactus Clotharius, & maiori ammiratione detentus, ſciſcitabatur opificem, ſi cuncta ex eodem penſo facere potuiſſet. Et cùm conſequenter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus, reſponſum accepiſſet, ingenium eius ſublimi fauore attollens, ex hoc iam, inquit, etiam in maximis credi poteris. Porrò hoc fuit initium, necnon & teſtimonium in Palatio Regis, honorandi credendíque Eligium. Ex hoc nempe ad auctius conſurgens, factus eſt aurifex peritiſſimus, atque in omni fabricandi arte doctiſſimus. Inuenítque gratiam in oculis Regis, & coram cunctis Optimatibus eius, Domino iuuante, roboratur in fide, & à Rege prouocatus creſcebat quotidie in melius. Me igitur præſente* (verba ſunt Audoeni) *neſcio quam ob cauſam, niſi quòd facilè*

III.

ELIGIVS OB INDVSTRIAM GRATVS FIT REGI.

AN. CH. 620. CLOTAR. II. R. 37.

datur intelligi fidelitatis obtentu, dum apud Regem puerulus habitarem, quadam die Rotoilo in agro accito Rex Eligio, coram reliquiis Sanctorum præcipiebat ei, vt impoſitione manuum ſacris pignoribus donaret ſacramentum. Sed ille diuinum intuitum verens, recuſare humiliter omni niſu temptabat. Cúmque inſtantiùs id facere compelleretur, anxius valdè, cœpit mox vbertim lacrimas profundere, metuens ſcilicet Regem offendere, ſeptuplúmque pauens ſanctis pignoribus manus imponere. Intuens itaque Rex eius timorem, ſimúlque mirans tantam viri deuotionem, deſiit eum vltrà cogere, ſed magis blandè lenitérque demulcens lætiſſimo eum vultu dimiſit, pollicens ſe plùs eum ex hoc iam crediturum, quàm ſi multimoda tunc dediſſet iuramenta. Non poſt longum ſpatium, cùm iam Eligius virilem ageret ætatem, cupiens ſe vas Deo exhibere ſanctificatum, metuens ne aliqua ſuum delicta pectus fuſcarent, omnia ab adoleſcentia ſua coram Sacerdote confeſſus eſt acta, ſicque ſibi auſteram imponens pœnitentiam cœpit fortiter colluctationi carnis, ſpiritûs feruore reſiſtere, in laboribus ſcilicet, ſecundùm Apoſtolum, in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, in patientia multa, atque in charitate non ficta, &c. *Denique quodam tempore interpellans Dominum, fide pleno pectore exigebat, vt ſi eſſet accepta à Deo eius pœnitentia, quoquo ei modo dignaretur dare notitiam. Habebat itaque in cubiculo, vbi aſſiduè cubitare ſolitus erat, multorum pignora Sanctorum in ſupremis dependentia, ſub quorum ſacro velamine, reclinato in cilicio capite, orare conſueuerat nocte. Quo nimirum in loco, cùm ex more quadam nocte in oratione proſtratus, ſuper cilicium incumberet, ſomno ingruente oppreſſus veluti tranſeundo in momento obdormiuit, viſumque eſt ei adſtitiſſe repentè quendam atque dixiſſe. Ecce, Eligi, exaudita ſunt preces tuæ, indiciáque olim quæſita nunc tibi conceſſa. Mox ille excitatus, odorem hauſit gratiſſimum. Senſit etiam ex gerulo reliquiarum guttas ſuauiſſimas ſuper ſuum leniſſimè defluere caput. Ex quo nimis attonitus, ſurrexit velociter, & ſollicitè conſpiciens, vidit quaſi balſamum diſtillare de chriſmario & pallio, quo erat opertus. Tanta quippe fragrantia odoris ſuauiſſimi totum illud impleuerat cubiculum, vt etiam ipſe vix ibi ſubſiſtere quiuiſſet. Tunc memor ſuæ petitionis, nimiúmque largitatem bonitatis Dei miratus, altiùs ingemiſcens, fidelem retributorem ex intimo corde benedicebat Chriſtum, qui nunquam derelinquit ſperantes in ſe. Hoc ergo fuit initium virtutum eius, immò omnipotentis Dei, per quem omnes omnia poſſunt.*

IV. Sub idem tempus contigit inſigne miraculum, quod in Actis [a] S. Lenogiſili ſic deſcribitur. *Multis medicis* ſuper Dagobertum Clotarij Regis filium qui febre correptus lectulo decumbebat, *anxiantibus & nihil proficientibus, de vita eius deſperatum eſt, quippe totius corporis vegetatione priuatus, diutino languore vexabatur, recordatus Rex deuotionem famuli Dei* (Lenogiſili) *mittit ei calicem & patenam argenti opere factam, vt orationibus ſuis ſibi redderet filium ſuum incolumem. Iam penè medium itineris, qui hæc ferebat, attigerat, & ecce languidus à febrium miſerabili fatigatione laxatur.*

[a] Ap. Bolland. in append. ad d. 13. Ian.

DAGOBERTVS ÆGROTAT.

V. Illis temporibus florebat Protadius Epiſcopus Biſuntinus, cuius vitam ex tabulis Eccleſiæ Biſuntinæ collectam à Chiffletio in epitomen redigemus. Protadius in extirpanda hæreſi Simoniaca Nicetio Epiſcopo fideliſſimus fuit adiutor, poſt S. Nicetium prudentiſſimè rexit Epiſcopatum ſub Clotario Rege cui chariſſimus fuit. *Inter cætera huius beatiſſimi viri adſcribitur laudibus, quòd dubitantibus Clericis inter ſe de diuerſis Eccleſiarum vſibus, (rogante bonæ memoriæ Stephano ſanctæ matris Eccleſiæ beati Ioannis Euangeliſtæ; & Haymino ſancti Stephani eiuſdem ciuitatis Decano) libellum ediderit, in quo ad ſeparandum omne ambiguum hæc ſcripta reliquerit, quid in conuentu fratrum agi conueniat, quid tenere Eccleſiam, quidve vitare oporteat, quot ſacri ordinis miniſtros feſtini dies habeant, quò & quando proceſſiones fiant, quo tempore totius vrbis Congregationes ad matrem Eccleſiam conueniant, quicquid etiam agendum ſit per anni circulum in Eccleſia, ſancta eius edocuit poſteros induſtria.* Liber ille Rituum à Sancto Protadio conſcriptus extat hodiéque in Eccleſia ſancti Ioannis, ſed interpolatus à recentioribus, qui noua officia nouóſque ritus variis ex eo tempore oc-

PROTADIVS EP. BISVNT. SCRIBIT LIBRVM RITVVM.

caſionibus inductos ad vſus Clericorum inſeruerunt; adeò vt quid à Sancto Protadio priſcâ illâ ætate inſtitutum, quid à poſteris adiectum fuerit, planè dubium reliquerint. Sub Protadij Præſulatu res mira Veſontione contigit. Nocte quadam (ſeu furum ingenium fuit, ſeu cuſtodum incuria, qui aditus ſacrarij minùs diligenter obſeraſſent) ingreſſi fures brachium ſancti Stephani, quod nobiliſſimâ ex auro thecâ variis diſtinctâ gemmis incluſum, in ſancti Stephani Eccleſia ſeruabatur, ſurripiunt, & auri quàm oſſium cupidiores thecam quidem in vſus ſuos aſportant, brachium verò omni gemmâ pretioſius in flumen Dubium * ex itinere deiiciunt non longè à ciuitate. *Proiecto brachio in flumen*, verba ſunt quæ in vetuſtis Lectionum Eccleſiaſticarum Libris leguntur, *illicò diuidebatur continua quantitas defluentis aquæ, & cumulus vndarum in liquidos parietes erectus, ſpatium terminauit in medio, vbi brachium ſanctum ſicco ſinu aquoſi fundi blandè receptum collocabatur. Nec defuit lucido Martyri lux diuina, ſed in modum candelæ ardentis lumen appoſitum apparuit, quod nullis auræ ſpirantis flatibus extingui valebat.* Id prodigij obſeruatum à piſcatoribus. Rumor interim ſpargitur, ablatum à furibus brachium, excogitantur viæ omnes quibus furtum deprehendi poſſit, ſollicitè perquiritur vndique, *quem tumultum piſcatores prædicti audientes, vt intellexerunt quod acciderat, monſtrabant populo locum in fluuio, vbi brachium ſanctum cum lumine inter aquas in ſicco poſitum omnes ſimul videntes indubitatam fidem huius miraculi poſteris reliquerunt.* Mox Clerus populúſque vniuerſus locum adiere cum prece publica, acceptúmque brachium ſancti Stephani, in ipſius Eccleſiam, vnde ſublatum fuerat, ingenti omnium gaudio reportarunt. Hinc in Eccleſia Biſontina, Inuentioni brachij protomartyris ſacra eſt dies Iulij vigeſima, quâ die rei geſtæ Hiſtoria in Diuinis Officiis recitari ſolet. Obijt ſanctus Protadius quarto Idus Februarias, quo die colitur in Diœceſi Biſontina, ſepultus fuit in Eccleſia Principis Apoſtolorum. Præſentiſſimam illius opem Biſontini experiuntur tum in aliis multis, tum maximè in imbribus vel laxandis, prout opus eſt, vel continendis.

AN. CH. 620. CLOTAR. II. R. 37. — BRACHIVM S. STEPHANI A FVRIBVS SVBLATVM. — * le Dou. — REPERITVR IN MEDIO FLVMINE.

VI. Quot annos ſanctus Protadius ſederit, haud liquet, quia nec quo anno Pontificatum inierit, nec quo anno vitam clauſerit, ſcitur. Ioannes Iacobus Chiffletius illius Præſulatum protogat vſque ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſextum, quo beatum Claudium ei ſuffectum putat, ſed Epiſcopatum tunc adipiſci non potuit Claudius, qui natus eſt poſt annos ſexdecim, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-ſecundum probaturi ſumus. Beato Claudio iuxta pleroſque catalogos in Biſontinorum Antiſtitum ſerie ſuum locum, nempe primum à Geruaſio & ſextum à ſancto Nicetio ſeruabimus. Sancto autem Protadio ſucceſſorem fruſtrà quæres alium quàm ſanctum Donatum, qui Pontificatum ſuſcepit ante annum Chriſti viceſimum ſextum ſupra ſexcenteſimum, ſubſcripſit enim Concilio Remenſi quod anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto celebratum fuit.

EPISCOPI BISVNTINI.

VII. Eccleſiam Corentinopolitanam hoc anno gubernare cœpit Gulhoetus aut Golhoetus ſeu Golorethus Epiſcopus, cuius deceſſor Alatetus anno priore vitam clauſerat, vt Albertus in nomenclatura Coriſopitenſium Antiſtitum teſtatur.

GVLHOETVS EP. CORENTINOP.

AN. CH. 621.
CLOTAR. II. R. 38.

ANNVS
CHRISTI 621.
CLOTARII II. R. 38. 9.

I. [a] Lib. 2. de regn. Ital. AGRESTINVS IT AQVILEIAM. FIT SCHISMATICVS.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-primo, vt Carolus Sigonius [a] ſupputat, Aquileiam peruenit Agreſtinus Monachus Luxouienſis, de cuius profectione in Boioariam anno priori diſſeruimus. Qualis apud Aquileienſes vixerit, in vita ſancti Euſtaſij ſic explicat Ionas. *Aquilegienſes diſcordabant à communione Sedis Apoſtolicæ, ob trium videlicet Capitulorum diſſenſionem. Itaque veniens Aquileiam ſocius ſtatim ſchiſmatis effectus, Romanæ Sedis à communione ſeiunctus ac diuiſus eſt, totius orbis communionem quicunque Romanæ Sedi iungeretur damnans, in ſola Aquileia Orthodoxam fidem retineri decertans, quo ſchiſmate imbutus epiſtolam venenoſam & increpationis plenam ad beatum Attalam Bobienſis Cœnobij Patrem, per Aureum Adaluualdi Regis Longobardorum Notarium dirigit. Directâ ad Beatum Attalam epiſtolâ, ipſe ad Luxouium properat.*

II. ACHARIVS FIT EPISC. NOVIOM. [b] Lib. 1. c. 69.

Circa hunc annum, vt Ægidius Bucherius in Chronico Leodienſi ſcribit, Aicharius ſiue Acharius Epiſcopatum Nouiomenſem & Tornacenſem iniuit. Acharius Ebrulfo in Pontificatum ſucceſſit. Id probat [b] Couſinus ex Chartis Eccleſiæ Tornacenſis. Monaſticam vitam in Cœnobio Luxouienſi ſub Euſtaſio Abbate priùs profitebatur, vt Ionas in ipſius Euſtaſij vita obſeruauit.

III. RVSTICVS EPISC. CADVRC.

Hoc anno poſt Euſebij mortem Epiſcopatum Cadurcenſem adeptus eſt Ruſticus, hic enim occiſus eſt ſeptimo Kalendas Ianuarias, anno ſui Pontificatûs octauo, cùm Dagobertus annum in Principatu ſeptimum abſoluiſſet inchoaſſétque octauum, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo exeunte, vt ad illum locum probabimus. In ſancti Deſiderij vita, quam frequenter ex Moſſiacenſi Codice citamus, mors Euſebij & ſubrogatio Ruſtici ſic perſtringuntur. *Honeſtiſſimo genitore Saluio, vt dictum eſt, iam defuncto, fratre quoque Siagrio in faſcibus conſtituto, vir beatiſſimus Ruſticus germanus eius Epiſcopatum Cadurcæ ciuitatis adipiſcitur, diſceſſerat enim eo tempore Euſebius præfati municipij Antiſtes, qui ſucceſſor in Epiſcopatu ſanctæ memoriæ Vrſicini fuerat.* Ex Actis ſancti Deſiderij, prout in antiquo Sanctorali Cadurcenſi leguntur, hæc apud Guillelmum Crucium recitantur de Vrſicino, Euſebio & Ruſtico Cadurcenſibus Epiſcopis ipſius Deſiderij anteceſſoribus. *Defuncto Saluio progenitore Ruſticus poſt Archidiaconatûs officium in ciuitate Rutenenſi adeptum, & Palatini Oratorij in Abbatem præfectus, tandem Cadurcenſis vrbis Epiſcopus eſt electus, deceſſerat enim tunc temporis Euſebius Vrſicini ſucceſſor, qui ſeptem vel ampliùs annis Pontificio iure optimè gubernato à perfidis & ſceleſtis illius ciuitatis incolis interemptus eſt. Quod facinus Dagobertus Rex impunitum non reliquit. Nam alios capite truncari, alios in exilium mitti, alios perpetuâ ob hoc ſeruitute (quod in hunc vſque diem obſeruatur) condemnauit.* Inde Crucius colligit Euſebium à Diœceſanis interfectum fuiſſe, poſtquàm Epiſcopatum integro ſeptennio ſapientiſſimè gubernaſſet. At in textu præcitato ſeptem hæc verba, *deceſſerat enim tunc temporis Euſebius Vrſicini ſucceſſor*, parentheſi debent includi, ita vt relatiuum quod proximè ſequitur, & ea quæ relatiuo ſubiunguntur, non ad Euſebium Vrſicini ſucceſſorem, vt Crucius exiſtimauit, ſed ad Ruſticum referantur hoc ſenſu. *Defuncto Saluio progenitore Ruſticus poſt Archidiaconatûs officium in ciuitate Rutenenſi adeptum, & Palatini Oratorij in Abbatem præfectus, tandem Cadurcenſis vrbis Epiſcopus eſt electus, qui ſeptem vel ampliùs annis Pontificio iure optimè gubernato à perfidis & ſceleſtis illius ciuitatis incolis interemptus eſt. Quod facinus Dagobertus Rex impunitum non reliquit*, &c. Nullum igitur ibi verbum

AN. CH. 621. CLOTAR. II. R. 38.

de tempore quo ſedit Euſebius, aur de mortis genere quo extinctus eſt. Hæc autem omnia de Ruſtico intelligenda eſſe docet eriam in vira ſancti Deſiderij vetus Author his verbis. *Finiente anno VII. regni Dagoberti, & incipiente octano Ruſticus Epiſcopus Cathedra Caturcina præſidens, ſeptimo autem & eo ampliùs anno Pontificatûs ſui adminiſtrato, à perfidis & ſceleſtis incolis interemptus eſt, ob quod conturbatio magna facta eſt in Eccleſia, non ſolùm in vrbe Cadurca, ſed etiam in Regis aula, ſiquidem vehementer ira Regis commota terribilia valdè promulgauit Præcepta, adeò vt alij obtruncati, alij interempti, alij exilio damnati, alij etiam perpetuâ ob hoc ſeruitute addicti ſint, ſic quoque vt nunquam in ſempiternum ad libertatis ſtatum meruerint peruenire.*

IV. LITERÆ HERCHENEFREDÆ AD DESIDERIVM FILIVM.

Ruſtico duo erant fratres, Siagrius Præfectus Maſſilienſis & Deſiderius Regis Theſaurarius. Supererat adhuc in viuis eorum marer Herchenefreda Chriſtianiſſima fœmina, cuius pieras erga Deum, amor erga filios elucer in epiſtolis quas ad Deſiderium frequenrer direxie. *Crebras ad eum epiſtolas dirigens pio ſtudio filium cohortabatur, vt cœpta perficeret, vt omni cuſtodiâ cor ſuum corpúſque ſeruaret, & præcepta Dei toto adniſu cuſtodire contenderet.* Duas operæpretium ducimus ex vita ſancti Deſiderij deſcribere ad eruditionem parenrum filios habentium in aulis Principum. Prima talis eſt. *Dulciſſimo atque amantiſſimo filio Deſiderio Herchenefreda. Immenſas omnipotenti Deo ago gratias, qui dignatus eſt tribuere locum, vt literas meas ad dulcedinem tuam dirigere deberem, per quas te tantùm ſaluto quantùm viſcerum meorum exigit plenitudo, & rogo Domini miſericordiam vt me de vita & bona conuerſatione veſtra affluenter iubeat lætificari. Te verò, dulciſſimum mihi pignus, moneo, vt aſſiduè Deum cogites, Deum iugiter in mente habeas. Mala opera, quæ Deus odit, nec conſentias, nec facias. Regi ſis fidelis, contubernales diligas, Deum ſemper ames & timeas. Ab omni opere, per quod Deus offenditur, ſollicitè te cuſtodi, vt nos meliùs tuo bono exemplo prouoces quàm pro tua mala vita & inſtabilitate mentis ad ignominiam nos deroges, & vt nullam occaſionem vicini vel pares habeant, per quam detrahere poſſint, ſed magis bonam conuerſationem tuam videntes glorificent Deum. Recordare, fili, ſemper quod Deo pro te ſpopondi, & ideo cum timore ſemper progredere. De cetero tantùm te, dulcis fili, ſalutare præſumo, quantùm cordis mei continet plenitudo.* Alrera talis eſt. *Dulciſſimo & deſiderantiſſimo filio Deſiderio Herchenefreda. Omnipotenti Deo immenſas ago gratias, quòd ſe locus opportunitatis dedit, vt paruitatis meæ apices dominationi veſtræ dirigere poſſim. Cognoſcite nos, quòd in Dei nomine vos proſperè agere optamus, & ſic oportet pro vobis aſſiduè orare; deinde ſalutem veſtram profuſiſſimam deſiderans ſupplici animo depoſco, vt veſtra opera noſtras orationes iuuent, & quantùm poteſtis pro animæ profectu elaborate. Caritatem circa omnes tenete. Caſtitatem ſuper omnia cuſtodite. Cautelam in ſermone & in omni opere habete, & ſi fortè aliquid mali actum eſt citò emendate. Epiſtolam verò iſtam cum ea quam ante tempus vobis direxi ſæpiùs legite & animo commendate, ac totâ mentis ambitione tenete, vt promiſſio mea de vobis apud Deum per te, dulcis fili Deſideri, impleatur, quod præſtet omnipotens Deus qui eſt ſuper omnia dilectus. De ...... verò patris noſtri Magni Abbatis vnde anteà tam ipſe quàm nos vos rogauimus, ſic pro hoc inſiſtite, vt Sanctorum vbi ſeruit interceſſio maximam vobis mercedem apud Deum adquirat, & in æternam vobis retributionem ipſa merces occurrat. De ſpeciebus verò quæ vobis in Palatio ſunt neceſſaria, nobis per epiſtolam veſtram ſignificate, & continuò in Dei nomine dirigemus. De proſperitate etiam veſtra nos celerrimè teſtificari iubete, & valete in Domino. Manu propriâ. Incolumem vos Dominus cuſtodire & heredem regni ſui præparare dignetur.*

f. negotiis.

V. RITZERDVS REX FRISIORVM HOSTIS FRANCOR.

Illis temporibus Friſij, ſecundùm Oceanum, ab alueo Rheni Traiectum hodie alluente ad fines vſque Daniæ dominabantur, ſuberánrque Ritzerdo Regi, qui primùm leuiuſculè cum Clotarij Ducibus, poſteà cum Dagoberto eius filio congreſſus eſt. Lege Vbbonem Emmium in Hiſtoria [a] rerum Friſicarum.

[a] Libb. 2. 3.

AN. CH. 622. CLOTAR. II. R. 39. DAGOB. R. 1.

ANNVS
CHRISTI 622.
CLOTARII II. R. 39. 10.
DAGOBERTI R. 1.

I. DAGOBERTVS FIT REX AVSTRASIÆ.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo, qui cum anno Clotarij Regis triceſimo-nono coincidit, Clotarius Rex, quod Regum Francorum nullus antè præſtiterat, filium ſuum in regni conſortium vocauit. Annus quidem Clotarij Regis triceſimus-octauus in vulgatis exemplaribus Fredegarij legitur, ſed Hadriano Valeſio teſte [a] annum Clotarij Regis triceſimum-nonum habent tres ipſius Fredegarij Codices manuſcripti, eundémque annum conſtantiſſimè retinent qui Fredegarium tranſcribere ſolent Anonymus in Geſtis [b] Dagoberti Regis & Aimoinus [c], quin & vulgatus Fredegarius [d] annum Dagoberti Regis ſeptimum cum anno Clotarij Regis quadrageſimo-quinto componit, cóque calculo ſatis docet corrigendum eſſe mendum quod initio regni Dagobertini perperam irrepſit. Clotarius autem Dagobertum filium regni conſortem fecit, Regémque ſuper Auſtraſios ſic inſtituit, vt tamen in ſua poteſtate retinuerit *quod Ardenna & Voſagus versùs Neuſter & Burgundiam excludebant.* Super eo negotio conſule Scriptores ſuprà citatos. Auſtraſiæ regnum Neuſtriam versùs Ardennâ ſyluâ & Burgundiam versùs Voſago monte ſic circumſcriptum multò minùs quàm anteà patebat, Clotarius enim Diœceſes, Remenſem, Catalaunenſem, Meldenſem, Laudunenſem & Cameracenſem ſibi retinebat cis Ligerim cum multis aliis quæ prioribus Auſtraſiæ Regibus trans Ligerim ac Rhodanum in Aquitania & in Prouincia quondam paruerant.

[a] Lib. 18.
[b] Cap. 12.
[c] Lib. 4. c. 8.
[d] Capp. 56. 58.

II. VTITVR PRÆCIPVIS CONSILIARIIS ARNVLFO ET PIPINO.

Regi Dagoberto adhuc adoleſcenti dati ſunt à patre præcipui Conſiliarij Arnulfus Epiſcopus & Pippinus Maiordomûs, vt teſtatur Fredegarius [e], cùm Dagoberti primordia ſic commendat. *Ab initio quo regnare cœperat, conſilio primitus beatiſſimi Arnulfi Metteuſis vrbis Pontificis, & Pippini Maioriſdomûs vſus tantâ proſperitate Regale regimen in Auſter regebat, vt à cunctis gentibus immenſo ordine laudem haberet.* Arnulfus in flagrantiſſima Clotarij Regis amicitia fuit. *Arnulphum Epiſcopum*, inquit Author vitæ, *Chlotharius tantâ fide & amore dilexit, vt cùm prolem ſuam Dagobertum in Principatûs culmine ſublimaſſet, eidem regnum ad gubernandum, & filium ad erudiendum tradiderit.* Authori coæuo & in pluribus oculato teſti hæc de tempore quo Dagobertus ab Arnulpho erudiri cœpit ſcribenti potiùs aſſentiendum iam monuimus quàm Monacho Dionyſiaco, qui Dagobertum multis annis antequàm Auſtraſiæ regno præficeretur, cùm adhuc *in annis puerilibus* poſitus eſſet, traditum ait à genitore, venerabili ac ſanctiſſimo Arnulfo Metenſium vrbis Epiſcopo, vt eum ſecundùm ſuam ſapientiam enutriret, eique tramitem Chriſtianæ religionis oſtenderet, atque ei Cuſtos & Baiulus eſſet.

[e] Cap. 58.

III. ARNVLFI ELEEMOSYNÆ.

Omittere hic non poſſumus exiſtimationis, quam Arnulfus apud Clotarium Regem ſibi conciliarat, duo egregia teſtimonia, quæ ſingularem quoque Pontificis beneuolentiam erga pauperes & ardentiſſimum eremi petendæ deſiderium exponunt. Arnulfus penè theſauros omnes, vt in eius vita legitur, in pauperum vſus aliquando erogarat, ſupererat tantùm diſcus argenteus librarum duarum & ſeptuaginta, quem Hugo inter Proceres primus datis alimoniis & iis quæ pauperibus erant neceſſaria, ſibi comparauit, cùm autem poſt Hugonis mortem idem diſcus ad Clotarium Regem allatus eſſet, hic

AN. CH. 622.
CLOTAR. II. R. 39.
DAGOB. R. I.

comperto quòd ab Arnulfo Epiſcopo pauperum alendorum cauſâ venundatus fuiſſet, cum adiunctis centum aureis celeriter ad ſanctum Pontificem Metim referri iuſſit. Arnulfus à multis annis ſolitariæ vitæ deſiderio tenebatur, factus Epiſcopus ſæpè in villa Dodimiaca quæ eſt apud Voſagum, interdum Calciaci non longè ab vrbe in cellulam retruſus cælum diurnis nocturníſque precibus pulſabat, ſed veritus ne per illud tempus plebs quam alendam ſuſceperat, æternæ vitæ pabula minùs acciperet, cœpit Clotarium rogare per literas, vt alium Pontificem eligi curaret, qui verbo prædicationis ſeminando magis eſſet idoneus, Rex inter cetera ſic illi reſcripſit. *Quod ſcribis Domine & Pater, vt tuo loco alium eligamus Epiſcopum, id quidem nos nullâ ratione facere auſi ſumus.*

IV. WANDREGIS. COMES PALATII.

Waltchiſo Pipini conſobrino filius erat nomine Wandregiſilus, qui tunc agebat annum ætatis viceſimum-primum, & Dagoberti Regis amicitiam magnoperè ſibi poſteà conciliauit. *Cùm adoleſcentiæ polleret ætas in annis*, inquit Author vitæ à Surio [a] editus, *ſub iam dicto Rege Dagoberto militaribus geſtis ac aulicis diſciplinis, quippe vt nobiliſſimus nobiliter educatus eſt. Et creſcentibus ſanctæ vitæ moribus, cunctis mundanarum rerum diſciplinis imbutus ab eodem Rege Dagoberto Comes conſtituitur Paloty. Quo gradu paululum adminiſtrato, ardore parentum honoribus plurimis, vt ſeſe habet ſecularis rei dignitas, valdè ſublimatus, etiam diſpoſitioni rerum plurimarum non multò pòſt mancipatur, ſuſcipiénſque hoc officium, exercebat cum pietatis ſtudio adminiſtrationem ſibi commiſſam.* A Dagoberto Rege aulica munera facilè impetrauit, quia in eiuſdem Dagoberti adhuc iuuenis necdum Regis famulatu ſeu miniſterio fuerat, vt teſtatur antiquior vitæ Sciptor quem Clarıſſimus vir Antonius *de Wyon* nobis communicauit.

V. EPISCOPI TREVIR.

Sebaudus Treuirenſis Epiſcopus, qui ſexto Kalendas Decembris in Martyrologio Gallicano colitur, peruenit ad hunc annum, Modoaldus enim eius ſucceſſor Pontificatum iniit ſub Dagoberto Rege ac Pipino Duce. Erat Modoaldus ex inclyta Aquitanorum proſapia, ſororem habuit Ittam, quæ Pipino Duci nupſit. Extat apud Surium vita ſancti Modoaldi, quam conſule [b].

VI. EPISCOPI TVRON.

Obiit hoc anno Sigelaicus Turonenſis Epiſcopus, ſiquidem annos duntaxat duos ac menſes octo Præſulatum geſſit, vt Seuertius teſtatur, ídque epocha Concilij Remenſis inferiùs confirmabit, ſucceſſit enim Sigelaico Leobaldus ſeu Lethbaldus vel Lebardus, anteceſſor Modegiſili, qui Concilio Remenſi ſub Sonnatio interfuit. Mortuo autem Sigelaico, Sigirannus eius filius, de quo ſæpè ſermonem fecimus faciemúſque, liberiorem nactus eſt facultatem eo viuendi modo quo vellet. In eadem Prouincia Lugdunenſi tertia Guinninus [c], cùm Eccleſiam Venetenſem annos quatuor feliciter rexiſſet, ex hac vita migrauit. Colitur decimo-quarto Kalendas Septembres. Succeſſit in Epiſcopatum Ignorocus.

VII. AGRSSTINVS AB EVSTASIO ASS. PVLSVS OARRIT ADVSRSVS RSOVLAM S. COLVMBANI.

Agreſtinus Monachus Luxouium reuerſus Euſtaſium Abbatem conatus eſt veneno ſchiſmatis inficere. Euſtaſius cùm ſalutaribus monitis & ſalubri antidoto mentem illius peſte corruptam curare nequiuiſſet, à ſuo ſuorúmque collegio ſegregatum diſcedere coegit. Quid ſecutum ſit, donec Synodus Matiſconenſis haberetur, his verbis indicat Ionas in ipſius Euſtaſij vita. *Fugatus ab Euſtaſio miſerabilis Agreſtinus, huc illúcque diuertit, vt aliquos ſui erroris fautores facere poſſet, ſed cùm nihil eius imperitia longo tempore peragere quiuiſſet, tandem aduersùs Regulam beati Columbani liuido dente garrire cœpit.* Ex illo textu & ex rebus geſtis in Synodo Matiſconenſi, quam anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-tertio conſignabimus, patet Agreſtinum, cùm nihil proficeret, à ſchiſmate reſipuiſſe, aut reſipiſcentiam ſaltem præ ſe tuliſſe.

VIII. GEOSSRGA ABBATISSA S. MONTIS.

Magdefledis ſeu Mactefledis, cùm in Cœnobio ſancti montis ſeu Romatici per biennium ſororibus præfuiſſet, exceſſit è vita. Lege vitam [d] ſancti Amati. Poſt Magdefledem Gegoberga ipſius Romarici filia, natu maior, eiuſdem Cœnobij fuit Abbatiſſa propter eximiam pietatem. Hæc dies & no-

[a] d. 22. Iul.
[b] d. 12. Maii.
[c] Armor. Sanct.
VENETENS.
[d] Ap. Sur. d. 13. Sept.

AN. CH. 622. CLOTAR. II. R. 39. DAGOB. R. 1.

ctes in oratione perſeuerabat non ſine vberrimo lachrymarum profluuio, quod cùm cohibere non poſſet, cæcitatem incurrit, vt ex manuſcriptis Codicibus iam laudatis docet Hugo Menardus in vita ſancti Romarici.

IX. VITA ET MIRACVLA S. HABERILLÆ.

Illis temporibus florebat Haberilla ſiue Habtilia, quæ Galli Abbatis exemplo prouocata, fortaſſis & monitis ad pietatem anteà erudita, vitam agere inſtituit ab hominum conuictu remotam, iuxta lacum Brigantinum cellâ erectâ, vbi ſic degit, vt perpetuò in Chriſtum crucifixum defixos corporis mentiſque oculos haberet, precibus dies noctéſque intenta, vehementi quadam & aſſiduâ Dei flagrans caritate. Victus illi omnino tenuis, ceteráque exercitatio eiuſmodi, vt virginitatem quam illibatam ſemper ſeruauit, aduerſùs omnes carnis dæmoniſque inſidias egregiè communiret. Manauit, vt fit, ex humili & abdita cella odor ſanctitatis, ac multas ad eam attraxit Virgines, quæ eandem virtutis exercitationem arripuere. Quod vbi didicit Gallus, gratiis Deo actis Haberillam Antiſtitam conſtituit Virginum iſtarum Collegio præfectam. Has illa cùm exemplo ac verbis ad omnem ſanctimoniam inſtituiſſet, tandem virtutum meritis cumulata in cælum migrauit. Eius cella creuit in nobiliſſimum Monaſterium, quod olim puellarum fuit ſub Regula ſancti Columbani, hodie virorum eſt ſub inſtituto ſancti Benedicti ad ipſum ferè oſtium Brigantij amnis in lacum Brigantinum influentis, vocatúrque Maior Augia ſiue Alba Augia Brigantina vel Maior Inſula. Augienſes Monachi ſanctam Haberillam velut peculiarem Patronam venerantur non quidem ſactorum ſolennitate officióve Eccleſiaſtico, ſed publicâ tamen pietate, recolúntque eius Natalem tertio Kalendas Februarij. Viſitur nunc eius ſepulchrum in maiori Baſilica Augiæ Brigantinæ ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo dicata, ad dextram altaris ſanctæ Catharinæ Virginis & Martyris. Coopertum id lapide ſex nixo columellis. Illuc multi etiam è remotis locis confluunt, ac plurima & facta olim & in dies fiunt miracula. Febris, cephalalgia, ophthalmia, vertigo, vlcera, vulnera, colica, paralyſis, aliíque morbi frequentiſſimè curati. Præcipuè ægris infantibus medelam ſancta Virgo impendit, qui frequentes à parentibus, potiſſimùm quaque feriâ ſextâ iſthuc deferuntur, térque ad honorem ſanctiſſimæ Trinitatis ſubter ſepulchralem lapidem tranſue huntur conceptis ad Haberillam precibus mirabili modo ab omnibus propè morbis, quibus ætas illa obnoxia eſſe conſueuit, liberantur. Imò terram è ſepulchro erutam, linteóque inuolutam ſolent peregrinantes ſecum aſportare, & languidis infantulis ſupponere, aut certè membris affectis admonere, quam deinde, vbi ſanitas ſubſecuta eſt, in priſtinum locum referunt, veluti curationis teſtem. Prouectiores quoque ter ſubter lapidem ſepulchralem reptare, & terram dolentibus membris inſpergere ſolent, & plurimi ſe ipſo loco omni dolore liberatos profitentur. Teſtatur hæc Daniel Feldterus [a].

[a] Ap. Bolland. die 30. Ianuar.

623. CLOTAR. II. R. 40. DAGOB. R. 2.

ANNVS
CHRISTI 623.
CLOTARII II. R. 40. 11.
DAGOBERTI R. 2.

I. S. RVPERTVS EPISC. SALISBVR. OBIT.

IN Hiſtoria ſancti Rudberti Saliſburgenſis Epiſcopi, quam Henricus Caniſius Tomo ſexto antiquæ lectionis publicauit, hæc vltimo capite referuntur de feliciſſimo beati Præſulis ad cælos tranſitu. *Anno à Natiuitate Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-tertio, ſexto Kalendas Aprilis, die Reſurrectionis Dominicæ, poſtquàm Eccleſiæ Iuuauenſi cum magna gloria præfuiſſet annis XLIV. vocante Deo,*

poſt

AN. CH. 623.
CLOTAR. II. R. 40.
DAGOB. R. 2.

poſt ſolemnia à ſe celebrata Miſſarum exuit hominem, & latus in ſui Domini gaudium intrauit, ſuáque ſponte ad ſepulchrum à ſe dam viueret conditum decurriſſe refertur, & illud Saluatoris verbum ægrè protuliſſe, [Domine, in manus tuas commendo ſpiritum meum,] ſtatímque ſic exhalaſſe ſpiritum. Ab anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-quarto, quo ſanctus Rupertus in Boioariam nondum venerat, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſextum vſque, bis duntaxat ſexto Kalendas Apriles memoria Chriſti reſurgentis acta eſt, anno ſcilicet Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-tertio & anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-octauo, alterutro igitur ſanctum Rupertum obiiſſe palàm eſt. Author anonymus qui de donationibus factis Eccleſiæ Saliſburgenſi & de Tranſlatione ſancti Rudberti ſcripſit, apud eundem Caniſium Tomo iam laudato, *inter duo dubia certius eſt*, inquit, *eligamus & computemus annos de tranſitu S. Rudperti ab anno* DCXXIII. *Dominica Incarnationis.* Ab hac ſententia recedere non licet, ſedit enim in Epiſcopatu Iuuauenſi ſanctus Rupertus annos quatuor & quadraginta, initio iſtius Pontificatûs ducto ab anno Childeberti Iunioris quarto, qui cum anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-nono coincidit. Sepultus fuit Iuuaniæ in Monaſterio Principi Apoſtolorum dicato. Scriptores omnes, qui ſancti Rudberti Acta literis conſignarunt, Erentrudis quoque meminerunt neptis eius, virginis & Abbatiſſæ, quæ Saliſburgi colitur pridie Kalendas Iulias, vt ad illum diem Arnoldus Vionius & Hugo Menardus obſeruarunt. Caniſius Hiſtoriæ ſancti Rudberti ſubiecit vitam & miracula ſanctæ Erendrudis, quam anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo in viuis adhuc ſuperſtitem fuiſſe contendit Vionius.

II.
SVCCEDIT VITALIS.

Diuo Ruperto ſucceſſit beatus Vitalis, primus Cœnobij ſancti Petri Abbas, qui ceu amborum vitæ conſuetudiniſque commercio coniectari poteſt, à pueritia prætexta ſanctiſſimi Pontificis Rutberti, non tantùm itineris ſocius fuit ſed alumnus, & laborum atque vigiliarum æmulus, quin imò primarius ex diſcipulis & Ieſu Chriſti digniſſimis præconibus, qui ſanè chariſſimi & eruditiſſimi præceptoris Rutberti doctrina, prædicationis & ſanctitatis veſtigiis innixus, non minimam operam conuerſioni & illuminationi Pinſgaudienſium & nonnullorum aliarum gentium hominum, prouidè, ſolerter & hilariter impendit. Vnde propter inſignem eius vitæ ſanctitatem, honeſtatem, modeſtiam, temperantiam, ſapientiam, exactiſſimum quoque religionis acumen, vitâ nondum functo pientiſſimo Pontifice Rutberto ab eodem in ſuum ſucceſſorem ſuffectus eſt. Hæc inter alia teſtimonia de beato Vitale in lucem edidit Caniſius [a] ex Chronicis Saliſburgienſium Antiſtitum, quæ ſeruantur in Monaſterio ſancti Petri.

[a] Tom. 6. antiq. lect.

III.
SEDES METROPOL. BOIOARIÆ.

Sanctus Rupertus, antequàm in Boioariam proficiſceretur, Epiſcopus erat Vormacienſis in Gallia, Metropolitanóque iure per vtramque Germaniam potiebatur. Eâdem quoque dignitate, quandiu vixit, in Boioaria gauiſum putamus, nec aſſentiri poſſumus modernis Scriptoribus, qui Gerardum & Philonem, quorum alter alteri in Præſulatum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto ſucceſſit, Laureacenſes Archiepiſcopos vocant. Exiſtimamus Metropolitanam Sedem Saliſburgij primùm fuiſſe, deinde Laureaci, tum denuò Saliſburgij, nec delatam eſſe Laureacum, priuſquàm ambo Epiſcopatus, Laureacenſis videlicet ac Patauienſis, eſſent ſimul vniti. Quibus de viciſſitudinibus fuſiorem ſermonem ſuis locis inſtituemus.

IV.
AN WORMACIÆ CREATVS EPISCOPVS SVPERSTITE RVPERTO.

Quod attinet ad Eccleſiam Vormacienſem, hæc, propter abſentiam Ruperti, ius Metropoliticum per vtramque Germaniam Gallicanam ſiue Ciſrhenanam non amiſit, illud enim per prædictas Prouincias exercuerunt, qui poſt eundem Rupertum in catalogis Epiſcoporum Vormacienſium recenſentur, Amandus, Geroldus & Geruilio. Quæres vtrùm abſente & apud Boios commorante Ruperto creatus ſit alius Epiſcopus Vormacienſis. Deſunt antiqua monumenta, quorum auxilio hæc difficultas ſolui poſſit. Agendum coniecturis. Bruſchius, aliíque, qui Vormacienſium Pontificum indicem noſtrâ vel ſuperiori ætate texuerunt, ſextum locum tribuunt ſancto Crotoldo, cuius

AN. CH. 623. CLOTAR. II. R. 40. DAGOB. R. 2.

elogium Tomo primo ad annum Chriſti quingenteſimum tertium celebrauimus, octauum ſancto Ruperto, qui ſolum vertere coactus eſt anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo, decimum ſancto Amando qui regnante in Auſtraſia Dagoberto Præſulatum geſſit, aiúntque intermediorum Antiſtitum, ſeptimi ſcilicet ac noni, geſta nomináque periiſſe. Inter Sanctos Crotoldum & Rupertum non vnum ſed plures Epiſcopos ſediſſe credimus. Anno Childeberti in Auſtraſia Regis ſecundo, Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo, Rupertus Epiſcopus à Vormacienſibus in exilium pulſus eſt, atque inde in Italiam, poſteà in Boioariam ſeceſſit. Amandus Epiſcopatum ſuſcepit Dagoberto regnum Auſtraſiæ iam obtinente. Dagobertus autem anno vno priuſquàm Rupertus ex hac vita diſcederet, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo regnare cœpit. Rupertus, vt alio loco [a] notauimus, è ciuitate Wormacienſi pulſus eſt à Berchario ſeu Beringero Comite, tantámque paſſus eſt iniuriam, quia Childeberti Regis, pueri tunc ſeptennis, vt ætas tenerior, ita minor erat in populum authoritas, intráque fines Diœceſeos Wormacienſis multi ſupererant ethnici, quorum vanas ſuperſtitiones vehementer inſectari non deſinebat. Childeberto virilem ætatem adepto Guntchramníque Regis ope ſuffulto, Wormacienſis Eccleſia paganis fruſtrà obnitentibus recuperauit Epiſcopum, non quidem Rupertum qui Boicæ gentis conuerſioni totus incumbebat, ſed alium cuius nomen in Wormacienſium Epiſcoporum catalogis inter Sanctos Rupertum & Amandum hodiéque deſideratur. Vt ita ſentiamus, nos permouet Gaſpar Bruſchius, qui de Wormacia ſic ſcribit [b]. *Ab Attyla euerſa eſt Wormacia, quæ iterum à Rege Gallarum Clodoueo inſtaurari cœpta, & poſteà à Brunichilde Regina pulchrè illuſtrata eſt.* Wormacia ſita eſt in Germania prima. Wormacienſis Epiſcopus pro temporum viciſſitudine varios Metropolitas agnouit coluítque, primò Moguntinum primæ Germaniæ Metropolitam, deinde Colonienſem tunc Metropolitam vtriuſque Germaniæ, poſteà Treuirenſem Metropolitam cùm Belgicæ primæ tum vtriuſqoe Germaniæ, denique ſub Clodouei Principatu factus eſt ipſemet vtriuſque Germaniæ Metropolites ſolâ Belgicâ primâ ex antiquiſſimo iure penes Treuirenſem relictâ. Si Clodoueus, cui Wormacia ſuæ primordia inſtaurationis debet, Epiſcopatum Wormacienſem, qui Treuirenſi Metropolitæ ſuberat, Metropolitanâ dignitate per vtramque Germaniam augendum curauit, vt ciuitatem ab Attila euerſam & à ſe reparatam magnificentiùs exornaret, quis Brunichildem, quæ Wormaciam à Clodoueo inſtaurari cœptam pulchrè illuſtrauit, paſſam ſuſpicetur, vt eadem ciuitas longo interpontificio laboraret? Multò probabilius eſt, vbi primùm licuit id fieri, Reginam auctorem fuiſſe, vt eligeretur Epiſcopus, qui Wormacienſem Eccleſiam regeret, & iure Metropolitico, quod anteceſſoribus attributum fuerat, per vtramque Germaniam potiretur. Facilè nobis perſuademus Rupertum, vt Wormaciam rediret, per nuncios inuitatum fuiſſe, eóque legitimam excuſationem afferente, quòd vberiorem in Boioaria meſſem nactus eſſet, alium ſubrogatum, qui Brunichildi anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio mortuæ ſuperuixit, peruenítque ad Principatum Dagobertinum, cuius initium cum anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo coincidit. Mirandum ſanè ſubit hoc loco, quòd huius quidem Epiſcopi nomen actáque obliuione ſepulta ſunt, ſed accepti à Brunichilde beneficij viget etiamnum apud Wormacienſes inſignis memoria, nec tot Auctores, qui tanto conatu Reginam oblatrarunt, impudentibus calumniis aſſequi potuerunt, vt incolæ multarum vrbium ac regionum, quas ſuo patrocinio fouit, ſuâque liberalitate locupletauit, ab eius laudibus abſtinerent.

V. AMANDVS EP. WORMACIENSIS REGNANTE DAGOBERTO.

Regnante iam apud Auſtraſios Dagoberto, cuius hic annus ſecundus numeratur, Wormacienſem Diœceſim adminiſtrare cœpit Amandus huius nominis ſecundus. Vt Clodoueus & Brunichildis, de quibus ſuprà, ſic & Dagobertus Wormaciam plurimùm dilexit, hic enim, teſte Bruſchio [c], ſedem

[a] Ad an. 577. nu. 52.

[b] In Catal. Archiep. Vvormac. n. 4.

[c] In Catal. Archiep. Vvormac. n. 10.

ſuam regiam extra muros illius ciuitatis eo ipſo loco habuit, vbi nunc eſt Neohuſium celebre Canonicorum Cullegium. Agemus iterum de Amando Epiſcopo, cuius hîc meminimus. Caue ne cum illo alterum confundas Amandum, Epiſcopum Traiectenſem *, Ioannis Agni, qui ſedere cœpit hoc anno, ſucceſſorem.

AN. CH. 623. CLOTAR. II. R. 40. DAGOB. R. 2.

* de Maſtrich.

VI. EBREGISVS EP. TRAIECT. MORITVR.

Ebregiſum ſiue Euergiſum Traiectenſem Epiſcopum, quem Henſchenius obſeruat coli quinto Kalendas Aprilis, hoc anno mortuum affirmamus, tum quia quatuordecim annis Pontificatum geſſit Auctoribus Ægidio & Cratepolio, tum quia teſte Ægidio in viuis erat cùm Clotarius Rex Pipino Duci Dagobertum filium commendauit, quod anno priori factum fuiſſe probauimus, & Sigebertus Ioannem, Ebregiſi ſucceſſorem, Auſtregiſillo Epiſcopo, cuius obitum anno ſequenti referemus, ſynchronum ſic conſtituit. *Florebant in Galliis Auſtregiſillus Bituricenſis Epiſcopus & ſub eo Sulpicius, Chunibertus Colonienſis, & Ioannes Tungrenſis*, id eſt, Traiectenſis, nam Tungris Traiectum tranſlata eſt Sedes Epiſcopalis, & Epiſcopos, qui Traiecti ſederunt & à Traiecto Traiectenſes dici debent, recentiores Auctores à Tungris, vbi Sedes Epiſcopalis primùm fuit, Tungrenſes minùs propriè vocant. Sepultus eſt Ebregiſus in villa Diœceſis Colonienſis, cui nomen Trunomia *, vbi vſque ad tempora Brunonis Colonienſis Archiepiſcopi tumulatus iacuit, vt ex Anſelmo refert Fiſenus in Floribus Eccleſiæ Leodienſis [a].

* Dortmund.

[a] Part. 2. Paralip. in Ebregiſo.

VII. SVCCEDIT IOANNES.

Sancto Ebregiſo ſuffectus eſt Ioannes Agnus, cui animi manſuetudo id nominis dederat. Vitam rure agebat innocentem, tam à vitiis omnibus quàm rerum humanarum turbis & omni ambitione alienus. Veterum Patriarcharum ſanctis inſiſtens veſtigiis agros colebat, vt quo labore corpus domabat, eodem mentem excoleret puriorem. Ita quas à maioribus opes non paruas, generiſque claritudinem acceperat, illuſtriore augebat animi nobilitate. Fortè cæleſtium rerum intentus meditationi per agros ſuos obambulabat Tihonij (paternum hoc illi prædium ſub vrbe Hoienſi non procul dexterâ Moſæ ripâ) occurrit peregrini hominis ſpecie Angelus, nuntiauitque diuinæ mentis conſilio deſtinatum eſſe ipſum Taiectenſibus Epiſcopum. Obſtupuit tam inſolenti nuntio Ioannes, qui ſe omnibus diceret doctrinæ præſidiis deſtitutum, imò & coniugio profanum, quódque caput eſſet, virtutibus iis omnibus nudum, quæ maximè ſunt ad tantam dignitatem neceſſariæ. Sed iis nihil illum magis ornare potuit quàm ſyncera huiuſmodi confeſſio. Perſtat ille nihilominùs, & negat Epiſcopum ſe priùs futurum, quàm ſcipio, quem mano tenebat, frondeſceret in arborem ac fructus proferret. Dixerat, ſimúlque terræ baculum infixerat, en ſubitò radices agit exſuccum aridúmque lignum, ramos diffundit, frondes aperit, profert fructus. Hæc ex Harigero & Ægidio refert Fiſenus. In Codice autem peruetuſto, qui in arce Hoyenſi ſeruatur, lignum quod Ioannes humo infixit, dicitur poma protuliſſe ſuauiſſimi odoris, quæ ab eo tempore poma ſancti Ioannis, ab hoc videlicet Ioanne ſunt appellata, teſtibus Huutemio, Molano, Chapeauillo & Fiſeno. Hoc prodigium medio vere contigit. Ioannes factus Epiſcopus vxorem quam priùs duxerat, in ſanctimonialem conſecrauit, vt obſeruat Cratepolius. Profectus eſt deinde Romam, id ex ſancti Mononis vita conſtat, quam Surius [b] edidit ex officio Naſſonienſi, Latiniorem verò reddidit Fiſenus. Fuit Monon oriundus è Scotia ſiue Hibernia, præſtantique virtute conſpicuus. *Poſt traductam precibus aliquando inſomnem noctem, obdormiſcenti adfuit Angelus, nuntiauitque Deo placere, vt in Gallias tranſiret, & locum Arduennâ ſyluâ medium perquireret, quem præterfluit Naſania fons & ab incolis Nidier nuncupatur, ibi quod vitæ ſupereſſet, ageret. Vt primùm hunc è cælo nuntium accepit Monon, obſtupuit ſanè, & Deum rogauit, vt ſi certa hæc eſſet illius voluntas, eundem ad ſe perferri nuntium iterum ac tertiò iuberet. Quod vbi impetrauit, neque iam vllus dubitationi locus relinquebatur, iter ingreſſus eſt, illud ingeminans. [Vias tuas Domine demonſtra mihi; & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate, & doce me, quia tu*

IT ROMAM.

[b] d. 18. Oct.

AN. CH. 623. CLOTAR. II. R. 40. DAGOB. R. 2.

REDEVNTI OCCVRRIT MONON DIACONVS.

es Deus ſaluator meus, & te ſuſtinui totâ die.] *Cùm mare tranſmiſiſſet, inceſsit eum cupido priuſquàm commonſtratum ab Angelo locum perquireret, inſtituendæ peregrinationis ad limina Apoſtolorum. Eo in itinere Ioannem Agnum Epiſcopum Tungrenſem obuium habuit, qui Româ rediens iam Alpes reliquerat. Interrogatus ab illo vnde, quò tenderet, quid acturus deinde; cum reſponſis animi candorem, integritatem vitæ, contemptionem terrenorum, cæleſtium prætulit deſiderium, vt hominis captus ſanctitate Ioannes (morum enim ſimilitudine ſanctitatéque potentius nihil ad amicitiam conciliandam) rogarit, poſt iter Romanum ad ſe reuerteretur; demonſtraturum ſe locum, ad quem à Deo mittebatur.* Monon Leuitico iam Ordine tunc erat ſublimatus.

a Ap. Surium die 12. Nou.

REMEDIVS EP. COLON. OBIT. SVCCEDIT CVNIBERTVS

VIII. Cunibertus ex Archidiacono Treuirenſi, vt in eius vita [a] legitur, cùm Dagobertus iam regnaret, *nutu Dei Remedio Epiſcopo Coloniæ*, cuius mors decimo-quinto Kalendas Februarias in Necrologio Colonienſi notatur, *ſucceſſor electus, ſeptimo Calendas Octobris gradum Epiſcopalis benedictionis aſcendit*, hoc vtique anno qui literâ Dominicali B præditus fuit. Poſt biennium interfuit Concilio Remenſi, vt ex Flodoardo recitabimus. Atque inde colligimus ſpuria & commentitia eſſe quæ de illius pueritia ſub Dagoberto Rege narrantur. Piis ac nobilibus parentibus in Prouincia Moſellenſi natus eſt patre Crallone & matre Reginâ, præclararum virtutum exhibuit egregium ſpecimen à pueritia, ſed virilem ætatem attigerat, & Archidiaconus erat Treuirenſis, cùm Dagobertus anno ſuperiore regnum Auſtriæ ſuſcepit, Archidiaconatûs enim officio per aliquot annos functus dicitur.

EX ARCHIDIACONO TREVIR.

MONAST. THEOLOG. CONDITVR.

* Tholey.

IX. Hiſce temporibus, Dagoberto Auſtraſiorum Rege expenſas ſub initium ſui Principatûs præbente fundatum eſt in Diœceſi Treuirenſi Monaſterium Dologienſe ſiue Theologienſe, de quo ſic Browerus. *Oppido ſancti Wendelini proximum, loco nemoroſo, & floridis pratis amœno ſitum eſt. Doleiam ſiue Tabuleium * placet appellaſſe veteres, ceu ſectis inſtar tabularum & in quadrum aptis lapidibus eius prima ſtructura ſurrexiſſet; nos verò Theologium, quòd frequens ibi de diuinis rebus commentatio, tum inſignis etiam olim ſacris addiſcendis litteris erecta ſchola, nuncupatum didicimus. Poſita verò eius Cœnobij fundamenta primis Dagoberti regni annis, Modoaldo Treuirorum Archiepiſcopo ſtudium atque patrocinium eam in rem ſuum conferente, cùm priuatis eius loci documentis, tum publicis etiam litteris, quæ beati Pauli res geſtas continent, demonſtrari poteſt.* Huius Pauli, qui poſt Godonis mortem, vt ſuo loco dicemus, Epiſcopatum Virodunenſem obtinuit, primordia ſic à Trithemio & Waſburgio referuntur. *Paulus ſuper montem Gebennam, in oppoſito ciuitatis Treuericæ trans pontem Moſellæ fluminis vitam duxit heremiticam. Deinde veniens ad memoratum Dologienſe Cœnobium Monachus factus eſt, & poſtremò Epiſcopus Virdunenſis ordinatus, priſtinæ ſanctitatis normulam in omnibus fideliter cuſtodiuit. Mons Gebenna dictus anteà, nomen ab eo ſuſcipiens, Pauli mons vulgariter Paulsberg nuncupatur vſque ad præſentem diem.* Errant qui Dologienſe Monaſterium aut anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo, aut à Clotario Dagoberti patre fundatum ſcribunt, nec aliâ nituntur ratione, quàm quòd Paulum volunt Epiſcopum fuiſſe, priuſquàm Dagobertus in Auſtraſia regnaret, atque vt id perſuadeant, Godone prætermiſſo, quem Remenſi Concilio anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto ſubſcripſiſſe ex Flodoardo [b] probabimus, Paulum Hermenfrido ſub Clotario Rege perperam ſufficiunt. Errant etiam qui Cœnobij Dologienſis initia differunt in annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſeptimum, nam Paulus antequàm Epiſcopus fieret, multis annis in illo Monaſterio vixit. De Dologienſibus Abbatibus variæ produntur ſententiæ. Bruſchius ait primi nomen intercidiſſe, nec deeſſe tamen qui Wandelinum pro primo Abbate habeant. Quidam ſecundum locum Paulo tribuunt, tertium Grimoni. Nonnulli omiſſo Paulo Grimonem Wandelino ſubrogant. Facilè aſſentimur iis qui Wandelinum Theologij primum Abbatem & Grimonis deceſſorem agnoſcunt. Browerus [c] cùm de Cœnobij Theologienſis ortu agit, ita ſcribit de Wandelino. *Peregrina*

b Lib. 2. cap. 5.

WANDELINVS PRIMVS ABB.

c Lib. 7.

AN. CH. 623. CLOTAR. II. R. 40. DAGOB. R. 2.

non minùs quàm domeſticæ ſanctimoniæ gloriâ Treuirenſe ſolum abundabat. Huic ex longinquo ſe intulerat magno pietatis ardore, ſed famâ mirandis editis operibus illuſtriore, ſanctus Wandalinus, origine Scotus, & regiâ, quod fama datur, ſtirpe procreatus. Hunc & patriæ cæleſtis amore, & ſoli natalis faſtidio, vt quod Chriſti deſiderio poſtponeret, in illam ferunt Treuirorum regionem delatum, quam Weſterreichum, ſeu Occidentale regnum, appellamus; ibi viro nobili, præclaro ſtudio vincendi ſui, operam locaſſe paſcendis ſuibus, oblitúmque generis ac natalium, haud grauatè perſonam induiſſe ſubulci, tantóque religionis æſtu, cultui diuino ac reliquis vacaſſe piæ mentis exercitiis, vt ad inediam, aſſiduas obſecrationes & peruigilia, nullum diurni nocturníque temporis ſpatium intermitteret. Breuiùs ac magis ad rem noſtram Sauſſaius [a] decimo-tertio Kalendas Nouembris. *Hic ex regali Scotorum genere procreatus, cuncta ſæculi illicia deſpiciens, in Galliam, liberiùs vt Chriſto in humilitate ſeruiret, tranſmeauit, Monachúſque factus cùm non fucatæ ſanctimoniæ claritate polleret, ab ipſo Rege Dagoberto illic*, nempe in Monaſterio Theologij, *Abbas primus conſtitutus eſt.* Beati Pauli vita quam Surius & Bollandus ediderunt [b], non exarata fuit ab Authore ſynchrono, in ea enim citatur Berthaꝛius Presbyter, qui breuiarium Virdunenſium Epiſcoporum decimo ſeculo conſcripſit, opere tamen illo non ſemel vtemur, quia deſunt alia melioris notæ, ſed vbi menda occurrent, ea diligenti ſtudio corrigemus. Illic mentio fit Pauli, cùm Anachoretæ in Voſego monte, tum Cœnobitæ in Monaſterio Tabuleienſi, reticetur autem nomen Abbatis in cuius diſciplinam ſe tradidit, ideóque quidam nomen primi Tabuleienſis Abbatis intercidiſſe credunt. Illic quoque Paulus ante Pontificatum ita laudatur, vt quamuis Abbas haud vocetur, Abbas nihilominùs habeatur à multis. *Amabatur ab omnibus*, inquit Author vitæ, *venerabantur vniuerſi, placebat cunctis, nimióque affectu pro ſua ſanctitatis reuerentia, excepto nomine Paſtoris, colebatur vice magiſtri. Sed ne tanta virtutum copia inanis eſſet & vacua, neque lucerna tot radiorum facibus accenſa ſub modio celaretur abdita, verùm cunctis in domo Dei luceret propoſita, cœperunt ad eum ex longinquis terræ partibus, auditâ de eo famæ opinione, multi confluere, & ſe eius magiſterio non ſolùm mediocrium filij, ſed & præpotentum ac nobilium generoſitate progeniti, vnanimes connolare, Grimo namque, qui & Adalgiſilus, nepos Dagoberti Regis, pro amore cæleſtis patriæ, cunctam huius mundi gloriam pro nihilo ducens, illius ſe doctrinæ ſubdidit imbuendum, cuius vitam & actus, velut agrum vernantem diuerſorum varietate florum, cuíque benedixit Dominus, didicerat à compluribus odore omnium confragrare virtutum. Cuius dilectioni repentè ſic inhæſit, vt nullo modo, niſi morte præuentus, ab eo poſſet diuelli. A quo introductus in campos Scripturarum, in tantùm profecit breui, vt diſciplinâ & moribus æquipararet magiſtrum. Idem etenim Monaſterium Tabuleium ſeu Theologium, hæreditario iure proprietati competebat Grimonis, in quo, vt in proprio, licentiùs cum magiſtro commorans, de gramine virtutum centuplicatum retulit fructum, adeò vt ad Diaconatûs tunc temporis pertingeret gradum.* Qui Paulum in Abbatum catalogo collocant, aiunt eum ab initio quidem non præfuiſſe reliquis cùm *pro ſua ſanctitatis reuerentia, excepto nomine Paſtoris*, id eſt, Abbatis, *colebatur vice magiſtri*, ſed addunt eum Abbatem poſteà fuiſſe, cùm *cœperunt ad eum ex longinquis terræ partibus, auditâ de eo famæ opinione, multi confluere.* Alij, quibus aſtipulandum remur, ex textu ſuprà recitato nihil aliud colligunt quàm Paulum ſcholæ literarum præpoſitum fuiſſe, qui Grimonem ceteróſque adoleſcentes ſacras Scripturas doceret. Grimonem quidam nepotem Dagoberti, non pauci fratrem, eruditiores conſanguineum rectiùs appellant, nullum enim Dagoberto fratrem præter Charibertum fuiſſe legimus in antiquis monumentis, & habitâ ætatis ratione auum Grimonis exiſtimare non poſſumus Clotarium Regem, qui lucis vſuram ante annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum non accepit.

[a] In Supplem. Martyr. Gall.

[b] Die 8. Febr.

PAVLVS FIT MONACHVS.

PRÆFICITVR SCHOLÆ.

ERVDIT GRIMONEM.

X.

BERTCHRAMNVS EPISCOPVS CENOMAN. MORITVR.

In Neuſtria Bertchramnus Cenomanenſium Epiſcopus, hoc anno, Epiſcopatûs triceſimo-ſeptimo, vitæ ſeptuageſimo, migrauit ad Deum pridie Ka-

AN. CH. 623. CLOTAR. II. R. 40. DAGOB. R. 2.

lendas Iulias. Feſtiuitas tamen illius celebratur octauo Idus Iunias, qui dies Tranſlationis fuit. Lege Coruaiſierum & Bondonnetum in Hiſtoria Cenomanenſium Antiſtitum, & annos triginta-ſeptem qui Pontificatui Bertchramni in Chartulario Cenomanenſi tribuuntur, noli iuxta Bondonneti ſententiam completos interpretari, ita vt cenſeas illum annis triginta-ſeptem ſéxque menſibus ſediſſe, ſed incompletos, itaut illi aſſignes tantùm in Epiſcopatu triginta ſex annos cum dimidio. Sedes ad annum vſque proximum vacauit.

XI. BETHARIUS EP. CARNOT. OBIT.

Peruenit ad hæc tempora Betharius Carnotenſis Epiſcopus, obiit enim *longo iam æuo fatigatus*, vt Authot vitæ in Codice Vindocinenſi ſcribit, puer autem in Franciam venerat Eccleſiam Carnotenſem adminiſtrante iam Pappolo, qui Pontificatum ante annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſeptimum haud conſecutus eſt. Colitur ſanctus Betharius quarto Nonas Auguſtas. *Eius nomine inſignita etiamnum Eccleſia inter Bleſas & Vindocinum cernitur. Pretioſæ autem eius exuuiæ hodiéque coluntur in matrice Eccleſiæ Carnotenſi, vbi conditæ ſunt retro ſummum altare in antiqui operis hierotheca.* Hæc Sauſſaius, qui perperam Betharium Clotario tertio & Theodorico tertio Regibus ſynchronum facit, mortuúmque tradit anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-nono. Succeſſit in Epiſcopatum Bertegiſelus, qui Concilio Remenſi poſt biennium ſubſcribet ſuperſtite adhuc Clotario ſecundo Rege.

XII. DESIDERIUS EP. AUTISS. OBIT.

VARIIS ECCLESIIS MULTA DONA CONCESSIT.

Deſiderius Autiſſiodorenſis Epiſcopus, *feliciter vitæ peracto tempore plenus virtutibus migrauit ad Chriſtum ſub die* VI. *Kalend. Nouemb.* cùm ſediſſet *annos* X. *&* VIII. *dies* XXV. *& ſepultus eſt iuxta S. Aunarium in Baſilica Beati Germani*, vbi quieſcunt anteceſſores omnes quorum hactenus meminimus. Res ab eo Baſilicæ ſancti Stephani traditas iam recenſuimus, ſupereſt vt quas ceteris Eccleſiis contulit hîc enumeremus. Inprimis Baſilicæ ſancti Germani, vbi corpus ſuum ſepeliri decreuerat, tot dedit vaſa, tótque miſſoria, vt ſi centum addas auri puriſſimi ſolidos, quos ad ſuam ſepulturam exornandam cum corpore ſuo deferri præcepit, ſint *in ſumma lib.* CXIX. *& unc.* V. Contulit eidem Baſilicæ *prædia ſui iuris, hoc eſt Bringam in pago Senonico cum ædificiis, mancipiis, vineis, terris, ac omnibus appendiciis ſuis. Item Roboretum in eodem pago cum appendiciis ſuis. Agrum Seſſiacum ſitum in territorio Autiſſiodorenſi, quem ipſo ſuggerente Domina Ingundis* (meliùs Bertetrudis) *Regina Baſilicæ Domini Germani delegauit, atque ſuo Præcepto habendum confirmauit. Ipſe ſanctus Epiſcopus vſufructuarium vitæ ſuæ tempore eâdem Reginâ iubente poſſedit, & poſt obitum ſuum vt abſque vllius conſignatione vel iudicio iam dictæ Baſilicæ Domini Germani reciperet, præcepit. Item agellum Feriolas ſitum in pago Antiſſiodorenſi ſuper fluuiolum Lupa cum ædificiis, pratis, ſyluis, cum grege armenſi & grege porcorum eidem Baſilicæ ad Xenodochium pauperum delegauit. Item dedit in pago Sanctonico villas Saturiacum & Vrſionem cum ædificiis, mancipiis, ſyluis ac vniuerſo apparatu eorum, necnon & areas cum domibus ſuprapoſitis tam in Metullo quàm in vrbe Senonica, quas de Vigiligunde matrona dato pretio comparauit. Dedit item per manus Palladij tunc Presbyteri & Baſilicæ Domini Germani Abbatis, poſtmodum verò ſui in Epiſcopatu ſucceſſoris, eidem Baſilicæ Orgiacum & Mareiacum, cum omni integritate ad ſe pertinente, ſimúlque Nantillam & Pociacum cum omnibus ædificiis, mancipiis, vineis, plantis nouis, & vniuerſis appendiciis eorum. Nam & Dominus Clotharius Rex ſimúlque eius nobiliſſima coniux Domina Ingundis* (rectiùs Bertetrudis) *Regina per manus eiuſdem Domini Deſiderij Epiſcopi, eandem Baſilicam magnis & optimis ornauerunt donariis; fredam verò, quæ ſacratiſſimo corpori eſt ſuperpoſita, Rex auro argentóque mirificè decorauit, Regina nihilominùs calice ſimúlque patenâ ex auro puriſſimo gemmis pretioſiſſimis exornato deuotiſſimè honorauit. Cæterùm Baſilicæ Domini Amatoris dedit villam nominis Talonenſem ſitam in pago Autiſſiodorenſe, cum ædificiis, mancipiis, terris, cum pecoribus & gregibus equarum & porcorum, & omnibus appendiciis ſuis. Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ eſt in ſuburbano ciuitatis Autiſſiodorenſis, agellum, qui nuncupatur Brittoilus, ſitum in pago Autiſſiodorenſi cum ædificiis, mancipiis, ſyluis, terris, cum gre-*

AN. CH. 623.

CLOTAR. II. R. 40.

DAGOB. R. 2.

gibus porcorum & equarum & omnibus appendiciis ſuis. Monaſterio quod Dominus Germanus Pontifex ſuper ripam fluminis Ichanna conſtruxit, vbi bona recordationis Dominus Marianus Confeſſor requieſcit, Villarem qui appellatur Capelinarius, ſitum in pago Autiſsiodorenſe ad integrum cum pecoribus & gregibus porcorum. Baſilica Domini Iuliani Martyris vbi Niginaldus Abba praerat, villam in pago Watinenſe, qua appellatur Manſiones Tendbaldi, ſeu Villaris Auroli, cum adificiis, mancipiis, pratis, cum pecoribus & gregibus porcorum & cateris appendiciis ſuis. Monaſterio puellarum, quod in honore Domini Martini vltra fluuium Ichanna eſt conſtructum, agellum, qui appellatur Necariola, quem de Eperia ſanctimoniali fœmina dato pretio comparauit, cum adificiis, mancipiis, terris, pratis, ſyluis & cateris appendiciis ſuis. De Baſilica quoque Sanctorum Martyrum Geruaſij & Protaſij, ita in teſtamento ſuo poſuit; Baſilica Dominorum Sanctorum Martyrum Nazarij, Geruaſij, Protaſij & Celſi pueri, quem Marinus Diaconus noſter pro noſtro ſolatio adificare videtur, vbi etiam & reliquias eorumdem Martyrum condidimus, agellum, cuius vocabulum eſt Briennico iuxta agrum Nanturiaceuſem, quem cum bona recordationis Domino Euodio quondam Epiſcopo Trecenſi *commutauimus, ſimulque Accolatum ſupra fluuium Chora poſitum, ſicut à nobis praſenti tempore poſsidentur, ad iam dictam Baſilicam pro anima noſtra remedio decreuimus eſſe donatos ad ipſam Baſilicam, vel ibidem deſeruientibus perpetualiter poſsidendos. Nam his ſupraſcriptis Monaſteriis vnicuique Baſilica ſancta Columba & ſancti Leonis, qua ſunt conſtructa iuxta Senonicam vrbem, agellum, qui vocatur Viſcla, ſitum in eodem pago, cum adificiis, terris, ſyluis & vniuerſis appendiciis ſuis; eâ ratione, vt rectores harum Baſilicarum eandem villam aquâ ſorte inter ſe diuiderent. Baſilica quoque Domini Vrſicini Biciriuſenſis, Beati Germani quondam diſcipuli, agellum de villa materni boni, ſitum in territorio Autiſsiodorenſi, cum adificiis & mancipiis ac terris ad integrum. Item dedit Baſilica ſancti Amantij qua eſt extructa in pago Cadurcino ad ſtipendium Monachorum ibidem Deo ſeruientium, vbi & genitrix ipſius, ſicut iam ſuprà meminimus, corpore requieſcit, villas vel pradia, quorum hac ſunt vocabula, Marciriacum & alterum Marciriacum cum appendiciis eorum, Lintiniacum, Concluſam, Vltraridam, Siniriacum, Augiriacum, Teponniacum, Vetrarias, Quintiacum, & Cremonem, qua ſunt ſita in pago Cadurcino, cum adificiis, mancipiis & omnibus appendiciis eorum. Item villam Criſpiniacum ſitam in eodem pago eâ ratione diſtribuit, vt duas partes Baſilica ſancti Amantij acciperet, tertiam verò Baſilica qua ad Sanctos Brittones dicitur, vbi Epiſcopi corpore requieſcunt, vendicaret. Item agrum, qui appellatur Caſsinatus, in eodem Cadurcino territorio conſiſtentem, cum omnibus appendiciis ſuis. Item portionem de atro Macrinio & Reclinis ſitum in territorio Albienſi, cum adificiis, vineis, mancipiis & cateris appendiciis ſuis. Item in pago Rotomenſi Vallem Catemariam, Verſellas, Groſſumniagum, Siacum & Atratum, cum adificiis, mancipiis, & omnibus appendiciis eorum. Item Vitaliacum ſitum in pago Cadurcino cum omni integritate. Prattereà dedit & Baſilica ſancti Saturnini Martyris, qua eſt ſita in ſuburbano Toloſana ciuitatis villam, qua vocatur Siluiniacus, ſitam in eodem pago, cum omni integritate & appendiciis ſuis. Similiter & agrum Melgiacum ſitum in eodem territorio, cum adificiis, mancipiis, terris, & cateris appendiciis ſuis. Dedit item ſeniori Eccleſia Cadurcina villam quam Betto tenuit, & ipſe ex Regum munificentia accepit, ſitam in territorio Burdigalenſi, cum adificiis, mancipiis, & vniuerſis appendiciis ſuis. Multa quidem & alia poſſedit, ſicut teſtamenti ipſius pagina manifeſtat, qua tam nepotibus, quàm cateris ſuis propinquis largitus eſt, ſed & mancipia non minùs duo millia permiſit eſſe ingenua, quibus & ea qua ad praſens poſsidere videbantur, ad proprium habere permiſit.* Huc vſque Hiſtoria [a] Epiſcoporum Autiſsiodorenſium, in qua Bertetrudem Ingundis loco legendam monuimus, ne laberemur in errorem Herici Monachi, qui Deſiderium Autiſsiodorenſem Epiſcopum Clotario primo, Clotildis Reginæ filio & Ingundis marito ſynchronum finxit [b]. Colitur ſanctus Deſiderius ſexto Kalendas Nouembris [c]. Agemus anno ſequenti de illius ſucceſſore.

[a] Cap. 10.

[b] De Mir. S. German. l. 2. cap. 27.

[c] Martyr. Gallic.

XIII. EPISCOPI TRECENS.

Euodius Epiſcopus, quocum Deſiderius Autiſsiodorenſis Epiſcopus res

quaſdam commutauit, alius ab Euodio Epiſcopo Ttecenſi cenſeti nou debet. Il-
AN. CH. lis enim tempotibus in Galliis ſola Trecenſis Eccleſia Præſulem habuit qui vo-
623. caretur Euodius. Hic ſedit poſt Agræcium, quem Gtegotius Turonenſis [a] anno
CLOTAR. Childebetti Regis vndecimo, id eſt, anno Chtiſti quingenteſimo octogeſimo
II. R. 40. ſexto iu viuis ſuperſtitem fuiſſe ſctibit. Quot annos in Pontificatu tranſegetit
DAGOB. Euodius, haud ſcitut. Epiſcopatum iniit poſt annum Chriſti quingenteſimum
R. 2. octogeſimum-ſextum, vt ex Gtegorio Turouenſi Agræcium illius deceſſorem
[a] Lib. 8. c. 31. ad eundem annum laudante conſtat, obiſtque ptiuſquàm Deſiderius Autiſſio-
dotenſis Epiſcopus teſtamentum ſuum conderet, Deſiderius enim Euodium
antè mottuum docet his verbis, *bona recordationis* & *quondam*, quibus in ſuo
teſtamento ſic vtitur, *agellum, quem cum bona recordationis Domino Euodia quon-
dam Epiſcopo commutauimus*. Euodio ſucceſſit Modegiſilus, quem arbitramur
in viuis adhuc fuiſſe, cùm Deſidetius Autiſſiodotenſis Epiſcopus ad Deum
migrauit. In Antiſtitum Trecenſium catalogo, qui ptomptuario Trecenſium
* *Montiéra-* Antiquitatum ex Arremarenſi * Codice ptæfigitut, Agretio ſiue Agtœcio
mey. proximè ſubiicitut Lupus, tum Euodius & Modegiſilus. At Lupus, vt alio
loco probabimus, longè ſetiùs ſub Clodoueo Rege, Dagobetti Regis filio,
Pontificatum geſſit.

XIV. Demochates [b] in catalogo Archiepiſcopotum Senonenſium ſctibit Sene-
[b] De diu Miſſ. cium obiiſſe hoc anno, eóque mottuo reuecatum ab exilio Lupum, qui Se-
Sactiſ. cap. 17. dem vſque ad annum Chtiſti ſexcenteſimum triceſimum-primum tenuerit.
Sed nec diututnum fuit exilium Lupi, nec per eius abſentiam Senonenſes
alium Pontificem agnouetunt, de vtroque iam diſputauimus, nec etiam Lu-
pus ſuperſtes vixit Clotario Regi cuius mors anno Chtiſti ſexcenteſimo viceſi-
mo-octauo illigatut, imò migrauit ad Deum ptiuſquàm celebtatetur Conci-
lium Remenſe, cui ſucceſſot eius Richerius anno Chriſti ſexcenteſimo viceſi-
mo-quinto ſubſcripſit. Quæ de ſanctiſſimis viris, Lupo Epiſcopo Senonenſi
& Winebaudo Abbate ptope muros Ttecatum dicenda teſtant, captâ occa-
ſione ſimul congetemus, quia certis annotum petiodis non diſtinguuntur in
eotum vitis, quarum alteram cùm manuſcriptam tum à Sutio expolitam legi-
mus, altetam conſuluimus apud Camuzatum.

XV. *Quodam Dominica die in Odordone prædio Euchariſtiæ myſterium* Lupo Epi-
ſcopo *conſecrante, coram Sacerdotibus & Leuitis gemma calitus labebatur in cali-
cem inter manus illius, corporis & ſanguinis Domini commixtionem celebrantis.
Qua gemma radio micante pulcherrima diu apud Senones conſeruata, Rege iubente,
inter reliqua Sanctorum pignora in eius Palatio repoſita eſt. Clotarius Rex vbi com-
perit ſignum vel campanam ſancti Stephani ſonum edere gratiſſimum, iuſſit eam Pa-
riſios transferri, vt eius tinnitu ſæpiùs oblectaretur. Diſplicuit ea res beato Epi-
ſcopo. Itaque mox vt ablata eſt à Senonibus, omnem ſoni gratiam amiſit. Id Rex
intelligens ocyùs iubet ſuo illam loco reſtitui. Vbi autem ad pontem Syriacum ven-
tum eſt, rediit illi priſtinus ſonus, & ob ſancti viri merita ſeptimo milliario audi-
tus eſt. Illicò vir beatus in vrbe reſidens ſe dat itineri, progrediénſque in occurſum
eius cum pſallentium choris, quam dolens amiſerat, cum gaudio excipit, gratias
agens Deo. Sedente illo aliquando in vrbe Senonica ad prandium, per Spiritum ſan-
ctum cognouit virum Dei Winebaudum in Eccleſiam ſancti Stephani ingreſſum.
Surgit ergo à menſa relicto prandio, alacer ei pergit obuiam, quem nemo ei adue-
nientem nunciauerat, eum inter Eccleſiam beatiſſima Maria & ſancti Stephani
euntem abſolutâ oratione pacis oſculo excipit, & ad ſuum prandium ſecum abducit.
OBITVS Tandem ſentiens adeſſe tempus diſſolutionis ſua, in prædio Briennanenſi aduersâ
LVPI EP. correptus valetudine, Sacerdotibus ad ſe accitis, ſanctis eos ſermonibus exhortatur,
SENON. cunctiſque qui aderant lachrymas fundentibus ſanctum Domino ſpiritum reddidit.
Corpus impoſitum feretro diuinis canticis cingitur, ſequitur plangentium magna ca-
terua, &, vt ipſe iuſſerat, in ſtillicidio Baſilica ad pedes ſancta Columba traditur
[c] Ap. Surium ſepultura. Non enim auſi erant ſecus atque ille iuſſerat, facere.* Hæc Author [c] vitæ.
die 1. Sept. *Caduco morbo laborantibus ſingularis patronus in finibus ſuis eſſe, innumeris vtriuſ-*

que

que ſexûs collatâ ſanitate comprobatur, vt aſſerit Monachus Autiſſiodotenſis. AN. CH.
Brienonem oppidum & alia prædia ampliſſima hæreditatio iure ad ſe pertinen- 623.
tia Senonenſi Eccleſiæ teſtamento legauit. In eius memotiam tum ob ſanctita- CLOTAR.
tem tum ob liberalitatem Senonenſis Archiepiſcopus & Canonici die feſto il- II. R. 40.
lius, Kalendis Septembribus, in æde ſanctæ Columbæ conueniunt, & ſinguli DAGOB.
ceteum ponderis libræ vnius offerunt teſte Iacobo Tauello, qui præterea ob- R. 2.
ſeruat villam Andeſaginam, apud quam Lupus exulauit, hodie oppidum ſan-
cti Lupi vocari, vbi eius intetceſſione multa fieri miracula teſtatut Authot vi-
tæ. Sancto * Lupo in Epiſcopatum Senonenſem ſucceſſit Richerius, quem * *S. Leu.*
Flodoardus [a] ſcribit interfuiſſe Concilio Remenſi ſub Sonnatio. Ceterùm [a] Lib. 2. cap. 5.
ſanctam Columbam, ad cuius pedes beatus Lupus ſepeliri voluit, celebtant
Eccleſiaſticæ Tabulæ pridie Kalendas Ianuatias hoc encomio. *Apud Senonas,
ſancta Columba virginis & martyris, qua igne ſuperato in perſecutione Aureliani
Imperatoris gladio caſa eſt.*

Quod attinet ad Winebaudum Abbatem Tricaſſinum, quem, quoniam à XVI.
Gallomagno Epiſcopo Trecenſi Presbytet ordinatus eſt, hiſce temporibus WINEBAVDI ABBATIS.
prouectæ ætatis fuiſſe conſtat, vetus eius Hiſtoria quæ in ſacto Antiquitatum
Tricaſſinarum promptuario legitut, poſt varia miracula quibus ſuperſeden-
dum videtut, nihil habet hoc loco notandum, præter obitûs diem, qui fuit
octauus ante Idus Aptiles. Eiuſdem ſancti Winebaudi vitam in epitomen te-
degit Benedictus Gononus libro ſecundo de Vitis Patrum Occidenris.

Iiſdem temporibus Flauitus * multâ ſanctirate celebris enituit, qui à ſancto XVII.
Lupo Senonenſi Pontifice Preſbytet conſecratus eſt, vitámque ſolitariam & * *Flaui.*
eremiticam degit in Tricaſſinæ Diœceſeos oppidulo, quod Matcelliacum * FLAVITI
nominatur. Huius autem ſacræ corporis reliquiæ in Cœnobio ſanctæ Colum- EREMITÆ.
bæ ad muros Senonenſes conſetuantur, ibidémque eius memoriæ dedicata ſo- * *Marcilly.*
lemnitas decimo-qninto Kalendas Ianuarias celebratur. Lege Nicolaum
Camuzatum in fine ſui promptuarij. Multò plura, ſed abſque antiquo teſte
narrauit Deſguertoiſius, obſeruauitque partem teliquiarum in Cella * Mona- * *Monſtier*
ſterio prope Trecas cuſtoditi. *la Celle.*

Hoc anno Walericus Abbas obiit in ſuo Monaſterio prope oſtium Somonæ, XVIII.
tertio Idus Decembtis, die Dominico, ſub Clotario Rege. Tres illi Chara- WALERICI
ctetes, quotum primus apud Vſuardum, duo alij in vita ſancti Walerici tepe- ABBATIS.
riuntut, ſi ſimul iungantut, non alium annum ſuppeditate poſſunt quàm ſex-
centeſimum viceſimum-tertium, quia eo duntaxat anno ſub Clotarij Princi-
patu litera Dominicalis B menſe Decembri cucurtit, ex quo Walericus te-
licto Luxouio Cœnobium cœpit ad Somonam extruere. Mortem autem ſancti
Walerici ſic enarrat Author [b] propè æqualis ſæpè iam laudatus. *Cùm die quo-* [b] Ap. Surium die 1. Apr.
*dam Dominico ad ſuum Monaſterium reuertiſſet, abiit ad verticem montis, vbi
arbor erat vndique vepribus cincta, quo in loco furtinas Deo preces offerre conſue-
uerat. Aderant autem illi fratres quidam, in quorum præſentia certum deſignauit
locum, vnius capacem hominis, aítque ad illos, vbi de hac vita, Deo volente,
tandem deceſſero, hoc in loco ſepeliatis. Proximo inde Dominico die, carnis ſarcinâ
depoſitâ victor migrauit ad Chriſtum, atque iuxta illam arborem, vbi ipſe iuſſerat,
ſummo cum honore ſacrum eius corpus humatum eſt. Ad illam autem arborem,
vt ipſe retulit, ſanctus Bernardus Epiſcopus Sanctorum reliquias ſuſpendere ſole-
bat, quod vir Domini non aliunde quàm ex diuina reuelatione didicerat. Satis au-
tem ex his apparet, & diem obitûs & locum ſepulturæ ſua viro ſancto diuinitus
indicatum fuiſſe.* Agunt de illo Vſuardus tertio Idus Decembris, alij Kalendis
Aprilis, qui dies Tranſlationis fuit. Ceterùm Epiſcopus ille, nomine Ber-
natdus, ſiue, vt aliis placet, Bethardus aut Berhandus vel Bercundus, Deo-
dato in Epiſcopatum Ambianenſem ſucceſſerat.

Hoc eodem anno Synodum Matiſconenſem conſignamus, neqne ſeriùs XIX.
differendam quis opinabitut, ſi rectè perpendetit ſanctum Gallum, qui anno
Chtiſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, die decimâ-ſextâ Octobris ad Deum

AN. CH. 623. CLOTAR. II. R. 40. DAGOB. R. 2.

[a] Cap. 56.

CATALOGVS EPISCOPOR. MATISCON. CORRIGITVR.

[b] Lib. 5. c. 8.

migrauit, ſancto Euſtaſio; Sanctum Euſtaſium Agreſtino; Agreſtinum prædicto Concilio annum minùs diebus trigiota ſuperſtitem fuiſſe. Iacobus Sirmondus illud Concilium ſetiùs collocauit, quia Warnacharium Maioremdomûs, quem Fredegarius [a] anno Clotarij Regis quadrageſimo-tertio mortuum tradit, perperam confudit cum Warnachario hæretico, qui teſte Ionâ tempore Synodi Matiſconenſis interiit. Sedebat tum in cathedra Matiſconenſi Momulus, quantùm ex catalogo Matiſcoenſium Antiſtitum colligere licet. Apud Seuertium Euſebius, qui Concilio Matiſconeoſi ſecundo ſub Guntchramno Rege anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto interfuit, ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum-octauum ſediſſe perhibetur, deinde ſubiiciuntur Decius, Momulus, Florentinus & Deodatus, è quibus Decius dicitur Pontificatum tenuiſſe aooo Chriſti ſexcenteſimo-duodecimo, Momulus anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſeptimo & anno Chriſti ſexcenteſimo-triceſimo, Florentinus anno Chriſti ſexcenteſimo-quadrageſimo, & Deodatus regnante Clodouco Secundo cùm celebratum eſt Concilium Cabilonenſe cui ſubſcripſit. At Florentino locus tribui debet antiquior, quia Gregorius Turonenſis [b], cuius mors anno Chriſti qoingenteſimo nonageſimo-quinto contigit, ſancti Germani Pariſienſis Epiſcopi vitam à Fortuoato ſcriptam teſtatur, & Fortunatus in eadem beati Germani vita meminit Florentini ad Matiſconenſem Præſulatum iam prouecti, vnde colligimus poſt Concilium Matiſconeoſe, quod anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto coactum eſt, paucos annos vixiſſe Euſebiom, cui ſucceſſerit Florentinus, tum Decius, huic verò Momulus anteceſſor Deodati, qui decimo Kalendas Decembris, anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo, Dagoberti Regis decimo, fondationem Solemniacenſis Monaſterij ſuâ ſubſcriptione firmauit. Horum Præſulum memoria non extat in Martyrologiis, ſanctitas tamen à Seuertio prædicatur ob illuſtres titulos quibus inſigniuntur in antiquis Chartulariis Eccleſiæ Matiſcooenſis. Andreas Sauſſaius in Indice Sanctorum Galliæ topographico, quem Martyrologio Gallicano præpoſuit, ſub litera *M*, & vocabulo *Matiſcone*, cur hos Antiſtites ſanctitate conſpicuos ac nonnullos alios eiuſdem ciuitatis, quorum Acta non receperat, in album Martyrologij non adſcripſerit, ita ſe excuſat. *Nicetus, Caledonius, Iuſtus, Euſebius, Decius, Momulus, Florentinus, Decius alter, tam ſanctitatis meritis, quàm rerum geſtarum titulis clari, Matiſcone inter Sanctos Epiſcopos numerantur & coluntur. Quos quia Natalibus carent compertis & Hiſtoriis Actorum, non potuimus in album huius Martyrology adſcribere. Hic tamen notati eluceant proximâ editione aptiùs reponendi. Potuiſſent tamen in Appendice, nomine tenus cenſeri, ſub proprÿ nominis primaria cuiuſque littera aut ſyllaba.* Hæc autem ſufficiant de Præſulibus Matiſconenſibus, in quorum catalogo ab anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto quo Euſebius Matiſconenſi Coocilio interfuit, ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-primum quo Deodatus fundationem Solemniaci ſuo ſigillo corroborauit, nulla certa deprehenditur epocha. Nunc aggrediamur res geſtas in Synodo Matiſconenſi, de qua Ionas in vita Euſtaſij Abbatis ita ſcribit.

* de Genéue.

SYNODVS MATISCON. TERTIA CONTRA AGRESTINVM MONACHVM LVXOVIENSEM.

XX. *Agreſtinus velut cænoſa ſus grunniens, per quoſcunque potuit parilitatis ſuæ ſimiles abominabile murmur excitauit, annuente ſibi Appelino Genuenſis * vrbis Epiſcopo, qui ei conſanguinitate proximus erat. Hic denique Appelinus vicinos Epiſcopos ſingulatim ſibi iungere in auxilium Agreſtini niſus eſt omni ſtudio, itaut Regem Clotharium tentaret, ſi ſuæ partis aſſentator fieri voluiſſet. At ille ſciens, & experimento cognitam habens beati Columbani ſanctitatem, & diſcipulorum eius doctrinam, poſtquam diu redarguere tentauit grunnientis hæretici ſectam, nec praualere potuit aduersùs eam, ſtatuit vt Synodoli examinatione probaretur, non ambigens de auctoritate venerabilis viri Euſtaſij, quin omnes aduerſantes ſancta Regula ſuâ prudentiâ ſuperaret. Tunc emanantes Regali auctoritate, multi iam Burgundiæ Epiſcopi in ſuburbio Mataſconenſis vrbis conueniunt, inter quos maximus hæreticorum War-*

zacharius quidam, dum & ipſe fieri vellet aſſentator Agreſtinianæ partis, & ipſo die quando aduerſùs Euſtaſium altercatio futura erat, morte præuentus interiit, ſed nec eo terrore turbati cæteri conſautores aduerſæ partis, qui conuenerant, deductum in medium Agreſtinum depromere cogunt, quid contra Regulam Columbani vel Euſtaſij obiiciendum haberet. Tum ille trementibus labiis aſſiſtens, & nihil auctoritatis vel elucubrati eloquij habens, ait ſuperflua quædam, & Canonica inſtitutioni contraria in eorum ſtudiis teneri. AN. CH. 623. CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 2.

Agreſtinus initio diſputationis in Columbano & Euſtaſio tria reprehendit; quòd eorum diſcipuli cochleam, quam lambebant, Crucis ſigno crebrò ſignarent; quod in ingreſſu cuiuſlibet domûs intra Cœnobium, benedictionem poſtularent; quòd ſacra Miſſarum ſolennia multiplicatione orationum & collectarum celebrarent. Deinde adiecit quartum accuſationis caput, de quo poſteà. XXI.

Tribus prioribus obiectionibus audiris, *beatus Euſtaſius conuerſus ad ſuæ partis Epiſcopos dixit. Vos ô decus Sacerdotij probare debetis, qui in Eccleſiis veritatis ac iuſtitiæ ſeminarium diſtribuant, & qui veritati ac religioni aliena tradant. Quidquid enim à norma veri tramitis diſſentit, extra Eccleſiæ corpus ſegregari debet, veſtrum eſt diſcernere obiecta; an ſint à ſcripturarum ſerie aliena. Agreſtinus ait. Tuo ore nobis edicito, noſſe enim à te volumus, quod dignum ſuper hoc reſponſum reddas.* Hæc leguntur apud Ionam cum Euſtaſij reſponſionibus, quas ſingulis obiectionibus Agreſtini ſubiiciendas duximus. XXII.

Primò, Agreſtinus obiiciebat *cochleam, quam* Monachi Luxouienſes *lamberent, Crucis ſigno crebrò ſignari.* In Regula ſancti Columbani nulla extat ſanctio, quæ præcipiat id fieri, ſed in eius Pœnitentiali, quod ad annum Chriſti DXC. [a] deſcripſimus ac breuibus notis illuſtrare conati ſumus, pœna præſcribitur [b] aduersùs eum, qui cochleare, quod lambit, haud ſignauerit. *Qui non ſignauerit cochleare quod lambit, ſex percuſſionibus emendetur.* Monachi Luxouienſes non cochleæ modò quam lambebant, ſed rebus fermè omnibus, quibus erant vſuri, ſignum Crucis imponere conſueuerant. Et ne longè quæramus exemplum, ſanctus Columbanus eodem capite, quo cochleare ſignandum eſſe ſtatuit, hanc etiam de ſignanda lucerna præceptionem edidit. *Si non ſignatur lucerna, hoc eſt, cùm accenſa fuerit à iuniore fratre, & non exhibeatur ad ſeniorem ad ſignandum, ſex percuſſionibus emendetur.* XXIII.

[a] Num. 17. & ſeqq.
[b] Cap. 1.

Ad primam Agreſtini obiectionem Euſtaſius Abbas ita reſpondit. *Nequaquam reor contrarium eſſe Religioni cochleam quam Chriſtianus lambit, vel quodcumque vas aut poculum, Crucis ſigno muniri, cùm per aduentum ſigni Dominici pellatur peſtis aduerſantis inimici.* Conſtat vſum apud Chriſtianos antiquiſſimum eſſe, vt ad omnem actum ſignaculo Crucis ſe ſignarent. Inſignis eſt locus apud Tertullianum in libro [c] de Corona Militis. *Ad omnem*, inquit, *progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad cubilia, ad ſedilia, quæcunque nos conuerſatio exercet, frontem Crucis ſigno terimus.* Columbanus & Euſtaſius ſuis Monachis plura non præceperunt. XXIV.

[c] Cap. 3.

Secundò, Agreſtinus obiiciebat *in ingreſſu cuiuſlibet domûs intra Cœnobium, tam introeuntem quàm egredientem, benedictionem poſtulare.* Hæc ſanctio non habetur in Regula ſancti Columbani, ſed in eius Pœnitentiali, cuius tertium caput ſic inchoatur. *Qui egrediens domum ad orationem poſcendam non ſe humiliauerit, & poſt acceptam benedictionem non ſe ſignauerit, Crucem non adierit, duodecim percuſſionibus emendari ſtatuitur.* Et infrà. *Qui regrediens domum, orationem petens non ſe curuauerit intra domum, duodecim percuſſionibus emendetur.* In Monaſterio Luxouienſi plures erant domus, in quibus habitabant Monachi diuerſas velut in claſſes diuiſi, nemini licebat domo ſuâ egredi, niſi benedictionem cum oratione à Seniore ſuo ſeu Præpoſito priùs accepiſſet, adiiſſetque Crucem, ad quam pœnitentes etiam amandabantur, vt ſuo loco ex vita ſancti Lamberti Traiectenſis Epiſcopi probabimus. XXV.

AN. CH. 623. CLOTAR. II. R. 40. DAGOB. R. 2.

Ad ſecundam Agreſtini obiectionem Euſtaſius Abbas ita reſpondit. *Introeuntem Monachum cellulam vel exeuntem, benedictione armari, ratum duco iuxta Pſalmiſtæ vocem. [Dominus cuſtodiat te ab omni malo; cuſtodiat animam tuam Dominus; Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.] Licèt enim hoc ad vnumque Chriſtianum referatur, vt gratia Baptiſmi per fidem in Eccleſia ſeruetur, in eo videlicet qui ad eam ingreditur, & vſque*

XXVI. *ad finem perſeuerantiæ vigore firmetur, de quotidiano tamen motu, ſiue ingreſſu vel egreſſu ſeu progreſſu vnumquemque noſtrûm ſigno Crucis armari, vel benedictione Sodalium fas duco roborari.*

XXVII. Tertiò, Agreſtinus obiiciebat *Columbanum à cæterorum Eccleſiaſticorum more deſciſcere, & ſacra Miſſarum ſolennia multiplicatione Orationum vel Collectarum celebrare.*

XXVIII. Ad tertiam Agreſtini obiectionem Euſtaſius Abbas ita reſpondit. *Multiplicationem Orationum in ſacris officiis credo omnibus proficere Eccleſiis, quia dum plùs Dominus quæritur, plùs inuenitur, & cùm vberiùs oratione pulſatur, eò citiùs exaudire probatur. Nihil enim ampliùs deſiderare debemus quàm orationi incumbere, ſicut Dominus ſub Apoſtolorum numero hortatur. [Vigilate & orate ne intretis in tentationem.] Sic & Apoſtolus nos ſine intermiſſione iubet orare. Sic omnis Scriptura hortatur nos ad Dominum ſine ceſſatione clamare. Nihil equidem tam vtile, támque ſalutare, quàm Creatorem multiplicatione precum & aſſiduitate orationum pulſare.* Multiplex ac diuerſus Collectarum Orationúmque numerus non repugnabat conſtitutionibus Sanctorum Patrum, quibus id tantùm prohibitum fuerat, ne quis præſumeret Orationes in Eccleſia publicè recitandas ex ſua inuentione proponere.

XXIX. Apud Ionam *reſponſis* Euſtaſij ſuprà deſcriptis *confuſus Agreſtinus addit garrulitatis noxam. Calumniatur capitis comam ineptè præcidi, & ab omnium hominum more deſciſci.*

XXX. Ad quartam illam Agreſtini obiectionem Euſtaſius Abbas apud eundem Auctorem nihil reſpondet, exiſtimamúſque reuerà nihil eum reſpondiſſe, quia mera erat calumnia, quæ riſu potiùs excipienda videbatur quàm dicto refellenda. Sciebant omnes vſum apud Monachos eſſe receptum, vt qui Monaſticam vitam acturus eſſet, is comam priùs deponeret. Exemplum habes in Floro, qui regnante Theodoberto Primo Monachum induit in Monaſterio Glannafolienſi, longè antequàm Sanctus Columbanus ex Hibernia in Galliam veniret. Rem, vt geſta eſt, in Actis Beati Mauri ſic exponit Fauſtus. *Florus veniens ante ſacroſanctum altare, adſtante Beato Mauro & omni Congregatione, Rege quoque ex altera parte cum populi numeroſitate, qua cum illo venerat, ac cingulum militiæ, quo catenus vſus fuerat, deponens ſuper altare miſit. Cui, iubente viro Dei, Rex primus poſt eum de coma capitis eius totondit, deinde quicumque ex Optimatibus eius voluit.* Nihil illic alibiue geſtum *ineptè*, cùm quis attonſus eſt in Monachum, fruſtráque calumniabatur Agreſtinus in Cœnobio Luxouienſi *capitis comam ineptè præcidi, & ab omnium hominum more deſciſci.*

XXXI. Agreſtino ſic confutato atque deriſo, quis exitus Synodi Matiſconenſis fuerit, accipe ex Iona iam laudato. Hic Auctor teſtatur Euſtaſium ſermone ad Agreſtinum conuerſo ſic locutum eſſe. *In præſentia omnium horum, qui præſto ſunt, Sacerdotum, ego eius diſcipulus & ſucceſſor, cuius tu diſciplinam & inſtituta damnas, te ad diuinum iudicium cum eo intra præſentis anni circulum cauſaturum inuito, vt iuſti Iudicis examine ſentias, cuius famulum tuis detractionibus maculare procures.* Deinde quantæ fuerit auctoritatis hic ſermo, ſic oſtendit. *His dictis, metus quoſdam eorum qui Agreſtinianæ partis fautores erant, perculit, hortantúrque omnes, vt pacis nexu corda iungerent, & vt iſte temeritatis audaciam tolleret, & ille paterno affectu labentem piis correptionibus foueret. Ad hæc Euſtaſius. Veſtris, inquit, libens ſatisfacerem precibus, ſi miſera mens duritiam vacordia molliret, & correctis cauterio morbis vel antidoto viſceribus defectis, re-*

AN. CH. 623.

dux ad ſalutifera monita remeare nitatur. Cogentibus verò cunctis, Agreſtinus ſimulatam pacem poſtulat, quod poſteà actibus deprompſit. Euſtaſius verò mitis animi ſuaſione flexus poſcentium pacem tribuit, & pacis oſculum illi porrexit.

Clotar. II. R. 40. Dagob. R. 2.

XXXII. Cùm autem in hac Synodo Matiſconenſi Tertia nunquam obiectum ſit ab Euſtaſio Agreſtinum Schiſmaticum eſſe & ab Eccleſiæ Catholicæ communione ſeparatum, vtique par eſt credere ipſum ante iudicium, vt illic agere poſſet, quoquomodo palinodiam recantaſſe, alioqui illi pacem dari refragante ſententiâ Apoſtolicâ, ex qua nec *Aue* ei dicendum erat, nequaquam iuſſiſſent Epiſcopi, neque Euſtaſius implere curauiſſet.

XXXIII. *Vix ad internallum breuis ſpatij manifeſtam vaſaniam ſuam Agreſtinus verecundiæ metu repellens, cœpit iterum Monaſteria tentare, & ſub ſpecie diſcipuli pretium proditionis taxare. De quibuſdam ſacræ religionis Regulis ab eis neglectis, tam Amatus quàm Romaricus ab Euſtaſio obiurgati fuerant. Laſos ergo eos vt præſenſit Agreſtinus, exaſperatas mentes ſuis aſſertionibus iungere volens, ſtimulauit venenata verba ſanas mentes recipere, & in contemptum Regulæ Columbani propriam vaſaniam propagare. Proh dolor! exitiale vas ac lethiferâ doctrinâ repletum, ſanas mentes diabolicâ inſaniâ maculauit. Abiectis etenim priſtinis inſtitutis, rudibus conati ſunt præfati iam viri inſtruere plebem doctrinis. Deinde nefandus Agreſtinus ad venerabilem matrem Burgundoforam iter dirigit, vt etiam illam ſuis ſtimulationibus, ſi valuiſſet, macularet, quem beata virgo Chriſti non fœmineo more ſed virili confudit reſponſione. Confutatus famulæ Dei increpationibus, rurſus ad Romaricum & ad Amatum repedat, vt cœptum opus erroris ad effectum nequitiæ perducat.* Hæc Ionas loco iam citato. Idem Author in vita Sanctæ Burgundoforæ multa narrat miracula, quæ in Monaſterio Euoriacas cui illa præerat, Deus operari voluit. Eiuſdem Burgundoforæ precibus ac colloquiis attribuenda eſt Faronis fratris conuerſio, de qua ſub hoc tempus in vita ipſius Faronis hæc leguntur [a]. *Cùm apud Clotarium Regem multa præclarè gereret, ſororem Faram virginem Sanctiſſimam cognouit magno ipſius videndi deſiderio teneri. Acceſſit igitur ad eam, & in tantùm familiari eius colloquio ſapientíque oratione permotus eſt, vt ampliſſimos Palatij honores Regiſque ſingularem amicitiam ſibi negligendam putarit, ipſiúſque coniugij oblectamenta, adhuc vigente iuuentutis flore, reſpuerit, & conſentiente vxore Blidechilde Eccleſiaſtico Ordini ſe adiunxerit, Eccleſiam beati Stephani Meldenſis, quæ tum magnâ premebatur paupertate, multis villarum opibus ditarit, ſancta quoque Faræ Cœnobium magnificè ſublimarit, & non ciues modò ſed etiam peregrinos & exules ſuis facultatibus ſuſtentarit. Neque illud ſilentio premendum putamus, quâ virtute animi & prudentiâ, cùm iam ſacrum Chriſto ſeruitura accepiſſet velamen coniunx eius Blidechildis, beatiſſimi viri tentationem, ab inuido & maligno dæmone illi iniectam extinxerit. Cùm enim illa ſanctimonialis in propria quadam villa ſua Deo famularetur, beatus Faro in memoriam rediit amoris & pulchritudinis eius. Itaque miſit ad eam, iubens vt ad ſe veniret. Illa vt audiuit, non eſt mota loco. Miſit iterum, & nec ſic quidem venire voluit. Vbi autem tertius venit nuncius, ſentiens illa ſancti viri animum pertinacem, vt & ſuæ & illius pudicitiæ conſuleret, depoſuit veſtes, quæ cultiores videri poſſent, capitis totondit pilos, induénſque ſe cilicio, eâ deformitate ſe ei viſendam obtulit. Ille verò tali eam habitu & ſpecie contemplatus, vehementer exhorruit, dolens ſe tentationi eatenus ceſſiſſe, multúmque admirans fœminæ ſingulari prudentiâ ab illicito opere ſeſe reuocatum.*

Agreſtinus decipit Amatum et Romaricum,

Pellitur a Fara.

[a] Ap. Sur. d. 28. Oct.

Faro conſentiente vxore fit Clericus.

XXXIV. Hoc anno, Samo Francus ortiundus ex pago Senonago Rex Sclauorum Winidorum creatus eſt. Hi populi mutatis crebrò ſedibus domicilia trans Danubium tandem fixerant, incolebántque Prouincias, quas Marchiam Winidorum, Carinthiam & Sclauoniam etiamnum appellamus. Boiis qui Francis parebant, & Hunnis Auaribus qui Pannoniam inferiorem detinebant, erant finitimi. Cum vtriſque ſæpè congreſſi ſunt. *Taßilo*, qui ſub Childeberto Francorum Rege Dux Boioariorum fuit, *cum exercitu Sclauorum Prouinciam introiens, partâ victoriâ ad ſolum proprium cum magna remeauit præda.* Cladem paulò pòſt

Samo Francus eligitur primus Rex Sclauorum.

AN. CH. 623. CLOLAR. II. R. 40. DAGOB. R. 2.

recepere Boioarij, qui cùm *vſque ad duo millia virorum* ſuper Sclauos irruiſſent, *ſuperueniente Cacano* ſiue Hunnorum Rege, omnes interfecti ſunt. Poſteà *mortuo Thaſsilone Boioariorum Duce, filius eius Garibaldus Agunti* * *à Sclauis deuictus eſt, & Boioariorum termini à prædantibus inuaduntur. Boioarij tamen viribus reſumptis, & prædas ab hoſtibus excutiunt, & hoſtes de ſuis finibus repulerunt.* Hæc ſuis locis iam deſcripſimus ex Paulo Diacono [a]. Exin Sclaui ab Hunnis Auaribus turpiſſimâ oppreſſi ſunt ſeruitute, quâ eos tandem hoc anno liberauit Samonis, hominis Franci, induſtria, vt Fredegarius [b] his verbis docet. *Anno* XL. *regni Chlotarij, homo nomine Samo, natione Francus, de pago Senonago, plures ſecum negotiantes adſciuit, & ad exercendum negotium in Sclauos cognomento Winidos perrexit. Sclaui iam contra Auares cognomento Chunos, & Regem eorum Gaganum, cœperant rebellare. Winidi Befulci Chunis fuerant iam ab antiquitus, vt cùm Chuni in exercitu contra gentem quamlibet adgrediebant, Chuni pro caſtris adunato illorum ſtabant exercitu; Winidi verò pugnabant. Si ad vincendum præualebant, tunc Chuni prædas capiendum adgrediebant. Sin autem Winidi ſuperabantur, Chunorum auxilio fulti vires reſumebant. Ideo Befulci vocabantur à Chunis, eò quòd duplici in congreſsione certaminis veſtitu prælia facientes ante Chunos præcederent. Chuni ad hiemandum annis ſingulis in Sclauos veniebant, vxores Sclauorum & filias eorum ſtratu ſumebant, tributa ſuper alias obpreſsiones Sclaui Chunis ſoluebant. Filij Chunorum, quos in vxoribus Winidorum & filiabus generauerant, tandem non ſufferentes malitiam ferre & obpreſsionem, Chunorum dominationem negantes (vt ſuprà memini) cœperant rebellare. Cùm in exercitu Winidi contra Chunos fuiſſent adgreſsi, Samo negotians (quomodò memoraui ſuperius) cum ipſis in exercitu perrexit, ibique tanta eius fuit vtilitas, vt de Chunis nimia multitudo gladio Winidorum trucidaretur. Winidi cernentes vtilitatem Samonis, eum ſuper ſe elegunt Regem, vbi* XXXV. *annos regnauit feliciter. Plurima prælia contra Chunos in ſuo regimine Winidi iniuerunt. Suo conſilio & vtilitate Winidi ſemper ſuperarunt. Samo* XII. *vxores ex genere Winidorum habebat, de quibus* XXII. *filios &* XV. *filias habuit.* Pagus Senonagus, ex quo Fredegarius Samonem oriundum facit, vulgò *Sennegaw* dicitur à Senna flumine, vti ab Haina *Hainegaw*, à Moſa ſeu Maſa *Maſegaw*. Exoritur Senna propè oppidum Sonegiam, quaſi Sennonegiam appellatum, incolis *Sennick*, Francis *Soignies*, ac dein interluit Bruxellas. Fuit autem Samo primus Rex Sclauorum, qui neceſſitate tantùm coacti, vt Hunnorum iugum excuterent, hunc Regem crearunt, cùm priùs plebeiâ communique libertate viuere ſoliti eſſent. *Sclaueni*, inquit Procopius [c], *non vni parent viro, ſed ab antiquo in populari imperio vitam agunt, & propterea vtilitates & damna apud ipſos in commune vocari ſolent.* Οὐκ ἄρχονται πρὸς ἀνδρὸς ἑνὸς, ἀλλ' ἐν δημοκρατίᾳ ἐκ παλαιοῦ βιοτεύουσι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῖς τῶν πραγμάτων ἀεὶ τά τε ξύμφορα καὶ τὰ δύσκολα ἐς κοινὸν ἄγεται.

[*] *Inneken ſur le Drane.*
[a] De Geſtis Longob. lib. 4. capp. 2. 4. 14. antiq. edit.
[b] Cap. 48.
[c] De bello Goth. l. 3. c. 14.

XXXV. S. GERMANI

His circiter temporibus in Modoaldi Treuirenſis Epiſcopi diſciplinam traditus eſt Germanus puer, qui poſteà primus Grandiuallenſis Abbas extitit, martyriúmque cum Randoaldo ſubiit, vt ſuis locis dicemus. Eius vitam ſcripſit Bobolenus Preſbyter rogatus à Monachis Grandiuallenſibus, cùm teſtes oculati rerum præclarè geſtarum in viuis ſuperſtites adhuc eſſent, ſic enim opus ſuum auſpicatur. *Dominis eximiis & ſacris culminibus decoratis, religioniſque copiâ fultis, & in ſanctitate ſemper vbique pollentibus, Deicolo, Leudemondo & Ingefrido fratribus, Bobolenus exiguus omnium Presbyterorum. Pauci admodum dies ſunt, quòd à quibuſdam ſanctis fratribus flagitatus, vt S. Germani Abbatis Grandiuallenſis meo ſtuderem ſtylo texere geſta, præſertim qui cum eo fuerunt in tempore & penes ipſum patrata viderunt, à quibus etiam & nos per venerabiles viros Chaldoaldum & Aridium didicimus, qui nunc ſuperſtites ſunt.*

PATRIA,

In illa lucubratione patria genúſque beati Germani ſic deſcribuntur. *Sanctus Germanus Abbas & Martyr, natali ſolo Treuirenſium vrbis incola fuit, ex genere Sena-*

torum genitus, ſed nobilior ſanctitate. Pater eius Optardus, fratres verò eius Op- AN. CH.
thomarus & Numerianus. Opthomarus ſub Dagoberto Rege quondam regiâ elegan- 623.
tiâ, & mundanâ ſcientiâ inclytus ſub Rege Sigeberto, idémque auxilio fultus Do- CLOTAR.
mini ceteris Proceribus ſublimior fuit. Bollandus [a], à quo publicata ſunt Bobo- II. R. 40.
leni ſcripta, Numerianum beati Germani fratrem non alium ſuſpicatur ab DAGOB.
Epiſcopo Treuirenſi, de quo poſt Ruſticum Modoaldi ſucceſſorem verba fa- R. 2.
ciemus. Ætas quidem non repugnat, ſed, ſi Numerianus Epiſcopatum geſſit, GENVS.
cur Bobolenus id reticuit, cúrque Germanum, cui non mediocri tribuit lau- [a] d. 21. Febr.
di, quòd fratrem in aula Dagoberti ac Sigiberti Regum illuſtrem nactus
ſit, non æquè laudauit, quòd alterum fratrem Treuirenſibus infulis inſi-
gnem habuerit? Germanus Modoaldum ante hunc annum adire non potuit.
Infantulus ac puer appellatur. Erat annorum, vt opinamur, decem, æta- ÆTAS.
tem enim capeſcendarum ſcientiarum tunc primùm capacem ſic inſinuat Bo-
bolenus. *Cùm eſſet S. Germanus infantulus, traditus eſt B. Modoaldo, qui & ipſe
illis diebus Treuirorum vrbis Cathedram arce ſanctitatis tenebat, qui cùm audiſſet
eum elegantem & ſagacis ingenij cerneret puerum, litteris liberalibus eum erudire
cœpit.* Poſteà *cùm eſſet annorum ſeptemdecim*, perrexit ad Arnulfum Meten-
ſem expontificem atque eremitam, quocum moratus eſt *aliquandiu*, deinde
profectus eſt ad Monaſterium Hauendenſe ſiue ad Montem Sanctum, atque ex
illo loco direxit duos è ſociis qui Numerianum fratrem *paruuli adhuc ætate*
adducerent. Hinc conſtat Numerianum Germano iuniorem fuiſſe. Nume-
riano ſenior erat Opthomarus, an & Germano in dubio relinquitur, cùm
vtrimque deſit probatio.

ANNVS 624.

CHRISTI 624.

CLOTARII II. R. 41. 12.

DAGOBERTI R. 3.

CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 3.

ANNO Christi ſexcenteſimo viceſimo-quarto, menſe Ianuario, Palladius I.
ex Abbate ſancti Germani promotus eſt ad Epiſcopatum Autiſſiodo- PALLADIVS FIT
renſem, qui per duos menſes & ampliùs à ſexto Kalendas Nouembris vacaue- EP. ALTISSIOD.
rat. Colligitur hoc interpontificium ex Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodo-
renſium, quæ teſtatur Palladium [b] præter annos completos ſediſſe *menſes* sit. [b] Cap. 21.
& obiiſſe IV. *Idus Aprilis. Hic*, vt Author eiuſdem Hiſtoriæ ſcribit, *fuit vir
ſtrenuus, atque temporibus Domini Deſiderij prædeceſſoris ſui Abbas Monaſterij ſan-
cti Germani. Poſt cuius exceſſum, eò quòd eſſet vir ſapiens, largus atque miſericors,
ab omni populo in Epiſcopatum eligitur, accepto verò Sacerdotio totum ſe Eccleſiaſti-
cis tradidit diſciplinis.*

Quamuis nonnulli [c] Leobaldo Turonenſium Antiſtiti ſex annos Præſula- II.
tûs tribuant, eius mortem hoc anno, cùm biennio duntaxat ſediſſet, & ſub- [c] Seuert.
rogationem ponemus Modegiſili qui Synodo anno ſequenti à Sonnatio Re- LEOBALDVS EPISC.
menſi Epiſcopo habitæ ſubſcripſit. Hactenus nomenclatores omnes, qui ca- TVRON.
talogos Gallicanorum Antiſtitum texuerunt, Synodum, quam Sonnatius an- MORITVR.
no Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto celebrauit, in annum Chriſti ſex-
centeſimum-triceſimum, vel in annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-
quartum, aut etiam tardiùs reiecerunt. Ex illo fonte ſcaturierunt errores
multi circa numeros annorum, quos Epiſcopi qui Concilio cum Sonnatio
interfuerunt eorúmque anteceſſores expleuerunt in Præſulatu.

Modegiſilo ſeu Medegiſilo vel Medeſilo Turonicam Diœceſim admini- III.

AN. CH. 624. CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 2.

ſtrante, Sigirannus Sigelaici quondam Epiſcopi ex legitimo toro filius comam depoſuit, nomen inter Clericos dedit, ac poſtmodum electus eſt in Archidiaconum. Philippus Labbeus [a] elogium hiſtoricum ſancti Sigiranni ex obſeruationibus Hugonis Menardi ad Martyrologium Benedictinum excerpſit vt ipſemet fatetur, ſed contra Menardi mentem Sigirannum finxit aſcriptum à patre Sigelaico in album Clericorum. En ipſiſſima Menardi [b] verba. *Sigirannus comam totondit, ſéque Deo in perpetuam ſeruitutem dicauit. Quod cùm audiiſſet illius vrbis Pontifex, eum in Clericorum album adſcripſit.* Habebat Menardus ob oculos vitam beati Sigiranni ex eiuſdem Sancti Cœnobio ad ſe tranſmiſſam, in qua, vt ex apographo Franciſci Boſqueti Montiſpeſſulani Antiſtitis & ex editione Labbeana conſtat, eadem leguntur hoc modo. *Sigirannus demum quod dudum txoptauerat, ſui capitis comam, vt perpetim Chriſti in ſorte Clericus permaneret, totondit. Quod audiens Pontifex, qui tunc huic præerat ciuitati, gratanter accepit, quódque etiam hac in re iam peractum erat, libenter indulſit; immò etiam, ſi fortè vacat, in gremio fidelium Clericorum eum collocare decreuit, ac deinceps dum aduenerit in cœtu inibi inhabitantium vnanimem eſſe deleganit.* Hæ voces Anonymi, *Pontifex qui tunc huic praerat ciuitati*, & iſtæ Menardi, *illius vrbis Pontifex*, couſonæ ſunt, & Epiſcopum innuunt alium à Sigelaico, quem Anonymus & ex eo Menardus patrem Sigiranni, vt anteà, nominaſſent. Labbeus verò Menardum ſic transformauit, *Sigirannus comam ſibi demi iuſſit, ſéque Deo in perpetuam dicauit ſeruitutem. Quod cùm audiſſet pater, in Clericorum album filium adſcripſit.* Ipſa ætas Sigiranni adhuc adoleſcentis cùm pater Epiſcopatum iniit, & perbreuis Sigelaici Ponrificatus qui tertio anno finem accepir, ſi benè conſiderantur conferuntúrque cum rebus à Sigiranno geſtis priuſquàm comam deponeret, ſatis docent eiuſdem Sigiranni Clericatum in tempora Modegiſili reiiciendum eſſe. Sigirannus, vt Author vitæ fuſiùs proſequitur, in aula regia, poſtquàm Sigelaicus pater Epiſcopatum obtinuit, diu degit. Illic Monaſticam potiùs vitam duxit quàm laicam. Elegantiori cultu non ad oſtentationem ſed ad neceſſitatem vtebatur. Carnem aſpero macerabat cilicio, coram Rege pretioſis apparebat indutus veſtimentis, inter domeſticos autem parietes & ab aulicorum congreſſu ſeiunctus tritis atque obſoletiotibus contentus erat. Caſtitatem adeò colebat, vt non tantùm iſtius puellæ, quam pater ei promiſerat vxotem, ſed & aliarum conſpectum omni animi contentione fugeret. Poſteà Regis Palatio eiúſque fallacibus deliriis nuncium remiſit. Dènique, cùm magis ac magis diuino incenderetur amore, Turonos deuenit, ſancti Martini Baſilicam ingreſſus & ſepulchro beati Præſulis obuolutus ibi diutiſſimè orauit, ſancti Pontificis opem impenſiùs efflagitans comam totondit, ſéque Deo in perpetuam ſeruitutem dicauit. Quod cùm audiiſſet illius vrbis Pontifex eum in Clericorum album adſcripſit. Clericus factus ardentiori animo ſtuduit Deo placere. Omnes ſuo exemplo & ſuaui eloquentiâ ad Dei amorem inflammabat, qui cùm eius ſanctimoniam exploratam haberent, Archidiaconum elegerunt. Hoc munere ſumma cum laude perfunctus eſt. Viduis & pupillis ſingulari cum charitate opitulabatur, pauperibus ſtipem liberaliter erogabat penè omni in vſus indigentium diſtributo patrimonio. Stephanus ciuitatis Turonenſis Quæſtor ac Rector, inuidiæ facibus inflammatus Sanctum virum, quia piis operibus adeò inſiſtebat, ameutem eſſe paſſim prædicauit, eúmque illo nomine in publicam cuſtodiam dedit. At ipſemet ſtatim Deo permittente mente captus eſt, & à
IV. quodam ſpiculatore in ſua ſcilicet amentia ſuperatus gladióque percuſſus mortem teterrimam obiit. Beatus Leuita recuperatâ libertate præcepta Domini deinceps prouidus adimpleuit, & ſuas omnes facultates egenis ac pauperibus dilargitus ſolum Deum attentiùs ſtuduit promereri. Cetera ſuis locis.

Hadoindus, vt iu eius Actis [c] legitur, Ceuomanenſium Epiſcopus fuit *vltimo tempore Clothary fily Chilperici, & tempore Dagoberti fily Clothary, & primo*

[a] Tom. 2. Biblioth.
[b] Lib. 1. obſeru. d. 4. Dec.
[c] Ap. Bolland. in append. ad d. 20. Ian.

SIGIRANNVS FIT CLERICVS TVRON.

ELIGITVR ARCHIDIAC.

HADOINDVS ORDINATVR EP. CENOMAN.

AN. CH. 624. CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 3.

mo tempore Clodonai filij einſdem Dagoberti, rexitque Diœceſim *annos triginta, menſes* XI. *dies* XXIII. *& in pace* XIII. *Kal. Februarÿ obiit.* Ex illo computo colligimus Epiſcopatum Cenomanenſem poſt mortem Sancti Bertchramni, qui pridie Kalendas Iulias anno ſuperiori ex hac vita diſceſſit, vacaſſe ad menſem vſque Ianuarium huius anni, quo Pontificatum iniit Hadoindus, qui & Hadoinus, Haduindus, Harduinus, Clodoenus & Cadoindus appellatur. *Domnus Haduindus Cenomanica vrbis Epiſcopus, ſucceſſor B. Bertichramni, natione Francus vel Gallus, nobili ex progenie ortus; hic reſtaurauit atque renouauit multa Monaſteria in parochia Cenomanica, atque eadem Monaſteria regulariter degere inſtituit.* Hæc Author vitæ. Illi ſub Pontificatûs initium ſtatim noti fuerunt Alanus vir prædiues ac pius & Lenogiſilus Presbyter atque Anachoreta, de quibus anno ſequenti prolixiorem ſermonem faciemus.

V. AVSTREGISILI EPISC. BITVRIC. OBITVS, SEPVLTVRA, MIRACVLA.

Hic annus Auſtregiſili Bituricenſis Epiſcopi duodecimus fuit, ſiue vltimus, vt ei cùm Epiſcopatum adiret, per Angelum à Deo reuelatum iam obſeruauimus. Sancti Auſtregiſili nomen in Tabulis Eccleſiaſticis habetur decimo-tertio Kalendas Iunij, qui dies obitûs fuit. Vixit annos ſeptuaginta-tres. *Cùm ſacrum eius corpus ad Eccleſiam humandum deportaretur, iuuenis pauperrimus Leonaſtus multo iam tempore contractus, itant planta pedum eius ad poplites adducta cernerentur, ad eam Eccleſiam allatus eſt, atque ad viri Dei ſepulchrum eâ nocte iacuit, membríſque laxatis ſuis pedibus domum reuerſus eſt. Non poſſumus non commemorare hoc loco, quod venerabilis Presbyter Ianuarius refert, qui præſens interfuit, quando vir Dei à beato Rauraco,* (qui Niuernenſis Epiſcopus dicitur in Patriarchio Bituricenſi, & corruptè vocatur apud Surium Taurecus) *ſepultura mandatus eſt. Cùm ex more tumulus eius iam humati componeretur, Rauraco Epiſcopo ſtante ad pedes eius Presbyter Ianuarius vidit Auſtregiſilum ad dextram Rauraci Epiſcopi adſtare in candidis veſtibus eleganti facie. Mirante autem Ianuario, quid hoc ſibi vellet, ſubitò ab eius oculis diſparuit.* Hæc Author vitæ, quem coætaneum fuiſſe iam probauimus.

VI. SVLPITIVS ABBAS CASTRENSIS

Sancto Auſtregiſilo mortuo, cùm multi Sedem Bituricenſem ſimoniacè ambirent, Sulpitius ex Abbate Caſtrenſi ſubrogatus eſt ſuadente Reginâ, cuius maritum Clotarium morti proximum oratione ſuâ nuperrimè ſanauerat. Hæc omnia prolixè narrat Author [a] vitæ. *Cùm à fidelibus*, inquit, *Clotario Principi fuiſſet ſuaſum, illicò Epiſcopum*, nempe Auſtregiſilum, *poſcit, vti pro ſalute ſua ac exercitûs ſui licentia daretur, vt vir beatus in ſuis caſtris Abbatis officio potiretur.* Notabis obiter Abbates Palatinos eos fuiſſe dictos, quibus Reges intra Palatium Monaſteria conſtruxerant; Caſtrenſes verò, qui caſtra Regum ſequebantur præpoſiti Monachis, quibus id penſi incumbebat, vt horis diurnis & nocturnis, more Eccleſiaſtico, diuina in exercitu miniſtrarent officia. *Euolutis* autem *diebus paucis*, ex quo Sulpitius Abbas erat in caſtris, *Rex crudeli afficitur morbo, & virus diffuſum per artus praceps ad mortem feſtinat. Intereà Regina repentino luctu perculſa monilia proiicit, veſtimenta diſrumpit, crines genáſque dilacerat, & iam quaſi amiſſum coniugem deflet. Turbatur domus, ingeminantur planctibus Domina lacryma famulorum. Ad beatiſſimum etenim virum concurrunt, genibus adhærent Sancti, lacrymis pedes rigant, vt regia pro ſalute pius Sacerdos orationem Domino funderet. Is autem, cuius ſpes in omnipotenti Deo conſiſtebat, irrigat fletibus vultum ac pectore tonſo agra ſuſpiria protrahit, vigilias ieiunióque continuat, ingiter fundit preces pro agro. Peractis diebus quinque Rex magis magíſque procliuis ad mortem dilabitur, tum à conſodalibus Sacerdos rogatur, vt nimiam ob temperandam inediam ciborum capiat paruitatem. Non comedam, inquit, donec ſoſpitatem Principi obtinere queam à Chriſto Domino, cui ſeruio. Hi verò cùm ei Principem iam iámque ſpiritu deficientem & penè exanimem, longanâ inediâ fruſtrà corpus inſontem clamitarent affligere, ille cuius ſalus in Deo fortiter perdurabat, pollicetur diebus ſeptem expletis Principem, priſtino recepto vigore, cum eodem ceteríſque ſodalibus cibum eſſe ſumpturum. Itaque dies adeſt votis omnibus expectata, Sacerdotis promiſſa complentur, Principi velox medela tribuitur, omnium*

SVIS PRECIBVS SANITATEM REGIS OBTINET,

[a] Ap. Bolland. die 17. Ianuar.

AN. CH. 624. CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 3.

manibus glorioſo triumpho Sacerdos attollitur, & regali conuiuio magnis honoribus euocatur. Erat quippe per hoc carus omnibus & acceptus. Cùm igitur de eius virtutum floribus & gratiæ ſignorúmque gemmis aula Regis pulchro decore vernaret, & velut ſplendor quidam luminis mundo huic obfulſiſſet, & odoris ſui fragrantiâ longè latéque compleſſet, factum eſt vt Epiſcopus ſacer glorioſo exceſſu migraret ad Dominum. Et cùm vniuerſus Eccleſiæ populus pro Epiſcopo eligendo conueniſſet in vnum, atque alius de alio, vt fieri ſolet in talibus, conclamarent, & pars quædam inſanioris vulgi clientis fauore in quibuſdam de Primoribus conſenſum præberent, & per mortalem proteruúmque Præfectum, cum infinitis ponderibus auri argentíque, relationis intuliſſent Regi conſenſum, vt ſecundùm illam ſacrilegam nefandi Simonis ſectam, cæleſtem gratiam contra ius fáſque præriperent, noſtri verò, quos Saluator alloquitur, [noli timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum,] ab immortali Chriſto Deóque perfecto beatum virum ſibi poſcerent Sacerdotem fore, nihilominùs tenuem cum paucis verbis Legationis formulam mittunt, & per vnum de quibus dicitur, [beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum,] Regis auribus pateſiunt. Cúmque is (vt ſolet plerumque) humanæ cupiditatis veneno infectus, ad copioſam illatam pecuniam animum haberet inflexum, vxor eius amore ſuccenſa diuino virum ſuum monebat, dignum iuſtúmque clamitans fore poſt talis tantíque viri exceſſum, hunc ſuæ præmittere Sedi, qui par pro merito ac miraculorum ſignis & virtutibus gratiæ eſſet decore ſimili fultus. Et illud mulier glorioſa ad viri memoriam reuocabat, quo labore, oratione ſuâ eum paullò antè de mortis traxerat præcipitio. Tandem cæleſti indulgentiâ Princeps altius traxit conſilium, cupiditatis repreſſo veneno, ſpretis malorum ſuaſionibus, ſine dilatione iuſſit impleri, quod diuinæ fuerat prouidentiæ. Et ita Domino procurante Epiſcopalis apicis emeruit primæ Aquitaniæ Sedem. Clotarium Regem à Sulpitio, paulò antequàm in Epiſcopum eligeretur, ſanitati redditum æquè teſtatur his verbis Aimoinus [a]. *Clotharium beatus Sulpitius (tunc quidem Archidiaconus, poſtmodum autem Bituricenſium Epiſcopus) anteriori tempore à graui liberauerat febrium incommodo, ſeptem priùs dierum conſummato ieiunio.* Inde conîicere eſt Clotarij Regis morbum & Sulpitij Pontificis electionem incidiſſe in tempora Sichildis Reginæ, quæ Clotarij poſtrema vxor fuit.

ELIGITVR EP. BITVRIC.

[a] Lib. 4. c. 16.

VII. CLARET MIRACVLIS

Sulpitius in Epiſcopatu vixit ſanctiſſimè, prædicationi ſedulò inſtitit, multos Iudæos ad fidem conuertit, Apoſtolicis ſignis inclaruit, muto loquelam ſigno Crucis impetrauit, frigore & inediâ extinctum reuocauit ad vitam, dæmonem ab aquis chriſmate profligauit, ruſticum flumine demerſum vitæ reſtituit, incendia ſæpè extinxit, arborem cadentem ſigno Crucis in alteram vertit partem ne puer opprimeretur. Hæc in eius vita copioſè deſcribuntur à duobus Authoribus coætaneis [b], quorum alter teſtatur ſe ſcripſiſſe cùm multi ex iis quos Sulpitius ſanitati reddiderat aut è Iudaiſmo ad Chriſtianam fidem adduxerat in viuis adhuc ſupereſſent, alter ſub Pontificatu Wlfolendi qui Sulpitio proximè ſucceſſit.

[b] Ap. Bolland d. 17. Ian.

VIII. FABVLÆ DE WARNARIO REFVTANTVR.

Apud Monachum San-Sulpitianum [c] & apud Surium [d] de ferocitate & obitu Guarnerij ſeu Warnarij leguntur multa, partim inſerta, partim ſubiecta vitæ ſancti Auſtregiſili, quæ non edita ſunt ab Authore coætaneo qui vitam ipſam beati Auſtregiſili ſcripſit, ſed à recentiore qui Caroli Martelli & Eudonis Aquitanorum Ducis meminit. Tomo ſecundo Labbeanæ Bibliothecæ publicati ſunt de ſancto Auſtregiſilo libri tres. Vnus vitam complectitur, alter miracula vſque ad prædictorum Caroli & Eudonis ætatem, poſtremus miracula recentioris memoriæ quæ nec in Monacho San-Sulpitiano nec in Surio reperiuntur. Inde colligimus tres illos libros fœtus eſſe totidem Scriptorum. Porrò in primò, qui de vita ſancti Auſtregiſili totus eſt, nulla mentio fit Warnarij, ſecundus autem initium habet à duabus illius hominis concertationibus cum Epiſcopis Auſtregiſilo & Sulpitio Auſtregiſili ſucceſſore, mortémque Auſtregiſili inter vtrumque congreſſum medium ſic perſtringit. *De virtutibus beatiſſimi Auſtregiſili Epiſcopi & Confeſſoris, quas Dominus poſt*

[c] Cap. 32.
[d] d. 2.. Maii.

AN. CH. 624. CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 3.

obitum eius operari dignatus eſt, vel copia miraculorum eius ruſticante ſermone dicamus pouca de plurimis quæ reſtant. Dum adhuc ipſe Beatus aduiueret, & pius Paſtor ſemper curam Eccleſiæ plebiſque commiſſæ quotidie gerebat, & de dente lupi ſæuientis liberare optabat. Tunc adueniens ex Palatio Theodorici Regis homo ſæuiſſimus, Warnarius nomine, auaritiæ turpis lucri cupidus, ſuperbiæ nimis deditus, vt vrbem & pagum Biturigum ſub tributo eius temporibus cenſeret, & aurum atque argentum, quod vnuſquiſque ſecundùm ſuam perſonam deſolueret, ipſi Regi deferret, & eos tributarios faceret. Ad B. Auſtregiſilum concurrunt, vt eos de nefanda conſuetudine liberaret, & ſuis ſanctis orationibus adiuuaret. Tunc ipſe B. pro tanti criminis reatu ſe die noctúque in oratione proſtrauit, vt Dominica pietas ab inimico ſæuiente plebem ſibi commiſſam liberare dignaretur. Quod & factum eſt. Iam adpropinquante ipſo Warnario ad portas Biturigæ ciuitatis, Auſtregiſilus ei intrepidus exiuit obuiam, & murum ſe oppoſuit, vt pro iuſtitia ſtaret in prælio in die Domini, &, ſi Domino placuiſſet, pro defenſione plebis huius & prauæ conſuetudinis vſque ad mortem cupiebat certare, & dixit ei B. Auſtregiſilus. Vnde venis, inique? quo pergis? quid facere optas? reſiſtet Dominus iniquam tuam voluntatem, nec intra muros ciuitatis te intrare permittet, nec deſcriptionem facere. Nec vllo ab eo fuit honore receptus, ſed impleuit illud quod ſcriptum eſt in Pſalmis. [Viriliter agite, confortetur cor veſtrum omnes qui ſperatis in Domino.] Tunc ipſe Warnarius iracundiâ vehementer accenſus, videns quòd malitiam, quæ cordi eius adhæſerat, implere non poſſet, cum grandi furore regreſſus eſt ad Palatium, vt Regi nuntiaret, quod propter Auſtregiſilum adimplere non poſſet. Tunc ipſo tempore B. Auſtregiſilus glorioſo exceſſu migrauit ad Dominum, & plebs ſibi commiſſa remanſit incolumis. Tunc B. Sulpitius eius Diaconus ab omnibus electus, opere & merito dignus, in eadem vrbe ſucceſſor eius effectus, Pontificale ſumpſit officium. Nec mora fuit, cùm tempus illud crudeliſſimus Warnarius, cuius ſuperiùs mentionem fecimus, Palatio reuerſus, opus nequam, quod teterrimus hoſtis antiquus cordi eius plantauerat, exercere in opere feſtinabat, vt pagum & vrbem Biturigam, omnéſque ibidem commanentes, ſecundùm eorum perſonas, tributarios faceret. Tunc B. Sulpitius anxius ad ſemetipſum, quid de hac re facere deberet, à Domino poſtulabat auxilium, cùm eſſet ipſe beatus totus mitis ac ſimplex, & corde humilis, eius reſiſtere malitiam non modico timore formidabat, ſed cum lachrymis ipſum Warnarium cœpit precari, vt quos tempore B. Auſtregiſili Bituriges tributarios non fecerat, nec ſuo faceret. At ille crudelis, quod Sacerdos Dei orabat, minimè præſtare volebat. Tunc vir beatus de ſacrato miniſterio ei conteſtatus eſt, vt tam nefandam conſuetudinem ſuis temporibus non impleret in opere. At ille verſutus, poſtquàm iam munere accepto prælatus gaudebat, ad Baſilicam ſancti Auſtregiſili, non corde ſed corpore inflatus, quaſi orationis ſtudio perrexit. Peruenit ad locum vbi ipſe Beatus à fidelibus Chriſtianis miro decore iacebat humatus, aſpiciens in cryptam, vidit eam auro argentóque miro modo adornatam, inuidiáque corde eius repleto, tali eſt ſermone affatus. Auſtregiſilus debuerat aurum & argentum ſuum pauperibus erogare, & ſuper tumulum ſuum poni iuſſit pro ſeculi dignitate. Nec propter hoc dicebat, vt ei cura eſſet de pauperibus, ſed ad ſimilitudinem Iudæ Scarioth auaritiâ repletus anhelabat. De ipſo ſepulchro regreſſus orandi causâ circuibat altaria. Dum ambularet per ipſam Baſilicam, vectis vnus, in quo vela pendebant, de alto ruens cecidit ſuper cerebrum eius, & tali eſt plagâ percuſſus, vt cruor per oculos & barbam deflueret, & ad terram laberetur. Tunc ipſe Warnarius clamauit voce quâ poterat, dicens. Auſtregiſilus dum aduiueret, ſemper mihi odioſus & contrarius fuit, & adhuc iam mortuus, morti vicinæ me tradidit. Sic ipſe infelix, à virtute Dominica percuſſus, nec facinus ſuum recognouit, nec veniam à ſancto Dei poſtulauit, ſed adhuc ſuâ malitiâ exarſus ad Auguſtodunenſem vrbem voluit feſtinanter properare, vt Epiſcopum loci illius deſtrueret & condemnaret, & pergens manſit non longè ab vrbe villâ Aulatiaco. Cùm omnes recubuiſſent, tunc ipſe ferociſſimus pro ſeceſſu ventris intrauit neceſſariam, cúmque ibidem in loco conſuetudinis ſederet, ſtatim obdormiuit. Et cùm euigilaſſet, miniſtris ſuis, qui ante ipſum ſtabant, dixit. Auſtregiſilus & Sulpitius aqua-manile cum vrceo aureo

AN. CH. 624. CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 3.

in iſta hora mihi tranſmiſerunt, quis hoc ex vobis recepit? Negantibus illis quod non viderant, & eo ipſum ſermonem loquente, omnia inteſtina eius de corpore euulſa ſunt. Continuò ipsâ horâ in ipſo ſterquilinio turpiter exhalauit ſpiritum. Poſteà in ipſis temporibus nullus fuit auſus tantæ perfidia ſcelus repetere. Impletum eſt in illo quod ſcriptum eſt in Pſalmis. Theſaurizat, & ignorat cui congregat ea, & iniquitas eius in verticem eius deſcendit. Fabuloſæ ſunt illæ duæ de Warnario narrationes, nec tantùm ambas communia, ſed & ſingulas priuata deſtruunt argumenta. Contra vtramque pugnat altum de Warnario ſilentium in vita ſancti Auſtregiſili ab Authore ſynchrono publicata, & in vita ſancti Sulpitij à duobus edita Scriptoribus æquè coætaneis, quorum neuter ſimilem Lullonis conatum in eadem vita prætermiſit. Obeſt priori narrationi nomen Theodorici Regis, quia vitam clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio, cùm Auſtregiſilus ſecundum Pontificatûs annum vix inchoaſſet, & vltimis, Auſtregiſili temporibus quibus aiunt aduenisſe Warnarium, *vt vrbem & pagum Biturigum ſub tributo cenſeret*, Bituriges parebant Clotario Secundo, qui Theodorico Regi agnato ſuo iam ſucceſſerat. Poſteriorem narrationem commentitiam oſtendunt hæc verba, *poſteà in ipſis temporibus nullus fuit auſus tantæ perfidia ſcelus repetere*, id enim quod ſub Sulpitij Pontificatu Warnarius auſus dicitur, Lullo ſub eodem Antiſtite tentauit, vt ſuo loco docebimus ex duobus Authoribus coætaneis, qui vitam ipſius Sulpitij ſcripſerunt.

IX. REMACLVS PROCVRATOR REGII SCRINII. BERCHARIVS FIT MONACHVS LVXOVIENSIS.

Cùm Sulpitius ſancto Auſtregiſilo in Epiſcopatum Bituricenſem ſucceſſit, Remaclus Procurator erat regij ſcrinij, ſecúmque habebat adoleſcentem Bercharium, qui paulò pòſt expetiit Luxouium, inque diſciplinam Abbatis Euſtaſij ſe tradidit. Lege vitam ſancti Bercharij ab Azone Monaſterij Deruenſis Abbate conſcriptam, publicique iuris factam à Camuzato in promptuario Antiquitatum Tricaſſinarum, necnon obſeruationes Chronologicas ad illam vitam à nobis præmiſſas ſuprà, cùm de Bercharij ortu, pueritia, adoleſcentia & Monachatu ſtudioſiùs ad annum Chriſti ſexcenteſimum duodecimum inquireremus.

X. CALVMNIATORES REGVLÆ S. COLVMBANI PVNIVNTVR.

Hoc anno diuinam vltionem experti ſunt, qui calumnias contra Regulam ſancti Columbani vomebant. *Lupi per intempeſtam noctem intra ſepta Monaſterij irrumpentes, aliquos ex fratribus morſibus ſuis laniarunt, atque diræ morti miſerabiliter tradiderunt. Quendam etiam Plerenm nomine, qui adhuc diſcordia fomitem vehementer adminiſtrabat, dæmonum rabies peruaſit, & ignobiliter ad extrema perduxit, nam propriâ manu ipſe laqueo ſe ſuſpendit. Porrò cùm hac vltio nequaquam fieret correctio delinquentium, maior protinus vindicta ſecuta eſt. Subitò namque fulgur ingens è cælo lapſum, tanto fragore percutit locum, deuaſtat Monaſterium, tegumenta ſubuertit, plebem exurit, vt præſens correptio manifeſtè monſtraret futuram debere fugere iram, mortuique ſunt ad præſens pluſquàm viginti homines, deinde metu perculſos paulatim mors rapuit, vt ex ea vltione, vt aiunt, ampliùs quàm quinquaginta extincti ſint, auctore tamen totius criminis ad pænitentiam reſeruato, vt ſi cognoſceret ſemetipſum, & rediret, ſanitatem proculdubiò reciperet, nullum etenim Dominus perire deſiderat, ſed ſemper quamuis grauibus delictis obrutum, per pœnitentiæ fomenta redire expectat. Cúmque ſibi ſæpiùs pænitentia locum datum infelix Agreſtinus non cognouiſſet, vt Euſtaſij ſententia ad iudicium eum innocantis præualeret, ante triginta dierum circulum quàm venientis anni meta compleret, à ſeruo ſuo quem ipſe redemerat, ſecuri percuſſus interiit, & occaſio dicebatur vxoris permixtio. Poſt hac Amatus & Romaricus Euſtaſij Patris indulgentiam poſtulantes ab eo recipiuntur, & in priſtinum gradum reſtituuntur. Appelinus quoque & cæteri Galliarum Epiſcopi ad roboranda ſancti Columbani inſtituta aſpirant, quorum multi in amore eiuſdem Sancti feruentes ſecundùm eius Regulam Monaſteria conſtruunt, gregem Chriſto congregant, & religionem Monaſticæ profeſſionis adaptant.* Hæc Ionas in vita ſancti Euſtaſij. Amatus vno duntaxat anno ſuperſtes in viuis fuit, agendæ pœnitentiæ quàm ſedulò tunc vacarit, Au-

AGRESTINVS OCCIDITVR.

AMATVS ET ROMARICVS RESIPISCVNT.

AN. CH. 624. CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 3.

thot vitæ [a] ſic docet. *Ante annum vnum quibuſdam fratribus obitum ſuum vir ſanctus prædixit. Erat tum quidam frater familiariter ei charus, cui ita dixit. Si meminiſti quâ ego te charitate enutrierim, volo, vt qua iuſſurus ſum, cautè & ſecretò exequaris, certus iam propinquare illum diem, quo ſum è vita deceſſurus. Socium autem tibi adhibeas Caſtorium Presbyterum noſtrum, & cum illo eas in ſyluam hanc, collectóque cinere è cilicio culcitram mihi efficias, eámque cinere completam ponas in lectulo meo, agenda enim mihi eſt ob quadam errata mea pænitentia. Reſpondit frater. Quinam fieri poteſt, Domine, vt id toleres in corpore tuo, longâ abſtinentiâ & multis afflictionibus & moleſtiis confecto? Sed tamen, vt iuſſerat, ita factum eſt, & paucos dies coram fratribus culpas ſuas, quas ſe admiſiſſe meminit, voce publicâ confeſſus eſt, in cilicio & cinere proſtratus. Cùm igitur in ea eſſet pænitentia incommodâ corporis affectus valetudine, perpetuo cruciabatur dolore. Sed ille ſciens tempus adeſſe, quo ipſius peccata purgarentur, in illis doloribus mirificè exultabat.* Anno ſequenti agemus de illius obitu.

[a] Ap. Surium die 13. Sept.

XI. Samſone Limonico Abbate mortuo, Maximus Monachus in Abbatis vicem Monaſterium rexit, ab Eldebodo Clotarij Regis Curſore fruſtrà obiurgatus eſt quòd abſque illius conſenſu regimen Monaſterij ſuſcepiſſet, fruſtrà quoque ab eo ſemel atque iterum vocatus eſt vt facti ſui rationem coràm redderet. Grauiori pòſt accenſus irâ Eldebodus perrexit ad Monaſterium, occurrentem Maximum voluit baculo percutere, *ſtatim baculus de manu eius in terram cecidit, & arefacta eſt manus, & oculi eius excæcati ſunt.* Acceſſerunt poſtmodum famuli dominum, vt iactabant, vlturi, quibus intrepidus obuiauit Maximus, quamuis fratres, vt cum Magnentio lateret, flagrantibus precibus expoſcerent. Hæc copioſiùs deſcribuntur in vita [b] ſancti Maximi, contigerúntque vltimis huius anni diebus, quid ſecutum ſit dicemus anno ſequenti.

MAXIMVS FIT ABBAS LIMONIC.

[b] Ap. Bolland. die 2. Ianu.

XII. Fredegarius [c] hoc anno mortem Chrodoaldi ſic deſcribit. *Anno XLI. Chlotarij Regis, cùm Dagobertus iam vtiliter regnaret in Auſter, quidam ex Proceribus de gente nobili Ayglolfinga nomine Chrodoaldus in offenſam Dagoberti cadens, inſtigantibus beatiſſimo viro Arnulfo Pontifice & Pippino Maiore domûs, ſeu & ceteris Prioribus ſublimatis in Auſter, eò quòd eſſet ipſe Chrodoaldus rebus plurimis ditatus, ceterarum facultatum cupiditate peruaſor, ſuperbia deditus, elatione plenus, nec quicquam boni in ipſo reperiretur. Cúmque Dagobertus ipſum iam vellet pro ſuis facinoribus interficere, Chrodoaldus ad Chlotarium terga vertit, vt ſuam cum filio vitam obtinere dignaretur. Chlotarius cùm Dagobertum vidiſſet, inter ceteras conlocutiones Chrodoaldi vitam precatur. Dagobertus promittens, ſi id quod malè geſſerat, emendaret, Chrodoaldus vitæ periculum non haberet, ſed nullâ extante morâ, cùm Chrodoaldus cum Dagoberto Treueris acceſſiſſet, iuſſu Dagoberti interfectus eſt. Cui Bertharius homo Scarponenſis euaginato gladio ad oſtium cubiculi caput truncauit.* Chrodoaldus filium reliquit nomine Farum, de quo poſt annos ſexdecim ſub Sigiberto Rege, Dagoberti filio, verba faciemus.

[c] Cap. 52.

CHRODOALDVS OCCIDITVR.

XIII. Monon Diaconus, de quo ſermonem anno priori iam inſtituimus, Româ rediit in Gallias, & in Ioannis Agni Traiectenſis Epiſcopi familiam receptus, tantò carior ipſi factus eſt, quantò virtus eius exercitatione quotidianâ notior. Sed quò Deus vocabat, proficiſcendum erat. Vt ad locum deductus eſt, deſignatam extruendo Oratorio aream vepribus & dumis dum ſuâ ipſe manu in medio Arduennæ ſyluæ perpurgat, probari Deo labores ſuos credidit, vbi vidit ferream nolam ante ſe à porco de terra effoſſam. Aſſeruatur poſt tot ætates in hunc diem cymbalum illud in ſancti hominis memoriam ac venerationem. Ceterùm vt ſpargi cœpit per viciniam eius fama, incolas adeò permouit vel vitæ exemplo, vel ſanctorum colloquiorum ardore, vt certatim alij materiam cæderent, conueheréntve: eruerent alij lapides, aliam operam conferrent alij. Quo factum eſt, vt intra breue tempus ſteterit ædicula, rudis illa quidem, & opere ruſticano, ſed in qua faciles ſupplicibus aures Deus præberet, vt in ipſius Mononis vita Surius & Fiſenus decimo-quinto Kalendas Nouembres atteſtantur.

MONON IN GALLIAM REVERSVS

CONDIT ÆDICVLAM IN ARDVENNA SYLVA.

AN. CH. Hoc anno conſignandus videtur ortus ſancti Boniti, qui Diœceſim Auer-
624. nenſem ſub Clodouco Tertio & Childeberto Tertio Regibus adminiſtrauit.
CLOTAR. Vitam habemus [a] ſcriptam ab Auctore, qui ſæpè, vt multis in locis anno-
II. R. 41. tabimus, coætaneum ſe probat. Nonnulli Characteres Chronologici, qui-
R. 3. bus vtitur, opinionem noſtram valdè probabilem reddunt. Ait Bonitum am-
XIV. pliſſimis auctum fuiſſe dignitatibus à Sigiberto Auſtraſiæ Rege, profectúm-
[a] Ap. Bolland. que in Italiam eo anno quo Longobardorum Rex Aripertus aduersùs hoſtes
d. 15 Ian. de ſumma rerum ad Papiam dimicauit, & Româ in Galliam reuerſum Lug-
S. BONITI duni quadriennio vixiſſe. Pugna Papienſis ex Sigonij calculo inita eſt anno
ORTVS, Chriſti ſeptingenteſimo-quinto, Bonitus qui Romam tum proficiſcebatur, Lugdunum non rediit ante annum ſequentem, atque inde colligimus eum obiiſſe anno Chriſti decimo ſupra ſeptingenteſimum. Si vixit annos ſex & octoginta, annus ætatis triceſimus incidit in annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-quartum, quo Sigibertus Orientalis Franciæ Rex deceſſit Kalendis Februariis. Certè vt Bonitus, vix credi poteſt annos vixiſſe plures quàm ſex & octoginta, quia vita hominis vlteriùs rarò producitur, ita tricenario minor haud habendus eſt cùm Sigibertus Rex ad Deum migrauit, quia varia, eáque clariſſima munera in eiuſdem Regis aula geſſit.

XV. *Inclytâ Bonitus progenie Aruernica vrbis oriundus fuit. Cuius pater Theodatus,*
PARENTES. *mater verò Syagria vocitata eſt, è Senatu Romano dumtaxat nobili proſapiâ. Hic itaque antequàm naſceretur, magnum ſalutationis à quodam ſancto Sacerdote, nomine Fregione, fertur accepiſſe praſagium. Qui Sacerdos cùm paternam veniſſet ad domum, & à genitrice magno eſſet ſuſceptus cum gaudio, & illa iuxta morem benedictionem petiuiſſet, ita fertur ab eo audiſſe ſalutationis gratiâ reſponſum. Tu mihi, inquit, benedic Dei ſacer atque venerabilis Domine. Quod cùm eius genitrix audito percepiſſet ſermone, & tacitè conſiderans volueret in pectore, tandem ſciſcitans verbum Dei, intulit dicens. Quid eſt, inquit, quod loqueris, Pater? an ignoras ſexui meo talem à quocumque viro indignum fore ſalutationem proferri. Et ille. Non tibi, inquit, vt tu putas, petij benedictionem, ſed ei qui eſt in vtero tuo, quia ſummum video à Deo praelectum Sacerdotem. Et illa ouans ait. Rogo, Pater, vt orationibus tuis proueniat quod locutus es. Poſteà verò cùm natus adoleuiſſet, & eſſet prafata cum parentibus in vrbe conſtitutus, Grammaticorum imbutus initiis, &c.* Hæc fusè deſcribimus ex Authore vitæ ſynchrono, vt mendacij redarguamus eos qui Bonitum fabulantur ortum matre Abbatiſsâ, callidè à dapifero ſuo oppreſsâ, piâ alioquin & religioſâ fœminâ, & vt matris honori conſuleretur, deportatum ab Angelis ad quemdam Anachoretam, ab eóque ſeptem annos educatum.

XVI. Hoc anno natus eſt etiam Sanctus Trudo, ſi benè illius mortem anno
Chriſti ſexcenteſimo-vndenonageſimo conſignauit Miræus in Anacephalæoſi
Chronologica Faſtorum Belgicorum. Vixit enim annos ſexaginta quinque,
vt idem Miræus in Faſtis Belgicis & Fiſenus in Florario Leodicenſi teſtan-
[b] d. 23. Nou. tur [b]. Scimus Miræum ſibi non conſtare. In iiſdem enim Faſtis citato Cœ-
S. TRVDO- nobij Satcinienſis ſeu Trudonenſis Archiuo Sanctum Trudonem natum ait
NIS ORTVS, anno Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo, idcóque Rayſſius in Hierogazophilacio Belgico mortuum affirmat anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-tertio. Refragatur autem Theodoricus Abbas, dum natum tradit, cùm *Clotarius Chilperici ſucceſſor Francorum regno potiebatur*, mortuúmque *Francis dominante Theodorico, illuſtris Regina Bathildis filio.* In Haſbania enim, vbi natus eſt Trudo, poſt annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſecundum haud regnauit Clotarius, illo ſiquidem anno Auſtraſiam, cuius pars erat Haſbania, Dagoberto filio in regni conſortium vocato ceſſit, & Theodoricus Rex, vt ſuo loco probabimus, vitam clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſimo-ſecundo. Sed & apud Theodoricum leguntur nonnulla, qui pugnant inter ſe; naſcitur Trudo cùm *Clotarius Chilperici ſucceſſor* regno Francorum potitur, & *amantiſſimus Dei adoleſcens* iuſſu Remacli Tungrenſis Antiſtitis

AN. CH. 624. CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 3.

Metas ſe confert ad Clodulphum illius ciuitatis Epiſcopum. An qui lucis vſuram accepit exeunte Clotarij ſiue apud Auſtraſios ſiue apud Neuſtraſios Principatu, is adhuc in adoleſcentia poſitus erat, cùm Eccleſiam Metenſem adminiſtrabat Clodulfus, qui Pontificatum ante annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-ſextum non obtinuit? Trudo meliùs à Donato vir appellatur, priuſquàm moneatur ab Angelo, vt Remaclum Tungrenſem ſeu Traiectenſem Epiſcopum adeat. In ſcriptis Donati nihil inuenitur, quo prohibeamur ortum Trudonis hoc anno, mortem anno Chriſti ſexcenteſimo-vndenonageſimo conſignare. Ceteris autem, qui de ſancto Trudone ſcripſerunt, auctoritate præſtat Donatus Diaconus. Atque vt id fateare, placet ſermonem hîc facere de variis Auctoribus, qui ſuis lucubrationibus beatum Trudonem poſteritati commendarunt.

Theodoricus, qui ex Gandauenſi ſancti Petri Monaſterio euocatus, Abbas ad ſanctum Trudonem anno Chriſti milleſimo duodeconteſimo creatus eſt, vitam beati Trudonis ſcripſit duobus libris, quorum priorem in duodeuiginti capita, poſteriorem in viginti & vnum diſtribuit. XVII. Opus ſuum Gerardo Abbati dicauit, in ipſáque præfatione teſtatus eſt rem eandem à duobus eruditiſſimis viris Donato Diacono & Guikardo Abbate iam confectam fuiſſe. *Iniungitis*, inquit, *immò imperioſá charitate cogitis, vt beatiſſimi ſummi illius capitis* (Chriſti) *membrum Trudonem, quem longè antè Donatus Diaconus, & poſteà Guikardus Abbas, vtriuſque linguæ vſque ad interpretem vterque periti, Latinitati tradiderunt, meá quoque operâ & ſtylo librariis tradam.* Donatum in Codice manuſcripto Franciſci Ducheſnij legimus. Non adeò felices fuimus in comperiendo Guikardo. Donatus lucubrationem ſuam inſcripſit Angelramno Metenſium Antiſtiti, præfationem enim ſic auſpicatus eſt *Beatiſſimo Patri Angelramno Archiepiſcopo, Donatus exiguus vltimúſque exul perennem in Domino ſalutem. Beatitudine veſtrâ ſuggerente, Pater Beatiſſime, cogor compendioſá breuitate quædam de vita ac conuerſatione feliciſſimi Patris Trudonis Presbyteri meæ paruitatis ſtilo ſubnectere.* Angelramnus Eccleſiæ Metenſi præerat anno Chriſti ſeptingenteſimo-ſeptuageſimo. Donatus igitur tribus ſeculis integris & ampliùs antiquior eſt Theodorico, eáque ſcribere potuit quæ viri fide digni à Trudonis familiaribus ſibi dicta comprobatáque retulerant. Librum ſuum in capita partitus eſt vnum ac triginta. Singulorum titulos accipe conférque cum Theodorico, factâ enim collatione facilè intelliges ſcribenti Theodorico Donatum præ manibus fuiſſe, quamuis apud Theodoricum occurrant nonnulla, quæ cùm à mente Donati, tum à recta Chronologia diſſident. Primum Donati caput eſt, *De ortu & religioſa pueritia ſancti Trudonis.* Secundum, *De voto, vel ædificio viri Dei, quod proterua mulier deſpexerat, qualiter correpta ſit, & quomodo iterum per orationem eius priſtinæ ſanitati ſit reſtituta.* Tertium, *Qualiter vir Dei temporales pompas deſpiciens ſoli Deo & parentibus honorem & pietatem præbebat.* Quartum, *Quomodò per viſionem commonitus ſit, vt iſſet ad Remaclium Tungrenſis vrbis Epiſcopum.* Quintum, *Qualiter ſuſceptus ſit à beato Remaclio.* Sextum, *Qualiter ammonitus ſit ab eodem Epiſcopo vt ad Mettenſem vrbem pergeret, & ſanctum Stephanum ſuum hæreditarium feciſſet.* Septimum, *De pueris Epiſcopi, qui inſipienter habitum ſancti viri deſpexerant, qualiter ab Epiſcopo correpti ſunt.* Octauum, *De profectione viri Dei ad Mettenſe oppidum, vel qualiter ſanctitatem eius cuſtos Eccleſiæ cognouiſſet.* Nonum, *Qualiter ſuſceptus eſt à beato Chludulfo, & quomodò poſſeſſionem ſuam ſancto Stephano tradidit, vel qualiter præfato cuſtodi Eccleſiæ commendatus ſit vt litteras diſceret.* Decimum, *De iniquo diſpenſatore, qui virum Dei deſpexerat, quá vltione percuſſus ſit.* Vndecimum, *De religione viri Dei, vel qualiter in Mettenſe Eccleſia clericatus ſit.* Duodecimum, *Qualiter eum beatus Chlodulfus ob vtilitatem multorum deſtinauit in patriam.* Decimum-tertium, *Qualiter detrimentum eius lugiſſent cuncti vrbem habitantes Mettenſem, & quomodò ſuſcepit eum beatus Remaclius.* Decimum-quartum, *De hoſpitio illius in cuiuſdam fidelis domo viri, vbi etiam diuina*

AN. CH. 624. CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 3.

gratia ſuper eum in nocte refulſit. Decimum-quintum, *De peruentu viri Dei ad hæreditatem ſuam, in qua ſtatim honorificè conſtruxit Eccleſiam.* Decimum-ſextum, *De equo ipſius quem latro furtim abſtulit, qui poſteà arreptus fuit à dæmonio, quomodò eum vir Dei ſanauit.* Decimum-ſeptimum, *Qualiter fontem in horto cognati ſui cum cambutta ſua de arida terra produxit.* Duodeuiceſimum, *De ſæuienti porco, quem ille in manſuetudinem conuertit.* Vndeuiceſimum, *Qualiter noctu ſolitarius duas procul poſitas Eccleſias viſitaſſe conſueuerat.* Viceſimum, *De tranſitu eiuſdem venerabilis Patris, qualitérue fratribus ſuis ſuum exitum prædixiſſet.* Viceſimum-primum, *De miraculo, quod in trigeſimo tranſitûs illius die geſtum eſt.* Viceſimum-ſecundum, *Qualiter illuſtris vir Pipinus ad ſepulchrum illius duas villas tradidit, & Plectrudis vxor ſua altare in honore ſancti Patris fabricare præcepit.* Viceſimum-tertium, *De propinquo viri Dei, quem ammonuit ne vxorem duceret, eúmque hoc verbum contempnentem qualiter corripuit.* Viceſimum-quartum, *De Gotfrido cæco, qui coram ſepulchro ſancti viri lumen oculorum ſuſcipere meruit.* Viceſimum-quintum, *De ſeruo eius, quem inueſtigantem ſublatos boues latrones occiderunt, quâ vltione percuſſi ſunt illi qui hoc nefas perpetrarunt.* Viceſimum-ſextum, *De bobus matricularij, qui furtim ſublati ſunt, quàm citò reſtituti fuerint.* Viceſimum-ſeptimum, *De miraculo, quod temporibus venerabilis Patris Ghrodegandi ob defenſionem culpabilis pueri geſtum eſt.* Duodetriceſimum, *De theſauro eiuſdem Eccleſiæ furtim ſublato, qualiter repertum fuit.* Vndetriceſimum, *De contracta muliere, quæ in feſtiuitate ſancti Patris ſanata eſt.* Triceſimum, *De claudo, quem per merita beati viri Deus priſtinæ ſanitati reſtituit.* Triceſimum-primum, *De eo qui coram altare ſancti Trudonis mirabiliter viſum recepit.* Præcipua capita ſuis locis exponemus.

XVIII. PATRIA,

Vitam ſancti Trudonis ſic orditur Donatus. *Venerabilis Trudo in Hasbania finibus nobiliſſimâ Francorum proſapiâ ortus fuit. Erant autem parentes illius locupletes valdè, tam in pecunia quàm etiam in agrorum poſſeſſione.* De Trudonis ortu, patria, parentibúſque plura non habet. Theodoricus Trudonis natiuitatem Characteribus quibuſdam Chronologicis conſignat, & in eiuſdem Trudonis genus ac nobilitatem fuſiori ſtylo ſic exſpatiatur. *Venerabilis Trudo ortus eſt Hasbanienſi territorio. Clotarius Chilperici ſucceſſor tunc temporis Francorum regno, Iuſtinus minor cum Sophia coniuge Romanorum potiebatur Imperio. Parentibus ſanè Chriſtianiſſimis, & religiosè ditiſſimis editus, in primæua adhuc ſua ætate ita homo extra hominem vixit, vt velut adeps ſeparatus à carne, ab eo ſtatim inciperet religionis gradu aſcendere, ad quem alios longo vix vſu ætas durata ſolet perducere. Lineam enim illam nobilitatis, quam ab omnibus retrò atauis, Francorum Principum ſanguis, & Auſtraſiorum Ducum vena in eum transfuderat, tantâ poſthabuit vilitate, vt ſpretâ hac, quam æſtimant, celſitudine, pauper ipſe ad pauperum Chriſti quotidie deſideraret caſtra euolare.* Theodoricum integro ſeculo anteceſſerunt Norgerus Leodienſis Epiſcopus & Harigerus Abbas Lobienſis, qui vitam ſancti Trudonis breuiter complexi ſunt, ille tribus capitibus in vita ſancti Remacli, hic in Geſtis Antiſtitum Tungrenſium ac Traiectenſium, capite quinquageſimo-ſecundo iuxta Anſelmi diſtinctionem, neuter immoratur in deſignando tempore quo Trudo natus eſt, vterque verò Trudonis nobilitatem commendat, Norgerus [a] Trudonem *ſuperbi ſanguinis multâ generoſitate pollentem*, Harigerus Trudonem *ſublimis admodùm ſanguinis generoſitate præpollentem* exhibet. In Norgero & Harigero, quod hoc loco redarguamus, nihil occurrit, ſecus in Theodorico. Errat Theodoricus dum Clotarium Francorum Regem & Iuſtinum Romanorum Imperatorem coæuos conſtituit, nam toto Clotarij regno, quod annorum quinque ac quadraginta fuit, nullus Iuſtinus apud Romanos imperauit, obierunt ſiquidem Iuſtinus Senior anno Chriſti quingenteſimo viceſimo-ſeptimo, & Iuſtinus Iunior anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-nono, Clotarius autem patri Chilperico ante annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum haud ſucceſſit. Errat & Theodoricus dum Trudonis genus ex Principibus Francorum & ex Ducibus Auſtraſiorum

[a] Ap. Surium die 3. Sept.

ſtraſiorum deducit, id eſt, ex præclara gente quæ multos Auſtraſiæ Maiores AN. CH.
domûs dedit, atque in his Pipinum iam laudatum, cuius filia Begga nuptias 624.
contraxit cum Anſchiſo pronepote Anſberti, quem alij Clodouei Regis è filia CLOTAR.
nepotem, alij Clotarij Regis generum fabulantur. Pater Trudonis Vicboldus, II. R. 41.
mater Adela vocabantur [a]. Vt nobiliſſimi, ita & ditiſſimi erant. Sarchinium DAGOB.
cum adiacentibus latè agris, paſcuis, aquis, poſſidebant in Haſbania, necnon R. 3.
opulenta latifundia vbi Brugæ poſteà conditæ ſunt, & magnas opes cùm in [a] Fiſen. die 23.
Taxandria tum Moſellam versùs. Ambo, quod adhuc multò illuſtrius eſt, tan- Nouemb.
tâ morum integritate claruerunt, vt cælitum honoribus celebrati ſint teſte Fi- PARENTES.
ſeno in Floribus Eccleſiæ Leodienſis nono Kalendas Decembris. Eos autem
genere nec Anſchiſo nec Beggæ coniunctos fuiſſe docet Donatus. Nam ca-
pite viceſimo-ſecundo, vbi de Pipino Anſchiſi ſiue Anſigiſi & Beggæ filio ſer-
monem inſtituit, nullius, quâ ille Trudonem contingeret, propinquitatis
meminit. *Pipinus*, inquit, *inclitiſſimus Maiordomûs, filius Anſigiſi, cùm cre-
breſcentem famam de ſancti Trudonis virtutibus audiſſet, vt erat religioſiſſimus
Princeps, ad tumulum ipſius, orationis causâ venit.* Et capite ſequenti, vbi de
Arifrido ſancti Trudonis propinquo verba facit, illam conſanguinitatem non
omittit. *Hoc quoque*, ait, *huic narrationi addam miraculum, quod propinquo ſan-
cti viri accidit. Fuit namque quidam vir nomine Arifridus conſanguineâ lege ſan-
cto Patri propinquus*, &c. Ipſemet Theodoricus libro ſecundo, vbi agit de Pi-
pino déque Arifrido quem Hartfridum vocat, Donatum fideliter admodum
reddit, Hartfridum carnis conſanguinitate beato Trudoni coniunctum dicit,
nihilque tale profert de Pipino. Sic enim de Pipino loquitur capite decimo.
*Glorioſus ille Pipinus Maiordomûs, filius Anſigiſi, & Carolidarum principium, vnà
cum Francorum Primatu & curialium Optimatibus, gratiâ orationis ad propitiabile
illud viri Dei ſepulchrum peruectus eſt.* Et capite ſequenti de Hartfrido. *Accreſ-
cit ad materiam miraculorum quidam Hartfridus, vir inter ſuos pracipuus, & car-
nis conſanguinitate beato Trudoni coniunctus.*

Wictherpus Epiſcopus Auguſtenſis ſiue Auguſtanus ab Auguſta * Vinde- XIX.
licorum nuncupatus, hiſce temporibus cùm Dagobertus in Auſtraſia regna- * *Ausbourg.*
bat, & Pipinus Maioratum regiæ domûs gerebat, iniit Pontificatum, vixítque WICTHER-
ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-quartum, vt ſuo lo- PVS EPISC.
co ex Theodoro Scriptore ſynchrono probabimus. Falluntur ſanè Bruſchius, AVGVSTÆ
Bucelinus, aliique, qui Wictherpum vel annos tantùm ſexdecim ſediſſe, vel VINDELI-
Pippino Regi coæuum fuiſſe volunt. Error ex interpolata ſancti Magni ſeu CORVM.
Magnoaldi vita dimanauit. In ea Theodorus, qui varias peregrinationes cum
ipſomet Magnoaldo ſuſcepit, meminit Pippini Maiorisdomûs; Interpolator
Ermenricus Elewangenſis Monachus, qui nono ſeculo floruit, Pippinum per-
peram Regem appellauit fratrémque Carolomanni, qui nuntium rebus ſecu-
laribus remiſerat, itaut non alium deſignarit quàm Pippinum Breuem, Caroli
Magni patrem; ſed quâ fronte, cùm ſanctus Magnoaldus, quem Wictherpus
Epiſcopus Preſbyterum ordinauit, beati Columbani diſcipulus fuerit, & vi-
uente ſancto Columbano degerit ſub Clotario Rege, à cuius obitu vſque ad
regnum Pippini Breuis interceſſit centum annorum & ampliùs interuallum?
Wictherpus Eccleſiam Auguſtanam rexit Dagoberto eiúſque filio Sigiberto
Regibus. De Tozzone, qui Wictherpo proximè ſucceſſit, loquitur Theo-
dorus in prælaudata ſancti Magnoaldi vita, nec vllus inuenitur Auctor, qui
Wictherpum Tozzonis deceſſorem neget. Si Bucelino [b] fides eſt, Pippinus [b] In Epiſc. Au-
Rex Francorum in gratiam Wictherpi Epiſcopi tot ac tantis Eccleſiam Augu- guſtan. n. 9.
ſtanam donis cumulauit, vt eius præcipuus ferè conditor exiſtimetur. At hæc
munera non à Pippino Rege collata ſunt, ſed à Pippino Maioredomûs, cu-
ius inſignem munificentiam regnante Dagoberto non vna ſed plures expertæ
ſunt Diœceſes. Antequàm Dagobertus in regni conſortium à patre vocare-
tur, Auguſta Vindelicorum diuturno laborauit interpontificio, ſed vbi Da-
gobertus in Auſtraſia regnare cœpit, Arnulfus Metenſis Epiſcopus & Pippi-

AN. CH. 624 CLOTAR. II. R. 41. DAGOB. R. 3.

nus Maiordomûs, viri piiſſimi, quorum operâ potiſſimùm vtebatur, nihil magis in votis habuerunt, quàm vt Chriſtianorum numerus augeretur. Eo conſilio curarunt eligendum Præſulem, qui Vindelicorum Eccleſiam regeret. Si vulgares ſequeremur Auguſtanorum Antiſtitum nomenclaturas, quæ Wicthérpi Pontificatum ad Pippini Regis ætatem reiiciunt, Dagoberto Regi coætaneum conſtitueremus Epiſcopum cognominem Dagobertum, quem alij Tagenbertum vocant, ſed Tagenberto ſeu Dagoberto ſuum inter Auguſtanos Præſules locum poſt Tozzonem tribuemus. Auguſtanorum enim Pontificum indicem ſic texendum remur.

XX. Soſymus, quem alio nomine Dionyſium appellant, primus Auguſtanorum Epiſcopus Martyrium ſub Diocletiano Auguſto conſummauit. Ab illo Soſymo vſque ad Wictherpum Dagoberto Regi coæuum ſola ſupereſt vnius Beruuelphi ſeu Wernolphi memoria, qui geſſit Epiſcopatum annis quinque. Poſt Wictherpum ſerie non interruptâ ſederunt, Tozzo, Tagenbertus ſeu Dagobertus, Manno, Wicho, Brico ſeu Perichus, Zayſo, Marcomannus, Symbertus Carolo Magno ſynchronus. De ſingulis agemus ſuis locis. — SVCCESSORES.

---

625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

ANNVS
CHRISTI 625.
CLOTARII II. R. 42. 13.
DAGOBERTI R. 4.

I. MAXIMVS ABB. LIMON. OCCIDITVR. [a] Ap. Bolland. d. 2 Ian.

INEVNTE anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, ipſis Kalendis Ianuariis, Maximus, qui Monaſterium Limonicum in Dœceſi Viennenſi regebat à Gundramno Eldebodi regij Curſoris excæcari famulo lanceâ confoſſus eſt, & in Cœnobium deportatus obiit poſtridie præſentibus Viennenſium & Aruernenſium Epiſcopis, quos Author vitæ [a] perperam vocat Paſchaſium & Auguſtinum, nam Syndulfus Viennenſis & Cæſarius Aruernenſis hoc ipſo anno, vt inferiùs dicemus, Concilio Remenſi ſubſcripſerunt, Paſchaſius verò Viennæ ſedit cùm Galliæ Imperatoribus Romanorum adhuc ethnicis parebant, & Auguſtini nomen non reperitur in catalogo Aruernorum Antiſtitum. Sanctus Maximus, inquit idem Author *paſſus eſt* IV. *Nonas Ianuarias in anno* XII. *ſub Clotario Rege, & eſt tumulus eius benè compoſitus in domo benè fundata in honore Dei ſummi, & ibi requieſcunt reliquiæ S. Ioannis, & S. Victoris ex latere deorſum contra Aquilonis plagam ſuper Dimouia fluenta, ibi ſacratum corpus S. Maximi requieſcit in pace.* Annum Clotarij Regis duodecimum illigamus anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, cuius Kalendæ Ianuariæ incidunt in annum duodecimum Clotarij Monarchiam Francorum adepti. Maximo in regimen Monaſterij Limonici ſucceſſit Magnentius, qui eidem Sancto Maximo ſocius peregrinationis ex agro Cadurcenſi in Viennenſem fuerat.

II. Hocquoque anno vitam clauſerunt inſignes Abbates Euſtaſius & Gallus. Vtriuſque meminerunt Eccleſiaſticæ Tabulæ, prioris quarto Kalendas Apriles, poſterioris decimo-ſeptimo Kalendas Nouembres. Gallus Euſtaſio ſuperſtes vixit, obiítque anno poſt ſancti Columbani mortem decimo, primum patet ex vita ſancti Galli, ſecundum ex vita ſancti Magnoaldi.

III. EVSTASIVS ABB. LVXOV. OBIT.

Walafridus in vita S. Galli, mortem Euſtaſij Luxouienſis Abbatis & Legationem Monachorum ad Gallum Abbatem directam ita deſcribit. *Abbas Monaſterij, quod Luxonium dicitur, nomine Euſtachius, quem bona memoria Colum-*

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

banus eidem loco præfecit, ab huius exilio vita ad ſupernam patriam commigrauit. Fratres ergo in eodem Cænobio conſtituti conſilium inierunt, vt venerabilem Gallum reuocarent, & eius regimini ſe ſubdendo contraderent. Miſerunt itaque ſex fratres ex his, qui ab Hibernia venerunt, qui epiſtolam ferrent, continentem cauſas eiuſdem Legationis. Quam vt vir Dei Sanctus perlegit, animos eorum ab ſpe impetrationis huius amouit, detinuit autem eos aliquantis ſecum diebus, & charitatis intuitu omni humanitatis fouit obſequio. Narrauit quoque de communi Patre, beato videlicet Columbano, quod certâ reuelatione didicerat. Deinde oſculo pacis oblato dimiſit eos, & illi benedictione tanti Patris armati ad ſua remearunt.

GALLVS RECVSAT PRÆFECTVRAM LVXOV. MONAST. IV.

Nec multò pòſt, inquit idem Authot, *Willimarus Presbyter veniens ad cellam viri ſancti rogauit eum, vt ſecum egrederetur ad caſtrum. Motus ſupplicantis alloquio, pietatis amator deſcendit cum illo, & venerunt ad caſtrum. Vocatâ autem multitudine in die ſolenni, vir Sanctus prædicationis dulcedine auditorum corda refecit, & tantâ quæ dixerat ſapientiæ luce veſtiuit, vt ſummâ omnium gratulatione auditus, & plenâ cunctorum veneratione ſit honoratus. Biduo itaque ibidem ducto, tertiâ die febre correptus, tantùm in breui eius violentiâ depreſſus eſt, vt nec ad cellam redire, nec cibi ſuſtentaculum potuiſſet percipere. Cumque hac infirmitate per* ÆGROTAT, *dies quatuordecim laboraſſet, die ſexto-decimo menſis Octobris, expletis nonaginta quinque annis ſuæ ætatis in ſenectute bona, huius vitæ liberatus ergaſtulo, animam meritis plenam felicibus reddidit, bonis inhæſuram perennibus.* Annum ita colli- MORITVR, git Theodorus in vita ſancti Magnoaldi. *Commanens beatus Magnoaldus cum Sancto Gallo ferè annis decem poſt perpetratum iter ab Italia, decimo verò anno videns eum infirmari, & à febrium conſtrictione langueſcere miſit nuncium ad Ioannem Conſtantiacenſis Eccleſiæ Præſulem, inuitans eum ad beatum Gallum, qui valdè infirmitate iam febrium detinebatur.* Magnoaldus autem profectus fuerat in Italiam anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto, quo mortem ſancti Columbani conſignauimus.

V. SEPELITVR A IOANNE EP. CONSTANT.

Ioannes Epiſcopus Conſtantienſis à Magnoaldo per nuncium de morbo Galli Abbatis certior factus nauim conſcendit, & penè Arbonam appulerat, cùm amicum ex hac vita ſublatum reſciuit, flens & eiulans peruenit ad locum, vbi ſanctum corpus iacebat, quod vt ad foſſam ſepulturæ deferretur, nullis vſquam viribus potuit commoueri. Agnouit Epiſcopus *hanc ſepulchri ſedem Patri Gallo non placere, & iuſſit Presbytero, vt duos equos inueniret indomitos & faceret introduci. Quod cùm factum eſſet, Epiſcopus ad feretrum acceſſit, & ex vna parte illud ſubleuans, Presbytero intrinſecus ſuſtollente, equis ſuperpoſuit, & aſtantibus dixit. Auferte frænos de capitibus eorum, vt libertate conceſsâ, quò Dominus voluerit pergant. Acceptâ ergo cruce & candelis, Pſalmos & melodias concinentes iter agere cœperunt. Equi autem in neutram partem declinantes recto itinere perrexerunt ad cellam viri Dei. Quò cùm perueniſſent, depoſitum eſt feretrum ante Oratorium. Diſcipuli autem eius eleuantes pij Doctoris reliquias intulerunt & ante altare poſuerunt. Deinde pariter cum Epiſcopo orationem pro illo facientes fecerunt foſſam ſepulchri inter parietem & altare, ibique precibus huic rei conuenientibus præmiſsis ſepelierunt eum, omnibúſque ritè conſummatis, multitudo quæ ad tanti viri concurrit exequias, Epiſcopi benedictione communita ad propria remeauit.* Lege vitam ſancti Galli à Walafrido conſcriptam, & vitam ſancti Magnoaldi ſeu Magni quam Caniſius [a] edidit.

[a] Antiq Lect. Tom. 5.

VI. MAGNÆ FVIT AVSTERITATIS.

Sanctus Gallus durâ catenâ corpus ſuum caſtigauit. *Habuit vir Dei*, inquit Walafridus, *capſellam de corio factam, diligenter ſeratam, cuius clauem ſub tam vigili cuſtodia ipſe retinuit, vt nullus diſcipulorum eius quandiu vixerat, quid intus ſeruaretur, cognoſcere potuiſſet. Hanc autem ex ſuis humeris pendentem ferre ſolebat, quocunque ambulauit. At vbi de vita migrauit, ſumptâ claue aperuerunt capſellam, & inuenerunt in ea cilicium modicum, & catenam æream ſanguine adſperſam. Deinde corpus inſpicientes magiſtri, inuenerunt locum catenæ, vbi ſæpiùs præcingi ſolebat, carnémque ipſam in locis quatuor profundiùs catenâ ſulcatam, adeò vt de iiſdem vulneribus cruor decurrens, cilicium per loca perfuderit. Poſuerunt*

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

autem capſellam cum cilicio ad caput eius in feretrum, & deportauerunt cum corpore ad locum monumenti, & ſuſpenderunt hæc tria mortificationis eius indicia iuxta tumulum ad caput eius, per quæ deinceps ad oſtenſionem meritorum ipſius plurimas Dominus virtutes piè quærentibus exhibuit.

VII. In vira ſancti Magni, quam Henticus Caniſius ex membranis publicauit, Magnus, Theodorus & Orhmarus cum aliquor aliis fratribus leguntur à Ioanne Conſtaorienſi Pontifiee relicti, qui corpus ſancti Galli cuſtodirenr. Quomodò poſt triennium prophetia ſancti Columbani ſir impleta, dicemus ſuo loco.

COLVMBINVS ABBAS LVTRENS. OBIT.

VIII. Sanctis Abbatibus Euſtaſio & Gallo diu ſuperſtes eſſe oon potuit beatus Columbinus Abbas Lutrenſis, qui colitur in Tabulis Benedictinis decimo Kalendas Decembres, & in vita ſancti Deicoli exornatur hoc elogio. *Beatus Columbinus in omnibus operam dedit, qualiter vnà cum fratribus ſuis paterna veſtigia inerratò ſequi potuiſſet. Dedit autem Dominus eidem loco talem profectum, vt multi nobilium atque potentum relicto vertiginis ſpiritu ſæcularis cum omnibus quæ habere poterant, Monachicam diſciplinam eligerent, & Monaſterium ſatis ditarent, ipſi quoque ſacræ ſubiacerent rubricæ.* Fallitur Menardus [a] dum ſcribir Columbinum Abbatem cum ſuis Monachis fugâ ſibi conſuluiſſe, quia fera & immaois Huooorum gens illam regionem populabatur, Hungarorum enim irruptio, quæ in vita ſancti Deicoli poſt encomium ſancti Columbini ſubiicitur, non ad iſta tempora, ſed ad decimum ſeculum pertiner, vt ſuo loco probabimus.

[a] Lib. 1. obſeru. die 18. Ian.

IX. Obiit etiam hoc anno Amatus Preſbyrer & Abbas Monaſterij Sancti Montis in Voſago, non enim nominatur in viris ſanctorum Arnulphi & Romarici, cùm de ſancti Arnulphi ſeceſſu in eremum ſermo habetur, Arnulphus autem anno Chriſti ſexcenreſimo viceſimo-ſexro Epiſcopatum dimiſit. Anno priori pœniteotiam Amati iam attigimus; qualis eius exitus fuerit, Author [b] vitæ ſic exponit. *Iam annum in eo cilicio & cinere egerat, die ac nocte ingiter precibus vacans, cùm præ nimio membrorum cruciatu, cute & carnibus exeſis, nuda oſſa paterent. Interim nihilominùs cum lachrymis ſemper Domino loquebatur. Cùm autem finem adeſſe ſentiret, cuidam fratri ait. Affer epiſtolam Leonis Papæ, quam ille ad ſanctum Flauianum ſcripſit, in qua Catholicæ fidei pleniſſima ratio continetur. Allata eſt epiſtola, & cùm illi legeretur, ita dixit. Sic credo, ô Trinitas ineffabilis: ita confiteor Deus omnipotens: ita de te ſentio, Fili Dei Chriſte Ieſu: ſic de te intelligo, Spiritus ſancte, æterne Deus: atque ita vnum Deum in Trinitate, trinúmque in vnitate confiteor. Cùm autem ſummâ eſſet humilitate præditus, indignum ſe putauit, qui intra Eccleſiæ ſepta ſepeliretur. Iuſſit igitur ſibi fodi ſepulchrum in ipſo aditu Baſilicæ matris Dei, & hoc epitaphium, quod ipſe compoſuit, ei imponi. Omnis homo Dei, qui in hunc locum ſanctum ad orandum introieris, ſi merueris obtinere, quæ poſtulas, pro anima Amati pœnitentis hic ſepulti, Domini miſericordiam deprecari digneris, vt ſi quid mea paruitas de meis peccatis obtinere non potuit tepidè pœnitendo, obtineat veſtra tantorum charitas, ſedulè Domini miſericordiam deprecando. Interim verò congregati fratres & ſorores, non ſine multo luctu ſuſtinebant eius exceſſum è vita, legentes Euangelia, Pſalmóſque & Hymnos apud lectulum eius decantantes. Sub his autem vocibus ille veniam ab omnibus petens, eiſque valedicens, animam expirauit. Tum verò luctus omnium ortus eſt, quòd vir ſanctus obiiſſet. Sepultus verò eſt eo loco, quo ipſe iuſſerat, tertióque die fratribus per viſum apparens, ne contriſtemini, inquit, certi me abſolutum à peccatis meis, & comiter acceptum à Domino meo, qui poſt dies non multos omnibus bonis abundare vos faciet, iiſque dictis diſparuit. Poſteà verò Rex pro ſua munificentia quamprimùm illis ducentos ferè aureos miſit.* Hic erar Dagobertus Auſtraſiæ Rex, à quo beati Amati vitam idem Author ſic orditur. *Temporibus Dagoberti Regis, vt moribus egregius, ita & ſanctitate, re & nomine Amatus extitit.* Nomen ſancti Amati legitur in Tabulis Eccleſiaſticis Idibus Septembris. *Poſt beati verò Amati mortem, ad Sacerdotalem capeſſendum Ordinem, quem demiſſo*

[b] Ap. Surium die 13. Sept.

AMATVS POENITENS MORITVR.

ROMARICVS FIT PRESBYT.

hactenus animo renuerat, progreſſus eſt Romaricus, vt Author vitæ teſtatur editus AN. CH.
à Serario & Ruyro. 625.

Poſt ſanctum Euſtaſium curam Monaſterij Luxouienſis ſuſcepit Waldebertus, Chagnoaldi Laudunenſis Epiſcopi, & Burgundoforæ Abbatiſſæ frater. CLOTAR. II. R. 42. Id in vita ſancti Euſtaſij docet Ionas his verbis. *Peractâ Legatione ſuâ venerabilis Pater Euſtaſius remeat, puellam*, nempe Burgundoforam, *à cuſtodia liberat*, DAGOB. R. 4. *patrem terribiliter increpat, religionis veſtem per Pontificem vrbis illius Gundoaldum nomine induit, Monaſterium Virginum Christi ſupra paternum ſolum inter* X. *duos fluuios ædificat, fratres, qui ædificandi curam habeant, deputat, germanos* WALBERTVS ABBAS *puellæ Chagnoaldum & Waldebertum, qui ei poſteà ſucceſſit, vt regulam doceant,* LVXOV. *decernit.* Et paulò inferiùs inter Epiſcopos, qui priuſquàm Pontificatum gererent, Monaſticam vitam Luxouij ſub ipſius Euſtaſij Abbatis diſciplina duxerunt, nominat Chagnoaldum. *De fratribus*, inquit, *ſub eius regimine conſtitutis, poſteà plures Eccleſiarum Præſules extiterunt, Chagnoaldus Lugduni*, &c. Anonymus, qui vitam ſancti Agili ſcripſit, Ionæ maximam lucem affert. Fluuios, inter quos Monaſterium à Fara ſeu Burgundofora conſtructum eſt, ipsúmque locum ſuis appellat nominibus. Lugdunum, cui Chagnoaldus ſiue Agnohaldus cum Epiſcopali dignitate præfuit, interpretatur Lugdunum Clauatum, id eſt, Laudunum in Belgica ſecunda. Waldebertum Chagnoaldi Laudunenſis Antiſtitis & Faræ Abbatiſſæ fratrem, cui tunc Abbati Luxouienſi Ionas vitam ſancti Euſtaſij dicauit, docet ex Abbate Luxouienſi Meldenſem Epiſcopum creatum fuiſſe. Denique Chagnoaldum & Waldebertum fratres, necnon Acharium, Rignacharium & Audomarum, qui collegio etiam Epiſcoporum adſcripti ſunt, affirmat non tantùm ab Euſtaſio Abbate, vt Ionas in eius vita teſtatur, ſed & ab eodem Euſtaſio nondum Abbate ſacris literis eruditos fuiſſe ex Abbatis Columbani mandato. *Ingrediens laudabilis Agilus annum pueritiæ committitur Euſtaſio probatæ religionis viro ſacris literis erudiendus, cum aliis nobilium virorum filiis, qui poſteà Eccleſiarum Præſules extiterunt; Agnohaldo ſcilicet & Waldeberto, Hagnerici patrui eius filiis, qui Monaſterio, quod ſoror illorum Fara in paterno ſolo inter Albam & Mueram in loco, qui Eboriacus dicitur, ædificauit, conſtruendi & docendi regulares magiſtri claruerunt, quorum alter Lugduno Clauato, alter Meldenſis vrbis eſt ordinatus Epiſcopus; Achario, qui Virmandorum & Nouiomenſis & Tornacenſis Antiſtes fuit, Rignachario, qui Auguſtodunenſis Eccleſiæ Pontifex egregius emicuit; Audemaro, qui Bononiæ & Tharuanenſis oppidi Paſtor laudabilis floruit.* Hugo Menardus [a] in obſeruationibus ad diem ſecundum Maij conſtanter aſſerit Waldebertum ſeu Walbertum in vita ſanctæ Burgundoforæ à Iona Meldenſem Epiſcopum vocari, ſed in Ionæ textu nihil ſimile reperitur, Auctor ille poſtquàm inſigne miraculum narrauit, Burgundoforam & Epiſcopum Meldenſem cum Waldeberto Abbate Luxouienſi teſtes appellat, ipsúmque Meldenſem Epiſcopum à Waldeberto Abbate Luxouienſi ſic diſtinguit. *Teſtes ſunt huius rei, venerabilis mater Burgundofora, Pontifex Meldenſis vrbis, & beatus Waldebertus Abbas Cœnobij Luxouienſis.* In vita ſororis ſuæ Burgundoforæ Waldebertus dici non potuit Epiſcopus à Iona, quia Meldenſem Epiſcopatum ſuſcepit præcitatâ Burgundoforæ vitâ iam ſcriptâ. Molanus in additionibus ad Vſuardum & in Natalibus Sanctorum Waldebertum Abbatem Luxouienſem à Waldeberto Meldenſium Epiſcopo diſtinguit, confunditque cum Waldeberto Arkenſi Comite. Duplicem errorem hæc inuoluit ſententia. Nam Waldebertus Abbas Luxouienſis, vt idem eſt cum Waldeberto Epiſcopo Meldenſi, ſic à Waldeberto Arkenſi Comite plurimùm differt. Waldebertus, qui Cœnobio Luxouienſi præfuit, ab ipſa pueritia Monaſticam vitam duxit, vt Ionas in vita ſancti Euſtaſij, & Anonymus in vita ſancti Agili teſtantur. Waldebertus autem, qui Comes fuit Arkenſis, vxorem ſibi ſociauit, procreauit liberos, ac poſteà ſecularibus rebus nuncium remiſit, vitæque religioſæ ſub beato Bertino Waldeberti Luxouienſis Abbatis quondam diſcipulo ſe tradidit. A Molano diſſentire noluit

[a] Lib. 2.

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

Miræus in Faſtis Belgicis, ſed in Chronico, cùm variæ difficultates occurrerent, ſi perſtaret in eadem ſententia, ſatius duxit res à Waldeberto Arkenſi Comite geſtas alto ſilentio inuoluere. Sauſſaius ex duobus Waldebertis, quorum alter Monachus primùm Luxouienſis, tum Abbas eiuſdem loci, poſtremò Meldenſis Epiſcopus fuit, alter Comes Arkenſis deinde Monachus Sitiuenſis extitit, vnum conflauit ſexto Nonas Maias. Idem præſtitit Malbrancus libro quarto de Morinis, & illius opinionis tuendæ causâ duos affinxit fratres eiuſdem nominis, alterum altero longè iuniorem, mortémque Euſtaſij Luxouienſis Abbatis poſt annum Chriſti ſeptuageſimum ſupra ſexcenteſimum reiecit. Lege Chronologiam quam operi ſuo præfixit, aduertes multa quæ corrigi debeant. Waldebertus Abbas Luxouienſis tot tantíſque virtutibus inclaruit, vt Ionas, ſi mortuo ſuperſtes eſſet, eius vitam æquè ac Sanctorum Columbani & Euſtaſij ſcribere decreuerit.

XI. Monachi Sitiuenſes Walbertum ſeu Waldebertum, quem venerantur, Abbatem fuiſſe Luxouienſem & Sancto Bertino valdè familiarem volunt. Inter Sanctum Walbertum qui Cœnobium Luxouienſe rexit & Sanctum Bertinum qui Monaſterium Sitiuenſe conſtruxit, maximam familiaritatem interceſſiſſe non negamus. Ad Waldebertum enim Abbatem Luxouienſem, vt anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-tertio dicturi ſumus, perfectionis acquirendæ ſtudio confluxerunt ex agro Conſtantienſi ad Rhenum Bertinus Audomari ſobrinus & Bertinum ſecuti duo amici Mummolinus & Ebertramnus. Bertinum ante ſancti Euſtaſij mortem in cætum Luxouienſium Monachorum non aſcriptum fuiſſe ſatis ſupérque docet vita vſque ad annum Chriſti duodeſeptingenteſimum producta. Bertinus, Mummolinus & Ebertramnus in Cœnobio Luxouienſi cum Audomaro per aliquot annos degerunt. Audomarus ad Epiſcopatum aſſumptus eſt exeunte Dagoberti Principatu. Ad eundem Audomarum iam Pontificem acceſſerunt, Bertinus, Mummolinus & Ebertramnus. Iacta poſteà ſunt prima fundamenta Monaſterij Sithienſis, cuius originem recentiores perperam referunt ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſextum, & Monachi Bertinenſes in illum errorem lapſi, ad annum Chriſti milleſimum ſexcenteſimum viceſimum-ſextum, ſuæ religionis iam ad annotum myriadem perductæ Iobelæum, vt vocant, publicâ ſolemnitate celebrarunt teſte Malbranco in ſcholiis ad caput vndecimum libri tertij de Morinis.

XII. [a] Ap. Sur. d. 1. Apr. CORPVS S. WALERICI LOCO MOVERI NON POTEST.

Vetus Auctor, qui vitam ſancti Walerici ſcripſit [a], narrat inſigne miraculum, quod hiſce temporibus contigit, cùm Bernardus, ſiue vt aliis placet, Berhardus aut Bercundus, Ambianenſis Epiſcopus de reliquiis in ciuitatem Ambianenſem transferendis cogitauit. *Accidit, vt ex Sancti viri Cœnobio Monachi diſcedere compellerentur, cúmque id fratres deſeruiſſent, S. Bernardus Epiſcopus B. Walerici corpus ad ſuam Ambianenſem ciuitatem transferre nitebatur. Verùm vbi factâ oratione corpus effodi iuſſit, nihil potuit proficere. Tum ille. Oremus, inquit, Dominum, vereor enim, ne ſimus propoſiti noſtri effectum habituri. Orant igitur attentiùs, & bis térque admonent manus ſacro corpori leuando, ſed illud prorſus ſentiunt immobile. Sicut enim viuens eam ſolitudinem ſanctus Walericus dilexerat, ita viſus eſt defunctus ab ea nolle auelli.* Hæc acta ſunt ſuperſtite in viuis Attalâ Bobienſi Abbate, qui migrauit in cælum ſexto Idus Martias, anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſeprimo.

XIII. [b] Cap. 51. DAGOBERTVS DVCIT GOMADRVDEM.

Anno XLII. *regni Chlotary*, vt Fredegarius [b] ſcribit, *Dagobertus cultu regio & iuſſu patris honeſtè cum Leudibus in Clippiaco, non procul Pariſius venit, ibique germanam Sichilda Regina nomine Gomadrudem in coniugium accepit. Tranſactis nuptiis, die tertio inter Chlotarium & filium ſuum Dagobertum grauis orta fuit intentio. Petebat enim Dagobertus cuncta, qua ad regnum Auſtraſiorum pertenebant, ſua ditioni velle recipere, quod Chlotarius vehementer denegabat, eidem ex hoc nihil velle concedere. Electi ſunt ab his duobus Regibus* XII. *Franci, vt eorum diſceptatione hac finiretur intentio. Inter quos & Domnus Arnulfus Pontifex Mettenſis*

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. R. 4.

cum reliquis Epiſcopis eligitur, vt benigniſſimè (ſicut ſua erat ſanctitas) inter patrem & filium pro pacis loqueretur concordia. Tandem à Pontificibus vel ſapientiſſimis viris Proceribus pater pacificatur cum filio. Reddénſque ei ſalidatum, quod aſpiciebat ad Regnum Auſtraſiorum, hoc tantum exinde quod citra Ligerem vel Prouinciæ partes ſitum erat, ſua ditioni retenuit. Ætatem egit Fredegarius in Burgundia, ideóque Aruernos, Albigenſes, Cadurcos, alióſque populos Aquitaniæ, qui Regibus Auſtraſiis parere conſueuerant, citra Ligerim poſitos dixit. Hos in ſua poteſtate retinuit Clotarius cum aliis Prouinciæ populis regno Auſtraſiæ annumerari ſolitis inter Alpes & Rhodanum, talis fuit prouincia Maſſilienſium, talis & Diœceſis Cabellicenſis vt ex Actis ſancti Verani à Sigiberto Primo Auſtraſiæ Rege ad Cathedram Cabellicenſem, promoti patet. Nihil igitur additum Dagoberti Regno præter aliquot Diœceſes cis Voſagum & Arduennam ſitas, putà Remenſem, Catalaunenſem, Laudunenſem, & Cameracenſem, de quibus ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſecundum iam locuti ſumus, cùm Clotarius Dagobertum filium Auſtraſiis Regem præfecit. Meldas autem in ſua poteſtate retinuit Clotarius, quia Meldæ, priuſquàm à Theodoberto Secundo, Auſtraſiæ Rege, peruaderentur, & ipſimet Clotario ſolius tunc Neuſtraſiæ Regi per vim eriperentur, ad ipſam Neuſtraſiam pertinebant.

AVCTIORS POTITVR AVSTRASIA.

XIV. SYNODVS REMENS.

Hoc eodem anno ſub Sonnatio Præſule celebrata fuit Synodus Remenſis. Epocha certa colligitur ex ſubſcriptionibus Sulpitij Bituricenſis Epiſcopi, qui anno priori ſedere cœperat, & Senoci Pontificis Eloſani, quem anno ſequenti, Clotarij Regis quadrageſimo-tertio pulſum in exilium Fredegarius [a] tradit, itémque Arnulfi Metenſis Epiſcopi, qui Pontificatum iniit ſub Theodoberto Rege, tenuítque annis duntaxat quindecim ac diebus decem. Præterea occurrunt argumenta, quæ Concilium illud regnante Clotario habitum ſignificant. In diplomate Clotarij pro Monaſterio ſancti Benigni, vt Claudius Robertus Preſbyter Lingonenſis in Gallia Chriſtiana ſcribit, nominatur Bertoaldus Lingonenſis Epiſcopus, Modoaldi qui Concilio Remenſi ſuſcripſit ſucceſſor. Et in vita ſancti Leodegarij, quam Vrſinus iubente Anſoaldo Pictauorum Præſule conſcripſit, Dido ipſius Anſoaldi præceſſor Ioanni, qui eidem Remenſi Concilio interfuit, ſuperſtite adhuc Clotario ſubrogatus legitur. *Beatus Leodegarius*, inquit Vrſinus, *ex Francorum praecelſa & nobiliſſima progenie ortus, in primis ætatis initiis à parentibus in Clotarij Regis Palatium adductus eſt, nec diu poſt ab eodem Rege Didoni Pictauenſis vrbis Præſuli, auunculo ſcilicet ſuo, litterarum ſtudiis imbuendus traditus eſt.*

[a] Cap. 54.

XV. CANONES.

In Synodo Remenſi, cuius Canones ex Flodoardo [b] recitabimus, multa leguntur vtiliter conſtituta.

[b] Lib. 2. cap. 5.

XVI. DE BONIS ECCLESIÆ.

I. *De rebus ſcilicet Eccleſiæ, qualiter tractanda ſint, & de his quæ per precatoriam impetrantur ab Eccleſia, ne diuturnitate temporis ab aliquibus in ius proprium vſurpentur, & Eccleſia defraudentur.* Precatoriæ ſeu precariæ formulam habes ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-quartum [c].

[c] Num. 43.

XVII. DE CLERICIS.

II. *De Clericis, ſi qui rebellionis auſu ſacramentis ſe aut ſcriptura coniuratione conſtrinxerint, atque inſidias Epiſcopo ſuo callidâ allegatione confecerint, vt ſi admoniti emendare contempſerint, gradu proprio omnino priuentur.*

XVIII. DE CANONIBVS SYNODI PARISIENSIS SEXTÆ.

III. *Vt Capitula Canonum Pariſius acta in generali Synodo, in Baſilica ſancti Petri, Clotarij Regis ſtudio congregata, omni firmitate cuſtodiantur.* Synodus illa Pariſienſis celebrata eſt anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto, vt dictum eſt ſuprà, cùm toti Franciæ iam dominabatur Clotarius, ex cuius euocatione conuenerunt Epiſcopi ſeptuaginta nouem, nec tot anteà memorantur in vllo Francorum Concilio fuiſſe, quapropter illa Synodus in hac Remenſi *generalis* appellatur.

XIX. DE HÆRETICIS.

IV. *Vt ſi qui hæretici adhuc eſſe ſuſpicantur in Galliis, à Paſtoribus Eccleſiarum perquirantur, & ſi veraciter fuerint inuentì, ad fidem Catholicam reuocentur.*

XX. DE EXCOMMVNICATIONE.

V. *Vt temerè nullus excommunicetur, & ſi excommunicatus exiſtimat ſe iniuſtè*

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

damnatum, in praxima Synodo habeat licentiam reclamandi, & ſi iniuſtè damnatus fuerit, abſoluatur; ſin autem iuſtè, impoſitum pœnitentia tempus exſoluat.

VI. *Vt ſi quis Iudex cuiuſlibet Ordinis Clericum publicis actionibus inclinare præſumpſerit, aut pro quibuſlibet cauſis abſque conſcientia & permiſſu Epiſcopi diſtringere, aut contumeliis vel iniuriis afficere præſumpſerit, communione priuetur. Epiſcopus tamen de reportatis canditionibus Clericorum negligentias emendare non tardet, hi verò quos publicus cenſus ſpectat, ſine permiſſu Principis vel Iudicis ſe ad religionem ſociare non audeant.*

XXI. De Clericis.

Huc pertinet formula Præcepti Regij de Clericatu apud Marculfum [a], vbi Rex licentiam alicui concedit vt Clericus aut Monachus fieri poſſit modò ingenuus eſſe videatur, & *in puletico* (vel potiùs vt Pithœus reſtituit in polyptico) *publico*, id eſt, in publicis rationibus ſeu polypticis cenſitus & inſcriptus non ſit. *Si eis qui ſe ad onus Clericatûs transferre deliberant, licentiam non negamus, retributorem Dominum exinde habere confidimus, quia ſcriptum eſt [Noli prohibere benefacere ei qui poteſt; ſi vales & ipſe benefac.] Ille ad noſtram veniens præſentiam, petiit Serenitati noſtræ, vt ei licentiam tribuere deberemus, qualiter comam capitis ſui ad onus Clericatûs deponere deberet, & ad Baſilicam illam aut Monaſterium deſeruire deberet. Quod nos propter nomen Domini hoc eidem gratante animo præſtitiſſe cognoſcite. Præcipientes ergo iubemus, vt ſi memoratus ille de capite ſuo benè ingenuus eſſe videtur, & in puletico publico cenſitus non eſt, licentiam habeat comam capitis ſui tonſurare, & ad ſupraſcriptam Baſilicam vel Monaſterium deſeruire, vel pro nobis Domini miſericordiam attentiùs exorare.*

[a] Lib. 1. c. 19.

XXII. De asylo Ecclesiarum.

VII. *Si quis fugitiuum ab Eccleſia abſque ſacramento, quo ei iurandum eſt, vt de vita, tormento & truncatione ſecurus exeat, qualicumque occaſione abſtraxerit, communione priuetur. Ille verò qui ſanctæ Eccleſiæ beneficio liberatur à morte, non priùs egrediendi accipiat libertatem, quàm pœnitentiam ſe pro ſcelere eſſe facturum promittat, & quod ipſi Canonicè imponetur, impleturum.*

XXIII. De incestis coniunctionibus.

VIII. *De inceſtis coniunctionibus. Si quis infra præſcriptum Canonibus gradum inceſtuoſo ordine cum his perſonis, quibus à diuinis regulis prohibetur, ſe coniunxerit, niſi pœnitentiam ſequeſtratione teſtentur, communione priuentur, & neque in Palatio militiam, neque agendarum cauſarum licentiam habeant. Et quando prædicti ſe inceſtuoſi coniunxerint, Epiſcopi ſeu Presbyteri, in quorum Diœceſi vel pago actum fuerit, Regi vel Iudicibus ſcelus perpetratum annuntient, vt cùm ipſis denuntiatum fuerit, ſe ab eorum communione aut cohabitatione ſequeſtrent, & res eorum ad proprios parentes perueniant, ſub ea conditione, vt antequàm ſequeſtrentur, per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam, ad proprias perueniant facultates, niſi præfati ſceleris ſeparatione pœnitentiam fateantur.*

XXIV. De homicidio.

IX. *Si quis homicidium ſponte commiſerit, & non violentiæ reſiſtens, ſed vim faciens impetu hoc fecerit, cum iſto penitus non communicandum, ſic tamen vt ſi pœnitentiam egerit, in exitu ei communionis viaticum non negetur.* De viatica communione actum Tomo primo [b].

[b] Ad ann. 538. n. 25. & ſeqq.

XXV. De oblationibus.

X. *Clerici etiam vel ſæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut teſtamento relictas retinere præſumpſerint, aut id quod ipſi donauerint Eccleſiis, aut Monaſteriis, crediderint auferendum, ſicut antè Synodus Sancta conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant, ab Eccleſiis excludantur.* Hic Canon alludit ad Synodum Agathenſem, cuius Canon quartus iiſdem verbis concipitur. Synodus autem Agathenſis per Synodum Sanctam, quæ priùs idem ſtatuerat, intelligit Vaſenſem primam, cuius Canon etiam quartus in eadem materia verſatur. Lege & Canonem decimum-ſextum Synodi Aurelianenſis quintæ.

XXVI. De Iudæis.

XI. *Vt Chriſtiani Iudæis vel gentilibus non vendantur, & ſi quis Chriſtianorum neceſſitate cogente mancipia ſua Chriſtiana elegerit venundanda, non aliis niſi tantùm Chriſtianis expendat. Nam ſi paganis aut Iudæis vendiderit, communione priuetur, & emptio careat firmitate. Iudæi verò ſi Chriſtiana mancipia ad Iudaiſmum*

vocare

vocare præſumpſerint, aut grauibus tormentis affixerint, ipſa mancipia fiſci ditio- AN. CH.
nibus reuocentur. Qui tamen Iudei ad nullas actiones publicas admittantur. Iu- 625.
deorum verò conuitia in Chriſtianos, penitus refutanda ſunt.

XII. *Si qui Clericus proficiſcens de ciuitate ad alias ciuitates voluerit aut pro-* CLOTAR.
uincias pergere, Pontificis ſui epiſtolis commendetur. Quòd ſi ſine epiſtolis profectus II. R. 42.
fuerit manifeſtis, nullomodò recipiatur. DAGOB.

XIII. *Vt Epiſcopus mancipia vel res ad ius Eccleſiæ pertinentes, neque vendere,* R. 4.
neque per quoſcumque contractus, vnde pauperes viuunt, poſt mortem alienare præ- XXVII.
ſumat. DE CLERICIS.

XIV. *De his qui auguria vel paganorum ritus inueniuntur imitati, vel cum pa-* XXVIII.
ganis ſuperſtitioſos comedunt cibos, quos benignâ placuit admonitione ſuaderi, vt DE
ab erroribus priſtinis reuocentur. Quòd ſi neglexerint, & idololatris vel immolan- EPISCOPIS.
tibus ſe immiſcuerint, pœnitentiæ dignum tempus exſoluant. XXIX.

XV. *Vt ſeruiles perſonæ ad accuſationem non admittantur, & qui perſonam ſuſ-* DE IIS QVI
ceperit accuſantis, cùm vnum crimen non probatur, ad alia accuſandum non admit- AVGVRIA
tatur. ET PAGA-

XVI. *Si quis in quolibet gradu vel cingulo conſtitutus, aut poteſtate ſufful-* NORVM
tus, decedente Epiſcopo, res cuiuſlibet conditionis, in domibus vel agris Eccleſiæ RITVS IMI-
poſitas, ante reſerationem teſtamenti vel audientiam, auſus fuerit occupare, vel TANTVR.
Eccleſiæ repagula effringere, & ſupellectilem infra domum Eccleſiæ poſitam con- XXX.
tingere, vel ſcrutari præſumpſerit, à communione Chriſtianorum penitus abdi- DE ACCV-
cetur. SATORIBVS.

XVII. *Si quis ingenuum aut liberum ad ſeruitium inclinare voluerit, aut fortaſſe* XXXI.
iam fecit, & commonitus ab Epiſcopo ſe de inquietudine eius reuocare neglexerit, DE CLERICIS.
aut emendare noluerit, tanquam calumniæ reum placuit ſequeſtrari. XXXII.

XVIII. *Vt Clerici cuiuſlibet ordinis neque pro propriis, neque pro Eccleſiaſticis* DE
cauſis aliter adire debeant forum, nec cauſas dicere audeant, niſi quas cum permiſſu INGENVIS.
& conſilio Epiſcopi agere eis fuerit omnino permiſſum. XXXIII.

XIX. *Vt in parochiis nullus laicorum Archipresbyter præponatur, ſed qui ſenior* DE CAVSIS
in ipſis eſſe debet, Clericus ordinetur. Iam notauimus ſæpè prohibitum fuiſſe, CLERICORVM.
ne repentè fierent è laicis Epiſcopi, cauetur idem hoc Canone de Archipre- XXXIV.
ſbyteris, nec immeritò; Archipreſbyteri enim adiutores erant ac miniſtri Epi- DE ARCHI-
ſcoporum, multis Preſbyteris in variis parœciis præponebantur, magnâ per PRESBYTERIS.
Diœceſim gaudebant auctoritate, ius in Preſbyteros, Diaconos & inferiores
Clericos dicebant. Lege Concilia Turonenſe [a] & Autiſſiodorenſe [b] quorum
Canones ad annos Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſextum & quingen-
teſimum octogeſimum-ſextum recitauimus, & obſerua Preſbyteros, Diaconos
ac reliquos Clericos, qui ſuberant Archipreſbyteris, in Concilio Turonenſi
iuniores eo modo vocari, quo ſenior appellatur Archipreſbyter in Canone
Remenſi quem explicamus. Verba Canonis Turonenſis hæc ſunt. *Illi verò Ar-
chipresbyteri, qui talem cautelam ſuper iuniores ſuos habere noluerint, & non eos
habuerint ſtudio diſtringendi, ab Epiſcopo ſuo in ciuitate retrudantur in cellam, ibí-
que menſe integro panem cum aqua manducent, & pœnitentiam agant pro ſibi cre-
dito Clero.*

[a] Can. 19.
[b] Can. 20.

XX. *Pontifices, quibus in ſummo Sacerdotio conſtitutis ab extraneis duntaxat ali-* XXXV.
quid, aut cum Eccleſia, aut ſequeſtratum, aut dimittitur, aut donatur (quia ille qui DE
donat pro remedio animæ ſuæ, non pro commodo Sacerdotis comprobatur offerre) non EPISCOPIS.
*quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum Eccleſiæ, inter facultates Eccleſiæ com-
putabunt, quia iuſtum eſt, vt ſicut Sacerdos habet quod Eccleſiæ dimiſſum eſt,
ita & Eccleſia habeat quod relinquitur Sacerdoti. Sanè quicquid per fidei-com-
miſſum, aut Sacerdotis nomini, aut Eccleſiæ fortaſſe dimittitur cuicumque alij poſt-
modum profuturum, id inter facultates ſuas Eccleſia computatum retinere non po-
terit.*

XXI. *Si quis Epiſcopus res, quæ ab alia Eccleſia præſentaliter poſſidentur, quo-* XXXVI.
cumque ingenio, aut callidâ cupiditate peruaſerit, aut ſine audientia præſumpſerit

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

vſurpare, ac ſuis vel Eccleſiæ ſuæ ditionibus reuocare, dum communione priuari non poteſt, vt necator pauperum ab officio deponatur.

XXII. *Si quis Epiſcopus, excepto ſi euenerit ardua neceßitas pro redemptione captiuorum, miniſteria ſancta frangere pro qualicumque conditione præſumpſerit, ab officio ceſſabit Eccleſiæ.*

XXXVII. XXXVIII. DE VIDVIS ET PVELLIS.

XXIII. *Viduas, quæ ſe Domino conſecrari petierunt, vel puellas Domino conſecratas, nullus neque per auctoritatem regiam, neque qualicumque poteſtate ſuffultus, aut propriâ temeritate rapere aut trahere audeat. Quòd ſi vtrique conſenſerint, communione priuentur.*

XXXIX.

XXIV. *Iudices qui ſuper auctoritate & edicto Dominico, Canonum ſtatuta contemnunt, vel edictum illud Dominicum, quod Pariſius factum eſt, violauerint, aut contempſerint, placuit eos communione priuari.*

DE EDICTO REGIO. XL. DE ELECTIONIBVS EPISCOPORVM.

XXV. *Vt decedente Epiſcopo in locum eius non alius ſubrogetur, niſi loci illius indigena, quem vniuerſale & totius populi elegerit votum, ac prouincialium voluntas aſſenſerit. Aliter qui præſumpſerit, abiiciatur è Sede quam inuaſit potiùs, quàm accepit; ordinatores autem triennio ab officio adminiſtrationis ſuæ ſedis ceſſare decernimus.*

XLI. SVBSCRIBVNT EPISCOPI.

De copioſo Epiſcoporum, qui in Synodo interfueruut, numero ſic diſſerit Flodoardus. *Sonnatius Synodum celebraſſe reperitur cum aliis* XL. *vel eo ampliùs Galliarum Epiſcopis, vbi etiam Sanctus Arnulfus Metenſium Præſul inuenitur interfuiſſe, cum Theodorico Lugdunenſi, Sindulfo Viennenſi, Sulpitio Bituricenſi, Modegiſilo Turonenſi, Senoco Eloſanenſi, Leontio Santonenſi, Modoaldo Treuerenſi, Chuneberto Colonienſi, Richerio Senonenſi, Donato Veſontionenſi, Auſpicio Auguſtodunenſi, item Modoaldo Lingonenſi, Ragneberto Baiocenſi, Childoaldo Abrincatenſi, Bertegiſilo Carnotenſi, Palladio Antiſsiodorenſi, Gondoaldo Meldenſi, Leodeberto Pariſiacenſi, Chainoaldo Landuni Clauati, Godone Virdunenſi, Anſerico Sueßionenſi, Claudio Reienſi, Bertoaldo Cameracenſi, Cæſario Aruernenſi, Vero Rutenenſi, Agricola Gabalenſi, Lupoaldo Moguntiacenſi, Willegiſelo Toloſano, Conſtantio Albienſi, Namatio Ecoleſmenſi, Ruſtico Caturcenſi, Anderico Auſcenſi, Emmone Areſetenſi, Felice Catalaunenſi, Hadoindo Cenomannenſi, Magnebodo Andegauenſi, Ioanne Pictauenſi, Leobardo Namnetico.*

XLII. EX DITIONIBVS DAGOBERTINIS.

Interfueruot igitur ex ditionibus Dagoberti Regis, Epiſcopi nouem; ex prima Prouincia Germanica, Lupoaldus Moguntiacenſis; ex ſecunda Germanica Chunebertus Colonienſis, ex prima Belgica Modoaldus Treuirenſis Metropolitanus, Arnulfus Metenſis & Godo Virdunenſis; ex ſecunda Belgica Sonnatius Remenſis Metropolitanus, Chainoaldus Laudunenſis, Bertoaldus Cameracenſis & Felix Catalaunenſis.

XLIII. ET EX CLOTARIANIS.

Alij triginta duo ex Clotarij Regis ditionibus euocati ſunt, ex ſecunda Belgica, ex quinque Lugdunenſibus, ex tribus Aquitanicis, ex prima Viennenſi & ex ſecunda Narbonenſi.

XLIV. Interfuerunt ex ſecunda Belgica ditionis Clotarianæ, Anſericus Soeſſionenſis & Agomarus Siluanectenſis.

XLV. Interfuerunt ex prima Lugduneoſi, Theodericus Lugdunenſis Metropolitanus, Auſpicius Auguſtodunenſis & Modoaldus Lingonenſis.

XLVI. Interfuerunt ex ſecunda Lugdunenſi, Ragnebertus Baiocenſis & Childoaldus Abrincatenſis. In Epiſcopatum Baiocenſem ſucceſſerat Ragnebertus, Leudoualdo, cuius meminimus ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſextum [a] ex Gregorio Turonenſi [b]. Cùm Leudoualdus Eccleſiæ Baiocenſi præerat, Abrincatinam Diœceſim adminiſtrabat Leodoualdus. Ne ſimul confundantur, verat idem Gregorius. Priorem enim in Hiſtoria Eccleſiaſtica Francorum vocat Epiſcopum Baiocaſſinum, *intercurrentibus*, inquit [c], *nunciis, & præſertim Leudoualdo Baiocaßino Pontifice*, &c. Poſteriorem verò Præſulem Abrincenſem ſic appellat in Miraculis [d] ſancti Martini. *Leodoualdus Abrincatinæ ciuitatis Epiſcopus, Sancti Domini reliquias per Presbyterum ſuum deuotus expetiit*, &c. Poſt Sanctum Sinerium ſeu Senatorem, quem anno Chri-

[a] Num. 2.
[b] Lib. 5. c. 31.
[c] Lib. 9. c. 13.
[d] Lib. 2. c. 36.

ſti quingenteſimo ſexageſimo-tertio Abrincenſibus infulis donatum eſſe di- AN. CH.
ximus, eaſdem infulas geſſit Leodoualdus, tum Childoaldus. 625.
Iuterfuerunt ex tertia Lugdunenſi, Modegiſilus Turonenſis Metropolita- CLOTAR.
nus, Hadoindus Cenomanenſis, Magnebodus Andegauenſis & Leobardus II. R. 42.
Nannetenſis. Hic in Cathedra Nannetenſi ſedit poſt Sophronium, cuius DAGOB.
mentionem ad annum Chriſti ſexcenteſimum-decimum [a] fecimus ex vita R. 4.
ſancti Columbani.

Interfuerunt ex quarta Lugdunenſi, Richerius Senonenſis Metropolita- XLVII.
nus, Berregiſilus Carnotenſis, Palladius Autiſiodorenſis, Gondoaldus Mel- XLVIII.
denſis & Leudebertus Pariſienſis.

[a] Num. 3.

Interfuit ex quinta Lugdunenſi Donatus Veſontionenſis Metropolitanus, XLIX.
de quo multa inferiùs.

Interfuerunt ex prima Aquitanica, Sulpitius Bituricenſis Metropolitanus, L.
Cæſarius Aruernenſis, Verus Rutenenſis, Agricola Gabalenſis, Willegiſelus
Toloſanus, Conſtantius Albienſis, Ruſticus Cadurcenſis & Emmo Areſeren-
ſis. Emmonis Areſetenſis ſiue Ariſitenſis Epiſcopi Præſulatum in dubium re-
uocare voluit Ludouicus Faber Cantelius in tractatu [b] de matrimonio
Anſberti, exiſtimauitque apud Flodoardum Emmonis loco reponendum eſſe
Melmonem aut Hammonem Epiſcopum Alethenſem in Britannia ſub Turo-
nenſi Metropolita. Sed hanc opinionem Marcus Antonius Dominicyus in
Anſberti [c] familia rediuiua diluit tribus argumentis, quorum primum peti-
tur à fide vetuſtorum omnium Codicum, qui conſtanter Emmonem Areſe-
tenſem ſiue Ariſitenſem non Melmonem aut Hammonem Alethenſem præ-
ferunt, alterum ſumitur à Conciliis Gallicanis, in quorum ſubſcriptionibus
nullum Alethenſis Epiſcopi nomen ſub Meroningis Regibus inuenitur; ter-
tium ducitur ab ipſa temporis ratione, quia Concilium Remenſe habitum eſt
priuſquàm ad Epiſcopatum Alethenſem promouerentur Melmo & Hammo,
quorum ille Pontificatum anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo, hic
anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto fertur iniiſſe. Ceteris præ-
ualeret hoc argumentum eſſetque firmiſſimum ſi certâ Chronologiâ niterc-
tur, cùm autem ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-quintum
in obitu ſancti Maclouij iam oſtenderimus erraſſe Chronologos qui literis
conſignandum hactenus ſuſceperunt numerum annorum, quos ſinguli Præ-
ſules Alethenſes ab ordinatione ſancti Maclouij vſque ad mortem Hammo-
nis in Epiſcopatu tranſegerunt, contendimus duabus prioribus rationibus
ineſſe ſatis authoritatis, vt perſuadeant ab antiqua receptâque lectione Flo-
doardi non eſſe recedendum.

[b] Part. 2, c. 7.

[c] Cap. 13.

Interfuerunt ex ſecunda Aquitanica Leontius Santonenſis, Namatius Eco- LI.
liſmenſis & Ioannes Pictauenſis.

Interfuerunt ex tertia Aquitanica Senocus Eloſanenſis Metropolitanus & LII.
Audericus Auſcenſis.

Interfuit ex prima Viennenſi Syndulphus Viennenſis Metropolitanus. LIII.

Interfuit & ex ſecunda Narbonenſi Claudius Reienſis Epiſcopus, qui LIV.
Concilio etiam Cabilonenſi ſub Clodoueo Rege ſubſcripſit.

Ex illis Epiſcopis inſcribuntur Tabulis Eccleſiaſticis Sulpitius Bituticen- LV.
ſis decimo-ſexto Kalendas Februarias, Modoaldus Treuerenſis quarto Idus MVLTI
Maias, Arnulphus Metenſis decimo-quinto Kalendas Auguſtas & Chuneber- SANCTI-
tus Colonienſis pridie Idus Nouembres. TATE CON-
SPICVI.

Præterea Syndulphus Viennenſis, Donatus Biſuntinus, Chainoaldus Lau- LVI.
dunenſis, Anſericus Sueſſionenſis, Cæſarius Aruernenſis, Hadoindus Ceno-
manenſis, Palladius Autiſſiodorenſis, Agomarus Siluanectenſis & Magnebo-
dus Andegauenſis in priuatis Eccleſiis coluntur.

Syndulphus Epiſcopus Viennenſis in Breuiario Viennenſi & in Martyrolo- LVII.
gio Gallicano colitur quarto Idus Decembris, qui dies obitûs fuit, vt ob-
ſeruat Boſcius in Antiquitatibus Viennenſibus.

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

Sanͨti Chainoaldi Epiſcopi Laudunenſis feſtum diem colunt ſolemni officio Laudunenſes. Lege Hugonem Menardnm libro ſecundo obſeruationum ad diem ſextam Seprembris. Obriner beatus Chainoaldus ſextum locum inter Epiſeopos Laudunenſes. De ſanctis Genebaldo & Lattone non ſemel locuti ſumus, hos ſecuti ſunt Gondulfus, Elinandus & Robertus, quorum ſola ſuperſunt hodie nomina.

LVIII. LIX. Sanctus Cæſarius Epiſcopus Aruernenſis colitur in Eeclesia Claromontana Kalendis Nouembribus, & in Martyrologio eiuſdem Eccleſiæ manuſcripto rectè diſtinguitur à Cæſario Diacono & Martyre, cuius feſtnm in enndem diem incidir. Lege Ioannem Sauaronem in Originibus Claromontanis.

LX. Anſericus Epiſcopus Sueſſionenſis inrer Sanctos numeratur in Gallia Chriſtiana, & in Martyrologio Gallicano eolitur Nonis Septembris. Ex vico * Eſpaniaco in ipſo tractu Sueſſionenſi Orthodoxis parentibus orinndus, cùm ab ipſis penè incunabulis, ſuauiſſimos pietatis ac iuſtitiæ fructus libare incœpiſſet, fœnus religioſæ educationis copioſum, vbi adolenir, parenribus ac patriæ mox rependit. Factus Epiſcopus ſtudia omnia in hoc conuertit, vr gregis forma fierer, atque omnibus ad ſalutem, quantùm exigir paſtoralis cura, opitularetur. Sermo de illo recurret inferiùs.

* *le village d'Eſpagny.*

LXI. Sanctus Agomarus Siluanectenſis Epiſcopus colitur ſeprimo Idus Nouembris, eiúſque reliquiæ in Eccleſia ſancti Reguli cuſtodiuntur, vt Carolus Ianlnæus obſeruauit [a].

[a] Num. 16.

LXII. Sanctus Palladius Autiſſiodorenſis Epiſcopus in Martyrologio Gallicano colitur quarto Kalendas Aprilis. *Baſilicam ſancti Stephani, plurimis & maximis ditauie donariis, fecie enim duas Cruces ex auro puriſſimo, quas & obtulit, ſed & plurima vaſa anaclea argentea. Fecit & Monaſterium ſancti Iuliani Martyris, vbi ædificauit Baſilicam alteram, quam in honore ſanctæ Dei Genitricis Mariæ dedicauie, quod Monaſterium Virginum eſſe conſtituit, quod ante ipſum infra muros ciuitatis paruo ambitu conſtructum, virorum fuiſſe certiſſimum eſt. Nam & id Monaſterium maximis ædificiis extulit, ac muro vndique circumcinxit, & quia omnes Eccleſiæ Autiſſiodorenſes ſuæ dedicioni erant ſubiectæ, tam ex ſancti Stephani, quàm ex ſancti Germani villis copioſè ditauit. Fecit & Baſilicam prope muros in honore ſancti Euſeby Vercellenſis Pontificis & Martyris, cuius teſtudinem à parte Orientali ex muſiuo ſimul & auro compſit ac dedicauit, variíſque muneribus ampliauit, quod etiam Monachorum eſſe conſtituit, ac muro vndique circumcinxit. Fecit & Baſilicam ſancti Germani in pago Autiſſiodorenſi, in loco qui dicitur Verriſus, quam & nobili teſtudine ex muſiuo & auro decorauit. Hic etiam conſtituit vt per ſingulos annos feſtiuitate ſancti Germani, quæ celebratur die Kalend. Octobrium, expletâ Miſſarum celebritate ob amorem & reuerentiam tanti Præſulis à manu Epiſcopi centum ſolidos accipiant Canonici Baſilicæ ſancti Stephani, quatenus alacrioribus animis delectee eos per ſuccidiua tempora eiuſdem feſtiuitatis celebrare gaudia.* Hæc Chronographus Autiſſiodorenſis in elogio beati Palladij, in encomio autem ſancti Germani obſeruat eius Natalem coli pridie Kalendas Auguſtas, depoſirionem verò Kalendis Octobribus. *Ex pridie*, inquit, *Kalendarum Auguſtarum die, quâ Confeſſor eximius ſarcinâ leuatus carnis, cæleſtibus eſt inſinuatus ſacrariis, tertius & quinquageſimus voluebatur dies, cùm ſacri theſaurus corporis propria refuſus vrbi* (Rauennâ enim vbi obierat tranſlatus eſt Autiſſiodorum vbi Pontificatum geſſerat) *ſolemni obſequio populorum excipitur, atque intra principalis, cui ſederat, Eccleſiæ ambitum collocatur, ibi per decem continuos dies ingentibus officiorum impenſis excolitur, donec omnibus, quæ ad ius ſepulchri pertinent, officioſiſſimè apparatis, vt virum decebat Apoſtolicum, ſepulturæ traderetur. Rieè omnibus præparatis, cùm & confluentium nulla eſſet requies, & qui conuenerant vix iam regionis amplitudine caperentur, die Kalendarum Octobrium intra ſepulchri abdita theſaurus cæleſtis deponitur.* Ceterùm Baſilica ſancti Euſebij quam Palladius Epiſcopus conſtruxir, hodie parœcia eſt, collegium aurem Sanctimonialium in Monaſterio ſancti Iuliani nunc etiam ſubſiſtit.

PALLADIVS EP. AVTIS. VARIA CONSTRVIT MONASTERIA.

Sanctus Hadoindus Cenomanenſis Epiſcopus colitur à Cenomanenſibus AN. CH.
decimo-tertio Kalendas Septembres, vt in eius vita ſcribit Coruaiſietus, obiit 625.
tamen decimo-tertio Kalendas Februarias, vt ex eius Actis ab Authore per- CLOTAR.
uetuſto ſcriptis probabimus. II. R. 42.

Sanctus Magnobodus Epiſcopus Andegauenſis habet Eccleſiam Andegaui DAGOB.
ſibi dicatam, colitúrque decimo-ſeptimo Kalendas Nouembris. R. 4.

Sancto Donato Epiſcopo Biſuntino dicatus eſt ac feſtus dies ſeptimus Au- LXIII.
guſti in Diœceſi Biſuntina, vt notat ad illum diem Miræus in Faſtis Belgicis & LXIV.
Burgundicis. Extat Veſontione ædicula ſub eiuſdem Donati nomine à dextra LXV.
parte cœmeterij ſancti Paoli, vt obſeruat Chiffletius [a] in Metropoli Sequano- [a] Part. 2. c. 25.
rum. Donatus patre natus erat Waldeleno, qui gentes inter Alpium ſepta &
Iurani ſaltus arua ſitas regebat, & matre Flauiâ; fratrem habebat natu mino-
rem, nomine Ramelenum, & duas ſorores Rameleno quoque iuniores In TRIA CON-
Monaſterio Luxouienſi eruditus eſt, & Biſuntinus Pontifex aſſumptus illam STRVVNTVR
Eccleſiam adhuc regebat, cùm Ionas vitam ſancti Columbani ſcripſit, in qua MONASTE-
legimus quæ ſequuntur de tribus Cœnobiis à Donato Epiſcopo, à Rameleno RIA SVB
fratre & ab eorum matre Flauia conditis. *Donatus in amore beati Columbani, ex* REGVLA S.
ipſius Regula Monaſterium virorum conſtruxit, quod Palatium nuncupant, ob ve- COLVMB.
*terum munimenta murorum. Ramelenus nomine & ſapientiâ pollens poſt obitum pa-
tris in eius honorem eſt ſuffectus, quamuis ſeculari habitu, tamen in creatoris amore
vigil. Nam & ipſe in amore beati viri, in ſaltu Iurenſi, ſuper Nouiſonam fluuio-
lum, Monaſterium ex eius Regula conſtruxit, in quo Siagrium Abbatem præfecit.
Flauia poſt mariti obitum, Monaſterium puellarum conſtruxit in vrbe Veſontionis,
& omni munimine roborans, multarum puellarum concionem adunauit.* Quod Io-
nas Palatium vocari dixit, Author longè recentior Monaſterium ſancti Pauli
nuncupauit, & ſanctum Benedictum, de quo altum apud Ionam ſilentium eſt,
ſancto Columbano ex opinione à cultoribus beati Benedicti iam recepta con-
iunxit. *Prætereà*, inquit, *Monaſterium infra vrbis mœnia condidit, & in honore
beati Pauli Apoſtoli ſacrauit, poſſeſſionibus ditauit, priuilegio muniuit, atque inibi
fideles viros ſub B. Benedicti & B. Columbani Luxonienſi Regula victuros inſti-
tuit.* Iſtud Monaſterium adiacet etiamnum mœnibus ciuitatis Veſontionenſis.
Puellarum verò Cœnobium, quod Flauia conſtruxit, nomen obtinet à Beata
Maria, & appellari quoque ſolet Iuſſanum Monaſterium, à Monialibus ad
Benedictinos Monachos abiit, fuitque Balmenſi Cœnobio ſubditum multis
abhinc ſeculis, anno autem Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo Minimis
conceſſum eſt ad habitandum, vt obſeruat Chiffletius, apud quem de illo lo-
cò ſic diſſerit in elogio ſancti Donati Author proximè citatus. *Suo denique tem-
pore, matre eius Flauiâ cooperante ex propria hæreditate, aliud in eadem vrbe no-
bile ſanctarum Monialium, in honore Beatæ Mariæ eſt ædificatum Cœnobium, in quo
requieſcit eadem Flauia in pace, & Sirudis eius filia, virgo ſacratiſſima eiúſque
loci Abbatiſſa.* Catalogus Biſontinorum Antiſtitum ſexcentis abhinc annis
conſcriptus non Flauiæ ſoli, vt apertè Ionas, ſed & ſancto Donato tribuit fun-
dationem Monaſterij Beatæ Mariæ, bis verbis. *Ædificauit Eccleſiam ſancti Pau-
li, in qua etiam in Domino requieſcit, & Iuſſanum Monaſterium cum matre ſua
Flauia, quæ ibi ſepulta eſt.* Sed ſtandum potiùs à Iona Scriptore coætaneo.
Quæres vtrum horum Monaſteriorum altero ſit antiquius, reſpondemus Cœ-
nobium ſancti Paoli Iuſſano Monaſterio vetuſtius videri, partim ex allatis Io-
næ verbis, cùm puellarum Monaſterium à Flauia poſt obitum mariti conſtru-
ctum ait, partim ex ſancti Pauli necrologio, vbi Dux Wandalenus Flauiæ
maritus in Eccleſia ſancti Paoli ſepultus dicitur.

Sanctus Donatus poſt aliquot annos rogatus à Monialibus Monaſterij, quod LXVI.
eius mater Flauia condiderat, Regulam, quam illæ cuſtodirent, ex Regulis REGVLA S.
ſanctorum Cæſarij, Benedicti & Columbani collegit, vt hæc ipſius operis præ- DONATI
fatio declarat. *Sanctis, & à me plurimùm venerandis Chriſti virginibus Gauth-* PRO MO-
ſtruda, omnique ſuæ Congregationi in Cœnobio à famula Dei Flauia conſtituto Dona- NIALIBVS.

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

tus omnium extremus famulorum famularúmque Dei ſeruulus ſalutem. Quamquam vos iuxta normam Regulæ, vaſa Chriſti pretioſiſſima, egregiè nouerim cotidie vitam ducere, attamen qualiter magis excellere debeatis ſagaci vultis ſemper intentione perquirere. Quam ob cauſam ſæpiùs mihi iniungitis, vt exploratâ S. Cæſarÿ Arelatenſis Epiſcopi Regulâ, quæ ſpecialiùs Chriſti virginibus dedicata eſt, vnà cum beatiſſimorum Benedicti quoque & Columbani Abbatum, vt putà quibuſdam, vt ita dicam, collectis in vnum floſculis ad inſtar Encheridion excerpere vobis vel coacervare deberem, & quæ ſpecialiùs fœmineo ſexui cuſtodienda competerent promulgarem, dicentes quòd Regula prædictorum Patrum vobis minimè conuenirent, cùm eaſdem viris potiùs & nequaquam fœminis edidiſſent, & licèt ſanctus Cæſarius propriè Chriſti, vt eſtis, virginibus Regulam dedicaſſet, vobis tamen ob immutationem loci in nonnullis conditionibus minimè conueniret. Ad hæc ego implenda diu multúmque reniſus ſum voluntati veſtræ, non vt peruicaciter durus, ſed meâ conſcius impoſſibilitate retentus, dum multorum in hac re minùs neceſſitatem rei atque opportunitatem loci intelligentium iudicium pertimeſco, ne me temerè reprehendant, cur de tantorum Patrum inſtitutis audeam quidpiam excerpere vel mutare. At contra deuotionem compellor, dum inhianter ſalutem veſtrarum cupio animarum. Sed taciturnitatem meam, imò tacendi perſeuerantiam, ſedula tandem veſtra rupere preces, quibus quantùm paruitatis meæ ignauia valet, parere omni ambitione feſtino, ſed timeo ne non tam efficaciter quàm libenter. Et rurſus in ancipiti ambiguitate conſtringor, dum me imparem ad indaganda præfatorum Patrum monita fore cenſeo, & cotidiano ſtrepitu ſecularium inquietor. Germano tamen affectu, quia caritas omnia ſuperat, in quantùm pro aſſidua corporali infirmitate diuina pietas poſſibilitatem dedit, & ſenſùs obtuſi caligo permiſit, quod bonis veſtris deſideriis placuit, cunctóque ſancto vel veſtro collegio intra ſepta iſtius Monaſterÿ adunata ſuggeſtio flagitauit, ea quæ vobis expediunt, & loci opportunitas vel corporis poſſibilitas præſtat, & à norma recti dogmatis non diſcordant, elegi pauca è plurimis, quemadmodum regulariter rectum Chriſti tramitem tam vos, quàm cetera vobis ſuccedentes, Chriſto opitulante, tenere valeatis, &c.

LXVII. Illa Regula paſſim citatur in Concordia Regularum à Sancto Benedicto Anianæ Abbate, publicata fuit in Codice [a] Regularum à Luca Holſtenio, diſtinguitur in capita ſeptem & ſeptuaginta, quæ quoniam longum eſt integra deſcribere, ſolos eorum titulos notabimus cum locis aliarum Regularum è quibus excerpta ſunt, ac diſcrepantia ſi quæ fortaſſis occurrat.

[a] Part. 3.

LXVIII. Caput primum inſcribitur, *qualis debeat eſſe Abbatiſſa*. Sumitur ex Benedictinis, ſecundo cui titulus *qualis debeat Abbas eſſe*, & ſexageſimo-quarto quod eſt *de ordinando Abbate*. Diuiditur in tres partes. Prima, *mater Monaſterÿ* & cetera vſque ad illa verba *opera quæ iniungit, diſcernat & temperet*, legitur in Regula ſancti Benedicti capite ſexageſimo-quarto. Altera, *omnia verò quæ docuerit eſſe contraria*, vſque ad illud, *non eſt apud Deum perſonarum acceptio*, reperitur apud Sanctum Benedictum capite ſecundo. Poſtrema, *ſic autem omnia ſecundùm Deum temperet ac diſcernat*, &c. occurrit capite ſexageſimo-quarto ſancti Benedicti, cum aliqua tamen differentia, quoniam ad confirmandam remunerationem, quam Deus Abbati & Abbatiſſæ ſuo miniſterio ritè functis imperititurus eſt, ſanctus Benedictus hunc [b] textum ſacræ Scripturæ citat, *Amen dico vobis, ſuper omnia bona conſtituet eum*, & ſanctus Donatus iſtum [c], *Euge ſerue bone & fidelis intra in gaudium Domini tui*.

[b] Matt. 24.

[c] Matt. c. 25.

LXIX. Caput ſecundum *de adhibendis ad conſilium ſororibus*, perſimile eſt tertio ſancti Benedicti *de adhibendis ad conſilium fratribus*. Mutantur tantùm voces maſculinæ in fœmininas, Abbas in Abbatiſſam, fratres in ſorores, & vbi ſanctus Benedictus ſtatuit, vt is qui proteruè cum Abbate ſuo contendit, *regulari diſciplina* ſubiaceat, ſanctus Donatus quid ſit regularis diſciplina ſic explicat. *Regulari diſciplina ſubiaceat, id eſt, in cella retrudatur, donec pænitendo humilietur.*

Caput tertium, cui titulus, *quæ ſunt inſtrumenta bonorum operum*, ſimillimum eſt quarto ſancti Benedicti.

Caput quartum inſcribitur, *qualis eſſe debeat Abbatiſſa*, conuenitque cum triceſimo-ſecundo Regulæ Monialibus à Sancto Cæſario præſcriptæ.

Caput quintum eſt *de Præpoſita Monaſterij*, vixque differt à poſteriori parte ſexageſimi-quinti, quod *de Præpoſito Monaſterij* legitur in Regula ſancti Benedicti. Nam tota diſcrepantia in eo conſiſtit, quòd ſanctus Benedictus Præpoſitum, qui repertus fuerit vitioſus, præcipit admoneri verbis *vſque quater*, LXX. & ſanctus Donatus Præpoſitam in aliquo vitio repertam vult verbis admoneti LXXI. tantùm *vſque ter*, quódque S. Benedictus ſtatuit vt Præpoſitus, qui propter LXXII. contumaciam de ordine Præpoſituræ deiectus in Congregatione quietus & obediens non eſt, *etiam de Monaſterio expellatur*, & S. Donatus eandem quidem pœnam decernit in Præpoſitam contumacem, ſed aliam longè remiſſiorem, de qua nullum verbum apud Sanctum Benedictum, mox ſubiongit. *Quod ſi*, inquit, *& poſt hæc in Congregatione quieta & obediens non fuerit, etiam de Monaſterio expellatur, aut in cella ob pœnitentiam condignam retrudatur.*

Caput ſextum, cui titulus, *vt quæ ad conuerſionem venerit non ſtatim recipiatur*, habet multa conformia duodeſexageſimo Benedictino, quod eſt *de diſciplina ſuſcipiendorum fratrum*, ſed quia viro ad Cœnobium virorum & mulieri ad Monaſterium puellarum venientibus eædem omnino leges probationis præſcribi non poſſunt, ſanctionem ſancti Donati, quam conferes cum Benedictina ſi lubuerit, integram recitabimus. *Hæc igitur inprimis veſtro ſancto Cœnobio conſeruanda eſt norma, vt quæcumque Deo inſpirante conuerti voluerit, non ei liceat ſtatim habitum religionis aſſumere, niſi anteà in multis experimentis fuerit voluntas illius approbata, ſicut ait Apoſtolus.* [*Probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt.*] *Et alibi.* [*Omnia probate, quod bonum eſt tenete.*] *Ergo ſi perſeuerauerit pulſans, & illatas ſibi iniurias & difficultates viſa fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni ſuæ, annuatur ei ingreſſus, & ſit in cella vbi meditetur, & manducet & dormiat. Et ſenior ei talis deputetur, quæ ei Regulam ſæpiùs legat, & curiosè intendat & ſollicita ſit, ſi venerà Deum quærit, ſi prompta eſt ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria ſuſtinenda. Prædicentur ei omnia dura & aſpera, per quæ itur ad Deum, & ſi promiſerit de ſtabilitate ſua perſeuerantiam, tunc demum poſt anni circulum in Cœnobium ingrediatur, & obedientiâ ac ſtabilitate promiſsâ in Congregatione ſocietur.* Quæ ſequuntur, deſcripta ſunt ex capite quinto Regulæ, quam ſanctus Cæſarius Monialibus præſcripſit. *Et ſi poteſt fieri, aut nuſquam, aut difficilè, in Monaſterio infantula paruula, niſi ab annis ſex aut ſeptem, quæ iam & literas diſcere & obedientiæ obtemperare poſſit, ſuſcipiatur.* LXXIII.

Caput ſeptimum *de his quæ relictis maritis ad Monaſterium veniunt qualiter* LXXIV. *recipiantur*, idem eſt prorſus cum quarto Regulæ Monialibus à Sancto Cæſario præſcriptæ, hoc tantùm excepto, quòd omittit duas periodos quæ leguntur apud Sanctum Cæſarium inter hæc verba, *meus non poteſt eſſe diſcipulus*, & iſta, *ille verò qua adhuc viuis parentibus*, &c.

Caput octauum, cuius titulus, *vt nulli liceat rem propriam poſſidere*, iiſdem LXXV. verbis ac triceſimum-quartum ſancti Benedicti conſtat, ſi poſtremam clauſulam excipias, quæ ſic effertur à Sancto Benedicto. *Quòd ſi quiſquam hoc nequiſsimo vitio deprehenſus fuerit delectari, admoneatur ſemel & iterum; ſi non emendauerit, correptioni ſubiaceat.* Et à Sancto Donato ſic. *Quòd ſi qua huic nequiſsimo vitio deprehenſa fuerit delectari, tribus ſuperpoſitionibus pœniteat.* Sanctus Donatus hoc genus mulctæ mutuatus eſt à Sancto Columbano, qui frequenter in ſuo Pœnitentiali culpas ſuperpoſitionibus, id eſt, ſuperadditionibus cùm ſilentij tum ieiunij caſtigat.

Caput nonum, cui titulus, *vt nemo peculiare opus ſine iuſsione faciat*, ſu- LXXVI. mitur partim ex Regula ſancti Cæſarij, partim ex Pœnitentiali ſancti Columbani. Sanctio ſancti Donati, cui præiuit ſanctus Cæſarius in Regula Monialium capite decimo-ſeptimo, talis eſt. *Nemo ſanè cuiuſlibet operis vel arti-*

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

ficij pro ſuo libito quicquam ſine iuſſione eligat faciendum, ſed quod faciunt in commune faciant, tam ſancto ſtudio & tam feruente alacritate quaſi ſibi ipſis fecerint, & quod faciunt matri præſentent, & illa cui opus fuerit diſpenſet. Sequitur pœna contumacibus irroganda. *Quæ autem contumax extiterit, hoc quod fecit prinetur, & centum percuſſionibus pœniteat.* Deſcriptum eſt hoc pœnæ genus ex Pœnitentiali [a] ſancti Columbani, in quo leguntur eiuſmodi Decreta. *Operis peculiaris præſumptio, centum plagis; poſſeſſio alicuius rei, quam non neceſſitas generaliter fratribus conceſſit, amiſſione eiuſdem & centum plagis emendetur.* Poſtremò hæc ad verbum deſumpta ſunt ex capite decimo-nono Regulæ Monialibus à ſancto Cæſario latæ. *Quæ aliquid habebant in ſeculo, quando ingrediuntur Monaſterium, humiliter illud offerant Matri, communibus vſibus profuturum. Quæ autem non habuerunt, non ea quærant in Monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt.*

[a] Art. 10.

LXXVII. Caput decimum, cui titulus, *vt nulla deſpiciat ſororem ſuam*, ſumitur ex prælaudata Regula ſancti Cæſarij ab his vocibus, *illa autem quæ aliquid*, &c. vſque ad iſtas, *cuius templum eſſe meruiſtis.* Quibus hanc ſanctus Donatus addit clauſulam, vt Monachas in iactantiæ crimen lapſas puniat. *Quæ autem in hoc iactantiæ crimine, quod diximus, inuenta fuerit, ſuperpoſitionem cum ſilentio faciat.*

LXXVIII. Caput vndecimum, cui titulus, *vt nulli liceat ſemotam habere manſionem*, totum fermè legitur in eadem Regula ſancti Cæſarij, capite ſeptimo, & initio ſequentis. Sanctus Cæſarius præcipit [b], vt omnes Monachæ diuiſis lectulis *in vna maneant cellula*, ſanctus Donatus dicit *in vna domo*, nec alter ab altero differt. Aduersùs Monialem, quæ Sanctioni non pareat, nullam pœnam promulgat ſanctus Cæſarius, ieiunij ſuperpoſitionem ſic decernit ſanctus Donatus. *Quæ verò aliter agere aut habere præſumpſerit, ſuperpoſitionem ſuſtineat.* Similiter ſanctus Cæſarius [c] Monialibus, quæ altiori voce loquuntur, nullam irrogat pœnam, ſanctus Donatus ſilentij ſuperpoſitionem aut plagas quinquaginta ſic imponit. *Quod ſi fecerint, ſuperpoſitionem ſilentij, aut quinquaginta percuſſiones accipiant.*

[b] Cap. 7.

[c] Cap. 8.

LXXIX. Caput duodecimum, cui titulus, *qualiter ſenes aut infirmæ gubernandæ* ſunt, extat partim in eadem Regula ſancti Cæſarij capitibus viceſimo-nono, triceſimo & vndequadrageſimo, partim in Regula ſancti Benedicti, capite triceſimo-ſexto.

LXXX. Caput decimum-tertium, cui titulus, *qualiter ad Officium diuinum curratur*, iiſdem verbis componitur ac prior pars quadrageſimi-tertij Benedictini, quod eſt *de iis qui ad opus Dei vel ad menſam tardè occurrunt*, excepto quòd in curſu nocturnarum Vigiliarum Pſalmus, *Venite exultemus Domino*, dicitur à ſancto Benedicto Pſalmus nonageſimus-quartus, quia nonageſimum-quartum in Pſalterio locum tenet, & à ſancto Donato vocatur primus Pſalmus, quia primus omnium canitur.

LXXXI. Caput decimum-quartum eſt *de his quæ ad opus Dei vel ad menſam tardè occurrerint*, & diuiditur in duas partes. Prior, quæ ſpectat ad opus Dei, conficit totum caput decimum Regulæ Monialibus à ſancto Cæſario præſcriptæ. Poſterior, quæ ſpectat ad menſam, ſumitur ex capite quadrageſimo-tertio ſancti Benedicti. Ceterùm ſanctus Donatus *regularem diſciplinam* vocat, quam ſanctus Cæſarius ſeparationem dicit *à communione vel à conuiuio.*

LXXXII. Caput decimum-quintum, *de ſignificanda hora operis Dei*, idem eſt cum quadrageſimo-ſeptimo Regulæ Benedictinæ.

LXXXIII. Caput decimum-ſextum, *de Oratorio Monaſterij*, idem eſt cum quinquageſimo-ſecundo eiuſdem Regulæ Benedictinæ.

LXXXIV. Caput decimum-ſeptimum, *de diſciplina pſallendi in Oratorio*, præter vndeuiceſimum Regulæ Benedictinæ, quod totum ad verbum complectitur, habet hanc Sanctionem ex octauo Regulæ Monialibus à ſancto Cæſario præſcriptæ, *dum in Oratorio pſallitur, fabulari omnino non liceat*, necnon iſtam ex capite viceſimo eiuſdem Regulæ, *cùm verò pſalmis & hymnis vacatis Deo, id verſetur in*

corde

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

corde quod profertur in voce, item illas ex Pœnitentiali [a] ſancti Columbani. *Et quæ ſubriſerit in curſu orationum, ſex percuſſionibus: ſi in ſonum eruperit riſus, ſuperpoſitione.*

Capur decimum-octauum *de reuerentia orationis* idem eſt cum viceſimo Regulæ Benedictinæ.

Caput decimum-nonum, cui titulus, *qualiter ſilentio ſtudere debeant Sorores*, in tres partes commodè diuidi poteſt. Prima eſt de ſilentio, ſecunda de confeſſione matutina, tertia de mutatione veſtium & opere quotidiano. Sanctio de LXXXV.
ſilentio talis eſt. *Omni tempore omnique loco ſilentio ſtudere debent ancillæ Chriſti,* LXXXVI.
maximè tamen nocturnis horis. Et ideo exeuntes à Completoriis nulla ſit licentia denuò loqui cuiquam aliquid. Habet eadem ſanctus Benedictus capite quadrageſimo-ſecundo, cui titulus, *vt poſt Completorium nemo loquatur.* Sanctio de confeſſione matutina talis eſt. *A Completoriis nulla ſit licentia denuò loqui cuiquam aliquid vſque mane poſt Secundam celebratam in conuentu, quo in loco veniam petentes ac ſingula confeſſionem dantes pro cogitationibus carnalibus atque turpibus, vel nocturnis viſionibus, demùm pariter orantes dicant. [Fiat, Domine, miſericordia tua ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.]* Sanctus Donatus ſynaxin ſeu conuentum indicit horâ Secundâ, nec diſſentit à ſancto Cæſario, apud quem hæc leguntur capite decimo-ſeptimo Regulæ præſcriptæ Monialibus. *Omni tempore duabus horis, hoc eſt, à mane vſque ad horam Secundam lectioni vacent.* In illo autem conuentu horæ Secundæ ſuperaddit confeſſionem matutinam, cuius mentio non extat apud ſanctos Cæſarium, Benedictum & Columbanum. Statuit ſanctus Columbanus in prologo ſui Pœnitentialis, *vt detur confeſſio ante menſam, ante introitum lectulorum, vel cuicunque fuerit facile dare.* Ad eam beati Columbani conſtitutionem alludit ipſemet ſanctus Donatus. *Statutum eſt hoc*, inquit, *à ſanctis Patribus, vt detur confeſſio ante menſam, ſiue ante lectulorum introitum, aut quandocunque fuerit facile.* Ionas in vita ſanctæ Burgundiofaræ, quæ Monaſterio *Euoriacas* præfuit, obſeruat illius loci conſuetudinem fuiſſe, vt Moniales mentem *ter in die per confeſſionem* purgarent, hoc eſt, bis iuxta Pœnitentiale ſancti Columbani, ſemel ante menſam, iterum ante introitum lectulorum, tertiò iuxta Decretum ſancti Donati in conuentu horæ Secundæ. Sanctio de mutatione veſtium & opere quotidiano talis eſt. *Sicque vicißim dicant ad Seniorem, da commeatum veſtimentum mutare; & quod opus fuerit fieri.* Huius Sanctionis prima pars, quæ mutationem veſtium reſpicit, conformis eſt Pœnitentiali ſancti Columbani, in quo hæc præceptio legitur [b]. *Ab initio diei vſque noctem commutatio veſtimenti & altera in nocte interrogentur ſeparatim.* Vult igitur ſanctus Donatus, vt Moniales iuxta præceptum ſancti Columbani bis petant facultatem mutandarum veſtium, ſemel poſt conuentum horæ Secundæ, vt nocturnis depoſitis induant diurnas, iterum poſt Completorium, vt exutis diurnis tunc nocturnas aſſumant. Altera pars, quæ ſpectat ad opus quotidianum, non diſcrepat à ſancto Cæſario [c], qui Moniales poſt horam Secundam operibus vacare ſic præcipit. *Omni tempore duabus horis, hoc eſt, à mane vſque ad horam Secundam, lectioni vacent. Reliquo verò diei ſpatio faciant opera ſua.*

[a] Art. 4.

[b] Art. 17.

[c] Capp. 17. 18.

Caput viceſimum, cui titulus, *quando vacent lectioni*, diuiditur etiam in LXXXVII.
tres partes. Prima eſt de lectione, ſecunda de opere quotidiano, tertia de humilitate. Circa lectionem à ſancto Cæſario nonnihil differt ſanctus Donatus. *A Secunda hora*, inquit, *vſque ad Tertiam, ſi aliqua neceßitas vt operentur non fuerit, vacent lectioni.* Et infrà, *ſi autem, vt diximus, aliqua compellit neceßitas, vt infra hunc terminum operari debeat; in arbitrio ſit Matris, qualiter abſque murmurio fiat.* Quæ verò de opere quotidiano ſcribit, ea mutuatur ex capitibus decimo-ſexto & decimo-octauo prælaudatæ Regulæ, quam ſanctus Cæſarius Monialibus præſcripſit. Deinde humilitatem ſic commendat. *Humiles ſemper inuicem ſitis, non ſolùm ſenioribus, ſed & coæqualibus & iunioribus, ne Deus ſuperbis reſiſtat, ne inflata per viam anguſtam tranſire non poßint: Quicquid*

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

vobis à ſenioribus fuerit imperatum, ſic accipite tamquam ſi de cælo ſit ore Dei prolatum. Nihil reprehendas, nihil deſpicias, in nullo penitus murmurare præſumas, quia in Monaſterio ſeruire veniſti non imperare, obedire potiùs quam iubere. Totum ſanctum, totum iuſtum, totum vtile iudica, quicquid aut tibi, aut aliis videris imperari.

LXXXVIII. Caput viceſimum-primum, cui titulus, *ſi omnes æqualiter debent neceſſaria accipere*, idem eſt cum triceſimo-quarto Regulæ Benedictinæ.

LXXXIX. Caput viceſimum-ſecundum, cui titulus, *qualis debeat eſſe ancilla Dei dum caſtigatur*, idem eſt cum vndecimo Regulæ à Sancto Cæſario præſcriptæ Monialibus, excepto quòd ſanctus Cæſarius ſtatuit tantùm, vt Monacha quæ corripitur arguenti reſpondere non præſumat, at ſanctus Donatus in eam, ſi reſpondere præſumat, pœnam decernit, *quod ſi fecerit*, inquit, id eſt, ſi reſpondere præſumpſerit, *regulari ſubiaceat diſciplinæ.*

XC. Caput viceſimum-tertium, cui titulus, *qualiter ad confeſſionem omnibus diebus veniant*, Concordiæ [a] Regularum inſertum reperitur, videtúrque deſumptum partim ex Regulâ [b] ſancti Benedicti, partim ex Pœnitentiali [c] ſancti Columbani. Sic autem editum eſt ex Codice Holſteniano. *Inter ceteras Regulæ obſeruantias hoc magis ſuper omnia tam iuniores quàm etiam ſeniores monemus Sorores, vt aſſiduè & indeſinenti ſtudio tam de cogitatu, quàm etiam de verbo inutili vel opere, ſeu aliqua commotione animi, confeſſio omnibus diebus, omnibus horis, omnibúſque momentis ſemper donetur, & Matri ſpirituali nihil occultetur, quia ſtatutum eſt hoc à ſanctis Patribus, vt detur confeſſio ante menſam, ſiue ante lectulorum introitum, aut quandocunque fuerit facile, quia confeſſio pœnitentia* (in Pœnitentiali ſancti Columbani legitur *confeſſio & pœnitentia*) *de morte liberat. Ergo nec ipſa parua à confeſſione ſunt negligenda cogitata, quia ſcriptum eſt,* [*qui parua negligit paulatim defluit.*] In Concordia Regularum deeſt præpoſitio *à*, & in Pœnitentiali ſancti Columbani non habetur vox *cogitata*, ſed eius loco *peccata.* Hæc obiter de variis lectionibus. Audi iam Sanctum Benedictum de quinto humilitatis gradu ſic differentem [d]. *Quintus humilitatis gradus eſt, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſconſè commiſſa, per humilem confeſſionem Abbati non celauerit ſuo.* Et Sanctum Columbanum de confeſſione ſic loquentem in prologo ſui Pœnitentialis. *Diuerſitas culparum diuerſitatis pœnitentiæ medicamento ſanari debet. Itaque, fratres, huiuſmodi ſtatutum eſt à ſanctis Patribus, vt demus confeſſionem de omnibus, non ſolùm capitalibus criminibus, ſed etiam de maioribus negligentiis, quia confeſſio & pœnitentia de morte liberat. Ergo nec ipſa parua à confeſſione ſunt negligenda peccata, quia, vt ſcriptum eſt* [*qui parua negligit, paulatim defluit,*] *vt detur confeſſio ante menſam, ante introitum lectulorum, vel cuicunque fuerit facile dare.*

[a] Cap. 15. pagè 10.
[b] Cap. 7.
[c] In prolog.
[d] Cap. 7.

XCI. Caput viceſimum-quartum eſt *de his quæ ad lectum ſuum aliquid occultare præſumpſerint.* Habet ſimilem ſanctionem ſanctus Cæſarius in Regula Monialium, capite duodetriceſimo. Id tamen diſcriminis intercedit, quòd ſanctus Cæſarius ſtatuit, vt Monacha, quæ circa lectum ſuum aliquid ad manducandum vel bibendum repoſuit, *grauiſſimam diſtrictionem ſuſtineat*, & ſanctus Donatus grauiſſimam illam diſtrictionem clariùs ac fuſiùs explicat, vt eiuſmodi Monacha *publicè coram omnibus arguatur, & tunc demum palam cunctis præſentibus obiurgata ſuperpoſitionem ſuſtinere cogatur.*

XCII. Caput viceſimum-quintum *de his quæ non cuſtodierint benedictionem ad menſam & cetera ſimilia*, legitur in Pœnitentiali ſancti Columbani, articulo primo.

XCIII. Caput viceſimum-ſextum, *de his quæ in coquina aliquid effuderint*, idem eſt cum articulo ſecundo prælaudati Pœnitentialis vſque ad illa verba, *nullum membrum mouens pœniteat*, & articulo quarto reperitur ſanctio, quâ clauditur hoc idem caput, vt Soror *quæ non cuſtodierit ordinem ad ſacrificium, ſex percuſſionibus emendetur.*

XCIV. Caput viceſimum-ſeptimum *de his quæ ſine oratione egrediuntur domo*, to-

tum occurrit apud Sanctum Columbanum articulo tertio Pœnitentialis, ſi AN. CH.
demas prohibitionem curſuum non neceſſariorum, quam reperies articulo 625.
decimo. CLOTAR.

Caput viceſimum-octaunm de Sorore, *qua profert fabulas otioſas ad aliam, &* II. R. 42.
quæ ſe excuſauerit, & dicit conſilium contra conſilium, totum habetur articulo DAGOB.
quinto eiuſdem Pœnitentialis. R. 4.

Caput viceſimum-nonum *de his qua reprehendunt aliarum opera & cetera ſi-* XCV.
milia, totum etiam eſt in eodem Pœnitentiali, articulis ſeptimo, octauo & XCVI.
decimo.

Caput triceſimum *de his quæ cum Præpoſita ſua ſuperbè contendunt*, habe- XCVII.
tur in eodem Pœnitentiali, initio articuli noni. Sorori, *quæ ad Præpoſitam
ſuam audet dicere, non tu iudicabis cauſam meam, ſed noſtra Senior aut cetera So-
rores, niſi ipſa humiliter dicat, pœnitet me quod dixi*, Sanctus Donatus pœni-
tentiam imponit *quadraginta diebus*, & ſanctus Columbanus pœnitentiam il-
lam interpretatur *in pane & aqua*.

Caput triceſimum-primum, cui titulus, *de his quæ non poſtulant veniam cor-* XCVIII.
rectæ, & cetera ſimilia, idem eſt cum initio articuli duodecimi in prædicto
Pœnitentiali.

Caput triceſimum-ſecundum, cui titulus, *vt nulla alterius teneat manum,* XCIX.
nec iuuenculæ ſe inuicem appellent, duplicem prohibitionem complectitur. Pri-
mò *prohibetur ne pro dilectione aliqua vlla* Soror *alterius teneat manum, ſiue ſte-
terit, ſiue ambulauerit, ſiue ſederit. Quod ſi fecerit, duodecim percuſſionibus emen-
detur.* Præiuit ſanctus Columbanus in ſuo [a] Pœnitentiali, *ſi alterius tenuerit* [a] Art. 33.
manum, ſuperpoſitione. Caſſianus antiquior Sancto Columbano Monachum,
ſi alterius manum tenuerit, pœnâ dignum cenſuit [b]. Auctor ſanctionis ſan- [b] Lib. 4. c. 16.
ctus Pachomius, qui ceteros anteceſſit ætate, præcepitque capitulo nona-
geſimo-quarto ſuæ Regulæ, vt *manum alterius nemo teneat, ſed ſiue ſteterit, ſi-
ue ambulauerit, ſiue ſederit, vno cubito diſtet ab altero.* Ad textum Pachomia-
num proximè accedit ſanctus Donatus. Secundò, *iuuenculæ, quibus imponitur
terminus, vt non ſe appellent inuicem, ſi tranſgreſſa fuerint, quadraginta percuſſio-
nibus pœniteant.* Aliam pœnam, tres nempe ſuperpoſitiones irrogat ſanctus
Columbanus in ſuo Pœnitentiali, articulo duodecimo. *Iuuenibus, quibus im-
ponitur terminus, vt non ſe appellent inuicem, ſi trangreſſi fuerint, tribus ſuperpo-
ſitionibus.*

Caput triceſimum-tertium, cui titulus, *vt ſedentes ad menſam taceant,* C.
occurrit partim apud Sanctum Cæſarium in Regula Monialium, capite deci-
mo-ſexto; partim apud Sanctum Columbanum in Pœnitentiali, articulo de-
cimo-quarto, vbi mentio fit minutarum pœnitentiarum. Prætereà idem ſan-
ctus Columbanus hæc habet articulo primo, *ſi locutus fuerit comedens, non ne-
ceſſitate alterius fratris, ſex percuſſionibus*, & initio triceſimi-primi, *qui come-
dens loquitur, ſex plagis.* At ſanctus Donatus ſtatuit, vt Monacha, quæ ſe-
dens ad menſam loqui præſumpſerit, *vel viginti vel triginta percuſſiones acci-
piat*, eóque loco ſeuerior eſt & Sancto Cæſario, qui vetat quidem ne loqua-
tur Soror quæ ſedet ad menſam, ſed in eam, ſi non obſequatur, certam pœ-
nam non decernit, & Sancto Columbano, qui talem Monacham ſex tantùm
percuſſionibus ſeu plagis plectit.

Caput triceſimum-quartum, cui titulus, *qualiter aut quibus temporibus ge-* CI.
nua flectantur, ſumitur ex articulis decimo-quinto & viceſimo prælaudati
Pœnitentialis, iniungítque prætereà Monialibus, vt *quando ad communio-
nem altaris accedunt*, per illa tempora quibus genua flectere non debent, *ter ſe
humilient.*

Caput triceſimum-quintum, cui titulus, *vt iurare omnino non liceat*, iura- CII.
mentum & maledictum prohibet iiſdem prorſus verbis, quibus ſanctus Cæ-
ſarius in Regula Monialium, capite ſecundo, deinde pœnas, quas beatus
Cæſarius non attigit, in Monacham delinquentem ſic ſtatuit, *quod ſi fecerit,*

AN. CH. *duabus ſilentij ſuperpoſitionibus & centum percuſsionibus pœniteat.*
625. Caput triceſimum-ſextum, *de Quadrageſima obſeruatione*, idem eſt cum tri-
CLOTAR. ceſimo-ſexto Regulæ Benedictinæ.
II. R 42. Caput triceſimum-ſeptimum, *de primo gradu humilitatis*, idem fermè eſt
DAGOB. cum capite quinto ſancti Benedicti.
R. 4. Caput triceſimum-octauum & decem proximè ſequentia, quæ alios vnde-
CIII. cim gradus humilitatis explicant, integra reperiuntur capite ſeptimo Regulæ
CIV. Benedictinæ.
CV. Caput quadrageſimum-nonum *de taciturnitate*, idem fermè eſt cum ſexto
CVI. prædictæ Regulæ Benedictinæ.
CVII. Caput quinquageſimum *de cuſtodia oculorum*, idem eſt prorſus cum viceſimo-primo Regulæ Monialibus à ſancto Cæſario præſcriptæ, & hac vltimâ Sanctione viceſimi, *non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus, quod veſtrum decet propoſitum.*

CVIII. Caput quinquageſimum-primum, cui titulus, *vt peccatum alterius non celetur*, idem eſt cum viceſimo-ſecundo Regulæ, quam ſanctus Cæſarius Monialibus præſcripſit.

CIX. Caput quinquageſimum-ſecundum, cui titulus, *vt inter ſe litigare, vel conuicia dicere non debeant*, componitur ex viceſimo-quarto & triceſimo-primo eiuſdem Regulæ à ſancto Cæſario promulgatæ.

CX. Caput quinquageſimum-tertium, cui titulus, *vt nulla à parentibus ſuis ſine iuſsione aliquid accipiat*, in duas partes diuiditur. Prior conformis eſt capiti quinquageſimo-quarto Regulæ Benedictinæ. Poſterior non differt à capite viceſimo-tertio Regulæ à ſancto Cæſario Monialibus inſcriptæ. Pœnam hanc in fine capitis addit ſanctus Donatus, vt Soror, quæ deliquerit, *tribus ſuperpoſitionibus pœniteat.*

CXI. Caput quinquageſimum-quartum, cui titulus, *vt nulla cuiuſlibet alterius filiam in baptiſmo excipiat*, in duas etiam partes diſtinguitur, totúmque legitur in prædicta Regula ſancti Cæſarij, partim capite nono, partim in fine quinti.

CXII. Caput quinquageſimum-quintum, cui titulus, *qualiter prouiſores Monaſterij, vel reliqui viri intra Monaſterium debeant introire*, idem eſt cum triceſimo-tertio ſancti Cæſarij.

CXIII. Caput quinquageſimum-ſextum hoc inſignitur titulo; *vt neque matronæ ſeculares ingredi permittantur, vel puellæ.* Super ea re ſanctus Cæſarius in Regula Monialium breuem hanc Sanctionem edidit capite triceſimo-quarto. *Matronæ etiam ſeculares, vel puellæ, ſeu reliquæ mulieres aut viri adhuc in habitu laico, ſimiliter introire prohibeantur.* Eandem prohibitionem fuſiori ſtylo proſequitur ſanctus Donatus. *Matronæ etiam ſeu puellæ ſeculares, ſiue viri nobiles atque ignobiles in ſeculari habitu conſtituti, qui vel ob viſitationes parentum, vel orandi ſeu inuiſendi gratiâ ad Monaſterium veniunt, intus aliter introire non permittantur, niſi hi, qui religioſi & Deum timentes eſſe videntur, & quos Mater Monaſterij ob vitæ meritum dignos indicauerit. Cúmque partes, quas ipſa voluerit, circumierint, protinus aut in ſalutatorium, aut ad portam redeant, vbi deinceps, ſi Abbatiſſæ viſum fuerit, illâ ſi voluerit præſente vel reliquis, eulogias accipiant, aut reliquum quod offerre decreuerint. Hæ verò quæ miniſtrant & omnes non alibi niſi in refectorio, vbi decretum eſt, aliquid accipere præſumant.*

CXIV. Caput quinquageſimum-ſeptimum, cui titulus, *qualiter Abbatiſſa in ſalutatorium ad ſalutandum exeat, vel qualiter ancillæ Domini ſuos parentes debeant ſalutare*, conflatur ex variis Sanctionibus, quæ leguntur apud ſanctum Cæſarium in Regula Monialium capite triceſimo-quinto duobúſque ſequentibus, & capite tertio Recapitulationis adiectæ eidem Regulæ.

CXV. Caput quinquageſimum-octauum, cui titulus, *vt conuiuium nulli præparetur*, in duas partes diſtinguitur. Prior occurrit apud ſanctum Cæſarium in Regula Monialium, initio capitis triceſimi-ſexti. Poſterior talis eſt. *Abbatiſſa, aut qualibet vlla de ſororibus conuiuium Epiſcopi, aut parentis, vel cuiuſlibet perſonæ,*

nullo vnquam tempore, interius ſiue exterius Monaſterij adire præſumat. Sed ſi ali- AN. CH.
quis tam de parentibus, propinquis, vel quicunque eis voluerit impendere aliquid, 625.
quantùm decreuerit per Portarias in Monaſterium tranſmittat, & ipſa per ſe ſecun- CLOTAR.
dùm ſanctam conſuetudinem ſibi, vt expedit, præparent. II. R. 42.
Capot qoinquageſimom-nonum, cui titulus, *ne Abbatiſſa extra Congrega-* DAGOB.
tionem reficiat, idem eſt cum tticeſimo-octauo Regulæ, quam ſanctus Cæſa- R. 4.
rius Monialibos præſcripſit.
Caput ſexageſimum, cui titulus, *quales ad poſticium eligi debeant*, deſcri- CXVI.
ptum eſt pattim ex ſexageſimo-ſexto Regulæ Benedictinæ, partim ex quadta- CXVII.
geſimo-primo Regulæ à ſancto Cæſario in gratiam Monialiom editæ.
Caput ſexageſimum-ptimum *de Celleraria Monaſtery qualiter eſſe debeat*, idem CXVIII.
eſt cum triceſimo-primo ſancti Benedicti.
Capot ſexageſimum-ſecundum *de ferramentis aut aliis rebus Monaſtery vel* CXIX.
veſtibus, componitut ex vatiis Sanctionibos, quæ leguntut apud ſanctum Bene-
dictum capite triceſimo-ſecundo, & apud ſanctum Cæſatium in Regula Mo-
nialium capitibus triceſimo & quadrageſimo-primo.
Caput ſexageſimum-tertium, cui titulus, *vt ornamenta vel varia opera in* CXX.
Monaſterio non fiant, conſtat aliquot Sanctionibus, quæ teperiuntut apud ſan-
ctum Cæſatium partim capitibus ſeptimo & vndecimo Recapitulationis quam
Regulæ Monialium ſubiecit, pattim capitibos eiuſdem Regulæ quadtageſi-
mo-primo & qoadrageſimo-ſecundo.
Caput ſexageſimum-quartum, coi titulus, *capita quâ menſurâ ligentur*, de- CXXI.
ſumitur ex ſeptimo prædictæ Recapitulationis à ſancto Cæſario editæ.
Octo eapita proximè ſequentia qoadrant omnino cum totidem capitibos CXXII.
Regulæ Benedictinæ; caput ſexageſimum-quintum, cui titulus, *quomodò dor-*
mire debent, quadrat com viceſimo-ſecundo; ſexageſimum-ſextum *de ordine*
Congregationis, quadtat cum ſexageſimo-tertio; ſexageſimum-ſeptimum *de*
Septimanariis coquinæ, quadrat cum triceſimo-quinto; ſexageſimum-octauum,
cui titulus, *ſi ſorori impoſſibilia iniungantur*, quadrat cum ſexageſimo-octaoo
Benedictino; ſexageſimum-nonum, cui titulos, *qualis debet eſſe modus excom-*
municationis, quadrat cum viceſimo-quatto; ſeptuageſimom *de grauioribus*
culpis, quadrat cum viceſimo-quinto; ſeptuageſimum-ptimum *de his quæ iun-*
guntur ſine iuſſione excommunicatis, quadrat cum viceſimo-ſexto; ſeptuageſi-
mum-ſecundum, cui titulus, *qualis debet eſſe ſolicitudo circa excommunicatas*,
quadrat com viceſimo-ſeptimo.
Caput ſeptuageſimum-tettium *de his quæ ſæpiùs correcta non emendauerint*, CXXIII.
idem etiam eſt cum viceſimo-octauo Regulæ Benedictinæ, excepto quod
apud Donatum in fine capitis hæc additut periodus quæ deſidetatur in prædi-
cta Regula, *aut tamdiu in cella retrudatur, quouſque bona voluntas illius cognoſ-*
catur. Indulgentior eſt igitut ſanctus Donatus etga Moniales qoàm ſanctos
Benedictus erga Monachos, nam ſanctus Donatus vtitur quidem *ferro abſciſ-*
ſionis in certis caſibus vt ſanctus Benedictus, ſed liberum ſemper telinquit ar-
bitrio Abbatiſſæ, vt abſciſſionis loco prædictum tetruſionis temperamentum
adhibeat, quod multò mitius eſt, & in hac Sanctione non admittitur à ſancto
Benedicto.
Caput ſeptuageſimum-quartum, cui titulus, *vt non præſumat altera aliam* CXXIV.
defendere, idem eſt quoque cum ſexageſimo-nono Regulæ Benedictinæ, ex-
ceproquòd in fine capitis hæc vetba, *acriùs coerceatur*, quibus ſanctus Benedi-
ctus pœnam delinquentibus infligendam deſignat, apud ſanctum Donatum
ſic explicantut, *tribus ſuperpoſitionibus pæniteat*.
Caput ſeptuageſimum-quintum, quod inſcribitut *de ordine quo pſallere de-* CXXV.
bent, in duas partes diuiditur, quarum vna eſt quidem de curſu Pſalmorum,
alteta de ſilentio. Priotem ſoprà contulimus cum capite ſeptimo Regulæ
quam ſanctus Columbanus Monachis ptæſcripſit. Locum illum adi, ibi enim
reperies explicationem omnium difficultatum, quæ citca cutſum Pſalmorum

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. R. 4.

occurrunt in hoc capite ſancti Donati, cuius textum hîc recitaſſe idcirco ſufficiet. *De ſinaxi, id eſt, de curſu Pſalmorum & Orationum modo Canonico iuxta normam Regulæ noſtræ quædam in breue ſunt diſtinguenda. Ab octauo Kalend. Octobris creſcit curſus vſque ad ſummum eius viginti quinque choris, quas totâ hyeme, quæ à Kalendis Nouembris incipit, & finit in Kalendis Februarij, cantandas in nocturnis Vigiliis per noctem Sabbati & Dominicæ Patres noſtri ſanxerunt. Duodecim verò chora in hyeme omni nocte cantanda ſunt vſque ad* VIII. *Kalendas Aprilis, & poſt hyemem quindecim chora in ſacris Martyrum Vigiliis. Et ſicut creſcit, ita etiam decreſcit quinque choris, quæ in primo Sabbato quinque chora augenda ſunt vt ſint viginti, per aliud autem Sabbatum vna chora augenda eſt vſque ad Kalendas Nouembris, vſque totus curſus compleatur, id eſt, viginti quoque chora Pſalmorum, qui per tres menſes hyemis complendus eſt in duabus ſupradictis noctibus, & poſt hoc decreſcit per Sabbatum. Primo Sabbato quinque chora, & ſingula per alterna Sabbata, quia longius ſpatium eſt ad finem hyemis vſque ad æquinoctium veris, in curſu decreſcendo, quàm creſcendo, ideo per alterna Sabbata ſingula decidant chora vſque* VIII. *Kalendas Aprilis. Duodecim namque chora tempore æſtatis in ſanctarum noctium curſu, id eſt, Sabbati & Dominicæ, cantanda ſunt. Octo verò ſemper reliquis noctibus de æquinoctio in æquinoctium cantanda ſunt, id eſt, per ſex menſes. De æquinoctio veris in æquinoctium Autumni, viginti quatuor Pſalmi canendi ſunt.* Poſterior pars huius capitis, quâ ſilentium cuſtodiendum decernitur, talis eſt. *In omni loco & opere ſilentij regula magnopere cuſtodienda cenſetur, vt omni, quantùm valuerit humana fragilitas, quæ ad vitia præcipitare ſolet curſu oris, mundemur vitio, ædificationémque potiùs proximorum ſiue proximarum, pro quibus Saluator noſter Ieſus Chriſtus ſanctum effudit ſanguinem, quàm dilacerationem abſentium in pectore conceptam, & quàm otioſa paſſim verba ore promanus, de quibus iuſto ſumus retributori rationem reddituri.* Habet quædam his ſimilia ſanctus Columbanus capite ſecundo ſuæ Regulæ, quod inſcribitur *de ſilentio.*

CXXVI. Caput ſeptuageſimum-ſextum hoc inſignitur titulo, *quibus horis reficiant Sorores*, id eſt, quibus horis Moniales debeant comedere, ſeu ieiunent ſeu non ieiunent, alibi enim à prandio & à cœna diſtinximus refectionem, quæ ſtrictiùs ſumpta comeſtionem diebus ieiunij fieri ſolitam ſignificat. Diuiditur hoc caput in duas partes, vna ſanctiones complectitur à Paſcha vſqne ad Kalendas Septembris, altera verò ab illis Kalendis vſque ad Paſcha. Prior ſumitur ex capite quadrageſimo-primo Regulæ Benedictinæ, ſed *labores agrorum*, quos ſanctus Benedictus in Monachis laudat, omittuntur à ſancto Donato, quia Monialibus non conueniunt, eorúmque loco ponuntur *labores manuum graues*, quibus Monachas vacare non eſt indecorum. Poſterior pars deſcribitur ex Appendice quam ſanctus Cæſarius ad Regulam Monialium eiúſque Recapitulationem adiecit. Eſt autem ſanctus Donatus hoc loco nonnihil mitior Sancto Cæſario, vt ex vtriuſque ſcriptis, ſi ſimul conferantur, facilè conſtabit. Irrepſit mendum apud Sanctum Donatum initio ſanctionis, *à Kalendis autem February*, legendum enim iuxta Sanctum Cæſarium, *à Kalendis autem Septembris.* Eſt & in fine capitis apud Sanctum Donatum clauſula conformis Benedictinæ, Veſperam enim ſic agendam eſſe ſtatuit, *vt lumine lucernæ non indigeant reficientes, ſed luce adhuc diei omnia conſummentur.*

CXXVII. Caput ſeptuageſimum-ſeptimum *de electione Abbatiſſæ*, componitur ex ſanctionibus & admonitionibus, quæ leguntur apud Sanctum Cæſarium in Recapitulatione, capite duodecimo & initio decimi-quarti, necnon in Regula capite quadrageſimo-quarto.

CXXVIII. Hæc de Regula quam ſanctus Donatus Monialibus præſcripſit, & in fine prologi ſic commendauit. *Vos ſanctas animas mentéſque Deo deditas coram omnipotenti Deo ſpirituali affectu obſecrare compellor, vt hæc eadem veſtra petitioni ſtatuta abſque vlla dumtaxat refragatione & indeſinenti ſtudio mentéque ſagaci, tempore perpetuo conſeruare ſtudeatis; & iuniores vel etiam negligentes iuxta teno-*

rem ipſius Regulæ coerceatis, & eam ſæpiùs coram omni Congregatione legatis, vt AN. CH.
nulla ſe de ignorantia excuſare poßit. Iuniores corrigite, anus obſecrate, Præpoſita 625.
veſtræ in omnibus obedite, negligentias veſtras indeſinenter ei aperite, altera alterius CLOTAR.
onera portate, inuicem vos omnes puro & caſto amore diligite, vt veniente ſponſo II. R. 42.
veſtro, Domino Ieſu Chriſto, plenis oleo ac relucentibus lampadibus occurratis, tri- DAGOB.
pudiantéſque dicatis ſingulæ, [inueni quem quæſiuit anima mea.] Hoc ergo ego om- R. 4.
nium vltimus ſpecialiùs almitati veſtræ humili & ſubnixâ prece depoſco, vt pro me,
qui petitioni veſtræ obtemperans hæc per cola vel commata temperaui, tam in diurnis
quàm in nocturnis Officiis, dum in hoc luteo corpuſculo dego, creberrimas fundatis
preces, & poſtquàm Domino iubente migrauero, ſacras pro me hoſtias offerri Domino
faciatis, quatenus cùm vobis in choro ſacrarum ac ſapientium Virginum, virginita-
tis palma beatitudóque tribuetur, ſaltem mihi cunctis onerato peccatis delictorum
venia tribuatur.

Illis circiter temporibus, cùm Sonnatius Remenſem Diœceſim admini- CXXIX.
ſtrabat, migrauit ad Deum beatus Baſolus *, cuius memoriam Eccleſiaſti- BASOLVS
cæ Tabulæ ſexto Kalendas Decembris ita commendant. *In territorio Rhe-* OBIT.
menſi Natalis ſancti Baſoli Confeſſoris. A nonnullis accenſetur Ordini Benedi- * S. Baſle.
ctino, inſignitúrque Abbatis titulo, ſed quo iure? Apud Flodoardum [a] exor- [a] Lib. 2. c. 3.
natur encomio ſatis prolixo, nec vllius vnquam Monaſterij regimen ſuſce-
piſſe legitur. Adiit quidem Cœnobium in vico Viriziaco ſitum ad radices
montis Remenſis, vbi duodecim Monachi cum Abbate commorabantur, ſed
eo paulò pòſt relicto ſummum eiuſdem collis faſtigium conſcendit, ibíque
Oratorium erexit cum cella, in qua per annos quadraginta ſolitariam vitam
duxit, donec ad cæleſtem patriam Deo vocante tranſlatus eſt. Diuturnæ in
cella manſionis habitâ ratione, in Martyrologio [b] Gallicano rectè dicitur [b] d. 26 Nou.
Eremita. *In territorio Remenſi, ſancti Baſſoli Eremitæ.* Abbas perperam vocatus
eſt à Sigeberto [c], & error à Sigeberti Chronico ad librum tertium [d] Trithe- [c] An. 567.
mij de viris illuſtribus Ordinis Benedictini & ad Martyrologium [e] Benedi- [d] Cap. 45.
ctinum tranſiit. Apud Trithemium in elogio ſancti Baſoli hæc habentur. [e] d. 26. Nou.
Peruenit ad vrbem Rhemenſem, vbi Pontificatum tenebat ſanctus vir Ægidius poſt
beatum Remigium quartus, cuius authoritate & benedictione locum ſecretum petiit,
& Monaſterium fundauit. Hic Auctor Abbatis titulum, quem Baſolo Sigeber-
tus attribuerat, egregiè confirmatum putauit, ſi Monaſterium aliquod ab
eodem Baſolo fundatum aſſereret. At refragatur Flodoardus [f], ſic enim ſcri- [f] Lib. 2. c. 3.
bit de ſancto Baſolo. *Virtutum creſcens culmine ſolitariam concupiſcit vitam, fa-*
ſtigiúmque ad ſecretiùs habitandum contigui deligit montis, in quo cellulam cum
Oratorio conſtruit, vbi liberiùs cæleſti ſeruiret contemplationi. In qua incluſionis ha-
bitatione per XL. traditur annos Deo militaſſe. Et inferiùs. *Poſt multa denique*
pietatis inſignia in vita ipſius ab eodem patrata, prænoſcens per ſpiritum ſuæ voca-
tionis imminere ſibi tempus, miſit ad nepotem ſuum, nomine Balſemium, qui eum
ad ſe à Lemouicina regione perduceret, ſignificans illi quòd poſt obitum ſuum in præ-
dicto ſuæ conuerſationis habitaculo deberet vitam ducere iuxta quod reuelatum ſibi
fuerat à Domino. Nullum ibi verbum de conditu Monaſterij. Baſolus in Cœ-
nobio apud vicum Viriziacum * breui ſpatio temporis eruditur, atque in- * Verzy.
de ſecedit in proximam eremum in qua poſt annos quadraginta moritur,
extructo tantùm Oratorio cum cellulâ, quæ nec Monaſterij nomen mere-
tur, nec auctorem ſuum Abbatis dignitate poteſt illuſtrare. Monaſterium,
quod ſanctus Baſolus incoluit antequàm in eremum ſe conferret, ob inſi-
gnem eiuſdem ſancti Baſoli ſanctitatem, quam varia miracula latè prædica-
runt, ſancti Baſoli nomen accepit elapſis ab illius obitu non multis annis.
Celebratur enim à Flodoardo [g] Monaſterium ſancti Baſoli cum Petrone Ab- [g] Lib. 2. c. 7.
bate ſub Epiſcopo Niuardo, qui regnante in Auſtria Sigiberto, id eſt, ante
annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-quartum in Cathedra Re-
menſi poſt Landonem ſedere cœpit, & *ſub priuilegij iure dedit ad* idem *Mona-*
ſterium ſancti Baſoli Eccleſiam in Viriziaco in honore ſanctæ Mariæ conſtructam cum

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R 42. DAGOB. R. 4. CXXX.

omnibus ad ipſam pertinentibus; necnon *immunitatem ipſis Monachis ſub Perrone Abbate ibidem Deo ſeruientibus inſtituit.*

An Ordinis Benedictini?

Qui ſanctum Baſolum adſcribunt Ordini Benedictino, neceſſe eſt oſtendant in Monaſterio, quod adiit, obſeruatam tunc fuiſſe Regulam ſancti Benedicti. Quibus autem id rationibus exequentur? Monachos, quorum conſuetudine Baſolus vſus eſt, non ſancti Benedicti ſed ſancti Columbani diſcipulos facit Author Martyrologij [a] Gallicani. *Priùs*, inquit, *quàm ſolitudinem incoleret, Monachis ſancti Columbani, qui prope ſaltum illum degebant, ſe commiſit, à quibus ſic imbutus eſt regularis vitæ inſtitutis & ſacræ Scripturæ theorematibus, vt breui, omni ſapientiâ ac religione precelleret.* Baſolus Remos peruenit, illius ciuitatis Pontificatum obtinente tunc Egidio, qui noſtro calculo rexit Epiſcopatum annos vnum ac viginti, teſtéque Gregorio [b] Turonenſi depoſitus eſt anno Childeberti Regis decimo-quinto, Gunthramni viceſimo-nono, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo, eodem videlicet anno quo Luxonienſem eremum ingreſſus eſt ſanctus Columbanus Anagratenſi relictâ. Hinc liquet Monaſterium, quod Baſolus prope Remos expetiit, longè vetuſtius fuiſſe Luxouienſi. Quin & illud antiquius Anagratenſi facilè tibi perſuadebis, ſi ea quæ ſuperiùs probata memineris. Anagratenſis Monaſterij primordia cum anno Sigiberti ac Guntchramni fratrum ſeptimo, ſiue cum anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-octauo comparantur. Anno proximo Remenſem Epiſcopatum ſuſcepit Egidius. Eo ſedente, cùm Baſolus Remos acceſſit, Monaſterium, quod in vico Viriziaco ſitum erat, haud ignobile cenſebatur, erat enim duodecim Monachorum præter Abbatem, vt docet Flodoardus [c] his verbis. *Eo loci tunc temporis erat Cœnobium numero duodecim Monachorum. Hic igitur benignè ſuſceptus* Baſolus *à fratribus, traditur ab Abbate literis imbuendus.* Ergo ſanctus Baſolus, priuſquàm in ſolitudinem abiret, apud vicum Viriziacum non meruit ſub ſancti Columbani diſciplina. Videamus iam, vtrùm ibi Regulam ſancti Benedicti didicerit. A beati Mauri aduentu in Andegauiam, vbi conſtruxit Monaſterium Glannafolienſe, quod omnium Benedictinorum in Galliis antiquiſſimum eſt, vſque ad Egidij Remenſis Antiſtitis ordinationem interceſſerunt anni duntaxat viginti-ſex. Illis verò temporibus & quandiu vixit beatus Maurus, qui poſt prædicti Pontificis depoſitionem ſuperſtes adhuc fuit in viuis annos quatuordecim, nulla Monachorum Glannafolienſium colonia ex territorio Andegauenſi in Campaniam Remenſem perhibetur deducta. Creuerat quidem eorum numerus vſque ad centum & quadraginta, ſed beatus Maurus [d] in vltima iam ſenectute poſitus centum & ſexdecim intra ſpatium quinque menſium mortuos in cælum præmiſit, quatuor ac viginti vix ſuperſtitibus. Ergo ſanctus Baſolus Regulam ſancti Benedicti non eſt edoctus in Monaſterio, quod in vico Viriziaco prope Remos incoluit. Antequàm beatus Maurus in Gallias afferret Regulam ſancti Benedicti, florebat in Epiſcopatu Remenſi Monaſterium ſancti Theodorici. Anno enim Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-tertio, cùm ſanctus Maurus in Franciam venit, Remis regnabat Theodobertus, annúmque agebat in Principatu nonum. Huius autem Theodoberti pater Rex Theodoricus, cuius obitus in annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-quartum incidit, ſuperuixit ipſi Theodorico Abbati, nam Flodoardus [e] corpus ſancti Abbatis ab eodem Theodorico Rege tumulo illatum fuiſſe ſic obſeruat. *Poſt multarum virtutum opera, poſt miraculorum inſignia, bono certamine ad victoriam perducto, feliciter curſu conſummato, ſanctis ei obuiantibus Spiritibus, & gaudenter cum Angelis ſuſcipientibus, die Kalendarum Iuliarum cum gloria migrauit ad Chriſtum. Cuius audito tranſitu pretioſiſſimo præfatus Rex Theodoricus ad Monaſterium properè cum magna venit multitudine, prærogatique ſibi beneficij memor, ſed & debitæ ſeruitutis non immemor, ad tumulum beatiſſimi corpus Abbatis propriis euehere ſtuduit humeris.* In illo Monaſterio ſancti Theodorici, quod idem Auctor *tribus à ciuitate millibus* ſeparatum ait, & in Cœnobio quod ſanctus Baſolus apud vicum Virizia-

cum

[a] Die 26. Nou.
[b] Lib. 10. c. 19.
[c] Lib. 2. cap. 3.
[d] Vit. S. Mauri apud Sur. die 15 Ian.
[e] Lib. 1. c. 24.

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

cum adiit, propter locorum viciniam facilè credimus eandem viguiſſe Regulam, quæ collecta eſſet ex Scriptis antiquorum Patrum, priuſquàm leges ſanctorum Benedicti & Columbani per ditiones Francorum promulgarentur.

CXXXI.

De Balſemio * ſancti Baſoli nepote atque ſucceſſore in eremo ſic loquitur Flodoardus [a]. *Beatus Baſolus prænoſcens per ſpiritum ſuæ vocationis imminere ſibi tempus, miſit ad nepotem ſuum, nomine Balſemium, qui eum ad ſe à Lemouicina regione perduceret, ſignificans illi, quòd poſt obitum ſuum in prædicto ſuæ conuerſationis habitaculo deberet vitam ducere, iuxta quod reuelatum ſibi fuerat à Domino. Cuius ſalutaribus præceptis vt bonus filius obtemperans, & ad ſupernam hæreditatem peruenire deſiderans, vſque ad exitûs ſui diem in eadem permanſit habitatione.* Coluenetius in Scholiis ad hunc textum Flodoardi, Balſemium ſancti Baſoli nepotem confundit cum altero Balſemio, cuius Hiſtoriam ex magna parte mutilam, lacuniſque multiplicibus deformem publicauit Camuzatus in promptuario Antiquitatum Tricaſſinarum. Ambo nomine conueniunt, ambo patria Lemouicenſes fuerunt, ambo natali ſolo relicto venerunt in Campaniam. Differunt autem in multis. Alter prope Remos conſedit; alter apud Arceyas * ciuitatem non ignobilem quæ redacta eſt hodie in vicum ad Albam * amnem, quà Trecis iter eſt Catalaunum. Alter morbo extinctus eſt in ſua cellula; vitam alter illuſtri Martyrio conſummauit in perſecutione Vandalorum. Alter vixit ſeptimo ſeculo coætaneus Sonnatio eiúſque ſucceſſoribus Epiſcopis Remorum in Auſtria ſub Regibus Francorum Dagoberto & Sigiberto; alter à barbaris capite minutus eſt, antequàm pars illa Galliarum, quæ Campania vocatur, in poteſtatem Francorum deueniſſet. Alter vt Confeſſor in Martyrologio Benedictino colitur decimo-octauo Kalendas Septembris; alter vt Martyr decimo-ſeptimo eaſdem Kalendas apud Molanum in additionibus ad Vſuardum. Iſta enim leguntur in Martyrologio Benedictino, *in territorio Remenſi ſancti Balſemij Recluſi, nepotis ſancti Baſoli Abbatis.* Hæc autem apud Molanum, *apud caſtrum Ramerudem * Natale beati Balſemij glorioſi Martyris ſociorúmque eius*, & Camuzatus obſeruat cuſtodiri reliquias ſancti Balſemij Martyris in Priotatu oppidi Ramerudenſis; quod ſeptem leucis à ciuitate Tricaſſina, vnicâ ab Arceyano vico ſemouetur. Balſemius igitur, cuius meminit Flodoardus, is eſt, quem Benedictini venerantur. Ab illis rectè nuncupatur ſancti Baſoli nepos Recluſus, ſed corruptè dicitur à Sammarthanis [b] Baſſemus, Abbáſque fingitur, ſancti Baſoli ſucceſſor, deceſſórque Perronis, cuius mentio fit apud Flodoardum [c] ſub Niuardo Remorum Antiſtite. Cur autem adſcribatur Ordini Benedictino, non capimus, Regulam enim ſancti Benedicti nullibi profeſſus eſt, cúmque nullum vnquam Monaſterium ingreſſus legatur vt vitam ibi Cœnobiticam duceret, ad cœtum Benedictinum minùs etiam videtur pertinere quàm ſanctus Baſolus, quem habitâ totius vitæ ratione expungendum è Martyrologio Benedictino cenſuimus.

* Baſſange.
[a] Lib. 2. cap. 3.
BALSEMIVS NEPOS BASOLI.
* Arciu.
* Aube.
* Ramern.
[b] Tom. 4. Gall. Chriſt.
[c] Lib 2 cap. 7.

CXXXII.

Hadoindus Cenomanenſis Epiſcopus, Kalendis Decembribus, hoc anno, ſeu Clotarij Regis quadragesimo-ſecundo, vt Coruaiſierus & Bondonnetus ex antiquis Codicibus obſeruarunt, Monaſterio, quod apud Buxidum ſiue Buxiacum Lonogeſilus Anachoreta conſtruebat, multa prædia contulit eâ lege, vt Monachi ſingulis annis ſanctæ Baſilicæ Cenomanenſi, itémque Baſilicæ ſanctorum Vincentij & Laurentij quam ſanctus Domnolus erexerat, oleum, ceram aliáque nonnulla penderent. Cœnobij Buxiacenſis primordia in vita ſancti Hadoindi ſic retexuntur. *Benedicti Domni Haduindi tempore venit quidam vir ſanctus, Domino ducente, ſub habitu Monaſtico, nomine Lonogeſilus, quærendo loca vbi aliquam cellulam ad lucrandas animas facere poſſet. Audiens autem famam prædicti Haduindi venit ad eum, deprecans vt vicum ſuum Cenomanicum, nomine Buxidum *, ſitum videlicet in pago Cenomanico in . . . . . Sagonenſe *: erat enim notus ei ipſe vicus, quia frequenter ad eundem locum conuenire ſolebat, & bonos & Deum timentes viros in circuitu eius habebat, qui eum benè recipiebant, & omnia neceſſaria adminiſtrabant ei, & inſuper Monaſterium inibi facere ſuadebant, quod*

PRIMORDIA COENOBII BVXIAC.
* la Boiſſeliere.
* le Sonnois.

AN. CH. 625. CLOTAR. II. R. 42. DAGOB. R. 4.

& de eorum rebus augmentari volebant, in qua & animas ſuas Domino lucrari ipſo docente mererentur. Hac autem audiens Domnus Haduindus gauiſus valdè, & libenti animo dedit ei pradictum vicum ad iam dictum opus perficiendum, & ad praſatum Monaſteriolum ad lucrandas Deo animas conſtituendum, ſuadens ei etiam vt quod animo, Domino inſpirante, conceptum habebat, opere viriliter perficeret. Et inſuper dedit ei pradictus Domnus Haduindus alias reculas & villulas in circuitu prafati vici Buxidi ſitas, quas pradictus Domnus Lonegoſilus nominatim eum deprecabatur. Dedit etiam memoratus Domnus Haduindus in adiutorium ad iam dictum opus perficiendum totam partem villa ſua Sedis Eccleſia, cuius vocabulum eſt Lucdunus, vnde ſerui Dei & Epiſcopi in prafato vico & in eodem Monaſteriolo haberent pleniùs victualia eorum & veſtimenta. Poſteà verò tam eius tempore quàm & ſucceſſorum, multa res ad prafatum Monaſteriolum à nobilibus & liberis hominibus ſunt legaliter tradita; ipſum namque Monaſteriolum cum pradictis rebus & omnibus ad ſe pertinentibus ſua Sedis Eccleſia ſubiugauit, & ſuis ſucceſſoribus iure Eccleſiaſtico poſſidendum & canonicè gubernandum reliquit. Ceterùm Lonogeſilus Monaſterium quod erexerat, in honorem ſancti Petri dicari curauit, quoniam eiuſdem Apoſtolorum Principis dentem, quem Româ detulerat, in illo Cœnobio repoſuit.

CXXXIII. Lucdunum villam, cuius mentio fit in prædicta donatione, Hadoindus Epiſcopus ab Alano eiúſque coniuge cum aliis ampliſſimis bonis acceperat nuperrimè, nam priuſquàm eiuſmodi munere donaretur, Alano notus erat & fidus amicus, vt ex textu inferiùs recitando patebit, ídque ſic interpretamur, vt anno priori, ſtatim ac Hadoindus Pontificatum iniit, in eius amicitiam ac familiaritatem venerit Alanus vir nobilis ac pius, qui poſteà orbatus filio Eccleſiæ Cenomanenſi facultates ſuas hoc anno tradiderit. Rem autem, prout geſta eſt, in vita ſancti Hadoindi narrat peruetuſtus Author.

ALANVS ECCLESIÆ CENOMAN. MVLTA TRADIT PRÆDIA.

Alanus vir diues, poſt mortem filij ſui, qui cùm in paterna villa cui propter dolorem nomen poſtea Doliaci * fuit, ceruum inſequeretur equo excuſſus interierat, res ſuas piè ſtatuit erogare. *Cœpit ergo tunc pedes vnà cum vxore ſua ire per Monaſteria & loca ſancta, ac corpora Sanctorum quarere, deprecans die ac nocte intentiſſimè Deum, vt inſpiraret ei, ad quam Eccleſiam ſecundùm Creatoris ſui voluntatem, tam pro pradicto ſuo filio quàm pro ſalute anima ſua ſuas Domino offerendo res traderet. Licèt multi ſerui Dei cum oraſſent, vt ad loca Sanctorum quibus inſiſtebant ſuas res traderet, & ſi vellet ab eis pretium acciperet, & vtrumque haberet, & eleemoſynam ex eis & munera, (hoc ſuadebat ei Abbas de Monaſterio Turonenſi, in quo ſanctus Martinus corpore requieſcit, ſimiliter & Abbas qui dicitur Duogemeleſis Monaſterij, ſiue alij Prapoſiti & Abbates & ſerui Dei multi) tamen ad nullum de pradictis locis eius intentio ſe ſubmiſit, neque eius deuotio ſe inclinauit. Dum autem de Monaſterio S. Martini Turonenſis reuertens Cenomanicam properabat ciuitatem viſitaturus videlicet ſanctam matrem & ciuitatis Eccleſiam ſancta Dei genitricis Maria & Sanctorum Martyrum Geruaſij & Protaſij, in qua multas eorum meritis & interceſſionibus Dominus operabatur virtutes, venerunt ſerui Dei Pontilemalenſis Xenodochij & Haduindi Epiſcopi, & ſuſcipientes eum cum pſallentio, & per orationes eum deducentes, omnia neceſſaria ei voluntariè & diligenter miniſtrabant, & cum magno honore ei ſeruiebant, quia ad hoc opus pradictus Dominus Bertichrannus eiuſdem vrbis Epiſcopus ipſum Xenodochium in Pontilema milliario ab vrbe in honore ſancti Martini fecerat, vt omnes aduentantes tam diuites quàm & pauperes ibi receptiones haberent, & alimenta & cetera neceſſaria abundanter inibi acciperent. Craſtinâ autem die à pradicto Xenodochio Pontilema * orationi deuotiſſimè inſiſtebat, inſtinctu Dei accenſum eſt cor eius, vt ad memoratam matrem & ciuitatis Eccleſiam, qua eſt conſtructa & ſacrata in honore Dei genitricis Maria & SS. Petri & Pauli & Sanctorum Martyrum Geruaſij & Protaſij, ad quam ipſe oraturus properabat, omnes traderet res proprietatis ſua. Hac quoque peragere, vt ei inſpiratum erat, cogitans, mandauit Domino Haduindo praſcripto Epiſcopo, vt obuiam ei veniret; vt cum eo conſiderare valeret qualiter de ſuis rebus agere deberet, quia*

* Doüller.

* Pontleuë.

notus ei erat & fidus amicus Domnus Haduindus. Fecit enim Domnus Haduindus, AN. CH.
vt ei iam dictus Alanus mandarat, & venit obuiam ei, & benignè eum ſuſcipiens, per 625.
orationes Eccleſiarum iam dictæ ciuitatis cum ſummo honore & reuerentia magna de- CLOTAR.
duxit. Dum autem ad prædictam matrem Eccleſiam vſque deuotiſſimè perueniſſent, II. R. 42.
in eámque intrantes, & pariter orantes cœperunt flere Alanus & vxor eius, & cum DAGOB.
lacrymis eorum voluntatem patefecerunt publicè, & de eadem S. Mariæ & S. Petri R. 4.
atque Sanctorum Martyrum Geruaſij & Protaſij exire non potuerunt, antequàm om-
nes res proprietatis ſuæ prædicto Domno Haduindo, ſuis cum Sacerdotibus & mini-
ſtris, atque præfatæ maiori Eccleſiæ legaliter per inſtrumenta chartarum ſub ſtipulatio-
ne ſubmiſſa, firmiter tradiderunt. Hoc autem facto tam hilari animo & lætitiâ re-
pleti, leuéſque corpore ſunt effecti atque ad iuuentutem priori virtute Dei & inter-
ceſſione Sanctorum prædictorum ſunt reuerſi, vt hoc videntes ſtupeſcerent, & talia
non vidiſſe nec audiſſe cum lacrymis faterentur: quod nutu & virtute Dei factum eſſe
nulli dubium eſt: tali enim conditione inſtinctu Dei tradidit memoratus vir Deo de-
uotus Alanus iam dicto Epiſcopo & præfatæ Eccleſiæ matri XII. *villas optimas cum*
earum appendiciis, id eſt, Iuliacum, Lucdunum, Ruliacum, Rupiacum, Saboloium
. . . . Berunm & Berricum, Tondum & prædictum Doliacum, in qua præfi-
xus filius mortuus fuerat, & Camariacum; & poſteà per tranſlatas manus Aſmarias
& ceteras villulas, quarum nomina propter faſtidium & tædium legentium hîc non
inſeruimus; in polyptychis tamen & plenariis ſanctæ matris prædictæ vrbis Eccleſiæ
hactenus pleniter reperiuntur inſertæ. Inſuper ſemetipſum & ſuam vxorem tradidit
prædictus Alanus memorato Epiſcopo Domno Haduindo, & ſeruis Dei in prædicta
Eccleſia Domino famulantibus, vt animabus eorum, & de corporibus ſuis magnam ha-
berent curam, & corpora eorum alerent, & animas ſuas Domino lucrarentur.

Inter duodecim villas, quas Alanus Eccleſiæ Cenomanenſi tradidit, cele- CXXXIV.
bris admodum fuit Rupiacus, quoniam in eius vico, cui nomen tunc Au-
rion, hodie Ebronium * eſt, Hadoindus Epiſcopus Monaſterium poſteà * *Enron.*
conſtruxit. Annum, quo tam inſigni ſe operi accinxit, haud compertum
habemus, quapropter ſermonem de Cœnobio Ebronienſi ſiue Aurionenſi non
faciemus ante annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-ſecundum,
quo teſtamentum ſuum condidit, & Aurionenſi Eccleſiæ multa bona con-
ceſſit idem Hadoindus.

Hoc anno Robertus Lexobienſis Epiſcopus, cùm annos vnum ac triginta CXXXV.
ſediſſet, diſceſſit ex hac vita. Succeſſit Stelereus, qui Pontificatum per an- EPISCOPI
nos ſexdecim tenuit teſte Alberto in Armorica Sancta. LEXOBIEN-
SES.

ANNVS 626.
CHRISTI 626. CLOTAR. II. R. 43.
CLOTARII II. R. 43. 14. DAGOB.
DAGOBERTI R. 5. R. 5.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſexto, ſiue vt Fredegarius [a] ſcri- I.
bit, *anno* XLIII. *regni Chlotarij, Warnacharius Maiordomûs moritur. Fi-* [a] Cap. 54.
lius eius Godinus animum lenitate imbutus, nouercam ſuam Bertanem eo anno ac- WARNA-
cepit vxorem. Vnde Chlotarius Rex aduersùs eum nimio furore permotus, iubet Ar- CHAR. MA-
neberto Duci, qui Godini germanam vxorem habebat, eum cum exercitu interficeret. IORDOM.
Godinus cernens ſua vita habere periculum, terga vertens cum vxore ad Dagober- BVRGVND.
tum Regem perrexit in Auſter, & in Eccleſia Sancti Apri, Tullenſis olim Epiſco- MORITVR.
pi, cuius mentio fit in Tabulis Eccleſiaſticis decimo-ſeptimo Kalendas Octo- GODINVS
bris, *regio timore perterritus fecit confugium. Dagobertus per Legatos pro eius vita* DVCIT NO-
VERCAM.

AN. CH. 626. CLOTAR. II. R. 43. DAGOB. R. 5. OCCIDITVR. *conceſſa, tantùm vt Bertanem, quam contra Canonum inſtituta vxorem acceperat, relinqueret. Qui cùm ipſam reliquiſſet, reuerſus eſt in regnum Burgundiæ. Berta continuò ad Chlotarium perrexit, dicens. Si Godinus conſpectui Chlotarij præſentaretur, ipſum Regem vellet interficere. Godinus iuſſu Chlotarij per præcipua loca Sanctorum Domni Medardi Sueßionis, & Domni Dionyſij Pariſius, eâ præuentione ſacramenta daturus adducitur, vt ſemper Chlotario deberet eſſe fidelis, vt congruè locus eſſet repertus, quo pacto ſeparatus à ſuis interficeretur. Chramnulfus vnus ex Proceribus, & Waldebertus Domeſticus, dicentes ad Godinum, vt Aurelianis in Eccleſia ſancti Aniani, & Toronis ad limina ſancti Martini, ipsáque ſacramenta adhuc impleturus adiret. Quod cùm in ſuburbano Carnotis Chramnulfo indicante & tranſmittente, horâ prandij in quandam villulam, ibíque Chramnulfus & Waldebertus ſuper ipſum cum exercitu inruunt, eúmque interficiunt, & eos qui cum ipſo adhuc reſtiterant, quoſdam interficiunt, alióſque expoliatos in fugam vertentes relinquunt.* [a] Lib. 4. c. 14. Vulgatus Aimoinus [a] loco ſancti Dionyſij, qui Pariſiorum primus fuit Epiſcopus, & Eccleſiam in agro Pariſienſi habebat, exhibet ſanctum Vincentium cui dicata erat in ſuburbio Pariſienſi Baſilica, quæ nunc etiam extat, & Eccleſia ſancti Germani de Pratis appellatur. At Aimoinus in Codice Seguieriano nomen ſancti Dionyſij iuxta mentem Fredegarij retinet.

II. COMITIA BVRGVND. *Eo anno Chlotarius cum Proceribus & Leudibus Burgundiæ Trecaßinis coniungitur, cùm eorum eſſet ſollicitus, ſi vellent iam Warnachario diſceſſo alium in eius honoris gradum ſublimare. Sed omnes vnanimiter denegantes, nequaquam ſe velle Maiorem domûs elegere, Regis gratiam obnixè petentes cum Rege tranſagere.* Ex [b] Cap. 54. [c] Lib. 18. illo Fredegarij [b] textu Hadrianus Valeſius obſeruat [c] *Maiores domûs à Proceribus circa id tempus eligi, electionémque eorum à Rege confirmari cœpiſſe.* Trecæ tunc ad regnum Burgundiæ pertinebant, vt iampridem ſub Guntchramno Rege obſeruauimus.

III. [d] Cap. 54. *Eo* quoque *anno*, vt Fredegarius [d] docet, *Palladius eiúſque filius Senocus Epiſcopus Eloſanus, incuſante Æghinane Duce, quòd rebellionis Waſconorum fuiſſent conſcij, exilio retruduntur.* [e] Lib. 4. c. 14. Apud Aimoinum [e] legitur Sedocus Toloſatium Epiſcopus, ſed dubio procul eo loci reponendus eſt Senocus Antiſtes Eloſanus, [f] Lib. 2. cap. 5. hic enim anno priori, vt ex Flodoardo [f] conſtat, Concilio Remenſi interfuerat, & Epiſcopatum Ducatui Waſconiæ conterminum regebat, gaudebátque Metropolitico iure per vniuerſam Waſconiam, quæ tunc in Nouempopulania quinque duntaxat territoria, Lapurdenſe videlicet, Aquenſe, Aturenſe, Bearnenſe & Elloronenſe, complectebatur, vt ad annum Chriſti [g] Num. 29. ſecundum ſupra ſexcenteſimum iam notauimus [g]. MOTVS IN VASCONIA. Motus autem Waſconiæ durarunt per plures annos, donec Chariberrus Rex, Dagoberti frater natu [h] Cap. 57. minor, *totam Waſconiam*, vt idem Fredegarius [h] teſtatur, *cum exercitu ſuperans ſuæ ditioni redegit.*

IV. Senocus credi poteſt proximus ſucceſſor Deſiderij, qnem Gregorius Turo- [i] Lib. 8. c. 22. nenſis [i] ſcribit Eluſanis infulis redimitum fuiſſe anno decimo Childeberti Re- EPISCOPI ELVSANI. gis, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto. Senocus in Eluſanorum Antiſtitum catalogo poſtremum locum occupat, aliorum enim nomina perierunt ad irruprionem vſque Nortmannorum, qui nono ſeculo Nouempopulaniam deuaſtarunt. Eluſa ſolo tunc æquata, Diœceſes * Eluſana & Auſcienſis ſimul vnitæ, Auſcienſis deinceps aucta titulo Metropoleos. Lege quæ per anteceſſum à nobis dicta ſnnt ad annum Chriſti quingenteſimum octauum [k] in deſcriptione Aquitaniæ tertiæ.

* *les Eueſchez d'Eauſe & d'Auche.*
[k] Num. 8.

V. Immanis illa clades, quæ Nouempopulaniam perculit, non Eluſanorum modò ſed & aliorum Nouempopulanorum Antiſtitum omnem ferè notitiam per illa tempora nobis eripuit. Anno duodequadrageſimo Childeberti Regis, LACTORENSES. id eſt, anno Chriſti quingenteſimo vndequinquageſimo, Concilium Aurelianenſe quintnm ſuâ ſubſcriptione corroborarunt Aletius Epiſcopus Eccleſiæ CONSORANENSES. Lactorenſis & Eleutherius Archidiaconus directus à Theodoro Epiſcopo Eccleſiæ Conſoranicæ; de ſucceſſoribus cùm Theodori tum Aletij per aliquot

ſecula nihil in Hiſtoriis occurrit. Anno vicesſimo-quarto Guntchtamni Regis, AN. CH.
id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto, Concilium Matiſco- 626.
nenſe ſecundum ſuâ ſubſcriptione munierunt Oreſtes Epiſcopus Vaſatenſis, CLOTAR.
Sauinus Epiſcopus Benarnenſis, Rufinus Conuenicus, Lucerius Eloronenſis II. R. 43.
& Amelius Bigorritanus, quorum ſucceſſores altâ quoque ſunt obliuione con- DAGOB.
ſepulti. Prædicto Matiſconenſi Concilio ſubſcripſit etiam Ruſticus Epiſcopus R. 5.
Vicoiulienſis, cuius ſucceſſores haud feliciores extiterunt, ſi Filibaudem ex- VASATENSES.
cipias, qui regnante Dagoberto Pontificatum geſſit, & in vita ſancti Philiberti
laudatus inuenitur. Poſt Nicetium, qui teſte Gregorio Turonenſi [a] Præſula- BENARNENSES.
tum Aquenſem eodem ſuſcepit anno quo Matiſconenſe Concilium celebra-
tum eſt, manci ſunt Aquenſium Epiſcoporum catalogi. Naufragium euaſe- CONVENICI.
runt ſoli Præſules Auſcenſes, quorum indices habentur integri. Concilio Ma-
tiſconenſi ſecundo ſubſcripſit Fauſtus Epiſcopus Auſcenſis anno Chriſti quin- ELORONENSES.
genteſimo octogeſimo-quinto; Concilio Remenſi ſubſcripſit Audericus Epi- BIGORRITANI.
ſcopus Auſcenſis anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo quinto; inter vtrumque
medij ſederunt, Fabius, Citharius, Tithonius & Drocoaldus, quorum men- VICOIVLIENSES.
tionem iam fecimus. De ſucceſſoribus Auderici agemus infrà ſuis locis.

Magnam quoque calamitatem cùm à Saracenis tum à Nortmannis paſſa AQVENSES. [a] Lib. 8. c. 20.
eſt Aquitania ſecunda. Teſtes Diœceſes, Burdigalenſis, Aginnenſis & Pe- AVSCENSES.
tracoricenſis. Gundegiſilum Epiſcopum Burdigalenſem & Saffarium Petra- VI.
coricenſem Epiſcopum ad annos Chriſti quingenteſimum octogeſimum-no- BVRDIGALENSES.
num & quingenteſimum nonageſimum laudauimus ex Gregorio Turonenſi,
periit ſucceſſorum memoria. Concilio Matiſconenſi ſecundo ſubſcripſit An- PETRACORICENSES.
tidius Epiſcopus Aginnenſis anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto,
ſucceſſores ad finem vſque decimi ſeculi deſiderantur in Gallia Chriſtiana, ſed AGINNENSES.
ex epiſtolis Deſiderij Cadurcenſis Epiſcopi reſtituere potes vnum Saluſtium,
cui Deſiderius ipſe nondum Epiſcopus literas inſcripſit, vt ad annum Chriſti
ſexcenteſimum triceſimum-ſecundum probaturi ſumus.

Nec ſuâ clade caruit Aquitania prima. Plerique catalogi Præſulum, qui VII.
ſeculis ſeptimo & octauo Diœceſes in illa Prouincia rexerunt, manci ſunt &
imperfecti. Innocentius in Epiſcopatum Rutenenſem ſancto Dalmatio ſuc- RVTENENSES.
ceſſit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, Veri deceſſor credi
debet, ſed ipſius Veri ſucceſſores ad tempora vſque Caroli Magni deſideran-
tur. Albigenſium Antiſtitum eadem eſt ratio. Sancto Saluio ſubrogatus eſt ALBIGENSES.
Deſideratus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto, vt ex Gregorio [b] [b] Lib. 8. c. 22.
Turonenſi probauimus; Deſiderato ſuffectus eſt Conſtantius, ſed eorum, qui
poſt Conſtantium ſederunt, nomina neſciuntur vſque ad ætatem Caroli Calui.
De Præſulibus Gabalitanis agemus poſt mortem Clotarij Regis ad annum GABALITANI.
Chriſti ſexcenteſimum duodetriceſimum, Iſerus enim, cuius ſucceſſores ad
tempora vſque Ludouici Pij nunc ignorantur, Enymiam ipſius Clotarij filiam,
Dagoberti Regis ſororem, Abbatiſſam Virginum Deo conſecrauit,

Hoc anno Arnulphus relicto Epiſcopatu Metenſi ſeceſſit in Voſagum, ſedit VIII.
enim annos duntaxat quindecim diéſque decem, vt habet Codex ſancti Sym- ARNVLPHVS EP. METENSIS SECEDIT IN EREMVM.
phoriani. *Cùm inſuperabili deſiderio vir beatus ad eremum aſpiraret, Rex Dagobertus vt erat prudens, ſuſpicatus ſe eum minùs abſterriturum, ne illius conſiliis & ſolatiis deſtitueretur, ait ad eum. Chariſſimi filij tui ob admiſſum facinus caput amputabo, ſi nobiſcum nolis permanere. At vir ſanctus ei reſpondit. Filij mei vita in manu Dei eſt, tu verò compos vitæ non eris, ſi inſontium vitam perdere volueris. Tum iratus Rex enſem manu corripit. At beatus Epiſcopus Regis morituri iram paruipendens conſtanter ait. Quid facis miſerrime? itáne mala pro bonis vis reddere? En habes me paratum. Exerce arma tua in ſanguinem meum, quantùm collibitum eſt animo tuo. Ego pro illius mandatis mori non dubito, qui & vitam mihi dedit, & pro me mortuus eſt. Tum verò vnus è Proceribus dixit. Noli bone Rex contra ipſum, impium agere. An non vides ſanctum virum obeundi Martyrij cupidum eſſe? Cur non pertimeſcis Chriſti ſeruum iniuriâ afficere? His verbis, iubente*

AN. CH. 626. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 5.

Deo, Regis ira nonnihil repreſſa eſt. Intereà Regina adeſt, & ambo agnoſcentes culpam ſuam, ſimul ad pedes ſancti Præſulis corruunt cum lachrymis vt ipſorum miſereatur, aiúntque ad illum. Abi Domine ad eremum pro arbitratu tuo, tantummodo te placatum habeamus, quem iniuriâ affecimus. Arnulphus itineri ſe dedit cum Rumarico, qui aptum illi locum in vaſta eremo præparauerat, priùs autem quàm ab vrbe diſcederet, incendium ſigno crucis compreſſit. Lege illius vitam ab Authore [a] coætaneo ſcriptam.

[a] Ap. Sur. d. 16 Aug.

IX. GOERICVS FIT EP. METENS.

Succeſſit in Epiſcopatum Metenſem Goericus cognomento Abbo, cuius electionem ſic commendat Author vitæ. *Fælix beatiſſima mater Eccleſia Metenſis, dum orbata patre ſanctiſſimo, non minoris ſanctitatis, ſed eiuſdem meriti, eiuſdémque pietatis meruit Paſtorem recipere, dum Sanctus Sancto, Iuſtus Iuſto ſuccedit.* Abſtinentiâ fuit ſingularis. *Vix niſi Dominicâ die, aut Sanctorum Natalitiis Sol vidit eum comediſſe. Quoniam ante Epiſcopatum corpus diſtrictiſſimis ieiuniis attriuerat, enarrare fas non eſt, quàm dura ieiunia cumulabat, quot etiam dies incibatus vſque in diem alterum pertranſibat, quantùm biduanas & triduanas alacri vultu & mente abſtinentias celebrabat.* Lege illius vitam apud Surium [b] & apud Epiſcopum Madaurenſem [c]. Ex legitimo thoro duas quondam filias ſuſceperat Preciam & Victorinam, quibus Monaſterium in Vogeſo monte conſtruxit. *Diſtentum*, inquit Sauſſaius [d], *religioſis curis animum vt relaxaret, atque quò magis creatis rebus abſtractum, eò propiùs eueheret ad Deum, ſe intra Vogeſi montis intimos ſinus ſucciſiuis vicibus recludebat; in cuius ſolitudine . . . . Parthenonam condidit in filiarum Virginum (quarum & hodie ſacra eſt memoria) earúmque Sodalium gratiam, quarum Precia meritis potiùs quàm Natalium iure primiceria fuit. Perſtat etiamnum domus illa, morum pietate ac opum affluentiâ præſtans, auctáque oppido adiacenti Spinalium * dicto, quod loci celebritate ſenſim coaluit* ad Moſellam, non autem *ad Moſam*, vt hic Author malè ſcripſit.

[b] d. 19. Sept.
[c] Lib. 2.
[d] d. 19. Sept.
* Eſpinal.

X. Arnulphus Epiſcopatum dimiſit regnante Dagoberto. Id conſtat apud omnes. Sed regni Dagobertini duplex initium ſtatuitur, alterum apud Auſtraſios anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo patre Clotario adhuc ſuperſtite, alterum apud Neuſtraſios ac Burgundiones poſt Clotarij patris obitum anno Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo, ídque hoc loco notamus, quia operibus Bedæ inſerta reperitur beati Arnulphi vita, cuius Author ſeceſſum ipſius Arnulphi in ſolitudinem, qui Dagoberto in ſola Auſtria regnante contigit, perperam conſignat *defuncto Clothario Rege*. Arnulpho ad eremum profecto Dagobertus Rex in adminiſtrando regno vſus eſt conſilio Chuniberti Colonienſis Antiſtitis, vt Fredegarius [e] his verbis docet ad annum, quo Dagobertus Auſtriæ Rex Clotario patri in regna Burgundiæ Neuſtriæque ſucceſſit, ac primarias horum regnorum ciuitates, Cabilonem ſcilicet & Pariſios, adiit. *Vſque eodem tempore ab initio, quo regnare cœperat, conſilio primitus beatiſſimi Arnulfi Mettenſis vrbis Pontificis, & Pippini Maioriſdomûs vſus, tantâ proſperitate regale regimen in Auſter regebat, vt à cunctis gentibus immenſo ordine laudem haberet. Poſt diſceſſum beati Arnulfi, adhuc conſilium Pippini Maioriſdomûs, & Huniberti Pontificis vrbis Colonia vtens, & ab ipſo fortiter admonitus, tantâ proſperitate & iuſtitia amore complexus vniuerſas ſibi ſubditas gentes, vſque dum ad Pariſius (vt ſuprà memini) peruenit, regebat, vt nullus de Francorum Regibus præcedentibus ſuâ laude fuiſſet præcellentior.* Atque ex hoc textu præualidum eruitur argumentum, quo noſtra Chronologia confirmatur, & Arnulphi receſſus in eremum hoc anno collocandus aſſeritur, quia ſuperiori anno Concilio Remenſi ſubſcripſit Arnulphus Epiſcopus, & à Concilio Remenſi ad Clotarij Regis mortem triennium duntaxat interceſſit.

[e] Cap. 58.

CVNIBERT. EP. COLON. CONSILIARIVS DAGOBERTI R. LOCO ARNVLFI.

XI. S. AMATI TRANSLATIO.

Ab obitu ſancti Amati, de quo ſermonem anno priori fecimus, *cùm iam anni eſſet euolutus circulus, & propter eius ſolennitatem nocturnæ eſſent vigiliæ celebratæ, iis expletis, denuò cuidam fratri reuelatum eſt, vt ſacrum eius corpus ocyùs intra beatiſſimæ matris Dei Baſilicam conderetur. Quod ita quoque celeriter factum eſt cum multa reuerentia; atque ad eum locum quot annis populorum cateruæ propter*

AN. CH. 626.

eius ſolennitatem properantes, per eius interceſſionem ſperant ſe ſalutis compotes fore. Hæc Author vitæ [a].

CLOTAR. II. R. 43. DAGOB. R. 5.

[a] Ap. Sur. d. 15. Sept.

XII. DIDO EP. PICTAV.

Hoc anno Didonem Ioanni in Epiſcopatum Pictauenſem ſucceſſiſſe credimus, quia Ioannes anno priori ſuperſtes in viuis erat, vt ex Concilio Remenſi tunc habito conſtat, & Dido Pontificatum regnante adhuc Clotario ſuſcepit, vt Author ſynchronus in vita ſancti Leodegarij mox citanda docet. Sancti Leodegarij vitam in literas retulerunt duo coætanei Scriptores, quorum alter eſt anonymus, alter Vrſinus appellatur; ille opus ſuum inſcripſit Ermenario qui Diœceſim Auguſtodunenſem poſt ſanctum Leodegarium rexit, hic Anſoaldo qui poſt Didonem eiuſdem Leodegarij auunculum in Cathedra Pictauenſi ſedit. Vrſinus opus ſuum ſic orditur. *Beatus Leodegarius ex Francorum præcelſa & nobiliſſima progenie ortus, in primis ætatis initiis à parentibus in Clotarij Regis Palatium adductus eſt, nec diu pòſt ab eodem Rege Didoni Pictauenſis vrbis Præſuli, auunculo ſcillicet ſuo, litterarum ſtudiis imbuendus traditus eſt. Is autem Præſul cuidam Dei Sacerdoti, viro eruditiſſimo, eum erudiendum commendauit; qui etiam permultis annis magnâ curâ eum docuit, ac deinde benè inſtitutum Epiſcopo reddidit. Receptúmque eum Epiſcopus cum ſuis cubiculariis ſub cuſtodia diſciplinæ adhibuit, vt quemadmodum ipſe ſe caſtum corpore conſeruarat, ita illum quoque ſui ſimilem efficeret. Quamobrem etiam creberrimè illum admonendo dicere ſolebat, vt ſe virginem conſeruaret, quò poſſet in Eccleſia Dei dignum electionis effici vas. Optabat enim illum eius ciuitatis poſt ſe Epiſcopum habere. Cui quidem rei cùm illum cerneret aptum & idoneum, infra viginti annos ad officium electus eſt Diaconatûs.* Exiſtimamus Leodegarium puerum decem annorum extitiſſe, cùm ex aula regia Pictauum ad auunculum Epiſcopum miſſus eſt, quapropter eius ortum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſexto conſignauimus. De tempore, quo promotus fuit ad Diaconatum, agemus ſuo loco.

AVVNCVLVS S. LEODEGAR.

XIII. HIDVLPHVS EP. ROTOMAG. MORITVR.

ROMANVS SVCCEDIT.

Hoc anno diſceſſit è viuis Hidulphus Epiſcopus Rotomagenſis, cùm annos octo & viginti ſediſſet teſte Orderico. Succeſſit Romanus, de quo leguntur iſta in Breuiario Rotomagenſi. *Temporibus Lotharij inclyti Francorum Regis filij Clodouei glorioſiſſimi Principis extitit vir quidam nomine Benedictus in regno Galliæ nobili Regum Sicambriæ proſapiâ ortus, Deo amabilis, Regi & Palatinis venerandus, cui quadam nocte quieſcenti adeſt Angelus Domini dicens. Benedicte, Benedicte, Dominus Ieſus Chriſtus miſit me ad te nunciare tibi gaudium magnum, quia Fælicitas vxor tua pariet tibi filium, cui vitæ illuſtris prærogatiua nomen adquiret Romanum, quem præſcito futurum Eccleſiæ Doctorem fortémque columnam. Hoc cùm præfatus Benedictus ſuæ narraſſet vxori, aperuit & ipſa quod iam ſeptem diebus ſecretum tenuerat, ait enim, etiam, ô vir chariſſime, ipſamque hanc octauam præceſſerat, noctem inſomnem agebam, cùm de improuiſo viſus eſt mihi adſtitiſſe vir, qui niuei candoris habitum gerens, manu pectus & ventrem pertractabat, dicens. Procul hinc æmula abeſto ſterilitas, mox amotam manum inſequitur ignea procedens de vtero meo facula, quæ longâ per auras viâ diſcurrens, Neuſtriam vſque regionem perueniens ſtationem accepit. Fiunt intereà propenſiùs orationes pro exſpectatione hæredis de cælo promiſſi, fit eleemoſynarum largior diſtributio. Ortus igitur puer creuit, & Catholicis traditus viris imbuitur vberiùs diuinis ſcripturis, quem breui tempore doctrinâ & eruditione anteriores ſuos præire omnes mirantur. Quem Rex per Legatos acerſiens inter primos Palatij ſuis iuſſit intereſſe conſiliis. Iam nouus Daniel in aula Babylonica deſeruiens, omnibus ſobrietatis & manſuetudinis præbebat exemplum. Contigit intereà quòd Rotomagenſis Archiepiſcopus diem ſupremum obiiſſet, expletis autem à ciuibus triduani Ieiunij diebus in orationibus, cuidam vitæ venerabilis viro dictum eſt, ſuſceptam à Deo plebis humilem ſupplicationem, irent ergo quantocyùs ad Regem, Romanúmque ſingulariter depoſcerent dari ſibi Eccleſiæ rectorem. Quod cùm ita feciſſent, Rege aſſentiente Romanus renuebat, donec oſtenſis ſibi litteris diuinæ vocationis interpretibus, ait, Domine Ieſu, ſi eſt ex te conſilium iſtud, fiat voluntas tua. Igitur cùm Rotomagenſem perueniſſet ad vrbem, accedens ad quoddam fanum, in quo ſæpè dæmonum murmur au-*

AN. CH. 626. CLOTAR. II. R. 43. DAGOB. R. 5.

diebatur, & erat in Septentrionali parte ciuitatis ſitum, omnes dæmones ibi habitantes triumphali ſigno Crucis eiecit, & titulum Veneris ſuperſcriptum euertit, legióque dæmonum longo fugiens tramite, vlulatu terribili ſeſe in aera recepit. Non multùm poſt venerandus Pontifex apud regiam ſedem pro cauſis Eccleſiæ detentus immorabatur, & ecce repentina aquarum inundatio ab occiduo mari exæſtuans circumiacentem vrbis planitiem occupauit, ad alta vſque vrbis mænia intumeſcens. Tunc ciues raptim ſumptis paruulis ad montes quibus vrbis mænia cingebantur confugiunt. Hæc cùm vir Domini per nuncium agnouiſſet, infectis rebus celeranter veniens, oratione factâ Crucem præ ſe quam ſemper geſtari faciebat arripiens, ſæuientes equas proruit intrepidus, quæ mox velut perterrita effugere cœperunt, nunquam vltra terminum ab eo illis datum tranſgredientes. Quodam anno peractis ieiuniorum quadrageſimalium diebus, venerabilis Pontifex Sabbato Sancto Paſchæ horâ quaſi nonâ ab oratione ſurgens, vidit ad læuum cellulæ latus teterrimam monſtri horrendi vmbram, quo intellexit ſacra ipſius diei officia diabolicis infeſtanda præſtigiis, quod & fratribus ſignificauit. Vt ergo ventum eſt ad locum quo ſanctificatis aquis infundenda chriſmatis fuerat benedictio, miniſter aliàs fortè intentus chriſmale ſacrum exhibere non meminit, qui dum à Clericis cauſaretur, accurrens vitream teſtam ſuper pauimentum caſu ruentem attriuit, & chriſmalis benedictio ab arenis penitus abſorpta eſt, ſed beatus Pontifex oratione & benedictione redintegrati ex fragmentis vaſculi patulum os ſolo hoc ipſo loco applicat. Mira res, videres olei virgulam per anguſtum oris aditum intra concauum ventris vmbonem aſcendendo recipi. Eodem ferè tempore dum Aſcenſionis die ſacra Miſſarum ſolennia celebraret, viſus eſt à tribus fratribus in ſublime aeris appenſus teneri, apparuítque ſuper caput eius ignis, & è medio eius dextera hominis eum benedicens, tanquam ad ſuſcipiendum libantis hoſtias porrecta, quod ipſe nulli comparuiſſe æſtimans æterno claudi ſilentio meditabatur, ſed dum pernotuiſſe eiſdem referentibus intellexit, ſummâ auctoritate denunciat ne in vita ſua vlli mortali res iſta patuiſſet, dixit inſuper & à ſe auditam vocem huiuſmodi, Conſtans eſto famule meus, proximo tempore venio tibi, vt inter electorum Sacerdotum agmina conſtituam te in regno patris mei, quod & ita factum eſt, poſt paruum enim temporis ſpatium febre correptus omnibus benè diſpoſitis migrauit ad Dominum.

XIV. Anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo nono Nicolaus Rigaltius ſancti Romani Rotomagenſis quondam Epiſcopi vitam in lucem edidit ex membranis quas Iacobus Auguſtus Thuanus è Britannia ſibi tranſmiſſas libro Hiſtoriarum ſeptuageſimo-octauo iam laudarat. In hoc opuſculo genus, ortus, mores, aſſumptio in Epiſcopum, & miracula beati Romani longè prolixiùs & accuratiùs quàm in prædicto Breuiario deſcribuntur. Vtrumque Authorem ſimul conferemus.

XV. ROMANI GENVS, In primis de genere & ortu Romani ſic apud Authorem vitæ diſſeritur. *Tradunt veterum Hiſtoria à Sicambria partibus gentem quandam aduenisse in regnum Galliæ, quæ modò Francia nuncupatur. Huius à ſancto Remigio Archipræſule per verbum ſacræ doctrinæ quidam conuerſi, atque baptiſmatis latice renati veri Dei exinde fuere cultores. Ex eorum verò nobili genere vir quidam intra fines Galliæ extitit oriundus felicis præſagij nomine Benedictus, qui militiæ actibus egregium in regno Galliæ nomen adquiſierat, tempore Ludouici Regis glorioſi quem de pagano Chriſtianum fieri ſors bellica coegit, &c. Is Benedictus vir erat in cunctis ſe ſobriè agens. Nam bello ſtrenuus, conſilio prouidus, maximam apud Palatinos virtutis gloriam, ſed & vberiorem apud Regem familiaris gratiæ ſibi locum parauerat. Et quamuis difficile ſit in proſperis carere inuidiâ, hic tamen quia de fide ac beniuolentia hautquaquam imminuerat, omnes ſibi benignitate deuinxerat, vt ſecundo plebis rumore ſub Rege pater patriæ nominaretur. Verùm cùm tanto intra aulam regiam polleret honore, hoc vno infortunij genere anxius tenebatur, quòd filium non habens alieno cenſum ſeruabat hæredi. Hoc impatientis deſiderij æſtu anhelus venerandus Heros ſibimet ingratus paululùm diſplicebat, dum mentem ipſius hæc mordacis curæ meditatio exulcerabat, cui poſt exitum ſuum alta rerum patrimonia, cui*

regia

AN.CH. 626. CLOTAR. II. R 43. DAGOB. R. 5.

regia beneficia, cui etiam longus ordo famulorum cedere in ius hæreditarium debe- rens. Erat enim vxor ingenuis orta & ipſa natalibus, quæ coniugalis pudicitiæ dignitate ceteras tunc ſuo tempore matronas præibat & exemplo, ſed longa ſterilitatis incommodo anxiabatur. Ambo igitur præter cetera pietatis opera quibus attentiùs inuigilabant, ſuper hoc ſingulariter vigiliis & orationibus inſiſtebant, vt ſibi Deo propitio filius naſceretur, qui & patrem ſupportaret annoſum, & matri auferret ſterilitatis opprobrium. Nam & pater crebris expeditionibus cum Rege in hoſtem & armorum bellicâ ſarcinâ perfractus, iam vita remiſſioris otio delectabatur, vnde ſe longè facere à militaribus quærebat. Veruntamen quia deuota inanis eorum eſſe non potuit ſupplicatio, mittitur illis inſperati gaudij nuntius, Angelus ſcilicet de cælo, qui ſub nocte viro conſolationis verba intulit ita dicens. Ne paueas electe Dei, neque formides, ecce ego ad te à Deo miſſus ſum, ne ergo ſuſpectus verearis phantaſia ſpiritu illudi, ego ſum Angelus ille qui veſtra bona ſtudia & orationes Deo obtuli, quæ diuinæ gratiæ conſpectibus proximo tempore implebuntur. Nam & ego tibi votiuum nuntio gaudium, quia Felicitas vxor tua pariet tibi filium à Deo electum nomine Romanum, hunc tu immunem ab omni labe corruptionis ſeruare memento, ORTVS, *quia ipſum necdum genitum ſuperna prouidentia ad regimen ſanctæ Eccleſiæ & patriæ illuminationem præordinauit, hunc ergo mox vt maternis ablactatus vberibus intellectuales annos attigerit, Catholicis viris committes. Certus itaque de Angelico oraculo vir inclytus, vxorem diligenter excitat, ſciſcitatur an de viſione & allocutione cæleſtis nuntij aliquid ſenſiſſet, quod cùm penitus abnegaſſet, aperuit illi omnem iucundæ viſionis ordinem, vnde generoſa matrona diuino oraculo congratulata, orationibus & eleemoſynis cunctiſque bonis operibus ampliùs inſudauit.* Abbreuiator in Breuiario Rotomagenſi culpandus videtur, quòd dormienti matronæ viſum obiectum adſerat ſanè pudendum, ſed Authoris textum proſequamur. *Fiunt propenſiùs orationes pro expectatione hæredis de cælo promiſſi, fit eleemoſynarum largior diſtributio. Ecce iam noua Sara diu ſterilis, & cui iam deſierant muliebria, concepit, miratur neſcientis vteri nouum prodigium, ſed quærit occultum eſſe noui conceptûs gaudium. Quid vltra? Iam tempus aderat, & ecce felix puerpera filium edidit, gaudium quidem parentibus, ſed lucernam occiduis nationibus.*

XVI. PVERITIA, ADOLESCENTIA, MVNERA,

De Romani pueritia, adoleſcentia & profectione in aulam regiam, nihil repetemus, quia cum Aurhore vitæ optimè quadrat Abbreuiator. Paſchalis Robinus, Renatus Benedictus, Franciſcus Nouius, aliique neoterici Romanum collocanr in numero Referendariorum, qui ſub Clotario Secundo Rege floruerunt, ſed in illius vita hoc tantùm legitur, quod eum *Rex inter primos Palatij ſui iuſſit intereſſe conſiliis*, idque totidem verbis effertur in Breuiario Rotomagenſi.

XVII. ELECTIO IN EPISCOP.

De electione Romani in Pontificem Author vitæ ſic diſſerit. *Contigit intereà vt Rotomagenſis Archiepiſcopus, ſicut ſe habet ineuitabilis ſors mortalium, obiiſſet. Vnde inter ciues & comprouinciales viros de ſubſtituendo Paſtore generalis commotio facta eſt, quoniam vt ſe habet in talibus negotiis, eligentium vota in diuerſum trahebant, dum alij alios pro voluntate ſua ad culminis huius apicem attollere conabantur. Tali altercatione Eccleſia per aliquod tempus ſine Paſtorali regimine manebat, cùm vir quidam altioris ingenij conuocatis ciuibus damnare cœpit tantos ciuilis diſcordiæ motus, dicens non ex Deo ſed potiùs contra Deum eſſe, quòd temeritas humana hanc ſibi præripiebat electionem, quam ſingulariter ſuo Dominus reſeruandam iudicio inſtituerat, per quem Regnum & Sacerdotium conſtant, ſicut Scriptura refert dicente Deo. [Non conſtitues ſuper te Regem, niſi quem elegero.] Et ſicut Apoſtolus ait. [Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, niſi qui vocatur à Deo tanquam Aaron.] Vnde, ô ciues, ſtultum valdè, imo pernicioſum eſt de electione Pontificis diuini examinis non expectare iudicium, de cuius ſingulariter dono ligandi atque ſoluendi Pontificalis attribuitur potentia. Meum igitur, ſi adquieſcitis, conſilium eſt, ieiunio & oratione diuinum ſuper hoc quærere reſponſum. Crede enim, nec vana fides eſt, quòd non diu ſuſpenſi tenebimur à Dei voluntate, quin reuelatione, aut*

AN. CH. 626. CLOTAR. II. R. 43. DAGOB. R. 5.

quouis oraculi reſponſo ad certum rei prouehamur. His dictis laudatur à cunctis viri ſententia. Fit ex diſcordantibus grata concordia. Poſtremò in hanc vnam ſententiam omnium coiit aſſenſus, vt ex conſilio ſenis continuato tridui ieiunio diuinum expectarent iudicium. Sanè haud inanis facta eſt eorum exſpectatio. Nam expletis indicti ieiuny diebus, fit tanta Cleri ac populi de Paſtoris electione concordia, vt omnes Romanum virum ſanctum vnanimiter ſibi eligendum acclamarent Pontificem. Hoc omnis ſexus, hoc omnis ætas, hoc omnium voluptas fieri debere teſtabatur, vt tanti meriti vir eorum fieret rector, qui eos via recta dogmate nutriret. Tali ergo diuini amoris inſtinctu agitante, Regis ad aures vniuerſæ plebis clamor vniuocus intimandus decernitur, nec mora, mittitur ad Regem Legatio cum litteris, in quibus Regi ſignificatum eſt de obitu Pontificis, & de ciuili diſcordia pro eligendo ſucceſſore, & de reformata ex Angelico oraculo concordia, per quod oraculum virum Dei Romanum deberi ſibi Archiepiſcopum addidicerant. Hinc Cleri & populi ſpecialis apud Regem fit interceſſio, ne Chriſti Eccleſia quæſiti patroni fraudetur ſubſidio. Hinc ad Epiſcopos qui tempore ipſo regiis adhærebant conſiliis, hinc ad primos Palaty Rotomagenſium ciuium fit magna ſupplicatio, vt Regem, ne aduerſetur petitioni eorum, quammaximè ad ſua vota inflectere ſtudeant. Quod audiens Rex placabiliter ſuſcipit, nimiùm gratulatus, quòd in eius electione quem ſublimare præoptabat, diuina pietas vniuerſæ plebis animos accenderat. Fit itaque inter Palatinos Proceres de viro ſancto communis aſſenſio, qui omnes vnanimiter Regi conſulunt, ne grex Chriſti ſuo fraudetur deſiderio, ſed diuina protinus ad effectum ducatur electio. Quo Rex gratulatus conſilio, conuocatis tam Epiſcopis quàm Abbatibus, baculum illi contulit Paſtoralem. Hæc poſtrema verba, *baculum illi contulit Paſtoralem*, indicant ætatem Authoris, qui non circa ea vixit tempora quibus Archiepiſcoporum appellatio vixdum in Occidente vſurpari cœperat, vt Rigaltius in ſuis notis ad illam vitam putauit, ſed longè ſetiùs ſub Capetouingis Regibus, cùm Epiſcopos per baculi traditionem & ſuſceptionem Rex inueſtiebat. Talis enim inueſtitutæ nulla fit mentio ſub ſtirpibus Merouingica & Carolouingica. Lege digreſſiunculam de inueſtitutis apud Andream Sauſſaium, Epiſcopalis panopliæ libro ſecundo, qui de virga Epiſcopali ſeu de baculo Paſtorali inſcribitur. Rectè igitur exploſâ traditi à Rege baculi memoriâ, quam Author ex æui ſui conſuetudine in vita ſancti Romani expreſſerat, Abbreuiator electionem eiuſdem Pontificis in Breuiario Rothomagenſi ſic expoſuit. *Contigit intereà quòd Rotomagenſis Archiepiſcopus diem ſupremum obiiſſet, expletis autem à ciuibus triduani ieiuny diebus in orationibus, cuidam vitæ venerabilis viro dictum eſt, ſuſceptam à Deo plebis humilem ſupplicationem, irent ergo quantocyùs ad Regem, Romanúmque ſingulariter depoſcerent dari ſibi Eccleſiæ rectorem. Quod cùm ita feciſſent, Rege aſſentiente Romanus renuebat, donec oſtenſis ſibi litteris diuinæ vocationis interpretibus, ait, Domine Ieſu, ſi eſt ex te conſilium iſtud, fiat voluntas tua.*

XVIII. RES GESTÆ IN EPISCOPATV.

Poſtquàm verò Pontificalem adeptus eſt Sedem, inquit Author vitæ, *illius vrbis populi caterua mox inito conſilio venerunt neceſſitate coacti, petierúntque ſolo tenus ſtrati beatum Pontificem, vt eorum ſubueniret calamitati. Erat enim iuxta vrbem ipſam à Septemtrionali latere lapideo opere conſtructa in modum amphitheatri muralis machina altitudo in qua ſubterraneum ſpelæum anguſtum iter introeuntibus præbebat. Domus illa ſubterranea latebroſis fornicibus cingebatur, hanc domicilium Veneris propter ſcortantium vſus appellabant. Verùm deſuper intra ambitum muri exterioris ſpatioſa patebat area, in cuius . . . . fanum artifici opere conſtructum eminebat, in quo ara editiori loco ſtabat, & deſuper titulus Veneris. De quo loco aiebant ſæpè immundorum ſpirituum murmur auditum, ſed neque viſu hominis aduerti poterat, quia hiatu ipſo ſulfureus vortex tetros vapores exhalabat, & intolerabiles fœtores, cum quibus flammæ piceæ horror erumpens, vicina vrbis ædificia ſæuo ſæpè vaſtabat incendio, multos verò fumifero necabat odore. Incubuerat quoque illis & ex alia parte, id eſt, à latere meridiano, aquarum crebra inundatio, quæ expulſis habitatoribus, domos & alta palatia obtinens per totam vrbem ſpatiabatur,*

AN. CH. 626. CLOTAR. II. R. 43. DAGOB. R. 5.

& hoc aliquotiens binis, aliquotiens ternis menſibus ſine ſui imminutione peragebat. Turbati ciues & ſuburbani dicebant mutationem regni, aut mundi conſummationem hoc portendi diluuio, quod neque ex lunari curſu agebatur, cuius quaſi inſpiratione æſtum maris, crementum aut diminutionem ſui ſumere Phyſici dicunt. Conueniunt igitur omnes virum Dei, deplorantes tantæ calamitatis deformitatem, quibus venerandus Pater. Oportet nos, inquit, fily, huiuſmodi delubrum videre, de quo nunc prima noſtris auribus inſonuit querimonia. Aſſumptis igitur ſecum Clericis ſuis & ciuibus proceſſit ad locum, quem cùm eminus aſpiceret, ait. Non eſt, fratres, minimum genus miſeriæ ingruentia mala tolerare, & malorum cauſas ignorare. Quid enim conflagrationem Sodomorum aut fauillas Gomorrceorum cinerum quiſquam habet mirari, qui criminoſæ gentis vſum execrabilem ſemel audiuit, & beſtialem ſcelerata plebis inſaniam didicit? quos enim bonum natura à beſtiali ſenſu & furentis impetu libidinis cohibere non potuit, hos cæleſtis indignatio inaudito exemplo damnauit. Vobis ergo, fratres mei, valdè verendum eſt, in quantum ex delubro hoc comminantis incendy manifeſta ſigna fas eſt intueri, ne præfatæ gentis criminoſus vſus aliquo modo in vobis lateat, vnde ſimili exemplo æternæ combuſtionis pœnam ſubeatis, ſed nos opertuno tempore ex eo vobiſcum ſumus locuturi, nunc quod inſtat, manus veſtras Domino conſecrate, & hanc ſpurcitiæ domum & Venerium titulum à fundamento diruite, ne pars aduerſa ad habitandum ſibi ſedem relictam eſſe gaudeat, habetis me ſocium operis, ſi manus apponitis. Sic fatus ille dux & ſignifer triumphale Crucis ſignum exerens caſtra inimica peruadit, & introgreſſus mox nefandum titulum cœpit euertere, ipſi verò qui aſtabant animis feruentibus factâ irruptione caſtra inimica peruadunt, & inuiſam Veneris domum funditus euertunt, nec præter muri exterioris ambitum lapidem ſuper lapidem relinquunt. Nec multum tempus abfuit, cùm ciues & extramurani populi ab inſtanti clade liberati iam ſpe meliore ſuo quiſque labori inſiſteret, vt ſæpè contingit, vbi tranquilla ſerenitas humanas leuat ſollicitudines, repentina aquarum inundatio ab occiduo mari exæſtuans circumiacentem vrbi planiciem ſuperfuſo diluuio occupauit, cui ab orientali plaga infuſio aquarum marino æſtu adiuta ad alta vſque vrbis mœnia intumeſcens erupit, quod multo pridem tempore facere conſueuerat. Hac verò diluuÿ inundatione omnes exterriti, beati Pontificis præſentiam vnanimiter eiulando aggrediuntur, & vt tantæ calamitatis peſtem ab eis auertat nimiis gemitibus ſupplicìter deprecantur, quorum infelicitati vir Dei miſerando compatiens, terra proſtratus, pro filiorum tribulatione vt clementiſſimus Pater Domino lamentabili prece ſupplicat, vt tam execrabile malum à ciuitate & populo ſuo auertat, cúmque ab oratione ſurgeret, inuocato Chriſti nomine cum triumpho Crucis aquarum incurſui, ne ampliùs limitem tranſgrediendo loca Chriſtianorum deuaſtet, ſed intra ſuum ſe alueum compeſcat, imperauit; nec mora, creatura iuſto iudicio mox factoris dictis paruit, factura enim factori obtemperare non neglexit. Sic aqua in ſeipſam reuerſa vlteriùs pacata ſua permiſit manere confinia. Denique cuncta ſui Epiſcopatûs circumiens loca, verbi Dei ſemina per audientium corda ſpargebat, inquirens ſi fortaſſe aliqua Deo exoſa à quoquam gererentur, & ſi inueniebat delinquentem, modeſtè corrigebat; ſin autem, ſedulè commonebat ne à bonis recederent, & mala omnimodis deuitarent. Perſcrutatus intereà omnia ſuæ Diœceſis locorum abdita, quodam in loco dæmonum repperit fana, Mercury ſcilicet, Iouis atque Apollinis, miro compta opere, quæ Dei nutu ita ſubuertit, vt nec lapis ſuper lapidem remaneret. Vbi autem quoddam dæmonum cultura ædificium conſtructum audiebat, nec mora, ab imis deſtruebat, & templa Chriſti ibidem locabat. Author ſubiungit prolixam virtutum enumerationem cui ſuperſedemus.

XIX. ÆTAS.

Romanus, teſte Orderico, in Rotomagenſi Cathedra ſedit annis tredecim, obiitque exeunte anno Chriſti ſexcenteſimo vndequadrageſimo, vt ſuo loco probabimus. Quot annos vixerit haud adeò liquet, quia de tempore quo natus eſt diuerſæ reperiuntur opiniones. Sub Clodoueo Rege natus perhibetur in Breuiario Ambianenſi [a], ſed Author vitæ contrarium ſic edocet. *Huic*, nempe Ludouio ſeu Clodoueo, *ſucceſſit in regnum Lotharius pater-*

[a] d. 24. Oct.

AN. CH. 626. CLOTAR. II. R. 43. DAGOB. R. 5.

na claritudinis haud degener filius, ſub quo puer inſignis Romanus altâ parentum proſapiâ natus emicuit. Romanus, ſi eius ortus cum anno Clodouei Regis vltimo coincidit, vixit annos centum ac duodetriginta, rectiùs igitur ſub Clotario Clodouei filio dicitur in lucem editus, neque tamen id probabile videtur, quia ſi viuere cœpit excunte Clotarij Primi Principatu, natus erat annos ſexaginta-quinque cùm aſſumptus eſt in Epiſcopum, vitámque clauſit expleto ætatis anno ſeptuageſimo-octauo, Epiſcopo autem ferè octogenario parum conueniunt ea, quæ ſub finem in eius vita referuntur de fugato dæmone, qui illius pudicitiæ ſpecie & habitu muliebri inſidiabatur. Quapropter natum eum putamus ſub Clotario Secundo, creatúmque Pontificem anno ætatis circiter quadrageſimo. Cetera ſub Dagoberto Neuſtriæ Rege, ſúbque Clodoueo Secundo, Dagoberti filio ac ſucceſſore perſequemur.

XX. AMANDVS IT ROMAM.

Hoc anno, cùm Amandus *tribus fermè luſtris* in cellula Bituricenſi ſolitarius degiſſet, *incidit ei cogitatio, vt ad limina beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli properare deberet. Aſſumptóque ſecum vno tantummodò comite, ſqualida atque deuia luſtrans loca, tandem Romam peruenit. Ibíque ſancto ſatiatus deſiderio, prædulcia in liminibus Apoſtolorum figens oſcula, diebus Eccleſiarum Dei circuibat loca, nocte verò ad ſancti Petri reuertebatur Eccleſiam. Quadam namque die iam appropinquante veſperâ, cùm cuſtodes iuxta morem in Eccleſia feciſſent diligentiam, ſanctus vir Domini Amandus, egredientibus cunctis, in Eccleſia paullulum ſubſtitit, ibi ex deuotione totá nocte vigilare cupiens. Tum verò vnus ex cuſtodibus eum inuentum, contemptibiliter affectum iniuriis, eiecit extra Eccleſiam. Sedente autem eo in ecſtaſi mentis in gradibus ante fores Eccleſiæ, ſubitò ei ſanctus apparuit Petrus, blandè leniterque eum alloquitur, & vt in Gallias ad prædicationem exercendam reuerti deberet, admonuit. De qua viſione ſanctus vir Amandus hilarior redditus, acceptá benedictione Apoſtoli atque patrociniis, feliciter remeauit in Gallias. Cùm interim paucis pòſt tranſactis diebus, coactus à Rege ac Sacerdotibus Epiſcopus ordinatus eſt.*

ORDINATVR EPISCOPVS.

Ordinationem illam ſeptimo Kalendas Nouembris adſcribunt Molanus in additionibus ad Vſuardum, Wion in ligno vitæ, Henſchenius in diatriba de Traiectenſi Epiſcopatu, cóque Charactere non alium deſignant annum quàm ſexcenteſimum viceſimum-ſextum, cui litera Dominicalis fuit E. Amandus *accepto Pontificatûs honore, gentibus verbum euangelizare cœpit Domini, atque ſeipſum in omnibus exemplum præbere bonorum operum. Erat autem piiſſimus, atque omni bonitate repletus, vultu ſerenus, eleemoſynis largus, ſenſu ſobrius, corpore caſtus, atque inter diuites & pauperes medius, itant pauperes illum quaſi pauperem adſpicerent, diuites quaſi ſuperiorem ſe æſtimarent. Vigiliis atque orationibus deditus, ſermone cautus. Si quos etiam captiuos vel pueros tranſmarinos inueniſſet, dato pretio redimebat, ſpiritalíque eos regenerans lauacro, litteris affatim imbui præcipiebat, præmiſſáque libertate per diuerſas diſtribuebat Eccleſias. Pluresque ex his poſteà Epiſcopos vel Presbyteros ſeu honorificos Abbates fuiſſe* audiuit qui retulit in literas Baudemundus ipſius Amandi diſcipulus. Ceterùm Amandus non ordinatus fuit Epiſcopus, vt in certa Diœceſi reſideret, ſed vt gentibus, idola colentibus, Euangelium annunciaret, ídque in variis Prouinciis ſtrenuè præſtitit. Ab hoc autem anno quo factus eſt Epiſcopus ad annum vſque ſexcenteſimum triceſimum quo Sigibertum Dagoberti Regis filium baptizauit, nulla certa in eius vita occurrit epocha. Interim illo temporis interuallo, ſi Baudemundus ordinem rerum geſtarum non inuertit, Romam iterum adiit, Gandauenſibus verbum Dei prædicauit, Tornaci mortuum ſuſcitanit, Sclauis Chriſtum euangelizauit, Dagoberti Regis incontinentiam redarguit, ideóque ex eiuſdem Dagoberti regno pulſus exulauit. At iſta tam breui ſpatio fieri non potuerunt, quapropter profectionem in Italiam & ad Gandenſes ac Tornacenſes cum mortui ſuſcitatione ſeriùs differemus, cúrque ita faciendum cenſeamus, exponemus ſuo loco. Reliqua verò prædictorum actorum narratio facilè per annos ſic diſtingui poteſt. Amandus, poſtquàm Epiſcopus conſecratus fuit, in Borealem

AN. CH. 626. Clotar. II. R. 43. Dagob. R. 5.

partem Belgicæ ſtatim ſe contulit, ibíque toto anno Chriſti ſexcenteſimo vi-
ceſimo-ſeptimo verſatus eſt. Anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-octauo per-
rexit ad Selauos. Anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-nono Dagobertum per
Auſtriam iter habentem ob luxuriam increpauit, & ſolum vertere coactus ex
eiuſdem Regis ditionibus abſceſſit. Anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo ab
exilio reuocatus Sigibertum ſacro baptiſmate regenerauit. Itaque per annos
proximè ſequentes in exponendis Amandi rebus hæc noſtræ Chronologiæ ſe-
ries erit.

Hoe anno ex Pipino Duce & Itta coniuge nata eſt ſancta Gertrudis, cuius XXI.
vitam rogante Abbatiſſâ Dominicanâ, quæ Niuellenſe Monaſterium tertia
poſt ipſam Gertrudem rexit, in literas retulit vetus Author, cui fides eò po-
tior haberi debet, quòd in operis ſui prologo teſtatur ea ſe ſcribere, quæ par-
tim ipſe viderit, partim ab idoneis teſtibus auditione acceperit. *Ad exemplum,*
inquit, *ſanctæ familiæ Chriſti, ea iam ſcribere aggredior, quæ vel ipſe meis vidi
oculis, vel à teſtibus idoneis & fide dignis accepi, maximè id à me poſcente ſacrâ
Virgine & Abbatiſſâ Dominicanâ, ſanctâque Niuellenſis Cænoby, cui Gertrudis
beatiſſima præfuit, Congregatione.* Autbor autem ille Gertrudem decimo-ſexto
Kalendas Aprilis, die Dominico, anno ætatis triceſimo-tertio in Domino fe-
liciter obdormiiſſe ſcribit, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo vndeſexageſimo,
currente tum literâ Dominicali F.

Nascitvr S. Gertrvdis.

ANNVS

CHRISTI 627.

CLOTARII II. R. 44. 15.

DAGOBERTI R. 6.

627. Clotar. II. R. 44. Dagob. R. 6.

ANno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſeptimo, ſiue vt Fredegarius [a] lo- I.
quitur, *anno* XLIV. *regni Chlotarÿ, cùm Pontifices & vniuerſi Proceres*
regni ſui tam de Neuſter quàm de Burgundia Clippiaco ad Chlotarium pro vtilitate
regia & ſalute patriæ coniunxiſſent, ibíque homo nomine Ermenarius, qui guber-
nator Palaty Chariberti fily Chlotary erat, à pueris Æghinanis genere Saxonorum
Optimatis interficitur. Penè fuerat exinde nimia multorum ſtrages ſecuta, niſi præ-
ſentiâ Chlotary interueniente ſimul & occurrente fuiſſet depreſſum. Æghyna in
monte Mercomire, alij montem Mercurij & montem Martis, recentiores mon-
tem Martyrum vocant, *iubente Chlotario, reſedit, plurium ſecum habens multi-*
tudinem paganorum. Brunulfus auunculus Chariberti exercitum vndique colligens,
ſuper ipſum cum Chariberto volebat irruere. Chlotarius ad Burgundia Farones ſpe-
cialiùs iubet, vt cuius pars ſuum volebat deuertere iudicium, eorum inſtantiâ &
vtilitate obprimeretur. Eâ pactione vterque iuſſione regiâ pacantur.

[a] Cap. 55.

Conventvs Clippiac.

Ermenarivs occiditvr.

Vita ſancti Agricoli Auenionenſis Epiſcopi habetur in Chronologia San- II.
ctorum Lerinenſium. Initium eſt eiuſmodi. *Diuus Agricolus circa annum Do-*
minica Incarnationis ſexcenteſimum ſupra trigeſimum, Honorio Summo Pontifice,
& Clotario in Gallia regnante, ex illuſtri Albienſium familia, Aueniane natus eſt.
At tres illi Characteres ſimul conuenire non poſſunt, quia Clotarius diem ob-
iit anno Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo. Meliùs igitur ortum Agricoli
referemus hoc annò, Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſeptimo. Romæ Ponti-
fex tum erat Honorius, exceſſit enim è viuis quarto Idus Octobres anno Chri-
ſti ſexcenteſimo duodequadrageſimo, cùm ſediſſet, teſte Anaſtaſio, *annos*
duodecim, menſes vndecim, dies ſeptemdecim. Vitam Agricoli, quam alij an-
norum ſeptuaginta curriculo circumſcribunt, prorogabimus ad annum ter-

Nascitvr S. Agricolvs.

AN. CH. 627. CLOTAR. II. R. 44. DAGOB. R. 6.

tium ſupra ſeptuageſimum, triennalique auctione definiemus tempus ab Authore vitæ prætermiſſum, quo Agricolus Archidiaconatum in Eccleſia Auenionenſi geſſit. In ceteris eidem Scriptori ac Barrali aſſentiemur, pium enim Agricoli receſſum in Lerinenſem Inſulam anno ætatis decimo-quarto, reditum poſt annos ſexdecim conſignabimus, tum Archidiaconatum triennalem, poſtremò Epiſcopatum annorum quadraginta ſubiiciemus. Natus eſt autem Agricolus *patre Magno*, qui Pontificatum Auenionenſis ciuitatis poſteà ſortitus eſt, *matre Gandaltrudâ, ſiue Auſtadialâ, auo verò Albino Magnate. Inſignes illi quidem, & eâ, quæ ſecundùm carnem eſt, inter reliquos prouinciæ Proceres, generis claritate & nobilitate conſpicui, ſed eâ, quæ ſecundùm Deum eſt, verâ gloriâ, virtute, fide ac pietate longè illuſtriores.*

III. WANDREGIS. DVCIT VXOREM,

Circa hæc tempora Wandregiſilus, de quo nonnulla iam prælibauimus, cùm à Dagoberto Rege plurimùm diligeretur, *hortatu parentum licèt inuitus quandam ſibi deſpondit puellam, nobiliſſimis natalibus procreatam, ſolenníque more caſtas celebrans nuptias, virginei floris immaculatum adeptus eſt torum. Suadebat ſuæ coniugi virginitatem integram cuſtodire, caſtitatíſque munere Angelicarum virtutum promereri conſortium. Illa verò hac prudenti admonitione roborata, ac ſuperno illuſtrata lumine; quæſo, inquit, nobiliſſime virorum, vt quæ ore promis, explere properes actu, & temetipſum à ſeculi curis exuas, méque famulam tuam caſtris committas Regis perpetui. At ille exultans eius laudabili deuotione, gratiarum actiones bonorum omnium inſpiratori hilariter perſoluit.*

ILLA ANNVENTE FIT CLERICVS

Fit itaque ex vtraque parte, magnificè Chriſto donante, ſaluberrimus caſtitatis conſenſus. Ipſe Clericatus habitum ſumpſit, ac coniugem ſuam velo piæ religionis opertam, Sanctimonialium Monaſterio illico tradidit ſociandam. In quo viriliter, ſuimet cuſtos, callem mirabilis vitæ peragens triumphum Domino reportauit, talíſque eius enituit conuerſatio, vt ad declaranda ipſius merita, plurima à Domino per eum patrata dicantur virtutes.

ADIT COENOBIVM MONTIS FALCONIS.

Poſtquàm autem ipſe vir Sanctus mundi huius oblectamenta deſeruit, optabat in ſancto Cœnobio diuinæ inſiſtere philoſophia, ac Monaſticæ Regulæ venerabilem animum tradere informandum. Ac primùm in loco, qui dicitur Mons Falconis, cum viro ſancto, nomine Baltfrido, non multùm temporis habitauit. Huc vſque Author vitæ à Surio [a] editus. Apud antiquiorem, quem non ſemel iam laudauimus, de Wandregiſili receſſu in montem Falconis hæc leguntur. *Cupiebat in ſancto Cœnobio ſub Religionis habitu conuerſari. Cum quodam ſene in loco qui cognominatur Monte Falcone habitauit non multo tempore.*

[a] d. 22. Iul.

REVOCATVR A REGE,

Cur ex illo monte receſſerit, hæc ratio proximè ſubiicitur. *Dagobertus Rex, qui tunc illis temporibus aderat, pro eo quòd ipſum hominem Dei in iuuentute in ſuo miniſterio habuiſſet, volebat eum inquietare pro eo quòd ſine ſua iuſſione ſe tonſoraſſet, & ipſum in ſuo Palatio perducere iuſſit.* Eandem rationem reddit ac fuſiùs exponit Author à Surio publicatus. In aula regia diu non manſit, *inde reuerſus*, verba ſunt antiquioris

REDIT AD MONASTERIVM,

Scriptoris, *cœpit ædificare cellam in alio loco de facultatibus ſuis.* Hæc diſtinctiùs apud Surium ita referuntur. *Præcepit Rex, vt nemo illi moleſtus eſſet, ſed pro voto animi ſui diuinis ſeruiret mandatis, & propoſiti ſui obſeruantiam nullo reſiſtente ſeruaret. Sícque regiâ authoritate ſecurus, de reliquo ad dilectæ habitationis locum reuerſus eſt. Quo loco non multò pòſt occaſione quadam relicto, in Eliſgangium*

ALIVD CONSTRVIT.

commigrauit territorium, vbi & Monaſterium ſtruxit pro temporis opportunitate in poſſeſſione propria. Illic ieiuniis, vigiliis & orationibus frequenter inſiſtens cæleſtis tyro, fortiſſimus efficitur miles. E Regio igitur Palatio rediit ad montem Falconis, ac paulò pòſt abiit in Eliſgangium territorium, vbi Monaſterium ſtruxit, duxítque vitam Monaſticam, donec Bobium profectus eſt, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-ſecundum dicturi ſumus.

IV. FLODOARDVS EGET EMENDATIONE.

Vetus Author apud Surium in Geſtis beati Wandregiſili teſtatur vitam ſancti Baltfridi, qui Monaſterium in monte Falconis conſtruxerat, relatam in literas fuiſſe; dolemus illam periiſſe, nam quæ Flodoardus [b] poſteà de Balderico ſeu Baltfrido & eius ſorore Boua ſcripſit, rationi temporum non integrè conueniunt. *Plures*, inquit, *apud nos quondam Sanctorum fuere Baſilicæ, ſed*

[b] Lib. 4. capp. 38. 39.

AN. CH. 627. CLOTAR. II. R. 44. DAGOB. R 6.

& Monaſteria infra vel circa Remenſem hanc vrbem, quæ modò non haberi probatur. Duo tamen adhuc ſuperſunt infra vrbem puellarum Monaſteria; quorum vnum (quod ſuperius à ſitu ſcillicet loci nuncupatur) S. Baldericus Presbyter cum ſorore ſua Boua, eiuſdem Cœnobij poſtmodum Abbatiſſa, in honore ſanctæ Mariæ vel ſancti Petri conſtruxiſſe traditur. Qui regali genere exorti fuiſſe referuntur, patre ſcilicet Sigeberto Rege, habentes neptem, nomine Dodam, caſtiſsimam puellam, quæ deſponſata fuiſſe fertur cuidam magnati eiuſdem Regis Sigeberti, quámque præfata ipſius amita Boua inſtituens ad ſeruiendum Deo, ſeruandámque perpetuò virginitatem, ab amore terreni auertit ſponſi. Qui cùm ſibi aduerſaretur, ſponſam innitens eandem corripere, aſcenſo equo, dum id conatur quoquomodò adimplere, furente lapſus ab equo, fractis ceruicibus, traditur interiiſſe. Beata denique Doda in caſtitatis propoſito permanens, amitæ ſuæ in eiuſdem Monaſterij ſucceſsit regimine. Quæ Præceptum quoque immunitatis, quod adhuc apud nos habetur, à Principe Pippone eidem poſtmodum obtinuit fieri Cœnobio. Quarum corpora in Eccleſia extra muros vrbis, vbi primum puellarum fuerat Monaſterium, tumulata diu quieuerunt, donec poſtmodum reuelationibus quibuſdam eleuata, & ad hanc nouam ſunt Eccleſiam perlata, ibidémque venerabiliter collocata, continuâ honorificantur inibi Deo famulantium reuerentiâ puellarum. Sanctus autem Baldericus poſt huius Monaſterij conſtructionem, locum quærens, vbi ſuam quoque conſtitueret habitationem, in qua collectis ſecum viris religioſis religioſè conuerſari, Deóque deuotè ac quietè ſeruire valeret, tandem reperit ſibi placitum, quem dicunt Montem Falconis, locum. Qui locus tunc temporis inhabitabilis, denſis operiebatur ſyluis, quas ipſe ſuccidens, proprio ſibi labore condidit habitaculum. Fertur autem auem, quam nuncupamus falconem, præuiam & quaſi præducem itineris, dum locum illum expeteret, habuiſſe, qua loco eidem inſederit, ac per triduum illo rediens in loco, vbi nunc habetur altare in honore ſancti Petri Apoſtoli, ſine permutatione reſederit. Vnde & Cœnobium ab hoc euentu ſic vocitatum plurimi aſſerunt. Vbi cùm Deo deuotiùs ſeruire cœpiſſet, nonnulli Deum timentes res ſuas eidem contulere, ſícque collectis ſecum Monachis Cœnobium ſub regulari conſtituit inſtitutione, atque idem ſub honore beati Germani ædificauit Monaſterium. Quibus patratis, ad ſororem ſuam reuerſus Remis, vltimum ſui curſûs ibidem clauſit diem, vbi & ſepultus tempore non modico requieuit.

V. Menardus libro primo ſuarum obſeruationum, decimo-ſeptimo Kalendas Nouembres, quo die ſanctus Baldericus à Remenſibus annuâ feſtiuitate colitur, in explicando Flodoardo non parum torquetur, Baltfridum ſeu Baldricum ait regio ſtemmate ortum, patre Sigiberto, auo Dagoberto, Regibus, & quia vnum duntaxat agnoſcit Sigiberti Regis filium nomine Dagobertum, vult Baldericum eundem eſſe cum illo Dagoberto, qui primum Dagobertus in ſeculo, deinde Baldericus in Clericatu ſit appellatus, ídque confirmare nititur exemplo Cazimiri Regis Poloniæ, qui quandiu Monaſticam vitam duxit, in Cœnobio Cluniacenſi Carolus vocabatur. At quomodò ſenex ille, qui Wandregiſilum ad ſe venientem apud montem Falconis excepit, dici poteſt Sigiberti Regis filius, cùm Wandregiſilus comam capitis depoſuerit ipſomet Sigiberto nondum nato? Aduerte prætereà ætatem Dodæ, quæ Balderici & Bouæ neptis ex fratre fuit, quis illam auo Sigiberto gloriaram, & cuidam ipſius Sigiberti Magnati deſponſatam credat, cùm Sigibertus annos duntaxat quatuor ac viginti vixerit? Bouæ ac Dodæ virginum memoria celebris eſt in Tabulis Eccleſiaſticis octauo Kalendas Maij, quo die mentio fit earumdem in Breuiario Remenſi, vbi Boua non Sigiberti Regis filia ſed à Sigiberto Rege in filiam adoptata perhibetur. Hæc propiùs ad veritatem accedunt. Baldericus enim, Boua & Doda floruerunt regnante Sigiberto, Sigibertus maximam vim pecuniarum in conſtructionem Monaſteriorum erogauit, dubium non eſt quin Baldericum & Bouam in ædificando puellarum Cœnobio collatis theſauris multùm iuuerit, Boua tanti beneficij memor Regem vt parentem colebat, Rex verò qui ſingulari pietate pollebat Bouam ceteráſque Moniales paterno affectu proſequebatur,

BALDERICVS NON FVIT FILIVS SIGIBERTI R.

AN. CH. 627. CLOTAR. II. R. 44. DAGOB. R. 6.

ipſamque Dodam vni ex aulæ regiæ Magnatibus in matrimonium collocari deſiderarat, inde fortè manauit apud poſteros opinio, vt Boua & Doda Sigiberti Regis crederentur, illa filia, hæc neptis ex filio. Miramur in Breuiario Remenſi, decimo-ſeptimo Kalendas Nouembres Baldericum & Bouam liberos Sigiberti Regis appellari, & octauo Kalendas Maias eandem Bouam dici adoptatam in filiam à Sigiberto, iſta enim inter ſe apertè pugnant.

VI. Ex illo Breuiario [a] collectam de ſanctæ Bouæ vita narrationem audi. *Boua Balderici ſanctiſſimi Presbyteri ſoror caſtiſſima, nobilis genere ſed virtute præſtantior ita à puerilibus annis magnâ ſuorum diligentiâ inſtituta fuit in iis quæ ad fidem & pietatem Chriſtianam probóſque & ſanctos mores pertinent, atque ita breui in eis profecit, vt æquales vel etiam grandiores ætate longè præiret. Quod vt cognouit frater magnum illi & illuſtre Monaſterium, quod à ſitu loci Monaſterium ſuperius appellatum fuit, extruxit, quod Deo in honorem beatiſſimæ ſemper virginis Mariæ atque ſancti Petri Apoſtoli dicari curauit ſancto Niuardo Pontifice. In quo quidem Monaſterio Boua ieiuniis & orationibus vacans ita piè & ſanctè vixit vt omnium votis ad munus & officium Abbatiſſæ vocata fuerit.* In illo contextu, ſi benè intelligatur, nihil videbitur alienum à vero. Baldericus regnante in Auſtraſia Dagoberto duo Cœnobia inchoauit, primum puellarum Remis cui Boua ſoror præfuit, alterum virorum in monte Falconis cuius adminiſtrationem ipſe ſuſcepit; puellare intra ciuitatem Remenſem munificentiâ Sigiberti Regis abſolutum eſt, & ſub eodem Rege dedicatum à Niuardo Remorum Antiſtite, Wandregiſilus autem, cuius occaſione in Baldericum & Bouam excurrimus, ad Baldericum in montem * Falconis recipere ſe potuit ante tempora Sigiberti, prout contendimus.

[a] Die 24. Apr.

DVO CONSTRVXIT COENOBIA, VNVM VIRORVM, IN MONTE FALCONIS, ALTERVM PVELLARVM REMIS.

* Mont-Falcon.

VII. Hoc anno, Blitmundus Bobienſis Monachus ex Italia in Galliam ad tumulum ſancti Walerici venit. Id docet vetuſtus Author [b] in vita ſancti Walerici. Scribit enim beati Walerici corpus immobile ſtetiſſe, cùm Berhardus Epiſcopus reliquias in ciuitatem Ambianenſem conatus eſt transferre. Deinde tanti miraculi, quod ante biennium recitauimus, hanc rationem reddit. *Decreuerat præpotens Deus, vt Blitmundus, quem vir Dei* Walericus, *vt ſuprà dictum eſt, curauerat, qui tum in Bobienſi Monaſterio ſub Attala Abbate regulariter viuebat, & ab eodem crebrò poſtulabat, vt ei faceret poteſtatem eundi ad eum locum, in quo B. Walericus conditus eſſet, opportuno tempore Monaſterium inſtauraret.* Poſtremò iter Blitmundi conſignat hoc ipſo anno, quo ſanctus Attalas migrauit in cælum. *Perſeuerante*, inquit, *Blitmundo in prece, B. Attala in morbum difficilem incidit, & cùm die quodam iret ad Eccleſiam, imbecilla membra eius Blitmundus ſuſtentabat, ad quem ſic ait Abbas Attala. Fili mi, quod crebrò à me petiiſti, id tibi modò permiſſum eſto. Ille verò non ſatis intelligens quid ſibi vellet, ait ad eum. Quò me iubes ire, Pater? Sanctus Attala reſpondit. Ad locum S. Walerici, vti ſæpè poſtulaſti, habeas proficiſcendi licentiam, video enim illum in immenſa claritate. Paulò pòſt S. Attala migrauit ad Dominum, & Blitmundus in Galliam veniens, locum S. Walerici, fretus ope Clotary Regis & Ambianenſis Epiſcopi egregiè inſtaurauit, eique aliquandiu Abbas cum multa laude præfuit.* Obiit autem ſanctus Attalas ſexto Idus Martias, hoc anno. Supererat enim in viuis anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſexto, vt Sigonius & Baronius ex Iona & Paulo Diacono ſimul collatis docent, & Honorius Papa Bertulpho Abbati in ipſius Attalæ demortui locum iam ſubrogato Priuilegium, quod in Italia [c] Sacra recitatur, conceſſit tertio Idus Ianuarias, Indictione primâ, ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-octauo.

[b] Ap. Surium die 1. Apr.

BLITMVNDVS VENIT AD TVMVLVM SANCTI WALERICI,

FIT ABBAS.

[c] Tomo 4. in Epiſc Bobienſ.

VIII. Supererat in viuis Rex Francorum Clotarius, cùm Blitmundus ad beati Walerici ſepulchrum acceſſit. Supererat & Berhardus ſeu Bernardus aut Bercundus Ambianenſis Epiſcopus. Huic enim ſucceſſit Betrhefridus. Berthefridus verò ſuperſtes in viuis erat anno Chriſti ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo, nec illius occurrit vlla mentio ante Concilium Cabilonenſe, cui ſub Clodoueo Secundo, Clotarij Secundi nepote, ſubſcripſit anno Chriſti ſexcenteſimo

EPISCOPI AMBIAN.

mo quadrageſimo-quarto. Ceterùm Berhardus de quo nihil ampliùs tecurret, à Demochate, Chenutio & Ghinio Sanctus appellatur, tamen omittitur in Martytologio Gallicano. AN. CH. 627.

Hoc anno Amandus Epiſcopus in Belgica verbum Dei prædicauit, in pago præſettim Senonago vnde Samo Rex Slauorum otiundus etat, nec alia nobis occurrit ratio cur ad eundem Samonem paulò pòſt perrexerit. Seriùs Gandam peruenit, vt poſt Sigibetti baptiſmum narrabimus. Baudemundus Authot coætaneus, qui vitam ipſius Amandi conſcripſit, Chronologiæ noſtræ videtur tefragari, nam prinſquàm de Sigiberti baptiſmo ſetmonem inſtituat, non tantùm agit de itinere Amandi ad Slauos & ad Dagobettum, déque profectione in exilium, quæ tes ptoculdubiò Sigibetti baptiſmum antecesserunt, ſed & antequàm iter Amandi ad Slauos attingat, ait verbum Dei ab eodem Amando annunciatum Gandenſibus, & mortuum Tornaci ſuſcitarum fuiſſe. Facilè diluet hanc obiectionem, quiſquis attentè Baudemundum legerit. In illo Scriptote, quoad Chronologiam, duo ſunt aduertenda. Res enim eiuſdem genetis, licèt diuerſis temporibus geſtæ ſint, ſimul connectit; deinde tes valdè diſiunctas & valdè diſparatas iungit interpoſitis tantùm connexionum formolis, quæ nullam aut exiguam tempotis moram notant. Amandi vitam ab ottu vſque ad primum ex Italia reditum, quem anno prioti conſignauimus, exactè per ordinem digetit, cetera non ita proſequitur. Nam poſtquàm aſſeruit Amandum in Galliam rediiſſe, atque Euangelicæ prædicationi ſe accinxiſſe, quia cùm Romæ verſabatur, per viſum à beato Petro monitus fuerat, *vt in Gallias ad prædicationem exercendam reuerti deberet*, ſtatim alteram Amandi profectionem in Italiam cum altera beati Petri apparitione ſic aggreditur. *Illud etiam non eſt prætermittendum, quòd idem vir Dei Amandus à Roma ſecundò rediens, aſcensâ naui peruenit ad Centumcellenſem locum*, &c. *Tunc ei ex improuiſo ſanctus apparuit Petrus*, &c. Ac proximè ſubiungit peregrinationes, quas obiit Amandus, vt Euangelium in Belgio & apud Slauos prædicaret. Ita tes quæ temporibus longè diuerſis contigerunt, ptoptet ſolam materiæ ſimilitudinem coniungit, intet vtramque enim Amandi profectionem in Italiam effluxerunt anni quindecim, eóque interuallo Amandus in Belgium, è Belgio ad Slauos, ab Slauis ad aulam Dagoberti Regis, ab aula in exilium, ab exilio ad aulam rurſum profectus eſt, Sigibertum Dagoberti filium ſacto baptiſmate regenerauit, abiit iterum in Belgium, Gandenſes erudiuit, mortuum Tornaci ſuſcitauit, Pontificatum Traiectenſem per triennium geſſit. De Gandenſium conuerſione agemus poſt quadriennium, ſiue anno poſt Sigiberti baptiſmum proximo, & vt ſcias nos à Baudemundi mente non recedere, audi quomodò loquatur de Gandenſibus. *Cùm loca vel Diœceſes ob animarum ſollicitudinem vir Domini circumiret Amandus, audiuit pagum eſſe quemdam præter fluenta Scaldi fluuij, cui vocabulum eſt Gandauum. Cuius loci habitatores antiquitas diaboli eò circumquaque laqueis vehementer irretiuit, vt incolæ terræ illius, relicto Deo, arbores & ligna pro Deo colerent, atque fana vel idola adorarent. Propter ferocitatem enim gentis illius, vel ob terræ infœcunditatem, omnes Sacerdotes à prædicatione loci illius ſe ſubtraxerant, & nemo audebat in eodem loco verbum annuntiare Domini. Quo audito, vir ſanctus magis eorum miſeratus errorem, quàm de vita ſua periculo pertimeſcens, Aicharium Epiſcopum, qui tunc Nouiomenſis vrbis Cathedram præſidebat Sacerdotalem, adiit, cùmque humiliter poſtulauit, vt ad Regem Dagobertum quantocyùs pergeret, epiſtoláſque ex iuſſu illius acciperet, vt ſi quis ſe non ſponte per Baptiſmi lauacrum regenerare voluiſſet, coactus à Rege, ſacro ablueretur Baptiſmate.* Tornacenſis Epiſcopatus, cui Gandauum ſubiacebat, Sedi Nouiomenſi iamptidem vnitus erat. Vtramque Diœceſim regebat Aicharius ſiue Acharius, quamuis à Baudemundo Nouiomenſis Antiſtes tantùm deſignetur. Ad Neuſtriam pertinebant Nouiomum & Tornacum. Id apertè docet Audoenus in vita ſancti Eligij, nam cùm Reges enumerat in quorum ditionibus Eligius Epiſcopatum tenuit, Neuſtraſios tantùm nominat,

CLOTAR. II. R. 44. DAGOB. R. 6.

IX. AMANDVS EPISCOPVS VERBVM DEI PRÆDICAT IN PAGO SENONAGO.

AN. CH. 627. CLOTAR. II. R. 44. DAGOB. R. 6.

Clodoueum ſcilicet & Clotarium Clodouei filium, nec vllam mentionem facit Sigiberti, qui, regnante apud Neuſtraſios ac Burgundiones Clotario, ſolis Auſtraſiis dominabatur. Aichariumigitur & Gandenſes non adiit Amandus, priuſquàm Dagobertus in regna Neuſtriæ ac Burgundiæ Clotario patri ſucceſſiſſet, id verò non contigit ante annum Chriſti ſexcenteſimum duodetriceſimum, & poſt obitum Clotarij Amandus in odium Dagoberti Regis incurrit, nec eius beneuolentiam ſibi conciliauit ante ortum Sigiberti, quapropter poſt eiuſdem Sigiberti baptiſmum reiicienda eſt Gandenſium conuerſio, licèt apud Baudemundum priori loco referatur. Quod attinet ad connexionum formulas quibus vſus eſt ac pleroſque neotericorum in errorem induxit, quantam Chronologiæ caliginem offundant, vel ex hoc diſces exemplo. A Sigiberti Baptiſmo ad mortem Ioannis Epiſcopi Traiectenſis ita tranſit. *His ita geſtis, adueniente obitûs ſui die, Traiectenſium Epiſcopus feliciter migrauit ad Chriſtum.* Quis per illas voces (*his ita geſtis*) quæ nullam prorſus temporis moram innuunt, nouemdecim annorum interuallum denotari putet, ab anno videlicet Chriſti ſexcenteſimo-triceſimo quo Sigibertus Baptiſmum ſuſcepit, ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-nonum quo Ioannes Traiectenſis Epiſcopus ad Deum migrauit? De Baudemundi opere, vt cautè legatur, hæc dicta ſunto.

X. DVO DISTINGVVNTVR AMANDI.

Florebat illis temporibus alius Amandus Wormacienſis Epiſcopus, qui nominatus reperitur in Diplomate, quo Dagobertus Auſtraſiorum Rex hoc anno, regni ſui ſexto, pridie Kalendas Octobres ciuitatem *Laudemburg* ad Nicrum * cum omnibus adiacentiis Eccleſiæ Wormatienſi tradidit. Præceptum deſcribemus ex commentariolo, quem Marquardus Freherus edidit de Lupoduno antiquiſſimo Alemaniæ oppido, ſed priùs aduerte in proœmium hæc irrepſiſſe verba, *de hoc tulimus bonum conſilium Procerum noſtrorum, Pippini qui eſt Maior domûs, Arnolfi Metenſis Epiſcopi, Huniberti Colonienſis Archiepiſcopi.* Arnolfus enim ſiue Arnulfus Epiſcopatum ante hunc annum dimiſit. Deinde regnante Dagoberto titulus Archiepiſcopi, quo Chunibertus ſiue Hunibertus exornatur, nec apud Francos erat in vſu, nec tribuebatur Antiſtiti Colonienſi qui Wormacienſi vtriuſque Germaniæ tunc Metropolitæ ſubiacebat. Præterea Chunibertus in eodem Diplomate cum Arnulpho nominari non debet, quia regiorum conſiliorum particeps fieri cœpit, cùm Arnulphus abdicato Epiſcopatu in eremum iam ſeceſſiſſet. Nec vlla occurrit ratio, cur Archiepiſcopus Epiſcopo poſtponatur, & vtrique præferatur Pippinus vir laicus. Certè Fredegarius Author illius æui non ita loquitur, cùm Arnulfum Pippino ſic præponit capite quadrageſimo, *Chlotarius factione Arnulfi & Pippini*, &c. & capite duodeſexageſimo ſic, *conſilio primitus beatiſſimi Arnulfi Mettenſis vrbis Pontificis, & Pippini Maioris domûs vſus;* necnon capite quadrageſimo-primo ſic, *inſtigantibus beatiſſimo viro Arnulfo Pontifice, & Pippino Maiore domûs.* Neque eſt quòd obiicias Pippinum Maiorem domûs Huniberto Colonienſium Pontifici anteponi capite quinquageſimo-octauo, vbi hæc leguntur, *poſt diſceſſum beati Arnulfi adhuc conſilium Pippini Maioriſdomûs, & Huniberti Pontificis vrbis Colonia vtens;* illic enim Fredegarius Pippinum primo loco collocat, quia ſuprà de illo ſermonem iam fecerat, ídque declarat vox, *adhuc*, quæ textum proximè citatum cum ſuperiore ſic coniungit, *conſilio primitus beatiſſimi Arnulfi Mettenſis vrbis Pontificis, & Pippini Maioris domûs vſus, poſt diſceſſum beati Arnulfi, adhuc conſilium Pippini Maioriſdomûs, & Huniberti Pontificis vrbis Colonia vtens.* Alibi Fredegarius Chunibertum Pippino ſemper præponit, vt capite octogeſimo-quinto, *Chunibertus Pontifex vrbis Colonia, & Pippinus Maiordomûs*, & paucis interiectis, *Chunibertus & Pippinus hunc theſaurum*, &c.

* le Nekar.

XI. DAGOBERTVS DITAT ECCLESIAM WORMAT.

Præceptum Dagoberti Regis ita legitur. *Dagobertus Rex Francorum. Cunctos noſſe volumus qualiter Nos de remedio anima noſtræ & de futura retributione cogitantes omnino propoſuimus in animo noſtro Eccleſias Dei de allodiis noſtris coha-*

redes facere, & loca Sanctorum augmentare. De hoc tulimus bonum conſilium Procerum noſtrorum, Pippini qui eſt Maiordomûs, Arnolfi Metenſis Epiſcopi, Huniberti Colonienſis Archiepiſcopi, & inde miſericordiam Domini conſequi & eius Sanctorum ſuffragia promereri confidimus. Ideo, &c. Expunctâ verò interpolatione ita corrigi debet. Dagobertus Rex Francorum. Cunctos noſſe volumus, qualiter Nos de remedio animæ noſtræ & de futura retributione cogitantes omnino propoſuimus in animo noſtro Eccleſias Dei de allodiis noſtris coheredes facere, & loca Sanctorum augmentare, & inde miſericordiam Domini conſequi & eius Sanctorum ſuffragia promereri confidimus. Ideo omnes Dei fideles & noſtri, præſentes & futuri recognoſcite, qualiter omnes res iuris noſtri in pago Laudemburgenſi, & quidquid ad noſtram vrbem ambulare viſum eſt, & omne quod ad fiſcum noſtrum hactenus pertinebat (excepto Stipe & Comitatu) ex eo nihil dimittentes, tradimus totum ex integro, magnum & paruum, ad Baſilicam S. Petri Apoſtoli, quæ eſt in Wormacia ciuitate conſtructa, cui præeſt Dominus vir Apoſtolicus Amandus, hoc eſt, quòd tradimus, Ciuitatem noſtram Laudemburg, Palatium noſtrum, ædificia, mancipia, vineas, terras cultas & incultas, agros, prata, campos, omne ſyluaticum in ſyluis Otenwalt, cum omni vtenſilitate in omni pago Laudemburgenſi, & vndique in intraha, in paſcuis, materiamina, aquas, aquarúmque decurſus, piſcationibus, quæſitis & inquirendis, omne theloneum, mercatum, & quidquid dici aut nominari poteſt, ſicut priùs ad noſtrum vſum ambulare videbatur, ſic in anteà ad præſcriptam Baſilicam pro æterna mercedis augmento poſſidendum donauimus, & ſub integra communitate omnia ad eandem Baſilicam pertinentia præceptione noſtrâ à nouo confirmamus, ſicuti priori anno communitatis tuitionem dedimus omnes villas, facultates ſeu Abbatias, & quidquid ad ipſam ciuitatem Wormatiam aſpicere videtur, vt nullus Iudex publicus, nec cauſas audiendo, nec freda exigendo, nec homines ipſius Eccleſiæ tam ingenuos quàm & ſeruientes diſtringendo, nullum impedimentum audeat facere, niſi pro parte ipſius Eccleſiæ, vel ipſe Pontifex Amandus aut ſucceſſores hoc habent conceſſum atque indultum, quieto ordine poſſidere atque dominari, quod partibus fiſci noſtri fuit conſuetudo reddendi. Et vt authoritas hæc firmior ſit, manu noſtrâ ſubſcriptionibus ſubditus illam decreuimus roborare. Dagobertus Rex Francorum. Godefridus recognouit. Datum ſub die II. Kalend. Octobris, anno regni noſtri VI. Actum Moguntiæ Palatio noſtro, feliciter ſatis.

AN. CH. 627. CLOTAR. II. R. 44. DAGOB. R. 6.

XII. ENCOMIVM AMANDI EP. WORMAT.

Amandus, cuius mentio fit in iſto Diplomate, ſecundus illius nominis fuit inter Epiſcopos Wormatienſes; *tantâ religione*, vti aſſerit Bruſchius, *ac tantis miraculis etiam claruit, quibus doctrinam Chriſtianam confirmauit Deus, vt ei Senatus populuſque vrbis Vangionum templum gratitudinis ac pietatis ergo poſt mortem ſtatuerent, quod hodie adhuc in ſuburbio ſitum, ſancti Amandi parochia appellatur.* Bertramus Limburgius à Godefrido Henſchenio de ſanctis vrbis Wormatienſis interrogatus, reſpondit anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo duodequadrageſimo, vt ipſemet Henſchenius in diatribâ [a] de tribus Dagobertis ſcribit, *corpus S. Amandi, huius nominis II. Epiſcopi Wormatienſis, adſeruari in Cathedrali æde, in eiúſque honorem extructum templum extare parochiale in ſuburbio, dictum S. Amandi, eiúſque feſtum celebrari* XXVI. *Octobris, at lectiones in Breuiario Wormatienſi recitari de S. Amando Belgij Apoſtolo, nullâ factâ ſedis Wormatienſis mentione.* Sed ſanctum Amandum Wormatienſem Epiſcopum à Sancto Amando Traiecti ad Moſam Epiſcopo longè diuerſum eſſe multa perſuadebunt inferiùs.

[a] Lib. 2. c. 5.

XIII. EPISCOPATVS ARGENTIN. ANTIQVIOR DAGOBERTO.

Non deſunt qui Dagobertum Regem Argentinenſis Epiſcopatûs fundatorem, & Amandum qui Traiecti ad Moſam Epiſcopus ſedit, primum Argentoratenſium Epiſcopum ſcribant. At quàm turpiter hallucinentur vel ex eo liquet quòd anno Chriſti circiter trecenteſimo quinquageſimo-ſecundo interfuit Agrippinenſi Synodo Amandus Argentinenſium Epiſcopus, & ab illo Amando, qui Amandum Traiecti ad Moſam Epiſcopum multis ſeculis anteceſſit, vſque ad Dagobertina tempora repetitur ſeries Argentoratenſium Epiſcoporum haud interrupta; imò ab anno, quo Amandus Argentoratenſis Pon-

AN. CH. 627. CLOTAR. II. R. 44. DAGOB. R. 6.

CATALOGVS EPISC. ARGENTIN.

tifex Agrippinenſi Synodo ſubſcripſit, vſque ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quartum quo Heddo ſiue Etho Argentoratenſem Præſulatum iniit, per quatuor ferè ſecula numerantur Epiſcopi viginti-quatuor hoc ordine, Amandus, Iuſtus ſiue Iuſtinus, Maximinus, Valentinus, Solarius, Biulfus ſiue Giulfus, Magnus, Gaorinus ſeu Garoinus vel Garinus aut Baroinus, Landebertus, Rodobaldus ſiue Rathboldus, Magnebertus ſeu Magnobertus, Labyolus ſeu Laybolus vel Laiblinus aut Vbiolus ſiue Vbelinus, Gundoaldus ſeu Gundoldus aut Sundersholdus, Aldus, Gando, Vto ſiue Vtho vel Otho, Anſoaldus, Rotharius ſiue Rodtharius, Arbogaſtus, Florentius, Wicgernus, Wandelfridus, Aulidulfus, Heddo ſiue Etho aut Ethico. Inter quos qui decimo-quarto loco nominatur Aldus, ſedit *tempore Heraclij Imperatoris*, inquit Wimphelingus, id eſt, tempore Clotarij Regis, à quo Dagobertus filius Auſtraſiis Rex eſt datus.

SS. EPISCOPI PATRONI ARGENTIN.

XIV. Author vitæ ſancti Deicoli, Lutrenſis Abbatis in Burgundia, de ſancto Amando aliiſque vrbis Argentoratenſis Patronis circa annum Chriſti nongenteſimum ſexageſimum-quintum hæc ſcripſit capite primo. *Ciuitas Argentina, quæ vulgarico vocabulo Strasburch vocatur, exceptis reliquiis principalibus, proprios ſe gaudet habere Patronos, quos à Domino ſuſcepit veræ fidei fundatores, & diuini verbi prodigos ſeminatores, id eſt, Amandum, Iuſtinum, Arbogaſtum, Florentium, & alios nonnullos, quorum nomina in beati ordinis albo ſuperna illa regio ſine fine tenet coaxata.* Agi de ſanctorum Patronorum reliquiis, toto capite innuitur, in quo Floriaci Monaſterij dicuntur Patroni Benedictus & Scholaſtica, vrbis Sueſſionenſis Sebaſtianus Martyr, & ſic de ceteris. Tamen plerique, cùm id minùs attentè conſideraſſent, exiſtimarunt Sanctos, Amandum, Iuſtinum, Arbogaſtum & Florentium, antiquiſſimos fuiſſe Argentoratenſium Præſules, cúmque ex vitis ſanctorum Arbogaſti & Florentij deprehendiſſent eoſdem Pontifices Arbogaſtum & Florentium ſub Dagoberto Rege floruiſſe, facili negotio ſibi perſuaſerunt Dagobertum Argentinenſis Epiſcopatûs extitiſſe vel fundatorem vel reſtauratorem, & Amandum Traiectenſem, qui Dagoberto Primo coæuus vixit, per aliquot annos, donec in Belgium rediret, Argentinenſis Eccleſiæ curam geſſiſſe, Amando ſucceſſiſſe Iuſtinum, huic Arbogaſtum, tum Florentium. Non inficias imus ſanctos Arbogaſtum & Florentium Argentinenſi Eccleſiæ præfuiſſe ſub Dagoberto Rege, ſed hic Dagobertus illius nominis Secundus fuit, ac primi, de quo nunc loquimur, nepos ex Sigiberto filio Auſtraſiorum Rege, vt ſuis locis oſtenſuri ſumus; & poſt Aldum, qui Heraclij Imperatoris ſeu Clotarij Regis temporibus Argentoratenſem Eccleſiam rexit, in eadem Cathedra ſederunt Gando, Vtho, Anſoaldus & Rotharius, antecеſſores Arbogaſti, è quibus Gando, quem Wimphelingus virum clari ingenij, Bruſchius virum eximiè doctum & ſapientem vocant, Præſulatum eo geſſit tempore, quo Amandum relicto Traiecto Argentiuam profectum fabulantur.

FESTVM S. AMANDI EPISCOPI ARGENTIN.

XV. In antiquo Breuiario Argentinenſi, quod annis Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo-octauo & milleſimo quadringenteſimo vndenonageſimo excuſum fuit, vt & de Wormatienſi diximus ſuprà, celebratur ſeptimo Kalendas Nouembres feſtum ſancti Amandi Epiſcopi Argentinenſis, lectionibus, quæ ad matutinum recitantur, ex ſancti Amandi Traiectenſis Epiſcopi vita deſumptis, vnde & aliis videtur errandi occaſio data, maximè quòd eodem die colatur etiam ſanctus Amandus Traiectenſis ob reliquias eo die tranſlatas ab Eccleſia Principum Apoſtolorum in Baſilicam ſancti Stephani Protomartyris.

BERTOALDVS EPISC. CAMERAC. MORITVR.

XVI. Bertoaldus Cameracenſis Epiſcopus obiit hoc anno, Ablebertus enim, qui proximè ſucceſſit, Pontificatum tenuit ſex duntaxat annis, vitámque clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-tertio, vt ſuo loco demonſtrabimus. De Bertoaldo in Chronico Cameracenſi hæc leguntur. *Hic amore & veneratione B. Gangerici ductus, quâ ſemper vt filius flagrabat, in cubiculum ſancti viri, vnde*

AN. CH. 627. CLOTAR. II. R. 44. DAGOB. R. 6.

animam ad cælos emiſit, lectum ſuum conſtratum locauit, non præſumptione lubrici animi, ſed certus quia hunc locum nulla aduerſæ partis fantaſtica inſidiæ vexarent, quem vir tantus obitûs ſui caſu dicauit. In quo cùm aliquâ nocte pauſaret, apparuit illi per viſum beatus Gangericus, blandè quidem & leniter alloquens, vt promptiùs amoto lectulo, præſumptionis culpam meminiſſet piare, ſi propitium ſibi eum habere voluiſſet. Mox ille ſummoto lectulo, quod iuſſum fuerat, expleuit, & in eodem cubiculo altare Domino, in honore beati Gangerici dedicauit, pigneribúſque Sanctorum compoſitis, diuinis cultibus aptauit, vbi vſque in hodiernum celebratio Sancti peragitur, immò & Deo vota ſoluuntur.

XVII. FARO EPISCOPVS MELDENS.

Obiit & hoc anno vel ſuperiori Gondoaldus Meldenſis Epiſcopus, qui ſuâ ſubſcriptione Synodum Remenſem anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto roborarat. Succeſſit Faro, Chainoaldi ſeu Chagnoaldi aut Agnohaldi Laudunenſis Epiſcopi, & Waldeberti ſeu Walberti Luxouienſis Abbatis, necnon Faræ ſeu Burgundoforæ Abbatiſſæ Ebotiaci frater, quem ſuperſtite Clotario Rege Pontificem creatum docent Auctores à Surio [a] & Duchesnio [b] editi aliique recentiores. Non deſunt qui Gundoaldo ſeu Gundobaldo Walbertum, Walberto Faronem ſufficiant. Sed à Iona in vita ſancti Euſtaſij Luxouienſis Abbatis, & ab antiquo Anonymo in vita ſancti Agili primi Reſbacenſis Abbatis redarguuntur. Scripſit Ionas, cùm Faro Pontificatum gerebat. Quatuor Epiſcopos, Chagnoaldum Lauduni ſeu Lugduni Clauati, Acharium Nouiomi ac Tornaci, Rachnacarium Auguſtoduni & Baſileæ, Audomarum Bononiæ & Taruannæ, quos anteà Monachos Euſtaſius in Luxouienſi Monaſterio ſacris literis erudierat, ita nominauit. *De fratribus ſub eius regimine conſtitutis poſteà plures Eccleſiarum Præſules extiterunt; Chagnoaldus Lugduni, Acharius Viromandorum & Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, Rachnacarius Auguſtoduni & Baſileæ, Audemarus Bononiæ & Taraonenſis oppidi.* Nullam Waldeberti ſeu Walberti mentionem fecit. Chagnoaldus & Walbertus fratres fuerunt Faronis. Ionas, qui poſt obitum Chagnoaldi ſcripſit, obſeruauit ipſum Chagnoaldum Epiſcopum fuiſſe, nûm & Walbertum Chagnoaldi fratrem inter Epiſcopos recenſuiſſet, ſi Walbertus priùs obiiſſet Meldenſi functus Epiſcopatu? Walbertum Epiſcopis haud annumerauit, ſcribebat enim cùm Walbertus Abbas erat Luxouienſis, &, vt ex præfatione conſtat, opus ſuum eidem inſcripſit Abbati Walberto, qui poſt mortem Faronis fratris ex Abbate Luxouienſi creatus eſt Meldenſis Epiſcopus. Auctor paulò recentior, qui vitam ſancti Agili literis commendauit Farone iam mortuo, non Chaignoaldum modò cum Achatio, Rachnacario & Audomaro, vt Ionas, ſed & Waldebertum Chagnoaldi fratrem adſcripſit Epiſcoporum numero, qui ſub Abbate Columbano ab Euſtaſio probatæ religionis viro in Monaſterio Luxouienſi à pueritia fuerunt eruditi. *Ingrediens laudabilis Agilus annum pueritiæ committitur Euſtaſio probatæ religionis viro ſacris litteris erudiendus cum aliis nobilium virorum filiis, qui poſteà Eccleſiarum Præſules extiterunt; Agnohaldo ſcilicet & Waldeberto Hagnerici patrui eius filiis, qui Monaſterio, quod ſoror illorum Fara in paterno ſolo inter Albam & Mucram in loco, qui Eboriacus dicitur, ædificauit, conſtruendi & docendi regulares magiſtri claruerunt, quorum alter Lugduno * Clauato, alter verò Meldenſis vrbis eſt ordinatus Epiſcopus; Achario qui Virmandorum & Nouiomenſis & Tornacenſis Antiſtes fuit; Rignachario qui Auguſtudunenſis Eccleſiæ Pontifex egregius emicuit; Audemaro qui Bononiæ & Tharuuanenſis oppidi Paſtor laudabilis fuit.* Waldebertus igitur Abbas Luxouienſis fuit, deinde Meldenſis Epiſcopus, & in Epiſcoporum Meldenſium nomenclatura Faroni fratri poſtponi debet. Altera ſuper Farone mouetur quæſtio, vtrùm ex Clericatu an ex Monachatu ad Pontificale faſtigium promotus ſit. Auctores vitæ, quos apud Surium [c] & apud Duchesnium [d] legimus, nullam Monachatûs mentionem faciunt. Qui verò Hiſtoriam Ordinis Benedictini texuerunt, locum dederunt inter Sodales Benedictinos, quamuis haud inter ſe conſenſerint de loco vbi Monaſticam vitam egerit. Trittemius [e] & Wion [f] Monachum

[a] Die 28 Oct.
[b] Tom. 1. Collect. Hiſtoric. Franc.

* Laon.

[c] Die 28. Oct.
[d] Tom. 1. Collect. Hiſtoric. Franc.
[e] Lib. 4. c. 139.
[f] Lib. 2. cap 4

AN. CH. 627. CLOTAR. II. R. 44. R. 6.

vocant Luxonienſem, Reſbacenſem Yperins his verbis à Menardo [a] prolatis. *Sanctus Pharo, primò miles, inde Clericus, deinde Monachus in Resbaſco ſub beato Agilo Abbate cognato ſuo.* Pharo & Agilus fratres erant patrueles, nati, ille Hagnerico, hic Agnohaldo Hagnerici fratre. Menardus ſuſpicatur Faronem ſucceſſiuè Monachum vtriuſque Cœnobij fuiſſe, Luxouienſis videlicet & Reſbacenſis. Vtrumque verò commentitium ſic oſtenditur. Faro non fuit Monachus Luxouienſis, quia nec à Iona in vita ſancti Euſtaſij, nec à vetere Anonymo in vita ſancti Agili nominatur inter Epiſcopos, qui Monaſticam vitam in Luxouienſi Monaſterio profeſſi ſunt, antequàm ad Epiſcopales infulas aſſumerentur. Non fuit Monachus Reſbacenſis, quia Meldenſem Pontificatum priùs obtinuit, quàm Agilus aſceterio Reſbacenſi primus Abbas præficeretur. Factus eſt Epiſcopus ex Clerico, nec Luxouij nec Reſbaci Monachum induit, vixit tamen Luxouienſibus & Reſbacenſibus Cœnobitis amicitiâ coniunctiſſimus, quia præerant Luxouienſibus Waldebertus frater germanus & Reſbacenſibus Agilus frater patruelis. Anonymus, qui vitam ſancti Faronis ſub Hildegario Epiſcopo ætate Caroli Calui conſcripſit, ipſi Faroni viceſimum locum in catalogo Meldenſium Antiſtitum aſſignat poſt ſanctum Dionyſium, quem Meldenſis Eccleſiæ conditorem agnoſcit.

[a] Lib. 1. d. 25. Octobr.

EX CLERICO.

XVIII. Obiit & hoc anno Ignorocus Venetenſis Epiſcopus, cùm ſediſſet annos quinque. Sanctus vocatur in Armorica ſancta. Succeſſorem habuit Bamaldum.

BAMALDVS EP. VENETENS.

XIX. Salaberga ſiue Salegerga, quæ adoleſcentula erat anno Chriſti ſexcenteſimo duodeuiceſimo, cùm viſum Euſtaſio Abbate Luxouienſi benedictionis oleum ſuper eius oculos effundente recuperauit, hiſce temporibus nupſit Richramno, *qui vix eam duobus menſibus iure matrimonij habens humanis rebus exemptus, vitâque priuatus eſt*, vt legitur in ipſiuſmet ſanctæ Salabergæ vita, cuius Chronologiam ſtudioſè poſt biennium examinabimus.

SALABERGA NVBIT RICHRAMNO.

XX. Etſi nec ex Gregorio Turonenſi, nec ex alio vllo antiquo Scriptore quicquam habeamus, quod apertè doceat, aut etiam vtcunque indicet in vico Catholacenſi, vbi beatus Dionyſius Martyr quieſcebat, Monaſterium fuiſſe, priuſquàm ipſius Dionyſij ſociorúmque Ruſtici & Eleutherij reliquiæ regnante in Neuſtria Dagoberto in nouam eiuſdem vici Baſilicam transferrentur; imò Sandionyſianus Monachus [b], qui Geſta Dagoberti Regis in literas retulit, Eccleſiam, quam in prædicto vico beata Genoueſa ſupra tumulum Dionyſij Martyris erexerat, vilem tantùm ædiculam vocet, queratúrque neglectam nimiùm fuiſſe, *quia locus ipſe eo tempore ſub poteſtate Pariſiaci Antiſtitis conſtitutus erat, & cui vellet Clericorum eum iure beneficij tradebat, illéque cui concedebatur non honeſtatem loci, ſed terrenum lucrum ſibi inde in proprios vſus accumulare videbatur.* Tamen illis temporibus Abbatem ac Monachos ibi fuiſſe conſtat ex charta donationis, quam Eccleſiæ beati Dionyſij fecit Theodila *ſub die duodecima Kalend. Maias, anno 43. regni Domini Chlotarij Regis*, id eſt, hoc anno, Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſeptimo, quo Clotarius annum regni quadrageſimum-tertium abſoluit, inchoauítque quadrageſimum-quartum autumnali tempore. Exemplar donationis integrum habes in Antiquitatibus [c] Sandionyſianis. *Dodoni Abbati, vnà cum fratribus ſuis Baſilica ſancti Dionyſij deſeruientibus*, Theodetrudis ſiue Theodila, Brodulfi filia, tradit tres villas, quarum nomina ſunt Matrius * in oppido Camliacenſi, Patriagus * in pago Lemouicino & Milgiachis * in pago Bellouacenſi.

[b] Cap. 3.

THEODILÆ MVNIFICENTIA ERGA COENOBIVM S. DIONYSII.

[c] Lib. 3. c. 2.

* *Matry.*

* *Patry.*

* *Milly.*

XXI. Illis temporibus Sigbertus Carpualdi Orientalium Anglorum Regis frater, cùm in Francia exularet, fidei Chriſtianæ ſacramentis imbutus eſt, quorum participem, mox vbi regnare cœpit, totam ſuam prouinciam facere curauit, vt poſt quadriennium probabimus ex Beda [d].

SIGB. ANGLVS FIT CHRIST. IN FRANCIA.

[d] Lib. 2. c. 15.

ANNVS
CHRISTI 628.
CLOTARII II. R. 45. 16.
DAGOBERTI R. 7. 1.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo, ſiue, vt Fredegarius [a] ſcri- I.
bit, *anno* XLV. *regni ſui Chlotarius moritur, & in ſuburbano Pariſius in Ec-* [a] Cap. 56.
cleſia ſancti Vincentij ſepelitur. Annus regni quadrageſimus-quintus ab obitu CLOTARII
Chilperici patris numeratur, regnauit enim Clotarius annos duntaxar ſexde- REG. OBI-
cim, ex quo Monarchiam Francotum ſuſcepit. *Firmatum eſt*, inquit idem TVS.
Fredegarius [b], *omne regnum Francorum, ſicut à priore Chlotario fuerat dominatum,* [b] Cap. 42.
cunctis theſauris ditioni Chlotarij Iunioris ſubiectis. Quod pòſt XVI. *annos tenuit,*
pacem habens cum vniuerſis gentibus vicinis. Vtrobique Fredegarius annos in-
completos pro completis vſurpat. Clotarius in Neuſtria poſt Chilpericum
patrem regnare cœpit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, Mo-
narchiam Francorum adeptus eſt anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio,
deſiit eſſe in viuis anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-octauo. Regnauit igi-
tur poſt obitum patris annos completos quadraginta tres, duóſque incom-
pletos, quorum altero regnum iniit, amiſit altero. Similiter poſt ſuſceptam
Monarchiam regnauit annos completos quatuordecim duóſque incomple-
tos, quorum altero Monarchiam totius Franciæ ſuſcepit, altero vitam
clauſit.

Apud Aimoinum libro quarto, *Rex Francorum Chlotarius*, XXX. *regni ſui* II.
anno poſtquàm regnare cœperat patre defuncto, Monarchiam regni adeptus prædica- EXAMI-
tur. Deinde eodem libro, vt Codex Seguierianus teſtatur, *anno* XVI. *ſuſce-* NANTVR
ptæ Monarchiæ, paterni autem regni XLIV. *Incarnati verò Verbi* DCXXIIII. *Chlo-* CHRONO-
tarius Rex moritur. Hiſce textibus Aimoinianis inſunt quatuor Characteres LOGICI
Chronologici. De ſingulis agendum diſtinctiùs, ne quis eorum credatur de- CHARA-
prauatus errore librariorum. CTERES AIMOINI.

Primò, Aimoinus ait Clotarium Monarchiam regni adeptum eſſe, XXX. III.
regni ſui anno poſtquàm regnare cœperat patre defuncto. Hic Character nullam
patitur difficultatem, deſumitur enim ex Fredegario, qui de Clotario Mo-
narchiam Franciæ conſecuto ſic ſcribit [c]. *Cùm anno* XXX. *regni ſui, in Bur-* [c] Cap. 43.
gundia & Auſtria regnum arripuiſſet.

Secundò, Aimoinus Clotarium mortuum tradit *anno* XVI. *ſuſceptæ Monar-* IV.
chiæ. Nulla quoque difficultas ſuper hoc Charactere, quia deſcribitur etiam
ex Fredegario [d], apud quem hæc leguntur de Clotario Monarcha conſtitu- [d] Cap. 42.
to. *Firmatum eſt omne regnum Francorum, ſicut à priore Chlotario fuerat domina-*
tum, cunctis theſauris ditioni Chlotarij iunioris ſubiectis. Quod feliciter pòſt XVI.
annos tenuit.

Tertiò, Aimoinus aſſerit Clotarium obiiſſe *anno paterni regni* XLIV. Hic V.
Character & à Fredegario & ab ipſomet Aimoino videtur diſcrepare. A Fre-
degario, quia Fredegarius [e] affirmat Clotarium mortuum eſſe *anno* XLV. *re-* [e] Cap. 56.
gni ſui. Ab Aimoino, quia Aimoinus innixus calculis Fredegarij teſtatur Clo-
tarium Monarchiam regni adeptum eſſe, XXX. *regni ſui anno poſtquàm regna-*
re cœperat patre defuncto, & è viuis ſublatum eſſe *anno* XVI. *ſuſceptæ Monar-*
chiæ, itaut ex vtroque numero exurgat ſumma vel annorum quadraginta ſex
ſi primus annus ſuſceptæ Monarchiæ diſtinguatur ab anno triceſimo paterni
regni, vel annorum quadraginta quinque ſecundùm Fredegarij ſupputario-

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

nem, ſi primus annus ſuſceptæ Monarchiæ cum anno triceſimo paterni regni coincidat. At euaneſcet omnis difficultas, ſi ſemel obſeruaueris Aimoinum non vnâ ſupputandi merhodo ſed duabus ſimul vti, Gregorianâ videlicet & Fredegarianâ. Vſurpat hanc, cùm ſeruat ipſoſmet Fredegarij numeros, aut notat annos Regum qui Burgundiam rexerunt; illam verò, cùm recedit à Fredegarij nomeris, aut numerat annos Regum qui Neuſtriæ præfuerunt. Hoc autem in loco, vbi ſcribit Clotarium mortuum eſſe *anno paterni regni* XLIV. cùm agat de reguo Neuſtraſiano, ſequitur ſtylum Gregorij Turonenſis, qui ſi ſuam Hiſtoriam ad obitum vſque Clotarij perduxiſſet, eundem Clotarium proculdubio mortuum dixiſſet anno poſt Chilperici mortem quadrageſimo-quarto. Ratio diſſidij, quod inter calculos Gregorianum & Fredegarianum intercedit, ex eo proficiſcitur, quòd Gregorius annum quo Rex moritur vltimum illius Regis vocat, & primum ſucceſſoris annum ab initio anni ſequentis auſpicatur, econtrà Fredegarius vnum euudémque annum demortui Regis vltimum primúmque ſucceſſoris conltituit. Gregorius annum Chilperici Regis vltimum cum anno Childeberti Regis nono, primúmque Clotarij Regis anuum cum decimo Childeberti Regis anno comparat, Fredegarius verò primum Clotarij Regis annum anno Childeberti Regis nono, ſecundum anno decimo Childeberti Regis illigat. Hinc fit vt abſque vllo Chronologiæ præiudicio Clotarius apud Aimoinum anno paterni ſiue Neuſtraſiani regni quadrageſimo-quarto, apud Fredegarium quadrageſimo-quinto mortuus perhibeatur.

VI. Quartò, Aimoinos addit Clotarium ex hac vita diſceſſiſſe *anno incarnati Verbi* DCXXIIII. Hic Character occurrit in Codice Seguieriano, deſideratur in vulgatis editionibus, haud alienus eſt ab Aimoino, cuius ætate Franci annos ab Incarnatione Dominica numerare iam conſueuerant, vitio tamen uon caret, Clotarius euim obiit anno incarnati Verbi non DCXXIIII. ſed DCXXVIII. Totam quadriennalis huius diſcrepantiæ rationem paucis accipe. Aimoinus ſub finem libri primi Clodoueum anno Chriſti quingenteſimo ſexto mortuum ſic aſſeruit. *Defunctus eſt autem anno incarnati Verbi* DVI. In errorem ſemel lapſus errare uuſquam deſiit. Clotarium Clodouei filium, qui finem viuendi fecit anno regni quinquageſimo, putauit ex hac vita diſceſſiſſe anuo regni quinquageſimo-primo, Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo. Deinde Chilpericum Clotarij filium anno regni viceſimo tertio, Chriſti quingenteſimo octogeſimo mortuum ſic affirmauit libro tertio. *Defuncto Chilperico, anno regni ſui* XXIII. *Incarnationis autem Dominicæ circiter* DLXXX. *Aurelianenſes*, &c. Et libro quarto, Clorarium Chilperici filium anno regni quadrageſimo-quarto, Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quarto mortuum ſcripſit his verbis. *Anno* XVI. *ſuſceptæ Monarchiæ, paterni autem regni* XLIV. *incarnati verò Verbi* DCXXIIII. *Chlotarius Rex moritur.* Mortem Clodouei collocauit integro quinqueunio citiùs quàm par erat, & quia Clotarij Principatum, quem anno quinquageſimo clauſimus, ad annum vſque quinquageſimum-primum produxit, deinceps quadriennio duntaxat à nobis diſſenſit iu obitu tum eiuſdem Clotarij cùm Chilperici filij ac Clotarij nepotis ſeu iunioris. In Codice Seguieriano anni, qui numerantur ab Incarnatione Dominica, ſupputantur ſtylo Gregoriano. Id conſtat ex ſupradictis, conſtabítque iterum ex dicendis Tomo tertio ad anuum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-quartum.

VII. Reſtat vt oſtendamus Aimoinum vſum eſſe computo Fredegariano in ſupputandis annis Regum qui regnarunt in Burguudia. Libro tertio [a] ſic locutus eſt de Guntchramuo. *Anno* XXXIII. *eiuſdem Regis, ipſe Rex corpore exemptus, terrenum, vt creditur, regnum pro cæleſti commutans, in Eccleſia ſancti Marcelli Cabilonis ſepultus eſt.* Eodem libro [b] ſic de Childeberto. *Anno* IV. *regni Burgundiæ à Childeberto ſuſcepti, idem Rex Childebertus cum vxore propria, ſicut fertur, vi veneni extinguitur.* Et in fine [c] ſic de Theodorico. *Tradunt memorati Scriptores*

[a] Cap. 51.
[b] Cap. 54.
[c] Cap. 100.

cum

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

enim apud præfatam vrbem Mettenſem, *dum contra Chlotarium expeditionem agere meditaretur*, *dyſenteria morbo interiiſſe*, XVIII. *regni ſui anno*. Secutus eſt calculos Fredegarij. Fredegarius enim de Guntchramno ſic ſcripſit in ſuo Chronico [a]. *Anno* XXXIII. *regni Guntchramni*, V. *Kal. April. ipſe Rex moritur.* De Childeberto ſic [b]. *Anno* IV. *poſtquàm Childebertus regnum Guntchramni acceperat*, *defunctus eſt.* De Theodorico ſic [c]. *Anno* XVIII. *regni ſui*, *de Auſtria & Burgundia monere præcepit*, &c. *Ipſo quoque anno iam exercitus contra Chlotarium adgrediebat. Theudericus Mettis profluuio ventris moritur.* En numeri Fredegariani, quos Aimoinus, cùm de Burgundiæ Regibus verba faceret, ex ipſomet Fredegario deſcripſit, hos cum annis Chriſti ſic ex eiuſdem Aimoini ſententia ſtylóque Fredegariano compone. Guntchramnus regnum ſuſcepit anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, vitámque clauſit anno regni triceſimo-tertio, Chriſti quingenteſimo vndenonageſimo. Childebertus in Burgundiæ regnum ſucceſſit anno Chriſti quingenteſimo vndenonageſimo, deſiitque in viuis eſſe anno regni Burgundici quarto, Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſecundo. Theodoricus anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſecundo regnare cœpit, obiítque anno regni duodeuiceſimo, Chriſti ſexcenteſimo-nono. Clotarius anno paterni regni triceſimo, Chriſti ſexcenteſimo nono, Franciæ Monarchiam adeptus eſt, & ex hac vita diſceſſit anno ſuſceptæ Monarchiæ decimo-ſexto, Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quarto. Cur Aimoinus in obitu Clotarij, cuius mortem in annum Chriſti ſexcenteſimum duodetriceſimum diſtulimus, à nobis integro quadriennio diſſideat, expoſuimus ſuprà. Hîc autem probare tantùm contendimus eum in ſupputandis annis Regum, qui Burgundiam obtinuerunt, vſum eſſe methodo Fredegarianâ, quæ tot annis à Gregoriana diſcrepat, quot Reges Burgundiæ numerantur.

[a] Cap. 14.
[b] Cap. 16.
[c] Capp. 38.39.

VIII. Dices Aimoinum in eadem nobiſcum ſententia verſari, ſi ſtylum Gregorianum ſecutus dicatur in computandis annis Regum quibus Burgundia paruit. Stylo enim Gregoriano apud Aimoinum mors Guntchramni reiicietur in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum; mors Childeberti, in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quartum; mors Theodorici, in annum Chriſti ſexcenteſimum duodecimum; mors Clotarij, in annum Chriſti ſexcenteſimum duodetriceſimum.

IX. At methodus ſupputandi Gregoriana, in numerandis annis Regum, qui Burgundiam poſſederunt, aptari non poteſt Aimoino. Id conſtat ex ſupradictis, ac præſertim ex eo quòd apud Aimoinum annus, quo Theodoricus obiit, triceſimus dicitur Clotarij, nam ſtylo Gregoriano Theodoricus in Aimoini ſententia mortuus eſt anno Chriſti ſexcenteſimo duodecimo, & annus Clotarij triceſimus cum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo componitur. Hæc de Characteribus Chronologicis Aimoini. Redeamus ad Clotarium.

X. LAVS CLOTARII R.

Non mediocri laudi cedit huic Regi, quod Monarchiam Francorum adeptus per annos ſexdecim regnauerit *pacem habens cum vniuerſis gentibus vicinis*, vt Fredegarius [d] teſtatur. Atque inde ridicula fiunt, quæ fabulator anonymus de bello Saxonico contra Bertoaldum Ducem & de Clotarij crudelitate ſcripſit in Geſtis Regum Francorum capite quadrageſimo-ptimo, vnde Auctor Geſtorum Dagobertinorum, Aimoinus [e], Sigebertus [f], aliíque recentiores idem deprompſerunt commentum, quod non Fredegarij modò & aliorum grauiſſimorum Auctorum ſilentio, ſed relatione rei rem ipſam deſtruente facilè refellitur, vt pluribus oſtendit Hadrianus Valeſius, quem [g] conſule. Pergit Fredegarius, & in laudes Clotarij ſic excurrit. *Iſte Chlotarius fuit patientia deditus*, *litteris eruditus*, *timens Deum*, *Eccleſiarum & Sacerdotum magnus munerator*, *pauperibus eleemoſynam tribuens*, *benignum ſe omnibus & pietate plenum oſtendens.* Deinde res duas ſubiungit, ob quas idem Rex in vituperium apud ſuos deuenit. *Venatione ferarum*, inquit, *nimiùm aſſiduè vtens*, *& poſtremùm mulierum & puellarum ſuggeſtionibus nimiùm annuens. Ob hoc quidem blaſphematus à Leudibus.* Clotarius ex hac vita diſceſſit anno ætatis quadrageſimo-quinto,

[d] Cap. 42.
[e] Lib 4. c. 18.
[f] Ad ann. 630.
[g] Lib. 18.

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. R. 7.

parum enim abfuit quin naſceretur poſthumus, in Geſtis [a] Regum Francorum perperam dicitur *ſenex & plenus dierum.* Laudatur à Boiis, quòd in Boicis legibus condendis emendandíſque tertius operam impenderit, vt ex prologo Dagoberti conſtat, nouas etiam leges Sueuis tulit, quas Auentinus [b] à ſe lectas teſtatur, vel potiùs vt Tomo III. patebit, legem Sueuorum ſiue Alamannorum & Baiuuariorum, cuius emendationem Childebertus inchoarat, perfectè tandem emendauit. Dictus fuit Iunior, vt ab auo Clotario Primo, cui cognomen fuit Senioris, diſtingueretur, ita ſcribit Aimoinus [c]. Dictus fuit & Magnus vt Auctor de Geſtis Dagoberti Regis affirmat [d]. Ter vxorem duxit.

VXORES ET LIBRI.

Ex Haldetrude ſuſcepit Merouеum qui puer occubuit, Dagobertum de quo plura inferiùs, & Emmam quæ nupſit Eadbaldo Regi Cantuariorum. Ex Bertetrude ſuſcepit Chariberrum qui patri ſuperſtes vixit, itémque filium qui puer obiit anno Chriſti ſexcenteſimo duodeuiceſimo, necnon Enymiam quæ Deo virginitatem vouit. Nullam verò prolem reliquit ex Sichilde, quam, vt Fredegarius [e] teſtatur, habuit pro mœcha, Boſonem enim Audoleni filium de pago Stampenſi iuſſit ab Arneberto Duce interfici, *reputans ei ſtuprum cum Regina Sichilde.*

XI.

ENYMIA ABBATISSA SOROR DAGOBERTI REG.

Sauſſaius pridie Nonas Octobris, cùm in Martyrologio Gallicano, tum in eiuſdem Martyrologij ſupplemento, Sanctam Enymiam virginem commendat; breuiùs quidem in Martyrologio, vbi *filiam Clothary Magni ſororémque Dagoberti Regis* vocat, fuſiùs autem in ſupplemento vbi hæc leguntur. *In agro Gabalitano glorioſa migratio ſanctæ Enymiæ virginis regiæ, quæ dum ad terrenas nuptias vrgeretur, impetratâ à Domino leprâ ob virginitatis cuſtodiam, ab Angelo monita Burleum fontem adiit, vbi ſanata eſt. At cùm iterum impeteretur virginalis eius conſtantia, vſque tertiò ſimili tabe percuſſa, annitente Dagoberto fratre Rege, duplici Monaſterio ad montes Tarni fluuio imminentes, quò perfugerat, ædificato, à beato Iſero Epiſcopo, virginum Abbatiſſa, ſolemni ritu conſecrata eſt, ac virtutibus pollens, Angelorum, quibus ſemper eſt amica virginitas, frequenti honorata obſequio, morte in conſpectu Domini pretioſâ, cæleſtis regni gaudia comparauit.*

EPISCOPI GABALITANI.

Iſerus Epiſcopus fuit Gabalitanus, cuius memoria celebris eſt in catalogo Sanctorum, quos Mimatenſis Eccleſia peculiariter hodie veneratur. Colitur pridie Nonas Octobres & Kalendis Decembribus, quorum dierum vnus eſt depoſitionis, alter translationis, vt Auctor Martyrologij Gallicani iam obſeruauit [f]. De tempore, quo ſedit, nulla debet eſſe controuerſia, ſoror enim Dagoberti Regis ab eo Abbatiſſa ſolemni ritu conſecrata eſt. In Epiſcopatum Gabalitanum ſucceſſit Agricolæ, qui, teſte Flodoardo [g], Concilio Remenſi ſubſcripſit, anno Dominicæ Incarnationis, vt probauimus, ſexcenteſimo viceſimo-quinto. Sammarthani Synodum Remenſem eum Agricolæ Præſulatu reiiciunt in annum Chriſti ſexcenteſimum-triceſimum, & Iſerum Agricolæ præponunt in nomenclatura Mimatenſium Epiſcoporum ad annum Chriſti circiter ſexcenteſimum-viceſimum, ſed aliam ſtatuimus epocham Concilij Remenſis, & anno Chriſti ſexcenteſimo-viceſimo Dagobertus Auſtraſianum regnum à Clotario patre nondum acceperat. Errant quoque Robertus [h] & Sauſſaius [i], cùm Iſerum Innocentio Præſuli ſufficiunt. Ab hoc lapſu ſapienter cauerunt Sammarthani, Sedique Rutenenſi ſuum reſtituerunt Innocentium, quem Robertus non infulis tantùm Rutenenſibus vt par erat, ſed etiam Gabalitanis perperam redimiuit. Sauſſaius eundem Innocentium *indignæ commemorationis Præſulem* dixit, quia falsò putauit locutum de illo Gregorium Turonenſem, libro ſexto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, vulgato capite triceſimo-ſeptimo, quod inſititium eſt & deſideratur in antiquis Codicibus, vt multis argumentis ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quartum [k] probauimus. Poſt Euanthium, qui ſuâ ſubſcriptione Synodum Aurelianenſem Quartam anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-primo communiuit, Eccleſiam Gabalitanam rexerunt hi tres Epiſcopi, Parthenius, Agricola, Iſerus. Parthenij meminimus ad annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſepti-

[a] Cap. 42.
[b] Lib. 3.
[c] Lib. 4. c. 36.
[d] Cap. 15.
[e] Cap. 54.
[f] d. 2. Dec.
[g] Lib. 2. c. 5.
[h] In Gall. Chriſt.
[i] d. 1. Dec.
[k] Num. 5.

AN. CH. 628.
CLOTAR. II. R. 45.
DAGOB. R. 7.
XII.

mum [a] ex Gregorio Turonenſi [b]. Agricolam laudauimus ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-quintum [c], quia Concilio Remenſi tunc ſubſcripſit teſte Flodoardo [d]. Iſerus Pontificatum geſſit Dagoberto Rege. Succeſſorum geſta nomináque ad ætatem vſque Ludouici Pij penitus interierunt.

Si Theodorici Secundi filios excipias, è quibus vnum Sigibertum, qui natu maximus erat, proauia Brunichildis Regem conſtituere conata eſt, hactenus Regum Francorum filij, quotquot extiterunt, paternum regnum ſuſcepetunt inter ſe diuiſuri ducto à Clodouei filiis exemplo, neque aliter ſentiendum eſt de Clodomeris filiis, ipſius Clodouei nepotibus, nam quamdiu vixerunt patris regno potiti ſunt, illúdque proculdubio diuiſiſſent inter ſe, ſi deſiiſſent eſſe ſub auiæ Clotildis tutela, ætatémque adminiſtrandis ditionibus idoneam aliquando attigiſſent. Quapropter conſilium Clotarij Secundi non fuit, vt Dagobertus filios natu maior, quem toti fermè Auſtriæ ab aliquot annis præfecerat, vniuerſam Franciam obtineret ſe mortuo, ſed graui morbo, vt opinamur, repentè oppreſſus, de Neuſtria, de Burgondia, déque nonnullis Auſtriæ prouinciis, quas vltra Ligerim ac Rhodanum ſibi reſeruarat, nihil ſtatuere potuit in gratiam Chariberti filij natu minoris. Atque vt ita ſentiamus, multæ res nos impellunt. Dagobertus patrem ægrotantem non inuiſit, huic autem pietatis officio non defuiſſet, ſi Clotarius diuturno laboraſſet morbo. Deinde Clotarius, qui Bertetrudem Reginam, vt Fredegarius [e] loquitur, *vnico amore dilexerat*, Charibertum ex ea natum non minùs amabat quàm Dagobertum quem ex alia coniuge ſuſceperat. Imò grauis illa contentio, quæ teſte Fredegario [f] ante triennium inter Clotarium & Dagobertum Reges exorta fuerat, vt Dagobertum minùs gratum, ita Charibertum Clotario patri fecerat gratiorem. Dagobertus autem ſtatim ac de patris morte certior factus eſt, cum Auſtraſiorum exercitu Remos acceſſit, paulò pòſt Burgundiæ Neuſtriæque primarias vrbes adiit Cabilonem & Pariſios, nullóque negotio cunctas Clotarij ditiones in ſuam poteſtatem redegit. Eius iter deſcribit Fredegarius, & quo ſuſceptum ſit anno declarat [g] his verbis, *cùm iam anno* VII. *regnaret*, id eſt, cùm ſui in Auſtria regni, quod anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo inchoarat, ſeptimum annum ageret, eóque calculo hic annus, qui numeratur Incarnationis Dominicæ ſexcenteſimus duodetriceſimus, haberi debet ſeptimus Dagoberti regnantis in Auſtria, & primus eiuſdem Regis Neuſtriam ac Burgundiam adepti mortuo patre. Sententiam noſtram egregiè confirmat Hermannus ab Henrico Caniſio vulgatus, qui Dagobertum ſuperſtite Clotario patre ſex annis Auſtriæ ſoli præfuiſſe, poſt obitum verò patris in reliqua Francia decem annis imperaſſe tradit. Abhinc Dagoberti Regis annos duobus diſtinctis Characteribus conſignabimus, quorum prior ab initio regni Auſtraſiani, poſterior à Clotarij morte deſumetur. Errant neoterici ferè omnes, dum annos ſexdecim quibus Dagoberti Principatum Fredegarius [h] circumſcribit, ab obitu Clotarij patris auſpicantur. Aduersùs huiuſmodi Scriptores, qui mentem Fredegarij non capiunt, Hadrianus Valeſius [i] duobus vtitur argumentis, alterum petit ab Hermanno ſuprà laudato, alterum elicit ex ipſis Fredegarij verbis quæ commodè detorqueri non poſſunt in ſenſum quem aduerſarij tribuunt, cùm enim Francorum Reges noua regna iure hæreditario aut etiam armis quæſita quamprimùm obire atque ordinare conſueuiſſent, quis credat Dagobertum in Neuſtriæ Burgundiæque regna, quæ ſtatim ab obitu patris obtinuit, non profectum fuiſſe ante annum abhinc ſeptimum? túmque Fredegarius ab anno Guntchramni Regis viceſimo-tertio ad annum vſque Clodouei Iunioris quartum res non in Francia modò ſed & in aliis regnis præclarè geſtas per annos digeſſerit, vixque ſemel atque iterum vnum aut alterum annum ob materiam minùs vberem prætererit, quis credat totis ſex annis, qui mortem Clotarij proximè ſecuti ſunt, nihil prorſus in orbe contigiſſe, quod in literas referendum videretur? Antiqui Scriptores alia paſſim ſuppeditabunt argu-

[a] Num. 2.
[b] Lib. 4. c. 34.
[c] Num. 50.
[d] Lib. 2. c. 5.
[e] Cap. 46.
[f] Cap. 53.
[g] Cap. 58.
CHRONOLOGIA CONFIRMATVR.
[h] Cap. 79.
[i] Lib. 19.

AN. CH. 628.
Clotar. II. R. 45.
Dagob. R. 7.

menta, quæ noluimus in hunc locum congerere, ne ſæpiùs eadem repetere cogeremur. Illa, vt occurrent, ſuis locis exponemus. Quomodo poſt patris mortem ſe geſſerit Dagobertus, audi ex Fredegario [a].

XIII. Avdita patris morte

Dagobertus cernens genitorem ſuum fuiſſe defunctum, vniuerſis Leudibus, quos regebat in Auſter, iubet cum exercitu promouere. Miſſos in Burgundiam & Neuſter (Auſter perperam eſt in vulgaris exemplaribus) *direxit, vt ſuum deberent regimen elegere.* Cur *Neuſter* non *Auſter* hoc loco legi debeat, ratio ex eo patet quòd Dagobertus Auſtriæ iam præerat, eique allaborandum erat vt ceteras gentes, quas pater ad mortem vſque rexerat, purà Neuſtraſios ac Burgundiones ſibi conciliaret. Fredegarium errore Librariorum corruptum fuiſſe docent Anonymus [b] in Geſtis Dagoberti Regis, & Aimoinus [c]. Sic enim Anonymus. *Dagobertus audiens genitorem ſuum defunctum, vniuerſis Principibus, quibus imperabat in Auſtria, iubet exercitum promouere, miſſóſque in Burgundiam & Neuſtriam dirigit, vt regni ei regimen indubitanter deberent ſtatuere.* Et Aimoinus. *Dagobertus lectos è regno Auſtraſiorum, quos fidentiores repperit, in Neuſtriam & Burgundiam dirigit, vt Ducum ſiue Pontificum ipſarum gentium ſibi gratiam ſociarent.*

[a] Capp. 56. 57.
[b] Cap. 15.
[c] Lib. 4. c. 17.

Dagobertvs Remos accedit,

Dagobertus Remos cum Optimatibus Auſtriæ atque exercitu acceſſit, vt Burgundiæ Neuſtriæque finibus vicinior fieret. Non deſunt qui Remis Sueſſionas profectum ſcribant. Error manauit ex Fredegario iterum deprauato. Vetus editio ſic habet. *Cúmque Remos veniſſet, Sueſſionas peraccedens, omnes Pontifices & Leudes de regno Burgundia inibi ſe tradidiſſe noſcuntur.* Ducheſniana ſic. *Cúmque Remis veniſſet, per ſuggeſtiones accedens, omnes Pontifices & Leudi de regno Burgundia inibi ſe tradidiſſe noſcuntur.* Neutram probamus, quia Fredegarij ſenſum atque ipſa penè verba in Geſtis Dagoberti ſic deſcribit Anonymus [d]. *Cumque Remis perueniſſet, ſuggeſtio peraccedens, omnes Pontifices & Duces de regno Burgundiæ inibi ſe tradidiſſe noſcuntur.* Vnde colligimus Fredegarium ita reſtituendum eſſe. *Cúmque Remis veniſſet, ſuggeſtio peraccedens, omnes Pontifices & Leudi de regno Burgundia inibi ſe tradidiſſe noſcuntur.* Quo in textu *Remis* eſt indeclinabile, & *ſuggeſtio peraccedens* ponitur vice ablatiui abſoluti. His autem ita notatis, talis eſt ſenſus. Cùm Dagobertus Remos veniſſet, ſuggeſtione ſeu nuncio aduentûs præuolante omnes Epiſcopi & Optimates Burgundiæ ad eandem ciuitatem pertexerunt. De Neuſtraſiis ita ſubiungit Fredegarius. *Sed & Neuſtraſiæ Pontificum & Procerum plurima pars regnum Dagoberti viſi ſunt expetiſſe.* In Burgundia & Neuſtria timendus videbatur vnus Chatibertus de quo ſic idem Author. *Charibertus frater ſuus nitebatur, ſi potuiſſet regnum adſumere, ſed eius voluntas pro ſimplicitate parum ſortitur effectum. Brunulfus vellens nepotem ſtabilire in regnum, aduersùs Dagobertum muſcipulare cœperat. Sed huius rei viciſſitudinem probauit euentus. Cumque regnum Chlotary tam Neptrici quàm Burgundia à Dagoberto fuiſſet præoccupatum, captis theſauris & ſua ditioni redactis, tandem miſericordiâ motus, conſilio ſapientum vſus, citra Ligerem & limitem Spania, qui ponitur partibus Waſconia, ſeu & montes Pyrenæos, pagos & ciuitates fratri ſuo Chariberto ad tranſagendum, quod ad inſtar priuato habitu ei viuendum potuiſſet ſufficere, noſcitur conceſſiſſe*, ſed hæc poſteà vt ſuo loco dicturi ſumus.

[d] Cap. 15.

XIV. Dagobertus Remis in Burgundiam atque inde in Neuſtriam profectus eſt. Cur ex Auſtria in Burgundiam priùs contenderit quàm in Neuſtriam, ratio peti poteſt ex potentia quâ Brunulfus Chariberti auunculus apud Burgundiones pollere credebatur. Lingonas adiit, tum Diuionem, Laronam, Cabilonem, Auguſtodunum, Altiſſiodorum, Senonas, ac Pariſios, vbi ſedem regiam fixit. Eius iter ita deſcribitur à Fredegario [e]. *Dagobertus cùm iam anno VII. regnaret, maximam partem regni patris (vt ſuprà memini) aſſumpſit, Burgundias ingreditur. Tanto timore Pontifices & Proceres in regno Burgundiæ conſiſtentes, ſeu & ceteros Leudes aduentus Dagoberti concuſſerat, vt à cunctis eſſet mirandus. Pauperibus iuſtitiam habentibus gaudium vehementer inrogauerat. Cúmque Lingonas ciuitatem veniſſet, tantam in vniuerſis Leudibus ſuis tam ſublimibus quàm pauperibus iudicabat iuſtitiam, vt crederetur omnino fuiſſe Deo placi-*

[e] Cap. 58.
Proficiscitvr in Bvrgvnd.

AN. CH. 628.
CLOTAR. II. R. 45.
DAGOB. R. 7.

bile, vbi nullum intercedebat præmium, nec perſonarum acceptio, niſi ſola dominabotur iuſtitia, quam diligit Altißimus. Deinde adgreſſus Dinionem, imóque & Latonâ reſedens aliquantis diebus, tantam intentionem ad vniuerſum regni ſui populum iuſtitiâ iudicandum poſuerat. Huius benignitatis deſiderio plenus, nec ſomnum capiebat oculis, nec cibo ſatiabatur, intentißimè cogitans vt omnes cum iuſtitia recepta de conſpectu ſuo læti redirent. Diuionem euuti iter fuit prope Monaſterium * Beſuenſe, quapropter Fredegarianæ narrationi hæc donatio, quâ Dagobertus Rex prædictum Cœnobium dotauit, inſeritur ab eiuſdem Abbatiæ Chronographo. *Dagobertus audiens bonam famam Waldaleni Abbatis, qui tunc præerat huic ſacro Monaſterio, donationem fecit per manum ipſius Deo & Eccleſiæ Beſuenſi, de villa quæ dicitur Artaſia, cum terris & appenditiis ſuis, quæ villa ſita eſt in fine Campolimicenſi. Dedit etiam villam, quæ Monaſteriolus vocatur, nec longè à ſupradicta Artaſia & in eoſdem fines.* Subdit autem Fredegarius. *Eodem die, quo de Latono* (hodie Laona eſt Eccleſiâ ſancti * Ioannis ac cognomine illuſtris) *ad Cabillonum deliberarat properare, prinſquàm luceſceret balneum ingrediens, Brunulfum auunculum fratris Chariberti interficere iuſſit, qui ab Amalgario & Arneberto Ducibus & Willibado Patricio interfectus eſt.* Erant hi tres in Burgundia potentiſſimi. Amalgarius Dux erat in Burgundia cis Iuram, duo inſignia Monaſteria in ſuo Ducatu condiderat, Beſuenſe virorum inter Ararim & Tilam fluuios in Epiſcopatu Lingonenſi, & Dornatiacum puellarum prope Veſuntionem ad Dubim amnem, Beſuenſi Cœnobio multas villas his circiter temporibus contulit, vt ex eiuſdem Monaſterij Chronico conſtat, in quo donationi Dagoberti Regis ſuprà recenſitæ hæc Amalgarij Ducis proximè ſubiungitur. *Creſcente huius loci religione, Amolgarius Dux huius ſancti Monaſtery fundator, terras quas acceperat ab ipſo Dagoberto Rege in beneficium, contulit huic Eccleſiæ, villam ſcilicet Alteriacum cum adiacentiis ſuis, villam quæ dicitur Boenſis cum omnibus appenditiis ſuis, omnia dedit ad integrum cum conſenſu & Præcepto ipſius Dagoberti Regis. Item dedit villam Gineeniacum, & villam Talamarum, cum omnibus vbique ad ea pertinentibus.* Arnebertus Dux erat in eadem Burgundia, duxerátque in vxorem filiam Warnacharij olim Maioriſdomûs in regno Burgundiæ ſub Clotario Rege, vt Fredegarius [a] ſcribit. Patricij titulus, qui vigebat in Burgundia tribuitútque Willibado, palam docet eum maximæ auctoritatis virum in illa Prouincia fuiſſe. Reliquum iter Dagoberti præcitatus Author ita proſequitur. *Cùm Cabillonnum iuſtitiæ amore, quam cœperat, perficiendæ Dagobertus intentione dirigit, pòſt per Auguſtidunum, Auteſioderum pergens, per ciuitatem Senonas Pariſius venit, ibique Gomadrudem Reginam in Romiliaco villa, vbi ipſam in matrimonium acceperat, relinquens eò quòd eſſet ſterilis, cum conſilio Francorum Nanthildem vnam ex puellis de Monaſterio in matrimonium accipiens, Reginam ſublimauit.* Anteà ſcripſerat [b] nuptias Gomadrudis celebratas eſſe Clippiaci, vnde coniicimus Romiliacum villam fuiſſe Clippiaco vicinam in agro Pariſienſi. Vtrùm Nanthildis, priuſquàm nuberet, Monacha fuerit, an vna è miniſtris Reginæ Gomadrudis, hodie in dubio eſt, quoniam apud Fredegarium non *de Monaſterio* vt excuſi Codices habent, ſed *de miniſterio* legendum videtur, vt habent manuſcriptus Fredegarius Iacobi Sirmundi, aliique Scriptores non pauci, qui Fredegarium exſcribere conſueuerunt. Anonymus, qui Geſta Dagoberti Regis ſcripſit, Nanthildem *ſpecioſiſſimi decoris puellam vocat* [c], ſed vtrùm in Monaſterio priùs vixerit, an in miniſterio fuerit Reginæ Gomadrudis, haud prodit, *Gomodrudem*, inquit, *Reginam Romiliaco villâ, eò quòd eſſet ſterilis, cum conſilio Francorum relinquens, Nanthildem quandam ſpecioſiſſimi decoris puellam in matrimonium accipiens, Reginam ſublimauit.* Aimoinus [d] lapſus in Fredegarij textum, qualem ſuprà recitauimus Nantildem, *à Monaſterio raptam* aſſeruit. At in manuſcripto Fredegario, qui fuit Iacobi Sirmundi, textus præcitatus ita legitur. *Pariſius venit, ibique Gomatrudem Reginam Romiliaco villâ, vbi ipſam matrimonium acceperat, relinquens eò quòd eſſet ſterilis cum conſilio Francorum*

* *Baize.*
COENOBIO BESVENSI DVAS DAT VILLAS.
* *S. Iean de Lône.*
[a] Cap. 54.
VENIT IN NEVSTR.
REPVDIATA GOMATRVDE,
[b] Cap. 51.
DVCIT NANTHILDEM.
[c] Cap. 22.
[d] Lib. 4. c. 29.

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

menta, quæ noluimus in hunc locum congerere, ne ſæpiùs eadem repetere cogeremur. Illa, vt occurrent, ſuis locis exponemus. Quomodo poſt patris mortem ſe geſſerit Dagobertus, audi ex Fredegario [a].

Dagobertus cernens genitorem ſuum fuiſſe defunctum, vniuerſis Leudibus, quos regebat in Auſter, iubet cum exercitu promouere. Miſſos in Burgundiam & Neuſter (Auſter perperam eſt in vulgatis exemplaribus) *direxit, vt ſuum deberent regimen elegere.* Cur *Neuſter* non *Auſter* hoc loco legi debeat, ratio ex eo paret

[a] Capp. 56. 57.

XIII. AVDITA PATRIS MORTE

quòd Dagobertus Auſtriæ iam præerat, eique allaborandum erat vt ceteras gentes, quas pater ad mortem vſque rexerat, putà Neuſtraſios ac Burgundiones ſibi conciliaret. Fredegarium errore Librariorum corruptum fuiſſe docent Anonymus [b] in Geſtis Dagoberti Regis, & Aimoinus [c]. Sic enim Anonymus. *Dagobertus audiens genitorem ſuum defunctum, vniuerſis Principibus, quibus imperabat in Auſtria, iubet exercitum promouere, miſſóſque in Burgundiam & Neuſtriom dirigit, vt regni ei regimen indubitanter deberent ſtatuere.* Et Aimoinus. *Dagobertus lectos è regno Auſtraſiorum, quos fidentiores repperit, in Neuſtriam & Burgundiam dirigit, vt Ducum ſiue Pontificum ipſarum gentium ſibi gratiam ſociarent.*

[b] Cap. 15.
[c] Lib. 4. c. 17.

DAGOBERTVS REMOS ACCEDIT,

Dagobertus Remos cum Optimatibus Auſtriæ atque exercitu acceſſit, vt Burgundiæ Neuſtriæque finibus vicinior fieret. Non deſunt qui Remis Sueſſionas profectum ſcribant. Error manauit ex Fredegario iterum deprauato. Vetus editio ſic habet. *Cúmque Remos veniſſet, Sueſſionas peraccedens, omnes Pontifices & Leudes de regno Burgundia inibi ſe tradidiſſe noſcuntur.* Duchеſniana ſic. *Cúmque Remis veniſſet, per ſuggeſtiones accedens, omnes Pontifices & Leudi de regno Burgundiæ inibi ſe tradidiſſe noſcuntur.* Neutram probamus, quia Fredegarij ſenſum atque ipſa penè verba in Geſtis Dagoberti ſic deſcribit Anonymus [d]. *Cumque Remis perueniſſet, ſuggeſtio peraccedens, omnes Pontifices & Duces de regno Burgundiæ inibi ſe tradidiſſe noſcuntur.* Vnde colligimus Fredegarium ita reſtituendum eſſe. *Cúmque Remis veniſſet, ſuggeſtio peraccedens, omnes Pontifices & Leudi de regno Burgundiæ inibi ſe tradidiſſe noſcuntur.* Quo in textu *Remis* eſt indeclinabile, & *ſuggeſtio peraccedens* ponitur vice ablatiui abſoluti. His autem ita notatis, talis eſt ſenſus. Cùm Dagobertus Remos veniſſet, ſuggeſtione ſeu nuncio aduentûs præuolante omnes Epiſcopi & Optimates Burgundiæ ad eandem ciuitatem pertexerunt. De Neuſtraſiis ita ſubiungit Fredegarius. *Sed & Neuſtraſiæ Pontificum & Procerum plurima pars regnum Dagoberti viſi ſunt expetiſſe.* In Burgundia & Neuſtria timendus videbatur vnus Charibertus de quo ſic idem Author. *Charibertus frater ſuus nitebatur, ſi potuiſſet regnum adſumere, ſed eius voluntas pro ſimplicitate parum ſortitur effectum. Brunulfus vellens nepotem ſtabilire in regnum, aduersùs Dagobertum muſcipulare cœperat. Sed huius rei viciſſitudinem probauit euentus. Cùmque regnum Chlotarij tam Neptrici quàm Burgundia à Dagoberto fuiſſet praoccupatum, captis theſauris & ſua ditioni redactis, tandem miſericordiâ motus, conſilio ſapientum vſus, citra Ligerem & limitem Spania, qui ponitur partibus Waſconia, ſeu & montes Pyreuæos, pagos & ciuitates fratri ſuo Chariberto ad tranſagendum, quod ad inſtar priuato habitu ei viuendum potuiſſet ſufficere, noſcitur conceſſiſſe*, ſed hæc poſteà vt ſuo loco dicturi ſumus.

[d] Cap. 15.

XIV. Dagobertus Remis in Burgundiam atque inde in Neuſtriam profectus eſt. Cur ex Auſtria in Burgundiam priùs contenderit quàm in Neuſtriam, ratio peti poteſt ex potentia quâ Brunulfus Chariberti auunculus apud Burgundiones pollere credebatur. Lingonas adiit, tum Diuionem, Latonam, Cabilonem, Auguſtodunum, Altiſſiodorum, Senonas, ac Pariſios, vbi ſedem regiam fixit. Eius iter ita deſcribitur à Fredegario [e]. *Dagobertus cùm iam anno VII. regnaret, maximam partem regni patris (vt ſuprà memini) aſſumpſit, Burgundias ingreditur. Tanto timore Pontifices & Proceres in regno Burgundia conſiſtentes, ſeu & ceteros Leudes aduentus Dagoberti concuſſerat, vt à cunctis eſſet mirandus. Pauperibus iuſtitiam habentibus gaudium vehementer inrogauerat. Cúmque Lingonas ciuitatem veniſſet, tantam in vniuerſis Leudibus ſuis tam ſublimibus quàm pauperibus iudicabat iuſtitiam, vt crederetur omnino fuiſſe Deo placi-*

[e] Cap. 58.

PROFICISCITVR IN BVRGVND.

AN. CH. 628.
CLOTAR. II. R. 45.
DAGOB. R. 7.

bile, vbi nullum intercedebat præmium, nec perſonarum acceptio, niſi ſola dominabatur iuſtitia, quam diligit Altiſſimus. Deinde adgreſſus Dinionem, imóque & Latonâ reſedens aliquantis diebus, tantam intentionem ad vniuerſum regni ſui populum iuſtitiâ iudicandum poſuerat. Huius benignitatis deſiderio plenus, nec ſomnum capiebat oculis, nec cibo ſatiabatur, intentiſſimè cogitans vt omnes cum iuſtitia recepta de conſpectu ſuo læti redirent. Diuionem eunti iter fuit prope Monaſterium * Beſuenſe, quapropter Fredegarianæ narrationi hæc donatio, quâ Dagobertus Rex prædictum Cœnobium dotauit, inſeritur ab eiuſdem Abbatiæ Chronographo. *Dagobertus audiens bonam famam Waldaleni Abbatis, qui tunc præerat huic ſacro Monaſterio, donationem fecit per manum ipſius Deo & Eccleſiæ Beſuenſi, de villa quæ dicitur Artaſia, cum terris & appenditiis ſuis, quæ villa ſita eſt in fine Campolimicenſi. Dedit etiam villam, quæ Monaſteriolus vocatur, nec longè à ſupradicta Artaſia & in eoſdem fines.* Subdit autem Fredegarius. *Eodem die, quo de Latona* (hodie Laona eſt Eccleſiâ ſancti * Ioannis ac cognomine illuſtris) *ad Cabillonum deliberarat properare, prinſquàm luceſceret balneum ingrediens, Brunulfum auunculum fratris Chariberti interficere iuſſit, qui ab Amalgario & Arneberto Ducibus & Willibado Patricio interfectus eſt.* Erant hi tres in Burgundia potentiſſimi. Amalgarius Dux erat in Burgundia cis Iuram, duo inſignia Monaſteria in ſuo Ducatu condiderat, Beſuenſe virorum inter Ararim & Tilam fluuios in Epiſcopatu Lingonenſi, & Dornatiacum puellarum prope Veſuntionem ad Dubim amnem, Beſuenſi Cœnobio multas villas his circiter temporibus contulit, vt ex eiuſdem Monaſterij Chronico conſtat, in quo donationi Dagoberti Regis ſuprà recenſitæ hæc Amalgarij Ducis proximè ſubiungitur. *Creſcente huius loci religione, Amalgarius Dux huius ſancti Monaſtery fundator, terras quas acceperat ab ipſo Dagoberto Rege in beneficium, contulit huic Eccleſiæ, villam ſcilicet Alteriacum cum adiacentiis ſuis, villam quæ dicitur Boenſis cum omnibus appenditiis ſuis, omnia dedit ad integrum cum conſenſu & Præcepto ipſius Dagoberti Regis. Item dedit villam Ginceniacum, & villam Talamarum, cum omnibus vbique ad ea pertinentibus.* Arnebertus Dux erat in eadem Burgundia, duxerátque in vxorem filiam Warnacharij olim Maioriſdomûs in regno Burgundiæ ſub Clotario Rege, vt Fredegarius [a] ſcribit. Patricij titulus, qui vigebat in Burgundia tribuitúrque Willibado, palam docet eum maximæ auctoritatis virum in illa Prouincia fuiſſe. Reliquum iter Dagoberti præcitatus Author ita proſequitur. *Cùm Cabillonum iuſtitia amore, quam cœperat, perficienda Dagobertus intentione dirigit, pòſt per Auguſtidunum, Anteſioderum pergens, per ciuitatem Senonas Pariſius venit, ibíque Gomadrudem Reginam in Romiliaco villa, vbi ipſam in matrimonium acceperat, relinquens eò quòd eſſet ſterilis, cum conſilio Francorum Nanthildem vnam ex puellis de Monaſterio in matrimonium accipiens, Reginam ſublimauit.* Anteà ſcripſerat [b] nuptias Gomadrudis celebratas eſſe Clippiaci, vnde coniicimus Romiliacum villam fuiſſe Clippiaco vicinam in agro Pariſienſi. Vtrùm Nanthildis, priuſquàm nuberet, Monacha fuerit, an vna è miniſtris Reginæ Gomadrudis, hodie in dubio eſt, quoniam apud Fredegarium non *de Monaſterio* vt excuſi Codices habent, ſed *de miniſterio* legendum videtur, vt habent manuſcriptus Fredegarius Iacobi Sirmundi, aliique Scriptores non pauci, qui Fredegarium exſcribere conſueuerunt. Anonymus, qui Geſta Dagoberti Regis ſcripſit, Nanthildem *ſpecioſiſſimi decoris puellam vocat* [c], ſed vtrùm in Monaſterio priùs vixerit, an in miniſterio fuerit Reginæ Gomadrudis, haud prodit, *Gomadrudem*, inquit, *Reginam Romiliaco villâ, eò quòd eſſet ſterilis, cum conſilio Francorum relinquens, Nanthildem quandam ſpecioſiſſimi decoris puellam in matrimonium accipiens, Reginam ſublimauit.* Aimoinus [d] lapſus in Fredegarij textum, qualem ſuprà recitauimus Nantildem, *à Monaſterio raptam* aſſeruit. At in manuſcripto Fredegario, qui fuit Iacobi Sirmundi, textus præcitatus ita legitur. *Pariſius venit, ibíque Gomatrudem Reginam Romiliaco villâ, vbi ipſam matrimonium acceperat, relinquens eò quòd eſſet ſterilis cum conſilio Francorum*

* Baize.
COENOBIO BESVENSI DVAS DAT VILLAS.
* S. Iean de Lône.
[a] Cap. 54.
VENIT IN NEVSTR.
REPVDIATA GOMATRVDE,
[b] Cap. 53.
DVCIT NANTHILDEM.
[c] Cap. 22.
[d] Lib. 4. c. 19.

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

Nantechildem vnam ex puellis de miniſterio accipiens Reginam ſublimauit. Hadrianus Valeſius [a] affirmat in manuſcripto Cœnobij Metenſis ſancti Arnulphi Chronico & in Codice Thuaneo Nanthildem *vnam ex puellis de miniſterio* dici. Idem teſtantur & Authores Chronicorum San-Benigniani & Beſuenſis. Prior ſic. *Gomatrudem Reginam Rumiliaco villâ, vbi matrimonium acceperat, relinquens, Nantildam vnam ex puellis de miniſterio eius accipiens, Reginam ſublimauit.* Poſterior ſic. *Gomatrudem Reginam Romiliaco villâ, vbi matrimonium acceperat, relinquens, Nantildem, vnam ex puellis de miniſterio eius accipiens, Reginam ſublimauit.* Huic ſententiæ lubenter aſſentimur, & à vero prorſus alienum putamus Monialem conſilio Francorum è Monaſterio à Dagoberto raptam fuiſſe.

[a] Præf. tom. 2.

XV. Conſuetudo Chriſtianæ legi contraria, quam poſteri meritò reprobarunt, illis temporibus inualuerat, vt poſt diuortium mutuo conſenſu celebratum vir & vxor matrimonium cum aliis contrahere poſſent. Inter Marculfi Monachi formulas [b] extat libellus repudij conceptus his verbis. *Dum & inter illum & coniugem ſuam illam, non charitas ſecundùm Deum, ſed diſcordia regnat, & ob hoc pariter conuerſare minimè poſſunt. Placuit vtriuſque voluntate, vt ſe à conſortio ſeparare deberent, quod ita & fecerunt. Propterea has epiſtolas inter ſe vno tenore conſcriptas fieri & adfirmare decreuerunt, vt vnuſquiſque ex ipſis, ſiue ad ſeruitium Dei in Monaſterio, aut copulæ matrimonij ſociare ſe voluerit, licentiam habeat, & nullam requiſitionem ex hoc de parte proximi ſui habere non debeat. Si quis verò, aut aliqua pari ex ipſis hoc emutare, aut contra parem ſuum repetere voluerit, inferat pari ſuo auri lib. I. & vt decreuerunt à proprio conſortio ſequeſtrati, in ea quam elegerint parte permaneant. Facta epiſtola, ſub die illo. Anno illo, regnante illo Rege.* Dagobertus prauam conſuetudinem ſecutus Gomadrude ob ſterilitatem, quæ rixarum inter eos cauſa eſſe potuit, repudiatâ Nanthildem duxit, ac paulò pòſt vixit adeò luxurioſè, vt eodem tempore tres Reginas, plures concubinas haberet, eſſetque in Neuſtria plurimùm mutatus à Dagoberto illo, qui priuſquàm Pariſios poſt obitum patris veniret, in Auſtria ſapientibus monitis Arnulfi Metenſis Epiſcopi, Cuniberti Colonienſis Antiſtitis & Pippini Maioriſdomûs obtemperabat.

[b] Lib. 2. c. 30.

XVI. Fredegarius [c], poſtquàm ſermonem de nuptiis Nanthildis fecit, annum Dagoberti Regis in Auſtria ſeptimum, in Burgundia & in Neuſtria primum hac claudit obſeruatione. *Vſque eodem tempore ab initio, quo regnare cœperat, conſilio primitus beatiſſimi Arnulfi Mettenſis vrbis Pontificis, & Pippini Maioriſdomûs vſus, tantâ proſperitate regale regimen in Auſter regebat, vt à cunctis gentibus immenſo ordine laudem haberet. Timorem verò ſic fortem ſua concuſſerat vtilitas, vt iam deuotione arriperent ſua ſe tradere ditioni, vt etiam gentes, quæ circa limitem Auarorum & Sclauorum conſiſtebant, cum promptè expeterent, vt ille poſt tergum eorum iret feliciter, & Auaros & Sclauos, ceteráſque gentium nationes, vſque manu publicâ, ſuæ ditioni ſubiiciendum fiducialiter ſpondebat. Poſt diſceſſum beati Arnulfi, adhuc conſilium Pippini Maioriſdomûs, & Hunniberti Pontificis vrbis Coloniæ vtens, & ab ipſo fortiter admonitus, tantâ proſperitate & iuſtitia amore complexus vniuerſas ſibi ſubditas gentes, vſquedum ad Pariſius (vt ſupra memini) peruenit, regebat, vt nullus de Francorum Regibus præcedentibus ſuâ laude fuiſſet præcellentior.* Per manum publicam intellige Imperium Romanum, vt cùm alibi Fredegarius [d] ait Langobardos tributa ſolitos recipere *de manu publica*, id eſt, ab Imperio Romano, *tria centenaria auri annis ſingulis, vnde vnum centenarium auri Charoaldus Rex partibus Imperij de præſente caſſaret,* ſi *Hiſacius Patricius* Romanorum *Taſonem Ducem prouinciæ Thoſcanæ quo poterat ingenio, interficeret*, quod cùm impletum eſſet, *Charoaldus Rex vnum centenarium auri, ſicut promiſerat, partibus Hiſacij & Imperij caſſauit, duo tantùm centenaria deinceps à parte Langobardorum à Patricio Romanorum annis ſingulis implentur.* Anonymus [e] in Geſtis Dagoberti Regis manum publicam expoſuit publicam conſpirationem, & Fredegarium ſic reddidit. *Timorem verò tam fortem ſua concuſſerat iudicialis poten-*

[c] Cap. 58.

[d] Cap. 69.

[e] Cap. 22.

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

tia, vt etiam deuotione concurrerent eius ſe tradere ditioni, quatinus gentes etiam, quæ circa limitem Auarorum & Sclauorum conſiſtunt, eum promptè expeterent, vt ille poſt tergum eorum iret feliciter, in tantùm vt Auari & Sclaui, ceterarúmque gentium nationes manu publicâ ipſius ditioni ſe ſubiiciendas fiducialiter ſponderent. At Fredegarij mentem non eſt aſſecutus, Sclaui enim, quibus Samo feliciter imperabat, haud polliciti ſunt ſe Dagoberto parituros, ſed Dagobertus, vt in vulgatis exemplaribus Fredegarij legitur, *Auaros & Sclauos, ceteráſque gentium nationes, vſque manu publicâ, ſua ditioni ſubiiciendum fiducialiter ſpondebat,* aut potiùs, vt melior Sirmundi Codex habet, gentes quæ Dagobertum expetebant, *Auaros & Sclauos, ceteráſque gentium nationes vſque manum publicam ſua ditioni ſubiiciendum fiducialiter ſpondebant.* Quod attinet ad has loquendi formulas *vſque manu publicâ*, & *vſque manum publicam*, prior, quæ reperitur in vulgato Fredegario, non indiget correctione, quia Fredegarius ſæpè coniungit *vſque* cum ſexto caſu, vt initio textûs præcitati declarant hæ voces, *vſque eodem tempore.* Arnulfus Metenſis Epiſcopus in eremum ſeceſſit anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſexto, eius conſilio ad illum vſque annum vſus eſt Dagobertus. Arnulfo in ſolitudinem profecto Dagobertus Cunibertum Colonienſem Epiſcopum regiorum conſiliorum participem fecit. Fredegarius Arnulfi ſeceſſum in eremum non agnouit, nam cùm ſcripſit Pippinum Maioremdomûs & Cunibertum Colonienſem Pontificem præcipuos Dagoberti Conſiliarios fuiſſe *poſt diſceſſum beati Arnulfi*, per *diſceſſum* non Arnulfi diſceſſum ex aula regia ſed mortem ipſam ſeu diſceſſum ex hac vita intellexit. In eadem enim ſignificatione vocem illam vſurpauit capite quinquageſimo-quarto, cùm de morte Warnacharij Maioriſdomûs ageret. *Anno* XLIII. *regni Chlotarij Warnacharius Maiordomûs moritur. Eo anno Chlotarius cum Proceribus & Leudibus Burgundiæ Trecaſſinis coniungitur, cùm eorum eſſet ſollicitus, ſi vellent iam Warnachario diſceſſo alium in eius honoris gradum ſublimare.* Itémque capite ſeptuageſimo-nono cùm de Dagoberti Regis morte ſic loqueretur. *Poſt Dagoberti diſceſſum filius ſuus Chlodoueus ſub tenera ætate regnum patris adſciuit.* Quantùm temporis Arnulfus in eremo tranſegerit, dicemus ſuo loco. Hîc tantùm obſerua Fredegarium in textu, quem expoſuimus, valdè ſollicitum fuiſſe, vt poſteris inculcaret Dagobertum in flagitia lapſum eſſe *conſilio Francorum* ſeu Neuſtraſiorum poſtquàm Pariſios venit.

XVII. CHRONOLOGIA FREDEGARII.

Fredegarius capitibus quinquageſimo-ſexto, quinquageſimo-ſeptimo, & quinquageſimo-octauo complexus eſt res geſtas anno Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo, qui quadrageſimus-quintus Clotarij Regis, ſeptimus Dagoberti in Auſtria, & eiuſdem primus in Burgundia & in Neuſtria fuit. Anonymus qui Geſta Dagoberti conſcripſit, capita Fredegarij quinquageſimum-ſextum & quinquageſimum-ſeptimum reddidit capitibus ſui operis decimo-quinto & decimo-ſexto, caput verò Fredegarij quinquageſimum-octauum reddidit capite viceſimo-primo ac maximâ parte capitis viceſimi-ſecundi. A capite igitur decimo-ſexto ad viceſimum-primum res enarrauit de quibus altum eſt ſilentium apud Fredegarium. Vt autem illatum rerum geſtioni commodè ſuum tempus aſſignaret, iter Dagoberti Regis ex Auſtria in Burgundiam atque in Neuſtriam, quod Fredegarius capite quinquageſimo-octauo deſcripſit, in annum ſeptimum ab obitu Clotarij reiecit, ídque præſtitit contra mentem Fredegarij, qui ſeptimum regni annum, quo Dagobertus Burgundiam & Neuſtriam luſtrauit, non à morte Clotarij ſupputat, ſed ab eiuſdem Clotarij Regis anno triceſimo-nono, quo Dagobertus Auſtriæ Rex primùm fuit inſtitutus. Fredegarius caput quinquageſimum-octauum ſic orditur. *Dagobertus cùm iam anno* VII. *regnaret, maximam partem regni patris (vt ſuprà memini) aſſumpſit, Burgundias ingreditur.* Et per hanc parentheſim, *vt ſuprà memini*, alludit ad initium capitis quinquageſimi-ſeptimi quod ita conceptum eſt. *Cùmque regnum Chlotarij tam Neptrici quàm Burgundiæ à Dagoberto fuiſſet praeoccupatum.* Clariùs indicare non potuit maximam regni partem,

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

quæ Clotarij patris ad mortem vſque fuerat, Burgundiam ſcilicet ac Neuſtriam, Dagoberto filio ſeptimum regni annum in Auſtria tunc agenti obtigiſſe, ipſúmque Dagobertum eodem anno in Auſtria ſeptimo ſtatim à patris obitu profectum eſſe in Burgundiam. Hanc Fredegarij mentem eſſe docet Aimoinus libri quarti capite vndeuiceſimo, quo caput quinquageſimum-octauum Fredegarij ſic exponit. *Dagobertus, eo,* nempe Clotario, *defuncto, totius regimen nactus gentis in Burgundiam proficiſcitur.* A Fredegarij ſenſu longiſſimè recedit Anonymus in Geſtis Dagoberti. *Igitur,* inquit, *cùm iam anno* VII. *in maximam partem paterni regni, vt ſuprà memini, regnaret, plurimorum comitatu vallatus Burgundias ingreditur.* Dagobertus iuxta Fredegarij textum non adiit Burgundiam cùm iam anno ſeptimo in maxima parte paterni regni ſiue in Burgundia & in Neuſtria regnaret, ſed cùm iam anno ſeptimo apud Auſtraſios regnaret, patri ſucceſſit in Burgundiam & in Neuſtriam, itérque quamprimùm in Burgundiam ſuſcepit. Res, quas Anonymus tanto ſtudio in literas retulit, ad Baſilicam beati Dionyſij pertinent, & in aliud tempus differendæ ſunt, maximè cùm pars eorum peracta dicatur decimo Kalendas Maias, quo die Dagobertus Rex Pariſios hoc anno nondum peruenerat, adde quòd idem Dagobertus, poſtquàm Pariſios peruenit, in luxuriam totus mox diffluxit, & de condendis ac ditandis Eccleſiis in Neuſtria ſeriùs cogitauit.

XVIII. DESIDERIVS THESAVRAR.

Deſiderius, qui regiis theſauris ſub Clotario præfectus fuerat, apud Dagobertum haud minori fuit in exiſtimatione. *Intereà,* inquit Author vitæ, *Rex prædictus pius & manſuetus Chlotharius debitum naturæ terminum implens ac pacificè obiens, Dagobertum filium in Principatu reliquit, à quo Deſiderius tantâ familiaritate retentus eſt, vt ampliore dignitate quàm pridem indeptus fuerat potiretur. Siquidem diligebat eum Rex, quia nouerat ſtrenuum virum & ſibi fidelem & in Dei timore eſſe iam ſolidatum. Ipſe autem officia ſibi commiſſa ita prouidebat, vt & in Regem fidelitatem & in Deum gratiam conſeruaret, opulentiſſimos quidem theſauros ſummámque Palatij ſupellectilem huius arbitrio Rex Dagobertus commiſit, ad eius obtutum data recondebantur, ad eius nutum danda proferebantur.*

DVOS AMITTIT FRATRES.

Duos hoc anno fratres amiſit, Siagrium cui ſuffectus eſt in Præfecturam Maſſilienſem, & Ruſticum cui pariter in Epiſcopatum Caducenſem ſucceſſit. De Siagrij obitu & de Ruſtici nece ſic Author prælaudatus. *In anno ſeptimo Dagoberti Regis, prædictus germanus eius,* nempe Deſiderij, *Siagrius dum Maſſilia adminiſtrationem procuraret, Deo iubente vitam finiuit, pro quo Rex Dagobertus graui mærore percuſſus, ſolertiſſimum Deſiderium loco Præfectura eius ſubrogare cenſuit.*

SIAGRIVM COMITEM MASSIL.

Profectus itaque Maſſiliam propoſitam adminiſtrationem vigilanter exercuit, ádque aulam regreſſus miniſterium ſibi iniunctum omni cum ſollicitudine prouidit, ſed quantum pia eius genitrix habuerit luctum quantúmque venerabilis Deſiderius pro fratre fuerit afflictus, inconueniens nimis eſt per ſingula voluere, vnde interim his omiſſis, ſuſcepta proſequamur. Subſequente itaque tempore, & ſub iiſdem fermè diebus finiente anno VII. *regni Dagoberti, & incipiente octauo Ruſticus Epiſcopus Cathedra Caturcina præſidens, ſeptimo autem & eò ampliùs anno Pontificatûs ſui adminiſtrato, à perfidis & ſceleſtis incolis interemptus eſt, ob quod conturbatio magna facta eſt in Eccleſia, nec ſolùm in vrbe Cadurca, ſed etiam in Regis aula, ſiquidem vehementer ira Regis commota terribilia valdè promulgauit Præcepta, adeò vt alij obtruncati, alij interempti, alij exilio damnati, alij etiam perpetuâ ob hoc ſeruitute addicti ſint, ſic quoque vt nunquam in ſempiternum ad libertatis ſtatum meruerint peruenire.*

RVSTICVM EPISCOPVM CADVRC.

Guillelmus Crucius [a] Ruſticum à Cadurcenſibus ſeptimo Kalendas Ianuarias occiſum ſic affirmat. *Huius cædis miniſtros lanios fuiſſe, hodiéque à laniis Cadurcenſibus, quot annis die D. ipſi Stephano vrbis ac Sedis patrono ſacrâ (in quam ſcilicet ſcelus illud inciderit) cultros lanios aræ primariæ ædis Protomartyri dicatæ, ad vtrumque latus imponi monuerit, totúmque diem inibi erectos conſpici in patrati olim parricidij monimentum odio poſterorum perpetuo confirmandum.* De Ruſtici ſucceſſore agemus anno ſequenti. Siagrius eius frater condito teſtamento magnas opes Eccleſiæ tradidit, idémque poſteà præſtitit Bertolena

[a] Num. 37.

Bertolena pium coniugem imitata. Vtriuſque munificentiam erga Eccleſias Author iam laudatus in vita ſancti Deſiderij ſic commendat. *Superuixit quidem virum* Bertolena, *& omnem propè facultatem Eccleſiis delegauit, quod etiam iugalis eius anteà per teſtamenti ſui paginam feciſſe manifeſtatur.*

Antiquus ille Scriptor, qui ſancti Deſiderij vitam in literas retulit, aliquot Characteres Chronologicos ab annis Regum deſumit, ab anno nempe triceſimo-quarto Clotarij, ab annis ſeptimo & octauo Dagoberti, ab annis decimo-ſexto & decimo-ſeptimo Sigiberti. Priuſquàm vlteriùs progrediamur, operæpretium ducimus inueſtigare vtrùm ab obitu Clotarij patris, an ab anno Clotarij triceſimo-nono quo Dagobertus Auſtriæ Rex inſtitutus eſt, annos ipſius Dagoberti numeret. Anno Clotarij triceſimo-quarto, qui cum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſeptimo coincidit, mortem Saluij qui pater Deſiderij fuit, Archidiaconatum Ruſtici qui frater eiuſdem Deſiderij fuit, & Comitiuam conſignat Siagrij qui frater etiam fuit Deſiderij. *Dum his*, inquit, *exercitiis polleret* Deſiderius, *nuncius eum perculit, patrem eius Saluium ab hac luce migraſſe, & licèt eſſet mente fortiſſimus, ab hac tamen cauſa vehementer ſe afflixit, nec minùs de piiſſimæ genitricis deſtitutione quàm de patris abſceſſu condoluit. Ex Regis tamen permiſſione profectus ad matrem, miris eam modis conſolari ſtuduit. Póſtque regreſſus ad Palatium, officium ſibi commiſſum ſtrenuè vt cœperat ac ſolerter prouidit. Sub iiſdem fermè diebus anno tranſacto triceſimo-quarto Clotharij Regis Ruſticus Deſiderij germanus Archidiaconatum in vrbe Rutena ſuſcepit. Siagrius quoque germanus eius hoc item tempore Comitiuæ honorem indeptus eſt.* Proximè ſubiungit matrimonium Siagrij cum Bertolena, tum vtriuſque teſtamentum, deinde commendat amicos Deſiderij, *Paulum ſcilicet, Arnulphum, Eligium & Audoenum, quorum exemplo atque hortatu* Deſiderius *aſſiduè ſemetipſum ad meliora ſubrigens, vitam ſuam in melius propagabat*, & quia ſermonem iam fecit de Clotario ſubdit eius obitum, obſeruátque vt Clotario ita Dagoberto Clotarij patris regnum adepto chariſſimum fuiſſe Deſiderium, in cuius laudes fuſiùs exſpatiatur. In illo rerum contextu non ſequitur ordinem temporum, quia Bertolena Siagrio coniugi Regique Clotario ſuperuixit, & Paulus qui primo loco inter amicos Deſiderij recenſetur, in eius familiaritatem non venit, antequàm Arnulphus qui ſecundo loco nominatur in eremum procul ab aula seceſſiſſet. Quapropter rebus quas indicauimus enarratis redit ad annum Clotarij triceſimum-quartum vnde digreſſus eſt, réſque quæ poſt Saluij mortem ſeu poſt prædictum annum Clotarij Regis contigerunt ita proſequitur. *Honeſtiſſimo genitore Saluio, vt dictum eſt, iam defuncto, fratre quoque Siagrio in faſcibus conſtituto, vir beatiſſimus Ruſticus germanus eius Epiſcopatum Cadurcæ ciuitatis adipiſcitur, diſceſſerat enim eo tempore Euſebius præfati municipij Antiſtes, qui ſucceſſor in Epiſcopatu ſanctæ memoriæ Vrſicini fuerat. Deſiderius autem ſedulè in Palatio ſeruiens, ac Theſaurarij officium gerens quotidie vitam ſuam ad augmentum melioris propoſiti prouehebat. In anno autem ſeptimo Dagoberti Regis, prædictus germanus eius Siagrius, dum Maſſiliæ adminiſtrationem procuraret, Deo iubente vitam finiuit.* Et paulò pòſt. *Sub iiſdem fermè diebus finiente anno* VII. *regni Dagoberti, & incipiente octauo Ruſticus Epiſcopus Cathedra Caturcinæ præſidens, ſeptimo autem & eò ampliùs anno Pontificatûs ſui adminiſtrato, à perfidis & ſceleſtis incolis interemptus eſt.* Itaque prætitatus Author, quamuis Clotarij mortem priùs commemoret quàm Ruſtici promotionem ad Epiſcopatum Cadurcenſem referat, non exiſtimat Clotarium priùs obiiſſe quàm Ruſticus ad Præſulatum aſſumeretur. Nam poſteà Chronologiam, cuius ordinem continuâ narratione rerum inter ſe materiâ potiùs quàm tempore cohærentium interturbauit, à Saluij morte texendam reſumit, loquitúrque ſtatim de Ruſtici Pontificatu, quem inchoatum teſtatur *honeſtiſſimo genitore Saluio iam defuncto, fratre quoque Siagrio in faſcibus conſtituto*, abſolutúmque *finiente anno* VII. *regni Dagoberti, & incipiente octauo*, cùm duraſſet annis ſeptem & aliquanto ampliùs. Mortem Saluij & faſces Siagrij conſignat anno Clotarij Regis trice-

AN.CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7. ſimo-quarto, qui anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſeptimo illigatur. Illo anno Ruſticus Præſulatum Cadurcenſem non obtinebat. Obtinere cœpit aut anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-primo ſi necatus eſt ineunte anno octauo ex quo Dagobertus Auſtriæ Rex à patre conſtitutus eſt, aut anno Chriſti ſexcenteſimo viceſime-ſeptimo ſi trucidatus eſt ineunte anno octauo ex quo Dagobertus in Neuſtriæ Burgundiæque regna Clotario patri mortuo ſucceſſit. Pro priori ſententia, quam ſecuti ſumus, ſtat Flodoardus [a], ſcribit enim Ruſticum Epiſcopum Cadurcenſem interfuiſſe Concilio Remenſi, quod anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto regnantibus Clotario ac Dagoberto celebratum fuiſſe iam probauimus. Qui poſteriorem opinionem tuentur, aut Concilium Remenſe poſt obitum Clotarij Regis in annum Chriſti circiter ſexcenteſimum-triceſimum reijciunt, aut Ruſticum contendunt anno Pontificatûs non octauo, vt in vita ſancti Deſiderij legitur, ſed decime-octauo interfectum fuiſſe. Anno ſequenti alia occurrent argumenta, quibus oſtendemus octauum Dagoberti Regis annum, quo Deſiderius Ruſtici frater in Cadurcenſem Antiſtitem electus eſt, non numerari à morte Clotarij, ſed à tempore quo Clotarius Dagobertum filium regni conſortem fecit. Annorum initia in vita ſancti Deſiderij non à Paſchate petuntur, ſed à Natiuitate Dominica ſiue à die octauo ante Kalendas Ianuarias. Idcirco Ruſticus Epiſcopus, qui ſeptimo Kalendas Ianuarij necatus eſt, occiſus dicitur nono anno incipiente ſeu per vnum duntaxat aut alterum diem inchoato. Annus autem ille, quo vix incœpto Ruſticus peremptus eſt, octauus Dagoberti Regis vocatur, quia is, quo regnare cœpit, primus annus regni cenſetur. At quoniam Ruſticus integro ſeptimo & eo ampliùs ſedit, eius electionem non eodem quo Dagobertus Rex Auſtriæ primùm præpoſitus fuit, ſed anno præcedenti conſignauimus.

[a] Lib. 2. c. 5.

XX. AVDERIC. ABB. IVRENS. In auctore Gallia Chriſtiana poſt Dagamodum Abbatem, qui ſub Regibus, Childeberto, Theodorico & Clotario floruit, Iurenſi Monaſterio præeſt Audericus annis duobus menſibúſque octo, tum Iniurioſus, cui poſt annos ſeptemdecim ſuccedit ſanctus Claudius anno Chriſti ſexcenteſimo-quadrageſimo, ſicque Dagamodi mors in annum Chriſti ſexcenteſimum-viceſimum & obitus Auderici in annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-tertium cadunt. Sed cùm beatus Claudius, vt ſuo loco demonſtrabimus, Cœnobij regimen ante annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-ſextum haud ſuſceperit, alia Chronologiæ ratio eſt ineunda. Facilior autem ac probabilior via inueniri poteſt quàm ſi præfecturæ Cœnobiticæ anni quinquaginta quinque, qui ſancto Claudio perperam tribui ſolent, Iniurioſo deceſſori concedantur, mórſque Dagamodi notetur hoc anno, & Auderici obitus anno pòſt tertio, Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo.

XXI. SEPVLCHRVM S. GALLI VIOLATVR. Hoc anno, ſiue, vt Theodorus in vita ſancti Magni loquitur, *poſt triennium* ab obitu videlicet ſancti Galli, *vt compleretur Prophetia beati Columbani, quod antè prædixerat beato Magnoaldo venturum fore de ſepulchro ſancti Galli, Otwinus peſſimus Dux & Erchonaldus Præfectus conſimilis eius, collectâ multitudine populi vallauerunt ipſum Cœnobium, & euaginatis gladiis frangentes oſtia & ſumentes omnia, quæ ibi repererunt in auro & argento & cæteris vtenſilibus, necnon & Oratorium ingreſſi fregerunt ſepulchrum beati Galli, putantes ibi magnum theſaurum abſconditum eſſe. Vt autem nihil in eo inuenerunt niſi relicta oſſa beati Galli inhumata, interfecerunt omnes quos repererunt, præter Beatum Magnoaldum & Theodorum, quos etiam flagellatos ac vulneratos atque deſpoliatos reliquerunt iacentes in atrio. Audiens hoc Boſo nomine Conſtantiacenſis Eccleſiæ Præſul, quòd violatum eſſet ſepulchrum ſancti Galli, celeriter properatus eſt partes in illas, & veniens illuc inuenit Cœnobium deſolatum, altaria nudata, Beatum Magnoaldum & Theodorum vulneratos, qui ſacri corporis reliquias tumulo reſtituere volebant, ſed non habebant vires. Tunc præſcriptus Epiſcopus miſericordiâ motus ſuper eos conſolatus eſt valdè, & ſacrum corpus beati Galli cum ſuis Clericis venerabiliter cum Pſalmis & Hymnis*

cæteriſque orationibus in eodem ſepulchro recondidit, foſſámque terrâ repleuit. Datâ ergo benedictione duobus fratribus Magnoaldo & Theodoro largitus eſt de ſuo veſtimenta, necnon alimonia præbens, dedit eis licentiam proficiſcendi, vbi illis Dominus diſpoſitum iter haberet veniendi. Miſit autem poſt Othmarum præclarum virum, qui fugam iniens euaſerat, & accerſiuit eum, & commendauit illi locum donec à Pippino, qui tunc temporis Maior domûs vocabatur, interrogaret, quid de ipſo Cœnobio fieri vellet. Boſo Conſtantienſis Epiſcopus Ioanni ſancti Galli diſcipulo ſæpè laudato ſucceſſerat, & in Chronico Conſtantienſi malè confunditur cum Buſone ſeu Buſſone qui longè ſeriùs poſt alterum Ioannem ſedit. Pippinus rectè vocatur Maiordomûs, nam Maioratum domûs regiæ ſub Rege Dagoberto gerebat. Inferiùs autem Rex perperam appellatur, eâque regij nominis interpolatione factum eſt vt decepti Neoterici multa quæ Dagoberti Regis ætati conueniebant, in poſteriora tempora ſiue in Principatum Pippini Breuis distulerint.

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

Vltio diuina, quâ poſt violatum beati Galli ſepulchrum Otwinus & Erchonaldus extincti ſunt, à Theodoro ſic exponitur. *Non poſt multùm temporis miſit Pippinus exercitum copioſum ad deuaſtandam Alamannorum prouinciam, ſuæque ditioni & Francorum ſubiugandam. Cúmque tota terra hoſtili repleretur incurſu, Otwinus & Erchonaldus neſcientes quâ parte ſe flecterent, ſemetipſos gladio interfecerunt.*

XXII. VLTIO DIVINA IN VIOLATORES.

Magnoaldus autem & Theodorus, cùm beati Columbani Prophetiam animo reuoluerent, *proſtrauerunt ſe ſimul in oratione, Domini miſericordiam implorantes, vt diſponeret iter illorum ſecundùm ſuam voluntatem partibus Orientis, ne quaſi fraudulenter abſcedentes beati Patris corpus relinquerent. Sequenti nocte per viſionem beato Magnoaldo demonſtratum eſt, vt fiducialiter pergeret, Domini adminiculum ſibi ſemper noſſet adeſſe. Facto igitur mane iterum orationibus attentiùs exorati ſunt, vt Dominus eis demonſtraret viam & iter commodum, quomodo vellet eos illò ire. Adueniente ergo meridie Presbyter quidam ex ipſo pago aduenit Tozzo nomine, qui iam auditam habebat famam beati Galli, & ideo causâ orationis veniebat ad ſepulchrum eius ferens ardentem cereum in manu eius. Quem cereum miro modo illuc attulit, ſcilicet vt quando nocte proficiſcebatur, cereus ardebat; & nullo modo à vento extingui poterat. Die autem veniente lux ab ipſo cereo per ſe illico ſubtracta eſt. Cúmque viderent eum Magnoaldus & Theodorus venientem, cereum quippe per ardorem minimè minui, admirati obuiauerunt ei, & interrogauerunt, vnde veniret. At ille per ordinem expoſuit, vnde erat, & quomodò ei reuelatum fuerit, vt viſitaret ſepulchrum beati Galli, immò eos, quos inueniret velle proficiſci partibus Orientis, recto itinere duceret eos, vſquedum ad locum deſideratum venirent. Illi hæc audientes proſtrauerunt ſe in orationem, Domino gratias referentes, qui talem ducem eis oſtendere dignatus eſt, vt neque per anguſtam viam eos errare permitteret, & tunc demum ſuſceperunt Presbyterum, deoſculantes eum, duxerunt in Eccleſiam ad ſepulchrum beati Galli, factáque oratione duxerunt eum in hoſpitium ſuum, tribuentes ei prout poterant neceſſaria. Et conuiatorem eligentes, ſícque præfatus Presbyter pernoctans cum eis, orto mane orantes coram ſepulchro beati Galli, & benedicentes Deum atque valedicentes fratribus, qui ibi erant, ſimul profecti ſunt, arripientes iter iuxta lacum Brigantinum vſque ad locum, qui dicitur Brigantia *, ibíque morati ſunt dies duos. Tunc illis ibi manentibus, cæcus quidam, qui multorum hominum cognitioni pago in illo notiſſimus erat, obuius erat beato Magnoaldo, poſtulans ab eo alimentum. Ille reminiſcens ſententia Apoſtolica dixit. Non ſum ego dignus me æquiparare ſuæ ſanctitati qui dixit; Argentum & aurum non eſt mihi, ſed in nomine eius qui ei poteſtatem dedit, vt faceret quod fecit, & cæcum illuminauit, aperire oculos tuos imploro vt videas, & manibus tuis laborando victum acquirere poſſis. Et hæc dicens liniuit oculos eius cum ſaliua ſua. Nec mora, ſanguis ex oculis eius prorumpens, aperti ſunt, & videns corruit ad pedes eius, dixit, Domine video, quoniam magnus es tu & magna opera tua, ideo ſi vis ſequar te, quocunque ieris. Ille reſpondit, ſi vis Domino ſeruire, tunc ſequere me. Sícque poſt hoc*

XXIII. MAGNOALDVS ET THEODORVS SECEDVNT VERSVS ORIENTEM.

* *Bregentz.*

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

ſimo-quarto, qui anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſeptimo illigatur. Illo anno Ruſticus Præſulatum Caducenſem non obtinebat. Obtinete cœpit aut anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimò-primo ſi necatus eſt ineunte anno octauo ex quo Dagobertus Auſtriæ Rex à patre conſtitutus eſt, aut anno Chriſti ſexcenteſimo viceſime-ſeprimo ſi trucidatus eſt ineunte anno octauo ex quo Dagobertus in Neuſtriæ Burgundiæque regna Clotario patri mortuo ſucceſſit. Pro priori ſententia, quam ſecuti ſumus, ſtat Flodoardus [a], ſcribit enim Ruſticum Epiſcopum Cadurcenſem interfuiſſe Concilio Remenſi, quod anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto regnantibus Clotario ac Dagoberto celebratum fuiſſe iam probauimus. Qui poſteriorem opinionem tenent, aut Concilium Remenſe poſt obitum Clotarij Regis in annum Chriſti circiter ſexcenteſimum-triceſimum teiiciunt, aut Ruſticum contendunt anno Pontificatûs non octauo, vt in vita ſancti Deſiderij legitur, ſed decimo-octauo interfectum fuiſſe. Anno ſequenti alia occurrent argumenta, quibus oſtendemus octauum Dagoberti Regis annum, quo Deſiderius Ruſtici frater in Cadurcenſem Antiſtitem electus eſt, non numerari à morte Clotarij, ſed à tempore quo Clotarius Dagobertum filium tegni conſortem fecit. Annorum initia in vita ſancti Deſiderij non à Paſchate petuntur, ſed à Natiuitate Dominica ſiue à die octauo ante Kalendas Ianuarias. Idcirco Ruſticus Epiſcopus, qui ſeptimo Kalendas Ianuarij necatus eſt, occiſus dicitur nono anno incipiente ſeu per vnum duntaxat aut alterum diem inchoato. Annus autem ille, quo vix incœpto Ruſticus peremptus eſt, octauus Dagoberti Regis vocatur, quia is, quo regnare cœpit, primus annus regni cenſetur. At quoniam Ruſticus integro ſeptimo & eo ampliùs ſedit, eius electionem non eodem quo Dagobertus Rex Auſtriæ primùm præpoſitus fuit, ſed anno præcedenti conſignauimus.

[a] Lib. 2. c. 5.

XX. AVDERIC. ABB. IVRENS.

In auctiore Gallia Chriſtiana poſt Dagamodum Abbatem, qui ſub Regibus, Childeberto, Theodorico & Clotario floruit, Iurenſi Monaſterio præeſt Audericus annis duobus menſibúſque octo, tum Iniurioſus, cui poſt annos ſeptemdecim ſuccedit ſanctus Claudius anno Chriſti ſexcenteſimo-quadrageſimo, ſicque Dagamodi mors in annum Chriſti ſexcenteſimum-viceſimum & obitus Auderici in annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-tertium cadunt. Sed cùm beatus Claudius, vt ſuo loco demonſtrabimus, Cœnobij tegimen ante annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-ſextum haud ſuſcepetit, alia Chronologiæ ratio eſt ineunda. Facilior autem ac probabilior vix inueniri poteſt quàm ſi præfecturæ Cœnobiticæ anni quinquaginta quinque, qui ſancto Claudio perperam tribui ſolent, Iniurioſo deceſſori concedantur, mórſque Dagamodi notetur hoc anno, & Auderici obitus anno pòſt tertio, Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo.

XXI. SEPVLCHRVM S. GALLI VIOLATVR.

Hoc anno, ſiue, vt Theodorus in vita ſancti Magni loquitur, *poſt triennium* ab obitu videlicet ſancti Galli, *vt compleretur Prophetia beati Columbani, quod antè prædixerat beato Magnoaldo venturum fore de ſepulchro ſancti Galli, Otwinus peſſimus Dux & Etchonaldus Præfectus conſimilis eius, collectâ multitudine populi vallauerunt ipſum Cœnobium, & euaginatis gladiis frangentes oſtia & ſumentes omnia, quæ ibi reppererunt in auro & argento & cæteris vtenſilibus, necnon & Oratorium ingreſſi fregerunt ſepulchrum beati Galli, putantes ibi magnum theſaurum abſconditum eſſe. Vt autem nihil in eo inuenerunt niſi relicta oſſa beati Galli inhumata, interfecerunt omnes quos reppererunt, præter Beatum Magnoaldum & Theodorum, quos etiam flagellatos ac vulneratos atque deſpoliatos reliquerunt iacentes in atrio. Audiens hoc Boſo nomine Conſtantiacenſis Eccleſiæ Præſul, quòd violatum eſſet ſepulchrum ſancti Galli, celeriter properatus eſt partes in illas, & veniens illuc inuenit Cœnobium deſolatum, altaria nudata, Beatum Magnoaldum & Theodorum vulneratos, qui ſacri corporis reliquias tumulo reſtituere volebant, ſed non habebant vires. Tunc præſcriptus Epiſcopus miſericordiâ motus ſuper eos conſolatus eſt valdè, & ſacrum corpus beati Galli cum ſuis Clericis venerabiliter cum Pſalmis & Hymnis*

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

cæteriſque orationibus in eodem ſepulchro recondidit, foſſámque terrâ repleuit. Datâ ergo benedictione duobus fratribus Magnoaldo & Theodoro largitus eſt de ſuo veſtimenta, necnon alimonia præbens, dedit eis licentiam proficiſcendi, vbi illis Dominus diſpoſitum iter haberet veniendi. Miſit autem poſt Othmarum præclarum virum, qui fugam iniens euaſerat, & accerſiuit eum, & commendauit illi locum donec à Pippino, qui tunc temporis Maior domûs vocabatur, interrogaret, quid de ipſo Cœnobio fieri vellet. Boſo Conſtantienſis Epiſcopus Ioanni ſancti Galli diſcipulo ſæpè laudato ſucceſſerat, & in Chronico Conſtantienſi malè confunditur cum Buſone ſeu Buſſone qui longè ſeriùs poſt alterum Ioannem ſedit. Pippinus rectè vocatur Maiordomûs, nam Maioratum domûs regiæ ſub Rege Dagoberto gerebat. Inferiùs autem Rex perperam appellatur, eâque regij nominis interpolatione factum eſt vt decepti Neoterici multa quæ Dagoberti Regis ætati conueniebant, in poſteriora tempora ſiue in Principatum Pippini Breuis diſtulerint.

XXII. VLTIO DIVINA IN VIOLATORES.

Vltio diuina, quâ poſt violatum beati Galli ſepulchrum Otwinus & Erchonaldus extincti ſunt, à Theodoro ſic exponitur. *Non poſt multùm temporis miſit Pippinus exercitum copioſum ad deuaſtandam Alamannorum prouinciam, ſuæque ditioni & Francorum ſubiugandam. Cúmque tota terra hoſtili repleretur incurſu, Otwinus & Erchonaldus neſcientes quâ parte ſe flecterent, ſemetipſos gladio interfecerunt.*

XXIII. MAGNOALDVS ET THEODORVS SECEDVNT VERSVS ORIENTEM.

Magnoaldus autem & Theodorus, cùm beati Columbani Prophetiam animo reuoluerent, *proſtrauerunt ſe ſimul in oratione, Domini miſericordiam implorantes, vt diſponeret iter illorum ſecundùm ſuam voluntatem partibus Orientis, ne quaſi fraudulenter abſcedentes beati Patris corpus relinquerent. Sequenti nocte per viſionem beato Magnoaldo demonſtratum eſt, vt fiducialiter pergeret, Domini adminiculum ſibi ſemper noſſet adeſſe. Facto igitur mane iterum orationibus attentiùs exorati ſunt, vt Dominus eis demonſtraret viam & iter commodum, quomodo vellet eos illò ire. Adueniente ergo meridie Presbyter quidam ex ipſo pago aduenit Tozzo nomine, qui iam auditam habebat famam beati Galli, & ideo causâ orationis veniebat ad ſepulchrum eius ferens ardentem cereum in manu eius. Quem cereum miro modo illuc attulit, ſcilicet vt quando nocte proficiſcebatur, cereus ardebat; & nullo modo à vento extingui poterat. Die autem veniente lux ab ipſo cereo per ſe illico ſubſtracta eſt. Cúmque viderent eum Magnoaldus & Theodorus venientem, cereum quippe per ardorem minimè minui, admirati obuiauerunt ei, & interrogauerunt, vnde veniret. At ille per ordinem expoſuit, vnde erat, & quomodò ei reuelatum fuerit, vt viſitaret ſepulchrum beati Galli, immò eos, quos inueniret velle proficiſci partibus Orientis, recto itinere duceret eos, vſquedum ad locum deſideratum venirent. Illi hæc audientes proſtrauerunt ſe in orationem, Domino gratias referentes, qui talem ducem eis oſtendere dignatus eſt, vt neque per anguſtam viam eos errare permitteret, & tunc demum ſuſceperunt Presbyterum, deoſculantes eum, duxerunt in Eccleſiam ad ſepulchrum beati Galli, factáque oratione duxeruntque eum in hoſpitium ſuum, tribuentes ei prout poterant neceſſaria. Et conuiatorem eligentes, ſicque præfatus Presbyter pernoctans cum eis, orto mane orantes coram ſepulchro beati Galli, & benedicentes Deum atque valedicentes fratribus, qui ibi erant, ſimul profecti ſunt, arripientes iter iuxta lacum Brigantinum vſque ad locum, qui dicitur Brigantia *, ibíque morati ſunt dies duos. Tunc illis ibi manentibus, cæcus quidam, qui multorum hominum cognitioni pago in illo notiſſimus erat, obuius erat beato Magnoaldo, poſtulans ab eo alimentum. Ille reminiſcens ſententia Apoſtolica dixit. Non ſum ego dignus me æquiparare ſuæ ſanctitati qui dixit; Argentum & aurum non eſt mihi, ſed in nomine eius qui ei poteſtatem dedit, vt faceret quod fecit, & cæcum illuminauit, aperire oculos tuos imploro vt videas, & manibus tuis laborando victum acquirere poſſis. Et hæc dicens liniuit oculos eius cum ſaliua ſua. Nec mora, ſanguis ex oculis eius prorumpens, aperti ſunt, & videns corruit ad pedes eius, dixit, Domine video, quoniam magnus es tu & magna opera tua, ideo ſi vis ſequar te, quocunque ieris. Ille reſpondit, ſi vis Domino ſeruire, tunc ſequere me. Sícque poſt hæc*

* *Bregentz.*

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

ſignum profecti ſunt, ſecutúſque eos cæcus, & dux itineris nomine Tozzo.

XXIV. Venerunt poſt aliquot dies ad locum qui vocatur Campidona, vbi repererunt oppidum valdè formoſum ſed in toto deſertum. Tunc interrogauit beatus Magnoaldus Presbyterum, quomodo ille locus vocaretur, vel fluuius qui ibi defluebat. Ille reſpondit, locus iſte ab incolis terræ huius ſæpiſſimè viſitatur, & vocatur Campidona *, ſed non auſi ſunt ſaltem vnâ nocte hic manere propter diuerſa genera vermium qui hic ſunt. Fluuius verò vocatur Hilara *, qui multos homines potiùs in mærorem vertit quàm in lætitiam. Nobis autem oportet velociùs tranſire, ne vermes nos hic eſſe ſentiant, quoniam ſi ſenſerint, magnum impedimentum facient ſuper nos ad deuorandum. Plurimos namque homines qui causâ venationis huc venerunt, deuorauerunt, non permittentes eos ſaltem vnâ nocte hîc iacere. Reſpondens beatus Magnoaldus dixit. Verè Dominus noſter Ieſus Chriſtus poteſtatem habet ſimiliter hos vermes de iſto loco eiicere, ſicuti habuit eiiciendi vrſos & lupos, cæteráſque feras & vermes, necnon & dæmones per orationem Domini & magiſtri noſtri Galli, de loco quem ipſe elegit, ad conſtruendam cellulam. Nobis ergo, permittente Domino, oportet hac nocte hîc manere, & dixit ad Theodorum. Frater, tuum eſt orare, & Domini miſericordiam implorare, vt nobis auxilium præbeat ad eiiciendos vermes de loco iſto, & dæmones qui in eis latitant, quoniam à te eſt iſte locus conſtruendus, ideóque oremus pariter, vt Dominus nos exaudire dignetur, & mundare iſtum locum, quod eſt ab hominibus propter timorem vermium inhabitabile. Et hoc dicens, proſtrauerunt ſe in orationem. Dum verò orarent, egreſſus eſt foris de oppido vermis magnus, qui dicitur Boa, & impetum faciens ſuper beatos viros, iacentes in oratione. Presbyter verò Tozzo, qui eos ducebat, videns eum, exclamauit voce magnâ, dicens: Heu me, quòd huc vos adduxi, & in fugam verſus, & cum eo qui cæcus fuerat, feſtinabant ad arborem vt ſe liberarent. Itaque beatus Magnoaldus & Theodorus confiſi de Dei miſericordia; ſurrexit Magnoaldus Theodoro orante, & faciens ſignum ſanctæ Crucis coram ſe, arripiénſque cambuttam, quam à beato Gallo acceperat, & Crucem quam ſecum portabat, perrexit in occurſum vermi, & dixit. Impero tibi in nomine Domini mei Ieſu Chriſti, vt hîc iaceas, & diabolus qui in te latitat, ipſe te interficiat. Et cùm hoc dixiſſet, percuſſit eum cum cambutta in caput, & ſtatim crepuit medius, & mortuus eſt, cæteri verò vermes, qui in oppido & circa oppidum ipſum morabantur, omnes in fugam verſi ſunt, & nuſquam comparuerunt. Síque mundatus eſt locus, & morati ſunt ibi vnam hebdomadam Domino gratias referentes, qui eos exaudire dignatus eſt. Tozzo cucurrit per vicina loca ſibi cognita ad homines qui ibi morabantur, & diffamans hoc ſignum. Venerunt ad illum locum, & attulerunt alimonia ſufficienter, nimis valdè admirantes de tanta virtute Dei, & plurimi per prædicationem beati Magni ad fidem conuerſi, & baptizati à Presbytero Tozzone, & Domino gratias agentes, manſerunt ibi colentes terram illam. Tertiâ nocte, ſubitò dæmones in aere volantes, eiulantes, cum magno ſtrepitu & fremitu voces emittentes, quaſi impetum ſupra Tozzonem Presbyterum facientes clamabant. Tozzo tremefactus, tamen muniens ſe ſignaculo ſanctæ Crucis perrexit ad virum Dei, & indicauit illi quæ viderat & audierat. Tunc bellator fortis & electus Dei pariter cum Theodoro proſtrauit ſe in orationem, deinde per immenſam potentiam Trinitatis imperauit dæmonibus vt locum illum deſererent. Porrò ex illa die tam pleniter abſceſſerunt & in fugam verſi ſunt, vt poſteà ibi non comparerent. His geſtis beatus Magnus Diaconus dixit ad Theodorum, Deo gratias, frater, quia dæmones receſſerunt. Nunc bonum eſt, vt locus iſte à te cuſtoditus & conſtructus ſanctificetur populus iſtius loci, qui deinceps venturus eſt hic ad orandum potiùs quàm ad venandum. Theodorus reſpondens dixit. Mi Domine, iuxta præceptum tuum facio, ſed vt audiero te conſolidatum in locum à Deo tibi electum, venio ad te & viſitabo te. Et his dictis valedicentes, ſéque inuicem deoſculantes, profectus eſt beatus Magnus, accepto ſecum conuiatore & duce itineris Tozzone Presbytero, relinquens cum Theodoro cæcum qui viſum recepit.

THEODORUS CONDIT MONASTERIUM CAMPIDONENSE.

* Kempten.
* Iler.

XXV. Magnus Diaconus, quem Magnoaldum ſuprà vocabamus, cœpto itinere, tranſitóque fluuio perrexit recto tramite, ſicut eum viator ducebat, ſícque venerunt

*ad locum, qui vocatur Eptaticum, & inuenerunt ibi Epiſcopum ſanctæ * Auguſtæ Vindelicenſis Eccleſiæ nomine Wictherpum. Tozzo igitur propter notitiam, quam in Epiſcopo habebat, præceſſit beatum Magnum, venitque ad præfatum Epiſcopum, & narrauit ei omnia de ſancto viro, quæ viderat & audierat. Præfatus autem Epiſcopus interrogauit de qua origine eſſet. Et reſpondit Presbyter. Domine, ſicut audiui à Theodoro qui nunc eſt relictus ad Campidonam, de Hibernia Prouincia eſt ortus. Vt autem audiuit Epiſcopus eius famam bonam, ſuſcepit eum benignè, cœpítque cum eo loqui, & moratus eſt cum eo paucos dies, ſciſcitans ab eo quotidie de beato Columbano & Gallo, & de itineribus eorum, & conuerſatione, & ſine vita eorum, ac de virtutibus quas fecerunt. Deinde interrogauit eum, vbi voluntas eius eſſet proficiſcendi. Reſpondens beatus Magnus dixit. Domino diſponente directus ſum ad locum, qui vocatur Fauces, vbi propè ſunt fontes Alpium Iuliarum, & vbi Draco fuit, qui iubente Narciſſo Epiſcopo à diabolo interfectus eſt, quatenus annuente Domino quidquid boni ibi ædificare potero faciam. Nunc igitur paternitas tua decernat, quomodo voluntas tua ſit me agendum, quoniam ad tuum imperium prompto animo debeo agere, ſicuti Dominus reuelauerit mihi per os tuum. Ego iam ſenex & grandæuus, cupio in vltimo meo tempore illum locum inuiſere, & Deo ad ſeruiendum præparare, exemplum ſequens Dominorum meorum Columbani & Galli. Ad hæc Wictherpus Epiſcopus reſpondit. Locus ille valdè anguſtus eſt & inhabitabilis, & iam diuerſæ feræ ibi morantur, id eſt, cerui, apri, plurimi vrſi; & propter illarum multitudinem Domnus Rex,* meliùs Maiotdomûs, *Pippinus ad ſuam venationem exercendam ſaltum illum tenet. Vermes etiam plurimi & diuerſi generis ibi morantur. Beatus Magnus arripiens ſtatim boni Paſtoris initia dixit. Pater, tale miniſterium habuerunt magiſtri mei Columbanus & Gallus, vt quando ad talia loca venerunt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus feras diuerſi generis, & vermes per orationem illorum illicò expulit ab illis locis. Similiter ego credam, quòd Dei miſericordia non permittet eos manere in ipſo loco, dum aduenero. Adquieuit autem verbis illius Wictherpus Epiſcopus, & dedit ſolamina ciborum, præbens ei conuiatorem Tozzonem Presbyterum, & duces itineris qui eum perducerent ad locum à Deo ſibi deſtinatum.* Antequàm ſanctiſſimos viros longiùs comitemur, in textu ſuprà citato quatuor ducimus obſeruanda, patriam & ætatem beati Magni, Faucenſis Monaſterij ſitum, & Pippini dignitatem. Magnus in Hibernia natus aſſeritur. Id alienum à vero non putamus, caue tamen ne fidem Theodoro præbeas, qui Magnum in Hibernia cum Columbano verſatum ſcribit; nam Columbanus in Franciam traiecit Magno in lucem nondum edito, & Magnus ineunte adoleſcentiâ Luxouium ad Abbatem Columbanum pertexit. Obiit beatus Magnus anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto, cùm vixiſſet annos ſeptuaginta-tres, ortus eſt igitur anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-ſecundo, agebátque annum ætatis duntaxat quadrageſimum-ſeptimum, cùm è Monaſterio ſancti Galli ſeceſſit in eremum Orientalem duce Ptesbytero Tozzone, licèt ſenem ſe tunc ac grandæuum dicat apud Theodorum. Alpes Italiam cingunt ab Occaſu & à Septentrione, variáſque ſortiuntur appellationes aut à vicinis regionibus aut à rebus ibi geſtis. Quæ primùm Iuliæ nuncupatæ ſunt à nomine Iulij Cæſaris qui præſidiis eas muniuit, vocatæ ſunt deinceps Venetæ & Pannoniæ, quia per illas è Pannonia iter eſt in Prouinciam Venetam. Aliis nomen Iuliarum minùs propriè tribuitur à pleriſque Scriptoribus, vt à Theodoro Rhæticis, quarum pars, quæ vallem Lyco amne irriguam claudit, vbi Fauceuſe Monaſterium, Orientalis eſt ſancti Galli Cœnobio. Pippinus, qui ſub Dagoberto Rege vixit, decorandus eſt non Regis ſed Maioriſdomûs titulo, vt ſuprà iam notatum eſt aſſentiente ipſomet Theodoro, alioquin enim videretur idem cum Pippino abnepote, cui Breuis cognomento fuit. Redeamus ad Tozzonem Preſbyterum & Magnum Diaconum.

AN. CH. 628. CLOTAR. II. R. 45. DAGOB. R. 7.

* Ausbourg.

MAGNOALDVS ADIT WICTHERPVM EP.

XXVI. *Cùm venirent ad locum qui vocatur caput equi, iacebat ibi in vno loco anguſto Draco magnus, qui non permittebat vllum hominem per illam viam tranſire.* Hic

AN. CH. 628.
CLOTAR. II. R. 45.
DAGOB. R. 7.

locus hodie Germanis eſt *Roßhaupten* ad Lycum in Sueoia, Lycus * amnis Rhætiam olim à Vindelicia diſterminabat. De Bois ſeu Draconibus Vindeliciæ & Rhætiæ conſulendus Velſerus ad Hiſtoriam ſanctæ Afræ. Beatus Hieronymus ait [a] Dracones miræ magnitudinis Boas vocari, quòd boues glutire ſoleant; Iſidorus [b] à boum populatione nomen inditum affirmat, alij à vocis ſono. *Circa mediam noctem ſurgens beatus Magnus muniuit ſe ſignaculo ſanctæ Crucis, & de pane ſanctificato miſit in os ſuum & paululùm aquæ, ſicque venit ad locum, vbi draco iacebat, relinquens omnes ſocios in tabernaculo præter ſolum ducem itineris. Cúmque vidiſſet eum draco, illicò ſurrexit, impetum faciens ſuper eum. Ille habens in manu picem & reſinam proiecit in os eius, inquiens, adiuua me Domine Deus meus. Et cùm hoc dixiſſet, confeſtim draco cœpit ardere & mortuus eſt. Vt vidit ille qui cum ea erat hoc actum, ſurrexit continuò, & peruenit ad ſocios, & dixit; ſurgite, venite & videte, quia iſte magnus vir draconem interfecit. Surrexerunt ergo & inuenerunt beatum Magnum iacentem in oratione, & gratias Domino referentem. Factâ oratione tranſierunt illum anguſtum locum, & venerunt per viam iuxta Licum flumen ad locum ſpecioſum qui non habebat nomen, erat tamen planities bona. Habebat autem beatus Magnus Diaconus pendentem in collo Crucem, in qua continebantur reliquiæ beatæ Dei genitricis Mariæ, & de ligno ſanctæ Crucis atque Sanctorum Martyrum Mauricij & ſociorum eius, necnon beatorum Confeſſorum Columbani & Galli. Inuenit ergo ſupra præfatum flumen locum valdè honeſtum & formoſum, in quo loco arborem ſtantem pomiferam valdè decoram, ſuſpenditque Cruciculam in ipſa arbore, & vocauit Tozzonem Presbyterum, atque proſtrauerunt ſe pariter coram Cruciculâ in orationem.* Quid per beatæ Dei genitricis Mariæ reliquias, quæ in illa Cruce geſtabantur, intelligendum ſit, expoſuimus alibi. *Finitâ oratione cœperunt conſtruere fundamentum, & ædificauerunt Eccleſiam. Quâ conſtructâ inuitauerunt Wictherpum Epiſcopum vt veniret, & eam Domino & ſanctæ Mariæ dedicaret. Venit ergo præfatus Epiſcopus ad illum locum, ammirans valdè quomodo illuc venire poſſent, niſi per gratiam Dei, & dedicauit Eccleſiam in honore Dei genitricis Mariæ & ſancti Floriani Martyris Chriſti, & ſic amminiſtrare cœperunt ad laudem Chriſti in illo loco diuina officia.* Paſſus eſt ſanctus Florianus temporibus Diocletiani Auguſti, colitúrque in Tabulis Eccleſiaſticis quarto Nonas Maij.

CONSTRVIT ECCLESIAM,

* *le Lech.*
a In vit. S. Hilarion.
b Lib. 12 orig. cap. 4.

XXVII. OTHOCARVS EP. PATAVIENS.

Wictherpo Auguſtano Epiſcopo coætaneus vixit Othocarus Epiſcopus Patauienſis, qui ſedente Romæ Honorio Præſulatum iniit clauſitque. Succeſſit Erchenfrido, ſucceſſorémque nactus eſt Brunonem, de quo nos Tomo ſequenti. Lege Hundium & Bucelinum.

XXVIII. AMANDVS EP. VERBVM DEI PRÆDICAT SLAVIS.

Hoc anno Slauos adiit Amandus Epiſcopus, de cuius profectione trans Danubium ſic in eius vita loquitur Baudemundus. *Cùm iam vir Sanctus videret prædicatione ſuâ quoſdam ad Deum conuerti, ex hoc maiori æſtuabat deſiderio, quatenus adhuc alij conuerterentur. Audiuit denique quòd Sclaui nimio errore decepti à diaboli laqueis tenerentur oppreſſi. Illícque martyrij palmam ſe aſſequi poſſe confidens, transfretato Danubio, eadem circumiens loca, liberâ voce euangelium Chriſti gentibus prædicabat.* Samo, qui Slauis imperabat, oriundus erat ex pago Senonago, ſiue ex illa Belgij parte vbi Amandus Chriſtum prædicarat. Illius Regis nonnullos fortè conſanguineos ad Chriſtianam fidem Amandus perduxerat, quorum literis inſtructus ad Slauos ipſúmque Regem Slauorum perrexit.

AN. CH. 629.
DAGOB. R. 8.
CHARIB. II. R. 1.

ANNVS
CHRISTI 629.
DAGOBERTI R. 8. 2.
CHARIBERTI II. R. 1.

I. KALENDIS Ianuariis, quibus annus Chriſti ſexcenteſimus vndetriceſimus aperiebatur, vacabar ſedes Cadurcenſis, ſeptimo enim eaſdem Kalendas Ruſticus Epiſcopus à nefariis ciuibus interfectus occubuerat. Accepto illius mortis nuncio, Herchenefreda Ruſtici mater Deſiderio Regis Theſaurario, qui ſolus è tribus filiis ſupererar, haſce literas ſcripſit. *Semper deſiderabili & dulciſſimo filio Deſiderio Herchenefreda miſera mater. Iam credo tibi nuntiatum eſſe qualiter dulciſſimus germanus tuus Dominus Ruſticus Epiſcopus à perfidis Eccleſia incolis interfectus ſit. Propterea dulciſſime fili, dum & pater tuus iam diſceſſit, & Siagrius frater tuus hinc migrauit, tu viriliter iſtam cauſam proſequere, facias vt grande exemplum pro hoc fiat. Ego infelix mater quid agam cùm fratres tui iam non ſint? Si tu diſceſſeris, ego orbata abſque liberis ero; ſed tu piiſſimum pignus mihi dulciſſimum ſic te iugiter pracaue, vt dum ſolatia fratrum perdidiſti te non perdas. Vt ne, quod abſit, in interitum cadas, caue ſemper latam & ſpatioſam viam qua ducit ad perditionem, & temetipſum in via Dei cuſtodi. Ego pra nimio dolore vitam meam pramittere ſuſpicor, tu ora vt egredientem animam ille ſuſcipiat in cuius amore die noctuque ſuſpiro. Ego Doderium ad te direxi, per quem omnia ſecurè mittere & denuntiare poteris erga nos qua erga te aguntur. Quem omni velocitate remittere feſtina. Incolumem te ſuperna gratia tueatur dulciſſime fili.*

DESIDERIVS THESAVRARIVS A MATRE LITERAS ACCIPIT DE MORTE RVSTICI FRATRIS,

II. *Reuerentiſſimus autem Deſiderius licèt intolerabiliter ſit dolore perculſus, vt in morte germani quodammodò videretur mortem ſubire, fortiſſimo tamen animo & alloquio valdè accurato beatam matrem ſtuduit conſolari, ne in amiſſione filÿ modum Chriſtiana religionis lugendo excederet.*

MATREM SOLATVR,

III. Ob mortem Ruſtico Epiſcopo illatam *conturbatio magna facta eſt in Eccleſia, nec ſolùm in vrbe Cadurca ſed etiam in Regis aula. Siquidem vehementer ira Regis commota terribilia valdè promulgauit Praecepta. Adeò vt alÿ ob id truncati, alÿ interempti, alÿ exilio damnati, alÿ etiam perpetuâ ob hoc ſeruitute addicti ſint, ſic quoque vt nunquam in ſempiternum ad libertatis ſtatum meruerint peruenire.* Hæc deſcripſimus ex Codice Moſſiacenſi iam laudaro, in quo reperitur & *Indiculus Dagoberti Regis ad Domnum Sulpitium Epiſcopum*, vt Deſiderius in locum Ruſtici fratris Epiſcopus ſubrogetur. *Domino Sancto & Apoſtolico Domno meo & Patri Sulpitio Papa Dagobertus Rex. Dum & veſtra Sanctitati benè credimus eſſe compertum, qualiter fidelis noſter vir illuſtris Deſiderius Theſaurarius noſter nobis ab adoleſcentia tempore fideliter deſeruiuit, & nos deuotiſſimam ac Monaſticam conuerſationem eius habemus benè compertam, ideo Nos cognoſcite taliter decreuiſſe, vt in ciuitate Caturca*, vbi germanus eius Domnus Ruſticus Epiſcopus praſuit, in locum ipſius honorem Epiſcopatûs in Dei nomine debeat accipere, quia diuinâ inſpirante potentiâ talis noſtra deuotio manet, vt eos quos moribus ornatos & ſanctis operibus deditos perſpicimus, ſicut eſt iſte fideliſſimus Dei & noſter Deſiderius, hos ad Epiſcopale culmen prouehere debeamus, quia ſic decet Regiam Celſitudinem, vt quos cognoſcit in Dei timore conuerſari & fidem Catholicam integrè cuſtodire, vel Euangelica praecepta omnimodis obſeruare, tale ad officium ſtudeat promouere. Proinde dum vos arcem Metropolitani ſcimus tenere, praſentes apices cum debito ſalutationis officio Almitati veſtra ſtuduimus deſtinare, petentes vt ad eum benedicendum properare debeatis, & literas ad Comprouinciales veſtros dirigatis, vt & illi adeſſe debeant,*

FIT EP. CADVRC.

* Cahors.

AN. CH. 629. DAGOB. R. 8. CHARIB. II. R. 1.

vt canonicè & iuxta Apoſtolicam inſtitutionem ſub veſtri præſentia in Paſchali ſolemnitate Pontificali benedictione debeat confirmari. Illud etiam ante omnia ſupplicamus, vt nos in ſanctis ac Deo placitis orationibus veſtris Domino commendetis, & ad explendum hoc negotium nullam moram faciatis. Quem Indiculum manus noſtræ ſubſcriptione, vt mos eſt, decernimus roborare. Dagobertus Rex ſubſcripſit. Hic Indiculus ſubiicitur Præcepto regio, quod *Epiſcopis & Ducibus cunctóque populo Galliarum finibus conſtituto* inſcribitur, datúmque legitur *ſub die* VI. *Idus Aprilis, anno octauo Dagoberti Regis.* Tamen Indiculus Præceptum anteceſſerit, neceſſe eſt, quia Paſcha hoc anno celebratum eſt XVI. Kalendas Maias, intra ſpatium autem octo dierum Rex voluntatem ſuam Sulpitio Aquitaniæ primæ Metropolitano, Sulpitius regiam voluntatem ceteris illius Prouinciæ, quæ latè patet, Præſulibus ſignificare, iidémque Antiſtites à ſuo Metropolitano vocati ad Synodum conuenire non potuerunt. Ineunte Ianuario Rex accepit nuncium de morte Ruſtici Cadurcenſis Epiſcopi, ſtatimque Deſiderium Theſaurarium fratrem Ruſtici per Indiculum Sulpitio Bituricenſium Antiſtiti, Aquitaniæ primæ, in qua Cadurcum ſitum eſt, Metropolitano commendauit, ſeriùs verò, poſtquàm reſciuit ciuium Abbatúmque Cadurcenſium omnimodis hoc expoſcere, vt Deſiderium Epiſcopum haberent, Præceptum direxit ſexto Idus Aprilis. Is ordo rerum geſtarum fuit. *Conſenſus Regis & ciuium pari ſententiâ in Epiſcopum Deſiderium*, vt Author vitæ ſcribit, *adſpirant. Nam licèt ſuggeſtio ciuium ad Præſules & Principes iam præceſſerit, Rex tamen pro hoc amantiſſimo & valdè ambiendo Præceptum dedit, in quo perſpicuè agnoſcitur vel quàm carè hunc Rex diligeret, vel quam de eo æſtimationem haberet.* Præceptum tale eſt. *Dagobertus Rex Francorum Epiſcopis & Ducibus cunctóque populo Galliarum finibus conſtituto. Condecet clementiam Principatûs noſtri ſagaci indagatione proſequi & peruigili curâ tractare, vt electio vel diſpoſitio noſtra Dei in omnibus voluntati debeant concordare, & dum nobis regiones & regna in poteſtate ad regendum largiente Domino noſcuntur eſſe collata, illis committantur priuilegia dignitatum, quos vita laudabilis & morum probitas vel generoſitatis nobilitas extulit. Et quoniam virum illuſtrem Deſiderium Theſaurarium noſtrum cognouimus religionis obſeruantiam ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore in omnibus cuſtodire, & ſub habitu ſæculari Chriſti militem gerere, ac mores Angelicos & Sacerdotalem conuerſationem habere, vt non ſolùm in contiguis ſed etiam in longinquis regionibus fama bonitatis eius vulgata crebreſcat, ideo credimus eum meritò ad Sacerdotium debere prouehi, quem, ſicut diximus, ornatis moribus videmus iugiter ad cæleſtem patriam anhelare, & dum ciuium Abbatúmque Cadurcorum conſenſus hoc omnimodis expoſcit, vt eum Epiſcopum habeant, & noſtra deuotio ſimiliter conſentit, abſque dubio credimus nutu Dei id fieri, vt dum ſatis nobis eſt in Palatio noſtro neceſſarius, ipſi nobis quodammodò violentiam inferamus, & eum ab ædibus noſtris profectui publico procuremus. Sed dum nobis eum ab ædibus noſtris auferimus, quibus regiones & regna à Deo ſunt commiſſa, quamuis nobis inferamus diſpendium, tales debemus procurare Paſtores, qui ſecundùm Deum & iuxta Apoſtolica dicta plebes ſibi ac nobis commiſſas debeant regere, vnde nobis merces amplior poſſit accreſcere. Quamobrem iuxta ciuium petitionem noſtram quoque concordantem in omnibus voluntatem decernimus ac iubemus, vt adiuuante Domino, adclamante laudem ipſius Clero vel populo vir illuſtris & verus Dei cultor Deſiderius Pontifex in vrbe Caturci debeat conſecrari, & noſtra ciuiúmque voluntas quod decreuit in omnibus in Dei nomine perficiatur, & Pontificali benedictione ſublimatus, dum Chriſto propitio verè ac religioſè profitemur, quòd vita & conuerſatio eius digna & probata ab omnibus habetur, pro nobis & pro vniuerſis ordinibus Eccleſiæ debeat exorare, & acceptabiles Deo hoſtias ſtudeat offerre, quia ex hoc vitam nobis largiori ano auctore Domino credimus propagandam, ſi ille in Sacerdotio eligitur & ſublimatur, qui pro nobis vel pro vobis ſibi commiſſis ſecurus ante tribunal Chriſti preces offerat, & in futuro iudicio vt culpas excuſet precator aſſiſtat. Quâ de re præſenti auctoritate decernimus, vt ſæpedictus Deſiderius Epiſcopatum in Caturcena vrbe præſentialiter ſuſcipiat, & Chriſto propitio eius temporibus*

poribus teneat. Et vt hæc deliberatio noſtra voluntatis firmior habeatur, manûs noſtræ ſubſcriptione ſubter eam decreuimus roborare. Chrodobertus obtulit. Dagobertus Rex ſubſcripſit. Data ſub die VI. *Idus Aprilis, anno octauo Dagoberti Regis.*

AN. CH. 629.
DAGOB. R. 8.
CHARIB. II. R. I.
IV.

Itaque & Regis promulgatâ ſententiâ & ciuium conſonâ voce Deſiderius ad Epiſcopatum eligitur, datâque, vt ſupradictum eſt, auctoritate ad Sulpitium Bituricæ vrbis Epiſcopum qui Metropolis dinoſcebatur, ipſe cæteros fratres Comprouinciales ad conſecrationem venerabilis Deſiderij inuitat. Factus itaque Epiſcopus ſub anno VIII. *Dagoberti Regis, temporibus piiſſimi Eracly Imperatoris. Qualem ſe demum quantúmque præſtiterit, non eſt noſtra facultatis euoluere.* Huc vſque Codex Moſſiacenſis. Sæpiùs Eccleſiaſticarum Sanctionum auctoritate vetitum fuerat, ne repentè fierent ex laicis Sacerdotes, atque inuerecundè religioſi propoſiti ducatum arriperent, qui nec eſſe adhuc milites didiciſſent, vt deteſtabatur Gregorius Magnus [a] in literis ad Syagrium, Ætherium, Virgilium & Deſiderium Epiſcopos Galliarum. Id cùm Dagobertus Rex non ignoraret, Deſiderij *deuotiſſimam ac Monaſticam conuerſationem* ſuis ad Sulpitium Metropolitanum literis, itémque *mores Angelicos & Sacerdotalem conuerſationem* ſuis ad ceteros Epiſcopos ac Duces literis plurimùm commendauit, vt talis neophytus, qui ſub habitu ſeculari militem Chriſti gerebat, Sacerdotio dignus haberetur. Extant Deſiderij nondum Epiſcopi literæ [b] ad Saluſtium Epiſcopum Aginnenſem, quæ ſingularem amicitiam inter vtrumque atque etiam cum Flauado prænobili viro interceſſiſſe teſtantur. Extant & aliæ cùm Bertegyſeli [c] Abbatis, tum Veri [d] Rutenenſis Epiſcopi literæ ad Deſiderium adhuc Theſaurarium, quæ docent apertè quantâ tunc apud Regem gratiâ valeret.

[a] Lib. 7. epiſt. 109.
[b] Epiſt. 1.
[c] Epiſt. 2. ad Deſider.
[d] Epiſt. 19. ad Deſider.

V. CHRONOLOGIA CONFIRMATVR.

Qui Dagoberti Regis annum octauum, quo Deſiderius Epiſcopatum per menſem Aprilem adeptus eſt, à morte Clotarij patris numerant, ſibi non paruam fatentur obuerſari difficultatem, ex qua nullatenus expedire ſe poſſunt, niſi mendum in anni notam irrepſiſſe dicant. Obiit Clotarius anno Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo, recentiores tertio Kalendas Octobres mortem illam conſignant. Si primus Dagoberti Regis annus cenſetur is quo patri ſucceſſit, octauus eiuſdem Regis annus cum anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-quinto coincidit. Si verò qui poſt Clotarij Regis obitum proximus annus fuit, is Dagoberti Regis primus computatur, annus eiuſdem Regis octauus cum anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſexto conuenit, nec aliter etiam ſentiendum, ſi ex Cancellariæ ſtylo initium anni petatur à tertio Kalendas Octobres ſiue à die quo Clotarius Rex ex hac vita diſceſſit. Anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-quinto Paſcha celebratum eſt quinto Idus Aprilis, anno ſequenti celebratum eſt pridie Kalendas Apriles. Quoniam autem Dagoberti Præceptum, quod ſexto Idus Aprilis datum extat, & eiuſdem Regis Indiculum, qui Præcepto ſubiicitur, eodem die ſcriptum putant; ideo contendunt annum Dagoberti Regis nonum octaui loco reſtituendum eſſe, vt annus obtineatur Chriſti ſexcenteſimus triceſimus-ſeptimus, & dies ſextus ante Idus Aprilis incidat in feriam tertiam infra hebdomadam Paſſionis, anno enim Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſeptimo Paſcha celebratum eſt duodecimo Kalendas Maias. At iſtâ non opus eſt correctione; tum quia octauus Dagoberti Regis annus quo Deſiderius ad Epiſcopatum Cadurcenſem promotus eſt, numerari debet à tempore quo Dagobertus regnare cœpit apud Auſtraſios, vt ex Epiſcopatu Ruſtici & ex ſubſcriptionibus Concilij Remenſis iam probauimus, illigatúrque anno Chriſti ſexcenteſimo vndetriceſimo, quo Paſcha celebratum eſt decimo-ſexto Kalendas Maias, & dies ſextus ante Idus Apriles incidit in Sabbatum ante Dominicam Palmarum: tum quia nihil nos cogit vt Præceptum Dagoberti datum credamus ante Paſcha, nam licèt Dagobertus Sulpitio Bituricenſium Præſuli ſic ſcribat, *præſentes apices cum debito ſalutationis officio Almitati veſtræ ſtuduimus deſtinare, petentes vt ad eum*, nempe Deſiderium, *benedicendum properare debeatis, & literas ad Comprouinciales veſtros dirigatis, vt & illi adeſſe debeant, vt Canonicè & iuxta Apoſtolicam inſtitutionem ſub veſtri*

AN. CH. 629. CLOTAR. II. R. 8. CHARIB. II. R. 1.

præſentia in ſancta Paſchali Solemnitate Pontificali benedictione debeat confirmari, non inde neceſſariò ſequitur Deſiderium ordinatum fuiſſe Antiſtitem ipſo die Paſcharis, cùm res omnes, quæ Pontificalem benedictionem anteceedere debuerunt, tam citò confici fortè nequiuerint, quamquam aut ipſo Paſchæ die, vt Rex optarat, aut paulò pòſt ordinatum putamus, cùm ex Dagoberti Præcepto, quod ſexto Idus Aprilis ſeu die Sabbati ante Dominicam Palmarum datum eſt, conſtet ciuium Abbatúmque Cadurcenſium conſenſum iam acceſſiſſe.

VI. Cadurcenſes Dagoberto poſt Clotarij patris obitum vniuerſam Franciam obtinenti parebant cùm Deſiderius Epiſcoparum ſuſcepit, modicóque ſpatio temporis interiecto venerunt in poteſtatem Chariberti, nam, teſte Fredegario [a], *cùm regnum Chlotarij tam Neptrici quàm Burgundia à Dagoberto fuiſſet præoccupatum, captis theſauris & ſua ditioni redactis, tandem miſericordiâ motus, conſilio ſapientum vſus, citra Ligerem & limitem Spania, qui ponitur partibus Waſconia, ſeu & montes Pyrenaos, pagos & ciuitates fratri ſuo Chariberto ad tranſagendum, quod ad inſtar priuato habitu ei viuendum potuiſſet ſufficere, noſcitur conceſſiſſe. Pagum Tholoſanum, Caturcinum, Agennenſem, Petrocoreum, & Santonicum, vel quod ab his versùs montes Pyrenaos excluditur, hoc tantùm Chariberto regendum conceſſit, quod & per pactionis vinculum ſtrinxit, vt ampliùs Charibertus nullo tempore aduersùs Dagobertum de regno patris repetere præſumeret. Charibertus ſedem Tholoſanam elegens, regnat in parte prouincia Aquitanica.* Fredegario ciſligeritani populi ſunt, qui nobis tranſligeritani. Charibertus ab Aimoino [b] *Rex Aquitania* vocatur, quia regnauit in Aquitania; Fredegarius [c] verò, quoniam Aquitania pars erat Franciæ, ditionem eiuſdem Chariberti *regnum Francorum* appellat.

CHARIBERTVS REGNAT IN PARTE AQVITAN.

[a] Cap. 57.
[b] Lib. 4. c. 23.
[c] Cap. 78.

VII. Dagobertus hoc eodem anno in Auſtriam ſe contulit. *Anno VIII. regni ſui*, inquit idem Author [d], *cùm Auſter regio cultu circuiret, quamdam puellam nomine Ragnetrudem ſtratui ſuo adſciuit, de qua eo anno habuit filium nomine Sigibertum.* Fredegarius annum orditur à Kalendis Martiis, nos verò à Ianuariis, ideóque ortum ac baptiſmum Sigiberti in annum ſequentem reiiciemus cum Pippini profectione ad Charibertum Regem, quamuis iſta octauo Dagoberti Regis anno à Fredegario [e] conſignentur.

DAGOBERTVS ET IN AVSTRIAM, DVCIT RAGNETRVDEM,

[d] Cap. 59.
[e] Capp. 59. 61. 62.

VIII. Tunc Amandus Epiſcopus è regno Sclauorum reuerſus eſt in Auſtriam, adiitque Regem Dagobertum. Suſcepti ad aulam regiam itineris duplicem rationem indicat Baudemundus, alteram quòd paucis ex Sclauis in Chriſto regeneratis videret *ſibi non ſatis accreſcere fructum, & martyrium, quod ſemper quærebat, nondum ſe adepturum*, alteram quòd *pro capitalibus criminibus* ipſum Regem redarguturus eſſet. Per capitalia crimina Dagoberti Regis, auaritiam intellige ac luxuriam, quas in eo Fredegarius [f] ita reprehendit. *Cùm omnis iuſtitia, quam priùs dilexerat, fuiſſet oblitus, cupiditatis inſtinctu ſuper rebus Eccleſiarum & Leudium ſagaci deſiderio vellet omnibus vndique ſpoliis nouos implere theſauros. Luxuria ſuper modum deditus. Nam tres habebat maximè adinſtar Reginas, & plurimas concubinas. Regina verò ha fuerunt, Nanthildis, Wlfgundis & Berthildis. Nomina concubinarum, eò quòd plures fuiſſent, increuit huic Chronica inſeri.* Dagobertus irâ commotus mox Antiſtitem in exilium pelli præcepit. *Seruus Dei*, vt Author vitæ Aquitanus in Codice Ducheſniano teſtatur [g], *ad locum maritimum nauem inuenire volens perrexit, & mare Britannicum tranſire voluit ad gentes Saxonum, vt eis Euangelium prædicaret, & in peregrinatione cunctis diebus vita ſua permanere volebat.* Deus Franciam tanto Præſule carere noluit. Charibertus alter Francorum Rex in Aquitaniæ parte regnabat. Illuc Amandus ſe recepit, nam teſte Huebaldo, qui vitam ſanctæ Rictrudis ineunte decimo ſeculo conſcripſit, profectus eſt in Waſconiam, id eſt, vt Hucbaldi ætate loquebantur, in Aquitaniam tertiam, cuius partem Charibertus Dagoberto vltrò cedente iam obtinebat, alteram ſubactis Waſconibus poſteà recuperauit. Amandi exilium haud diuturnum fuit. Cauſam re-

REDARGVITVR AB AMANDO EPISC.

AMANDVM PELLIT IN EXILIVM.

[f] Cap. 60.
[g] Ap Bolland. d. 6. Febr.

uocationis exponemus anno ſequenti. Interim *Dagobertus*, vt Fredegarius [a] ſcribit, *reuertens in Neptrico, ſedem patris ſui Chlotary diligens, aſsiduè reſedere diſpoſuit. Cùm Leudes ſui eius nequiciam gemerent, hoc cernens Pippinus, cùm eſſet cautior cunctis, & conſilioſus valdè, pleniſsimus fide, ab omnibus dilectus pro iuſtitiæ amore, quâ Dagobertum conſilioſè inſtruxerat, dum ſuo vſus fuerat conſilio; ſibi tamen nequiequam oblitus iuſtitiam, neque recedens à via bonitatis, cùm ad Dagobertum accederet, prudenter agebat in cunctis, & cautum ſe in omnibus oſtendebat. Zelus Auſtraſiorum aduersùs eundem vehementer ſuggerebat, vt etiam ipſum conarentur cum Dagoberto facere odioſum, vt potiùs interficeretur. Sed iuſtitiæ amor, & Dei timor, quem diligenter amplexerat, ipſum liberauit à malis. Æga verò à ceteris Neptraſiis conſilio Dagoberti erat aſsiduus.* AN. CH. 629. DAGOB. R. 8. CHARIB. II. R. 1.

[a] Capp. 60. 61. 62.

IX. IVDÆOS EXPELLIT REGNO.

Eo anno Legati Dagoberti, quos ad Heraclium Imperatorem direxerat, nominibus Seruatus & Paternus, ad eundem reuertuntur, nunciantes pacem perpetuam cum Heraclio firmaſſe. Heraclius cùm eſſet literis nimiè eruditus, Aſtrologus efficitur, per quod cernens à circumciſis gentibus diuino nutu Imperium eſſe vaſtandum, Legationem ad Dagobertum Regem Francorum dirigit, petens vt omnes Iudæos regni ſui ad fidem Catholicam baptizandum præciperet. Quod protinus Dagobertus impleuit. Heraclius per omnes prouincias taliter idémque facere decreuit. Hæc leguntur apud eundem Fredegarium [b], ſed partim vera, partim falſa nobis videntur. Pax Franciam inter ac Imperium Romanum à multis annis vigebat. Vt eadem quies inter vtramque gentem perduraret, anno priore poſt Clotarij Regis obitum Legatos à Dagoberto ſtatim ad Heraclium Auguſtum miſſos fuiſſe, eoſdémque non negamus hoc anno in Galliam rediiſſe cum Cæſareis, qui Dagoberto felicem Principatum ominarentur, & Heraclium ſocium atque amicum Francorum ſemper fore ſponderent. Neque etiam in dubium reuocamus, quin Dagobertus Epiſcoporum ac ſapientium virorum conſilio Iudæos omnes, qui Chriſtianam Religionem profiteri & ſacrum Baptiſmum ſuſcipere noluerunt, Regni ſui finibus mox expulerit. At rogante Heraclio id factum inficiamur, atque, vt ita cenſeamus, tres potiſſimùm rationes nos adducunt. Primò, nullus è Græcis Auctoribus Heraclij meminit vt Aſtrologi. Deinde Heraclius, ſi naturâ deditus Aſtrologorum & Ariolorum vanitati fingatur, ab iis non Iudæos ſed Saracenos ſibi ac Imperio Romano metuendos intellexit. Anno enim Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-primo, qui literâ Dominicali D præditus fuit, ſiue ipſius Heraclij Auguſti, vt Georgius Cedrenus teſtatur, *anno* XII. *qui fuit ab initio Mundi* IↃↃ. CIↃ. CXXXI. *tertiâ menſis Septembris, ſeptimana quintâ die, Stephanus Alexandrinus Saracenis ex aſtris petitâ diuinandi ratione vaticinatus eſt, fore eorum potentiam ad dominationem validam per annos* CCCIX. *inde alios* LVI. *eam turbis, tumultibus ac calamitatibus vexatum iri, rerum itaque eos potituros annos in vniuerſum vtrâque fortunâ* CCCLXV. Τῷ ιϐʹ. ἔτει, ἤγουν τῷ ϛρλαʹ. ἀπὸ κτίσεως κόσμου, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ γʹ. ἡμέρᾳ εʹ. ἐγένετο θεμάτιον τῶν Σαρακηνῶν παρὰ Στεφάνου Ἀλεξανδρέως τούτοις κανονίσαντος, κρατῆσαι ἐν ἰσχύϊ μὲν ἔτη τθʹ. ἐν δὲ συστροφῇ καὶ ἀκαταστασίᾳ καὶ συμφορᾷ. ἕτερα ἔτη νϛʹ. ὡς εἶ) τὴν διαχείρησιν αὐτῶν ἅπασαν εὐτυχοῦσαν καὶ δυστυχοῦσαν, ἔτη τξεʹ. Porrò Saracenorum ſeu Mahumetanorum Principatus initium in Arabia ſumpſit imperante Heraclio, variis non Romanorum modò ſed & Perſarum Prouinciis auctus eſt eodem Heraclio in viuis adhuc ſuperſtite, quódque infelicius ac luctuoſius eſt, Imperium Orientale, quod penes ipſum Heraclium fuit, longè poſt tempus à Stephano definitum penitus extinxerunt iidem hoſtes Chriſtiani nominis, nec minorem cladem Occidentalibus regionibus, Italiæ, Germaniæ, Galliæque intuliſſent, niſi Francia diuerſis temporibus ſuos CAROLOS ſuóſque LVDOVICOS obieciſſet. Recens eſt memoria rei cis Arabonem * geſtæ. Auxiliares copiæ, quas anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo-quarto LVDOVICVS XIV. Francorum Nauarræque Rex Chriſtianiſſimus in Hungariam miſit, profligato

[b] Capp. 62. 65.

* le Rab.

AN. CH. 629. DAGOB. R. 8. CHARIB. II. R. 1.

Turcarum exercitu pacem quietam Hungaris, Germanis ſecuritatem tutam, Orbi Chriſtiano triumphum nobiliſſimum pepererunt. Vaticinium igitur Stephani non eo conſilio retulimus, vt Saracenicæ ſeu Mahumetanæ dominationis durationem probaremus, ſed vt oſtenderemus octauo circiter anno, priuſquàm Heraclius Auguſtus Legationem ad Dagobertum Regem Francorum dirigeret, celeberrimos Aſtrologos, qui vixerunt intra fines Imperij Romani, ipſique Heraclio ignoti eſſe non potuerunt, de Saracenis ſeu Mahumetanis non de Iudæis locutos eſſe, cùm metum ingentem à circumciſa gente Romanis aliiſque Chriſtianis impendere prununtiarunt. Denique Heraclius Iudæos ſiue Hebræos extra Prouincias Imperij Romani non abegit, anno enim ſui Principatûs vndeuiceſimo, cùm Hieroſolymam profectus eſſet, eis tertio tantùm ab vrbe ſancta milliario interdixit. Id Theophanes & Cedrenus ad annum prædictum affirmant. Theophanes ſic. Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ ἀποκαταστήσας Ζαχαρίαν τὸν Πατριάρχην, καὶ τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα εἰς τὸν ἴδιον τόπον, καὶ πολλὰ εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, ἀπήλασεν Ἑβραίους ἀπὸ τῆς ἁγίας πόλεως, κελεύσας μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐξουσίαν ἀπὸ τριῶν μιλίων τῆς ἁγίας πόλεως πλησιάζειν. *Imperator deinde Hieroſolymam ingreſſus, Patriarchâ Zachariâ Sedi ſuæ reſtituto, & venerandis viuificiſque lignis loco ſuo redditis, debitas grates Deo perſoluit, Hebræóſque à ſancta ciuitate iuſſit exulare, nec niſi ſupra tertium ab ea milliarium ad eam accedendi fecit ipſis poteſtatem.* Cedrenus ſic. Τῷ ιθ'. ἔτει ἅμα ἔαρι, ἀπάρας ὁ βασιλεὺς τῆς βασιλίδος, ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπορεύθη, καὶ ἀπήγαγε τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα, καὶ ἀποδοὺς τῷ Θεῷ τὴν εὐχαριστίαν, ἀποκατέστησε τὸν Πατριάρχην Ζαχαρίαν, ἀπήλασε δὲ πάντας τοὺς Ἑβραίους τῆς ἁγίας πόλεως, ὁρίσας μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐξουσίαν ἀπὸ τριῶν μιλίων πλησιάζειν. *Anno XIX. vere ineunte, Imperator Conſtantinopoli Hieroſolymam proficiſcitur, & auehit venerabilia ac viuifica ligna, votiſque Deo perſolutis Patriarcham Zachariam reſtituit, omnes porrò Hebræos vrbe ſancta exigit edicens, ne iis intra tertium milliare accedere liceret.* Præterea Nicephorus Patriarcha reſtatur imperante Heracleonâ, ipſius Heraclij & Martinæ poſterioris vxoris filio, multos Conſtantinopoli Iudæos habitaſſe. Sin Heraclius Iudæos vrbibus Imperij non ſubmouit, quis Dagobertum ab illo rogatum credat, vt eos è Franciæ finibus expelleret?

X. Hoc anno, Magnus Diaconus ad locum, qui dicitur Fauces, tandem peruenit. Audiendus ea de re Theodorus. *Seceſſit*, inquit, *vir beatus propter multitudinem populorum, & perrexit ad vicina loca, quæ vocantur Fauces* *, *quatenus ibi familiarem locum Domino annuente ſibi conſtrueret ad manendum, relinquens præfatum Presbyterum Tozzonem in Eccleſia populum illuc venturum cuſtodiendum, vocauitque ipſum locum Synagoga, id eſt, congregatio populorum. Ergo cùm circa meridiem cauſâ quietioris vitæ ad paruum locum tenderet, ſubitò dæmones à monte vicino cum magno ſtrepitu de vertice montis proximi quaſi vnâ voce vocauerunt alios in pelago fluuij Lechi conſiſtentes, quaſi nominatim. His auditis vir Dei beatus Magnus muniuit ſe vndique ſignaculo ſanctæ Crucis, & dixit illis. In nomine Domini mei Ieſu Chriſti, non pro meis meritis, ſed per merita beati Galli Confeſſoris Chriſti, adiuro vos, vt recedatis ab iſto loco, & vlteriùs neque hîc manere, nec neminem lædere præſumatis. Et his dictis feſtinus rediit ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quam conſtruxerat, narrauitque Tozzoni Presbytero omnia qua audierat in loco illo. Cúmque voluiſſent veſpertinum tempus pſallere, audita ſunt dira voces dæmoniorum permentium ſummitates, quaſi diſcedentium eiulatus cum terrore profuſi. Et hæc audientes ſerui Dei proſtrauerunt ſe in orationem Domino laudes & gratias perſoluentes, qui eos liberare dignatus eſt de terrore malignorum ſpirituum. Sequenti verò die beatus Magnus cum Presbytero Tozzone regreſſus eſt ad præfatum locum, & ibi conſtruere cœperunt Oratorium paruiſſimum, acceſſiſúſque eſt à Tozzone Wictherpus Epiſcopus, & dedicauit ipſorum Oratorium in honore & ſub nomine*

* hodie *Fuſſen.*

INITIA COENOBII FAVCENSIS.

AN. CH. 629.

DAGOB. R. 8.

CHARIB. II. R. 1.

XI.

ſancti Saluatoris. En initium Monaſterij Faueenſis in hodierna Sueuia, quod voce parum immutatâ Fuſſenſe nunc appellatur, ſitúmque eſt ad confinia Sueuiæ, Tirolis ac Bauariæ.

RICHARIVS A CAIDOCO ET ADRIANO PRESBYTERIS ERVDITVR.

Circa hæc tempora Richarius aſcericis diſciplinis inſtructus fuit à Caidoco & Fricoræo, quem alio quoque nomine Adrianum vocant. Vitam ſancti Richarij ſcripſerunt Alcuinus, Radbertus, Erikius & Ingelrannus. Omnium antiquiſſimus extitit Alcuinus, hic libellum ſuum obtulit Carolo Magno, & in ipſa præfatione reſtatus eſt oblatos ſibi ab Angilberto Abbate duos vetuſtiores Codices, quorum locutionem ſimplicem ac minùs politam in elegantiorem ſtylum commutauit ſeruato priorum verborum ſenſu. Malbrancus ad calcem ſcholiorum in quartum librum de Morinis, vbi Chronicon Centulenſe commendat, ait ex ipſo textu quinque illius operis Authores facilè deprehendi, & primum locum Albino Alcuino ratione temporis aſſignat. Quapropter Hiſtoricæ veritati non parum à nobis conſultum putauimus, ſi prætermiſſis fabellis, quas Neoterici de regio beati Richarij genere, de crebris profectionibus in Italiam, de Pontificalibus infulis & de Patriarchatu circumtulerunt, primordia Monaſterij Centulenſis & res à piiſſimo conditore geſtas ex vno hauriremus Alcuino, qui ſecurus eſt Authores aut ſancto Richario ſynchronos, aut ab eius ætate vix remotos. Sic autem ille de Richarij conuerſione ſub Dagoberto Rege diſſerit. *Temporibus glorioſiſſimi Regis Francorum Dagoberti, qui & ſeculari poteſtate præclarus, & Chriſtianâ religione nobilis effulſit, & Optimates ſuos dignitatibus exaltauit, & ſeruos Dei honoribus excoluit; in illis, inquam, diebus plurima vbique Monaſteria à ſanctis Patribus cœperunt conſtrui, necnon & multi ex laico habitu viri religioſi inuenti ſunt, ex quibus Richarius quidam natus in villa Centula Prouinciæ Pontiuæ *, velut lucifer inter umbras oriens emicuit, non tam nobilibus iuxta ſeculum parentibus ortus, quàm moribus honeſtus & omni probitate deuotiſſimus. Hic vt in ruſtica vita, quædam præſagia futuræ Sanctitatis gerebat. Contigit autem illo tempore duos Sacerdotes, ſanctitate florentes, & virtutum meritis fulgentes, quorum prior Caidocus vocabatur, alter verò Fricharius, de Hibernia partibus in Pontiuas perueniſſe regiones, ſed à ruſticis & popularibus illius loci propter inſolentiam morum non ſunt ſuſcepti, nec digno eorum ſanctitatis honore tractati, ſed magis iniuriis afflictos & opprobriis caſtigatos, à finibus ſuis cœperunt eos expellere. Quorum violentiæ & ſceleratis præſumptionibus futurus Dei famulus Richarius obuiauit, Chriſtíque ſeruos de manibus impiorum eripuit, & cum omni benignitate eos deducens in domum ſuam, Deo prouidente, vt illi protegerentur, & ipſe ſaluaretur, obtinuit. Nec lucerna gratiæ Dei accenſa diutiùs abſcondi potuit, ſed patefactum lumen ſanctitatis & prædicationis longè latéque ad ſalutem multorum fulſit. Nam introductos hoſpites ſuos cum magna charitatis honore curauit, eóſque ſibi verbum Dei prædicantes cum tota humilitate & intentione audiuit. Nec fruſtrà in terram bonam ſemen verbum Dei ſparſum eſt, ſed quod aure audiebat, hoc radicitus corde retinebat, & centenos in horrea Chriſti, vt poſteà luce clariùs & ſanctitate & miraculorum oſtenſione claruit, fructus germinauit. Igitur ex prædicatione famulorum Dei & adſpiratione gratiæ diuinæ compunctus, ad lachrymas conuerſus, confeſſionem ſuorum fecit peccatorum, & in conſpectu omnipotentis Dei ardenter veniam petens, lachrymis abſoluit, quod ignoranter ab adoleſcentia illecebris peccauit, & qui Dominum ſuſcepit in famulis ſuis hoſpitalitatis gratiâ, ſuſceptus eſt à Domino in miſericordia & pietate. Nam ex eo tempore initium ſacræ religionis ſumpſit, & ad altiora pietatis faſtigia gradibus quotidie humilitatis ſcandere nitebatur, & arreptum ſemel vitæ iter, fidei paſſibus peragere conatus eſt, atque poſteriora obliuiſcens, ſe in anteriora cum Apoſtolo extendit, illius verſiculi per ſingulos gradus memor. Ibunt Sancti de virtute in virtutem, quatenus perueniant ad id quod ſequitur. Videbitur Deus Deorum in Sion. Itaque mox ab initio conuerſionis ſuæ tam durâ ſe caſtigatione conſtrinxit, vt poſt longa & diuturna ieiunia pane hordeaceo cinere commixto, & aquâ lachrymis temperatâ, feſſum ieiuniis corpuſculum refocillaret, & huius cibi ſuſtentaculo deuotus Chriſti Athleta vigiliis & orationibus*

* Ponthieu.

AN. CH. 629. DAGOB. R. 8. CHARIB. R. 1.

die noctúque Domino militabat, non aërem verberans, ſed corpus ſuum caſtigans, ne futurus Chriſti prædicator in aliquo reprobus inueniretur. Hæc autem initio regni Dagobertini apud Neuſtraſios videntur conuenire, quia Richarius poſteà factus eſt Preſbyter, præclarè concionatus eſt primùm in Gallia, deinde in Britannia, atque iterum in Gallia, priuſquàm Maurontum baptizaret, cuius ortum anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-quarto conſignabimus.

XII. Guiberti Abbatis operibus à Luca Dacherio ſubiecta eſt ſanctæ Salabergæ vita, cuius Author aliquot poſt eius mortem annis exeunte ſeptimo ſeculo floruit. *Salaberga in ſuburbano Leucorum oppido, territorio Lingonico confini, ſecundùm ſeculi dignitatem clariſſima* patrem habuit Gunduinum ſeu Gundocnum, matrem Saretrudem; fratres Leudinum & Fulculphum, vtrumque cognomento Bodonem; cùm adoleſcentula eſſet, viſum recuperauit benedictionis oleum ſuper eius oculos effundente Euſtaſio Abbate qui Luxouium è Boioaria reuertebatur; bis nupſit, primùm Richramno, deinde Blandino Baſoni; vix duos cum priore marito menſes tranſegit; manſit vidua per biennium, túncque in Monaſterium virginum à Romarico conditum receſſiſſet, niſi prohibuiſſet Dagobertus Rex, cui Blandinus Baſo percharus erat. Blandini Baſonis & Salabergæ torus aliquandiu ſterilis fuit. Hæc *ad Baſilicam Beati Remigij Pontificis qui Vrbem Remorum Campaniaque tellurem virtutibus ſacris & mirabilibus illuſtrabat, expetiit, ibíque vigiliis & orationibus excubans, votum vouit, vt ſi diuinitus ei ſoboles concederetur, ipſam Domino dicaret. Nec mora domum reuerſa, hoc quod fideliter & anxiè petierat, à Domino eſt ei collatum, concepítque, & peperit filiam, cui ex auia vocabulo Saretrudis nomen indidit. Rurſus aliam filiam edidit, quam Ebanem nuncupauit. Deinceps verò genuit filiam tertiam, ipſámque Baptiſmi gratiâ regeneratam Auſtrudem appellauit, quæ in curam & regimen ſororum, proceſſu temporis, cunctâ annuente catervâ, ſucceſſit. Quartum verò edidit liberum, cui & ipſi Baptiſmi gratiâ à Sacerdotibus conſecrato Euſtaſius nomen indiderat, qui & infra pueriles annos defunctus eſt. Quintum verò bonæ indolis edidit prolem, nomine Balduinum, quem & ipſum iuxta priores Omnipotenti Deo ſacrauit. Egit hoc denique famula Chriſti, omníque niſu aggreſſa eſt vt omnem domum ſuam non ſibi ſoli, ſed marito ſimul & liberis, Chriſti faceret Eccleſiam.* Hæc Author vitæ abſque certa temporis nota, ſed ex manuſcripta Sanctæ Auſtrudis vita, cuius epitomen Lucas Dacherius Monachus Benedictinus Congregationis ſancti Mauri iam laudatus in nonnullarum ſancti Ioannis Laudunenſis Abbatiſſarum nomenclatura publicauit, ipſam Auſtrudem, quæ Blandini Baſonis & Salabergæ tertia proles fuit, anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-quarto natam deprehendimus. Hoc autem Charactere Chronologico innixi Salabergam, quæ anno Chriſti ſexcenteſimo duodeuiceſimo cùm adoleſcentula eſſet viſum recuperauit, exiſtimamus Richramno nupſiſſe anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſeptimo, deinde Blandino Baſoni hoc anno, Chriſti ſexcenteſimo vndetriceſimo, poſt biennium cùm ſe ſterilem doleret Remos ad tumulum ſancti Remigij profectam eſſe, tribúſque ſubſequentibus annis totidem proles, Saretrudem, Ebanem & Auſtrudem peperiſſe. Textus Dacherij non caret mendo, profertur enim in hæc verba. *S. Auſtrudis B. Salabergæ filia, ab incunabulis Deo à ſanctiſſima genitrice conſecrata, vix duodennis cùm videret ſe ab illuſtriſſimo ſimul & opulentiſſimo iuuene ad nuptias expeti coniugio, imò & ſeculo renuntians patriámque deſerens Laudunum * venit, & magno Cleri ac populi concurſu excepta & ad Monaſterium deducta, Monaſticum habitum ſub religioſa ſanctæ matris diſciplina ſuſcepit. Octo poſt annis, defunctâ matre, in Abbatiſſam electa eſt anno ætatis ſuæ vigeſimo, & annuente Clodouæo Secundo Francorum Rege, acclamantibus regionis Proceribus vniuerſis, à Peregrino Laudunenſi Epiſcopo poſt impertitam benedictionem inſtituitur.* At Peregrini Laudunenſis Epiſcopi Pontificatus cum Principatu Clodouei Secundi non conuenit. Atrola Laudunenſis Epiſcopus, qui & Attila, Attilo, Attelanus & Azelanus dicitur, poſt Sanctum Chainoaldum anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſecundo mortuum

SALABERGA NUBIT BLANDINO BASONI.

* *Laon.*

AN. CH. 629. DAGOB. R. 8. CHARIB. R. 1.

ſedit. Salabergam Laudunum profectam, vt Monaſterium conderet, excepit anno Chriſti circiter ſexcenteſimo-quadrageſimo, vt conſtat ex vita ipſius Salabergæ ab Auctore ſuppari conſcripta. In aula erat Sigiberti Regis anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo octauo, vt indicat Notgerus in vita ſancti Remacli. Quaſdam res, teſte Flodoardo [a], commutauit cum Niuardo, qui Remenſem Epiſcopatum obtinere cœpit anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-nono. Subſcripſit Præcepto Childerici Regis dato apud Compendium quarto Nonas Iulias, anno eiuſdem Childerici in Neuſtria tertio iam inchoato, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-primo. Superſtes igitur vixit Clodoueo Secundo Regi qui vitam clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto. Poſt eundem Attilam Laudunenſis Epiſcopus fuit Winfridus, tum Peregrinus. Ergo Peregrini Pontificatus in tempora Clodouci Secundi Regis haud incidit, & vt textus Dacheriani mendum tollatur, aut loco Clodouei Secundi reponendus eſt Clodoueus Tertius, aut expuncto Peregrino reſtituendus eſt Attola. Non placet prior emendatio, quia Clodoueus Tertius regnauit tantùm biennio, regnúmque non auſpicatus eſt ante annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-ſecundum. Mors enim Salabergæ & Auſtrudis electio in Abbatiſſam referri non poſſunt ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-tertium regnante Clodoueo Tertio, quin ortus Auſtridis conſignetur anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-tertio. Quis autem credat duos Auſtrudi fratres ex eadem Salaberga poſt annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum-tertium natos eſſe? Salaberga enim anno Chriſti ſexcenteſimo duodeuiceſimo iam adoleſcentula erat, biſque nupſit ante obitum Dagoberti Regis, id eſt, ante annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-octauum. Ætas igitur Salabergæ ſuadet, vt in textu Dacheriano retineamus nomen Clodouei Secundi, reponamúſque Attolam Laudunenſem Epiſcopum expuncto Peregrino, cuius Pontificatus in poſteriora tempora reiici debet. Rex autem Clodoueus, huius nominis ſecundus, Lauduno reliquiſque ciuitatibus Auſtraſiæ potiri cœpit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto, vitámque cum morte commutauit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto. Quapropter ortus Auſtrudis in annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-quartum, mors Salabergæ & electio Auſtrudis in Abbatiſſam rectè in annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-quartum coniiciuntur.

[a] Lib. 2. c. 7.

---

630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

ANNVS
CHRISTI 630.
DAGOBERTI R. 9. 3.
CHARIBERTI II. R. 2.
CHILPERICI II. R. 1.

I. SIGIBERTVS NASCITVR.

ANNO Chriſti ſexcenteſimo-triceſimo Ragnetrudis Dagoberto Regi fi[illegible]m peperit. Dagobertus morbo tunc laborabat, pœnitentiâque ductus beatum Amandum ab exilio reuocauit, vt regium puerum ſacro baptiſmate regeneraret. *Rex correptus febribus*, vt Auctor Aquitanus [b] in vita ſancti Amandi teſtatur, *culpam, quam in virum Dei commiſerat, recognoſcens, miſit celeriter pro eodem vt ad ſe rediret, rogans humiliter, vt ſibi indulgeret, & filium Sigebertum, qui ei natus erat, baptizaret. Sanctus verò Amandus benignè Regi offenſam remiſit, ſed timens ſecularibus negotiis implicari, puerum baptizare primi-*

[b] Ap. Bolland. d. 6 Febr.

AN. CH. 650. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

tus renuit, ſed tandem per Sanctum Eligium & Sanctum Audoenum, qui tunc in curia Regis morabantur, precibus & inſtantiâ flagitatus, puerum filium Regis baptizauit. Finitis verò collectis & orationibus Catechiſmi & Baptiſmi, cunctis tacentibus, infans ille Regis filius XL. diebus, clarâ voce reſpondit. Amen. Quod pater audiens repletus eſt gaudio, & compatrem ſuum cunctis diebus vitæ ſuæ habuit in magna reuerentia & fauore. Baudemundus Dagoberti morbum ſilentio prætermiſit, nonnulla verò notauit de quibus nullum verbum apud Anonymum Aquitanum. Inprimis obſeruauit Dagobertum Clypiaci * degiſſe, cùm Amandus ad eum peruenit. Præterea rationem expoſuit, quâ ſe flecti paſſus eſt Amandus ab Eligio & Audoeno, nempe quòd ſi *precibus Regis daret aſſenſum, atque filium ipſius ſacro dignaretur diluere fonte, & eum enutrire, atque lege imbuere diuinâ quantocyùs aſſentiret, per hanc familiaritatem liberiùs in regno ipſius, vel vbicumque eligeret, haberet licentiam prædicandi, ſeu nationes complures per hanc gratiam poſſet conquirere.* Ex illius Authoris narratione filius Dagoberti baptizatus creditur in villa regia Clypiaco, ſed refragatur Fredegarius Baudemundo vetuſtior, apud quem Dagobertus filium Aurelianos ducendum mittit Pippino, & Charibertus patruus infantem Aurelianis ex ſacro fonte ſuſcipit. *Pippinus*, verba ſunt Fredegarij [a], *eo anno cum Sigiberto filio Dagoberti ad Charibertum Regem acceſſit. Charibertus Aurelianis veniens, Sigibertum de ſancto lauacro excepit.*

* Clichi.

[a] Capp. 61. 62.

AVRELIÆ BAPTIZATVR AB AMANDO EP.

Fredegarij mentem non aſſecutus eſt Sigebertus in vita ſancti Sigiberti, vbi aſſerit Pippinum ad tempus inuidorum factioni ceſſiſſe, arrepto ad nutriendum Sigeberto Regis filio in Aquitaniam ad Charibertum Regem contendiſſe, ibique vixiſſe donec lætior per concordiam aura ſerenitatis rediret. Apud Fredegarium [b], qui principium anni ducit à Kalendis Martiis, Dagobertus eodem anno, regni ſui octauo, Ragnetrudem ſuo ſociat toro, filium ex ea ſuſcipit, curâtque Aureliæ baptizari. Atque inde colligimus Sigibertum hoc anno baptizatum fuiſſe menſe Februario. Cùm verò puer tunc eſſet quadraginta duntaxat dierum, eius ortus in menſem Ianuarium incidit. Infantis reſponſum, quod Baudemundus aliique Scriptores tradiderunt, & neotericus in dubium vocare audet, quaſi circumſtantes pro vagitu *Amen* ſe audiſſe putauerint, ſimili miraculo, quod anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo ſupra milleſimum pridie Nonas Februarias in *Saran* pago ditionis Archiepiſcopi Strigonienſis * contigit, egregiè confirmat Bollandus in notis ad vitam ſancti Amandi à Baudemundo conſcriptam. Stephanus infans quinque horarum Parocho benedicenti his verbis, *Stephane vade in pace, & Dominus ſit tecum. Amen*, diſtinctè reſpondit, *Deo gratias, Deo gratias*, cunctiſque admirantibus cùm Parochus ſolennem illam poſt baptiſmum benedictionem repeteret, ſubiunxit infans tertiùm, *Deo gratias*.

[b] Capp. 59. 62.

* *Strigoniæ*, aliter *Gran.*

II. Errant Anonymus [c] in Geſtis Dagoberti Regis, Aimoinus [d], aliique, qui cùm de Sigiberti Baptiſmo ſermonem faciunt, Amandum Traiectenſium Epiſcopum vocant. Non negamus ſanctum Amandum Traiecti ad Moſam Epiſcopum ſediſſe, ſed cùm Sigibertum puerum è ſacro fonte regenerauit, Traiectenſem Epiſcopatum nondum obtinebat. Id apertè docet Baudemundus, nam poſtquàm eius reditum ab exilio & Baptiſmum Sigiberti deſcripſit, tum agit de obitu Traiectenſis Epiſcopi, & de ſancti Amandi ſubrogatione in locum demortui. Agemus de beati Amandi Pontificatu poſt annos ſexdecim, neque enim Epiſcopatum adeptus eſt hoc anno, quamuis id videatur inſinuare Baudemundus, qui Sigiberti Baptiſmo mortem Traiectenſis Antiſtitis ſtatim ſubiungit cum hac tranſitione, *his ita geſtis*, ſed eiuſmodi tranſitionum formulis *his ita geſtis, nec multò pòſt, his ita peractis, eodem ferè tempore*, res interuallo multorum annorum disiunctiſſimas ſimul iungere conſueuit, vt ſuis locis oſtendemus.

[c] Cap. 24.
[d] Lib. 4. c. 20.

SED NON TRAIECTENSI.

III. Amandus, qui *timens ſecularibus negotiis implicari, puerum baptizare primitus renuit*, Baptiſmum ſciebat inter præcipua dona ſpiritualia non inter negotia ſecularia eſſe connumerandum, ſed verebatur ne ſibi via præter inſtitutum

AMANDVS REDIT GANDAVVM.

ad

ad frequentandam curiam illâ occaſione aperiretur. Quapropter baptizato Sigiberto ſtatim rediit Gandauum *, indéque crebriùs vicinos populos ad vtramque Scaldis * ripam & Scarpi * fluuij accolas inuiſit, eóſque frequenti pabulo diuini verbi refecit quibuſdam Eccleſiis ſeu Monaſteriis, de quibus inferiùs acturi ſumus, ad augmentum diuini cultûs conſtructis ac benè diſpoſitis. Licèt autem perbreues in aula regia moras fecerit, non parum profecit apud Dagobertum, qui reſipuit à vitiis, & vnâ deinceps Nanthilde contentus vixit, quæ legitima cenſebatur vxor, cùm Gomatrudis iure repudiata crederetur, aliámque, quamdiu Nanthildis ſupereſſet, Dagobertus ducere non poſſet.

AN. CH. 630.
DAGOB. R. 9.
CHARIB. II. R. 2.
CHILPER. II. R. 1.
* Gand.
* l'Eſcaut.
* la Scarpe.

Poſt Sigiberti Baptiſmum Charibertus Rex Aureliâ reuerſus eſt in ſuas ditiones, & Waſcones qui iugum Francorum ab aliquot annis excuſſerant, in ſuam poteſtatem redegit, nam *poſt annum tertium*, vt in vulgatis exemplaribus Fredegarij [a] legitur, ſeu potiùs vt reſtituendum putamus, *poſt annum cùm regnare cœpiſſet, totam Waſconiam cum exercitu ſuperans ſuæ ditioni redegit, aliquantulúmque largiorem fecit regni ſui ſpatium.* Certè Charibertus triennio non regnauit, obiit enim hoc eodem anno, Dagoberti Regis nono, vt infrà ex ipſomet Fredegario probabimus. Ducatus Waſconiæ, quo Charibertus Principatum ſuum auxit, complectebatur Lapurdum cum ciuitatibus ac territoriis Aquenſium, Aturenſium, Benarnenſium & Elloronenſium. De morte Chariberti, qui victoriæ ſuæ diu ſuperſtes non fuit, ad hunc annum ita diſſerit Fredegarius [b]. *Anno IX. regni Dagoberti, Charibertus Rex moritur, relinquens filium paruulum nomine Chilpericum, qui nec poſt moram defunctus eſt. Fertur factione Dagoberti fuiſſe interfectus. Omne regnum Chariberti vnà cum Waſconia Dagobertus protinus ſuæ ditioni redegit. Theſauros quoque Chariberti Barontum Ducem adducendum & ſibi præſentandum direxit. Vnde Barontus graue diſpendium feciſſe dinoſcitur, vnà cum Theſaurariis faciens, nimiùm exinde fraudulenter ſubtraxit.* De Chariberti ætate iam diſputauimus ad annum Chriſti ſexcenteſimum vndeuiceſimum [c]. Vixit annos circiter tres ac viginti. Atque inde colligi poteſt etiam ætas Chilperici, quo impubere mortuo Dagobertus vniuerſam Franciam iterum obtinuit.

DAGOBERTVS RESIPISCIT.
IV.
[a] Cap. 57.
CHARIBERTVS VASCONIAM SVBIGIT.
[b] Cap. 57.
MORITVR CVM FILIO CHILPERICO.
[c] Num. 6.

V.

Eo anno Sclaui cognomento Winidi in regno Samonis, negotiantes Francorum cùm plurimâ multitudine interfeciſſent, & rebus expoliaſſent, hoc fuit initium ſcandali inter Dagobertum & Samonem Regem Sclauorum. Dirigens quemdam Dagobertus Sicharium Legatarium ad Samonem, petens vt negotiantes, quos ſui interfecerant, aut res inlicitè vſurpauerant, cum iuſtitia faceret emendare. Samo nolens Sicharium videre, nec ad ſe eum venire permitteret, Sicharius veſtem indutus ad inſtar Sclauorum, cum ſuis ad conſpectum peruenit Samonis, vniuerſa quæ iniuncta habuerat, eidem nunciauit. Sed vt habet gentilitas & ſuperbia prauorum, nihil à Samone, quæ ſui admiſerant, eſt emendatum, niſi tantùm placita vellens inſtruere, vt de his & aliis intentionibus, quæ inter partes ortæ fuerant, iuſtitia redderetur in inuicem. Sicharius ſicut ſtultus Legatus verba impropery, quæ iniuncta non habuerat, & minas aduersùs Samonem loquitur, eò quòd Samo & populi regni ſui Dagoberto deberent ſeruire. Samo reſpondens iam ſaucius dixit. Et terram quam habemus, Dagoberti eſt, & nos ſui ſumus, ſi tamen nobiſcum diſpoſuerit amicitias conſeruare. Sicharius dixit. Non eſt poſſibile, vt Chriſtiani & Dei ſerui cum canibus amicitias conlocare poſſent. Samo è contrario dixit. Si vos eſtis Dei ſerui, & nos ſumus Dei canes, dum vos aſſiduè contra ipſum agitis, nos permiſſum accepimus vos morſibus lacerare. Eiectus eſt Sicharius de conſpectu Samonis. Cùm hæc Dagoberto nunciaſſet, Dagobertus ſuperbiter iubet de vniuerſo regno Auſtraſiorum contra Samonem & Winidos mouere exercitum. Vbi tribus turmis falanga ſuper Winidos exercitus ingreditur; etiam & Langobardi ſollicitatione Dagoberti idémque hoſtiliter in Sclauos perrexerunt. Sclaui his & aliis locis è contrario præparantes, Alamannorum exercitus cum Chrodoberto Duce in parte, quâ ingreſſus eſt, victoriam obtenuit. Langobardi idémque victoriam obtenuerunt, & plurimum numerum ca-

DAGOBERTVS BELLVM INFERT SLAVIS.

AN. CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

ptiuorum de Sclauis Alamanni & Langobardi ſecum duxerunt. Auſtraſij verò cùm ad caſtrum Vogaſtenſe, vbi plurima manus fortium Winidorum immorauerat, circumdantes, triduo præliantes, plures ibidem de exercitu Dagoberti gladio trucidantur, & exinde fugaciter omnes tentoria & res, quas habuerunt relinquentes, ad proprias ſedes reuertuntur. Multis poſthac vicibus Winidi in Thoringiam, & reliquos vaſtando pagos in Francorum regnum inruunt: etiam & Dervanus Dux gentis Vrbiorum, qua ex genere Sclauorum erant, & ad regnum Francorum tam olim aſpexerant, ſe ad regnum Samoni cum ſuis tradidit. Iſtámque victoriam, quam Winidi contra Francos meruerunt, non tantùm Sclauinorum fortitudo obtenuit, quantùm dementatio Auſtraſiorum, dum ſe cernebant cum Dagoberto odium incurriſſe, &

[a] Cap. 68. *aſsiduè expoliarentur.* Hæc Fredegarius [a], qui victoriam quam Sclaui reportarunt, non tam eorum aſcribit virtuti, quàm dementiæ Auſtraſiorum, qui cùm ſe Dagoberto inuiſos eſſe & aſſiduè ab eo ſpoliari dolerent, odio Principis ſui de induſtria rem malè geſſerint, noluerintque hoſtem vincere cùm

[b] Lib. 4. c. 23. poſſent. At meliùs Aimoinus [b] cladis Auſtraſiis illatæ cauſam in eorumdem ignauiam refundit. Vrbij quos Fredegarius à Dagoberto ad Samonem defeciſſe tradit, ab aliis Surbij, Sorbi & Sorabi vocantur, Turingis erant finitimi, & Regibus Auſtraſiæ iampridem parere conſueuerant.

VI. *Eo anno in Auarorum cognomento Chunorum regno in Pannonia ſurrexit vehemens intentio, eò quòd de regno certarent, cui deberetur ad ſuccedendum. Vnus ex Auaris & alius ex Bulgaris, collectâ multitudine vterque in inuicem impugnarunt. Tandem Auari Bulgaros ſuperant. Bulgaris ſuperatis, IX. millia virorum cum vxoribus & liberis de Pannonia expulſi ad Dagobertum expetunt, petentes vt eos in*

BVLGAROS IN BAIOARIA IVBET INTERFICI.

terra Francorum ad manendum reciperet. Dagobertus iubet eos hiemandum Baiouarios recipere, dum modò pertractabat cum Francis quid exinde fieret. Cúmque diſperſi per domos Baiouariorum ad hiemandum fuiſſent, conſilio Francorum Dagobertus Baiouarios iubet, vt Bulgaros illos cum vxoribus & liberis vnuſquiſque in domo ſua in vna nocte Baiouarij interficerent. Quod protinus à Baiouariis eſt impletum, nec quiſquam ex illis remanſit Bulgaris, niſi tantùm Altiaus cum DCC. viris, & vxores cum liberis, qui in marca Winidorum ſaluatus eſt. Poſthac cum Wallaco Duce

[c] Cap. 72. *Winidorum annis plurimis vixit cum ſuis.* Hæc idem Fredegarius [c]. Bulgaros Dagobertus interfici iuſſit, quia verebatur ne res nouas in Baioaria molirentur, & Winidis ob profligatos Auſtraſios nimiùm elatis ſe ſocios adiungerent.

VII. Eodem tempore quo Dagobertus Auſtraſianum exercitum contra Winidos direxit, Burgundicum deſtinauit in Hiſpaniam, vt Siſenando aduersùs Senzilam ſeu Senzilanem, qui Suinthila quoque nuncupatus reperitur, auxilia petenti patrocinaretur. *Cùm eſſet Senzila nimiùm in ſuis iniquus, & cum omnibus regni ſui Primatibus odium incurreret, cum conſilio ceterorum Siſenandus quidam ex Proceribus ad Dagobertum expetiit, vt ei cum exercitu auxiliaretur, qualiter Senzilanem degradaret à regno. Huius beneficij repenſionem miſſorium aureum nobiliſsimum ex theſauris Gothorum, quem Thorſemodus Rex* (is Thotiſmodus eſt

AVXILIO IVVAT SISENANDVM IN HISPANIA.

[d] Lib. 2. cap. 7. Gregorio Turonenſi [d], aliis Turiſmundus) *ab Aetio Patricio* in præmium videlicet opis aduerſus Attilam latæ *ſuſceperat, Dagoberto dare promiſit, penſantem auri pondus quingentos. Quo audito Dagobertus, vt erat cupidus, exercitum in auxilium Siſenandi de toto regno Burgundia bannire præcepit. Cúmque in Spania diuulgatum fuiſſet, exercitum Francorum auxiliandum Siſenando adgredere, omnis*

[e] Cap. 73. *Gothorum exercitus ſe ditioni Siſenandi ſubegit.* Hæc Fredegarius [e] hoc eodem anno, Dagoberti Regis nono. Ceterùm exercitui, qui ex Burgundia in Hiſpanias contendere iuſſus erat, mandatum eſt à Dagoberto, vt domi remaneret, Habundantius autem & Venerandus cum exercitu tantummodò Toloſano ſeu cum copiis è regno, quod Chariberti fuerat, coactis Cæſaraugu-

* Saragoſſe. ſtam * vſque profecti ſunt, vt Authore Fredegario dicemus anno ſequenti, quo noſtram Chronologiam ex Era Hiſpanica præualidè confirmabimus. Cur Dagobertus Burgundicas copias extra Franciæ fines progredi vetuerit, duæ ratio-

AN. CH. 630.
DAGOB. R. 9.
CHARIB. II. R. 2.
CHILPER. R. 1.

nes afferri poſſunt; quòd exiſtimarit auxilio tanto Siſenandum non indigere, cùm omnes Gothorum copiæ audito Francorum aduentu mox ad eum tranſiiſſent; altera, quòd pugnæ cum Winidis infeliciter commiſſæ nuncio accepto Burgundicum exercitum ab Auſtraſia, cui plurimùm timendum videbatur, procul abeſſe noluerit. Ægro prorſus animo tulit Auſtraſios à Winidis debellatos fuiſſe, anno enim ſequenti copioſiſſimum aduersùs illos hoſtes exercitum non ex Auſtria modò ſed etiam ex Neuſtria & ex Burgundia comparauit, vt ſuo loco narrabimus ex eodem Fredegario [a].

[a] Cap. 74.

VIII. Dagobertus, ſi fides eſt Anonymo [b] qui Geſta eius conſcripſit, anno regni ſui nono verſatus eſt in caſtris, terrâque Sclauorum deuaſtatâ reuerſus eſt ad proprium regnum, ſed quantùm ex Fredegario colligere poſſumus, manſit in Neuſtria, bellúmque per Legatos geſſit. Tunc Baſilicam in honorem ſancti Dionyſij Martyris extruxit. Ante hæc tempora nihil tale cogitauit, cùm aut in Neuſtria non regnaret, aut in ſpurcitiarum cœno volutaretur. Poſtquàm autem natus eſt ei filius, rediit ad meliorem frugem, vtque tot delictorum veniam à Deo conſequeretur, erectis Eccleſiis patrocinium Sanctorum ambiit, & pauperibus eleemoſynam ſupra modum erogauit. De ſancti Dionyſij Baſilica, tria conſtant ex Fredegario, nempe quòd à Dagoberto condita ſit magnificentiſſimè, quòd ampliſſimis opibus ab eodem Rege locupletata ſit, quódque à prima ſua origine Monachos habuerit. *Dagobertus emiſit ſpiritum*, inquit Fredegarius [c], *ſepultúſque eſt in Eccleſia ſancti Dionyſij, quam ipſe priùs condignè ex auro & gemmis & multis pretioſiſſimis ſpeciebus ornauerat, & condignè in circuitu fabricare præceperat, patrocinium ipſius pretioſum expetens. Tantæ opes ab eodem, & villæ, & poſſeſſiones multæ per plurima loca, ibi ſunt conlata, vt miraretur à plurimis. Pſallentium ibidem ad inſtar Monaſterij Sanctorum Agaunenſium inſtituere iuſſerat. Sed facilitas Abbatis Aigulfi eandem inſtitutionem noſcitur refragaſſe.* At non leues hodie mouenrur controuerſiæ de loco vbi fuit conſtructa, de poſſeſſionibus quas accepit à Dagoberto, déque inſtituto Monachorum quibus tradita fuit.

[b] Cap. 27.
BASILICAM SANCTI DIONYSII CONSTRVIT.
[c] Cap. 79.

IX. Super loco quæritur, vtrùm Dagobertus beati Dionyſij Baſilicam intra pomœrium ciuitatis Pariſienſis erexerit, an ad quintum ab illa ciuitate milliarium, vbi nobiliſſimum ſancti Dionyſij Monaſterium hodie conſpicitur. Poſteriorem ſententiam, quæ receptiſſima eſt, lubenter amplectimur, quia Dagobertum, quem Fredegarius proximè citatus in ſancti Dionyſij Baſilica quam ipſe conſtruxerat ſepultum tradit, in Eccleſia beati Dionyſij, quæ quinque milliariis à ciuitate Pariſienſi diſtat, tumulatum omnes ad noſtra vſque tempora crediderunt. Nuper refragati ſunt nonnulli, Dagobertúmque intra muros ciuitatis Pariſienſis in æde ſancti Dionyſij ſepultum eſſe contenderunt, hoc vno freti textu, quem Surius & Ducheſnius ex vita ſancti Eligij à beato Audoeno conſcripta publicarunt. *Fabricauit etiam Eligius mauſoleum ſancti Martyris Dionyſij in Pariſienſi ciuitate, & ſuper illud tectum marmoreum mirifico opere auro & gemmis ornatum, itémque criſtam & ſpecies de fronte magnificè compoſuit, necnon & axes in circuitu throni altaris auro operuit, & poſuit in eis poma aurea atque gemmata. Lectorium quoque & oſtia diligenter argento veſtiuit. Sed & tectum throni altaris argenteis operibus. Fecit quoque repam in loco anterioris tumuli, & altare extrinſecus ad pedes ſancti Martyris fabricauit. Tantúmque illic, ſuppeditante Rege, ſuam exercuit induſtriam, atque ita ſuum declarauit ingenium & artificium, vt penè ſingulare ſit in Galliis ornamentum, & in magna omnium admiratione vſque in hodiernum diem. His operibus mirificè perfectis, atque omnibus circumquaque gentibus ſedatis, ferociſſimis etiam Vacceis ditioni ſuæ hoſtili gladio ſubactis, mortuus eſt Rex Magnus & Inclytus Dagobertus, & ſepultus eſt in eadem ſancti Dionyſij Baſilica, ſub arcu in latere dextro.* Tota vis argumenmenti, quo ſe tuentur, in his vocibus conſiſtit, *in Pariſienſi ciuitate*, quarum loco Hadrianus Valeſius ex alio Codice reponit, *Pariſius ciuitate*. Siue autem *in Pariſienſi ciuitate*, ſiue *Pariſius ciuitate* apud Audoenum legas, Author non

EXTRA LVTETIAM.

AN. CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

ipſam ciuitatem Pariſiẹnſem ſed vicum in territorio ciuitatis Pariſienſis intelligit quinque milliaribus ab eo remotum, nam ſanctum Dionyſium & Dagobertum Regem in eadem æde ſepultos affirmat. Id Neoteriei cùm animaduerterent, tumulum ſancti Dionyſij Martyris intra muros ciuitatis Pariſienſis etiam collocarunt, negarúntque vllum eidem Sancto cultum ante Dagoberti tempora vel regnante Dagoberto exhibitum fuiſſe ad quintum ab vrbe prædicta milliarium. Argumenta, quæ protulerunt ex Gregorio Turonenſi, ex Fredegario & ex Audoeno, necnon aliud quod Dynamius Patricius in vita ſancti Marij ſuppeditare videbatur, eruditiſſimè diluit Hadrianus Valeſius in
[a] Cap. 8. diſceptatione [a] de Baſilicis quas primi Francorum Reges condiderunt. Totam diſputationem paucis contrahemus. Tria obiiciuntur ex Gregorio Turonenſi; vnum ex libro primo de gloria Martyrum, alia duo ex libro quinto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Tantùm abeſt vt aduerſariis faueat miraculorum narratio quam Gregorius capite ſeptuageſimo-ſecundo libri primi de gloria Martyrum iniit, quin ex ea liquidò probauimus tumulum beati Dionyſij Martyris extra Luteriam fuiſſe anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-
[b] Num. 6. quarto [b], quo iſta miracula contigerunt. Locum illum noſtrorum Annalium adi, ne rem eandem bis repetere cogamur. Aliæ duæ obiectiones, quæ ſumuntur ex Hiſtoria Gregoriana, nihil eorum confirmant, quæ aſſeruntur ab aduerſariis. Prior talis eſt. *Apud Pariſius* mulier à mariti propinquis accuſatur adulterij, pater filiam ſuam dicit innocentem, ídque ſacramento *ſuper tumulum beati Dionyſij Martyris* ſe affirmaturum pollicetur, *tunc inito placito, ad Baſilicam Martyris Sancti conueniunt, eleuatíſque pater manibus ſuper altarium, iurauit filiam non eſſe culpabilem.* Integrum textum conſulere poteris capite tricesimo-tertio libri quinti, ſed, vt ad annum Chriſti quingen-
[c] Num. 6. teſimum ſeptuageſimum-nonum [c] iam notauimus, obſerua hoc opus Interpolatoris eſſe, non ipſius Gregorij; nullúmque ibi verbum occurrere de ſitu Eccleſiæ, in qua tumulus erat beati Dionyſij. Poſterior obiectio petitur ex capite triceſimo-quinto libri præcitati, vbi Gregorius agit de Dagoberto Chilperici Regis ac Fredegundis filio, *quem* poſt paucos à natiuitate menſes mortuum
* Braine. *cum maximo mærore deducentes à villa Brennaco * Pariſius, ad Baſilicam ſancti Dionyſij ſepelire mandauerunt*, vt ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſi-
[d] Num. 21. mum [d] retulimus. At cùm tota controuerſia ſit de Baſilica in qua Dionyſius Martyr tunc quieſcebat, hæc obiectio nullam prorſus vim habet, quia Gregorius non teſtatur tumulum Dionyſij Martyris in ea fuiſſe Baſilica, in qua ſepultus fuit Dagobertus Chilperici filius, nihílque vetat quominùs duas Eccleſias beati Dionyſij diſtinguamus, alteram intra Lutetiæ muros vbi filius Chilperici conditus ſit, alteram quinto à Lutetia milliario vbi tumulus ſancti Dionyſij viſebatur, intra pomœria enim variarum vrbium primis illarum Epiſcopis ac Martyribus dicatæ ſunt antiquitus Eccleſiæ. Sin aduerſarij nolint huic acquieſcere rationi, pertinaciúſque contendant Dionyſium Martyrem & Dagobertum Chilperici Regis filium in eadem ſepultos fuiſſe Baſilica quæ *Pariſius* eſſet, dicemus impropriè locutos Gregorium & alios Authores, qui *Pariſiis*, aut *in Pariſiaca ciuitate*, aut *apud Pariſios* eſſe ſcripſerunt Baſilicam ſancti Dionyſij, quæ proxima Pariſiis erat, & ab ea ciuitate quinque tantùm milliariis diſtabat. Similia non deerunt exempla, quibus opinionem noſtram corroboremus. Ipſemet Gregorius capite ſexto libri quarti de Miraculis ſancti Martini vocat Aredium *Lemouicinæ vrbis Abbatem*, tamen Attanum, vbi Aredius Monaſterium in Diœceſi Lemouicenſi condidit rexítque, leucis octo
[e] Cap. 6. diſtat ab vrbe Lemouicis. Sic & Auitus, quem Gregorius libro tertio [e] Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ *Abbatem Mitiacenſem*, corruptè Nutiacenſem, vocat, *Abba*
[f] Cap. 10. *in Aurelianenſi ciuitate* nuncupatur in Geſtis [f] Regum Francorum, quamuis
* le Loyret. Mitiacum ad Ligerecini * confluentes in Ligerim duabus leucis infra Aureliam ſitum ſit. Pari modo qui res Orientales ſcripſerunt, ſæpè Conſtantinopoli geſtum dixerunt id, quod peractum eſt in celebri ſuburbano, cui nomen Heb-

domi ſeu Septimi fuit inditum, quòd ad ſeptimum ab vrbe regia Conſtantinopoli lapidem milliariúmve eſſet. Apud Idatium Iouiano Auguſto & Varroniano Conſulibus leuatur Valens Auguſtus *Conſtantinopoli in milliario Septimo in Tribunali à fratre ſuo Valentiniano*; item Merobaude iterum & Saturnino Conſulibus leuatur Arcadius Auguſtus *Conſtantinopoli in milliario* VII. *in Tribunali à Theodoſio Auguſto patre ſuo*. Author Chronici Alexandrini non aliter loquitur de Valente, Ἐπήρθη εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ; & de Arcadio, Ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ Τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου ἀνηγορεύθη.

AN. CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

Idatius in ſuo Chronico poſtquàm mortem Theodoſij Iunioris retulit, mox ſermonem de ſucceſſore ſic inſtituit, *ſtatim apud Conſtantinopolim Marcianus à militibus & ab exercitu, inſtante etiam ſorore Theodoſij Pulcheriâ Reginâ, efficitur Imperator*, Author verò Chronici Alexandrini, Nicephorus, aliíque Marcianum *in Septimo leuatum Auguſtum* docent. His adde morem loquendi frequenter in Martyrologiis vſitatum, quæ ſæpè Martyres paſſos notant in vrbibus extra quarum muros Martyrium conſummarunt, ne cùm in Romano Natalem ſancti Dionyſij ſeptimo Idus Octobres *Lutetiæ Pariſiorum* legeris, beatum Dionyſium Martyrio coronatum intra Lutetiæ pomœrium putes. Ado pridie Nonas Auguſti, Martyrium ſancti Tertullini fusè deſcribit. *Romæ*, inquit, *in crypta Arenaria, Natale Tertullini Martyris*. Et poſt multa ſic eius encomium claudit. *Valerianus remandauit, vt datâ ſententiâ eius caput abſcideretur. Tunc Sapricius depoſitum de equuleo, iuſſit duci viâ Latinâ, in ſecundo miliario, & ibidem decollari. Cuius corpus ſanctus Stephanus Pontifex colligens cum Clericis, & hymnis redditis Deo, ſepeliuit in eodem loco, in crypta Arenaria.* Nihil autem clarius dici poteſt, vt intelligas cryptam Arenariam non intra muros Vrbis ſed iuxta viam Latinam ad ſecundum ab Vrbe lapidem fuiſſe, licèt Tertullini Natale ſcribatur *Romæ in crypta Arenaria*. Idem Martyrologus tertio Idus Auguſti, Natalem ſancti Tiburtij Martyris ponit *Romæ, inter duas lauros*, & poſt prolixam narrationem locum illum tertio milliario ab Vrbe fuiſſe ſic teſtatur. *Iratus Fabianus dictauit ſententiam, vt gladio animaduerteretur. Ductus autem in via Lauicana tertio miliario ab Vrbe, vno ictu gladij percuſſus abſceſſit. In eodem autem loco à quodam parente Chriſtiano ſepultus eſt* III. *Idus Auguſti.* Præterea in antiquis Martyrologiis plerumque inuenimus *Romæ in cæmeterio* nunc *Calliſti*, nunc *Prætextati*, modò *Pontiani*, modò *Priſcillæ*, aut alio quopiam Martyres ſepultos eſſe, nullum tamen in Vrbe cœmeterium fuit. Quapropter Baronius in notis ad Martyrologium Romanum tertio Nonas Ianuarij, poſtquàm ex Tertulliano ad Scapulam Cœmeteria obſeruauit apud Afros Areas appellari, de Cœmeteriis déque Areis ita loquitur. *Erant autem Cæmeteria omnia, vel Areæ extra ciuitatem poſitæ, vigentibus etenim Gentilium legibus ex leg.* XII. *tabularum nefas erat intra mœnia mortuum ſepelire.* Denique, vt obiectionem, cui diluendæ nunc incumbimus, penitus refellamus, argumentabimur à pari. Apud Gregorium Dagobertus Chilperici Regis filius, *infantulus iunior, dum nimio labore tabeſcit, extinguitur; quem cum maximo mœrore deducentes à villa Brennaco Pariſius, ad Baſilicam ſancti Dionyſij ſepelire mandauerunt.* Apud Helgaldum Robertus Rex obit *Miliduno caſtro, & Pariſius deportatus apud ſanctum Dionyſium iuxta patrem ſuum ſepelitur ante altare Sanctæ Trinitatis.* Nihil ſimilius excogitari poteſt. Filius Chilperici *Brennaco Pariſius* deducitur, Robertus Rex *Miliduno Pariſius* deportatur, ambo in Baſilica ſancti Dionyſij ſepeliuntur. Si filius Chilperici tumulatus eſt intra Lutetiæ muros vt aduerſarij contendunt, ergo & Robertus Rex. At hic conditus eſt *iuxta patrem ſuum*, Hugonem videlicet Regem, cuius tumulus non Lutetiæ ſed quinto à Lutetia milliario in Eccleſia ſancti Dionyſij viſitur cum hac inſcriptione, *Hugo Capet Rex*. Quamuis autem res ita ſe habeat, Robertus Rex nihilominùs in Hiſtoria Francica, cuius fragmentum ab Hugone Capeto ad Philippi Primi mortem Franciſcus Ducheſnius [a] publicauit, moritur *Miliduno, & ſepelitur Pariſius in Monaſterio ſancti Dionyſij iuxta patrem ſuum.*

[a] Tom. 4. Collect. Franc.

AN. CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

Vox igitur *Pariſius* apud Authores rerum Franciarum plerúmque pro agro pagóve Pariſienſi ſumitur. Hac obſeruatione reliqua retunduntur aduerſariorum tela, & Gregorio Turonenſi conciliatur Fredegarius [a], à quo commendantur *loca Sanctorum domni Medardi Sueſſionis, & Domni Dionyſij Pariſius*, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſextum [b] notauimus; irémque Audoenus apud quem præter alia quæ ſuprà recitauimus explicuimúſque, hæc leguntur, *quodam tempore cùm anniuerſaria Pariſiis ſancti Dionyſij Martyris celebraretur paſſio, dum vigilia à Clero caneretur in choro, egreſſus Eligius è templo, ad atrium ſe conferebat, viditque eminus virum cunctis membris contractum contra Sancti ſepulchrum iacere in pauimento;* necnon Dynamius, cuius textum ad annum Chriſti quingenteſimum vndequinquageſimum [c] expoſuimus. Itaque Dagobertus Rex Baſilicam in honorem ſancti Dionyſij non intra muros Lutetiæ ſed in vico Catholacenſi conſtruxit iuxta locum vbi aliam beata Genoueſa olim erexerat. Abhinc duæ fuerunt illic Eccleſiæ ſancti Dionyſij, quarum antiquior hodie Prioratus eſt ſancti Dionyſij *de Strata*, altera, quæ Dagobertum conditorem agnoſcit, nobiliſſima eſt Abbatia, ipſius Dagoberti aliorúmque complurium Regum mauſoleis illuſtrata. In priore corpora Sanctorum Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij quieuerunt, donec in nouam regnante Dagoberto tranſlata ſunt, vt infrà dicturi ſumus.

[a] Cap 54.
[b] Num. 1.
[c] Num 67.

IN VICO CATHOLAC.

X. DITAT MAGNIFICE.

Super poſſeſſionibus, quas Dagobertus Eccleſiæ ſancti Dionyſij à ſe conditæ tradidit, non leuior occurrit difficultas. Fatemur quidem tantas extitiſſe, vt teſte Fredegario [d] plurimis admirationi fuerint, ſed enumerari quomodo poſſint, non capimus, quia de illis Authorem aut antiquiorem aut certiorem non habemus Anonymo, qui paulò ante Hilduini Abbatis ætatem Geſta Dagoberti Regis conſcripſit, multiſque fabulis aucta publicauit. Monachus iſte San-Dionyſianus manum calamo non admouit ob aliam cauſam, quàm vt Monaſterium, in quo viuebat, magnificentiſſimè laudaret, quòd à Dagoberto conditore tum beati Dionyſij ſociorúmque Martyrum ſacris pignoribus exornatum eſſet, tum ampliſſimis opibus ac poſſeſſionibus copioſiſſimè ditatum. Vt autem aliud agere videretur, Chronicon Fredegarij, quo res à nece Chilperici Regis vſque ad annum quartum poſt Dagoberti Regis obitum in Francia geſtæ continentur ac per annos digeruntur, præ manibus accepit, cúmque ex eo vitam Dagoberti deſcriberet, quaſi per occaſionem inſeruit multa de ſancti Dionyſij Baſilica, cuius potiſſimùm commendationem ſuſceperat. Fidem integram meretur cùm à Fredegarij verbis ac ſenſu non recedit, ſæpè verò labitur in errorem aut fabulas internectit, cùm Fredegarium politiore donat Latinitate vel adiectis auget interpolationibus. Exemplis vtrumque iam probauimus. Fredegarius [e] Romanum Imperium *manum publicam* vocat, Monachus Sandionyſianus [f] *manum publicam* publicam conſpirationem interpretatur, vt ad annum Chriſti DCXXVIII. [g] oſtendimus. Fredegarius caput ſui Chronici quadrageſimum-ſextum hac circumſcribit periodo. *Anno* XXXVI. *regni Chlotary Bertetrudis Regina moritur, quam vnico amore dilexerat Chlotarius, & omnes Leudes bonitatem eius cernentes vehementer amauerant.* Monachus Sandionyſianus caput illud Fredegarij ſic exponit operis ſui capite quinto. *Igitur anno* XXXVI. *regni Clothary, Bertetrudis Regina mater Dagoberti moritur, quam vnico amore Clotharius dilexerat, & omnes Duces bonitatem eius probantes vehementer amauerant. Poſt cuius obitum Clotharius Rex aliam accepit vxorem nomine Sichildem, de qua habuit filium nomine Hairbertum.* Hic duas habet interpolationes, quarum prior Bertetrudem Dagoberti, poſterior Sichildem Hairberti ſeu Chariberti matrem conſtituit. Non inficiamur Sichildem poſt Bertetrudis obitum nupſiſſe Clotario Regi, nam Fredegarius [h] anno Clotarij Regis triceſimo-ſexto refert mortem Bertetrudis, deinde [i] ad annum eiuſdem Clotarij Regis tertium ſupra quadrageſimum meminit Sichildis Reginæ, ſed ad annum Chriſti ſexcenteſimum vndeuiceſimum [k] iam probauimus nec Dagobertum Bertetrude, nec Cha-

[d] Cap. 79.
[e] Cap. 58.
[f] Cap. 22.
[g] Num. 16.
[h] Cap. 46.
[i] Cap. 54.
[k] Num. 6.

tibertum Sichilde matre natum fuiſſe. Ibidem [a] refutauimus fabulas, quas prædictus Monachus, vt Monaſterij quod Dagobertus erexit extruendi cauſam illuſtriorem tedderet, excogitauit cùm de ceruo qui ne dilaniatetur à Dagoberti canibus, in Eccleſiam beati Dionyſij confugerit, tum de ipſomet Dagoberto qui eodem ſe poſteà munierit aſylo ne per vim in conſpectum itati parentis adducetetur. Faceſſant hæ nugæ. Dagobertus cùm ſedem regiam Pariſiis exemplo patris ſui Clotarij ſtatuiſſet, anno regni ſui octauo vt Fredegarius [b] teſtatur, initióque ſubſequentis anni poſt ortum Sigiberti filij reſipuiſſet à luxuria, quâ ſe turpiſſimè à primo ſuo in Neuſtriam poſt Clotarij patris obitum aduentu fœdauerat, beati Dionyſij Martyris ac primi Pariſiorum Epiſcopi patrocinium expetiit, eique in vico Catholacenſi, vbi ſepultus quieſcebat, inſignem Baſilicam conſtruxit. A Fredegarij calculo longiſſimè recedit Monachus Sandionyſianus, annum enim Dagoberti Regis octauum non ab initio Auſtraſiæ regno vt Fredegarius, ſed à Clotarij patris morte numerat. Itaque annus Chriſti ſexcenteſimus duodetriceſimus, quo Clotarius Rex obiit, Dagoberti Regis ſeptimus eſt annus Fredegario, primus Monacho Sandionyſiano. Ceterùm cùm res, quas Fredegarius [c] à Dagoberto geſtas anno regni ſeptimo ſcribit, Monachus Sandionyſianus [d] eodem ſeptimo Dagoberti Regis anno conſignet, inde fit vt apud Monachum Sandionyſianum deprehendatur fictitium quoddam ſex annorum ſpatium, à Clotarij Regis obitu qui capite decimo-quinto refertur, ad annum vſque Dagoberti Regis ſeptimum de quo ſermo primùm habetur initio capitis viceſimi-primi. Commentitio illo ſexennio nihil fermè legitur præter beati Dionyſij ſociorúmque Martyrum Tranſlationem cum donis à Dagoberto conceſſis Eccleſiæ quam in honorem eorumdem Martyrum conſtruxit. Pleraque illorum munerum, cùm plures filios Dagoberto natos ſupponant, & ad Eccleſiæ decorationem tantùm pertineant, in aliud tempus differri debent, ideóque hæc ſolùm, quæ temporis notâ carent, hoc loco deſcribemus ex capite duodeuiceſimo. *De proprio teloneo, quod ei annis ſingulis ex Maſſilia ſoluebatur, centum ſolidos in luminaribus eiuſdem Eccleſiæ eo tenore conceſſit, vt oleum exinde actores regij, ſecundùm quod ordo cataboli eſſet, quaſi ad opus Regis ſtudioſè emerent, & ſic demum miſſis ipſius loci annuatim traderent. Præceptúmque exinde taliter firmare ſtuduit, vt tam in ipſa Maſſilia, quàm Valentia, Foſſas & Lugdunum, vel quocunque per reliqua loca tranſitus erat, omne teloneum de ſex plauſtris, quibus hoc videbatur deferri, vſquequo ad ipſam Baſilicam peraccederent, omnimodis eſſet indultum.* Idem Authot capite viceſimo-ſecundo ſubiicit aliud donum, de quo nos poſt quadriennium ad annum Dagoberti Regis decimum-tertium agemus. Quod autem capite viceſimo-ſexto ad annum nonum Dagoberti Regis de Landegiſelo Nanthildis Reginæ fratre ſcribit, id referri poteſt hoc anno, quem Dagoberti Regis nonum æquè numeramus. *Germanus Nanthildis Reginæ nomine Landegiſelus defunctus eſt, atque in Eccleſia beatorum Martyrum Dionyſij ſociorúmque eius iubente Rege honorificè ſepultus. Reginâ verò deprecante, vt pro ſepultura ſui fratris Alateumuillare ſitum in pago Pariſiaco, Baſilicæ prædictorum Martyrum delegaret, eò quòd prædictus Landegiſelus dum viueret per Præceptum Regale eandem villulam promeruerat. Rex libentiſſimè concedens annuit, Præceptúmque inſuper de ſupradicto Alateouillare fieri præſentialiter iuſſit, atque propriâ firmitatis auctoritate ſubſcripſit, & annuli impreſſione ſignari præcepit.* Cetera, prout apud illum Authorem occurrent, ſuis locis examinabimus. De donis ac priuilegiis Eccleſiæ ſancti Dionyſij ſociorúmque Martyrum à Dagoberto Rege conceſſis extant in antiquitatibus Sandionyſianis [e] chartæ ſeptemdecim, quarum prima repetitur data *ſub die 3. Kal Auguſti, anno ſecundo regni Dagoberti, Compendio*: ſecunda *ſub die ſeptimâ Kalend. Iunias, anno quinto regni, Cleipiaco*: tertia *in menſe Octobri, anno octauo regni*: reliquæ poſt annum Dagoberti Regis nonum de quo nunc agimus. Prima eſt de nundinis arguitúrque falſa, quia Dagobertus anno regni ſui ſecundo Neu-

AN. CH. 630.
DAGOB. R. 9.
CHARIB. II. R. 2.
CHILPER. II. R. 1.

[a] Num. 14. & ſeq.
[b] Cap. 60.
[c] Cap. 58.
[d] Capp. 21.22.
[e] Lib. 3. c. 3.

AN. CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

ſtriam nondum obtinebat; nec ad annum regni Neuſtraſiani ſecundum, qui partim anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-nono, partim anno Chriſti DCXXX. illigatur, vllum patet ſubterfugium, nam Dagoberti Regis anni, quibus prædictæ chartæ conſignantur, neceſſariò non à Clotarij patris obitu ſed ab inito Auſtraſiæ regno numerari debent, cùm Dagobertus in Neuſtria & in Burgundia decem annos integros haud regnarit, anni verò eiuſdem Dagoberti Regis, decimus, vndecimus, decimus-tertius, decimus-quartus, decimus-quintus & decimus-ſextus, chartis Sandionyſianis inſcripti legantur. Altera eſt de azylo, commentitiáque multò manifeſtiùs deprehenditur; nam præter annum Dagobertini regni quintum, qui Neuſtraſianis rebus conuenire non poteſt, fabulas refert, quas ſuprà cùm de ceruo tum de Dagoberto puero in Eccleſiam beati Dionyſij confugiente iam refutauimus, oſtentátque haſce ſubſcriptiones Epiſcoporum vndecim. *Laudomerus Epiſc. conſenſit & ſubſcripſit. Crodobertus Epiſc. conſen. & ſubſcripſit. Acterius Epiſc. peccator ſubſcr. In Chriſti nomine Landericus, ac ſi peccat. Epiſcopus ſubſcripſit. In Chriſti nomine Eligius Epiſc. ſubſ. Rannemundus Epiſcopus ſubſcripſit. In Chriſti nomine Syluinus Epiſcopus ſubſcr. Dado Epiſcopus Rothomagenſis Eccleſiæ conſenſit & ſubſcripſit. Lorado Epiſcopus conſenſit. Mauric. Epiſcopus conſenſit. Palladius peccator Epiſcopus ſubſcripſit.* E quibus Præſulibus alij penitus ignorantur in nomenclaturis Gallicanorum Antiſtitum, alij qui noſcuntur, ſi Palladium Autiſſiodorenſem Epiſcopum excipias, regnante Dagoberto non geſſerunt Pontificatum, atque in horum numero, vt plures omittamus, ſunt Dado ſiue Audoenus Rotomagenſis & Eligius Nouiomenſis, qui ſub Clodoueo Rege, Dagoberti filio, Præſulatum inierunt. Tertia charta eſt de quinque villis, Tauryaco *, Tybernione *, Rubrido *, Monaruilla *, & Waſconiſualle *, quarum tres priores in pago Aurelianenſi, duæ poſteriores in Stampenſi territorio ſitæ ſunt, probatúrque ſubdititia, quia hæ voces, *pro nobis & prole noſtra*, quibus Dagobertus vtitur, ſupponunt prolem fuiſſe Dagoberto, cùm annum regni octauum per menſem Octobrem ageret, id verò falſiſſimum demonſtratur authoritate Fredegarij, qui rerum anno Dagoberti Regis octauo geſtarum narrationem ſic orditur [a], *anno VIII. regni ſui, cùm Auſter regio cultu circuiret, quamdam puellam nomine Ragnetrudem ſtratui ſuo adſciuit, de qua eo anno habuit filium nomine Sigibertum*; nam ſi Dagobertus anno regni ſui octauo, cùm careret prole, itérque per Auſtraſiam ageret, Ragnetrudem ſibi ſociauit, certè in amorem illius puellæ non incidit ante Kalendas Martias, & Ragnetrudis proximo menſe Octobri parere non potuit; ideóque quamuis Fredegarius eodem anno & Ragnetrudem Dagoberto copulatam & Sigibertum natum aſſerat, nos quia principium anni à Kalendis Ianuariis ducimus, Ragnetrudem anno priori à Dagoberto diximus deamatam, & ortum Sigiberti poſt Kalendas Ianuarias in hunc annum, Chriſti ſexcenteſimum triceſimum reiecimus. De ceteris chartis agemus ſuis locis ad annos quibus datæ dicuntur.

* *Thoury*, * *Tynernon*, * *Rouuray*, * *Monaruille*, * *Valuaſcois*.

[a] Cap. 59.

XI. In vico Catholacenſi non ſolùm magnificentiſſimam Baſilicam in honorem beati Dionyſij conſtructam, ſed & Monachos cum Abbate ſuo à Dagoberto Rege in ea collocatos fuiſſe docet Fredegarius [b]. *Pſallentium ibidem*, nempe in Eccleſia beati Dionyſij quam condiderat, *adinſtar Monaſterij Sanctorum Agaunenſium inſtituere iuſſerat. Sed facilitas Abbatis Aigulfi eandem inſtitutionem noſcitur refragaſſe.* Monachus Sandionyſianus [c], cui minor quàm Fredegario fides haberi debet, non Agaunenſis tantùm ſed & Turonenſis Monaſterij meminit, cuius inſtitutum Dagobertus à Monachis Catholacenſibus obſeruari voluerit. *Ordinem*, inquit, *pſallentium ibidem adinſtar Monaſterij Agaunenſium, & ſancti Martini Turonis inſtituerat, ſed facilitas Abbatis Agiulfi eandem inſtitutionem noſcitur refragaſſe.* Monacho Sandionyſiano ſuffragatur Aimoinus [d] his verbis. *Ordinem pſallentium vti apud ſanctum Martinum Turonis, necnon apud ſanctum Mauritium Agaunis agebatur, inibi inſtituit.* Regnante Dagoberto Monaſteria florentiſſima erant, Agaunenſe ſancti Mauritij & Turonenſe ſancti Martini, in

[b] Cap. 79.
[c] Cap. 44.
[d] Lib. 4. c. 33.

in quibus Patrum ſanctis Benedicto & Columbano antiquiorum vigebant in- AN. CH.
ſtituta, quapropter Monachi Catholacenſes, qui Regulam ſancti Benedicti 630.
hodie profirentur in beati Dionyſij Monaſterio quod à Dagoberto Rege con- DAGOB.
dirum fuit, à prima ſui Cœnobij origine nec ſancti Benedicti inſtar Glannafo- R. 9.
lienſium, nec ſancti Columbani diſcipulos inſtar Luxouienſium ſe dixerunt. CHARIB.
Dagobertus vt ſacra Martyrum pignora de quibus inferiùs, ſic & Abbatem II. R. 2.
cum Monachis ex æde quam beata Genoueſa conſtruxerat, in nouam tranſtu- CHILPER.
lit quam ipſe condebat. Huius Cœnobij regio ſumptu erecti primus Abbas in II. R. 1.
omnibus catalogis inſcribitur Aigulfus ſiue Agiulfus, cui ſucceſſores à Iacobo
Doubleto [a] tribuuntur hoc ordine, Chunaldus, Dodo, Leobafarius, Aigul- [a] Lib. 1. c. 25.
fus ſecundus, Aigulfus tertius qui pleriſque idem videtur cum ſuperiore, &
Godobaldus qui quinto Nonas Martias anno ſexto Theodorici Regis, id eſt,
anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-nono, in viuis ſuperſtes erat. At in
iſta ſerie Abbarum multa ſunt corrigenda. Antiquum Catholacenſe Monaſte-
rium ſub Clotarij Principatu rexit Dodo, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum
viceſimum-ſeptimum [b] obſeruauimus. Hic proculdubiò Monaſterij à Da- [b] Num. 20.
goberto Rege conditi primus Abbas cenſeri debet, florebat enim anno eiuſ- TRADIT
dem Regis decimo-quarto, qui cum anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo- ABBATI
quinto coincidit. Hactenus Nomenclatores omnes, qui texuerunt indices DODONI.
Abbatum Sandionyſianorum, decepti fuerunt hoc Fredegarij [c] textu de Da- [c] Cap 79.
goberto Rge. *Pſallentium ibidem*, nempe in Eccleſia beati Dionyſij quam con-
didit, *adinſtar Monaſterij Sanctorum Agaunenſium inſtituere iuſſerat, ſed facilitas
Abbatis Aigulſi eandem inſtitutionem noſcitur refragaſſe*. Fredegarius his verbis
non indicat tempus quo Cœnobium Aigulfus gubernauit, ſed ſolummodò
docet eiuſdem Aigulfi facilitate ſiue indulgentiâ vel remiſſiore diſciplinâ fa-
ctum eſſe, vt in Monaſterio Sandionyſiano non ampliùs obſeruaretur ordo
pſallendi, quem Dagobertus Rex inſtituendum curauerat. In antiquitatibus
Sandionyſianis [d] leguntur octo chartæ, quæ feruntur datæ cùm Aigulfus Ab- [d] Lib. 3. capp.
bas eſſet: prima, Dagoberti Regis *anno octauo, in menſe Octobri*; ſecunda, 3. 4.
4. Kalend. Aug. anno 10. regni eiuſdem Dagoberti; tertia, Dagoberti Regis
anno quartodecimo, in menſe Octobri; quarta, Dagoberti Regis *anno decimo-
quinto ſub die Kalend. Nouembris*; quinta, *ſub die Kalend. Octobris*, cùm idem
Dagobertus regnaret; ſexta, Dagoberti Regis *anno triceſimo, ſub die Calendas
Septembris*; ſeptima, Clodouei Regis *anno 7. in menſe Octobri*; octaua, *4. Kal.
Auguſti, anno 10.* Childerici Regis. Verùm omnes hæ chartæ ſunt ſuppoſiti-
tiæ. Primam, quæ octauo Dagoberti Regis anno conſignatur, nuperrimè re-
futauimus, cùm ageremus de poſſeſſionibus quas Dagobertus Rex Monaſte-
rio beati Dionyſij à ſe condito tradidit, ceteras refellemus inferiùs ad annos,
quibus datæ perhibentur. Leobafarius Abbas nominatur in duabus earum-
dem antiquitatum [e] chartis, quas æquè commentitias eſſe oſtendemus ad an- [e] Lib. 3. cap. 3.
num Dagoberti Regis decimum-quintum, prior enim data illo anno dicitur
tertio Kalendas Auguſti, poſterior verò *ſub die Calend. Septemb. anno 25.* eiuſ-
dem Regis, qui teſte Fredegario [f] annum regni decimum-ſextum ne quidem [f] Cap. 79.
expleuit. Subdititia etiam eſt charta quæ Chunaldi [g] Abbatis meminit *anno* [g] Lib. 3. cap. 3.
decimo regni Dagoberti. In tabulario igitur Sandionyſiano nihil occurrit, vnde
Chunaldi, Leobafarij & Aigulfi præfecturis certa poſſimus aſſignare tempora.
Vnum tantùm ex Fredegario conſtat, Aigulfum videlicet Abbatem fuiſſe,
priuſquàm Fredegarius ſcriberet, ſcripſit autem Fredegarius poſt annum
Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-ſeptimum, teſtatur enim Samonem [h] [h] Cap. 48.
anno Clotarij Regis quadrageſimo, qui cum anno Chriſti ſexcenteſimo vice-
ſimo-tertio coincidit, ad regiam dignitatem à Winidis euectum fuiſſe, & per
annos triginta-quinque feliciter apud illam gentem regnaſſe. Quantùm aſſe-
qui coniecturâ poſſumus, Dodo Monaſterij à Dagoberto conditi primus Ab-
bas fuit, Chunaldus eidem Dagoberto ſuperuixit, Chunaldo ſub Clodoueo
Rege ſucceſſit Aigulfus, Aigulfum ſecutus eſt Leobafarius, Leobafario ſuf-

AN. CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

fectus eſt Godobaldus, de quo ſub Theodorieo Rege verba faciemus.

XII. TRANSLATIO SS. DIONYSII, RVSTICI ET ELEVTHERII.

Monachus Sandionyſianus, cùm multas quas ſuprà refurauimus ædis erigendæ cauſas præmiſiſſet, ſermonem randem ad reliquiatum Inuentionem ac Tranſlarionem ita conuertit [a]. *Dagobertus denique Deo annuente regnum paternum retinens, inter alia quæ laudabiliter geſſit, memor voti iam dicti, acceſſit ad ſuprà memoratum locum, & ſicut in ſomnis præmonitus fuerat, ſanctorum Martyrum, Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherÿ corpora requirens, digeſta eorum in ſarcophagis nomina repperit, quæ & in alium eiuſdem vici locum ſumma cum veneratione* x. *Kal. Maias tranſtulit, eorumque memorias auro puro & puriſſimis gemmis exornauit.* In illo rextu prærer temporis notam, quâ principium regni Dagobertini deſignatur, expungendæ ſunr tres hæ circumſtantiæ, quòd Dagobertus *memor voti* eſſet, quòd fuiſſer *in ſomnis præmonitus*, quódque *Sanctorum Martyrum, Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherÿ corpora* requirerer. Duas priores abundè refellimus ad annum Chriſti ſexcenreſimum vndetriceſimum [b], cùm de Dagoberto puero in Eccleſiam beati Dionyſij confugiente prolixam exploſimus narrarionem, in qua prædictus Monachus hæc habet [c]. *Dagobertum Martyribus humili corde proſtratum ſomnus repentè corripit. Eíque prono ita coniacenti adſtant tres viri, & corporum lineamentis, & veſtium nitore conſpicui. Cúmque in eos ſtupefactus intenderet, vnus eorum, qui ſocios præſtare venerandâ canicie & auctoritate videbatur, ſic eum affatus eſt. Scias, ô iuuenis, nos eſſe, quos pro Chriſto paſſos famâ aſſeuerante audiſti, Dionyſium, Ruſticum, & Eleutherium, & noſtra hic corpora tegi. Sed quia famam noſtram ſepultura, quam vides, & domûs huius vilitas obſcurauit; ſi memoriam noſtri te ornatum ire promittis, hac te poſſumus quam pateris liberare anguſtiâ, & in cunctis auxiliante Deo præſtare ſuffragium. Et ne putes ſomuy te illuſum fantaſiâ, accipe ſignum veritate ſubnixum. Egeſtâ humo, quâ monumenta noſtra teguntur, quem quod ſepulcrum contineat, literæ in ſingulis expreſſæ docebunt. Illicò expergefactus nomina quæ audierat deſcribit, & ex Martyrum alloquio ingenti exultatione tripudians, voto ſe, quod poſteà ſtudioſiſſimè reddidit, obligat.* Anre Dagoberti tempora in æde quam beata Genouefa in vico Carholacenſi condiderat, ſancti Dionyſij tumulus erat oculis omnium expoſitus, vt teſte Gregorio Turonenſi ſæpiùs oſtendimus. Itaque reuelatione non opus fuit, vt Dagoberto manifeſtaretur locus in quo beatus Anriſtes quieſcebat. Rex acceſſit ad ſepulchrum ſibi cunctiſque notum, iuxta quod & alia duo teperta ſunt corpora Martyrum, Ruſtici Preſbyteri & Eleurherij Diaconi, qui Martyrium olim paſſi fuerant cum Dionyſio Epiſcopo, lapſúque temporis ex bominum memoria penitus exciderant. In nouam eiuſdem vici Baſilicam tranſlatæ ſunr trium illotum Martyrum reliquiæ. Abhinc qui de beati Dionyſij Martyrio verba fecerunr, paſſionis ſocios addiderunt Ruſticum & Eleurherium, de quibus altum eſt ſilentium apud Gregorium Turonenſem, Fortunatum alioſque qui ante Dagoberti Principatum ſcripſerunt. Hæc obſeruatio fuſiori eger explicatione quam mox ſubiecturi ſumus. Interim nota Inuenrionem prædictorum Martytum decimo Kalendas Maij quor annis à Pariſienſibus celebrari, & præciratum Monachi Sandionyſiani rextum, vr Hiſtoriæ veritari conſentaneus fiar, ita corrige, *Dagobertus inter alia quæ laudabiliter geſſit, acceſſit ad ſuprà memoratum locum, & Sanctorum Martyrum, Dionyſij, Ruſtici & Eleutherÿ corpora, quorum digeſta in ſarcophagis nomina repperit, in alium, eiuſdem vici locum ſumma cum veneratione* x. *Kal. Maias tranſtulit, eorúmque memorias auro puro & puriſſimis gemmis exornauit.*

[a] Cap. 17.
[b] Num. 15.
[c] Cap. 9.

XIII. DILVVNTVR ADVERSARIORVM ARGVMENTA.

Ioannes Launoius *[d] in aſſerrione inquiſitionis in cbartam immunitatis, quam beatus Germanus Pariſiotum Epiſcopus ſuburbano Monaſterio dediſſe fertur, cognitionem Ruſtici & Eleurberij, qui cum Dionyſio Martyrium ſubierinr, poſteriorem Clodoueo Rege conrendir, quia Gregorius Turonenſis & Fortunatus anriquiores Clodoueo, Fredegarius & Audoenus eiuſdem Clodouei æquales, & incertus author Clodoueo recenrior qui Geſta Regum Francorum ſub Theodorico Calenſi conſeripſit, ſancti Dionyſij ſæpiùs, num-

[d] Part. 4. c. 10. ſect. 3.

quam Ruſtici & Eleutherij meminere. Non inficiamor Ruſticum & Eleutherium, priuſquàm in Eccleſiam à Dagoberto Rege conſtructam transferrentur, ſeu cùm Gregorius Turonenſis & Fortunatus ſcriberent, obliuioni prorſus datos fuiſſe, ſed eorum memoriam exiſtimamus ſub Dagoberto reuixiſſe, ſeu multis annis antequàm calamo manum admouerent Fredegarius, Audoenus & Anonymus qui Geſta Regum Francorum in literas retulit. Gregorius meotionem beati Dionyſij quinquies facit; ſemel in libro primo de gloria Martyrum, qoater in vulgata Hiſtoria Eccleſiaſtica. De Dionyſio Pariſiorum Epiſcopo ac Martyre, déque eiuſdem Dionyſij Baſilica, & tertiro tumulo magnificè loquitur in libro primo [a] de gloria Martyrum, vt ſuo loco ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-quartum [b] retulimus; de ſociis verò Dionyſij penitus ſilet, nec ſilendi tempus fuiſſe quiſpiam facilè ſibi perſuadebit vnquam. Validius adhuc argumentum petitur ex libro primo [c] Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, vbi Dionyſij miſſionem, aduentum in Gallias, Epiſcopatum Pariſienſem, Martyrium & Martyrij genus perſequitur, prætermiſſis ſociis, quos literis quoque tradidiſſet ſi tunc cogniti fuiſſent. Hæ duæ rationes ſatis declarant Ruſticum & Eleutherium Gregorio prorſos incognitos fuiſſe. Leuiores videnrur aliæ quæ ſumuntur ex eadem Hiſtoria, cùm mulieris innocentia ſacramentis affirmatur [d] *ſuper tumulum beati Dionyſij Martyris*, aut cùm Chilperici Regis filius [e] ſepelitur *ad Baſilicam ſancti Dionyſij*, aut denique cùm inter Martyres ac Confeſſores, quos mulier ab immundo ſpiritu vexata clamat *ad exequium beati Aredij* conuenite, *adeſt Dionyſius* [f] *ab vrbe Pariſiaca*. Nam poſito quòd ſancti Martyres Ruſticus Preſbyter & Eleutherius Diaconus tunc incogoiri non eſſent, haud neceſſe fuit, vt qui *ſuper tumulum* ſancti Dionyſij iurabant, ſuper tumulos eorumdem Ruſtici & Eleutherij iurarent; item Baſilica, quæ Dionyſium, Ruſticum & Eleutherium Patronos haberet, Eccleſia beati Dionyſij vocari potuit tanquam à primario Patrono, vt & hodie Baſilica ſancti Dionyſij, Cœnobium ſancti Dionyſij & oppidum S. Dionyſij dicuntur nullâ ſociorum additâ mentione: ſic quoque ſolius Dionyſij ab vrbe Pariſiaca exitus & occurſus ad funus Aredij Abbatis memoratus videtur ob Epiſcopalem dignitatem quâ Dionyſius ſociis Martyribus præſtitit. Fortunatus, qui Gregorio Turonenſi ſuperuixit, ideóque ſecundo loco à nobis profertur, S. Dionyſij Martyrium octo verſibus deſcripſit libro primo [g] Poematum, nec ſocios Ruſticum & Eleutherium cecinit, vbi canendi ſeſe ampliſſima obiiciebat occaſio. Non infirmum arbitramur hoc argumentum. Imbelle verò eſt illud quod aſſumitur ex aliis ſcriptis vbi Fortunatus de Baſilica ſancti Dionyſij déque Sede ſiue Pontificatu Pariſienſi diſſerit. Baſilica enim ſancti Dionyſij, vt iam dictum eſt, à primario Patrono nomen ſortiri potuit, cúmque ſocij non geſſerint Epiſcopatum, nihil illis commune fuit cum elogio, quod beato Dionyſio tribuit Fortunatus in proſopopæia quâ ſuum Carmen de vita ſancti Martini ſub finem libri quarti ſic alloquitur,

Inde Pariſiacam placidè properabis ad arcem,
Quam modò Germanus regit & Dionyſius olim.

Hactenus de Scriptoribus, qui floruerunt ante Dagoberti Principatum, & nullam Ruſtici atque Eleutherij Martyrum notitiam habuerunt. Agendum nunc de recentioribus qui ſcripſere poſt mortem Dagoberti Regis, & quamuis Ruſticum Eleutheriúmque non ignorarint, nullum tamen de illis verbum fecere. Primus occurrit Fredegarius. Hic *præcipua loca* ſiue Baſilicas *Sanctorum Domni Medardi Sueſſionis, & Domni Dionyſij Pariſius* commemorat capite quinquageſimo-quarto ſui Chronici, deinde capite 78. Waſcones *in Eccleſiam ſancti Dionyſij* confugiſſe teſtatur, & capite 79. Dagobertum Regem, qui profluuio ventris in Spinogelo villa ægrotare cœperat, *exinde ad Baſilicam ſancti Dionyſij* à ſuis delatum tradit. At cùm in illis locis agat tantùm de Baſilica, ſatis fuit eam à præcipuo Patrono denominaſſe; ſic vocare conſueuimus Eccleſiam ſancti Coſmæ quæ ſanctis Coſmæ & Damia- XIV.

AN. CH. 630.
DAGOB. R. 9.
CHARIB. II. R. 2.
CHILPER. II. R. 1.

[a] Cap. 71.
[b] Num. 6.
[c] Cap. 28.
[d] Lib. 5. c. 33.
[e] Lib. 5. c. 35.
[f] Lib. 10. c. 29.
[g] Cap. 11.

AN. CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

no dicata eſt, Eccleſiam ſancti Geruaſij quæ Sanctos Geruaſium & Protaſium Patronos habet: imò ipſam Eccleſiam, de qua nunc inquirimus, hodiéque non Eccleſiam ſancti Dionyſij ac ſociorum, aut Eccleſiam ſanctorum Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij, ſed ſimpliciter Eccleſiam ſancti Dionyſij appellamus. Fredegario ſuccedit Audoenus, qui duos libros de vita ſancti Eligij compoſuit, & in primo ter egit de ſancto Dionyſio, nempe capite 23. cùm *anniuerſariam ſancti Dionyſij Martyris paſſionem* commendauit cum eiuſdem *Sancti ſepulchro* iuxta quod vir cunctis membris contractus in pauimento iacebat: capite tricеſimo-ſecundo cùm *mauſoleum Sancti Martyris Dionyſij* ab Eligio fabricatum dixit: & capite tricеſimo-tertio cùm adiecit Dagobertum Regem *in eadem Sancti Dionyſij Baſilica ſub arcu in latere dextro* ſepultum fuiſſe. Ex Audoeni textu non liquet vtrùm ante, an poſt beatorum Martyrum Tranſlationem Eligius virum contractum ſanarit. Si miraculum ante Tranſlationem patratum fuit, nullus eſt controuerſiæ locus, tunc enim Ruſticus & Eleutherius manebant adhuc incogniti: ſi poſt Tranſlationém, nec valet obiectio, quia quemadmodum nullâ ſociorum mentione factâ dicimus feſtum ſancti Mauritij decimo Kalendas Octobres celebrari, ſic Audoenus virum contractum in anniuerſaria paſſione ſiue in feſto ſancti Dionyſij ab Eligio curatum aſſeruit, neque neceſſe fuit vt de Ruſtici & Eleutherij tumulis loqueretur, qui diſtincti erant à ſancti Dionyſij tumulo, iuxta quem ægrotus iacebat. Simili modo cùm obſeruauit mauſoleum ſancti Dionyſij Martyris ab Eligio fabricatum fuiſſe, nihil addidit de ſociis Ruſtico & Eleutherio, quia Eligius non tria mauſolea totidem Martyrum, ſed vnum duntaxat beati Dionyſij exornauit. Tertiæ obiectioni ſuprà fecimus ſatis, cùm diximus Eccleſiam, quæ plures Patronos habet, à præcipuo ſæpè denominari. Poſt Audoenum citantur Geſta Regum Francorum, quæ capite tricеſimo-quarto filium Chilperici Regis *in Baſilica ſancti Dionyſij Martyris* ſepultum teſtantur, idémque de Dagoberto Rege affirmant capite quadrageſimo-tertio, deinde capite quadrageſimo-quarto *brachium beati Dionyſij Martyris* à Clodoueo Dagoberti filio abſciſſum fuiſſe produnt, de ſodalibus verò beati Dionyſij nullum inſtituunt ſermonem. Anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo, cùm filius Chilperici Regis obiit, nihil ſcribi potuit de Ruſtico & Eleutherio, quorum memoria penitus interierat. Aliter ſe res habebat anno Chriſti ſexcenteſimo duodequadrageſimo cùm Dagobertus Rex è vita migrauit, Ruſtici enim & Eleutherij vt & Dionyſij reliquiæ in Eccleſiam ab eodem Rege conſtructam ante aliquot annos tranſlatæ fuerant, ſed quotieſcumque ſermo de illa Baſilica incidit, nemini mirum eſſe debet, ſi de præcipui tantùm Patroni nomine Baſilica beati Dionyſij dicta ſit ab antiquis Authoribus. Paria protulimus exempla, placet & hoc addere. Baſilica, quæ nomen ſanctæ Genouefæ Pariſiis à multis ſeculis obtinet, regnante Clodoueo erecta eſt in honorem Principum Apoſtolorum. Baſilica ſanctorum

a Lib. 2. c. 43. Apoſtolorum vocatur à Gregorio [a] Turonenſi, qui de Clodouei morte ac ſepultura ſic loquitur. *Apud Pariſius obiit, ſepultúſque in Baſilica ſanctorum Apoſtolorum, quam cum Chrothilde Regina ipſe conſtruxerat.* Eccleſia Apoſtolorum Petri & Pauli nuncupatur ab Hincmaro, apud quem in vita ſancti Remigij hæc de Clodoueo leguntur. *Per conſilium Regina ſua fecit Eccleſiam in honore Apoſtolorum Petri & Pauli in Pariſius ciuitate.* Tamen eadem Eccleſia ſæpiùs ab ipſomet Gregorio appellatur Baſilica ſancti Petri, vt capite duodeviceſimo libri tertij cùm Chrothildis Regina nepotes ſuos *ad Baſilicam ſancti Petri* tumulat; capite primo libri quarti cùm ipſa Chrotildis *in Sacrario Baſilicæ ſancti Petri ad latus Chlodouechi Regis* ſepelitur; & capite vndeuiceſimo libri quinti cùm habetur Concilium Epiſcoporum *apud Pariſius in Baſilica ſancti Petri Apoſtoli*. A formula loquendi Gregoriana non recedit Anonymus in Geſtis Regum Francorum, quamuis enim prædictam Eccleſiam in honorem beatorum Apoſtolorum erectam eſſe non diffiteatur, cùm Clodoueum Regem Chrothildi

b Cap. 17. coniugi annuentem ſic introducit [b], *fiatur Eccleſia beatorum Apoſtolorum*, eam

poſteà vocat tantùm Baſilicam ſancti Petri, vt capite duodeuiceſimo cùm *Chlodoueus Rex in Baſilica ſancti Petri Apoſtoli* ſepelitur; capite viceſimo-quarto cùm Chrotildis Regina corpuſcula ſuorum nepotum *Pariſius ad Baſilicam ſancti Petri* deportanda & ſepelienda curat; capite viceſimo-ſeptimo cùm Chrothildis *Pariſius deportata in Sacrario Baſilicæ ſancti Petri ad latus Chlodoueo Regis viri ſui* tumulatur. Non eſt autem cur quis magis miretur, ſi Baſilica, quæ Dionyſium, Ruſticum & Eleutherium Patronos habeat, de ſolius Dionyſij nomine Baſilica beati Dionyſij vocetur, quàm ſi Baſilica ſancti Petri dicatur alia, quam Principibus Apoſtolorum Petro & Paulo dicatam eſſe conſtet. Quod attinet ad brachium ſancti Dionyſij Martyris, vtrùm à Clodoueo Rege abſciſſum ſit, an non, alio loco inquiremus, hic tantùm obſeruabimus partes Hiſtorici fuiſſe, vt loqueretur de brachio ſancti Dionyſij déque ſcelere cuius reus Rex Clodoueus inſimularetur, nullum verò ſermonem faceret de Dionyſij ſodalibus Ruſtico & Eleutherio, quorum reliquias Clodoueus intactas reliquiſſet. Atque hæc ſufficiant, vt ſcias nihil ex Fredegario, ex Audoeno & ex Geſtis Regum Francorum erui, quod impugnet Tranſlationem ſanctorum Martyrum, Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij, quam regnante Dagoberto factam eſſe contendimus decimo Kalendas Maias, qui dies hoc anno Dominicus fuit currente literâ Dominicali G.

AN. CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II, R. 1.

XV. Quanto cultu, quantâque pietate Dagobertus Rex ſacra Martyrum pignora proſecutus ſit, in eius Geſtis [a] exponit Monachus Sandionyſianus. *Quamuis Eccleſiam, quam ipſe à fundamine conſtruxerat, intrinſecus miro decore fabricauerit, foris quoque deſuper abſidiam illam, infra quam veneranda Martyrum corpora tumulauerat, vt pleniùs deuoti animi expleret deſiderium, ex argento puriſſimo mirificè cooperuit.*

[a] Cap. 17.

XVI. Hoc anno Wictherpus Epiſcopus Auguſtanus, cùm diuulgaretur fama virtutum, quas Deus per Magnum Diaconum ad Fauces operabatur, *quoſdam religioſos Clericos in diſcipulatûs eius memoriam commendauit. Qui diuino amore ſuccenſi, per viginti-quinque annorum curricula, obſequia præbentes ad laudem Chriſti die ac nocte, horis atque momentis iuſſu ſuo obedientes*, id eſt, ad annum vſque ſexcenteſimum quinquageſimum-quintum, quo mors ſancti Magni contigit. Idem Pontifex Magno tradidit quæ neceſſaria videbantur ibidem degentibus, tum profectus eſt ad Pippinum, *qui tunc temporis Germaniam totam Galliámque regebat, ſecum epiſtolam portans beati Columbani quam ad Lotharium direxit, flagitans pro ſanctis viris Gallo & Magno conſiſtentibus in regno ſuo, vt eos benignè per amorem Domini foueret, eiſque familiaria loca, prout opportunum foret, in ſua mercede tribueret, ſed hoc Lotharius minimè implere valuit, propter diuerſorum inimicorum Dei infeſtationes.* Hæc in beati Magni vita Theodorus diſcipulus, cuius Interpolator Ermenricus Elewangenſis Monachus, qui medio nono ſeculo floruit, Pippinum, vt alio loco iam monuimus [b], perperam Regem appellat ac fratrem Carolomanni, qui nuntium rebus ſecularibus remiſerat, itaut non alium deſignet quàm Pippinum Breuem, Caroli Magni patrem, ſed eiuſmodi commento repudiato, hæc vera rerum geſtarum ſeries ex reliquo Theodori textu deprehenditur. Regnante Dagoberto Wictherpus Epiſcopus Auguſtenſis ad Pippinum Maioremdomûs acceſſit cum literis, quas Columbanus Abbas ad Clotarium ipſius Dagoberti parentem olim direxerat. Pippinus à Gunzone Duce, qui Prouinciis Auguſtenſi & Rhæticæ præerat, inquiſiuit, qualis ille locus eſſet, in quo Magnus Diaconus conſederat. Gunzo reſpondit locum eſſe tenuem facultate ſed optimum ad venandum ſi ſerpentes expellerentur. Tunc Epiſcopus draconem à Diacono interfectum & locum omnem vermibus expurgatum affirmauit. His auditis Maiordomûs dixit, illius loci, quamuis tenuis eſſet facultate, celebritatem non minorem fore quàm eius vbi corpus beati Galli quieſcebat, & inter cetera munificentiæ ſuæ dona Magno tradidit totum ipſum ſaltum cum vectigalibus quæ ſoluebantur annuatim ex vicino pago *Geltinſtein*.

WICTHERPVS EPISC. MVNIFICVS ERGA CONNOB. FAVCENSE.

[b] Ad ann. 614. num. 19.

AN.CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

XVII. *Cùm audiſſet Theodorus, qui apud caſtrum Campidonenſe morabatur, beatum Magnum conſolidatum in loco quem Dominus diſpoſuerat, cœpit properare partes in illas, vt videret qualiter & quomodo Domino annuente in his locis moraretur. Vt autem ad eum peruenit, ſalutantes ſe inuicem, & deoſculantes oculos pariter & manus, narrauit ei Theodorus innumerabilia quæ paſſus eſſet à pagenſibus Hilargaugienſibus. Sed tamen quamuis tantas iniurias & calamitates ab eis ſuſtinuerit, ædificauit ibi Eccleſiam paruam ſuper littus Hilaræ, quam poſtulabat vt apud Wictherpum Epiſcopum impetraret, quatenus illuc proficiſcens, ipſam Baſilicam Domino in honore ſanctæ Mariæ genitricis eius conſecraret. Venerunt quippe ambo ad locum, qui dicitur Eptaticus, repererúntque ibi ſupraſcriptum Epiſcopum in Oraculo ſuo ſedentem & orantem. Ergo vt obtutibus eius adpræſentati ſunt, narrauit ei beatus Magnus Abbas de Theodoro, qualiter cum magno labore Eccleſiam conſtruxiſſet in loco Campidonenſe, & quomodò deprecabatur, vt ille illuc properaret, ipsámque Eccleſiam Domino conſecraret. Audiens hæc venerabilis Epiſcopus reſpondens dixit ad eos. Dicam priùs vobis venientibus quæ cogitabam, & ſic congruo tempore Domino annuente proficiſcar. Verè, chariſſime pater Magne, nunc ſedens hic cogitabam, vt quia iam Deus Omnipotens te ita magnificum habet in illo loco per multa miracula eius, accerſirem te, futuræ venturæque ſollemnitatis ieiunio ſeptimi menſis, & ad Sacerdotij dignitatem ſupernis gratiis fauentibus te promouerem. Inclinato denique capite beatus Magnus inquit. Cur hanc obiectionem aſſeris, Pater? peccatorum meorum ſqualoribus & flagitiis fœtere me video. Idcirco vita mea non eſt talis, vt amabilis Paternitas tua me ad tantam dignitatem promouere queat. Ergo noli deprecationem noſtram pro peccatis abiicere, ſed Domini prouocatus mandatis incipe ſalubre iter, viámque veritatis deſiderantibus aperi. Poſteà mihi ſeruo Dei indigno, quando Paternitati tuæ placuerit, ſecundum benignitatis munus impende, ne refutare videar quæ à Domino diſpoſita ſunt ſuper me ſeruo tuo. Et cùm hæc diceret, viderunt ambo Wictherpus Epiſcopus & Theodorus coronam ſplendidiſſimam adhærentem capiti ſuo in modum rotæ circa Solem in nubibus fulgentem. Continuò autem ſurgens, amplexatus eſt eum, & oſculans oculos & os eius dixit. Deus Omnipotens, qui per potentiam Maieſtatis ſuæ in te tantam virtutem oſtendere dignatus eſt, vt pro eius amore patriam tuam derelinqueres, & præcepta eius conſeruares, ipſe te faciat locum tibi ab eo deſtinatum cuſtodire & ſublimare cooperante gratiâ Spiritûs Sancti tecum. Reſpondit Theodorus, Amen. Ad hæc iterum inquit Epiſcopus. Benè vocatus iſte locus Eptaticus, quia in medio conſtat inter Monaſterium ſanctæ Afræ & cellam tuam, ideóque ſcias quia per meum diſceſſum hanc hæreditatem permanere cupio ad Sanctam Mariam & ad Sanctam Afram, quatenus quaſi mediator ſit locus ille ſucceſſoribus noſtris inter Monaſterium tuum & ciuitatem ſanctæ Auguſtenſis Eccleſiæ. His dictis ſurrexit venerabilis Epiſcopus, & profectus eſt ad caſtrum Campidonenſe, deſcenditque cum illo beatus Magnus, ſimul cum eis Theodorus, & venerunt ad caſtrum. Conuocatâ autem multitudine populi in die ſollemni dedicationis Eccleſiæ, vir venerabilis Epiſcopus prædicationis dulcedine auidorum corda refecit. Sícque iuſſu ſuo beatus Magnus ea quæ viderat tantâ ſapientiæ luce veſtiuit populorum corda, vt ſumma cum gratulatione auditus, & ineffabili veneratione à cunctorum ordine ſit ornatus. Biduo itaque ibidem manentes cum gratiarum actione, populúſque benedictione tanti Patris armatus, & ab Epiſcopo oſculo pacis tributo ad ſua reuerſi ſunt, venerabilis Epiſcopus & ſanctiſſimus Abbas relinquentes Theodorum ad cuſtodiendam Eccleſiam Campidonenſium.* Hilara * ſiue Ilarus hodiernæ Sueuiæ fluuius eſt. Illi miſcetur Cambus ad Campidonam, quæ Germanis eſt *Kambten* ſiue *Kampten*. Eptaticus * autem locus eſt in Boica inter Schongauiam * & Landſpergam * oppida Lyco amni adiacentia.

DICAT ECCLES. CAMPIDON.

* *Iler.*
* *Eppach.*
* *Schongau.*
* *Landſperg.*

XVIII. MAGNVM ORDINAT PRESBYTERVM.

Magnus menſe ſeptimo benedictionem Sacerdotalem ſuſcepit, nec multò pòſt cùm colles circuiret, in monte *Suilinc* ferri venas vrſo monſtrante reperit. Altum de illo poſteà ſilentium vſque ad annum ab eius aduentu viceſimum-quintum, quo Tozzonem Preſbyterum Wicherpo in Epiſcopatu Auguſtano ſubrogandum curauit.

AN. CH. 630. DAGOB. R. 9. CHARIB. II. R. 2. CHILPER. II. R. 1.

XIX. GERMANVS ADOLESCENS RECEDIT IN EREMVM.

Germanus adoleſcens, vt apud Bobolenum in eius vita legitur, hoc circiter anno, *cùm eſſet annorum ſeptemdecim, anhelanti animo cœpit tacitus intra ſemetipſum cogitare, qualiter mundanas illecebras & delectationes huius ſeculi blanditiáſque euadere poſſet, B. Modoaldum Epiſcopum flagitare cœpit. O venerabilis Pater, permitte me, vt omnibus priùs poſitis, ad Monaſterium, quò me iuſſerit diuina pietas, pergam. At verò B. Modoaldus* (erat Epiſcopus Treuitenſis) *mirari cœpit adoleſcentis animum, quòd tam viriliter ageret, vt eremum deſideraret, ait ad eum. O iuuenis, magnum & altum petere deſideras, ſed iuuenibus lubricum eſt iter, per quod terente pede ire feſtinas, dixítque ad eum. Non ſum auſus tibi dare permiſſum propter regiam poteſtatem, quia ſcriptum eſt.* [*Non eſt enim poteſtas niſi à Deo.*] *Et iterum.* [*Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*] *Ille verò, vt erat audax, confidens in Domino, omnia ſua diſtribuens, dedit pauperibus, iuxta Euangelij vocem, aſſumptíſque ſecum tribus pueris comitantibus eum, B. Arnulphum Epiſcopum expetiit, qui in illis diebus in eremo, cui vocabulum eſt Horenbergo, vitam ſanctam ducebat. At verò B. Arnulphus cernens eum, ouanti animo, gratias agens omnium conditori, excepit latus & hilaris, & comam capitis tondebat, & apud ſe aliquandiu commorari fecit, vt eſſet imitans vitam & mores viri Dei.*

XX. ALBINVS EP. EBREDVN. PETRVS EP. CARPENTORACT.

Hiſce temporibus Ebtedunenſem Diœceſim adminiſtrabat ſanctus Albinus, cuius memoriam in Faſtis illius Eccleſiæ celebrem eſſe teſtantur Sammarthani. Præerat & Eccleſiæ Carpentoractenſi Petrus Epiſcopus, cuius mentionem faciunt iidem Auctores in auctiore Gallia Chriſtiana. Prior Epiſcopus erat Metropolitanus Alpium Maritimarum. Poſterior Epiſcopatum gerebat in Prouincia Arelatenſi ſiue in Viennenſi ſecunda. Per hanc ætatem ſubſequentiáque tempora manci ſunt omnes ferè catalogi Præſulum, qui Diœceſes in duabus prædictis Prouinciis rexerunt.

XXI. EPISCOPI PROVINCIÆ EBREDVNENSIS.

In Alpibus Maritimis, ſex erant Epiſcopatus, Ebredunenſis Metropolitanus, Dinienſis, Glannatenſis, Vencienſis, Senetienſis & Nicienſis. Anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto, cùm celebratum eſt ſecundum Concilium Matiſconenſe, præerant Emeritus Eccleſiæ Ebredunenſi Metropolitanæ, Heraclius Dinienſi, Agrœcius Glannatenſi, Deuterius Vencienſi, Vigilius Senetienſi, Catulinus Nicienſi. Abhinc manci ſunt catalogi Nicienſium Epiſcoporum ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-ſeptimum, Epiſcoporum Glannatenſium & Senetenſium ad annum vſque Chriſti quadrageſimum ſupra milleſimum. Deuterius Epiſcopus Vincienſis, qui Concilio Matiſconenſi ſecundo ſubſcripſit, obiit anno Childeberti Regis decimo-tertio, Chriſti quingenteſimo duodenonageſimo, vt ex Gregorio [a] Turonenſi probauimus [b]; ſucceſſit Fronimius; tum Aurelianus, qui Concilio Cabilonenſi interfuit regnante Clodoueo Secundo; exinde hiatus eſt ad annum vſque Chriſti octingenteſimum triceſimum-quintum. In Concilio [c] Cabilonenſi, quod habitum eſt anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto, depoſiti ſunt Agapius & Bobo, qui ſe Dinienſis vrbis Epiſcopos gerebant; hæc autem ſola Dinienſis Epiſcopatûs memoria per aliquot ſecula ſupereſt à Concilio Matiſconenſi Secundo. De Præſulibus Ebredunenſibus poſt Sanctum Albinum, quem hoc anno, Chriſti ſexcenteſimo-triceſimo, floruiſſe diximus, vſque ad medium octauum ſeculum nihil occurrit.

[a] Lib. 9. c. 24.
[b] Ad an. 588. num. 5.
[c] Can. 10.

XXII. ET PROVINCIÆ ARELATENSIS.

Multotum etiam Epiſcopotum, qui poſt Concilium Matiſconenſe ſecundum in Atelatenſi Prouincia ſederunt, acta nomináque deſiderantur, putà Dienſium, Tolonenſium, Cabellicenſium, & Arauſicenſium. De nonnullis aliis agemus ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-quartum, quo celebratum eſt Cabilonenſe Concilium Clodoueo Secundo Rege. Hîc autem noſtri tantùm ſilentij rationem reddere volumus, quia ne nomine quidem tenus nouimus ſucceſſores Pauli Dienſis, Deſiderij Tolonenſis, Verani Cabellicenſis, & Trapidij Arauſicenſis, qui Concilio Matiſconenſi Secundo per ſe vel per Vicarios anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto ſubſcripſerunt.

AN. CH. 631.
DAGOB. R. 10.

ANNVS
CHRISTI 631.
DAGOBERTI R. 10. 4.

I. ANNVS Christi ſexcenteſimus trieeſimus-primus, cuius initium à Kalendis Ianuariis ducimus, illigatur totus Eræ ſexcenteſimæ vndeſeptuageſimæ, ſed ex Fredegarij calculo qui principium anni à Kalendis Martiis petit, partim anno Dagoberti Regis nono, partim eiuſdem Regis anno decimo comparatur, ideóque cùm rerum in Hiſpania geſtarum narratio, quam
a Cap. 73. Fredegarius [a] ad annum nonum Dagoberti Regis initit, vltra Kalendas Ianuarij protenderetur, priorem duntaxat partem recitauimus anno ſuperiori, poſterioremque in hunc annum reiecimus. Igitur, poſtquàm exercitui, qui ex Burgundia in Hiſpanias contendere iuſſus erat, mandatum eſt à Dagoberto, vt domi remaneret, *Habundantius & Venerandus cum exercitu Tholoſano tantùm,*
BELLVM HISPANIC. *vſque Cæſaraugustam ciuitatem cum Siſenando acceſſerunt. Ibíque omnes Gothi de regno Spaniæ Siſenandum ſublimant in regnum. Habundantius & Venerandus cum exercitu Tholoſano muneribus honorati reuerterunt ad proprias ſedes. Dagobertus Legationem ad Siſenandum, Amalgarium Ducem & Venerandum dirigit, vt miſſorium illum, quem promiſerat, eidem dirigeret. Cúmque à Siſenando Rege miſſorius ille Legatariis fuiſſet traditus, à Gothis per vim tollitur, nec eum exinde exhibere permiſerunt. Poſteà diſcurrentes Legati* CC. *millia ſolidorum pro miſſory huius pretio Dagobertus accipiens, ipſum penſauit.* Iſtud argentum *ad opus fabricæ Eccleſiæ ſancti Dionyſij Martyris* à Dagoberto Rege cum multis aliis ornamen-
b Cap. 29. tis oblatum ſcribit Monachus Sandionyſianus [b] in Geſtis eiuſdem Dagoberti. Cæterùm apud Iſidorum Pacenſem Siſenandus regnum auſpicatur Erâ ſexcen-
c Marian. l. 6. cap. 4. teſimâ ſexageſimâ-nonâ, nec ab illa ſupputatione, cui recentiores [c] etiam ſuffragantur, recedit hæc quartæ Synodi Toletanæ præfatio, *geſta Synodalia in Toletana vrbe in Concilio* LXII. *Epiſc. Hiſpaniæ & Galliæ Prouinciarum edita, anno tertio, regnante glorioſiſſimo Domino noſtro, Principe Siſenando, die nonâ Decembris, Erâ* DCLXXI. vbi per Galliam intellige Narbonem nonnulláſque
CHRONOLOGIA EGREGIE CONFIRMATVR. vicinas ciuitates, quæ Gothorum imperio in Gallia Narbonenſi ſubiacebant. Aduerte autem quàm benè noſtra Chronologia cum Era quadret Hiſpanica, quámque à vero computo diſcrepent alij, qui nonum Dagoberti Regis annum non ab inito Auſtraſiæ regno ſed à Clotarij patris obitu numerandum contendunt.

II. Hoc eodem anno, ſiue vt Fredegarius [d] ſcribit, *anno* x. *regni Dagoberti, cùm*
d Cap. 74. *ei nuntiatum fuiſſet, exercitum Winidorum Thoringiam fuiſſe ingreſſum, cum exer-*
BELLVM SLAVIC. *citu de regno Auſtraſiorum de Mettis vrbe promouens, tranſitâ Ardennâ Maganciam magno cum exercitu adgreditur, diſponens Renum tranſire, ſcaram de electis viris & fortibus de Neuſter & Burgundia, cum Ducibus & Grafionibus ſecum habens. Saxones miſſos ad Dagobertum dirigunt, petentes vt eis tributa, quæ fiſci ditionibus diſſoluebant, indulgeret. Ipſi verò eorum ſtudio & vtilitate Winidis reſiſtendum ſpondent, & Francorum limitem de illis partibus cuſtodire promittunt. Quod Dagobertus conſilio Neuſtraſiorum adeptus præſtitit. Saxones, qui huius petitionis ſuggerendum venerant, ſacramentis (vt eorum mos erat) ſuper arma placata pro vniuerſis Saxonibus firmant. Sed parum hæc promiſſio ſortitur effectum, tamen tributum Saxones, quod reddere conſueuerant, per Præceptionem Dagoberti habent indultum. Quingentas vaccas inferendales annis ſingulis à Chlotario ſeniore cenſitis*
d Lib. 4. c. 26. *reddebant, quod à Dagoberto caſſatum eſt.* Aimoinus [d] rationem reddit, cur vaccæ, quarum tributum Dagobertus Saxonibus remiſit, inferendales appella-

AN. CH. 631.

rentur, *quingentas*, inquit, *vaccas inferendales à Chlatario ſeniore, Cledonei filio, Chilperici patre, regiæ menſæ inferre iuſsi fuerant, quæ ideo inferendales dicebantur, eò quòd ſingulis inferrentur annis.*

DAGOB. R. 10.

VACCÆ INFERENDALES CVR ITA DICTÆ.

Ad hunc annum referenda ſunt exordia Monaſteriorum, Gandenſis & Blandinienſis, quæ beatus Amandus conſtruxit, rexitque per annos octo, donec aliò vocatus Florbertum eis Abbatem præpoſuit, vt ſuo loco dicemus. Variæ peregrinationes, quas Amandus poſt ſuum ex agro Bituricenſi diſceſſum ad hæc vſque tempora ſuſcepit obiitque, noſtram Chronologiam ſatis confirmant aduersùs eos, qui prædicta Monaſteria citiùs ædificata fuiſſe contendunt, Gandenſe anno Chriſti ſexcenteſimo octauo, Blandinienſe anno Chriſti ſexcenteſimo decimo, & vt ſententiam ſuam validiùs confirment, vulgares hos circumferunt verſiculos pro Gandenſi,

III.

AMANDVS DVO CONSTRVIT COENOBIA,

Sexcentis annis poſt Chriſtum biſque quaternis,
Eccleſiam Gandæ fundaſti Præſul Amande,
Caſtro Gandauo, requieſcit nunc vbi Bauo.

Item hos pro Blandinienſi

In ſexcenteno deno fundauit Amandus
Anno Blandinium, Patronum dans ibi Petrum.
Rexit Florbertus, dotauit Rex Dagobertus.

IV.

Gandenſe Monaſterium nomen accepit à Ganda ſeu Gandano, tenui tunc municipio; dictum eſt & Monaſterium ſancti Petri, quia beato Petro ceteriſque Apoſtolis dicatum fuit; vocatum eſt & Monaſterium Bauonianum ſeu Bauonicum & ſancti Bauonis, quia ſanctus Bauo ibi traditus fuit ſepulturæ; conditum fuit ad Lyſæ Schaldiſque confluentes in loco plano, vbi Carolus Quintus Imperator annò Chriſti M D X L. arcem extruendam curauit. Blandinienſe Monaſterium, quod & Monaſterium ſancti Petri nuncupatum reperitur, quia in honorem Principum Apoſtolorum Petri & Pauli dedicatum fuit, hodie intra muros vrbis Gandenſis in monte Blandinio ſitum conſpicitur. De vtroque Philippus ab Eleemoſyna diſſerit in vita ſancti Amandi, & etymon Blandinij ſic à blanditiis deducit. *Nihil eſt tam arduum, támque difficile quod non expugnet opera pertinax, & frequens lima complanet, maximè cùm diligentiæ comes gratia ſuffragatur. Aperitur tandem laboribus ſanctis oſtium grande, & magnatibus ad fidem cum populo confluentibus vir ſanctus in virtute Dei confringit idola, templa deſtruit, altaria demolitur, cultum miſeræ ſuperſtitionis excludit, & abdicat deceptæ gentilitatis errores. Ad laudem igitur & gloriam nominis Dei, viuifica Crucis erigitur triumphale vexillum, & mutato ritu pro fidelibus offeruntur hoſtiæ ſalutares. Ædificatur in eodem loco*, nempe apud Gandauum, *fidelium ſumptibus fabrica celebris, quæ in fidei domicilium ſolemnibus edita ſacramentis, ſub Apoſtolorum Principis honore & nomine, beati Amandi miniſterio, conſecratur. Conſtruitur item altera cultibus diuinis Eccleſia in loco, quem Blandinium vocare conſueuerat voluptatum ſectatrix priſca gentilitas, eò quòd blanditiis lenis, & amœnitate præcipuus videretur.* Quamuis autem hic Author Gandenſe Monaſterium *ſub Apoſtolorum Principis honore & nomine* conſecratum tradat, & Ludouicus Pius Auguſtus in diplomate, quod Miræus [a] vulgauit, idem Monaſterium, *quod dicitur Ganda, conſtructum in honore ſancti Petri Principis Apoſtolorum* affirmet, nec alio modo complures alij loquantur; non eſt tamen cur inficieris hoc Monaſterium in honorem omnium Apoſtolorum erectum fuiſſe, nam Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus in vita ſancti Liuini teſtatur *Cœnobium à vico, vocabulo Gandauum, nuncupatum*, quod Liuinus adiit, dedicatum eſſe *ad honorem ſancti Petri Apoſtoli & omnium Apoſtolorum*, ac paulò pòſt addit ſanctum Bauonem quieſcere *in Monaſterio ſancti Petri ſanctorúmque Apoſtolorum.* Pari ratione, licèt Blandinienſe Monaſterium Cœnobium ſancti Petri ſæpiùs appelletur, non inde ſequitur illud ad honorem ſanctorum Petri & Pauli non excitatum fuiſſe; apud Sanderum enim in diplomate Caroli Magni *vocatur Blandinius, à ſancto Amando in vico Gandenſi conſtructus, in ho-*

GANDENSE, ET BLANDINIENSE.

[a] Not. Eccleſ. Belg. cap. 27.

nore Sanctorum Petri & Pauli conſecratus, & apud Miræum [a] in Priuilegio Ludouici Pij laudatur *vir venerabilis Abbas Ainhardus ex Monaſterio Blandinio, quod eſt conſtructum in honore Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ſitum in pago Gandenſi ſuper fluuium Schaldem.*

[a] Not. Eccleſ. Belg. c. 27.

V. *In vtroque collocat Clericos.*

Vtrùm Monaſteria Gandenſe & Blandinienſe à prima inſtitutione Monachos an Clericos habuerint, diſputant Neoterici. Philippus ab Eleemoſyna textui, quem ſuprà de vtriuſque Monaſterij origine citauimus, hæc proximè ſubiungit. *Vbi Deo ſeruientium probata conſtituens officia Clericorum, cura paſtoralis officium diſcipulo ſuo viro venerabili tradidit Floreberto.* Quæſtio eſt an illa vocula, *vbi*, referatur ad ambo Monaſteria de quibus anteà ſermo habitus eſt, an ad Blandinienſe tantùm de quo ſermo poſtremo loco factus eſt. Miræus in Originibus Benedictinis hunc locum interpretatur de ſolo Blandinienſi, cuius opinio firmari videtur authoritate Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, qui Sanctum Liuinum, cùm in Gandenſe Monaſterium ſe recepit, ab Abbate Florberto *& à ceteris fratribus Monaſtica caritatis officio* ſuſceptum tradit. Si Molano credimus in encomio [b] ſancti Bauonis, ſanctus Amandus in Monaſterio Gandenſi *non Monachos initio, ſed Clericos ſimul viuentes inſtituit, quibus amotis, quòd licentiùs viuerent, Monachos Sancti Benedicti collocauit ſub Abbate Sancto Florberto.* Alij, quia octo duntaxat anni à fundatione Monaſterij Gandenſis ad Florberti præfecturam effluxerunt, non exiſtimant tam breui temporis interuallo Clericos ab inſtituto ſic deſciuiſſe, vt neceſſe fuerit in eorum locum Monachos ſubrogare, & quia fidem adhibent diplomati quo Martinus Papa decernit, *vt liceat regulari Abbati Forberto in vniuerſis vtilitatibus* Monaſterij Blandinienſis, *diuino ſolatio ita omnia diſponere & ordinare abſque vllius contradictione vel refragatione, vt inibi Deo ſeruientes liberè inuigilent mandatis Domini, ſecundùm Regulam ſancti Benedicti*, in vtroque Monaſterio primùm Monachos eóſque Benedictinos ab Amando collocatos affirmant. Nos verò arbitramur vtrobique Clericos ab origine fuiſſe, quorum longè vtilior quàm Monachorum erat opera Epiſcopo verbum Dei per vicinam regionem diſſeminanti. Sententiæ noſtræ non aduerſatur Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus, cùm Sanctum Liuinum ab Abbate Gandenſis Monaſterij Florberto, *& à ceteris fratribus Monaſtica caritatis officio* ſuſceptum ſcribit. Liuinus enim poſt Bauonis obitum ad Gandenſe Monaſterium acceſſit, Monachos autem non inficiamur in illud Cœnobium introductos ſuperſtite in viuis Bauone. Neque nos mouet diploma Martini Papæ nomine publicatum, eſt enim commentitium, vt patebit infrà multis argumentis.

[b] d. 1. Oct.

VI. Paucos admodum Clericos congregauerat Amandus, cùm Allowinus cognomento Bauo Gandam acceſſit, & vt Clericorum Gandenſium gregi ſociaretur ſupplex poſtulauit. Erat tunc Allowinus paulò maior quinquagenario, coniugis è viuis ereptæ funus haud pridem curauerat, liberior igitur factus totum ſe conuertit ad Dei cultum, nihílque præter cælum cogitationibus ſuis verſare cœpit. *Gandam aduenit*, inquit Auctor vitæ Theodoricus, *Amandum inuenit, prioris vitæ culpam fatetur, de culpa pœnitentiam pollicetur. Conſilium ſuper anima ſua requirere, eius magiſterij vngue ſcabroſam vitam polire, poſtremò totum ſe illi ait velle dedere. Quem vir Sanctus deuotè ſuſcipiens, & velut inuenta oui congaudens, Euangelicam ſtatim ingreditur prædicationem, de contemptu mundi, de appetitu cæli, de tentatione diaboli, de conſolatione Dei, & de omnibus, quæ pertinent ad ſummæ beatitudinis perfectionem, diligenter erudit nouellum adhuc tyrunculum, perfectum poſteà Chriſti militem futurum. Et quoniam antequàm incipias, conſulto; at vbi conſulueris, maturè opus eſt facto; ille ſtatim velut campus Domini repletus vbertate, & collis accinctus exultatione, in valle animi portans granum frumenti, clamans & Hymnum dicens, domum redit ex conſulto magiſtri, & rurſus accingitur in opus Dei. Factâ ſolenniter donatione omnes poſſeſſiones ſuas ad loca Sanctorum contradere; peculiare, quod nullum vel rarum ex priori erogatione remanſerat, in vſus pauperum iterum contradere; nihil ſibi ex omnibus reſeruare,*

poſtremò ſibimetipſi abrenunciare, & crucem Chriſti lætis humeris portare, &c. *Omnibus ergo diſpoſitis & prudenter ordinatis, columba Chriſti Bauo, aſſumpto ramo veræ innocentiæ, & quaſi relicto corui ſeculari cadauere, ad ſuum ſpiritualem reuertitur Noe, & cuius pedes iam non habebant requiem in ſalo ſeculi, arcæ oſtium petit ſibi aperiri. Receptus digna cum reuerentia, & requiſitus iterum ſuper intentione ſua, Clericum ait ſe velle viuere, vt ſemel alligatus ſub iugo regulæ, pedem vlterius non liceret retrahere, ſed ſpontaneè aſſumptam neceſſitatem verteret in benè viuendi voluntatem. Gauiſus ſanctus Amandus multa priùs machinamenta diaboli prudenter prætendere, grauem eſſe aſcenſum quem vellet arripere, de caſu timere; inceptum quidem facilem, finem verò prædicabat eſſe difficilem. Vbi videt eum nihil cunctari, ſed ad omnia ſuſtinenda paratiſſimi eſſe animi, gratias agens Deo, qui quos prædeſtinauit à principio, hos etiam eligit in nouiſſimo, quaſi chariſſimum amplexatus filium inducit in Dominici ſcholam ſeruitij, quam primam omnium conſtat eum rexiſſe in Eccleſia Gandenſi. Ibi ante aram beati Petri Apoſtoli militiam Chriſti profeſſum, barbâ & capillo tonſum aſſumit in Clericatum, & plantat in domo Domini Cedrum Libani redolentem ſanctarum virtutum odore inæſtimabili, & creſcentem robore imputribili. Denique ſtatim vt ingreſſus eſt ſanctitatis viam, firmis greſſibus ire in magiſtri ſententiam, & quaſi nauim corporis optato iam collocaſſet in littore, omnium bonorum, quas olim collegerat, merces exponere, humilitatem oſtendere, patientiam exercere, charitatis latum mandatum ex præcepto Dei extendere vſque ad inimicum, ſolus ipſe omnibus ſeruire, gloriam virtute ſuperare, & ab his diligi quos videbatur præcedere. Creber in oratione, iugis in legis Dei meditatione, paratus omni petenti de reddenda ratione, vt ex diuerſis virtutibus vnum hominem compactum putares. Nec facilè docebat quod non didicerat, ſed quocunque diuini ſator germinis ibat Amandus, illuc ſtudens ſubſequi, & indiuiſibiliter adhærens magiſtri lateri, ardebat ſanctæ prædicationis adipe repleri.* AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

VII. Cùm ſæpè Bauo ac plerique Clericorum Gandenſium vel eſſent in Amandi comitatu, vel eo ſic præcipiente vicos pagóſque circuirent Euangelium Dei finitimis populis annuntiaturi, viſum eſt Amando & Florberto è re Gandenſi eſſe, vt apud Gandam præter Clericos inſtituerentur Monachi, qui vel rarò vel nunquam ex illo loco diſcederent. In Monaſterio Gandenſi Clericos primùm, Monachos ſubinde collocatos docet Theodoricus, cùm in vita ſancti Bauonis ita loquitur de ſancto Amando. *Plantatâ vineâ Domini Sabaoth, Clericos inprimis, Monachos ſubinde, qui redderent fructum in tempore ſuo, induxit.* Et inferiùs, çùm exponit reditum Bauonis ad Gandenſe Monaſterium, inſinuare videtur haud obſcurè Clericos ſimul ac Monachos ibi tunc fuiſſe. *Reuerſus*, inquit, *quaſi Angelus Dei, vt verè erat, recipitur; receptus, hoſpitio inducitur; inductus, honoratur; nec vllum antè habuere gaudium capitalius, quàm quòd talis vir in contubernio eorum eſt receptus. Dehinc Abbatem in colloquium euocat, reditûs ſui cauſam explicat, familiarem ſibi fieri cellulam ad commanendum petit & impetrat. Quis enim non modò Monachorum ſed & Clericorum, Bauonis non deſideraret contubernium?* Poſt aliquot annos in eo loco ſoli remanſerunt Monachi, Clericis aliò vocatis, partim ab Eligio Epiſcopo Diœceſano, partim ab Amando qui Traiectenſis Epiſcopatûs adminiſtrationem ſuſcepit. Iſta per anteceſſum hîc notaſſe ſufficiat, vt intelligas haud dedecori vitióue verti Clericis, quòd Gandenſia Monaſteria, quæ Clericorum primùm, deinde & Monachorum domicilia fuerunt, ſolis Monachorum vſibus breui ceſſerint.

VIII. In conuertendis ad Chriſtum Gandenſibus non paruam operam collocauit, nec modicos labores paſſus eſt Amandus. Illius populi barbaros ac feroces mores ita depingit Baudemundus in ipſius Amandi vita. *Cùm loca vel Diœceſes ob animarum ſollicitudinem vir Domini circumiret Amandus, audiuit pagum eſſe quemdam præter fluenta Scaldi fluuij, cui vocabulum eſt Gandauum. Cuius loci habitatores antiquitas diaboli eò circumquaque laqueis vehementer irretiuit, vt incolæ terræ illius, relicto Deo, arbores & ligna pro Deo colerent, atque fana vel idola adorarent. Propter ferocitatem enim gentis illius, vel ob terræ infœcundita-* STVDET CONVERSIONI GANDENSIVM.

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

tem, omnes Sacerdotes à prædicatione loci illius ſe ſubtraxerunt, & nemo audebat in eodem loco verbum annuntiare Domini. Amandus, vt gentem illam tutiùs inuiſeret, libetiùs erudiret, ac faciliùs ab idolorum cultu reuocaret, *Aicharium Epiſcopum, qui tunc Nouiomenſis vrbis Cathedram præſidebat Sacerdotalem, adiit, eúmque humiliter poſtulauit, vt ad Regem Dagobertum quantocyùs pergeret, epiſtoláſque ex iuſſu illius acciperet, vt ſi quis ſe non ſponte per Baptiſmi lauacrum regenerare voluiſſet, coactus à Rege, ſacro ablueretur Baptiſmate. Quod ita factum eſt. Perceptâ namque à Rege poteſtate, & benedictione à Pontifice, illuc vir Domini Amandus perrexit intrepidè.* Ad Neuſtriam, cui Dagobertus ab obitu Clotarij patris præerat, pertinebat Tornacum, & Epiſcopatus Tornacenſis, cui Gandauum ſubiacebat, Sedi Nouiomenſi iampridem vnitus erat. Vtramque Diœceſim regebat Aicharius ſiue Achatius, quamuis à Baudemundo Nouiomenſis Antiſtes tantùm deſignetur. Ad illum ſe contulit Amandus, eius petitione literas obtinuit à Dagoberto Rege, vt maiorem apud populos auctoritatem ſibi conciliaret, & ſi qui Baptiſmum ſuſcipere nollent, iis exilium minaretur exemplo Auiti Aruernorum Epiſcopi, qui teſte Gregorio Turonenſi [a] non aliter contra Iudæos ante annos quinque ac quinquaginta ſe geſſerat. Bollandus in notis ad Baudemundum præcitatum, ait Amandum ad Gandenſes perrexiſſe circa hunc annum, Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-primum, & Henſchenius in diatriba de Epiſcopatu Traiectenſi ſcribit Monaſteria Gandaui ab Amando inchoata fuiſſe anno poſt Sigiberti Baptiſmum proximo, qui noſtro calculo cum hoc eodem anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ptimo, coincidit. Certè Amandus, vt ex ipſo Baudemundi textu conſtat, Gandam non eſt profectus ante obitum Clotarij Regis, iter enim ſuſcepturus literas priùs per Aicharium Epiſcopum à Dagoberto Neuſtriæ tunc Rege ac Clotarij ſucceſſore poſtulauit, imò nec ante Sigiberti Baptiſmum ad prædictum pagum peruenit, quia poſt Clotarij mortem incontinentiam Dagoberti redarguit, atque in exilium pulſus eſt teſte eódem Baudemundo.

[a] Lib.5.cap.11.

IX. Gandauenſium ferocia regiis Dagoberti literis domari non potuit. *Vix enim quis dignè enarrare ſufficiet, quantas ibidem pro Chriſti nomine perpeſſus ſit iniurias, & quàm frequenter ab incolis loci illius caſus ſit, necnon & à mulieribus vel à ruſticis non abſque iniuria ſit repulſus, verùm etiam & in flumen ſæpè præcipitatus. Quæ omnia vir ſanctus pro nihilo deputans, verbum Domini non deſtitit monere, memorans illam ſancti Euangelij ſententiam, quæ ait.* [*Maiorem caritatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.*] *Comites etiam illius, qui eum fuerant germanâ caritate ſecuti ob inediam vel ſterilitatem loci ad propria remeantes, eum ibidem ſolum reliquerunt. Ipſe verò in prædicationis permanens officio, alimentum propriis acquirebat manibus. Sanè captiuos innumeros redimens ſacro Baptiſmate emundabat, &, vt in operibus bonis perſiſterent, fideliter hortabatur.* Fidem Chriſtianam, quam prædicabat, multis miraculis confirmauit, omnium illuſtriſſimum fuit apud Tornacum mortui ſuſcitatio, atque inde facta eſt ad veram religionem maxima non Tornacenſis modò ſed & Gandenſis plebis acceſſio. *Comes quidam ex genere Francorum, cognomine Dotto, congregatâ non minimâ multitudine Francorum, in vrbe Tornaco, vt erat illi iniunctum, ad dirimendas reſederat actiones. Tum ſubitò à lictoribus ante eum præſentatus eſt quidam reus, quem omnis turba acclamabat dignum eſſe mori. Erat namque idem fur plagis iam crudeliter affectus, vehementérque caſus, & corpore etiam ſeminiuus. Cúmque præfatus Dotto decreuiſſet, vt eum patibulo deberent affigere, vir Domini Amandus adueniens obnixâ prece poſtulare cœpit, vt ei vitam concedere dignaretur. Sed vt erat ſæuus, atque omni belluâ crudelior, nihil apud eum obtinere potuit. Tandémque à miniſtris vel apparitoribus idem fur affixus patibulo eſt, atque extremum exhalauit ſpiritum. Dotto igitur domum reuerſus eſt, populi conſtipatus cateruâ. Sanctus verò vir Domini Amandus citiùs ad patibulum cucurrit, hominémque iam mortuum inuenit, depoſitúmque de ligno, ad cubiculum, in quo familiariter orare conſueuerat, deferri iuſſit, fratribúſque cellulâ egreſſis, ipſe ſuper defuncti membra,*

MORTVVM SVSCITAT.

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

orationi tamdin incubuit, lacrymis ad Dominum profuſis ac precibus, donec iubente Deo anima in corpus rediit, atque cum viro Dei loqui cœpit. Adueniente itaque matutinali tempore, conuocatis fratribus, aquam iuſsit afferri. Suſpicantibus autem illis, vt corpus ad ſepeliendum, ſicut mos eſt, abluere deberet, ſubitò cellulam ingreſsi, viderunt eundem hominem, quem mortuum reliquerant, ſanum cum viro Dei ſedentem, atque incolumem colloquentem, mirarique vehementer cœperunt, quòd viuum videbant, quem paulò antè mortuum reliquerant. Tunc igitur ſanctus vir Domini Amandus aſsiſtentes cunctos vehementiſsimè obteſtari cœpit, vt ne cuiquam vnquam proderent, hoc videlicet quod per eum Dominus operari dignatus eſt, aſſerens non ſuæ hoc eſſe attribuendum virtuti, ſed miſericordiæ Domini, qui in ſe ſperantibus vbique dignatur adeſſe. Loto itaque omni corpore atque cicatricibus, carnem carni reſtituit, ita vt de plagis, quas antè pertulerat, in eius corpore nullum indicium appareret. Sícque eum ad propriam remittens domum, parentibus reſtituit incolumem. Baudemundus aſſetit ſe miraculum hoc audiiſſe à Bono venerabili Preſbytero, qui præſens aderat, quando geſta tes eſt Deinde quid ſecutum ſit, quámque copioſa gentilium multitudo Chriſtianam fidem ſuſcepetit, ita ſubiungit. *Vbi hoc miraculum longè latéque diuulgatum eſt, ſtatim incolæ regionis illius curſu celeri ad eum cucurrerunt, &, vt eos faceret Chriſtianos, humiliter poſtulabant. Fana etiam, quæ antè adorare conſuèrant, propriis deſtruentes manibus, ad virum Dei omnes vnanimiter peruenerunt. Nam, vbi fana deſtruebantur, vir Domini Amandus tam ex munificentiæ Regis, quàm ex collatione religioſorum virorum religioſarúmque fœminarum, ſtatim Monaſteria aut Eccleſias conſtruebat, verbique ſacri pabulo populum reficiens, omnium corda mandatis cæleſtibus illuminabat.* In primis apud Gandauum, vt in Chronico Bauoniano habetur, *idolo Mercury contrito, aráque eius ſubuerſâ, Eccleſiam conſtruxit.* Atque hoc initium fuit Monaſtetij Gandenſis, quod de ſancti Bauonis nomine Bauonianum poſteà nuncupatum eſt.

X. EPISCOPI VIENNENS.

Ab anno Chtiſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, quo ſanctus Sindulfus Viennenſis Epiſcopus Remenſi Concilio interfuit, ad annum vſque Chtiſti ſexcenteſimum quadrageſimum-quartum, quo Landalenus ſeu Dodolenus Viennenſis Pontifex Synodo Cabilonenſi ſub Clodouei Principatu ſubſcripſit, in catalogo Viennenſium Antiſtitum certa non teperitur epocha. Inter Sindulfum autem & Landalenum medij ſederunt Hecdicus & Caldeoldus, quotum mentio fit apud Adonem. Quapropter cùm nos lateat ad quos annos initia ſingulotum Præſulatuum teferri debeant, Chronologiæ ſatis conſultum hoc loco cenſemus, ſi dicamus Hecdicum hiſce tempotibus ſub Dagoberto Rege, Caldeoldum ſub eodem Dagoberto & Clodoueo Dagoberti filio floruiſſe. Hecdicum Ado ſic laudat. *Sindulpho Epiſcopo defuncto, Hecdicus Viennenſis Eccleſiæ Præſulatum ſuſcepit, magnæ religionis vir; claruit autem vſque ad vltimum tempus Iuſtiniani Imperatoris, cuius & tempore obiit.* Et paulò pòſt ita loquitut de Dagoberti motte. *Dagobertus Rex validâ febre ægrotans mortuus eſt.* Non inficiamur Hecdicum Sindulpho ſucceſſiſſe, magnæ teligionis vitum fuiſſe, tegnante Dagoberto Viennenſem Eccleſiam rexiſſe, ſed negamus regnaſſe in Ftancia Dagobertum cùm Iuſtinianus Imperatot eſſet, nam teſte Ftedegario [a] Scriptore ſynchrono Dagobertus Francorum Rex pacem perpetuam cum Hetaclio Imperatote firmauit, Iuſtinianus autem fuit abnepos Hetaclij. Reginonem in ertorem adduxit Ado, ſic enim Regino de Iuſtiniano loquitut, *Iuſtinianus minor, filius Conſtantini, regnauit annis* x. & infrà de Dagoberto, *poſt hæc Dagobertus moritur, & in Baſilica ſancti Dionyſij ſepelitur.* Dagoberto quadraginta-quatuor annos regni ttibuit Ado, nec ſibi ſatis videtur conſtare, dum Dagobertini Principatûs initium impetante Heraclij filio, exitum imperante Heraclij abnepote collocat, iſta enim ſi vera ſunt, regnauit Dagobertus annos plures quàm quadraginta-quatuor, quia ex ipſo Adonis computo impetauit Heraclij nepos annos duodetriginta, pronepos ſeptemdecim. Inde factum eſt, vt plerique poſteà Pontificatum cùm Martini Papæ tum

[a] Cap 61.

tur vt falſa, ipſius ſubnectimus huiuſmodi dicta. Poſt Ermenfridum, inquit, tra- AN. CH.
ctus eſt de Monaſterio Tabuleio ſanctus Paulus, qui fuit frater ſancti Germani Pari- 631.
ſienſis Eccleſia Epiſcopi, & in Eccleſia iſta Epiſcopus conſecratur, cuius memoria ater- DAGOB.
no eſt. Nam cùm nepos Dagoberti Regis Grimo Diaconus, qui & Adalgiſilus dicitur, R. 10.
fuiſſet à ſancto Paulo ab infantia reuerenter educatus, pro amore ipſius Antiſtitis
ſuam proprietatem, id eſt, Tabulcium Monaſterium, Sancta Maria in Virduno, ſuo
ſcripto & multorum fidelium ſcriptis, vt in ſempiternum noſtra Eccleſia ipſum Mona-
ſterium habuiſſet, tradidit, roborauit, & omni auctoritate firmauit. Fraſindum * * *Fraiſne.*
verò villam idem Grimo pro pietate ſua victui fratrum noſtrorum delegauit. Sanctus
verò Paulus Baſonis * *villare de ſuis redditibus comparauit. Priuilegium etenim* * *Baſonuille.*
noſtris Canonicis de antiquioribus villis fecit, & ſuis manibus & aliorum Epiſcopo-
rum ſub diuina atteſtatione roborauit. De virtutibus autem iſtius ſancti Patris no-
ſtri iſtud mirabile audiuimus, quòd adhuc Monaſticam vitam ducens, cùm in piſtri-
no fratrum obedientiam habuiſſet, & timeret ne horâ ſtatutâ fratres panem habere
potuiſſent, eiecto igne de clibano, ipſe intus ingreſſus cum cuculla ſua clibanum pur-
gauit, & panem illic ad coquendum ordinauit, & ſanus foras egreſſus, panem ſon-
ctum fratribus in refectorio ſtatuto diſtribuit. Legi & picta vidi multa miracula,
qua viuens in Epiſcopatu egit, & poſt exceſſum poſitus in Eccleſia ſancti Saturnini,
Deo cooperante, ſatisfecit. Cacos namque illuminauit, claudis greſſum prabuit, agro-
tos à variis infirmitatibus curauit. Quid plura? Iſtam Eccleſiam rebus temporalibus
dilatauit, & Deus omnipotens animam illius cum omnibus ſanctis in aterna gloria ſine
ſine gaudere facit. In hoc Pauli encomio Bertharius multa publicauit, quæ ve- IN QVA
ritati repugnant. Etenim Paulus non Ermenfrido ſed Godoni ſucceſſit, Ger- MVLTÆ
manus Pariſienſis Epiſcopus Paulum fratrem non habuit, Grimo Dagoberti FABVLÆ.
nepos haud extitit, Paulus Grimonem ab infantia non erudiuit. Primum
conſtat ex literis ad Dadonem ſiue Audoenum iam Epiſcopum Rotomagen-
ſem ſcriptis, in quibus Deſiderius Cadurcorum Pontifex [a] Paulum tunc ſu- [a] ep. 10.
perſtitem ita commendauit, *licèt de noſtro collegio duos iam amiſerim germanos,*
habemus pro his venerabilem Paulum, nec minùs prædicabilem meritis Sulpitium,
nam ſiue anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto vt probauimus, ſiue an-
no Chriſti ſexcenteſimo-triceſimo vt Sammarthani affirmarunt, ſiue anno
Chriſti circiter ſexcenteſimo triceſimo-quarto vt Robertus exiſtimauit, ha-
bita eſt Synodus Remenſis cui Godo ſubſcripſit, Godoni ſuperuixit Pau-
lus, qui viuere non deſiit ante Audoeni Pontificatum, cuius initium in an-
num Chriſti ſexcenteſimum-quadrageſimum incidit. Alterum patet ex Gre-
gorio Turonenſi & Fortunato ſimul collatis, quis enim credat anno Chriſti
ſexcenteſimo-quadrageſimo floruiſſe fratrem beati Germani Pariſienſis Anti-
ſtitis, qui teſte Fortunato [b] *ferè octogenarius euolauit ad cælos*, & teſte Grego- [b] Ap. Sur.
rio [c] mortuus eſt anno Childeberti Regis primo, id eſt, anno Chriſti quingen- d. 28. Maii.
teſimo ſeptuageſimo-ſexto? Grimonem Dagoberti Regis nec nepotem nec [c] Lib. 5. c. 8.
fratrem fuiſſe ſed affinem aut conſanguineum iam diximus, ab infantia in
Monaſterio Theologienſi à Paulo eruditum negamus, quia factus eſt Diaco-
nus antequàm Paulus ad Epiſcopatum aſſumeretur, à conditu autem Cœno-
bij Theologienſis ad Pauli Pontificatum pauciores effluxerunt anni, quàm à
Grimonis infantia vſque ad eius Diaconatum interceſſerunt.

De Pauli ptomotione ad Præſulatum ſic Author [d] vitæ. *Defuncto Virdunenſi* XII.
Epiſcopo (Godone videlicet, cuius nomen in locum Ermenfridi reponi de- [d] Ap. Bolland.
bet) *quærebatur qui mox ſubrogaretur hoc officio dignus, ne per ſpatia temporum di-* d. 8 Febr. PAVLI
laniaretur abſque Paſtore grex Domini morſibus luporum. Nec defuit qui perferret ELECTIO.
ad aures Principum, degere infra regni ſui fines & in iam dicto Monaſterio quem-
dam Monachum, nomine Paulum, cui ſatis condignè poſſet paſtoralis cura committi.
Continuò ad Regis edictum legantur, qui hac eadem ad Grimonem perferunt, inſ-
ſúmque vt aſſumptum Paulum quantocyùs ad Palatium obducat virum ſibi cariſſi-
mum, ad honorem Virdunenſis Epiſcopatûs, diuina prouidentia nutu, Palatinorum,
Cleri plebiſque aſſenſu, ac in reciprocatione ſui erga eum amoris, à Rege promouen-

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

dum. Qui nimio repletus gaudio, nuntiat Patri cariſſimo Regis voluntatem, nobilium, mediocrium ac omnium erga ſe vnanimem deſiderantiſſimam deuotionis electionem, ſuadétque vt celeriùs mandata Regis feſtinet exequi. Cui ille. Licèt, inquit, laude me præferant, & ad Paſtoris curam quaſi dignum eligant, forſitan tamen in Canonibus prohibitum ignorant, ne aliqui de ſuis ſedibus commigrantes, aliis facilè ordinentur in locis. Vnde nec ad Regis iuſſum, nec ad populi votum, nouerint fas eſſe violare diuinarum decreta legum. Quapropter aliò Regis & Principum ſe vertat intentio, ne ſi incognitum & ad rumores vulgi falsò laudatum Chriſti Eccleſiæ præfecerint, in futuro ſerâ pœnitentiâ perſentiant detrimentum. Hæc dicens Legatos remittit vacuos, hac occaſione ſperans & ſe poſſe quieſcere, & Regem ab intentione propoſita ceſſare. Sed Dei Omnipotentis ante ſecula prouidentia, quæ eum nouerat futurum Præſulem, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ſuæ in remiſſionem peccatorum eorum, quæque illum de remotis terrarum partibus ad hoc adduxerat, immiſit in cor Regis, vt tractum de Monaſterio, quamuis renitentem & inuitum, iam non ſua pro libitu quærendo, ſed quæ Dei ſunt obedienter faciendo, Eccleſiæ ſuæ præficeret. Legati, vt præmiſſum eſt, tanto fruſtrati labore itineris, renuntiant virum Regis non obedire mandatis, indignum ſe, & ignotum, ſiue neophytum, ad animarum regimen reſpondiſſe, non ad promouendum, & eiuſmodi non eſſe qui poſſit blandimento ſeduci aut terrore concuti, Canonúmque decretis hæc eadem prohiberi. Hoc audito, Rex furoris & amoris anxius, miſſis ſatellitibus extractum à Monaſterio, coactum & inuitum, omnium tamen applauſu digniſſimum acclamatum, onus Pontificalis dignitatis ſubire compulit, & ab Epiſcopis Epiſcopum ordinatum ſuæ Sedi honorabiliter præeſſe inſtituit. Paulus cùm ne Virdunenſis Epiſcopus fieret, obiiciebat in Canonibus prohiberi, *ne aliqui de ſuis ſedibus commigrantes, aliis facilè ordinentur in locis*, ad hunc vltimum Synodi Remenſis ante paucos annos celebratæ Canonem alludebat. *Vt decedente Epiſcopo in locum eius non alius ſubrogetur, niſi loci illius indigena, quem vniuerſale & totius populi elegerit votum, ac Prouincialium voluntas aſſenſerit. Aliter qui præſumpſerit, abiiciatur è Sede, quam inuaſit potiùs quàm accepit; ordinatores autem triennio ab officio adminiſtrationis ſuæ Sedis ceſſare decernimus.* De patria & parentibus Pauli nihil ſtatui poteſt. Qui Belgam dicunt, nullâ nituntur probatione. Qui volunt Auguſtoduni natum; patre Eleutherio, matre Euſebiâ, fratrem fingunt beati Germani Pariſienſis Epiſcopi. Gallum fuiſſe credimus, relicto natali ſolo Diœceſim Treuirenſem adiit, & antequàm Tabuleij Monachum profiteretur, eremiticam vitam duxit prope Treuiros in monte, cuius iugum, etſi variis locis interruptum, ad Vogeſi ramos pertinet iuxta hoc diſtichon,

Mons Vogeſus ſumit Rhætis ex Alpibus ortum,
Et viridi coſtâ te quoque Treuir adit.

XIII. Res à Paulo geſtas in Epiſcopatu ſic idem Author vitæ deſcribit. *Grimo, quod diu deſiderauerat videns adimpletum, nimio repletus gaudio, quicquid facultatis poſſidere videbatur, volenti animo iuri Virduuenſis Eccleſiæ ordinare feſtinabat. Erat autem ita temporibus illis ipſa Eccleſia rebus deſtituta, vt nemo Clericorum eſſet, qui aſſiduè vel ſicut præcipit Eccleſiaſticus ordo, Miſſarum ſolennia, vel conſuetum Pſalmorum inibi compleret curſum, ſed præ inopia vix & cum magno labore per ſingulos dies adueniebat aliquis forenſis Presbyter, & citiſſimè ſatíſque indecenter horarum & Miſſæ ſimul complens officia, mercede acceptâ reuertebatur ad propria. Similiter ſecundus & tertius, ceteríque donec idem ordo confuſus à nouiſſimo rediret ad primum. Quod cernens Epiſcopus, Grimonem ſibi dilectum aduocat, & internum cordis dolorem ſuper hac re multùm conqueſtus edocet. Cui è veſtigio ille verba conſilij & auxilij rependit. Negaueras te, inquit, priùs, Pater, obauditurum Regi, ſed quia te inuitum, & quaſi regalis vigoris nexibus addictum, in hanc Sedem impoſuit, iuſtè apud eum de his quæ ad Eccleſiaſticum ius pertinent licet conqueri. Prætereà quæ mea ſunt, vel eſſe poſſunt, in prædiis vel poſſeſſionibus ſeu in pecuniis, tuæ concedo libens poteſtati, vt tuo voto & mearum rerum adminiculo inſeruiat Clericatús ordo per ſucceſſiones, te ordinante, cultui diuino. Hæc dicens Fra-*

MVLTA BONA ECCLESIÆ VIRODVN. TRADVNTVR A GRIMONE,

ſindum

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10. ET A REGE.

ſindum villam victui fratrum delegauit. Móxque dilatione poſtpoſitâ Palatium adeunt, & pro Eccleſia ſua incommodis, Regis auribus querimoniam infundunt, orantes pariter vt ad gloriam ſui & ſalutem impendat ſancta Virdunenſi Eccleſia rerum terrenarum quamlibet portionem. Qui libens petitioni eorum annuit, & poſſeſſionibus pecuniiſque locupletatos ad vrbem cum gaudio remittit. Quarum nomina rerum, etſi non habentur propriè in ſcripto, tamen quia factum ſit, præfatus Presbyter Bertharius *non tacet, cùm teſtatur eum ſuam Eccleſiam rebus dilataſſe quamplurimis. De quibus propriâ manu Priuilegium conſcripſit, aliorúmque Epiſcoporum auctoritate ſub anathemate roboratum in archario eiuſdem Eccleſiæ in ſecula conſeruandum condidit, quod vſque ad noſtra tempora in eodem loco conſtat permanſiſſe. Memini me aliquos vidiſſe, qui idem Priuilegium ſe vidiſſe & legiſſe faterentur, & numquam Characteres litterarum honeſtiùs præfiguratos, & orationem facundiæ ordinabiliorem vſquam conſpexiſſe. Sed hæc interim. Adepto itaque quod optauerat Eccleſiaſtica cura negotio, Canonicos canonicè viuere inſtituit, & in ſua Sede per plures reſidens annos, ab incepto virtutum non deſtitit. Cuius opera à ſcientibus neglecta ſæpedictus Presbyter reprehendit, & tamen quòd factor miraculorum fuerit ſe legiſſe & in picturis ſe vidiſſe teſtatur, cùm eum dæmones fugaſſe, paralyticos curaſſe, cæcos illuminaſſe commemorando perhibet.*

LAVS PAVLI EPISC.

WANDELINVS ABBAS TABVL.

Ex hac narratione colligimus nec Paulum Abbatem fuiſſe Tabuleij, nec Cœnobij Præfecturam Grimoni commiſſam eſſe cùm Paulus Epiſcopatum iniit, ſed Wandelinum, qui primus apud Tabuleium ſeu Toleiam Abbas fuit, aliquot etiam annis Monaſterio præfuiſſe, poſtquàm ex eodem Aſceterio Paulus ad Virdunenſem Pontificatum aſſumptus eſt. Colitur ſanctus Wandelinus decimo-tertio Kalendas Nouembris in Martyrologiis Benedictino & Gallicano, nullum tamen in antiquis Hiſtoriis occurrit argumentum, quo nixus Ordini Benedictino primos Abbates Tabuleienſes aſcribas, imò beatus Wandelinus, cùm Tabuleienſe Monaſterium in honorem ſancti Mauritij conſtruxerit, Agaunenſium Monachorum normam ſecutus videtur. Sepultus fuit vno à Toleia milliari, vbi hodie conſpicitur oppidum ſancti Wandelini, quod Treuirenſis Antiſtitis etiamnum ditioni ſubiacet. Illic vitam in eremo clauſiſſe creditur, ſubſtituto priùs in Cœnobij Tabuleienſis adminiſtrationem Grimone diſcipulo.

PRIMI ABBATES TABVLEIENS.

XIV. Iuxta Chronologiam ſuperiùs à nobis ſtabilitam, cùm de annis Pontificum Remenſium poſt Egidij depoſitionem ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum diſputaremus, obiit etiam decimo-tertio Kalendas Nouembris, hoc anno, Sonnatius Epiſcopus Remenſis, de quo ſic Flodoardus [a]. *Res Eccleſiæ præfatus Præſul Domnus Sonnatius probabiliter ordinaſſe legitur, augens etiam Epiſcopium, terris ac mancipiis dato pretio coemptis, quarum adhuc emptionum nonnulla reperiuntur monimenta. Quaſdam quoque res quas praui quidam peruaſerant, apud Regiam Maieſtatem tam per ſeipſum quàm etiam per ſuas actores, Marco Presbytero quoque legato ſua cauſas agente, repetitas & obtentas Eccleſiæ ritè reſtituit. Colonias etiam villarum quarundam Epiſcopij diſpoſitis ordinauit ſeruitiis. Præcepta necnon regalia ſuper Eccleſiaſticarum immunitate rerum, ſed & traditionum quarundam obtinuit firmitate. Sed & res inuenitur quaſdam cum Regina Brunechilde commutaſſe pro vtriuſque partis opportunitate. Teſtamentum quoque rerum ſuarum condidit, in quo plura diuerſis donaria contulit Eccleſiis. Baſilicam tamen beati Remigij præcipuè ſibi heredem inſtituit, vbi & ſepulturam ſe habiturum delegit, ibique miſſorium argenteum deauratum deputauit. Cochlearia quoque duodecim, & ſalarium argenteum, ac portionem ſuam de villari quodam cum mancipiis, vineis, pratis, cæteriſque adiacentibus, & alia nonnulla quæ ſe dato pretio meminit comparaſſe. Ad Baſilicam ſanctorum Timothei & Apollinaris delegauit caſas quaſdam tam iuxta ipſam Eccleſiam quàm infra ciuitatem. Ad Baſilicam ſancti Martini, quem peculiarem patronum ſuum dicit, villam Mutationis, quam comparauit, ad integrum, ſicut à ſe poſſeſſa eſt, tradidit. Inſuper & aurum dedit, vnde calix inibi fieret. Ad Baſilicam ſancti Iuliani recuperandam auri ſolidos* v. *Ad Baſilicam ſancti Iohannis ſolidos* v. *Ad Baſilicam ſancti Nicaſij ſimiliter ſolidos quinque. Ad Baſili-*

[a] Lib. 2. c. 5.

SONNATII EP. REM. TESTAMENTVM.

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

eam ſancti Sixti ſimiliter in auro ſolidos tres. Ad Baſilicam ſancti Mauricy ſolidos III. *Ad Baſilicam S. Medardi ſolidos* III. *Ad Monaſterium puellarum vineam in Germaniaco * ſitam, cum quibuſdam vaſis ipſi Baſilica profuturis. Ad Baſilicam, qua dicitur ad Apoſtolos, auri ſolidos* III. *cum aliis munuſculis vnde calix fieret. Ad Baſilicam S. Petri in ciuitate auri ſolidos* III. *Ad Baſilicam S. Theodorici portionem ſuam de villa Germaniaco; cum mancipiis, vineis, & cateris ad ipſam pertinentibus; argentum quoque ad ſepulchrum Domni Theodulfi fabricandum vel exornandum. Ad Baſilicam ſancti Viti vas quoddam argenteum ad calicem faciendum, & in auro ſolidos* XV. *Ad Baſilicam Sanctorum Martyrum Criſpini & Criſpiniani auri ſolidos* XV. *Ad matriculam praterea Sancta Remenſis Eccleſia nonnulla contulit donaria. Cateris quoque matriculis vel congregationibus diuerſa delegauit munera. Quibuſdam haredum quoque ſuorum perſonis pradia quadam eo tenore dereliquit, vt ad loca Sanctorum à ſe deſtinata poſt eorum reuerterentur deceſſum. Mancipia nonnulla libertate donauit, additíſque ditauit peculiis.*

* *Germini.*

XV.

Leudegiſeli, qui Sonnatio ſucceſſit, Pontificatum ſic deſcribit idem Flodoardus [a]. *Poſt hunc beatum virum*, nempe Sonnatium, *Leudegiſelus Attila Epiſcopi frater, tempore Dagoberti Regis Epiſcopium rexit, quod etiam rebus emptis, ſcilicet ſiluis, pratis, ruribus auxit. Quadam quoque cum Abbone Tricaſſino Epiſcopo, pro vtriuſque partis opportunitate, commutauit; ſed & alia quadam cum aliis quibuſdam perſonis. Res etiam quaſdam Eccleſia ordinatis diſpoſuit coloniis.* Attilam Leudegiſeli fratrem Epiſcopum fuiſſe Laudunenſem docet idem Author [b] in elogio Niuardi Remenſis Metropolitani. Coluenerius in ſcholiis ad textum Flodoardi ſuprà citatum mortem Dagoberti Regis conſignat anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quinto, & in catalogo Præſulum Remenſium ſcribit Leudegiſelum obiiſſe anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-ſeptimo. Vt autem iam monuimus mortem Dagoberti Regis citiùs contigiſſe, ſic & in obitu Leudegiſeli à Coluenerij ſententia recedendum putamus. Bollandus in notis ad vitam ſancti Frodoberti [c] ſuſpicatur Leudegiſelum coæuum extitiſſe Abboni Epiſcopo Trecenſi, qui cognomento fuit Felix ac multò ſetiùs vixit, vt ex Hiſtoria Frodobertina patet, in qua de ſancti Frodoberti ætate hæc leguntur. *Diligentiùs ſanè temporis ſerie reuolutâ, ſub Rege Francorum Clodoueo Dagoberti filio, itémque Clotario iuniore eiuſdem Clodouei filio, hic ipſe Sacerdos pretioſus & Abbas eximius deprehenditur floruiſſe. Cùm apud præfatam vrbem Trecaſſinam, Ragnegiſilus Pontifex vicem Apoſtolicam miniſtraret. Fuit autem idem Ragnegiſilus natione Aquitanus, ſeptimus-decimus iam dicta ciuitatis Epiſcopus*, &c. *Vixit autem B. Frodobertus ſub quinque ſua ciuitatis Epiſcopis, vſque ad Abbonem, qui viceſimus-primus eiuſdem vrbis Pontifex extitiſſe cognoſcitur.*

[a] Lib. 2. c. 6.
LEVDEGISELVS SVCCEDIT SONNATIO.
[b] Lib. 2. cap. 7.
[c] d. 8. Ian.

FLODOARDI INTERPOLATIO REFELLITVR.

At in textu ſuprà recitato Flodoardus non videtur nominaſſe Præſulatum quem geſſit Abbo, quemadmodum quam rexit Attila, Diœceſim reticuit, & recentiori manu interpolatum putamus epithetum, quo ſcriptor imperitus Abbonem, cuius Flodoardus meminerat, ex Metenſi ſiue ex Goerico Abbone, qui poſt Arnulphum Eccleſiæ Metenſi per annos octodecim ab anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſexto ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-quartum præfuit, turpi hallucinatione deflexit in Tricaſſinum ſiue in Abbonem Felicem qui Tricaſſinum Epiſcopatum longè poſt Leudegiſeli Remenſis Antiſtitis obitum adminiſtrare cœpit. Opinionem noſtram confirmat Tricaſſinorum Pontificum catalogus in promptuario Antiquitatum Tricaſſinarum, vbi iuxta Frodobertinæ Hiſtoriæ computum Ragnegiſilus decimus-ſeptimus, & Abbo Felix viceſimus-primus inter Epiſcopos Trecenſes numerantur, nec vllus exhibetur Abbo præter ſupradictum Abbonem cognomento Felicem Leudegiſelo Remenſi Pontifice recentiorem. Dempto igitur apud Flodoardum hoc vocabulo, *Tricaſſino*, in Leudegiſeli Remenſis Antiſtitis encomio Abbonem lege ſimpliciter Epiſcopum, vt Metenſem intelligas Leudegiſelo ſynchronum, viteſque ſcopulum in quem Camuzatus aliique Neoterici complures inciderunt. Dices Ragnegiſilum, qui decimus-

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

ſeptimus inter Epiſcopos Trecenſes recenſeri ſolet, nobis decimum-octauum eſſe, quia Chardarico, cuius nomen in Tricaſſinorum Antiſtitum catalogo non extat, Trecenſes infulas tribuimus. Vita ſancti Frodoberti ſcripta fuit ab Azone Abbate Deruenſi, qui mortuus eſt anno Christi nongenteſimo nonageſimo-ſecundo, tamen ab ea non recedemus quia Tricaſſinorum Antiſtitum elenchum non habemus antiquiorem. Chardaricus autem duodecimum locum quem dedimus ſic retinebit, vt Ragnegiſilus decimum-ſeptimum, & Abbo viceſimum-primum non amittant.

XVI.

CATALOGVS EPISCOPOR. TRECENS. EXAMINATVR.

In Antiſtitum Tricaſſinorum catalogo, qui promptuario Trecenſium Antiquitatum præfigitur ex Arremarenſi * Codice, deſinitque in Henrico quem anno Christi milleſimo centeſimo quinquageſimo Epiſcopum fuiſſe conſtat, hoc ordine poſt Galomannum ſeu Gallomagnum, quem Chardarico ſucceſſiſſe diximus, ſubſequentes Præſules nominantur, *Agretius. item Lupus, Euodius, Modegiſilus, Rannegiſilus, Leuconius, Bertoaldus, Abbo, Wandelmarus, Wlfendus.* Hic elenchus, cùm Leuconium duntaxat & Bertoaldum medios inter Rannegiſilum & Abbonem conſtituat, Abbonique locum viceſimum aſſignet, ab Hiſtoria Frodobertina proculdubio diſcrepat, ſed facilè tolli poteſt omne diſſidium, ſi Lupus, qui præponitur Euodio, Rannegiſilo ſubiiciatur; adhibitâ enim eiuſmodi correctione, non tantùm Chardaricus Tricaſſinis Præſulibus accenſebitur, ſed & inter eos Rannegiſilus decimus-ſeptimus & Abbo viceſimus-primus conſignabuntur. Camuzatus, quia Chardaricum non agnouit, aliam iniit emendationem, & Wammirum ſeu Wandelmarum præpoſuit Abboni cui poſtponebatur. Seuertius Lupum, quem Cabilonenſi Concilio interfuiſſe ſcripſit, ſubiecit Modegiſilo, ſubiecisſétque Rannegiſilo, niſi nonnulla quæ de Clodoueo Secundo Rege déque Clotario Tertio in vita ſancti Frodoberti legerat, perperam retuliſſet ad Clodoueum Primum eiúſque filium Clotarium, quibus ſynchronum Rannegiſilum finxit. Concilium Cabilonenſe ſub Clodoueo Rege celebratum eſt, id teſtantur Patres, *tam ex communi omnium voluntate*, vt in ipſa præfatione Synodi loquuntur, *quàm ex euocatione vel ordinatione glorioſiſſimi domni Chlodouei Regis, pro zelo religionis, vel orthodoxa fidei dilectione, in Cabilonenſi vrbe in Eccleſia ſancti Vincentij pariter conglobati.* Quæ quidem verba non poſſunt intelligi de Clodoueo Seniore, qui vitam clauſit anno Christi quingenteſimo vndecimo, & Cabilone regnóque Burgundiæ numquam potitus eſt, ſed accipi debent de Clodoueo Iuniore, Senioris trinepote, qui regna Neuſtriæ ac Burgundiæ poſt Dagoberti patris obitum anno Christi ſexcenteſimo duodequadrageſimo ſuſcepit. Gallomagnus Trecenſis Epiſcopus Concilio Matiſconenſi primo ſubſcripſit anno Christi quingenteſimo octogeſimo-tertio; Agretius ſiue Agrœcius Gallomagni ſucceſſor, vt ex Gregorio Turonenſi [a] probauimus, ſedebat anno Christi quingenteſimo octogeſimo ſexto, vitámque vltra illum annum produxit; Agretio ſucceſſerunt, Euodius qui res quaſdam cum Deſiderio Autiſſiodorenſi Epiſcopo commutauit, Modegiſilus cuius meminimus ad annum Christi ſexcenteſimum viceſimum-tertium [b], Rannegiſilus qui peruenire potuit ad Principatum Clodouei Regis, ſub quo Lupus Pontificatum etiam geſſit, nec tamen interfuit Concilio Cabilonenſi, quicquid dicat Seuertius.

* Montiéramey.
a Lib. 8. c. 31.
b Num. 23.

XVII.

RAGNEGISIL. EPISC. TRECENS.

Ex illa ratiocinatione Chronologica liquet ad hæc Dagoberti Regis tempora pertinere quæ de Rannegiſilo ſeu Ragnegiſilo Trecenſis vrbis Antiſtite, déque Frodoberto * adhuc puero ac Clerico narrantur in eiuſdem Frodoberti vita. *Fuit Ragnegiſilus natione Aquitanus, ſeptimus-decimus iamdictæ ciuitatis Epiſcopus, de quo fertur inter cætera, quòd Baſilicam B. Sauinæ virginis in fundo ſui iuris conſtruxerit, Eccleſiam cui præſidebat hæredem inſtituens, in quâque honorificè ſepultus iacet. Vixit autem B. Frodobertus ſub quinque ſuæ ciuitatis Epiſcopis, vſque ad Abbonem, qui viceſimus-primus eiuſdem vrbis Pontifex extitiſſe cognoſcitur. Confeſtim vt ætas pertulit, prædicti Pontificis Ragnegiſili ſcholis, pa-*

* Frobert.

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

rentum ſtudio mancipatur. Ibi ſanctis ſtudiis enutritus, quid fidei, quid probitatis, iam in ſemetipſo prætulerit, explicari non poteſt, &c. *Contigit matrem eius oculorum ſuffragio deſtitutam luminis diſpendium incurriſſe, cúmque longam in cæcitate noctem trahens vitam mærore conſumeret, die quadam filium inter amplexus demulcens obſecrat, vt manu ſuâ crucis ſignum ſuper oculos eius exprimeret. Quod cùm ille abnueret, mater verò importuniùs perurgeret, tandem maternâ permotus inſtantiâ, inuocato Domino, ſalutiferum ſignum ſuper oculos genitricis expreßit, illicò cedentibus tenebris, lux amica reuertitur, & paruuli merito magnum matri beneficium cumulatur. Hoc confeſtim miraculum per cuncta vulgatum, vniuerſos quidem ſtupore perculit, quoſdam verò etiam ad ſancta vitæ imitationem ardentiùs incitauit. Exin prænominatus Pontifex egregiam in adoleſcente animi puritatem, & præcelſam virtutis efficaciam contemplatus, diuinis eum miniſteriis, impoſito Clericatûs officio, mancipauit. Poſt hæc charitatis ſolicitudine & diuini lucri ſtudio animatus, ad Luxouium Cœnobium, ſpiritalis profectûs gratiâ, dirigere inſtituit, vt religioſorum imitatione allectus, & ipſe in virtutibus creſceret, & regioni ſuæ poſtmodum ſanctitatis ac perfectionis exempla lucidißima reportaret. Præerat tunc ei Cœnobio Walbertus Abbas, vir & religione inclytus & ſanctitatis opinione famoſus. Quò cùm ex præcepto Pontificis perueniſſet, à ſanctis illius loci Patribus, gratâ exultatione ſuſcipitur, atque in Congregationis contubernium deputatur*, &c. *Quo tempore B. Frodobertus inibi morabatur, vir Apoſtolicus Bertoaldus Lingonicæ vrbis Epiſcopus, quendam ex Cœnobio S. Sequani Abbatem Teudoleuum nomine, eruditionis gratiâ illuc deſtinare curauit. Ad cuius diuerſorium B. Frodobertus frequentiùs accedebat, vt aſſolet ætas iuuencula coæuorum ſibi familiaritates ardentiùs applicare. Ille autem tantâ in viro Dei animi puritate compertâ, curioſâ leuitate impulſus, ſedulò explorare cœpit, vtrùm ea ſimplicitas ex fonte manaret intimæ puritatis, an ſicut nonnullis familiare eſt, ſubdolam mentem ſimulata innocentia palliaret. Ob hanc rem tam ab ipſo, quàm à nonnullis loci fratribus, ludibriis crebrò fatigabatur ineptis, cùm tamen ille nulli contradiceret, neminem læderet, ſed nec læſus vicem referret.* Ceterùm Bertoaldus Lingonenſis Epiſcopus, cuius mentio fit hoc loco, ſucceſſit in Pontificatum Modoaldo, cùm ſuperſtes in viuis erat Rex Clotarius, vt dictum eſt ſuprà.

FRODOBERTVS VISVM MATRI SVÆ RESTITVIT, FIT CLERICVS, MITTITVR LVXOVIVM, IRRIDETVR A TEVDOLENO ABBATE S. SEQVANI.

XVIII. SVSANNVS EPISCOPVS VENETENS.

Obiit hoc anno Bamaldus Epiſcopus Venetenſis, ſedit enim annos quatuor, vt Albertus teſtatur. Succeſſit Suſannus, qui Pontificatum per annos nouem geſſit.

XIX. COENOBII SOLEMNIACENSIS FVNDATIO,

De Solemniacenſi Monaſterio, quod à beato Eligio nondum Epiſcopo ſub Dagoberto Rege conditum fuit, Claudius Robertus in Abbatiis Galliarum ita diſſerit. *Ei fundationi*, x. *Calend. Decembris, anno* x. *regni Dagoberti ſubſcripſerunt Adeodatus, Medegiſilus, Chanoaldus, Maurinus, Salapus, Lupus, Hildegarius*, &c. Adeodatus ſiue Deodatus vel Deodox ſedebat Matiſcone. Medegiſilus ſeu Modegiſilus Epiſcopus erat Turonenſis. Chainoaldus ſeu Chanoaldus Pontificatum gerebat Lugduni * Clauati. Lupus Lemouicenſi Diœceſi præerat. De illis egimus iam ſuprà. Salapus ſeu Salappius Epiſcopatum Namnetenſem adminiſtrauit, vt patet ex ſubſcriptionibus Concilij Cabilonenſis ſub Clodoueo Rege, ſucceſsitque Leobardo cuius mentionem ex Flodoardo fecimus ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-quintum in Concilio Remenſi, nec audiendi ſunt qui tres alios Epiſcopos inter vtrumque medios collocant. Hildegarius Epiſcopus fuit Senonenſis, & in Senonenſium Antiſtitum catalogo locum habere debet poſt Richerium, qui prædictæ Synodo Remenſi ſub Sonnatio interfuit. Maurinus ſeu Marinus Eccleſiam Bellouacenſem rexit, ſubſcripſitque veteri chartæ pro Monaſterio Foſſatenſi, Nonis Maiis, anno tertio Clodouei Regis. De Maurini deceſſoribus nihil hactenus à nobis ſcriptum, eorum enim ſola ſuperſunt nomina. Numitius Epiſcopus erat Bellouacenſis, cùm Childericus Francorum Rex Bellouacum in ſuam poteſtatem redegit, vt dictum eſt Tomo primo. Succeſſerunt Licerius, Liercius, Themerus, Bergiſilus, Rodomarus, Anſoldus, Ribertus, Goge-

* *Laon.*

rinus, Anſelmus, Maurinus ſeu Marinus aut Mauricius vt pleriſque placet, de quo nos iterum Tomo tertio ſub Clodoneo Secundo Rege.

XX. SEPTVS,

Solemniacenſe Monaſterium in vita ſancti Eligij ſic deſcribit Audoenus. *Eſt Cœnobium haud procul à Lemonica vrbe ſitum, ſex circiter millibus ad plagam diſtans meridianam. Ambitur verò in ſpherico muro non quidem lapideo, ſed foſſato ſepe munito, decem ferè ſtadiorum ſpatium habente in circuitu. Ex vno quidem latere munitur optimo flumine, ſuper quod mons excelſus ſyluâ opertus, ac prærupta valdè eminet rupes. Omne autem ſpatium Monaſterij arbuſta diuerſi generis pomifera occupant.* Idem Author quomodò Eligius locum illum à Rege obtinuerit, ibíque Monaſterium à fundamentis erexerit, ac multis bonis ditarit, ita declarat. *Inter cetera expetiuit ab eo villam quandam in rure Lemonicino cognominante Solemniaco *, dicens. Hanc mihi, Domine mi Rex, Serenitas tua concedat, quò poßim ibi & mihi & tibi ſcalam conſtruere, per quam mereamur ad celeſtia regna vterque conſcendere. Quam eius petitionem libenter Rex ſicut ſolebat annuit, & quod popoſcerat ſine mora dato Præcepto conceßit. Erat enim tempus, quo cenſus publicus ex eodem pago Regis theſauro exigebatur inferendus. Sed cùm omnis cenſus in vnum collectus Regi pararetur ferendus, ac vellet Domeſticus ſimul & Monetarius adhuc aurum ipſum fornacis coctione purgare, vt iuxta ritum puriſſimum ac rutilum aula Regis præſentaretur metallum (neſciebat enim prædium eſſe Eligio conceſſum) toto niſu atque conatu per triduum vel quatriduum labori inſiſtentes, nullâ poterant Deo id præpediente arte proficere, vſquequò ab Eligio præueniens nuncius opus cæptum interciperet, ídque eius dominio reuocaret. Mox ergo vt hoc nunciatum eſt, cunctis loci illius accolis exultantibus, & opus perfectum eſt, eiúſque ditioni commiſſum. Quo in loco primum ac potiſſimum virorum Dei conſtruxit Monaſterium. Vbi etiam Abbate conſtituto, multos ex ſuis vernaculis mancipauit. Plures quoque ex diuerſis Prouinciis vſque ad centenarium, quem quinquagenarius ſupergreditur numerus, Monachos congregauit, redditus etiam terræ, qui affluenter ſufficere poſſent, delegauit. Ipſe verò tantâ ſe deuotione, tantóque amore eodem loco diffudit, vt quidquid habere potuiſſet, quidquid Regi auferre, quicquid dignè comparare, quicquid etiam gratuitò ei à potentibus largitum eſſet, cuncta prædicto loco deſtinaret. Videres plauſtra vehere onera copioſa, vaſcula vtique vſibus neceſſaria, ærea ſimul & lignea. Veſtimenta etiam, & lectuaria, ac linteamina menſalia, necnon & volumina ſacrarum Scripturarum quamplurima. Sed & omnia, quæ erant Monaſterij vſibus neceſſaria, in tantùm vt praui quique ingenti ex hoc ſuccenderentur inuidiâ. Cogitabat enim & ipſe demum eidem ſe mancipare Monaſterio, niſi eum alio in loco Dei obligaſſet diſpenſatio.*

* Solognac.

XXI. REGVLA.

Ex charta ſancti Eligij pro fundatione Monaſterij Solemniacenſis apud Robertum patet *eam interpoſitam fuiſſe conditionem vt Religioſi tramitem Religionis ſanctiſſimorum virorum Luxouienſis Monaſterij conſequerentur.* Quamplures Authores, quos Arnoldus Wion ad Kalendas Decembres in ligno vitæ citat, Eligium, priuſquàm Epiſcopus fieret, Monachum & Abbatem Solemniacenſis Monaſterij conſtituunt. Verùm cùm in eorum numero quamuis admodum copioſo nullus inueniatur antiquior Notgero, quem Sigebertus Rogerum vocat & Leodienſium Pontificem anno Chriſti nongenteſimo ſeptuageſimo-primo conſecratum tradit, non eſt cur Scriptorum recentem multitudinem vni præferamus Audoeno, qui eodem die cum Eligio fuit ordinatus Epiſcopus, & in eiuſdem Eligij vita, quæ conſuli poteſt, ipſum Eligium, donec ad Epiſcopatum promoueretur, in aula regia laicum permanſiſſe ſæpiùs inculcauit. Inferiùs multa proferentur huius rei teſtimonia, quibus nunc ſuperſedemus, ne bis eadem cogamur repetere. Certè Audoenus Eligium Monachum aut Abbatem Solemniaci fuiſſe diſtinctiſſimis verbis negauit, cùm dixit illum quidem cogitaſſe aliquando *demum eidem ſe mancipare Monaſterio, niſi eum alio in loco Dei obligaſſet diſpenſatio.* Antonius Yepezius hac auctoritate motus Eligium ex albo Sanctorum Ordinis ſancti Benedicti expungendum cenſuit. Hugo Menardus, vt Yepezij ſententiam eleuaret, dixit vereri ſe ne Surius elegan-

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

tioris ſtyli prætextu aliquid immutauerit in vita ſancti Eligij ab Audoeno ſcripta quod genuino verborum cenſui obeſſe poſſit. At Lucas Dacherius edidit primigeniam Audoeni phraſim quæ nullum Menardo ſubterfugium relinquit, *cogitabat enim*, inquit Audoenus editus à Dacherio, *& ipſe*, nempe Eligius, *demum eidem ſe mancipare Monaſterio* Solemniacenſi, *niſi eum alio in loco Dei obligaſſet diſpenſatio.* Editio Suriana eundem prorſus ſenſum retinuit his verbis, *cogitabat autem ille ſeipſum demum illi mancipare Monaſterio, niſi eum diuina diſpenſatio alteri loco deſtinaſſet.*

XXII. LAVS ELIGII CONDITORIS ADHVC LAICI.

Quàm piè ac ſanctè in aula Dagoberti Regis Eligius ſub habitu laicali vixerit, docet idem Audoenus hoc elogio. *Pollebat magis ac magis in vigiliis, in ieiuniis, atque in charitate. Fabricabat in vſum Regis vtenſilia quamplurima ex auro & gemmis. Sedebat fabricans indefeſſus, & contra illum Tyllo vernaculus eius ex genere Saxonico, qui magiſtri veſtigia ſequens, & ipſe poſtmodum venerabilem vitam duxit. Sedens ergo Eligius ad opus prædictum, Codicem ſibimet præ oculis præparabat apertum, vt quoquo genere laborans, diuinum perciperet mandatum. Sic igitur duplum gerens officium, manus vſibus hominum, mentem vſui mancipabat diuino. Flagrabat eius vbique fama, in tantùm, vt ſi qui ex Romana, vel Italica, aut Gothica, vel qualicumque Prouincia, Legationis fœdere, aut alia quacumque ex cauſa Palatium Regis Francorum adire pararent, non priùs Regi occurrerent, quàm Eligium adgrederentur, vel iuuamen alimoniæ ab eo poſcentes, vel certè conſilium ſalubre quærentes. Confluebántque ad eum vndique viri religioſi, aduenæ quoque & Monachi, & quicquid militare* (id eſt, emereri vel emerendo acquirere) *poterat, aut eis in eleemoſynam dabat, aut certè captiuorum in pretia diſtrahebat. Habebat maximum in huiuſmodi opere ſtudium. Sanè vbicumque venundandum intellexiſſet mancipium, magna cum miſericordia & feſtinatione occurrens, mox dato pretio liberabat captiuum. Interdum etiam vſque ad viginti aut triginta, ſeu & quinquaginta numero ſimul à captiuitate redimebat. Nonnunquam verò agmen integrum, & vſque ad centum animas, cùm naui egrederentur, vtriuſque ſexûs, ex diuerſis gentibus venientes pariter liberabat; Romanorum ſcilicet, Gallorum, atque Britannorum, necnon & Maurorum, ſed præcipuè ex genere Saxonum, qui abundè eo tempore veluti greges à ſedibus propriis euulſi in diuerſa diſtrahebantur. Quòd ſi contigiſſet, vt copioſus venditorum numerus menſuram pretij excederet, cuncta præter corpus proprium, quæ habere poterat, vſque ad cingulum & amphibalum, necnon & victum neceſſarium, ſed & vſque ad calceamenta cuncta ſe expoliabat, tantummodò vt captiuis ſubueniret. Id etiam & in peregrinos Chriſti ſæpiſſimè faciebat*, &c. *Redemptos captiuos protinus coram Rege ſtatuens, iactatis ante eum denariis, chortas eis libertatis tribuebat. Deinde trinam ipſis optionis proponebat electionem, id eſt, vt ſi qui velint iam liberi ad propriam remeare patriam, ipſe eis in quantùm ſuppetebat, præberet ſubſidium. Si qui autem cum ipſo velint permanere, libens valdè accommodabat aſſenſum, ita duntaxat, non iam vt ſerui ſed potiùs vt fratres cum eo degerent. Porrò ſi quos ſuadere poterat, vt venerabilem Monachorum vitam arripientes, clauſtra Cœnobij expeterent, hos tanquam Dominos inſigniter honorans, veſtimenta etiam & quæque neceſſaria tribuens, illicò archiſteriis cum exultatione deſtinatos, cum grandi demum ſolicitudine eorum gerebat curam. Habebat prætereà ſecum plures vernaculos, in ſuo contubernio degentes, ſibíque neceſſariò iugiter obtemperantes. Ex quibus erat Baudericus, eiuſdem libertus comprouincialis, qui in omnibus honeſtè valdè eius curam gerebat. Erat etiam Tituenus, genere Sueuus, fidelis cubicularius laicus, qui poſteà ad mercedis cumulum peruenit interemptus. Necnon & Buchinus ex gentili conuerſus, qui & ipſe poſteà venerabilis extitit, ac Ferrarienſi Cœnobio præfuit. Andreas quoque & Martinus atque Ioannes, qui eo etiam procurante ad Clericatum peruenire meruerunt. Sed & alij quamplures, quos enumerare perlongum eſt, qui diu noctúque in eius camera cum omni ſtudio ſolenniter Canonicum adimplere ſtudebant curſum. Multitudo prætereà pauperum ſicut apes ad aluearium, vndique quotidie ad eum confluebant*, &c. *Cùm veſpertinis horis ſæpè poſt biduum, nonnunquam poſt triduum paratum accederet ſumere cibum, deſti-*

natis in diuerſo famulis, omnes quos inuenire potuiſſet egenos & peregrinos, ſeu mendicos ac languidos, ſibimet adduci præcipiebat. Hoc etiam cunctis diebus, exceptis his, quibus & ipſe reficiebatur, faciebat. Rarò enim, aut certè nunquam contingebat, vt cum eo pauperes minimè conuiuarentur. Quibus adductis, ipſe propriè famulorum incipiens officium, eorum neceſsitatibus hilariter valdè inſeruiebat, &c. *Omnium iam fame refectâ, ſic ipſe aut ante eos ſtans, aut certè ad cornu menſa vili ſellulâ vtens, valdè exiguum atque ex comedentium fragmentis relictum ſumebat cibum. Plerunque verò egenis ad menſam iuxta morem vocatis, cùm & ipſi eſſet congrua cibi ſumendi hora, mensâ allatâ atque compoſitâ, manibus etiam lotis nec vnus quidem ſupererat panis, qui inuitatis poſſet apponi, omnibus, vt ſæpè contingebat, eodem die vſque ad victum aut in eleemoſynas redactis, aut in pretio captiuorum abſumptis. Sed cùm ex famulis circumſtantibus quidam iſtud ſæpiùs irriderent, nonnulli etiam humiliter inopia eius compaterentur, vniuerſos ſimul beatus vir coercens atque refouens aiebat. Quid moleſti eſtis, modicæ fidei? Nunquid qui Eliam & Iohannem in deſerto pauit, nos modò in medio cætu hominum ſuo fraudabit beneficio? Credo, inquit, in creatorem meum, quoniam etſi nos non meremur, hi tamen pauperes Chriſti, refocillati hodie ipſius dono, ab hoc recedent domicilio. Nec mora, aliquando priuſquàm verba compleret, pulſabant viri veſtibulum domûs, panes cæteráque neceſſaria affluenter deferentes, quos aut Rex, vt ſæpè conſueuerat, aut diues quidam, aut deuota mittebat perſona. Omnes enim iam compertum habebant, & quibus Eligius indigeret, & quibus ſui iuris ſubſtantiam diſpergeret. Vndecunque autem veniret, Eligij tamen fides eum nunquam fefellit,* &c. *Erat ſanè staturâ procerus, facie rubicundus. Formoſam habebat cæſariem, & quaſi criſpantes capillos, manus honeſtas & oblongos digitos, Angelicum vultum, ſimplicem & prudentem adſpectum. Vtebatur quidem in primordio auro & gemmis in habitu, habebat quoque zonas ex auro & gemmis comptas, necnon & burſas eleganter gemmatas, lineas verò metallo rutilas, oras ſarcarum auro opertas; cuncta quidem veſtimenta pretioſiſsima; nonnulla etiam holoſerico. Sed his omnibus ob oſtentationem fugiendam primo tempore vtebatur palàm, intrinſecus verò ad carnem cilitium geſtabat ex conſuetudine. Poſteà verò cùm ad altius profecit, cuncta ornamenta in egentium neceſsitatibus conſumpſit. Videres plerunque ire funiculo cinctum, vilibus veſtibus tectum, quem videbas dudum radiantis auri & gemmarum mole opertum. Nonnunquam verò cùm videret eum Rex ob deuotionem amorémque Chriſti expoliatum, ſurripiens ſibi ipſi, dabat ei proprium indumentum & cingulum. Dicebat enim non eſſe dignum, eos qui ſeculo militarent, incedere ornatos, eos verò qui ob Chriſtum cuncta ſibi auferrent, eſſe inglorios. Denique apud Regem habitans, habebat manſionem aſsiduè coniunctam cum Dadone. Sicut enim animam ſuam, ita diligebat eum. Habebat autem in cubiculo ſuo multa Sanctorum dependentia pignora, necnon & ſacros libros in gyro per axem plurimos, quos poſt pſalmodiam & orationem reuoluens, & quaſi apis prudentiſsima diuerſos ex diuerſis flores legens, in aluearium ſui pectoris optima quaque recondebat. Erat ei conſuetudo noctibus cilicium ante lectum ſternere, ſéque aut è primo crepuſculo, aut poſt paululum quietis è lectulo excutere, & ſuper illud ſubmiſſo capite proſtratum orare, ſícque plerunque noctem totam excubiis inſiſtendo cum lachrymis ducere. Grandis enim ei collata erat gratia lachrymarum. Diuerſis autem modis, quantùm humana poſſet natura permittere, ſemper in id incumbebat, vt omne noctis tempus in Dei ſeruitio conſumeret. Cùm enim prolixè oraret, pro quodam leuamine intermittens orationem, Pſalmos concinebat ex ordine. Quibus diu cantatis ad lectionem accedebat, cúmque ſacra verba percurreret, videres repentè ſuppliciter oculos ad cælum leuare, ſuſpiria ſuſpiriis iungere, fletum lectioni miſcere, ſingultibus pectus quatere, atque ora lachrymis vberrimè perfundere. Et cùm plerunque inter ipſa verba diuino ſomno vehementer ingruente grauaretur, ex ipſis quodammodò lectionis verbis etiam per ſomnum meditabatur. Cumque ſubitò excitus lectionem expleret, rurſus ſe ſecundùm morem conferebat ad orationem. In quo opere tanto ſtudebat ſilentio, nuſquam caput reflectens, nihilque aliud intendens, vt vix halitum ſpiraminis eius quiſquam audire poſſet. Sanè frequenter*

AN. CH. 631.
DAGOB. R. 10.

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

diuerſis ex cauſis & noctu & maturiùs in Regis cameram vocatus, nullatenus eò ire volebat, etiamſi miſſi aſſequerentur miſſos, priuſquàm ſuum propoſitum in Chriſti compleret obſequium. Egrediens enim domo, orationis & crucis muniebatur ſigno. Regrediens verò domum, oratio occurrebat ei, priuſquàm ſeſſio, &c. Erat omnino affabilis atque ſubtilis, corde pius, & animo etiam ad belligerandum fortis. In illo textu Dado non alius eſt ab ipſomet Audoeno, quem amicitiâ Eligio coniunctiſſimum ſub Clotarij Principatu iam diximus. Ambo vt Clotario ſic & Dagoberto chariſſimi fuerunt. *Audoenus cognomento Dado*, inquit Fridegodus, *Auricularij locum & munus in aula Regis obtinuit, itémque ad obſignanda Scripta & Edicta regia, quæ ab ipſo conſcribebantur, ſigillum vel annulum Regis cuſtodiebat. Erat verò ſenſu profundus, eloquio copioſus, conſilio prouidus, iudicio iuſtus, corporis ſtaturâ procerus, vultu decorus, & ante omnia in Chriſti charitate fundatus; Regi verò etiam charus, cunctis Principibus & Optimatibus fuit venerabilis. Ad illius nutum omnia Palatij negotia gerebantur, eius conſiliis Optimates omnes atque ipſe etiam Dagobertus Rex ceu diuinis oraculis parebant.* Vocatur ab Aimoino [a] Referendarius, *quòd ad eum vniuerſa publicæ deferrentur conſcriptiones, ipſéque eas annulo Regis ſiue ſigillo ab eo ſibi commiſſo muniret ſeu firmaret.*

ET AVDOANI.

[a] Lib. 4 c. 41.

XXIII. Apud Claudium Robertum in Solemniacenſium Abbatum catalogo primum locum obtinet ſanctus Rumaſilus, Molano Rymailus, qui Menardo teſte non alius eſt à ſancto Remaclo, quem Notgerus teſtatur in ſchola Sulpitij Bituricenſis Epiſcopi plurimùm profeciſſe priuſquàm Solemniacum adiret. Inter Monachos Solemniacenſes, qui ſub Abbate Remaclo multis annis vixerunt, recenſetur ſanctus Hillonius ſeu Tillo vel Tilmannus, cuius vitam ex Codice Solemniacenſi Menardus libro primo ſuarum obſeruationum in epitomen redegit, vnde Sauſſaius encomium eiuſdem Sancti deſumpſit ſeptimo Idus Ianuarias, quo die Bollandus vitam edidit longè prolixiorem. Fuit Tillo natione Saxo ſiue Anglus, parentes habuit idolorum cultibus obnoxios, puer ſub haſta væniit, & ab Eligio redemptus eſt in Gallia Belgica, aurifex euaſit peritiſſimus ſub eodem Eligio, deinde Monaſticam Regulam amplexus eſt in Monaſterio Solemniacenſi. Cetera ſuis locis.

REMACLVS PRIMVS ABBAS SOLEMNIAC.

TILLO EX AVRIFICE MONACHVS SOLEMNIACENSIS.

XXIV. Ionas in ſancti Euſtaſij vita meminit Solemniaci & aliorum inſignium Monaſteriorum à clariſſimis viris ac nobiliſſimis matronis recenter conditorum, in quibus Regula ſancti Columbani cuſtodiebatur. *Multi*, inquit, *iam amore beati Columbani & eius Regulæ, Monaſteria conſtruunt, fratres adunant, greges Chriſti congregant. Inter quos fuit illuſtris vir Eligius, qui modò Viromandenſi Eccleſiæ Pontifex præeſt. Is verò apud Lemouicenſem vrbem Monaſterium nobile ſuper fluuium Vincennam *, Solemniacum nomine, extruxit, diſtans ab ea vrbe millibus quatuor, & alia multa iiſdem locis Cænobia. Sed & Pariſius puellarum Monaſterium, quod regio munere acceperat, ædificat, cui Chriſti virginem Auream præfecit. In Bituricenſi verò vrbe puellarum Monaſterium ſecundùm beati Columbani Regulam Bertuara nobilis genere & religione fœmina conſtruxit. In ſuburbio Bituricenſi vir venerabilis cognomento Babelenus Monaſteria ex Regula beati Columbani religione omni pollentia extruxit, primum in inſula ſuper fluuium Milmandram, vbi religioſorum virorum adunauit cateruam; aliud Gaudiacum nomine haud procul à fluuio Albeta; tertium Chriſti Virginum in loco dicto Carantonio ſuper fluuium iam dictum Milmandram; item aliud Chriſti Virginum iuxta Niuernenſe oppidum ſub eadem Regula conſtruxit.* Audoenus, qui res ab Eligio geſtas literis commendauit, teſtatur illum de puellarum Monaſterio Pariſiis extruendo non antè cogitaſſe, quàm Solemniacenſe penitus abſoluiſſet, ea de cauſa ſermonem de Aurea virgine déque Cœnobio, cui præpoſita fuit, in annum ſequentem reiiciemus. Bertuara ſeu Bertoara in vita ſancti Auſtregiſili Bituricenſis Epiſcopi commendatur ob pietatem erga Meroaldum paralyticum, quem fide nixa curauit in Eccleſiam deferri vt ab eodem Pontifice ſanaretur. Monaſterium puellarum erexit ſub Sulpitio Auſtregiſili ſucceſſore, vbi ſepulta iacet &

* la Vienne.

VARIA CONSTRVVNTVR VTRIVSQVE SEXVS COENOBIA SVB REGVLA S. COLVMB.

loci

AN. CH. 631.

DAGOB. R. 10.

loci Patrona colitur pridie Nonas Decembris [a]. Lapſu temporis Baſilica quam ſancta Bertoara conſtruxerat, facta eſt Eccleſia Collegiata, quæ nomen hodie retinet Beatæ * Mariæ de Salis.

[a] Mart. Gallic.
* Noſtre Dame de Sales.

XXV. EVSTADIOLA CONSTRVIT DITATQVE MONAST. BITVRIC.

Sub eodem Sulpitij Pontificatu floruit Euſtadia ſiue Euſtadiola, quæ cùm religioſam in habitu ſeculari vitam duxiſſet, poſt obitum mariti cui Tetradium prolem vnicam peperit, totam ſe Deo dicauit. *Inprimis domos quas intra mœnia Bituriga ciuitatis poſsidebat, in honore S. Mariæ ſemper Virginis, vel B. Martyris Eugenia Baſilicas dedicari fecit, & ex abundantia theſaurorum ſuorum, ex vaſis aureis & argenteis, margaretis electis, gemmarúmque variis generibus adornauit Eccleſias, faciendo cruces, candelabra, calices & reliqua vaſa ſacro myſterio congrua, ſed & libros ac turres conſtruendo; veſtimenta quoque ſacra fecit, & palliis pretioſis qua manu propriâ cum ſuis puellis opere elegantiſsimo poliuit cum freſiis aureis, & altaria procinctoriis ac parietes cortinis ornauit. Sed & Monaſterium atque Cœnobium dignum ædificauit ſibi ſuiſque puellis, & ex fœminarum ſexu iuxta normam Regula paratarum viuere magnum ibi incluſit agmen, qua ad exemplum B. Euſtadiola ſua omnia relinquentes & ſe Deo pleniſsimè voluntate vouentes propoſitum ſeruare caſtitatis & adornari ſtuduere virtutibus cateris. Igitur cum S. Euſtadiola memoratum Monaſterium conſummaſſet, omnes ſuas villas ac facultates ita per teſtamentum iuxta legem ſaculi & Canonicam inſtitutionem ibidem delegauit atque dicauit, vt ea numquam vlteriùs iure hareditario deinceps vel ipſa vel aliquis poſsideret, ſed illa eſſet vna ex iis qua per eius exemplum ſemetipſas vouerent Chriſto. Plurima verò puella harum exemplo ad caleſtem patriam anhelantes reſpuerunt carnales ſponſos, vt caleſtem & immortalem ſponſum inuenire mererentur. Gaudebat Monaſterij mater Euſtadiola de ſancto ſtudio filiarum. Quis autem dicere valeat quantâ humilitate ipſa ſe deiecit, vel quantâ ſe abſtinentiâ macerauit, aut quanta charitatis quantaque bonitatis extitit? Per ſeptuaginta annorum ſpatia nec quadrupedum nec auium carnes aliquas in cibum ſumpſit. Si inter potentes ſaculi alióſve orta eſſet altercatio vel odium, ſic ſuis locutionibus ſi prope, vel literis ſi procul eſſent, eos pacificabat, vt nunquam vlteriùs ad priſtina redirent ſcandala; ſed & plurimas ſanitates per eius orationem Dominus operatus eſt, itaut etiam ex aqua, de qua manus aut faciem lauabat, caci viſum reciperent & ab aliis languoribus variis plurimi ſanarentur.* Vixit annos nonaginta & ampliùs, perueníťque ad Pontificatum Rocconis qui ſedere cœpit anno quinquageſimo-ſexto poſtquàm Sulpitius Epiſcopatum dimiſit. Hæc mutuati ſumus ex ſanctæ Euſtadiolæ vita quam Labbeus publicauit [b] ex Codice manuſcripto Eccleſiæ Collegiatæ, quæ vulgò Medium * Monaſterium vocatur in vrbe Bituricenſi.

[b] Tom. 2. biblioth.
* Noſtre Dame de Monſtier-Moyen.

XXVI. DVLCARDVS MONACHVS AMBILIAC.

Vixit etiam ſub Epiſcopo Sulpitio ſanctus Dulcardus in Ambiliaco Monaſterio, cuius loci Eccleſia Parochialis iuncta eſt Archipreſbyteratui vrbis, vt Robertus in elogio Sulpitij Pij iam obſeruauit. Abundè ad annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-tertium refutauimus eos qui Geſtis beati Læti ad Dulcardum traductis hunc ſancto Auito Abbati Miciacenſi ſynchronum finxerunt. Colitur ſanctus Dulcardus * octauo Kalendas Nouembres, quo die Molanus in additionibus ad Vſuardum hæc habet. *Bituriga, Ambiliaco Monaſterio, beati Dulcardi Confeſſoris.* Et Author Martyrologij Benedictini. *Biturigis Ambiliaco Monaſterio, ſancti Dulcardi Confeſſoris.* Horum Scriptorum neuter Dulcardo attribuit Abbatis titulum, quem nullâ freti authoritate Menardus [c] & Sauſſaius [d] poſteà præbuerunt.

* S. Douchard.
[c] Lib. 2. obſeruat. d. 25. Oct.
[d] Martyr. Gall. d. 25. Octob.

XXVII. SANCTVS EVSITIVS.

Claruit & temporibus Sulpitij Pij beatus Euſitius ſiue Eutichius, qui vitam clauſit apud Bituricas ſeptimo Kalendas Decembres, quo die [d] colitur, eſtque alius à ſancto Euſitio ſeu Eutichio, qui ad Carum amnem conſenuit, & Childeberto Francorum Regi aduersùs Amalaricum Wiſigothorum Regem proficiſcenti victoriam prædixit.

[d] Supplem. Martyr. Gall.

XXVIII. INIVRIOSVS FIT ABBAS IVRENSIS.

Audericus Abbas Iurenſis obiit hoc anno, poſtquàm Monaſterium rexiſſet per annos duos ac menſes octo. Succeſſit Iniurioſus, de quo ſermo non ſemel recurret.

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

XXIX. Germanus, de quo locuti ſumus anno ſuperiori, cùm *aliquandiu* in eremo apud Arnulphum expontificem Metenſem commoratus eſſet, *ad Monaſterium B. Romarici, quod vulgò vocant Caſtellum, in cacumine montium ſuo opere conſtructum venit, mittens duos è ſuis, qui fratrem ſuum, Numerianum nomine, paruuli adhuc ætate, ad ipſum adducere deberent, cupiens eum de ſeculi actibus ad inſtituta ſanctorum Patrum, vel regulam Monachorum, & ſanctam vitæ conuerſationem adducere. Beatum verò Germanum ad ipſum Monaſterium venientem omnes, vnà cum fratre ſuo, ouantes excipiunt, referentes Conditori gratias, quòd de tanta proſapia genere ſibi Dominus ad ſuum vocaret ſeruitium. Totum corpus ſuum affligens in ieiuniis & vigiliis & orationibus, ſemper Deo vacans, nihil ampliùs præter quotidianum victum reſeruabat. Veſtitus eius vilis erat, exemplum humilitatis & caritatis omnibus exhibebat, ita vt ad ligna cadenda cum collega ſuo* (Henricus Murerus Carthuſianus in Heluetia ſacra fratrem interpretatur) *ad ſyluas pergeret, & ſuis humeris deferret, ſermonum B. Pauli conſiderabat ſententiam, dicentis.* [*Qui non laborat, non manducet.*] Hæc Boboleuus Preſbyter ſynchronus vitæ Scriptor.

GERMANVS PERGIT AD MONAST. ROMARICI CVM FRATRE NVMERIANO.

XXX. In antiquitatibus Sandionyſianis [a], hoc anno, Dagoberti Regis decimo, duæ conſignanrut chartæ. Prior à Dagoberto data dicitur 4. *Kalend. Aug. Pariſius*, cùm Aigulphus Abbas eſſet, Immunitatem amplectitur, arguitúrque commentitia cùm ob abſentiam Dagoberti Regis, qui tunc in Auſtria verſabatur vt ex Fredegario docuimus, tum ob vocem *Archiepiſcopus*, quæ nondum erat in vſu apud Gallos, & ob ſubſequentes ſubcriptiones Epiſcoporum, qui vel penitus ignorantur, vel ſub Dagoberto Rege Pontificiam ſedem non obtinuerunt, *Palladius Epiſ. S: Taurinus Epiſ. S: Eligius Epiſ. S: Syluinus Epiſ. S: Orado Epiſ. S: Clarus Epiſ. S: Iohannes Epiſ. S: Richoaldus Epiſ. S: Atherius Epiſ. S: Laudomerus Epiſ. S: Landericus Epiſ. S: Acterius Epiſ. S.* Poſterior eſt de mancipiis Monaſterij, datáque perhibetur *ad petitionem Domni Chunaldi venerabilis Abbatis*, deprehenditur autem ſubdititia vel ex hac phraſi, quâ Dagobertus regiæ conſtitutionis infractoribus minas intentat, *ſi quis verò*, inquit, *contra hoc mea Maieſtatis decretum præſumpſerit*, hic enim titulus (*Maieſtas*) ætatem Dagoberto iuniorem ſapit.

a Lib. 3. c. 3.

CHARTÆ SANDIONYS. COMMENTITIÆ.

XXXI. Hoc anno Sigbertus apud Orientales Anglos regnare cœpit, móxque Chriſtianam fidem per totam ſuam ditionem propagari curauit. Hæc Orientalium Anglorum conuerſio cedit in laudem Franciæ, nam Sigbertus Chriſtianam religionem in Francia ſuſcepit, & in erudiendis Anglis vſus eſt operâ Felicis Epiſcopi Burgundionis. Vtrumque ſic declarat Beda [b]. *Tantam deuotionem Eduinus* Rex Nordanhumbrorum *erga cultum veritatis habuit, vt etiam Regi Orientalium Anglorum Carpualdo, filio Redualdi, perſuaderet, relictis idolorum ſuperſtitionibus, fidem & ſacramenta Chriſti ſuſcipere. Verùm Carpualdus non multo poſtquàm fidem accepit tempore occiſus eſt à viro gentili, nomine Richberto, & exinde tribus annis prouincia in errore verſata eſt, donec accepit regnum eiuſdem frater Carpualdi Sigbertus, vir per omnia doctiſſimus atque Chriſtianiſſimus. Qui viuente adhuc fratre, cùm exularet in Gallia, fidei ſacramentis imbutus eſt. Quorum participem, mox vbi regnare cœpit, totam ſuam prouinciam facere curauit. Cuius ſtudiis glorioſiſſimè fauit Felix Epiſcopus, qui de Burgundiorum partibus, vbi ortus & ordinatus eſt., cùm veniſſet ad Honorium Archiepiſcopum, eíque indicaſſet deſiderium ſuum, miſit eum ad prædicandum verbum vitæ præfatæ nationi Anglorum. Nec vota ipſius incaſſum cecidere, quin potiùs fructum in ea multiplicem credentium populorum pius agri ſpiritalis cultor inuenit. Siquidem totam illam prouinciam iuxta ſui nominis ſacramentum à longa iniquitate atque infelicitate liberatam, ad fidem & opera iuſtitiæ ac perpetuæ felicitatis dona perduxit, accepítque Sedem Epiſcopalem in ciuitate Dummock, & cùm ſeptemdecim annos eidem prouinciæ Pontificali regimine præfuiſſet, ibidem in pace vitam finiuit.* Idem Author alio loco [c] Felici ſeptemdecim annos Epiſcopatûs iterum tribuit, tum quinque Thomæ ſucceſſori, & poſt ordinationem Beretgilſi, qui Thomæ

b Lib. 2. c. 15.

FELIX EP. BVRGVND. ERVDIT ANGL. ORIENT.

c Lib. 3. c. 20.

ſubrogatus eſt, mortem Honorij Archiepiſcopi Dorouernenſis refert pridie Kalendas Octobres, anno Chriſti DCLIII. *Defuncto*, inquit, *Felice Orientalium Anglorum Epiſcopo poſt decem & ſeptem annos accepti Epiſcopatûs, Honorius loco eius ordinauit Thomam Diaconum eius de prouincia Girniorum, & poſt annos ſui Epiſcopatûs quinque de hac vita ſubſtracto Beretgilſum cognomine Bonifacium de prouincia Cantuariorum loco eius ſubſtituit. Et ipſe quoque Honorius, poſtquàm metas ſui curſûs impleuit, migrauit ex hac luce anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo quinquageſimo-tertio pridie Kalendarum Octobrium.* Hinc colligimus initium cùm Principatûs, quem Sigbertus apud Orientales Anglos obtinuit, tum Pontificatûs, quem Felix apud eundem populum geſſit, ab hoc anno repetendum eſſe. Noſtræ ſententiæ ſuffragatur adhuc Beda, cum Eduinum Nordanhumbrorum Regem baptizatum tradit [a] Eboraci *die ſancto Paſchæ, pridie Iduum Aprilium, anno regni ſui vndecimo, qui eſt annus Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimus viceſimus-ſeptimus.* Eiuſdem enim Eduini ſuaſu Carpualdum Orientalium Anglorum Regem ab idolorum ſuperſtitionibus poſteà receſſiſſe ac paulò pòſt occiſum fuiſſe ſcribit, atque ab eius nece vſque ad Sigberti fratris Principatum tres annos effluxiſſe teſtatur textu ſuprà recitato.

AN. CH. 631. DAGOB. R. 10.

[a] Lib. 2. c. 14.

---

632. DAGOB. R. 11.

ANNVS
CHRISTI 632.
DAGOBERTI R. 11. 5.

ANNVS Chriſti ſexcenteſimus triceſimus-ſecundus anno vndecimo Dagoberti Regis illigatur. Apud vulgatum Fredegarium anno Dagoberti Regis vndecimo Sigibertus ab eodem Dagoberto patre Rex Auſtraſiæ conſtituitur; anno Dagoberti Regis duodecimo Clodoueus eidem Dagoberto ex Regina Nanthilde naſcitur; anno Dagoberti Regis decimo-tertio nihil omnino narratur; anno Dagoberti Regis decimo-quarto bellum Waſconicum deſcribitur. In Chronico San-Benigniano ad annum Dagoberti Regis vndecimum, quo Sigibertus ad regiam dignitatem promotus exhibetur, in margine notatur annus Dagoberti Regis duodecimus, eóque computo in annos Dagoberti Regis duodecimum ac decimum-tertium reiicienda ſunt quæ in Fredegario ſub annis eiuſdem Regis vndecimo ac duodecimo legi ſolent. Fredegarium autem ita corrigendum eſſe ſuadent literæ, in quibus Paulus Virodunenſium Epiſcopus ad Deſiderium Cadurcenſium Præſulem, de Dagoberti Regis itinere per Auſtraſiam & de morte Chainoaldi Laudunenſis Antiſtitis ita ſcripſit. *De Regis conditione innoteſcimus. Nuper per Viredunum Remos pergit, ibíque Natiuitatem Domini expectat. Inde autem Lauduno accedit, & inde in Maſao, ac pòſt ripâ Rheno pergit. Cognoſcatis Chainoaldum ictnatum etiam fati munus impleſſe.* Iſta enim, cùm feſtum Dominicæ Natiuitatis immineret, exeunte hoc anno ſcripta ſunt, ſiquidem ad hunc annum peruenit Chainoaldus, qui fundationi Solemniacenſis Monaſterij, X. *Calend. Decembris, anno* X. *regni Dagoberti*, ſubſcripſit, vt anno priori obſeruatum eſt, & ad Deum migrauit octauo Idus Septembres, quo die colitur à Diœceſanis, vt teſtatur Menardus obſeruationum libro ſecundo. Trithemius libro tertio [b] de viris illuſtribus Ordinis Benedictini falsò ſcribit Chainoaldum ſeu Chalnoadum claruiſſe anno Domini ſexcenteſimo quadrageſimo, citiùs enim ad Deum migrauit. Succeſſit in Epiſcopatum Attola. Cùm verò præcitatæ Pauli literæ ad Deſiderium directæ ſunt, nondum Sigibertus Auſtraſiæ Rex præpoſitus fuerat, proximam enim hyemem in Auſtraſia tranſegit Dagobertus, 1.

DAGOBERTVS DEGIT IN AVSTRIA.

CHAINOALD. EP. LAVDVN. OBIT.

[b] Cap. 69.

AN. CH. 632. DAGOBER. II. quem conſtat in Neuſtriam reuerſum eſſe ſtatim ac Sigibertum Auſtraſiæ Regem præfecit. Sigibertus igitur anno ſequenti, qui Dagoberti Regis duodecimus fuit, Auſtraſiæ regnum obtinere cœpit. In eandem it ſententiam ipſemet Fredegarius capitibus octogeſimo-tertio & octogeſimo-ſeptimo, cùm annum Clodouei Regis tertium cum anno Sigiberti Regis octauo comparat, vt Tomo tertio fuſiùs exponemus.

II. DESIDERIVS EPISCOPVS CADVRC. EPISTOLAS ACCIPIT A PAVLO EP. VIRODVN. In Bibliotheca Patrum, Tomo tertio, reperiuntur duo epiſtolarum libri, quorum primus ſexdecim à Deſiderio ſcriptas, alter viginti & vnam à diuerſis ad eundem Deſiderium miſſas amplectitur. Vndecima & duodecima poſterioris libri, ſunt Pauli ad Deſiderium; vna cauſam illuſtris matrisfamiliæ Bobilanæ Paulo commendatam à Deſiderio teſtatur; ex altera fragmentum ſuprà deſcripſimus de itinere Dagoberti Regis per Auſtraſiam & de morte ſancti Chainoaldi Laudunenſis Epiſcopi.

III. EVNDEM PAVLVM INVITAT AD DEDIC. BASILIC. Vndecimam prioris libri recitabimus integram. Eſt eiuſmodi. *Domno ſemper ſuo Paulo Epiſcopo Deſiderius peccator. Iam credo ad aures tuas perlatum, qualiter Monaſterium conſtruere cœperim, & Baſilicam mihi Domino cooperante conſummatam habeam. Proinde rogo, atque inuito Apoſtolicam dignationem veſtram vt ibidem ad dedicationem intereſſe dignemini. Et cùm nos ibidem in Dei nomine viderimus, aliquantis ſimul diebus commorantes, de illa perenni ac deſiderabili vita, de qua mutuò ſuſpirare ſolebamus, familiaria colloquia deſidero vt habeamus. Alios etenim plures Epiſcopos intereſſe faciemus, qui nos vel exemplo iuuent vel hortatu roborent. Quorum nos contubernio non mediocriter opinor adiuuari. Veni igitur, chariſſime, quantùm longiùs, tantùm velociùs, vt poſt diutinam corporis abſentationem tandem reficillemur mutuâ confabulatione. Aderit credo Dominus de ſe concionantibus, aderit orantibus. Nec nos deſeret vnquam qui paſſus eſt pro nobis de ſede veniens paterna. Orantem te pro nobis potentia Domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruare dignetur.*

IV. VARIAE CONSTRVIT ECCLESIAS In illis literis nomine Baſilicæ intellige Eccleſiam, quam Deſiderius in eodem loco, in quo Ruſticus frater interemptus fuerat, ſub initium ſui Pontificatûs conſtruxit, vt Author vitæ teſtatur his verbis. *Ædificauit vltra amnis ripam in conſpectu Baſilicam eo in loco quo germanus eius Ruſticus quondam fuerat interemptus, quam mirabiliter perficiens in honorem beati Petri Apoſtolorum Principis dedicauit, terra quoque reditus & nonnulla ex ſuis facultatibus eidem indulſit.* Ibidem mentio fit aliarum Eccleſiarum quas piiſſimus Pontifex erexit, partim in Diœceſi Cadurcina quam regebat, partim in Albienſi in qua natus fuerat. *Extra caſtri munitionem in valle qua in Lariago vel Spernio tenditur, ædificauit Baſilicam in honore ſancti Martyris Iuliani fundatam quam cum terris & cum appendiciis Monaſterio ſuo dedit. Sub ipſo autem Cadurca oppido ædificauit Baſilicam in honore ſanctæ Mariæ ſemper Virginis, ad cuius opus perficiendum Claudium Abbatem conſtituit, ibique eum Abbatis officium agere permiſit. Alias etiam quamplures & in Cadurco territorio & in Albienſi oppido tam infra municipia quàm infra vrbem vel Eccleſia Cadurcina prædia Eccleſias competenter extruxit.*

V. CVM MONASTERIO SANCTI AMANTII. Monaſterium, cuius meminit Deſiderius in literis ad Paulum ſuprà recitatis, copioſiùs laudat idem Author his verbis. *Deſiderius præter alia magnifica opera ædificat Monaſterium ſub ipſo Cadurcæ municipio, ſeptingentos circiter & quinquaginta paſſus à præcipua Pontificum Sede diſtans, ſummo ſtudio, miro ac ſingulari opere in domorum vel Eccleſiarum extructione patratum; vinearum quoque & ſegetum ac parietum adiectionem circumſcripſit; Monachos etiam copioſo numero aggregauit, quibus poſt Vfsicinum venerabilem virum Daddinum Abbatem inſtituit. Ipſe autem profuſo ſe amore erga ipſum Cœnobium dedit, & omnia quæ eſſent neceſſaria tam in vtenſilibus quàm in aliis ſpeciebus affluentiſſimè miniſtrauit. Sepulturam verò ſibi in eodem Monaſterio ſub dextri lateris Baſilicæ volutione præparari iuſſit, vbi hodie quoque in Dei nomine humatus quieſcit.* Cœnobium, quod Deſiderius extruxit, habes illo textu egregiè diſtinctum à primaria Cadurcorum æde, ſancto Stephano ſacrâ, non igitur Deſiderius, vt Crueius [a] perperam

[a] Num. 39.

ſcripſit, *Baſilicam Diuo Stephano loco humili antea ſacram in eam operis Maieſtatem venuſtatémque quæ etiamnum ſupereſt, paucis deinde additis, à fundamentis erexit, Cœnobitáſque qui in ea Deo ſacra perpetuò facerent, & ſeruirent, ſtatuit.* Errorem iſtum in Crucio iam deprehenderunt Canonici Cadurcenſes, corrigendúmque docuerunt Appendice ad Hiſtoriam Cadurcenſem adiectâ, quamuis ſancti Deſiderij vitam quam citauimus non legerint. Res enim ſatis patet ex ſcriptis ipſius Deſiderij; ſiquidem in literis ad Grimoaldum [a] Maiorem domûs regiæ nullâ ſancti Stephani mentione factâ teſtatur Monaſterium à ſe conditum in honorem ſancti Amantij. *Intereà*, inquit, *ſalute vberi fuſâ, precor impensè, vt conditiones Monaſtery noſtri, quod nuper in honorem ſancti Amanty ædificaui, digneris recipere per omnia commendatas.* Longè verò aliter de ſancti Stephani æde, quæ totius Diœceſeos primaria erat, in literis [b] ad Clodulfum virum illuſtrem loquitur. *Conditiones*, ait, *Patroni veſtri beati Stefani, cuius adminiſtrationem gerere videor, habete receptas, & per omnia commendatas, vt ipſi Domini rerum, quibus vice noſtri Redemptoris ſeruire videmur, ipſi vobis impendia æterna compenſent ac ſupplementum ſua tribuant largitatis.* Addequòd Deſiderius qui ſepulturam in ſuo Monaſterio accepit, non in Baſilica ſancti Stephani conditus fuit, ſed in æde ſancti Amantij, quæ iam non ſancti Amantij ſed ſancti Deſiderij Eccleſia vocatur, aſſumpto benefactoris adeò munifici nomine, aut vt Cadurcenſes loquuntur corruptâ per vſum atque detritâ vt ſit voce *ſanct Geri* in ipſo Cadurcenſi ſita pomœrio, illic & hodie ſepulchrum ſancti Deſiderij viſitur, conſtantiſſimâ vulgi atque ætatis retrò omnis conteſtatione cultúque annuo famoſiſſimum, quamquam & ex illa ipſa ſancti Amantij æde corpus ſancti Deſiderij tranſlatum fuit ad Baſilicam ſancti Stephani, vbi hodie extat ſarcophagus, & ipſius Tranſlationis feſtus dies à Cadurcenſibus quot annis agitur. Prætereà caue, ne Monaſterij, quod apud Cadurcos in honorem ſancti Amantij conſtructum fuit, primum conditorem agnoſcas Deſiderium Epiſcopum Cadurcenſem, de quo ſupet ea materia tam magnificè loquitur Auctor vitæ proximè citatus. Antiquius erat hoc Monaſterium, vt conſtat ex Actis alterius Deſiderij, qui Pontificatum Autiſſiodorenſem anno Chriſti ſexcenteſimo quinto ſuſcepit, multiſque donis eidem Cœnobio, vbi mater eius Nectaria quieſcebat, per teſtamentum legatis, ex hac vita diſceſſit anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-tertio. Nec ab illa ſententia diſcrepat Scriptor prælaudatus, meminit enim Vrſicini & Daddiui Abbatum, quorum alterum inſinuat præfuiſſe Monaſterio cùm Deſiderius Epiſcopatum Cadurcenſem adminiſtrare cœpit, alterum verò priori ſubrogatum ab eodem Epiſcopo, qui prædictum Cœnobium ædificiis, reditibus, & Monachorum numero plurimùm auxit.

AN. CH. 632. DAGOB. R. II.

[a] Epiſt. 2.

[b] Epiſt. 8.

VI. MONASTICVM ORDINEM REſTAVRAT IN ſVA DIOECESI.

Deſiderij Pontificatum ob Monachos introductos in ciuitatem Cadurcinam, óbque varia Cœnobia in diuerſis partibus Cadurcinæ Diœceſeos ædificata plurimùm commendat Author vitæ. *Nullus quidem*, inquit, *eo tempore in vrbe Cadurca propoſitum Monachi neque habitum religionis aut Regulæ Cœnobialis iter intrauerat. Secreta Columbani procul aberant, inſtituta Benedicti longiùs diſtabant. Ignominioſum, vt putabatur, Monachorum genus omnes omnino ſpernebant. Deſidery autem tempore hac ſecta Cadurca intrauit, huius ſub die hac religio adoleſcere cœpit. Nam & Moſſiacenſe Cœnobium paulò antè regiis impenſis initiatum huius tempore à viris laudabilibus Anſberto & Leobadio competenter expletum eſt, & in ipſo quoque oppido ipſius ſancti viri Monaſterium his diebus exortum & alia quamplura Monaſteria eius ſub tempore ſata creuerunt.* Haud equidem mihi perſuadeo Monaſticam vitam Cadurci primùm conſtitutam ab Epiſcopo Deſiderio, ſed eius authoritate priſtino ſplendori ſapientiſſimè reſtitutam puto, nam longè ante Deſiderij Pontificatum Gregorius Turonenſis [c] meminit Abbatis Cadurcenſis, qui viuebat anno Childeberti decimo, Guntchramni viceſimo-quarto, ſeu Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto. Monaſteriorum autem, quæ nunc etiam in Cadurcenſi Diœceſi ſuperſunt, antiquiſſimum

[c] Lib. 7. c. 30.

AN. CH. 632. DAGOB. R. II.

eſt Moſſiacenſe, ad radicem montis prope confluentes Tarnis & Satæ, paulò antequàm ille excipiatur à Garumna; fertur conditum à Clodoueo Rege ex voto emiſſo in procinctu belli Wiſigothici, ſed opus haberi debet multò recentius, cuius primordia Clotario Secundo potiùs attribuantur quàm Clodoueo ipſius Clotarij proauo, in vita enim ſancti Deſiderij iam laudata dicitur *à viris laudabilibus competenter expletum* eodem Deſiderio Cadurci ſedente, cùm paulò antè *regiis impenſis initiatum* fuiſſet. De loci ſitu & nomine ſic differit in Albigenſi [a] Hiſtoria Petrus Vallis Sarnenſis Monachus, *ſitum ad pedem montis in quadam planitie, prope fluuium Tarni, in loco plurimùm fertili & amœno, vocatur Moſaicum à Moys, quod eſt aqua, eò videlicet quòd dulciſſimis intus fontibus abundat*; antiqui Moſſiacum vſurparunt, recentiores Moyſſiacum, nos vtrumque promiſcuè. Labbeus Tomo primo ſuæ Bibliothecæ in vita ſancti Deſiderij perperam Moſſiacenſis Cœnobij loco legit Marciliacenſe, quod longè ſetiùs in eadem Diœceſi ſub Pipino Rege conſtructum fuit, vt ex Actis beati Namphaſij probat Crucius [b] in Hiſtoria Caducenſi.

[a] Cap. 63.

[b] Num. 50.

VII. MVLTIS EPISCOPIS AMICITIA CONIVNGITVR.

Præter Paulum Virodunenſem Epiſcopum quos Antiſtites Deſiderius ad dedicationem Baſilicæ à ſe conſtructæ inuitarir haud ſcimus, ex duobus libris epiſtolarum quas aut ſcripſit aut accepit, patet magnam illi amicitiam interceſſiſſe cum Saluſtio Aginnenſi, cum Modoaldo Treuirenſi, cum Abbone Metenſi, cum Audoeno Rotomagenſi, cum Sulpitio Bituricenſi, cum Cæſario & Gallo Aruernenſibus, cum Felice Lemouicenſi, cum Auiulfo Valentinenſi, cum Conſtantio Albigenſi, cum Vero Rutenenſi, cum Eligio Nouiomenſi, cum Rauraco Niuernenſi & Palladio Autiſſiodorenſi, quorum complures nondum erant adepti Pontificatum, cùm Deſiderius Paulo quas expendimus literas direxit. Author vitæ quos viros Deſiderio coæuos in Galliis ſanctitate præ cæteris putauit enituiſſe, ſic enumerauit, vt Epiſcoporum ſuprà recenſitorum pleroſque nominarit, alios inſuper adiecerit, itémque celeberrimos Monaſticæ vitæ magiſtros, Eparchium, Aſterium & Euſtaſium, quos par eſt credere ſingulari quoque beneuolentiâ Deſiderio coniunctos fuiſſe. *Habebat*, inquit, *eo tempore Dominus Ieſus plures in Galliis nobiles ſeruos, Aruerno Gallum, Bituricas Sulpitium, Ruteno Verum, Aginno Saluſtium, Egoliſmâ Eparcium, Petrogorico Aſterium, Nouiomo Eligium, Metis Arnulfum, Luxouio Euſtaſium, Metaſcone Deodex, Cadurca Deſiderium.* Caue autem ne viros illos omnes, cùm Deſiderius Epiſcopatum Cadurcenſem adeptus eſt, in viuis adhuc ſuperſtites fuiſſe credas, Deſiderius enim anno Chriſti ſexcenteſimo vndetriceſimo ſiue anno poſt Euſtaſij Luxouienſis Abbatis mortem quarto ſedere cœpit, atque in infantia poſitus vix præſentari potuit Eparchio, cuius obitus in annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-primum incidit. Caue etiam ne prænominatos Epiſcopos eodem tempore ſuis Sedibus præfuiſſe ſuſpiceris, Arnulfus enim Metenſes infulas depoſuit, priuſquàm Gallus donaretur Aruernenſibus, & Eligius ad Nouiomenſes aſſumeretur.

VIII. SCRIBIT SALVSTIO EP. AGINN.

Saluſtium, cuius nomen in Gallia Chriſtiana etiamnum deſideratur, inter Aginnenſes Epiſcopos annumeramus, tum quia epiſtolis Deſiderij earúmque primæ quæ Saluſtio inſcribitur, tales tituli præfiguntur. *Incipiunt epiſtulæ Domini Deſiderij Epiſcopi Cadurceni, ad diuerſos porrectæ. Nunc ad Saluſtium Epiſcopum. Domino ſanctiſſimo, atque præ optimis mihi in Chriſto diligendo Saluſtio Præſuli Deſiderius veſter*: tum quia Deſiderius in Saluſtio *ſolertiam egregij & nobilis paſtoris* laudat. Epiſtola talis eſt. *Multiplices & ineffabiles veſtræ beatitudini pro inquiſitionis ſtudio, vel eulogiarum preceptâ benedictione, gratias iure perſoluimus, & quamlibet indigni, Domini optamus pietatem, qui nobis citiùs locum tribuat veſtra gratia ſeruiendi. Illud namque quod zelo zelati eſtis pro noſtra exiguitate, non omiſititis ſolertiam egregij & nobilis Paſtoris, dum viriliter & vigilanter agere adorti eſtis. Vtinam etiam in nobis diuina pietas perficere dignaretur. Quia ille rectè vigilat, qui aſpectu veri luminis, & intima contemplationis ſemper oculos apertos gerit. Qua de re neceſſe eſt, vt mentem ſemper ad interiora & ſublimia ſuſpendamus,*

AN. CH. 632. DAGOB. R. 11.

ne per torporis negligentiam ad ima trahamur. Igitur de eo quod ſollicitudo veſtra ſciſcitare ſtuduit, veſtra dilectio comperiat, omnes Optimates & Principes, iuxta quod anteà cum ipſis habebamus conglutinatam amicitiam, gratias Chriſto, qui eſt bonorum omnium diſpenſator, ſatis amabiliter nos receperunt, & nos eos eatenus in Dei nomine retinemus, vt charitas mutua nunquam decidat, ſed aucta magis in dies floreſcat, & cum amico veſtro Flauado firmiter & amabiliter in charitate conſolidati ſumus. De cætero verò ſatis, & cum pleniſsimo affectu, vt præfati ſumus, pro tantæ inquiſitionis veſtræ dilectione gratias agimus. Salutamus præterea veſtram Almitatem eo affectu, quo nobis oblata eſſe non ambigo, & ſupplex quæſo, vt pro mea extremitate pio Domino digneris exorare. Vale vir Dei, & memento mei. Eodem planè modo Deſiderius epiſtolam [a] ad Abbonem Metenſem Epiſcopum claudit, *vale vir Dei, & memento mei*; & aliam [b] ad Dadonem ſiue Audoenum Rotomagenſem Epiſcopum, *vale vir Dei, & memento mei.* Almitatis titulum, quo Saluſtium exornat, tribuit etiam [c] Cæſario Aruernenſium Epiſcopo, *ex quo*, inquit, *puſillitatis noſtræ litteras Almitati veſtræ poſſumus dirigere.* Ad confirmandum Saluſtij Pontificatum ſatis ſupérque ſunt hæ probationes. Deſiderius ſe laicum adhuc fuiſſe, cùm præcitatas literas Saluſtio tranſmitteret, docet hac ſubſcriptione, *Deſiderius veſter.* Nam poſtquàm ordinatus fuit Epiſcopus, aliis vſus eſt ſubſcriptionibus quæ familiares erant Epiſcopis; talis eſt hæc, *Deſiderius peccator*, in epiſtolis [d] ad Modoaldum, Abbonem, Paulum, Cæſarium ac Felicem Epiſcopos, ad Clodulphum virum illuſtrem, & ad Grimoaldum Maiorem domûs; itémque iſta, *Deſiderius ſeruus ſeruorum Dei*, in epiſtolis [e] ad Dadonem & Sulpitium Epiſcopos, necnon illæ, *Deſiderius exiguus ſeruus Dei*, in literis [f] ad Grimoaldum Maiorem domûs; *Deſiderius ſeruus ſeruorum Dei & veſter fidelis*, in literis [g] ad Dagobertum Regem; *Seruus veſter Deſiderius Cadurcæ vrbis Epiſcopus*, & *Deſiderius ſeruus ſeruorum Dei, atque per gratiam eius Cadurcæ vrbis Epiſcopus* in epiſtolis [h] ad Regem Sigibertum; *Deſiderius ſeruus ſeruorum Dei, vrbis Cadurcæ Epiſcopus* in literis [i] ad Epiſcopos, Abbates, Comites, Tribunos, &c. *Deſiderius Epiſcopus* in literis [k] ad Aſpaſiam Abbatiſſam.

[a] Ep. 9.
[b] Ep. 10.
[c] Ep. 13.
[d] Epp. 2. 7. 8. 9. 11. 13. 19.
[e] Epp. 10. 12.
[f] Ep. 6.
[g] Ep. 5.
[h] Epp. 3. 4.
[i] Ep. 16.
[k] Ep. 14.

IX.

DAGOBERTO REGI.

His circiter temporibus Deſiderius ad Dagobertum Regem has ſcripſit literas [l]. *Domino glorioſiſsimo, atque piiſsimo, vbique præferendo, vndique præcelſo, ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ filio, Dagoberto Regi, Deſiderius ſeruus ſeruorum Dei, & veſter fidelis. Dum plerumque pro conditione Eccleſiaſtica me neceſsitas compellat ad celſitudinem culminis veſtri apices dirigere, ipſa tamen recordatio contubernij, & dulcedo auſpicata indolis pubertatis monet, vt frequenter, ſi fieri poſſit, me exiguum famulum ſolertiſsimis obtutibus veſtris præoptem præſentari. Qua de re ſalutationis obſequio eo quo decet honore prælato quæſo, vt de conditione Cadurchæ Eccleſiæ, cui Deo auctore ex iuſſu veſtro præſedeo, pro qua nunc præſentium latores apicum ad excellentiam dominationis veſtræ feſtinant, pro diuino reſpectu vel iuſtitiæ contemplatione integrâ mercede ſtudeatis habere, ſolertiſsimo libramine cauſam trutinare, & quà iuſtitiam perſpicitis ponderare, illuc ſententiam declinate. Nec ſolùm de hac re, ſed omni tempore, de omni conditione ſententiam Regis iuſtitia præcedat & veritas. Iudicium quoque miſericordia comitetur propter illud Apoſtoli. [Iudicium ſine miſericordia erit ei, qui non fecerit miſericordiam] Age ergo præcellentiſsime Princeps, mi Domine Dagoberte, age taliter, vt dum ſingularem inter homines regni apicem obtines, ad æterni regni ſingularem gloriam ſine confuſione attingere poſſis. Me quoque non ſuperfluum indicetis pro pia commotione, ſed amantem mente ames pro ſalubri exhortatione.* Deſiderius, cuius ortus ante obitum beati Eparchij, ſiue ante annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-primum collocari debet, maior erat quinquagenario, & à multis annis Dagoberto adhuc impuberi chariſſimus eſſe cœperat.

[l] Ep. 5.

X.

LVPVS EP. LEMOVIC. OBIT.

Vndecimo Kalendas Iunij Lupus Epiſcopus Lemouicenſis obiit, *cuius gratam Deo ſeruitutem*, inquit Sauſſaius, *miracula quibus etiam dum in carne ageret inclaruit affatim prodiderunt: defuncti verò poſt feliciſsimi Epiſcopatûs decurſum*

AN. CH. 632. DAGOB. R. II.

beatitudinem quâ potitur in cæleſti patria, & meritorum copiam perenni opitulationis fulgore, quâ clientes iuuat, propalauere. Peruenit ad hunc annum, priore enim, cum Chainoaldo Laudunenſium Epiſcopo, fundationi Solemniacenſis Monaſterij decimo Kalendas Decembres ſubſcripſerat. An diutiùs ſuperſtes fuerit ignoramus, in catalogo enim Lemouicenſium Antiſtitum deſiderantur notæ temporum. Vitam multis annis prolixiorem non videtur duxiſſe, quia Pontificatum iniit anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto, vt probatum eſt ſuprà, & ſucceſſorem habuit in Epiſcopatu Simplicium, quem excepit Felix antequàm Eligius ad Epiſcopatum Nouiomenſem promoueretur, vt Audoenus in vita ipſius Eligij ſcribit. Eligius autem anno Chriſti quadrageſimo ſupra ſexcenteſimum in Nouiomenſi Cathedra ſedere cœpit.

EPISCOPI LEMOVIC.

XI. Idem Eligius *Cænobio* Solemniacenſi *in omni opere perfecto, omniíque ex parte cum ſolertia ſtabilito, cogitabat Pariſius in vrbe fabricare Xenodochium. Sed excellentiore conſilio, Deo inſpirante, concepto, cœpit intra domum ſuam, quam in eadem vrbe ex munere Regis perceperat, Virginum Chriſti ædificare domicilium. In quo opere diu multúmque inſtantiſſimè deſudans, dignum tandem ſanctarum Virginum conſtruxit archiſterium. Vbi diſtrictam Regulæ conſtituens diſciplinam, vſque ad trecentarum numerum puellarum ex diuerſis gentibus, tam ex ancillis ſuis, quàm ex nobilibus Franciæ matronis congregauit. Quibus & Abbatiſſam dignam Deo puellam nomine Auream, filiam ſcilicet Maurini & Quiriæ conſtituit. Terræ etiam reditus copioſos delegauit, atque ex integro omne ſuum illuc ſtudium conuertit.* Hactenus Audoenus.

ELIGIVS CONSTRVIT COENOBIVM PVELLARVM PARISIIS.

AVRSA ABBATISSA.

XII. Hoc anno, ſiue, vt Hucbaldus in vita ſanctæ Rictrudis docet, interiecto breui temporis interuallo poſtquàm Dagobertus vrbes, quæ Chariberti fratris fuerant, in ſuam ditionem recepit, Rictrudis Adalbaldo nupſit. Rictrudis puella dicitur Waſconica, quia nata eſt in Aquitania tertia, quæ decimo ſeculo, cùm Hucbaldus ſcribebat, Waſconia nuncupabatur. Waſconiæ nomen ab Hucbaldo ſic vſurpari iam monuimus ante triennium, cùm ageremus de beati Amandi ſeceſſu in regnum Chariberti, qui parte tantùm Aquitaniæ tertiæ potiebatur, & nondum obtinebat alteram partem, quæ Waſconia tunc appellabatur, atque ab aliquot annis morâ rebellione Francis parere deſtiterat. In prædictorum coniugum laudes præcitatus Author [a] ſic excurrit. *Temporibus præfatis*, nempe poſtquàm Chariberti ditiones ſub Dagoberti poteſtatem redierunt, *cùm crebrò Francis Waſconia fieret permeabilis, Rictrudis puella bonæ indolis, iam famâ nobilis, videtur, deligitur, atque eligitur à quodam Francigena, Adalbaldo nomine, natalibus orto præclaris & iuſtis. Mater denique eius Gerberta fuerat, filia ſanctæ Gertrudis in Monaſterio nunc Hammatico dicto, à ſe ædificato, requieſcentis. Ipſe etiam à puero optimis inſtitutus diſciplinis, copioſis pollebat & fundis & diuitiis, atque in aula Regis carus valdè erat & honorabilis. Dignus planè vir, qui maritus exiſteret digna Rictrudis, à quo iuxta morem deſponſatur, dotatur, atque in contubernium matronale, licèt quibuſdam nolentibus puellæ conſanguineis aſſumitur. Cauſſa verò vxoris ducendæ non fuit incontinentia, ſed cara ſobolis habendæ. Sed & ea conueniunt in vtriſque, quæ ſpectari ſolent in eligendo marito vel vxore. In viro enim virtus, genus, pulchritudo & ſapientia, quæ ex his ad amoris affectum potior eſt, inerant; in vxore autem pulchritudo, genus, diuitiæ & mores, qui magis quàm cetera quærenda ſunt, habebantur. Et ne multis immoremur, ſecundùm Apoſtolum erat illis honorabile connubium & thorus immaculatus.* Ex hoc coniugio nati ſunt quatuor liberi, qui parentum ſuorum proauiæque virtutem æmulati in Sanctorum album pariter aſcribi meruerunt. Primogenitus fuit Maurontus, cui pater ſpiritualis extitit Richarius Preſbyter, vt Tomo tertio dicemus. Hic egregius Sacerdos, cùm Adalbaldus Rictrudem duxit, verſabatur in Britannia, neque enim Centulæ modò vel in vicinis locis, ſed etiam traiecto Oceano in Britannia præclarè concionatus eſt. De rebus extra Franciam ab eo geſtis ſi ſtudioſiùs inquireremus, operis noſtri metas prætergreſſi videremur, haud tamen omittere poſſumus inſignem charitatem,

RICTRVDIS NVBIT ADALBALDO.

[a] Ap. Bolland die 2. Febr.

LAVDES VTRIVSQVE.

AN. CH. 632. DAGOB. R. II.

ritatem, quâ tunc vſus eſt erga ſeruos ſuos, quos in Francia reliquerat. *Fertur*, inquit Alcuinus in eius vita, *dum cauſâ prædicationis in Britannia diutiùs moraretur, ſubitò illi veniſſe in mentem, aliquos ſui iuris ſub ſeruitute ſe reliquiſſe in Gallia. Itaque dolore percuſſus, dixit ad ſuos. Heu noſtros ſub ſeruitute dimiſimus in patria, dum huc aliquos liberaturi venimus, maximéque ſcio eos citò eſſe morituros. Sed ite feſtinanter, nauémque conſcendite, & eos facite ingenuos prinſquam moriantur. Illi haud ſegniter præceptum ſecuti paternum in patriam venerunt, prædictóſque ſeruos viri Dei ſaluos & incolumes inuenerunt, eóſque veluti iuſsi erant, manumittentes fecerunt ingenuos, qui non poſt multum temporis, ſicut ſanctus vir Dei prædixerat, defuncti ſunt. Prædicationis officio in Britannia peracto, cum multiplici verbi Dei fructu reuerſus eſt in patriam, ne dum in aliena meſſe quæreret mercedem, in propria perderet.*

RICHARIVS PRESBYTER SERVOS SVOS MANVMITTIT.

XIII. Circa hæc tempora Wandregiſilus relicto Eliſgangio videtur in Italiam profectus, degit enim aliquandiu in Bobienſi Monaſterio, tum profectus eſt Romam, deinde cùm in Gallias rediiſſet, per annos fermè decem in Cœnobio Iurenſi manſit, donec Rotomagum ad Audoenum iam Epiſcopum ſe contulit. *Quadam nocte*, inquit Author vitæ [a], *iuxta morem cilicio obuolutus in cella dum ad refocillandum quieti membra dediſſet, Angelico ductu in Monaſterium, quod vocatur Bobium, ſitum in Italia, perducitur, oſtenſaque ſunt ei eiuſdem loci habitationes. Expergefactus autem à ſomno, intellexit hoc oraculum diuinitus agi, ſéque ad hoc commoneri, vt ob gratiam vitæ contemplatiuæ atque arctioris continentiæ ſemitam explorandam talia inuiſeret loca.* Hæc itineris ſuſcipiendi occaſio fuit.

WANDREGISIL. IT IN ITALIAM.

[a] Ap. Surium die 22. Iul.

XIV. Hiſce temporibus Dagobertus Rex Geremarum, vt genere nobilem, ita pietate præclarum, cuius conſilio poſteà vſus eſt, ad aulam regiam per nuncios accerſiuit. Natus eſt Geremarus *in villa Giniarandra, quæ ſita eſt in confinio Belnacenſium ſuper fluuium Ittam*. Patrem habuit Rigobertum, matrem Agam. Claruit ſub Regibus Dagoberto & Clodoueo Dagoberti filio. Monachum induit anno Clodouei Regis vndecimo, cùm duas filias virgines, vnam dum ad maturam ætatem perueniret ſponſo iam deſtinatam, alteram Monaſticis diſciplinis traditam amiſiſſet, vt teſtatur Author vitæ quem Lucas Dacherius operibus Guiberti Abbatis ex Codice Conchenſi ſubiecit. Monaſterium Flauiacenſe conſtruxit ineunte anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto, ætatis ſuæ XLI. vt ſuo loco probabimus. Hiſce Characteribus Chronologicis innixi credimus Geremarum in familiaritatem Dagoberti Regis hoc anno veniſſe; Domanam vxorem duxiſſe anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-quarto; tum filias ſuſcepiſſe, vnam anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-quinto, alteram anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſexto, poſtremò filium Amalbertum, qui natus videtur exeunte Dagoberti Principatu, mortuúſque poſtremis Clodouei Regis temporibus, cùm adoleſcens adhuc eſſet.

GEREMARVS AD AVLAM REGIAM VOCATVR.

XV. Ruſticula, quæ poſt ſuum è Clotarij Regis aula reditum per annos quatuordecim Arelatenſe Monaſterium puellarum feliciter adminiſtrarat, migrauit ad Deum tertio Idus Auguſtas, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo-ſeptimo iam inchoato, ſic enim in eius vita, quam integram in Codice Franciſci Ducheſnij legimus, ſcribit Florentius Preſbyter. *Tranſactâ hac tempeſtate*, de qua nos ad annum Chriſti ſexcenteſimum duodeuiceſimum, *commorata eſt cum filiabus quas dulciter enutriebat, annis quatuordecim edocens illas omnem fidei ſanctitatem.* Et inferiùs. *Septuageſimum-ſeptimum agens ætatis ſuæ annum, cùm aduerſùm ſe diabolum iugiter dimicantem Chriſti iuuamine roborata viriliter triumphare valuiſſet in terris, ad præmia parata læta euocatur ad cælos.* Ac paulò pòſt obſeruat illam *die ſextâ ſabbati* in morbum incidiſſe, grauiori ægritudine laboraſſe *die Dominicâ*, necnon *ſecundâ ſabbati* cùm *Natalis ſancti Laurentij Martyris* celebrabatur, *atque aliâ die* cælo animam *horâ ſextâ* reddidiſſe. Meliori notâ deſignare non potuit biſſextilem hunc annum, quo Natalis ſancti Laurentij Martyris in feriam ſecundam incidit. Sancta Ruſticula tertio Idus Auguſtas Arelate colitur, vt ex Arelatenſis Eccleſiæ Breuiario & ex Supplemento Martyrologij Gal-

RVSTICVLA ABBATISSA ARELAT. MORITVR.

AN. CH. 632. DAGOB. R. 11.

licani conſtat. Eius exequias curauit Theodoſius Arelatenſis Epiſcopus, & venerandum corpus in ſanctæ Mariæ Baſilicam intulit. Hæc quoque leguntur apud Florentium, qui ſuam ætatem non obſcurè prodit, cùm in operis ſui prologo ad Celſam Abbatiſſam teſtatur ſe ſcribere, quod eadem Celſa *relatione fideli ſcriptis ſimpliciter ac fideliter* indicauit, *etiam & quidam fideles de virtutibus præfata* Ruſticulæ *ſe ſimul noſſe & vidiſſe teſtificatione perſpicuâ narrauerunt*. Atque inde colligere eſt Celſam ſanctæ Ruſticulæ in adminiſtrationem Monaſterij ſucceſſiſſe.

SVCCEDIT CELSA.

XVI. CHRONOLOGIA COLVMBI.

Ioannes *Columbi*, libro primo Hiſtoriæ, quam de Vaſionenſibus Epiſcopis anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo-ſexto in lucem emiſit, multa de ſancta Ruſticula conſcripſit à ſectione viceſima vſque ad quadrageſimam-ſeptimam. Annos eiuſdem Ruſticulæ cum annis Chriſti primus omnium ſolúſque hactenus comparauit. Antequàm calamo manum admoueret, ipſam Ruſticulam omnibus literis, *ſi Pontificium Arelatenſe & Martyrologium Gallicanum excipias*, ignotam dixit. Excipere debuit & Collectionem coætaneorum Auctorum, quam Andreas Ducheſnius anno Chriſti MDCXLVI. publicauit, nam Tomo primo plura de ſancta Ruſticula leguntur quam apud Saxium in Pontificio Arelatenſi & apud Sauſſaium in Martyrologio Gallicano. Sed nullus ex illis Scriptoribus annos Ruſticulæ cum annis Chriſti contulit. Anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo-quarto Chorographiam Prouinciæ libris quatuor eiuſdémque Comitatûs Hiſtoriam Chronologicam libris decem edidit Honoratus *Bouche* Doctor Theologus. At libro Hiſtoriæ quinto [a], cùm ad tempora Ruſticulæ perueniſſet, in illius vita deſcribenda noluit immorari, Lectorémque ad Hiſtoriam Vaſionenſem Ioannis *Columbi* remiſit. Ea res neceſſariò nos cogit vt huius Auctoris Chronologiam, quæ non parum à noſtra quoad annos Ruſticulæ differt, hoc loco refellamus.

[a] Sect. 1. c. 4. §. 5.

XVII. Ait Ruſticulam natam eſſe anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-primo [b], ſiue anno poſt Concilium quartum Aurelianenſe decimo [c]; captam à Cheraonio poſt annos quinque [d], id eſt, anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-ſexto; profectam ad Arelatenſe Monaſterium anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quinto [e], Guntchramni Principatu [f] ineunte; factam Abbatiſſam anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-nono [g], cùm eſſet annorum circiter octodecim [h]; Theodegildis Reginæ ad ſe miſſæ curam ſuſcepiſſe anno Chriſti quingenteſimo-ſeptuageſimo [i]; Pariſios à Clotario vocatam, anno triceſimo [k] ipſiuſmet Clotarij Regis *in regno Burgundionum*, Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto [l]; mortuam denique poſt annos quatuordecim [m], anno ætatis ſeptuageſimo-ſeptimo [n], Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-octauo [o], Theodoſio [p] Arelatenſium Epiſcopo.

[b] Lib. 1. n. 27.
[c] Num. 20. 27.
[d] Num. 34.
[e] Num. 36.
[f] Ibid.
[g] Ibid.
[h] Num. 39.
[i] Num. 40.
[k] Num. 46.
[l] Num. 27 46.
[m] Ibid.
[n] Ibid.
[o] Ibid.
[p] Num. 46.

XVIII. REFELLITVR.

Coram æquo iudice ſatis eſt aduersùs hanc Chronologiam vno vti argumento, quod Florentius Preſbyter Auctor ſynchronus ſuppeditat, vbi teſtatur illo anno, quo Ruſticula feliciter ad Deum migrauit, diem Natalem ſancti Laurentij Martyris in feriam ſecundam incidiſſe. Anno enim Chriſti ſexcenteſimo viceſimo octauo, qui biſſextilis fuit præditúſque literis Dominicalibus C & B, Natalis ſancti Laurentij celebratus eſt feriâ quartâ, currente per menſem Auguſtum literâ Dominicali B. Secus autem contigit anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſecundo, quo Ruſticulam ex hac vita ſublatam diximus, illo enim anno, qui biſſextilis etiam fuit literáſque Dominicales habuit E & D, Natalitia ſancti Laurentij, quibus litera E præfigitur, cum feria ſecunda coinciderunt currente per menſem Auguſtum literâ Dominicali D. Sunt & aliæ rationes, quibus Chronologia Columbi refutari poteſt. Initium Principatûs, quo Guntchramnus poſt Clotarium patrem potiri cœpit anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo, malè reiecit in annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-quintum. Deinde aſſeruit Theodegildem in Monaſterium Arelatenſe ductam fuiſſe anno Chriſti quingenteſi-

AN. CH. 632.
DAGOB. R. 11.

mo-ſeptuageſimo, ſuſceptámque à Ruſticula tunc Abbatiſſa, citiùs autem hoc Theodegildis iter collocaſſet Ruſticulâ regimen Cœnobij nondum adeptâ ſi Gregorium [a] Turonenſem benè conſuluiſſet, accepiſſet enim Theodegildem Arelatum profectam eſſe ſtatim ab obitu Chariberti Regis, quem anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo ex hac vita ſublatum probauimus, cùm Liliola, cui Ruſticula poſteà ſucceſſit, Arelatenſi Monaſterio præeſſet. Prætereà Clotarij in Burgundia regnantis annum triceſimum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto perperam illigauit, nam Clotarius anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio regnum Burgundiæ ſuſcepit. Denique ſcripſit inter ſe pugnantia. Guutchramnum enim Clotario Primo ſubrogauit anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quinto, & annum Clotarij Secundi triceſimum cum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto comparauit. Annum autem Clotarij Secundi triceſimum cum anno Chriſti ſexcenteſimo dnodeuiceſimo conferre debnit, ſi Gnntchramnus anno Chriſti quingeuteſimo ſexageſimo-quinto regnum auſpicatus eſt, nam Chilpericus Clotarij Secundi pater cum Guntchramno fratre poſt obitum Clotarij Primi regnare cœpit, regnúmque tenuit per annos viginti tres, vt colligitur ex Hiſtoria Eccleſiaſtica [b] Gregorij Turonenſis, qui mortem Chilperici refert anno nono Childeberti Regis, ipſúmque Childebertum teſtatur Sigiberto patri ſucceſſiſſe, poſtquàm Sigibertus annos quatuordecim cum fratribus Guntchramno Chilpericóque regnaſſet. Reſtat vt inquiramns, vtrùm error Auctoris, quem examinamus, in annis Guntchramni ſit, an in annis Clotarij Secundi. Fatemur vtriuſqne ſenrentiæ ſuffragarores inueniri. Sunt enim, qui ſcribunt Clodoueum obiiſſe anno Chriſti qningenteſimo decimo-quarto, Clotarium Primum annos vnum & quinquagiuta regnaſſe, Gunrchramnum in Franciæ partem eidem Clotario patri ſucceſſiſſe anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-qulnto. Sunt & qui ſcribunt ſublatos ex hac vita, Clodoneum anno Chriſti quingenteſimo-vndecimo; Clotarium Primum anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo, regni quinquageſimo; Chilpericum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, regni viceſimo-tertio; itanr triceſimus annus Clotarij Secundi cum anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quarto conueniat. Poſteriorem opinionem plurimis confirmauimus argumentis, quæ repetere longiſſimum eſſet ac ſuperuacaneum. Colnmbus annos Chriſti cum annis Regum Francorum haud aliter componere debuit. Clodoueus interiit anno Chriſti quingenteſimo vndecimo. Clotarius Primus regnauit annos quinquaginta, vitámque clauſit anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo. Guntchramnus & Chilpericns eodem anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo regnnm inierunt. Chilpericus è viuis diſceſſit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, cùm regnum poſt patris obitum tenuiſſet annis tribus ac viginti. Clotarius Secundus in Neuſtria, vbi Chilpericus eius pater regnarat, eodem anno, Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, regnare cœpit, deiude anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio Auſtriam & Burgundiam obtinuit, illâque duorum regnorum auctione factus eſt Monarcha totius Franciæ, quæ tunc in tria regna, Auſtriæ, Neuſtriæ ac Burgundiæ ſecabatur. Annus igitur Chriſti ſexcenteſimus decimus-quartus rectè compararur cum anno triceſimo Clotarij Secundi regnantis iu Neuſtria, ſed nec conuenit cum anno triceſimo eiuſdem Clotarij regnantis apud Burgundiones, nec quadrat cum anno poſt ſuſceptum à Guntchramno regnum quinquageſimo-primo. Tales achroniſmos committant pugnantiáque ſcribant neceſſe eſt, qui cùm celebres Chronologos aduerterint in duas ſcindi ſententias, neutram conſtanter amplectuntur, vníque opinioni modò adhærent, modò alteri quæ diſſidear à priore.

[a] Lib. 4. c. 26.

[b] Lib. 4. capp. 22. 46. lib. 6. capp. 13. 46.

XIX.
WILTABVRGVM MVNITVR A FRANCIS.

His circiter temporibus Dagobertus Rex Wiltaburgum, quod olim à Wiltis conditum, deinde à Friſiis Wiltarum hoſtibus ſolo æquatum fuerat, ad dexteram Rheni ripam in Friſica ditione reparauit, præſidio muniuit, ſa-

AN. CH. 632. DAGOB. R. 11.

celloque in honorem ſancti Thomæ conſtructo decorauit, obnitente fruſtrà Ritzerdo Friſiorum Rege. Lege Marcellinum in vita ſancti Swiberti & Vbbonem Emmium libro tertio rerum Friſicarum.

XX. CHARTA DAGOBERTI REGIS.

Ioannes *Hiret* Andegaoenſis, Doctor Theologus, in Antiquitatibus Andegauenſibus hanc chartam ſub Dagoberto Rege deſcripſit. *Dagobertus Dei gratiâ Rex Francorum, vir illuſtris, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Actuariis, non immemores beneficiorum, quæ ſummi Regis largitio meritis beatiſſimi Dionyſij ſpecialis Patroni & Protectoris noſtri contulit, præ oculis quoque habentes humanæ fragilitatis conditionem, imò corde & mente gerentes præcordialem erga eundem beatum Dionyſium amorem, eiúſque amoris debitam executionem, inter plurima quæ contulimus Eccleſiæ ipſius, in qua ſepeliri optamus, multas in regno noſtro Eccleſias conſtruximus, quas in honore & nomine ipſius dedicatas principali Eccleſiæ ipſius ſubiici fecimus. Quarum vnam apud Caſtrum Doë in confinio Pictauenſi & in Dioceſi Andegauenſi ſitam ædificauimus, & nomini eiuſdem beatiſſimi Martyris conſecratam prædictæ principali Eccleſiæ ipſius ſubdidimus, cum aliis duabus Eccleſiis, infra idem caſtrum conſtructis, vna in honore ſancti Baptiſtæ Ioannis, altera verò in veneratione B. Leodegarij, duas quoque villas in eadem Dioceſi Andegauenſi ſitas, Siſiacum videlicet & Albiniacum, cum duabus Eccleſiis in eiſdem villis conſtructis, & in honore & in memoria præfati Martyris præcellentiſſimi dedicatas. Conceſſimus quoque beato Dionyſio quidquid eiſdem quinque Eccleſiis adiacet cum omnium reditu cunctarum rerum, vnde hoc noſtræ Altitudinis receptum fieri, & prædicto ſancto Dionyſio fratribúſque ibidem Domino ſeruientibus dari iuſſimus, quatinus iam dictas Eccleſias perpetualiter teneant atque poſſideant, abſque vllius contradictione. Et vt omnia immutabiliter per omnia tempora conſeruentur, manu propriâ præſentem noſtram auctoritatem ſuperfirmauimus, & annulo noſtro inſigniri iuſſimus. Dagoberti glorioſiſſimi Regis, Ludouici filij Dagoberti, Arnulphi Mercenſis Epiſcopi, Nomomenſis Epiſcopi peritiſſimi Aurifabri. Data per manum Dadonis regiæ dignitatis Cancellarij. Actum Pariſius fæliciter in Dei nomine. Data* IIII. *Idus Aprilis, Indictione* XII. *anno 4. regnante Dagoberto Rege.*

XXI. OSTENDITVR COMMENTITIA.

Commentitiam hanc chartam multæ res oſtendunt. Præcipuas attingemus. Primò, Dagobertus non inſcripſit literas ſuas *Archiepiſcopis*, hic enim titulus, qui poſteà Metropolitanis Epiſcopis attributus eſt, in Gallia nondum vſurpabatur, cùm Franciæ regnum penes Dagobertum erat. Secundò, Dagobertus Eccleſiam non erexit in honorem beati Leodegarij, qui Pontificatum iniit regnante Clotario Tertio, ipſius Dagoberti nepote. Tertiò, chartæ Dagoberti non ſubſcripſerunt Ludouicus ſeu Clodoueus eius filius, Arnulphus *Mercenſis* ſeu Metenſis Epiſcopus, & Eligius *Nomomenſis* ſeu Nouiomenſis Epiſcopus aurifaber peritiſſimus, nam quarto Dagoberti Regis anno nondum in lucem editus erat Clodoueus ſeu Ludouicus, & Eligius ad Nouiomenſes infulas aſſumptus eſt eodem Clodoueo iam regnante, Arnulphus autem abdicato ab aliquot annis Epiſcopatu Metenſi ſolitariam vitam elegerat Dagoberto Monarchiam Franciæ nondum adepto. Quartò, Dado Cancellarij munere non functus eſt eodem tempore, quo Nouiomenſem Eccleſiam regebat Eligius Epiſcopus, Dado enim & Eligius eodem die conſecrati ſunt Epiſcopi regnante Clodoueo Secundo, Dagoberti filio, vt ipſemet Dado ſiue Audoenus in vita ſancti Eligij ſcribit. Quintò, Indictionis nota, quæ reperitur in charta ſuprà recitata, ſapit ætatem longè poſteriorem. Sextò, Indictio duodecima non conuenit cum anno quarto Dagoberti regnantis in Neuſtria, ſiue annum illum ex noſtra ſententia illiges anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſecundo, ſiue

XXII. [a] Lib. 3. c. 3.

illiges anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſexto, vt facit is qui prædictas literas publicauit, Indictio enim duodecima per menſem Aprilem cadit in annum Chriſti ſexcenteſimum vndequadrageſimum.

IMMVNITAS MONASTERII S. DIONYSII REFELLITVR.

In Antiquitatibus Dionyſianis [a], quæ circumfertur immunitas hoc anno, Dagoberti Regis vndecimo, conceſſa, falſitatis arguitur, quia ibi legitur vox, *Archiepiſcopum*, in Galliis tunc inuſitata, & mentio fit donationis Con-

AN. CH. 632. DAGOB. R. II. XXIII.

ſtantinianæ, cuius exemplar etiam ſubiungitur, quamuis certum ſit Authorem donationis Conſtantinianæ Dagoberto Rege longè recentiorem fuiſſe, vt erudito Commentario de vita Conſtantini probauit Ioannes Morinus Congregationis noſtræ Preſbyter.

Potiorem fidem meretur quod extat Burgundoforæ Abbatiſſæ teſtamentum ſeptimo Kalendas Nouembres, hoc anno, Dagoberti Regis in Neuſtria quinto iam inchoato datum, deinde recognitum ſeptimo Idus Octobris, ſed quo anno incertum. Recitabimus integrum, ſed priùs obſerua Faram ſeu Burgundoforam ab aliis Abbatiſſam Eboriacenſem, ab aliis Euoriacenſem appellari, quia Monaſterium, cui præfuit, *Eboriacus* & *Euoriacus* dictum reperitur. A pleriſque litera *b* pronuntiando mutatur in *u*, & in manuſcriptis Codicibus litera *u*, ſi non benè formatur, abit facilè in *a*, ſicque *Eboriacus* in *Euoriacus*. & *Euoriacus* deflecti potuit. Teſtamentum autem Burgundoforæ tale eſt. *Anno quinto, regnante Domno Dagoberto Rege glorioſiſſimo, ſub die* VII. *Kal. Nouembris. Cùm ego in Dei nomine Burgundofara relictâ huius ſæculi malitiâ vel dignitate propter amorem Chriſti & peccatorum meorum abſolutionem Monaſterium Eboriacum ſub Religionis nomine viſa ſum ædificaſſe. Dum in ipſo Monaſterio reſiderem, tempúſque meæ reſolutionis ac diem indicij expectarem, volui ſub teſtamento conſcribere & confirmare quæque ipſi loco à me tradita ſunt, quatinus præſentibus atque futuris eſſet proficuum in eodem Cœnobio Deo ſeruientibus. Intereà accerſito Waldone Notario, præſentibus teſtibus Sacerdotibus ac ſæcularibus viris, in præſentia mea rogaui hoc teſtamentum confirmare, quò nullo caſu ciuili vel prætoriano hac calumpniare quiſquam valeat. Aliquod ius ſibi volens in iis vindicare, Dei Maieſtate offenſus, & hoc teſtimonio commotus reſipiſcat. Itaque ego Burgundofara, honorans prædictum locum Eboriacum ſitum in pago Briegio, quod eſt conſtructum in honore Domnæ ac ſanctæ Mariæ, & ſancti Petri Apoſtolorum Principis, bona quæ videbar habere in ſæculo, id eſt, portionem meam de villa Campellis nomine, quam contra germanos meos in parte accepi, cum mancipiis, vineis, ſiluis, pratis, aquis, aquarúmve decurſibus, ſub omni peculio vel quantumcumque tranſitus in illa inueniri potuerint, perpetualiter dono. Dono itaque de villa cognomento Cananiacus in pago Kalenſe portionem meam ad integrum, cum terris, domibus, mancipiis, vineis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus. Propter remedium animæ meæ iam dicto Monaſterio volo eſſe donatam villam cognomento vulgò Faiacus ſitam in pago Alidrenſe medietatem illam, quam mihi bonæ recordationis genitor meus Agnericus quondam per teſtamenti ſui paginam delegauit, cum terris, mancipiis, vineis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſibus, Eccleſiæ Domnæ Mariæ & ſancti Petri Eboriacenſis Monaſterij. In ſuburbio quoque Meldicæ ciuitatis portionem meam quam contra germanos meos per legitimam diuiſionem ibidem viſa ſum accepiſſe, cum terris, domibus, mancipiis, vineis, pratis, aquis, aquarúmve decurſibus, ſeu peculio, vel quoſcumque tranſitus, ſancto Monaſterio & omni Congregationi puellarum eiuſdem Eboriacenſis loci. In lege quoque Theodoſiana vt eſt inſertum ſic trado ego, vt vnuſquiſque de facultate laicali, qui filios non reliquerint, ſcilicet ſuos hæredes legitimos debeat delere. Propterea dono, dulciſſimis germanis meis fauentibus, centum libras Chagnulfo, Burgundofaroni, & Agnetradæ portionem meam de villa vocabulo Laura ſita in pago Pariſiaco, cum terris, ædificiis, mancipiis, ſiluis pratis, aquis, aquarúmve decurſibus, ſeu peculio, vel quoſcumque tranſitus. Ad integrum verò caſas cum areis tam intra muros, quàm extra muros Meldicæ ciuitatis, portionem meam, quàm contra germanos meos accepi, prædicto Monaſterio Eboriaco habere cupio. Farinarium verò quod eſt ſuper fluuium Maternum ad pontem rapidum, ipſi Monaſterio habere cupio. Similiter alterum farinarium ſitum in Briegio ſuper fluuiolum Alba pro remedio animæ meæ, & vt nomen meum in libro vitæ ſit inſertum, ipſi Monaſterio dare volo. Et vt feſti dies ante ſanctum altare ſolenniùs recolantur, dare volo vineas, id eſt, pedeturas duas in Cananiaco villa in Kalenſe quas contra germanum meum Chaulfum in concambio viſa ſum accepiſſe ſupraſcriptæ Baſilicæ Domnæ Mariæ & ſancti Petri Eboriacenſis Monaſterij.*

TESTAMENTVM FARÆ ABBATISSÆ.

AN. CH. 632. DAGOB. R. II.

De mancipiis verò meis per quaſque villas vel loca ſuperiùs nominatas quæque exinde per tabulas vel cartas conſcripſi, nomine ingenuitatis liberi liberaue permaneant cum omni eorum peculiari re conceſſa. Innoco Domini Maieſtatem, vt poſt obitum meum intra legitimi temporis agonem voluntas mea ſecundùm legem & conſuetudinem loci iſtius, proſequente omnimodis propitio Domino, conualeſcat, ſcilicet hoc quod pro anima mea remedio & peccatorum meorum abſolutione tribuo, legibúſque ſit ſtabilitum & legaliter conſiſtat. Sanè ſi quiſcumque contra hanc voluntatem mutare aut in aliquod infringere tentauerit, innocatâ diuina Maieſtatis omnipotentiâ omnino conteſtor, vt pro omnium meorum peccatorum crimine obnoxius in die iudicij teneatur, & cum impiis conſcribatur, qui dixerunt de Domino, crucifigatur, habeatúrque extraneus à limine omnium Eccleſiarum Dei, & lepra Naaman Syri ſuper eum deſcendat, vt nec ſic quoque valeat voluntatem meam infringere, aut in aliquo mendacio, Deo ſibi contrario, minimè præualeat. Si quæ male adiectiones vel ſubiectiones imminutionéſque facta fuerint, ego feci fierique mandaui, dum teſtamento meo ſæpiùs volui recenſere & per ſingula recognouiſſe. Conſtipulatione ſubnixâ. Actum in cœnobio Eboriaco ſub die VII. *Id. Octobris.* Cetera legi non potuerunt.

XXIV. ERMEMBERTVS BONA CONCEDIT COENOBIO S. BENIGNI.

Anno quoque *quinto regni Dagoberti*, vt in Chronico Sanbenigniano perhibetur, *dedit quidam illuſtris vir, nomine Ermembertus, & coniux eius Hermeneara, Sancto Benigno quaſdam villas ſuæ poſſeſſionis, quæ vocatur his nominibus, Poſciacum & fontem lagnis in pago Latiſcenſe, & in Lingonico pago Maſiacum, quæ antea cto tempore ab Edonaldo Epiſcopo Lingonenſi huic loco fuerat attributa, ſed violentiâ prauorum hominum ablata.* Edoualdus qui & Modoaldus ac Dodoaldus appellatur, Mietio pridem ſucceſſerat, & ſub initium ſui Pontificatûs Maſſiacum villam, quam factâ commutatione acquiſiuerat, tradiderat Monaſterio ſancti Benigni, cuius adminiſtrationem Bobolenus Abbas tunc obtinebat, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-tertium obſeruauimus. Bobolenus Abbas Modoaldo Epiſcopo ſuperſtes vixit, ex iiſdem enim Chronicis accipimus Richimarum Boboleno Abbati ſubrogatum fuiſſe, *iam Bertoaldo Epiſcopatum tenente*, Bertoaldus autem poſt Modoaldum in Cathedra Lingonenſi ſedem cœpit exeunte Clotarij Principatu.

ABBATES S. BENIGNI.

XXV. PLVRA, Lector, quæ tibi narraremus, haud ſuppeditauit hic annus, & vt, Sigiberto Rege Auſtraſiæ nondum conſtituto, Dagoberti Monarchæ, ſeu toti Franciæ dominantis, poſtremus fuit, ſic & finem imponet ſecundo noſtrorum Annalium Tomo, qui videtur in molem ſatis magnam creuiſſe, quamuis res tantùm complectatur, quæ regnantibus in Francia Clotarij Senioris filiis, nepotibus ac pronepotibus, intra ſpatium annorum vnius ac ſeptuaginta contigerunt.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM,
IN QVO
A, Annum, N, Numerum ſeu Sectionem, denotat.

A

ABBAS veniat ad Synodum, a. 586. n. 12. Monachorum peccata emendet aut denuntiet, *ibid.* n. 26. ad nuptias non eat, *ibid.* filios de baptiſmo non habeat, *ibid.* mulierem in Monaſterium ingredi non permittat, *ibid.* nec per præmia ponatur, nec abſque culpa de Eccleſiaſtico miniſterio remoueatur, a. 615. n. 14. Abbates Caſtrenſes & Palatini, qui, a. 624. n. 6.

Ablebertua fit Epiſc. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 627. n. 16.

Accuſatores innocentium quomodo puniendi, a. 583. n. 32. quinam ad accuſandum admitti non debeant, a. 625. n. 30.

Acharius Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis, a. 621. n. 2. a. 631. n. 8.

Adalbaldus ducit Rictrudem, a. 632. n. 12.

Adalſinda, prima Abbatiſſa Mon. Dornatiaci, a. 616. n. 6.

Ademarus refellitur, a. 569. n. 28.

Adeodatus Ep. Matiſconenſis, a. 631. n. 19.

Ado benedicitur à S. Columbano, a. 610. n. 6.

Ægidius fit Ep. Remenſis, a. 569. n. 18. Legatus mittitur ad Chilpericum R. a. 581. n. 2. multa dona confert Eccleſiæ Remenſi, a. 582. n. 13. periclitatur, a. 583. n. 49. deponitur, a. 590. n. 24.

Æoladius Ep. Niuernenſis intereſt Concilio Lugdunenſi II. a. 567. n. 15.

Æquonus comes S. Columbani, a. 610. n. 12.

Ætherius Ep. Auentiçenſis obit, a. 562. n. 31.

Ætherius Ep. Autiſſiodorenſis, a. 565. n. 6. a. 571. n. 6.

Ætherius Ep. Lexouienſis, a. 584. n. 4.

Ætherius Ep. Lugdunenſis, a. 589. n. 12. a. 601. n. 7. obit a. 602. n. 23.

Ætherius Ep. Viennenſis quando ſedit, a. 618. n. 5.

Agaunenſes Monachi Agricolam Ep. Octodorenſem impetunt, a. 565. n. 1.

Agericus Ep. Virodunenſis conſtruit Oratoria, a. 562. n. 47. transfert corpora SS. Mauri, Saluij & Aratoris, a. 588. n. 3. obit, *ibid.*

Agericus Ep. Turonenſis, a. 614. n. 43. a. 615. n. 24. obit, a. 617. n. 9.

Agia mater Lupi Ep. Senonenſis, a. 609. n. 11.

Agilanes ex Ariano fit Catholicus, a. 580. n. 14.

Agilulphus R. Longobardorum ductâ Theodelinda fit ex Ariano Catholicus, a. 590. n. 6.

Agilus ſeptennis benedicitur à S. Columbano. a. 568. n. 18. claret miraculis, a. 610. n. 13. a. 618. n. 3.

Agnefledis innocentiam ſuam miraculo probat, a. 619. n. 22.

Agnellus Ep. Tridentinus, a. 590. n. 4. a. 591. n. 14.

Agnes Abbatiſſa Pictauienſis it Arelatem, a. 570. n. 3.

Agnes Monacha, a. 583. n. 31.

Agomarus Ep. Siluanectenſis, a. 598. n. 4. a. 625. n. 61.

Agreſtinus Monachus Luxouienſis it in Boioariam, a. 620. n. 1. Aquileiam, a. 621. n. 1. fit Schiſmaticus, *ibid.* redit Luxouium, atque inde pulſus garrit contra Regulam S. Columbani, a. 622. n. 7. damnatur in Concilio Matiſconenſi III. a. 623. nn. 20. *& ſeqq.* canit palinodiam, *ibid.* n. 32. redit ad vomitum, *ibid.* n. 33. decipit Amatum & Romaricum, & pellitur à Fara, *ibid.* occiditur, a. 624. n. 10.

Agricola Ep. Cabilonenſis intereſt Concilio Lugdunenſi II. a. 567. n. 14. obit, a. 580. n. 5.

Agricola Ep. Gabalenſis, a. 625. n. 50.

Agricola Epiſc. Niuernenſis, a. 580. n. 5. intereſt Concilio Matiſconenſi I. a. 583. n. 35. II. a. 585. n. 47. laborat pro ſedando tumultu Mon. Pictauienſis, a. 589. n. 12. obit, a. 594. n. 10.

Agricola Epiſc. Octodorenſis à Monachis

Agannenſibus imperitur, a. 565. n. 1.
Agricola naſcitur, a. 627 n. 2
Agroecius Ep. Glannatenſis, a. 585. n. 55.
Agroecius Ep. Trecenſis, a. 584. n. 10. mittit ad Concilium Matiſconenſe II. a. 585. n. 47. mittitur ad Clotarium R. a. 586. n. 1.
Aignlfus Ep. Metenſis, a. 578. n. 8. a. 598. n. 5.
Aimoinus interpolatus, a. 566. nn. 8. *& ſeqq.* & n. 62. a. 576. nn. 6. *& ſeqq.* a. 581, n. 3. collatus cum Gregorio Turonenſi, a. 584. n. 20. eius Chronologia, a 592. n. 1. a. 628. nn. 2. *& ſeqq.*
Alanus munificus erga Eccleſiam Cenomanenſem, a. 625. nn. 133. 134.
Albinus Ep. Ebredunenſis, a. 630. n. 20.
Albinus Ep. Veecienſis, a. 581. n 6.
Albiſinda Alboini R. Longobardorum filia, a. 570. n. 5. a. 572. n. 1.
Alboinus R. Longobardorum obit, a. 572. n. 1.
Aldus Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Alecius Ep. Auſcienſis, a. 585. n. 64.
Alemanniæ Ducatus, a. 588. n. 8.
Alemanni Idololatræ, a. 599. n. 7.
Aletheus Patricius occiditur, a. 616. n 4.
Alfonſus Ep. Ebredunenſis, a. 600. n. 15.
Altaria vbi conſecranda, a. 615. n. 6.
Aluretus Ep. Venetenſis, a. 620. n. 23.
Amalgarins Dux, a. 590. n. 37. condit Monaſteria Beſuenſe & Dornatiacum, a. 616. n. 5.
Amalo Dux necatur à puella, cui vim vult inferre, a. 589. n. 5.
Amandus Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Amandus Ep. Wormacienſis, a. 623. n. 5. a. 627. nn. 10. 12.
Amandus naſcitur, a. 589. n. 19. ſecedit in Ogiam inſulam, a. 609. n. 13. pergit ad ſepulchrum S. Martini, fitque Clericus, a. 611. n. 13. includitur cellulæ ab Auſtregiſilo Ep Bituricenſi, a. 612. n. 15. it Romam, a. 626. n. 20. reuerſus ordinatur Epiſcopus vt Euangelium Gentibus annuntiet, *ibid.* verbum Dei prædicat in pago Senonago, a. 627. n. 9. Slauis, a. 628. n. 28. redarguit in Auſtria Dagobertum R. a. 629. n. 8. ab eo in exilium pulſus abit in Vaſconiam, *ibid.* reuocatur à Dagoberto, a. 630. n. 1. baptizat Sigibertum eius filium, *ibid.* redit Gandauum, *ibid.* n. 3. ibi duo conſtruit Cœnobia, a. 631. nn. 3. *& ſeqq.* incumbit conuerſioni Gandenſium, *ibid.* nn. 8. 9.
Amans ſiue Amantius Ep. Venetenſis quando ſedit, a. 618 n. 10
S. Amantij Mon. in pago Cadurcino, a. 605. n. 6. a. 623. n. 12. a. 632. n 5.
Amatus fit Monachus Agannenſis, a. 581. n. 13. ſecedit in ſolitudinem, a. 611. n. 14. inuiſitur ab Euſtaſio Abbate Luxouienſi, a 614. n. 1. abducitur Luxouium, *ibid.* n. 2. proficiſcitur in Auſtraſiam, a. 617. n. 5. decipitur ab Agreſtino, a. 623. n. 33. reſipiſcit, a. 624. n. 10. obit, a. 625. n. 9 transfertur, a. 626. n. 11.
Ambiliacum Mon. a. 631. n. 26
Ambroſianum idem cum Hymno, a. 566. n. 42. Ambroſiani Hymni, *ibid.*
Amelius Ep Bigorritanus intereſt Concilio Brennacenſi, a. 580. n. 15. Matiſconenſi II. a. 585. n. 51.
Amo Dux Longobardorum, a. 574. n. 1.
Anacharius fit Ep. Autiſſiodorenſis, a. 571. n. 6. intereſt Concilio Pariſienſi IV. a. 573. n. 19. Matiſconenſi I. a. 585. n 35. II. a. 585. n. 47. celebrat Concilium Autiſſiodorenſe, a. 586. n. 15. vitas SS. Amatoris & Germani ſcribi præcipit, *ibid.* n. 39. laborat pro ſedando tumultu Mon. Pictauienſis, a. 589. n. 12. obit, a. 601. n. 4. eius geſta, *ibid.* n. 5.
Anaſtaſij Chronologia, a. 592. n. 8.
Anaſtaſius Abbas Cellenſis, a. 618. n. 9.
Anaſtaſius Abbas S. Victoris Maſſiliæ, a. 581. n. 11.
In Andegauia Mon. conditum à S. Menannio, a. 565. n. 9.
Andelaum vbi ſitum, a. 587. n. 17. ibi pax inita, *ibid.* n. 15.
Andoueus Ep. Andegauenſis, a. 572. n. 8. a. 592. n. 5.
Anſbertus Senator obit, a. 567. n. 23.
Anſelmus Ep. Bellonacenſis quo tempore ſedit, a. 631. n. 19.
Anſericus Ep. Sueſſionenſis, a. 625. nn. 44. 60.
Anſoldus Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 631. n. 19.
Anteſtius, a. 587. n. 2.
Antidius Ep. Aginnenſis, a. 585. n 14. intereſt Concilio Matiſconenſi II. *ibid.* n. 50.
Aphtardocitæ Hæretici, a. 566. nn. 56. 57.
Apollinaris Abbas S. Benigni, a. 584. n. 14.
Apollinaris Ep. Bituricenſis, a. 603. n 3. a. 611. n. 12.
Appellinus Ep. Genauenſis, a. 623. n. 20.
Apronius Ep. Inculiſmenſis, a. 569. n. 28.
Aquilinus Ep. Bellicenſis, a. 589. n. 17.
Aquilina vxor Amalgarij Ducis, a. 590. n. 37.
Archidiaconus bona, quæ Preſbyteri aut Abbates reliquerint, non diripiat, a. 614. n. 27.
Archiepiſcopi quinam olim dicti, a. 583. n. 19.
Archipresbyter cum vxore ſua non maneat, a. 566. n. 35. audiendus à laico, a. 586. n. 35. nec per præmia ponendus, nec abſque culpa ab Eccleſiaſtico miniſterio remouendus, a. 615. n. 14. an eligendus laicus, *ibid.* a. 625. n. 34. cur dictus Senior, *ibid.*
Ardulfus Ep. Viuarienſis, a. 588. n. 12.
Aredius Abbas Athanenſis, a. 564. n. 44. obit, a. 591. n. 6.
Arelatenſis Mon. Priuilegia confirmantur, a. 599. n. 27.

Arelatenſis

Arelatenſis Primatus, a. 595. nn. 3. 4. a. 599. nn. 7. *& ſeqq.* a. 604. nn. 4. *& ſeqq.*

Aridius Ep. Lugdunenſis, a. 603. n. 1. vindicatur à calumnia, a. 607. n. 15. a. 613. n. 4. obit, a. 611. n. 15.

Aridius fit Ep. Vapincenſis, a. 579. n. 2. intereſt Concilio Valentino, a. 585. n. 11. Matiſconenſi II. *ibid.* n. 56. Clericos erudit, *ibid.* n. 13. obtinet vſum Dalmaticarum Romanarum, a. 599. n. 22. laudatur, a. 601. n. 5. obit, a. 604. n. 6.

Ariofridus ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56.

Ariſidienſis Epiſcopatus, a. 569. n. 27.

Armagillus, Armalus, Ep. Aletenſis, a. 565. n. 8.

Armentaria mater Gregorij Ep. Turonenſis, a. 574. num. 12. degit in territorio Cabellicenſi, *ibid.* n. 17.

Arnebertus Dux munificus erga Monaſt. Beſuenſe, a. 628. o. 14.

Arnoaldus condit Mon. Glanderienſe, a. 587. n. 22. dictus Boggus, *ibid.*

Arnoaldus Ep. Meteoſis, a. 599. n. 29. a. 607. n. 19.

Arnulfus, a. 607. o. 8. fit Ep Metenſis, a. 611. nn. 1. *& ſeqq* fauet Clotario R. a 613. n 4. præcipuus Conſiliarius Dagoberti R. a. 622. o. 8. largus in eleemoſynis, *ibid.* n. 3. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. nn. 42. 55. ſecedit in eremum, a. 626. n. 8. excipit Germanum adoleſcentem, a. 630. n. 19.

Arthemius Ep. Senonenſis, a. 579. n. 8. intereſt Concilio Matiſconenſi I. a. 583. n. 35. II. a. 585 n. 47. mittitur ad Clotarium R. a 586. n. 1. obit, a. 609. n. 10.

Arthemius Ep. Vaſienſis, a. 583. n. 41. a. 585. nn. 21. 55.

Aruernenſe Concilium III. a. 588. n. 11.

Aſclepius Ep. Lemouicenſis obit, a. 613. n. 29.

Aſterius S. Eparchij diſcipulus obit, a. 609. n. 12.

Aſtroaldus Monachus Nouiacenſis clàm ſurripit reliquias SS. Vincentij, Orontii & Victoris, a. 562. n. 32.

Aſtrouualdus ex Comite fit Dux, a. 587. n. 2. reprimit Vaſcones, a. 587. n. 10.

Athanacum reparatur à Brunichilde R. an. 612. n. 9.

Athanaſius Ep. Nemetenſis, a. 614. n. 14.

Athanenſe Mon. à S. Aredio conditum, a. 564. n. 44.

Attala Vapingo diſcedit Lirinum, a. 585. n. 83. Lirino Luxouium, a. 596. n. 10. fit Abbas Bobienſis, a. 615. n. 2.

Attola ſiue Attila fit Ep. Laudun. a. 632. n. 1.

Aualocium, a 574. nn. 5. 6.

Audalricus Dux, a. 616. n. 6.

Audericus Abbas Coodateſcenſis, a. 628. n. 20. a. 631. n. 28.

Audericus Abb. S. Lupi Trecis, a. 562. n 10.

Audericus Ep. Auſcitanus intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 52.

Audoenus, qui & Dado, benedicitur à S. Columbano, a. 610. o. 6. fit amicus S. Eligii ſub Clotario R a. 620. n. 3. piè viuit in aula Dagoberti R. a. 631. n. 22.

Audomarus fit Monachus Luxouienſis, an. 608. no. 2. *& ſeqq.*

Audouera vxor Chilperici R. a. 562. n. 35. an filiam ſuam ſuſcepit è baptiſmo, a. 565. n. 4. obit, a. 580. n. 22.

Augia Maior Mon. a. 622. o. 9.

Auguria prohibita, a. 586. o. 9. a. 625. n. 29.

Augusta Prætoria ſeu Salaſſiorum ceditur Francis, a. 574. n. 2.

Auguſtinus it in Angliam per Gallias, a. 596. nn. 12. *& ſeqq.* ordinatur Epiſcopus Arelate, rediitque in Angliam, a. 597. n. 12.

Auiatica ſucceſſio, a. 595. n. 4.

Auita, a. 614. n. 58.

Auitus fit Ep. Aruernenſis, a. 571. n 3 ædificat Eccleſias, a. 594. nn. 4. *& ſeqq.* obit, *ib.* n. 4.

Auolus Ep. Aruern. quando ſedit, a. 615. n. 30.

Aurea fit prima Abbatiſſa Mon. S. Martialis Pariſiis, a. 632. n. 11.

Aurelius Ep. Anicienſis, an. 591. n. 9.

Auremundus fit Abb. Mariacenſis, a. 587. n. 6.

Auſpicius Ep. Auguſtodunenſis, a. 625. n. 45.

Auſtadius Ep. Nicienſis ſepelit Hoſpitium, a. 581. o. 4.

Auſtrapius Ep. Sellenſis obit, a. 564. n. 4.

Auſtregiſilus ex Aulico fit Clericus & Subdiaconus, a. 585. n. 67. Preſbyter & Abbas S. Niceti, a. 589. n. 14. Ep. Bituricenſis, a. 612. n. 12. Sulpitium adgregat Clero, *ibid.* n. 13. Amandum cellulæ includit, *ibid.* n. 15. obit, a. 624 n. 5.

Auſtrigildis vxor Guntchramni R. a. 567. n. 58. obit, a. 580. o. 22.

Auſtrinus ſiue Auſtreous fit Ep. Aurelianenſis, a. 587. o. 21.

Autharis R. Longobardorum, a. 590. nn. 3. 5. ſuſcipit S. Columbanum, a. 610. o. 6.

Antiſſiodorenſis Diœceſis ſtatuta, a. 582. nn. 17. *& ſeqq.* Monaſteria, *ibid.* nn. 19 *& ſeqq.* a. 586. n. 38. Concilium, a. 586. nn. 15. *& ſeqq.*

B

BABALENVS condit quatuor Monaſteria, a 631. n. 24.

Badegiſilus fit Ep. Cenomanenſis, a. 581. n. 8. intereſt Concilio Matiſconenſi II. a. 585. n. 46. obit, a. 586. n. 8.

Baldericus, a. 627. nn. 4. 5. condit duo Cœnobia, *ibid.* n. 6.

Baldoaldus ſeu Baudowaldus Ep. Meldenſis quando ſedit, a. 614. n. 4.

Balſemius, a. 625. n. 131. duo diſtinguuntur Balſemii, *ibid.*

Bamaldus Ep. Venet. a. 627. n. 18. a. 631. n. 18.

Bannus & bannire, quid, a. 595. n. 11.

Baptiſmus. Parentes liberos ſuos olim è baptiſmo ſuſcipiebant, a. 565. n. 4. baptiſmi dies legitimus, a. 585. n. 25. a. 586. n. 22. ſcrutinia, a. 585. n. 25.

Barberus, *vide* Berberis.

Barthus ſeu Barſius Ep. Vaſienſis, a.573.n.29.
Baſina filia Chilperici R. poſt Audoueræ matris mortem rnditur in Mon. Pictauienſe, a. 580. n. 23. excitat ſcandalum, a. 589. nn. 15. 32. a. 590. nn. 18. 19. reſipiſcit, a. 590. n. 25.
Baſolus Eremita, a 582. n. 14. obit, a. 625. n. 129. an Benedictinus, *ibid.* n. 130.
Baudigiſius Ep. Andegauenſis, a. 568. n. 23.
Bano naſcitur ex illuſtri familia, a. 578. nn. 6. 7. ducit vxorem, a. 601. n. 42.
Belichildis vxor Theodoberti R a. 608. n. 1. obit, a. 610. n. 1n.
Berberis fluuius, a. 574. n. 17.
Bercharius, a. 612. nn. 18. *& ſeqq.* Monachus Luxouienſis, a. 624. n. 9.
Bercundus, Berhardus, Berhandus, Bernardus Ep. Ambianenſis, a. 614. n. 3. a. 623. n. 18. a. 625. n. 12. a. 627. n 8.
Beroaldus Abbas Mon. Ebredunenſis, a. 562. n. 32.
Bertchramnus Ep. Burdigalenſis, a. 567. n. 31. fauet Gundobaldo, a. 585. n. 4. increpatur Aureliæ à Guntchramno R. *ibid.* n. 14. intereſt Concilio Matiſconenſi II. *ibid.* n. 50. obit, *ibid.* n. 64.
Bertchramnus Epiſc. Cenomanenſis, an. 586. nn. 8. *& ſeqq.* Legatus mittitur in Armoricam, a. 587. n. 21. laborat pro ſedando tumultu Mon. Pictauienſis, a. 589. n. 12. varia conſtruit Cœnobia & Xenodochia, *ibid.* num. 56. adhæret Clotario R. a. 600. n. 3. a. 605. n. 1. condit teſtamentum, a. 615. n. 19. hæredes inſtituit varias Eccleſias, *ibid.* n. 20. obit, a. 623. n. 10.
Bertegiſilus Ep. Carnotenſis, a. 623. num. 51. a. 625. n. 48.
Bertetrudis R. moritur, a. 619. n. 1.
Berthefledis filia Chariberti R. a. 567. n. 37. exit è Mon. Turonenſi, a. 589. n. 7.
Berthegiſilus inuadit bona Eccleſiæ Cenomanenſis, a. 597. n. 2.
Berthegundis maritum relinquere volens vt Abbatiſſa fiat, prohibetur à Gregorio Ep. Turonenſi, a. 580. n. 24. it Burdigalam, a. 584. n. 31. rixatur cum matre, a. 585. n. 64. a. 589. n. 7. ſuperſtes matri, a. 590. n. 16.
Berthildis a. 629. n. 8
Berthoara filia Theodoberti R. a. 562. n. 44.
Bertinus, a. 608. n. 4.
Bertoaldus Ep. Attrebatenſis & Cameracenſis, a. 619. n. 21. a. 625. n. 42. obit, a. 627. n. 16.
Bertoaldus Ep. Lingonenſis, a. 631. n. 17.
Bertoaldus occiditur, a. 604. n. 7.
Bertolfus fit Monachus Luxouienſis, a. 615. n. 3. it Bobium, a. 619 n. 16.
Bertolena vxor Siagrij Comitis, a. 628. a. 18.
Bertulfus fit Abb. Glannafolienſis, a. 601. n. 39. obit, a 606. n. 1.
Bertulfus fit primus Abbas S. Melanii Redonis, a 635. n. 6.
Beſuenſe Mon. a. 616. n. 6.
Betgiſilus Ep. Bellouacenſis quo tempore ſedit, a. 631. n. 19.
Betharius condit cellulam in agro Bleſenſi, a. 576. n. 23. fit Archicapellanus Clotarii R. a. 588. n. 14. Epiſc. Carnotenſis, a. 594. n. 11. intereſt Concilio Senonenſi, a. 609. n. 10. obit, a. 623. n. 11.
Bigamus non eſt ordinandus, a. 602. n. 11.
Bituricenſia Monaſteria ſub Regula S. Columbani, a. 631. n. 24.
Binlfus ſeu Giulfus Epiſcop. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Bladaſtes iungit ſe Gundobaldo, a. 585. n. 3.
Blandinienſe Mon. conditur, a. 631. nn. 3. 4. à prima inſtitutione habet Clericos, *ibid.* nn. 4. *& ſeqq.*
Blidechildis vxor Faronis, a 623 n. 33.
Blitildis vxor Anſberti moritur, a. 567. n. 23.
Blitmundus à dæmonio liberatur, a. 614. n. 3. venit ad tumulum S. Walerici, fitque Abbas, a. 627. n. 7.
Bobienſe Mon. a. 612. n. 10.
Bobo adit Columbanum, a. 590. n. 36.
Bobolenus Abb. S. Benigni, a. 617. num. 10. a. 632. n. 24.
Bodicus Comes Britannorum obit, a. 577. num. 48.
Boetius Ep. Carpentoract. a. 585. nn. 12. 53.
Boggus ſenior & Boggus iunior, a. 587. n. 23.
Boioariorum conuerſio, a. 580. n. 26. ſedes, *ibid.* nn. 31. *& ſeqq.* nomina, *ibid.* n. 39. Duces, *ibid.* num. 36. Epiſcopatus, a. 607. num. 2.
Bonitus naſcitur, patre Theodato, matre Syagriâ ex Senatorio genere, a. 624. nn. 14. 15.
Boſo Ep. Conſtantienſis ad Rhenum, a. 628. num. 21.
Boua Abbatiſſa S. Petri Remis, a. 627. n. 6.
Brachio Abb. Menatenſis obit, a. 576. n. 13. transfertur, a. 578. n. 5.
Brennacenſe Concilium, a. 580. n. 14.
Briocus Ep. in Armorica, a. 574. n. 23.
S. Brittæ Inuentio, a. 573. n. 3.
Brunichildis Ariana nubit Sigiberto R. fitque Catholica, a. 566. nn. 4. 5. exulat, a. 576. n. 2. multos habet inimicos, a. 589. n. 10. laudatur à Gregorio PP. a. 602. nn. 5. *& ſeqq.* condit Eccleſiam S. Martini & Xenochium Auguſtoduni, *ibid.* n. 7. reparat Arbanacum, a. 612. num. 9. poſt mortem Theodorici nepotis proficiſcitur in Auſtriam, a. 613. n. 1. moritur, *ibid.* n. 5. varia conſtruxit ædificia, *ibid.* n. 16. vindicatur à calumnia, a. 602. n. 2. a. 604. n. 7. a. 605. n. 1. a. 607. nn. 5. 15. a. 611. n. 9. a. 612. nn. 8. 9. a. 613. nn. 5. a. 6. *& ſeqq.*
Budocus fit Ep. Dolenſis, a. 567. n. 24.
Buxidum Monaſt. in Diœceſi Cenomanenſi, a. 625. n. 132.

C

CABILONENSIA Concilia, I. a. 579. n. 2. II. a. 603 n. 1.
Cæſaria moritur, a. 586. nn. 45. 46.

Cæſarius Ep. Aruernenſis, a. 625. n. 59.
Caidocus erudit Richarium, a. 629. n. 11.
Calcatæ Brunichildis, a. 613. n. 16.
Calettricus Ep. Carnotenſis intereſt Concilio Turonenſi II. a. 566. num. 47. obit, a. 567. n. 33.
Calumniator diuinitus punitur, a. 573. n. 31. a. 624. n. 10.
Calupanes fit Preſbyter, a. 571. num. 3. obit, a. 576. n 4.
Campidonenſe Mon. a. 628. n. 24.
Campus Martis, a. 595. n. 6.
Candidus Ep. Siluanectenſis, a. 584. num. 26. a. 598. n. 4.
Candidus Preſbyter commendatur à Gregorio PP. a. 595. n. 25.
Cantabria redit ad Sueuos, a. 562. num. 5. varias experitur viciſſitudines, *ibid.*
Capræ caput immolatum dæmonibus, a. 597. n. 7.
Carauocus Abb. Monaſt. Salicis, a. 568. n. 29.
Caranſonium Monaſt. conditur, a. 631. n. 24.
Cardulphus Ep. Andegauenſis, a. 605. n. 2. a. 606. n. 4.
Caregiſilus Ep. Pictauienſis quando ſedit, a. 599. n. 28.
Cariatto Epiſc. Genauenſis, a. 585. nn. 11. 52.
Carnutum diripitur, a. 600. n. 2.
S. Caſſiani Mon. Maſſiliæ, a. 596. n. 11.
Catholacenſis vicus, a. 627. n. 20.
Catulinus Ep Nicienſis, a. 585. n. 55.
Cautinus Epiſc. Aruernenſis obit, a. 571. n. 1.
Cella Galli, a. 612. n. 11.
Cella Leobardina Mon. conditur & dotatur, a. 586. nn. 42. 43.
Celſa fit Abbatiſſa Arelate, a. 632. n. 15.
Celſus Patricius obit, a. 570. n. 1.
Centena, quid, a. 595. n. 14.
Centenarius, quid, a. 595. nn. 12. 14.
Ceraunus Epiſc. Pariſienſis Acta Martyrum perquirit, a. 614. n. 36.
Cerenedus Archipresbyter, a. 565. n. 15.
Cerenicus Abbas, a. 565. n. 15.
Ceſſio regia, quid, a. 569. n. 17.
Cetomerinus Ep. Leonenſis, a. 566. num. 51. a. 602. n. 26.
Chaimoaldus ſeu Chaimaldus aut Cabimoaldus idem cum Ennoaldo Epiſc. Pictauienſi, a. 615 n. 27.
Chanericus ſeu Channericus pater S. Faræ, a. 610. n. 5. a. 614. nn. 2. 4.
Chanoaldus Monachus Luxouienſis, a. 614. n. 4. fit Epiſc. Laudunenſis, a. 619. n. 17. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 58. ſubſcribit fundationi Mon. Solemniacenſis, a. 631. n. 19. obit, a 632. num. 1.
Charentinus Epiſc. Colonienſis, a 562. nn. 44. 45.
Charibertus I. paternum regnum cum fratribus ſuis diuidit, a. 561. num. 3. Vltrogotham cum filiabus ab exilio reuocat, a 562. n. 6. multa laudabiliter agit, *ibid.* n. 7. iraſcitur Leontio Ep. Burdigalenſi & Heraclio Presbytero, *ibid.* nn. 8. 9. obit abſque prole maſcula, a. 567. num. 35. eius vxores, a. 562. n. 28. a. 564. num. 1. a. 567. n. 35. liberi, a. 567. n. 35.
Charibertus II. filius Clotarii II. R. a. 619. num. 6. regnat in parte Aquitaniæ, a. 629. n. 6. ſubigit Vaſconiam, a. 630. n. 4. obit, *ibid.*
Charimeres Epiſc. Virodunenſis, a. 588. n. 3. a. 602. n. 27.
Charterius Epiſc. Petragoricenſis, a. 582. n. 2. a. 585. n. 50.
Chelidonius Epiſc. Mariſennenſis intereſt Concilio Lugdunenſi II. a. 567. n. 14.
Childebertus filius Sigiberti R. naſcitur, a. 569. n. 26. patri ſuccedit, a. 575. n. 8. aggreditur Longobardos, a. 584. num. 13. a. 590 nn. 4. 5. Gontchramno patruo ſuccedit, a. 593. n 6 edit decretum, a. 595. n. 2. obit, a. 596. n. 1. Leges Baioariorum recenſuit, *ibid.* n. 3.
Childebertus filius Theodorici R. a. 613. nn. 2. 4. 5.
Childoaldus Epiſcop. Abrincenſis, a. 625. num. 46.
Chilpericus I. paternum regnum cum fratribus ſuis diuidit, a. 561. n. 3. Sigiberti ditiones inuadit, a. 564. n. 1. a. 567. n. 40. a. 573. n. 32. a. 574. n. 5. a. 575. n. 1. munificus erga Eccleſiam Tornacenſem, a. 575. n. 6. an Præceptum emiſerit pro eadem Eccleſia, *ibid.* n. 5. labitur in Sabellianiſmum, arguitur ab Epiſcopis & reſipiſcit, a. 580. n. 16. duos amittit filios, *ibid.* n. 21. diſputat cum Iudæis, a. 581. n. 2. ſtudet eorum conuerſioni, a. 582. num. 5. condit epitaphium S. Germani, a. 581. n. 3. infert bellum Guntchramno, *ibid.* num. 11. venit Pariſios, a. 583. n. 46. obit, a. 584. n. 15. ſepelitur, *ibid.* n. 17. eius ætas, *ibid.* n. 18. vxores, a. 562. n. 35. a. 567. n. 19. a. 584. n. 18. liberi, a. 584. n. 18.
Chilpericus II. filius Chariberti II. regnat, a. 630. n. 4.
Chlodobertus filius Chilperici I. R. naſcitur, a. 565. n. 3. obiit, a. 580. n. 21.
Chlotſinda R. Longobardorum, filia Clotarij R. Francorum, a. 563. n. 7. obiit, a. 570. n. 5.
Chraſmatus Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 575. nn. 4. *& ſeqq.*
Chrenecruda, quid, a. 595. n. 18.
Chriſma quando petendum, a. 586. n. 11.
Chriſmal ſeu Chriſmale, quid, a. 590. n. 63.
Chriſtianus non particeps conuiuiis Iudæorum, a. 583. n. 28. Iudæo non ſeruiat, &c, ſi ſeruiat, à quolibet Chriſtiano redimi poſſit, *ibid.* n. 29.
Chrodieldis filia Chariberti R. a. 567. n. 37. tumultus excitat in Mon. Pictauienſi, a. 589. nn. 11. 12. excommunicatur, a. 590. nn. 18. 19. redit Pictauum, *ibid.* n. 25.

Chrodinus obit, a. 582. n. 8.
Chrodoaldus occiditur, a. 624. n. 12.
Chunaldus ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56.
Chundo lapidibus obruitur, a. 590. n. 13.
Citharius Ep Auſcienſis, a. 585. n. 64.
Clarentius Ep. Vieunenſis quando ſedit, a. 618. n. 5.
Claudianus Ep. Reienſis intereſt Concilio Parſienſi IV. a. 573. n. 25.
Claudius Abb. S. Mariæ Cadurei, a. 632. n 4.
Claudius Ep. Bellicenſis, a. 625. n. 54.
Claudius necatur à famulis Ebrulfi, a. 585. n. 3.
Clemens Ep. Venetenſis quando ſedit, a. 618. n. 10.
Clementinus Ep. Aptenſis, a. 573. n. 25.
Clerici iuniores, qui, a. 583. n. 21. honorariores, qui, *ibid.*.
Clericus ad Vigilias & ad Miſſas ſtet ſeparatus à laicis, a. 566. n. 20. extraneam mulierem in domo ſua non habeat, *ibid.* n. 26. a. 583. nu. 5. 14. a. 615. n. 11. non induat veſtem indecentem, a. 583. n. 18. nec quemquam vocet, nec à quoquam vocetur ad iudicium ſeculare, *ibid.* nn. 20. 21. à feſto S. Martini vſque ad Natale Domini ieiunet feria ſecundâ, quartâ, & ſextâ, *ibid.* n. 22. Epiſcopo ſuo obediat, *ibid.* n. 23. à Subdiacono & ſuprà propriæ non miſceatur vxori, *ibid.* n. 24. a. 586. n. 24. coram Epiſcopo conueniatur, a. 585. n. 32. quomodo honorandus à laicis, *ibid.* n. 37. nec forum criminale frequentet, nec reorum neci interſit, *ibid.* n. 41. a. 586. n. 28. Conclericum ad iudicium ſeculare non trahat, *ibid.* ſine Epiſcopi conſenſu non diſtringendus, *ibid.* n. 34. a. 614. n. 23. contra ſuum Epiſcopum patrocinia non quærat, a. 614. n. 22. ſi conſpirat contra Epiſcopum, quomodo puniendus, a. 625. n. 17. peregrinus ſine literis Epiſcopi ſui non recipiatur, *ibid.* n. 27. pro ſuis vel Eccleſiæ cauſis abſque Epiſcopi licentia forum non adeat, *ibid.* n. 33. res Clerici defuncti ante cognitum teſtamentum non contingendæ, a. 614. n. 26. validum eius teſtamentum, licèt à legibus ſecularibus diſcrepet, *ibid.* n. 29.
Clippiacenſis conuentus, a. 627. n. 1.
Clodebergis filia Guntehramni R. a. 585. n. 10.
Clodehildis filia Guntebramni R. a. 585. n. 10. a. 587. n 15. a. 593. n. 5.
Clodomeres filius Guntchramni R. naſcitur, a. 573. n. 11. obit, a. 577. n. 5.
Clodoſwinda deſpondetur Richaredo Regi Wiſigothorum facto Catholico, a. 588. n. 6.
Clodoueus filius Chilperici R. Xanctonas peruadit, a. 576. n. 2. necatur, a. 580. n. 23. ſepelitur, a. 585. n. 26
Clotarius I. ſepelitur Sueſſione, a. 561. n. 2.
Clotarius II. naſcitur, a. 584. n. 12. patri Chilperico ſuccedit, *ibid.* n. 18. baptizatur, a. 591. n. 8. amittit partem regni, a. 600. n. 1. Pariſios, a. 604. n. 7. recuperat quaſdam ciuitates, a. 605. n. 1. ſuſcipit Columbanum, a. 610. n. 4 potitur Auſtria & Burgundia, a. 613. nn. 4. *& ſeqq.* ditat Mon. Lutrenſe, *ibid.* n. 18. Columbanum Abbatem, vt in Franciam redeat, per Euſtaſium Abbatem inuitat, a. 614. nn. 1. *& ſeqq.* edit Conſtitutionem Regiam poſt Synodum Pariſienſem VI. *ibid.* n. 37. amicitiam perpetuam firmat cum Longobardis, a. 618. n. 4 amittit filium, *ibid.* n. 5. obit, a. 628. n. 1. eius vxores & liberi, a. 619. n. 6. a. 628. n. 10.
Clotarius filius Guntehramni R. naſcitur, a. 568. n. 2. obit, a. 577. n. 5.
Clotarius filius Theodoberti II. R. a 612. n. 8.
Coacenſe Mon. Autiſſiodori, a. 582 n. 19.
Colaphinus Ep. Aletenſis. a 565. n. 8.
Colonetenſe Mon in Diœceſi Andeganenſi, a. 590. n. 35. a. 598. n. 3.
Columbarienſe Mon. a. 576. n. 12.
Columbanus venit in Franciam, a. 568. nn. 7. *& ſeqq.* degit in Voſago, *ibid.* n. 20. condit Luxouium Mon. a. 590. n. 36. ſcribit Regulam Monachorum, *ibid.* nu. 38. *& ſeqq.* Pœnitentiale, *ibid.* nn. 58. *& ſeqq.* abducitur Veſontionem, a. 609. nn. 1. *& ſeqq.* redit Luxouium, *ibid.* abducitur Namnetas; imponitur naui; vento defertur in Neuſtriam; colloquitur cum Clotario R. liberat dæmoniacum; benedicit Faræ, Adoni & Dadoni; adit Theodobertum R, ſecedit ad lacum Brigantinum, a. 610. nn. 1. *& ſeqq.* adit iterum Theodobertum, a. 611. n. 11. abit in Longobardiam, a. 612. n. 10. Inuiſitur ab Euſtaſio Abb. Luxouienſi, a. 614. n. 1. obit, a. 615. n. 2.
Columbinus venit in Franciam, a. 568. n. 10. fit Abbas Lutrenſis, a. 615. n. 2. obit, a. 625. n. 8.
Cominius comes S. Columbani, a. 610. n. 2.
Comus ſeu Conius Ep. Auſcienſis, a. 585. n. 64.
Concilia. Aruernenſe III. a. 588. n. 11. Autiſſiodorenſe, a. 586. nn. 15. *& ſeqq.* Brennacenſe, a. 580. n. 14 Cabilonenſia, I. a. 579. n. 2. II. a. 603. n. 1. Incerti loci, a 615. nn. 4. *& ſeqq.* Lugdunenſia, II. a. 567. nn. 3. *& ſeqq.* III. a. 581. n. 1. IV. a 583. nu. 3. *& ſeqq.* Matiſconenſia, I. a. 583. nn. 11. *& ſeqq.* II. a. 585. nn. 20. *& ſeqq.* III. a. 623. nn. 20. *& ſeqq.* Metenſe, a. 590. nn. 24. 25. Pariſienſia, IV a. 573. nn. 12. *& ſeqq.* V. a. 577. nn. 8. *& ſeqq.* VI. a. 614. nn. 19. *& ſeqq.* Remenſe, a. 625. nn. 14. *& ſeqq.* Santonenſa, a. 562. n. 8. Senonenſe, a 609. n. 10. Turonenſe II. a. 566. nn. 14. *& ſeqq.* Valentinum, a. 585. n. 10.
Concilium annis ſingulis bis celebrandum, a. 566. n. 16. tertio quoque anno, a. 585. n. 42. ad Concilium recurrat qui ſe putat

iniuſtè excommunicatum, a. 625. n. 21.
Concordius Ep. Santonenſis, a. 567. n. 32.
Confeſſio auricularis, a. 601. n. 26.
Confirmatio Regia, quid, a. 569. n. 18.
Cono Abb. Lirinenſis, a. 600. n. 9. a. 611. n. 5.
Conſtantius Ep. Albigenſis, a. 625. n. 50.
Conſtitutus Ep. Senonenſis intereſt Concilio Pariſienſi IV. a. 573. n. 19. obit, a. 579. n. 9.
Conſulatus & Imperium ſunt voces ſynonymæ, a. 567. n. 1.
Corbus filius Theodorici II. R. a. 613. nn. 2. 4. 5.
Corruptibiles ſeu Corrupticolæ Hæretici, a. 566. nn. 56. 57.
Cultura Dei Mon. Cenomanenſe, a. 589. n. 16.
Cunibertus ex Archidiacono Treuirenſi fit Ep. Colonienſis, a. 623. n. 8. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. nn. 42. 55. fit Conſilarius Dagoberti R. a. 626. n. 10.
Curbionenſe Mon. in pago Drocenſi, a. 563. n. 6. a. 593. n. 3.
Cyprianus Anachoreta, a. 582. n. 10.
S. Cyrici Mon. apud Aruernos, a. 615. n. 30.

D

DANNIVVS Abb. S. Amantij, a. 632. num. 5.
Dagamodus Abb. Condataſcenſis, a. 593. n. 9. obit, a. 628. n. 20.
Dagobertus filius Chilperici R. a. 580. n. 21.
Dagobertus filius Clotarij II. R. a. 619. n. 6. an ceruum inſecutus ſit qui perfugerit in ædem S. Dionyſij, *ibid.* n. 14. an Sadregiſilum Ducem dehoneſtarit, *ibid.* n. 15. ſanatur à Lenogiſilo Presbytero, a. 620. n. 4. fit Rex Auſtraſiæ, a. 622. num. 1. vtitur præcipuis Conſiliariis, Arnulfo Ep. Metenſi & Pippino Maioredomûs, *ibid.* n. 2. ſedem regiam habet extra muros Wormaciæ, a. 623. n. 5. ducit Gomatrudem & auctiore potitur Auſtraſia, a. 625. n. 13. ditat Wormatienſem Eccleſiam, a. 627. n. 11. an fundator Epiſcopatûs Argentinenſis, *ibid.* n. 13. audita patris morte Remos accedit, a. 628. n. 13. proficiſcitur in Burgundiam & in Neuſtriam, *ibid.* n. 14. repudiata Gomatrude ducit Nanthildem, *ib.* dotat Cœnobium Beſuenſe, *ibid.* deſciſcit à pietate, *ibid.* n. 15. It in Auſtriam, & vxorem accipit Ragnetrudem, a. 629. n. 7. Amandum, à quo redarguitur, pellit in exilium, *ibid.* n. 8. Iudæos è regno pellit, *ibid.* n. 9. an rogatu Heraclij Imp. *ib.* reuocat Amandum, a. 630. n. 1. reſipiſcit à vitiis, *ibid.* n. 3. bellum infert Slauis infelici exitu, *ibid.* n. 5. Bulgaros in Boioaria ſuſceptos iubet interfici, *ibid.* n. 6. auxilio iuuat Siſenandum in Hiſpania, *ibid* n. 7. condit ditátque Baſilicam S. Dionyſij in vico Catholacenſi, *ibid.* nn. 8. *& ſeqq.* degit in Auſtria, a. 632. n. 1. eius geſta à quibus ſcripta, a. 619. nn. 7. *& ſeqq.*
Dagulfus Abbas, a. 585. n. 19.
Dalmaticæ Romanæ, a. 599. n. 22.
Dalmatius Ep. Rutenenſis obit, a. 580. n. 6.
Decimæ Clericis ſoluendæ, a. 585. n. 27.
Decimiacenſe Mon. Autiſſiodori, a. 582. nn. 19. 21.
Decius Ep. Matiſconenſis quando ſedit, a. 623. n. 19.
Decretum Childeberti II. R. a. 595. nn. 2. *& ſeqq.*
Deicolus venit in Franciam, a. 568. num. 10. diſcipulus S. Columbani, a. 610. num. 1. condit Mon. Lutrenſe, a. 613. n. 11. excipit Clotarium R. a. 613. n. 18. onus regiminis tranſmittit in Columbinum, a. 615. n. 2. obit, *ibid.*
Deodatus fit Ep. Ambianenſis, a. 580. n. 20.
Deotarius Ep. Ariſidienſis, a. 569. n. 27.
Deſideratus fit Ep. Albigenſis, a. 585. n. 65.
Deſideratus fit Ep. Aruernenſis, a. 594. n. 7.
Deſiderius Ep. Autiſſiodorenſis, a. 605. n. 6. dicat altare in Baſilica S. Stephani, a. 610. n. 15. multa dona concedit eidem Eccleſiæ, *ibid.* aliis, a. 623. n. 12. obit, *ibid.*
Deſiderius Ep. Eluſanus, a. 585. n. 64.
Deſiderius Ep. Tolonenſis, a. 573. num. 15. a. 585. n. 53.
Deſiderius Ep. Viennenſis, a. 596. n. 6. ambit vſum Pallij, a. 599. num. 26. arguitur quòd doceat Grammaticam, a. 601. n. 6. pellitur in exilium, a. 603. n. 1. occiditur, a. 607. nn. 3. 4. 10. *& ſeqq.*
Deſiderius impoſtor, a. 587. n. 9.
Deſiderius infeliciter pugnat, a. 576. num. 2. ducit vxorem Eulalij adhuc ſuperſtitis, a. 580. n. 23. iungit ſe Gundobaldo, a. 585. n. 3. redit in gratiam cum Guntchramno, *ibid.* n. 66. obſidens Carcaſſonem necatur, a. 587. n. 2.
Deſiderius Theſaurarius regius, a. 614. n. 38. amittit patrem, a. 617. n. 6. fratres, a. 628. n. 8. fit Ep. Cadurcenſis, a. 619. n. 3. literas accipit à Paulo Ep. Virodunenſi, a. 632. n. 2. eundem inuitat ad dedicationem Baſilicæ, *ibid.* n. 3. conſtruit varias Eccleſias & Monaſteria, *ibid.* nn. 4. *& ſeqq.* multis Epiſcopis amicitia coniungitur, *ib.* n. 7. ſcribit Saluſtio Ep. Aginnenſi, *ibid.* n. 8. Dagoberto R. *ibid.* n. 9.
Deuterius Epiſc. Vincienſis mittit ad Concilium Matiſconenſe II. a. 585 n. 5. obit, a. 588. n. 5.
Diaconus cum ſua Diaconiſſa non maneat, a. 566. n. 35. palla ſuas ſcapulas non inuoluat, a. 586. n. 18. neminem accuſet, *ibid.* n. 32. ſi ducat vxorem, quomodo puniendus, a. 615. n. 15.
Dido fit Ep. Pictauienſis, a. 626. n. 12.
Didymus Ep. Santonenſis, a. 567. n. 32.
Dies lætitiæ & triſtitiæ apud Chriſtianos, qui, a. 583. n. 22.
Dignulus ſocius ſancti Ruperti, a. 583. n. 56.
Dinamius Rector Prouinciæ vexat Theodo-

rum Ep. Maſſilienſem, a. 581. n. 11.
Diogenes Ep. Atrebatenſis Martyr, a. 569. num. 25.
S. Dionyſij Eccleſia extra Luteriam, a. 574. n. 6. fit in ea tumultus, a 579. n. 6.
S. Dionyſii Mon. in vico Catholacenſi, a. 627. n 20. nouum conditur à Dagoberto R. a. 630. nn. 8. *& ſeqq.* chartæ pro illo Mon. commentitiæ, a. 631. n. 30. a. 631. nn. 20. *& ſeqq.*
S. Dionyſij ſociorúmque Inuentio ac Tranſlatio, a. 630. nn. 12. *& ſeqq.*
Diſciola Monialis moritur, a. 583. n. 51.
Doda, a. 611. n 4.
Dodo Abb. S. Dionyſii, a. 627. n. 20. a. 631. num. 11.
Domingus ſocius S Ruperti, a. 583. n. 56.
Dominica dies quomodo cuſtodienda, a. 585. nn. 23. 58. a. 586. num. 20. eius violarores puniuntur, a. 591. n. 10. a. 595. n. 17.
Dominius Epiſc. Venetenſis quando ſedit, a. 618. n. 10.
Domitianus Ep. Andegauenſis intereſt Concilio Turonenſi II. a. 566. n. 47. dedicationi Eccleſiæ Namnetenſis, a. 568. n. 12.
Domnola necatur, a. 586. n. 13.
Domnolus Ep. Cenomanenſis, a. 566. n. 47. intereſt dedicationi Eccleſiæ Namnetenſis, a. 568. n. 22. obit, a. 581. n. 8.
Domnolus fit Ep. Viennenſis, a. 607. n. 18. Maximum ordinat Presbyterum, a. 614. num. 41. tuetur innocentiam Ruſticulæ, a. 618. n. 5.
Donatus, a. 590. n. 57. Epiſc. Veſontionenſis ſubſcribit Concilio Remenſi, a. 625. n. 49. conſtruit Mon. *ibid.* n. 65. condit Regulam Monialium, *ibid.* nn. 66. *& ſeqq.*
Dornatiacum Mon. a. 616. n. 6.
Dracolenus Dux, a. 578. n. 2.
Drocoaldus Ep Auſcienſis, a. 585. n. 64.
Droctigiſilus Ep. Sueſſionenſis, a. 584. n. 19. a. 589. n. 9.
Droctouens Abb. S. Vincentii obit, a. 581. num. 3.
Droctulfus, a. 589. n. 10.
Duellum in cauſis dubiis, a. 590. n. 14.
Dulcardus Monachus Ambiliacenſis, a. 631. num. 26.
Durinenſia Monaſteria, a. 565. n. 12.

E

EADBALDVS R. Cantii fit Chriſtianus & vxorem ducit filiam Clotarii II. R. Franc. a. 617. nn. 11. 12.
Eberulfus Cubicularius Chilperici R. a. 584. n. 29. occiditur, a. 585. n. 3.
Ebredunenſe Mon. a. 562. n. 32.
Ebregiſilus Ep. Colonienſis, a. 590. num. 18. transfert reliquias S. Malloſi Martyris, *ibid.* n. 21.
Ebregiſus Ep. Traiectenſis, a. 609. num. 15. a. 623. n. 6.
Ebrulfus Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 575. n. 6. a. 631. n. 2.
Ebrulfus fit Monachus in Diœceſi Baiocenſi, a. 565. n. 11. ſecedit in eremum, a. 571. n. 7. condit Mon. Vticenſe, a. 572. num. 9. alia quindecim, a. 593. n. 16. ſuſcitat duos mortuos, *ibid.* n. 17. obit, a. 596. n. 17.
Eccleſia, aſylum, a. 585. n. 30. a. 615. num. 12. a. 625. n. 22. in Eccleſia, chori & cantica puellarum conuiuiáque non permittenda, a. 586. n. 14.
Eccleſiæ conſuetudines diuerſæ probantur, a. 601. n. 18.
Eccleſiæ res nec peruadendæ nec retinendæ, a. 566. nn. 43. 44. a. 567. n. 6. a. 625. n. 25. res Eccleſiæ legatæ, in quorum poteſtate debeant eſſe, a. 614. n. 15. res Eccleſiæ per precariam impetratæ, a. 625. n. 16. inter facultates Eccleſiæ computantur quæ donantur Epiſcopo ab extraneis, *ibid.* n. 35.
Edenus Ep. Meldenſis quando ſedit, a. 614. num. 4.
Egnogatus, Enogatus, Euogatus Ep. Aletenſis, a. 565. n. 8.
Elaſius Ep. Catalaunenſis obit, a. 580. n. 3.
Eleemoſyna de rebus licitis conferenda, a. 599. n. 4.
Eligius, a. 610. num. 8. fit gratus Clotario R. a. 620. n. 3. condit Mon. Solemniacenſe, a. 631. nn. 19. *& ſeqq.* quàm piè vixerit in aula Dagoberti R. *ibid.* num. 22. conſtruit Mon. puellare Pariſiis, a. 632. n. 11.
Elinandus Epiſc. Laudunenſis quando ſedit, a. 625. n. 58.
Emeritus fit Ep. Ebredunenſis, a. 579. n. 1. intereſt Concilio Matiſconenſi II. a. 585. num. 55.
Emerius Ep. Santonenſis deponitur, a. 562. n. 8. redit in gratiam cum Leontio Epiſc. Metropolitano, *ibid.* n. 13.
Emmo Ep. Ariſidienſis intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 50.
Ennoaldus Ep. Pictanienſis, a. 615. n. 27.
Ennodius Dux, a. 585. n. 66.
Enymia Abbatiſſa Soror Dagoberti R. a. 628. num. 11.
Eparchius Reclusus obit, a. 581. n. 7.
Epiphanius Abb. S. Remigii Remis, a. 590. num. 24.
Epiphanius Ep. Foroiulienſis, a. 582. n. 12.
Epiſcopales Sedes dicuntur Apoſtolicæ, a. 562. n. 10.
Epiſcoporum controuerſiæ quomodo componendæ, a. 567. n. 5. a. 614. n. 30.
Epiſcopus, qui non venit ad Synodum, excommunicetur, a. 566. num. 16. ſi neglexit cum alio Epiſcopo reconciliari, pœnitentiæ ſubdatur, *ibid.* n. 17. ſolus epiſtola faciat, *ibid.* n. 22. Abbatem aut Archipresbyterum ſine omnium ſuorum Compresbyterorum & Abbatum conſilio non eiiciat de ſuo loco, *ibid.* n. 23. habeatur excommunicatus ſi communicat cum excommunicato ab alio Epiſcopo, *ibid.* n. 24. in Armorica ſeu Britannus ſeu Ro-

manus non ordinetur inconſulto Metropolitano, *ibid.* n. 25. coniugem vt ſororem habeat, & propinquitate manſionis ab ea diuiſus maneat, *ibid.* n. 28. de Clericorum ordinationibus præmium non exigat, *ibid.* n. 46. ea, quæ anteceſſores Epiſcopi dederint, non auferat, a. 567. n. 9. Paſcha & Natale Domini celebret in ſua Eccleſia, a. 583. n. 8. alimenta & veſtimenta leproſis ſubminiſtret, *ibid.* n. 9. ad ſecularia iudicia non trahendus, a. 585. n. 31. non alat canes & accipitres, *ibid.* n. 35. ſolus non poteſt ordinare Epiſcopum, a. 601. n. 33. Epiſcopo ægroto, alius non ſuperinducatur, a. 602. n. 4 a. 614. num. 21. quomodo eligendus, a. 614. n. 20. a. 625. n. 40. ſe viuente, ſucceſſorem non eligat, a. 614. num. 21 bona, quæ Presbyteri aut Abbates morientes reliquerint, non diripiat, *ibid.* n 27. res alterius Epiſcopi vel Eccleſiæ non peruadat, *ibid.* n. 28. a. 625. n. 36. mancipia aut res Eccleſiæ non alienet, a. 625. n 28 vaſa Eccleſiæ niſi ad redimendos captiuos non frangat. *ibid.* n. 37. defuncto Epiſcopo res Eccleſiæ ante reſerationem teſtamenti vel audientiam nemo contingat, *ibid.* n. 31. in Epiſcopi cubiculum fœmina non ingrediatur abſque duobus Presbyteris aut Diaconis, a. 583. n 16.

Erchenfridus ſiue Erchanofridus ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56. Epiſc. Patauienſis, a. 607. n. 2.

Erendrudis Neptis S. Ruperti, a. 583. nn. 53. 54. a. 623. n. 1.

Erenfridus ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56.

Ermenarius occiditur, a. 627. n. 1.

Ermenberga, an nupſerit Theodorico II. R. a 607. nn. 3. 6. *& ſeqq.*

Ermenbertus bona concedit Mon. S. Benigni, a. 632. n. 24.

Erpo fit Dux Vltraiuranus, a. 613. n. 17. occiditur, a. 616. n. 4.

Eſychius ſiue Iſitius vel Eſitius aut Heſychius Ep. Gratianopolitanus intereſt Concilio Pariſienſi IV. a. 573. n. 4. Valentino, a. 585. n. 11. Matiſconenſi II. *ibid.* num. 52. laborat pro ſedando tumultu Mon. Pictauienſis, a. 589. n. 12.

Euantius Ep. Viennenſis, a. 583. n. 40. a. 585. nn. 11. 52. a. 586. n. 6.

Eucharius Ep. Catalaunenſis, a. 580. n. 3.

Euchariſtia in Eccleſia quomodo ſeruanda, a. 566. nn 18. 19 Euchariſtiæ Sacramentum, a. 601. n. 25.

Eufronius Ep. Turonenſis res geſtas in Synodo Santonenſi non probat, a. 562. nn. 8. 9. intereſt Concilio Turonenſi II. a. 566. n. 4. per reuelationem diſcit obitum Chariberti R. a. 567. n. 36. intereſt dedicationi Eccleſiæ Namnetenſis, a. 568. n. 22. obiit, a 573. n 3.

Eulalius Aruernus excommunicatur, a. 570. num. 2.

Euloſia, a. 579. n. 9.

Eumachius Presbyter, a. 582. n. 10.

Eunius fit Ep. Venetenſis, a 577. n. 48. exulat, a. 578. num. 3. mittitur Andegauum, a. 579. n. 4. ri Pariſios, a. 580. n. 10.

Ennocus comes S. Columbani, a. 610. n. 12.

Euodius Ep Trecenſis quando ſedit, a. 623. num. 13.

Euroldus Ep. Bellicenſis, a. 589. n. 17.

S. Euſebii Mon. Autiſſiodori, a. 625. n. 62.

Euſebius Ep Cadurcenſis obit, a. 621. n. 3.

Euſebius Ep. Matiſconenſis, a. 583. n. 34. a. 585 nn. 11. 44.

Euſebius fit Ep Pariſienſis, a. 591. n. 5.

Euſebius fit Ep. Tricaſtinus, a. 584. n. 10. intereſt Conciliis Valentino & Matiſconenſi II. a. 585. nn. 11. 53.

Euſtachius Abb. Maioris Mon. a. 573. n. 10. a. 585. n. 3.

Euſtadia ſiue Euſtadiola conſtruit Monaſt. puellarum in vrbe Bituricenſi, fitque prima Abbatiſſa, a. 631. n. 25.

Euſtaſius Ep. Bituricenſis, a. 591. n. 4. a. 602. num. 28.

Euſtaſius Monachus Luxonienſis, a. 610. nn. 1. 13. a 611. n. 10. fit Abbas, a. 613. n 18. it Bobium, a. 614. n 1. literas Columbani Abbatis defert Clotario Regi, *ibid.* n 3. redit Luxouium, *ibid.* n. 4. prædicat Euangelium Waraſcis & Boiis, a. 617. num. 2. redit Luxouium, a. 618. n. 3. obit, a. 625. num. 3.

Eutychiani hæretici, a. 566. n. 55.

Excommunicatus à ſuo Epiſcopo, habeatur excommunicatus apud omnes Epiſcopos, a. 567. n. 8. cum eo nullus communicet, a. 586. n. 30. a. 615. n. 16. nullus tamen è excommunicetur, a. 625. n. 20.

F

FABIVS Ep. Auſcienſis, a. 585. n. 64.

Faileuba vxor Childeberti II. R. a. 589. n. 10.

Fara benedicitur à Columbano, a. 610. n. 5. viſum recuperat precibus Euſtaſii Abbatis Luxonienſis, a. 614. n. 2. recuſat nuptias, *ibid.* num. 4. conſtruit Mon *ibid.* repellit Agreſtinum, a. 623. num. 33. condit teſtamentum, a. 632. n. 23.

Faræ Mon. a. 614. n. 4.

Faramodus Ep. Pariſienſis, a. 591. n. 5.

Farfalus, quis, a. 595. n. 9.

Faro, a. 614. n. 40. vxore conſentiente fit Clericus, a. 623. n. 33. Ep. Meldenſis, a. 627. n. 17.

Farones, qui, a. 617. n. 1.

Farulfus, a. 614. n. 18.

Fauceuſe Mon. a. 629. n. 10.

Fauſtianus fit Ep. Aquenſis in Nouempopulania, a. 584. num. 4. deponitur, *ibid.* nn. 20. 57.

Fauſtinus Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 575. n. 4.

Fauſtus Ep. Auſcienſis, a. 585. nn. 51 64.

Fauſtus Monachus Glannafolienſis redit in Italiam, a. 607. n. 1. eius ætas, ſcripta, ſanctitas, *ibid.*

Felicius Ep. Treuirenſis, a. 618. n. 68.

Felix Epiſc. Belliceuſis mittit ad Concilium Matiſconeuſe II a. 585. n. 48 laborat pro ſedando tumultu Mon. Pictauienſis, a. 589. n. 12.

Falix Ep. Bituricenſis Hierothecam in formam turris fieri curat, vbi Corpus Dominicum aſſeruetur, a. 568. n. 4. intereſt Concilio Pariſieuſi IV. a. 573. u. 21. eius corpus reperitur illæſum, a. 584. n. 9.

Felix Ep. Catalaunenſis, a. 589. u. 12. a. 625. n. 42.

Felix Ep Namueteuſis intereſt Concilio Turonenſi, a. 566. u. 47 Pariſienſi IV. a. 573. u. 18. dedicat Eccleſiam Namnetenſem, agitque alia præclara, a. 568. un. 22. 23. commoda Diœceſanorum procurat, a. 579. n. 5. obit, a. 583. n. 1.

Felix patria Burgundus fit Ep. Orieutalium Anglorum, a. 631. u. 31.

Felonia quomodo punita, a. 595. n. 9.

Feralia ethnicorum prohibita Chriſtiauis, a. 566. n. 40.

Ferreolus Ep. Lemouicenſis, a. 579. n. 3. reparat Eccleſiam ſancti Martini apud Brinam, a. 584 u. 30. intereſt Concilio Matiſconenſi II. a. 585. n. 49. ſepelit Aredium, a. 591. n. 6.

Ferreolus Ep. Vcecienſis obit, a. 581. n. 6.

Feſtiuitates variæ, a. 601. n. 22.

Firminus II. Ep. Viuarienſis, a. 588. u. 12.

Fiſcalini, qui, a. 595. u. 16.

Flauia mater S. Donati, a. 590. u. 37. condit Iuſſanum ſeu S. Mariæ Mon. puellare, a. 625. u. 65.

Flauianus Ep. Auguſtoduuenſis, a. 610. u. 2.. a. 614. u. 14.

Flauitus Presbyter in Diœceſi Trecenſi, a. 623. n. 17.

Flauius Ep. Cabilouenſis, a. 580. n. 5. a. 585. nn. 11. 44. a. 601. u. 38.

Floreutinus Ep. Matiſconenſis quando ſedit, a. 623. n. 19.

Florentius pater Gregorii Turouenſis, a. 574. u. 12.

Florianus Ep. Aralarenſis, a. 604. u. 8.

Florianus fit Abbas Glannafolienſis, a. 606. n. 1.

Fœmina uon ſuccedit in regnum Francorum, a. 561. n. 1. intra ſepta Mon. nullatenus introeat, a. 566. n. 31. a. 586. u. 26. nec in cubiculum Epiſcopi abſque duobus Presbyteris aut Diacouis, a. 583. num. 17. nuda manu non accipiat Euchariſtiam & pallam Dominicalem non contrectet, a. 586. u 29. non communicet ſine Dominicali, *ibid.* u. 33.

Foutanalia ſeu Fontinalia, a. 566. u 41.

Fontanetenſe Mou. Autiſſiodori, a. 582. uu. 19. 21.

Forbattutus, quis, a. 595. n. 7.

Fortunatus venit in Franciam, a. 562. n. 40. diligitur à multis Epiſcopis, *ibid.* n. 42. Pictauis ſedem figit, a. 567. n. 22. fit Epiſc. a. 599. n. 28.

Francia quadripertita, a. 561. n. 4 tripertita, a. 567. n. 41.

Franci quàm potentes cùm Clotarius I. Rex obit, a. 561. u. 4. vincunt Hunnos, a. 562. u. 39. Longobardos, a. 571. u. 5. a. 574. nn. 1. *& ſeqq.* ditiones ſuas augent parte Saxoniæ, a. 569. u 17. Auguſta Salaſſiorum & Seguſio, a. 574. n. 2. præſidio ſunt toti Occidenti contra Mahumetanos, a. 629. n. 9. Varnos penitus delent, a. 595 u. 19. Slauis inferunt vaſtationem, *ibid* n. 20. qui criniti, qui incriniti, *ibid.* n. 5 qui plegii, qui tenentes, *ibid.* n. 11.

Franco Ep. Aquenſis Metropol a. 566. n. 3.

Fredegarii ſcripta, a. 584. u. 21. Chronologia, *ibid.* a. 592. nn. 1. 2.

Fredegundis poſt mortem Chilperici R. confugit ad Eccleſiam Pariſieuſem, a. 584. n. 23. mittitur in villam Rotoialenſem, *ibid.* u. 28. inſidiatur Bruuichildi, *ibid.* Guntchramno, a. 587. uum. 1. obit, a. 597. n. 1. vindicatur à calumnia, *ibid.*

Friardus Eremita in Diœceſi Namuetenſi obit, a. 577. n. 49.

Fricoræus erudit Richarium, a. 629. u. 11.

Fridiburga Gunzouis Ducis filia liberatur à dæmone, a. 614. n. 5. an deſponſata Sigiberto R. *ibid.* n. 8. an Monialis Metis, *ib.* n. 12.

Friſii vbi ſiti, a. 621. u. 5.

Friulphus fit Monachus Luxouienſis, a. 608. u. 2.

Frodobertus Clericus mittitur Luxonium, a. 631. u. 17.

Fronimius Ep. Agatheuſis in Franciam ſe recipit ob perſecutionem Lewigildi R. wiſigotborum Ariani, a. 580. n. 25. intereſt Concilio Matiſconenſi II. a. 585. n. 57. fit Ep. Vincienſis, a. 588. n. 5.

Froutonius Ep. Inculiſmenſis, a. 576. n. 22. a. 577. u. 26.

Fulcilius Ep. Niuernenſis, a. 594. uum. 10. a. 610. n. 2.

Furtum quomodo punitum, a. 595. nn. 10. *& ſeqq.*

G

GABALITANVM Mon. a. 628. n. 22.

Gallomagnus Ep. Trecenſis, a. 562. u. 10. intereſt Concilio Pariſieuſi IV. a. 573. u. 19. Matiſcouenſi I. a. 583. u. 35. obit, a. 584. u. 10.

Gallomagnus Referendarius, a. 589. u. 10.

Gallus venit in Franciam, a. 568. n. 21. comes aſſiduus S. Columbani, a. 610. u. 12. morbo impeditur ne ſequatur euntem in Longobardiam, a. 612. n. 10. condit cellam, *ibid.* n. 11. filiam Gunzonis Ducis liberat à dæmona, a. 614. num 5. recuſat

Epiſcopatum

Epiſcopatum Conſtantienſem, *ibid.* ſermonem habet in ordinatione Ioannis Ep. *ibid.* n. 16. conſtruit Mon. a. 615. n. 1. diuina reuelatione diſcit mortem S. Columbani, *ibid.* recuſat Præfecturam Monaſterii Luxonienſis, a. 625. n. 3. obit, *ibid.* n. 4. magnæ fuit auſteritatis, *ibid.* n. 6. eius ſepulchrum violatur, a. 628. n. 21.

Galſuenda nubit Chilperico R. a. 567. n. 19. obit, a. 568. n. 1.

Gandenſe Mon. conditur, a. 631. nn. 3. 4. à prima inſtitutione habuit Clericos, *ibid.* nn. 4. *& ſeqq.*

Gando Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. nn. 13. 14.

Gaorinus ſeu Garoinus vel Garinus aut Batoinus Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.

Garibaldus Dux Boioariæ, a. 588. n 10. filiam ſuam Theodelindam deſpondet Authari Reg. Longobardorum, a. 589. n. 18. pellitur è Boioaria, a. 590. n. 3.

Garibaldus II. Dux Boioariæ, a. 607. n. 2.

Gaudentius Ep. Conſtantienſis ad Rhenum, a. 611. n. 10. obit, a. 614. n. 5.

Gaudiacum Mon. a. 631. n. 24.

Gaugericus Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 580. n. 9. a. 594. n. 3. a. 619. n. 21.

Gegoberga fit Abbatiſſa S. Montis, a. 622. n. 8.

Gelionius Ep. Cabilonenſis, a. 601. n. 38.

Geneſius Ep. Segeſtericenſis, a. 573. n. 25.

Georgius Ep. Carpentoractenſis, a. 604. n. 8.

Gerardus ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56. Ep. Lauteacenſis, a. 607. n. 2. obit, a. 615. n. 31.

Geremarus venit in familiaritatem Dagoberti R. a. 632. n. 14.

S. Germani Mon. Autiſſiodorenſe, a. 586. n. 38.

S. Germani Mon. Cenomanenſe, a. 589. n. 16.

Germanus Epiſc. Pariſienſis intereſt Concilio Turonenſi II. a. 566. n. 47. Pariſienſi IV. a. 575. n. 19. an iuerit Hieroſolymam, a. 566. n. 62. obit, a. 576. n. 4. eius Priuilegium pro Mon. S. Vincentii prope Pariſios examinatur, a. 566. nn. 10. *& ſeqq.*

Germanus puer traditur in diſciplinam Modoaldi Ep. Treuirenſis, a. 623. n. 35. ſecedit in eremum, a. 630. num. 19. pergit ad Mon. Romarici cum fratre Numeriano, a. 632. n. 29.

Gertrudis naſcitur, a. 626. n. 21.

Gildas Abb. Rutenſis obit, a. 565. n. 10.

Ginaldus Ep. Turonenſis, a. 617. n. 9. a. 618. n. 2.

Giſolarius ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56.

Glanderienſe Mon. a. 587. n. 22.

Glannafolienſe Mon. a. 568. n. 5. Glannafolienſes Monachi cxvi. moriuntur, a. 603. n. 4.

Goar, a. 597. nn. 10. 11. proficiſcitur in Auſtriam, a. 618. n. 6.

Godegiſilus pugnat contra Theodobertum filium Chilperici R. a. 575. n. 9.

Godinus, a. 626. n. 1.

Godo Ep. Virodunenſis, a. 614. n. 44. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 42. obit, a. 631. n. 11.

Gofridus Ep. Aletenſis, a. 565. n. 8.

Gogericus Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 631. n. 19.

Golhoretus Ep. Corentinopolitanus, a. 620. n. 7.

Goluenus Anachoreta, a. 590. n. 32. fit Ep. Leonenſis, a. 602. n. 26.

Gomatrudis nubit Dagoberto Reg a. 625. n. 13. repudiatur, a. 628. n. 14.

Gondoaldus ſeu Gondoldus Ep. Meldenſis, a. 614. n. 4. a 625. n. 48. a. 627. n. 17.

Gondulfus Ep. Laudunenſis quando ſedit, a. 625. n. 58.

Gondulphus Ep. Traiectenſis, a. 589. n. 20. a. 596. n. 16.

Gorgonus comes S. Columbani, a. 610. n. 12.

Gregorius multa beneficia conſequitur à S. Martino, a. 563. n. 5. fit Diaconus, a. 569. n 24. Ep. Turonenſis, a. 573. n. 5. erigit templa S. Cruci, *ibid.* n. 6. ſuſcipit inuolucrum S. Crucis, *ibid.* n. 7. adit ſepulchra SS. Iuliani Briuatenſis & Martini Turonenſis, *ibid.* n. 8. dicat Oratorium, a. 574. n. 18. diſputat cum Agilane Ariano, a. 580. n. 14. cum Oppila etiam Ariano, a. 584. n. 11. cum Chilperico R. lapſo in Sabellianiſmum, a. 580. num. 16. item de Reſurrectione, a. 590. n. 17. Legatos Lewigildi R. excipit conuiuio, a. 582. n. 7. Aureliæ coram Guntchramno R. defenſionem Theodori Ep. Maſſilienſis ſuſcipit, a. 585. n. 14. adit Childebertum Reg. *ibid.* n. 17. curat funus Radegundis, a. 587. num. 5. mittitur Legatus ad Guntchramnum R. a. 588 n. 1. Ingeltrudem cum Berthegunde fruſtrà conatur reconciliare, a. 589. num. 7. laborat pro ſedando ſcandalo Mon Pictauienſis, *ibid.* nn. 18. 19. ædificat Eccleſias & Oratoria, *ibid.* n. 23. it Romam, a 594. n. 2. obit, an. 595. n. 26. an fuerit Monachus, *ibid.* n. 52. an Gregorium Ep. Lingonenſem proauum habuerit, a. 574. nn. 13. *& ſeqq.* eius ſcripta, a. 595. nn. 28. *& ſeqq.* interpolata, a. 567. num. 18. a. 572. n. 5. a. 573. n. 1. a. 576. nn. 15. *& ſeqq.* a. 577. n. 6. a. 578. n. 4. a. 579. n. 6. a. 580. nn. 1. *& ſeqq.* item nn. 10 *& ſeqq.* item num. 17. a. 581. nn. 5. *& ſeqq.* a. 582. nn. 2. 3. 4. 9. a. 584. nn. 2. *& ſeqq.* item n. 20. manuſcripti Codices examinantur, a. 585 n 9.

Grimo, a 623. n. 9. multa bona tradit Eccleſiæ Virodunenſi, a. 631. n. 13.

Gudinus Abb. S. Benigni, a. 609. n. 9

Guenninus ſeu Guinninus Ep. Venetenſis, a. 618. n. 10. a. 622. n. 6.

Guernienſe Mon. à S. Machute conditum, a. 565. n. 8.

Gundegiſilus fit Ep. Burdigalenſis, a. 585. n,

64. ſedare conatur tumultus Mon. Pictauienſis, a. 589. n. 12. a. 590. nn. 18. 19.

Gundoaldus ſeu Gundoldus aut Sunderſholdus Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.

Gundobadus filius Guntchramni R. a. 562. n. 29. obit, a. 564. n. 1.

Gundobadus ſe dicit filium Clotarii R. a. 562. n. 27. venit Maſſiliam, a. 582. num. 12. bellum ciuile concitat & necatur, a. 585. nn. 2. *& ſeqq.*

Gundobaudus Maiordomûs in Neuſtria, a. 613. n. 17.

Gundulfus Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 575. n. 4.

Guntchramnus paternum regnum cum fratribus ſuis diuidit, a. 561. n. 3. ditat Mon. S. Benigni, a. 584. n. 14. conſtruit Mon. S. Marcelli, *ibid.* num. 22. venit Pariſios, *ibid.* n. 23. ſpernit Legatos Childeberti, *ibid.* n. 25. redit Cabilonem, *ibid.* n. 29. colloquitur cum Childeberto, a. 585. n. 5. Legatos Gundobadi ſuppliciis afficit, *ibid.* venit Aureliam, ſpernit adulationem Iudæorum, exprobrat multa Bertchramno, Palladio, Nicaſio & Antidio Epiſcopis, *ibid.* num. 14. infenſus eſt Theodoro Epiſcop. Maſſilienſi, *ibid.* num. 15. deflet nepotes mortuos eóſque ſepeliendos curat, *ibid.* num. 16. redit Cabilonem, *ibid.* mittit Legatos ad Childebertum R. *ibid.* num. 17. edit Præceptionem de die Dominico obſeruando, *ibid.* num. 58. bellum gerit in Septimania, a. 586. n. 4. egregiam profert ſententiam, *ibid.* appetitur inſidiis, a. 587. n. 7. pacem init cum Childeberto ad Andelaum, *ibid.* num. 15. lue graſſante quàm piè ſe geſſerit, a. 588. num. 2. obit, a. 593. num. 4. relatus in numerum SS. *ibid.*

Guntchramnus-Boſo pugnat contra Theodobertum filium Chilperici R. a. 575. n. 9. confugit ad Eccleſiam ſancti Martini Turon. *ibid.* ad eam vocat Merouеum filium Chilperici R. a. 576. num. 2. conſulit Pythoniſſam, a. 577. nn. 2. 3. confugit ad Agericum Ep. Virodunenſem, a. 587. n. 11. occiditur, *ibid.* n. 14.

Gunthiernus primus Abbas Kemperlegienſis, a. 574. n. 24.

Guruallus fit Epiſc. Aletenſis, a. 565. num. 8. abdicat Epiſcopatum, obítque in Mon. Guernienſi, *ibid.*

H

HABERILLA, a. 622. n. 9.

Hadoindus fit Ep. Cenomanenſis, a. 624. num. 4. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 63. ditat Mon. Buxiacenſe, *ibid.* num 132.

Haldetrudis mater Dagoberti R a. 619. n. 6.

Hecdicus ſiue Edictus Epiſc. Vienn. a. 631. n. 10.

Heliodorus Ep. Sedunenſis, a. 585. n. 54.

Heraclius Ep. Dinienſis, a. 573. n. 24. a. 583. n. 39. a. 585. n. 55.

Heraclius Ep. Inculiſmenſis, a. 577. n. 46. a. 580. n 2.

Heraclius Presbyter Burdigalenſis, a. 562. nn. 8. 9.

Herchenefreda, a. 614. n. 38. amittit maritum, a. 617. n. 6. Deſiderio filio pias admodum literas ſcribit, a. 621. n. 4. a. 629. num. 1.

Hermenfridus fit Monachus Luxouienſis, a. 600. num. 4. Epiſc. Virodunenſis, a. 602. n. 27. adeſt Synodo Conſtantienſi, a. 614. n. 14. obit, *ibid.* n. 44.

Herminigildus filius Lewigildi Regis Wiſigothorum ducit Ingundem ſororem Childeberti II. a. 580. n. 25. Martyrio coronatur, a. 586. n. 3.

Hermunduri per excellentiam Sueui dicti, a. 569. n. 16.

Heſychius Epiſc. Gratianopolitanus, a. 583. num. 40.

Hiconius primus Epiſc. Mauriennenſis intereſt Concilio Matiſconenſi I. a. 583. n. 38. II. a. 585. n. 54. Tranſlationi S. Victoris, a. 602. n. 1.

Hidulphus Epiſc. Rotomagenſis, a 598. n. 2. a. 626. n. 13.

Hildebrandus Ep. Sagienſis. a. 575. n. 10.

Hildegarius Ep. Senonenſis, a. 631. n. 19.

Homicidium quomodo punitum, a. 595. nn. 8. 18. a. 625. n. 4. formula ſecuritatis pro homicidio, a. 582. n. 6.

Honoratus Epiſc. Ambianenſis obit, a 580. num. 18.

Hoſpitalitas commendatur, a. 585. n. 33.

Hoſpitius, a. 574. n. 4. obit, a. 581. n. 4.

Huchbertus Dux Boioariæ munificus erga Eccleſiam Salisburgenſem, a. 588. n. 9.

Hunni vincuntur à Francis, a. 562. n. 39. vnde dicti Auares, a. 569. n. 14. variæ eorum ſedes, *ibid.*

Hymni præter Ambroſianos qui cantandi, a. 566. n. 42.

I

IANVARIÆ Kalendæ quomodo à Chriſtianis celebrandæ, a. 566. nn. 33. 38. 39. a. 586. n. 16.

Ianus, a. 566. n. 39.

Ignotocus Ep. Venetenſis, a. 622. n. 6. a. 627. num. 18.

S. Illidii Eccleſia apud Aruernos quibus nominibus appellata, a. 615. n. 30.

Imagines nec frangendæ nec adorandæ, a 599. n. 3. a. 600. n. 11.

Impoſtor inſignis, a. 580. n. 25.

Inceſtæ coniunctiones prohibentur, a. 566. n. 37. a. 585. n. 40. a. 586. n. 27. a. 595. n. 5. a. 614. n. 33. a 625. n. 23.

Incorruptibiles, hæretici, a. 566. nn 56. 57.

Indiculus Dagoberti R. ad Sulpitium Epiſc. Bituricenſem, a. 629. n. 3.

Indictionis vſus incognitus RR. Merouingis, a. 575. n. 5.
Ingeltrudis, a. 577. n. 45. condit Mon. a. 580. num. 24. rixatur cum filia Bertbegunde, a. 589. n. 7. obit, a. 590. n. 16.
Ingenui, qui ſe vendiderunt aut oppignerauerunt, reddito pretio redeunt ad ſtatum ſuæ conditionis, a. 615. num. 17. ad ſeruitutem non inclinandi, a. 625. n. 32.
Ingoberga vxor Chariberti R. a. 562. n. 28. a. 564. n. 1. obit, a. 589. n. 1.
Ingundis filia Sigiberti R. nubit Herminigildo, a. 580. n. 25. obit, a. 586. n. 3.
Iniurioſus fit Abb. Condateſcenſis, a. 631. num. 28.
Innocentius fit Ep. Rutenenſis, a. 584. n. 8. altercatur cum Vrſicino Ep. Cadurcenſi pro quibuſdam parochiis, a. 588. n. 11.
Inuentio SS. Mauræ & Brittæ, a. 573. num. 3. S Victoris, a. 602. n. 1. SS. Dionyſii & ſociorum, a. 630. nn. 12. *& ſeqq.*
Ioannes Ep. Auenionenſis, a. 585. n. 53.
Ioannes Epiſc. Conſtantienſis ad Rhenum, a. 614. n. 15. ordinat Diaconum Magnoaldum, a. 615. n. 1. ſepelit S. Gallum, a. 625. num. 5.
Ioannes Epiſc. Pictauienſis intereſt Concilio Ramenſi, a. 625. n. 51. obit, a. 626. n. 12.
Ioannes fit Ep. Traiectenſis, a. 623. n. 7. it Romam, *ibid.*
S. Ioannis Baptiſtæ in Gaelo Mon. conditum à S. Meuennio, a. 565. n. 9.
S. Ioannis Baptiſtæ Mon. prope muros Andegauenſes conditum à Licinio Ep. a. 605. num. 2.
Ionas arguitur, a. 585. n. 14.
Iſenardus ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56.
Iſerus Ep. Gabalitanus, a. 628. n. 11.
Itta vxor Pippini Ducis, a. 622. n. 5.
Iudæi in Aruernia conuerſi, a. 576. n. 14. non ſint Iudices aut telonarii inter Chriſtianos, a. 583. n. 26. à cœna Domini ad ſecundam feriam Paſchæ non vagentur, & Clericis honorem impendant, *ibid.* n. 28. quomodo conuertendi, a. 591. nn. 12. 13. non debent poſſidere mancipia Chriſtiana, a. 599. num. 5. a. 625. num. 26. publicam actionem ſuper Chriſtianos non exerceant, a. 614. n. 34. a. 625. n. 26. multi ex Hiſpania migrant in Franciam, a. 616. n. 7.
S. Iuliani Mon. Autiſſiodori, a. 586. n. 38. a. 623. n. 12. a. 625. n. 62.
Iunianus Abb. Mariacenſis obit, a. 587. n. 6.
Iuniores Eccleſiæ, qui, a. 578. n. 3. a. 586. n. 34. a. 614. n. 23.
Iurenſe Mon. à Rameleno fratre S. Donati conditum, a. 625. n. 65.
Iuſſanum ſeu S. Mariæ Mon. puellare Veſontione, a. 625. n. 65.
Iuſtinus Imp. a. 566. n. 53. obit, a. 579. n. 1.
Iuſtinus ſeu Iuſtus Epiſcop. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Iuſtus Ep. Aruernenſis quando ſedit, a. 615. num. 30.

Iuſtus Ep. Matiſconenſis, a. 574. n. 8.
Iuſtus Epiſc. Rhofenſis ex Anglia fugit in Franciam, a. 616. n. 8. reuocatur in Angliam, a. 617. n. 11.
Iuuauium, a. 580. nn. 26. 29.

K

KALENDÆ Ianuariæ, a. 566. nn. 33. 38. 39. a. 586. n. 16.
Kemperlegium, Mon. in Diœceſi Corentinopolitana, à quo conditum, a. 574. n. 24.

L

LAAAN Ep. Eluſanus, a. 573. n. 23. a. 585. nn. 51. 64.
Labyolus ſeu Laybolus vel Laiblinus aut Vbiolus ſiue Vbelinus Ep. Argentoratanſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Lambri prope Duacum, a. 575. n. 3.
Landulphus Ep. Sueſſionenſis, a. 589. n. 9.
Launomarus condit Mon. Curbionenſe, a. 563. n. 6. obit, a. 593. n. 2.
Laurentius Preſbyter, a. 601. n. 1. Archiepiſcopus Dorouernienſis, a. 616. n. 8. patriâ Francus, *ibid.*
Lauſcius ſeu Laſcinus Ep. Baiocenſis ſepelit S. Scubilionem, a. 563. n. 2.
Lauto Epiſc. Conſtantienſis ſepelit S. Paternum, a. 563. n. 2.
Lefaſtus Ep. Auguſtodunenſis, a. 600. n. 7.
Legati Childeberti R. interimuntur in Africa, a. 589. n. 18. interfectores mittuntur in Gallias, a. 590. n. 9.
Lenogiſilus naſcitur, a. 585. n. 68. baptizatur, a. 594. n. 7. fit Presbyter, a. 615. n. 30. it in Cenomaniam, a. 616. n. 1. Romam proficiſcitur & inde reliquias S. Petri defert, a. 618. n. 1. Martis templum deſtruit, *ibid.* calumniis appetitur, a. 619. n. 22. ſanat Dagobertum Clotarii R. filium, a. 620. n. 4. conſtruit Mon. Buxtacenſe, a. 625. num. 132.
Leobaldus, Lethbaldus, Lebardus Ep. Turonenſis, a. 622. n. 6. a. 624. n. 2.
Leobardus Columbani diſcipulus condit Mon. Cellenſe, a. 586. n. 42. obit, a. 618. n. 9.
Leobardus Ep. Namnetenſis, a. 625. n. 47.
Leobardus renuntiat ſeculo, a. 571. n. 4. tentatur à diabolo, a. 573. n. 10. prædicit mortem ſuam, a. 592. n. 6. obit, a. 593. n. 1.
Laodegarius naſcitur, a. 616. n. 3. it Pictanum, a. 626. n. 12.
Leodegunda mater Faræ, a. 614. nn. 2. 4.
Leodoualdus Ep. Abrincenſis quando ſedit, a. 625. n. 46.
Leonardus Abbas Vandoperæ obit, a. 565. n. 14. an Benedictinus, *ibid.*
Leonaſtes Archidiaconus Bituricenſis, a. 576. num. 18.
Leoniſius Ep. Moguntinus, a. 612. nn. 1. 5.
Leontius Ep. Burdigalenſis incurrit odium Chariberti R. a. 562. nn. 8. 9. conſtruit

multas Eccleſias, *ibid.* nn. 13. 14. 16. *& ſeqq.* excipit Machutem Aletenſem Epiſc. Sede pulſum, *ibid.* n. 15. obit, a. 567. n. 26.
Leontius Ep. Santonenſis intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 51.
Leopardinus fit Abb. Reomaenſis, transfértque corpus S. Ioannis Reomaenſis, a. 580. n. 8.
Leproſi alimenta & veſtimenta accipiant à ſuo Epiſcopo, a. 583. n. 9.
Lethardus Epiſc. Siluanectenſis in Angliam proficiſcitur cum Bertha ſiue Aldiberga Regina Cantii, a. 566. n. 50. a. 596. n. 15.
Leubouera Abbatiſſa Pictauienſis, a. 589. n. 11.
Leudaſtes Comes, a. 577. n. 1. a. 580. nn. 12. 13. venit Turonos, a. 583. num. 48. necatur Pariſiis, *ibid.* n. 50.
Leudebaudis Ep. Sagienſis, a. 566. n. 47. a. 573. n. 17.
Leudebertus Ep. Pariſienſis, a. 625. n. 48.
Leudefredus Dux Alemanniæ, a. 588. n. 7.
Leudegiſelus fit Ep. Remenſis, a. 631. n. 15.
Leudes, qui, a. 619. nn. 2. *& ſeqq.*
Leudonaldus Ep. Baiocenſis legatus mittitur ad Childebertum R. a. 581. n. 2. Eccleſias Rotomagi claudit poſt necem S. Prætextati, a. 586. n. 1.
Leuparius primus Abbas S. Vincentii Cenomani, a. 572. n. 7.
Leutmundus Ep. Sedunenſis, a. 611. n. 14. a. 616. n. 4.
Lewigildus R. Wiſigothorum Arianus vexat Catholicos, a. 580. n. 25. obit, a. 587. n. 3.
Liber ad ſeruitutem non inclinetur, a. 625. n. 32.
Liberti ab Epiſcopis defendendi, a. 614. n. 24. eorum cauſæ ab Epiſcopis iudicandæ, a. 585. n. 29.
Licerius Ep. Arelatenſis, a. 586. n. 7. a. 588. n. 4.
Licerius Ep. Bellonacenſis quo tempore ſedit, a. 631. n. 19.
Licinius commendatur Clotario R. a. 585. n. 69. regio ſtabulo præficitur, *ibid.* n. 71. fit Comes, deinde Dux Andeganenſis, a. 588. n. 14. Clericus, a 590. n. 35. Ep. Andeganenſis, a 592. n. 5. claret miraculis, a. 598. n. 3. conſtruit Eccleſias, *ibid.* obit, a. 605. n. 2.
Liercius Ep. Bellouacenſis quo tempore ſedit, a. 631. n. 19.
Liliola Abbatiſſa Arelatenſis excipit puellam Ruſticulam, a. 562. n. 30. Theodegildem. a. 567. n. 38. obit, a. 574. n. 7.
Limonicum Mon. in Diœceſi Viennenſi, a. 614. n. 41.
Litaniæ in prima hebdomada noni menſis vt ante Aſcenſionem Domini, a. 567. n. 10.
Liuarnis Martyr, a. 562. n. 39.
Longinus Ep. Viuarienſis, a. 588. n. 12.
Longobardi ſeu Langobardi genere Gothi, oriundi è Scandinauia, mutatis crebiò ſedibus irrumpunt in Italiam cum viginti millibus Saxonum, a. 569. nn. 1. *& ſeqq.* vincunt Gepidas, *ibid.* n. 13. quot annos ſub Ducibus fuerint, a. 574. n. 2. vincuntur à Francis, a. 571 n. 5. a. 574. n. 1. cedunt Francis Auguſtam Salaſſiorum, *ibid.* n. 2.
Lucerius Ep. Elotonenſis, a 573. n. 23. a. 585. n. 51.
Lucianus Ep. Viuarienſis, a. 588. n. 12.
Lucretius Ep. Deenſis, a. 567. n. 13. a. 573. n. 15.
Ludomerus Ep. Catalaunenſis, a. 580. n. 3. a. 584. n. 6.
Lugdunenſe Concilium II. a. 567. nn. 3. *& ſeqq.* III. a. 581. n. 1. IV. a. 583. nn. 3. *& ſeqq.*
Lugdunenſis Ep. ius habet conuocandi Synodum ex ditionibus Guntchramni Regis tertio quoque anno, a. 585. n. 42.
Lugdunum cur dictum Rhodanuſia & Araria, a. 596. n. 14.
Lupentius Martyr, a. 584. n. 5.
S. Lupi Mon. Trecis, a. 583. n. 44.
Lupoaldus Epiſc. Moguntinus, a. 612. n. 5. a. 625. n. 42.
Luppo Abb. S. Martini, Auguſtoduni, anno 600. n. 6. a 602. n. 22.
Lupus fit Ep. Senonenſis, a. 609. n. 11. ſpernit detractantes, a. 611. n. 16. ſtat à partibus Sigiberti R. a. 613. n. 4. exulat, a. 614. n. 18. reuocatur ab exilio, *ibid.* obit, anno 623. n. 15.
Lupus ſanat filium Clotarii R. a. 614. n. 42. fit Ep. Lemouicenſis, *ibid.* ſubſcribit fundationi Mon. Solemniacenſis, a. 631. n. 19. obit, a. 632. n. 10.
Luteua redit ad Wiſigothos, a. 562. n. 3.
Leuthwaldus Ep. Moguntinus, a. 612. n. 5.
Lutra Mon. a. 611. n. 11. ditatur à Clotario R. a. 613. n. 18.
Luxouium Mon. conditur, a. 590. n. 36. ſeminarium eſt Epiſcoporum, a. 619. n. 17.

M

MACHVTES ſeu Maclouius Epiſc. Aletenſis Sede pellitur, a. 562. n. 15. claret miraculis in Aquitania, a. 563. n. 4. cedit in Armoricam, a. 565. n. 7. reuerſus in Aquitaniam, moritur, *ibid.*
Maclianus Comes Britannorum, Epiſc. olim Venetenſis obit, a. 577. n. 48.
Macmetius ſeu Manetius Ep. Lauſannenſis, a. 596. n. 19.
Magdefledis prima Abbatiſſa Montis Sancti, a. 620. n. 2. obit, a. 622. n. 8.
Maglorius fit Ep. Dolenſis, a. 564. n. 2. dimittit Epiſcopatum, a. 567. n. 24. congregat Monachos, *ibid.* n. 25. obit, a. 574. n. 19.
Magnacharius Dux obit, a. 565. n. 2.
Magnebertus ſeu Magnobertus Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Magnentius fit Abb. Limonicus, a. 625. n. 1.
Magnericus Ep. Treuirenſis, a. 566. n. 61. a. 597. n. 8.
Magnoaldus *vide* Magnus.

Magnobodus, a. 598. n. 3. fit Ep. Andegauenſis, a. 606. n. 4. ſcribit vitam S. Maurilii, a. 616. n. 2. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. nn. 47. 64.
Magnulfus Epiſc. Toloſanus malè babetur à Gondobado, a. 585. nn. 3. 5. mittit ad Concilium Matiſconenſe II. *ibid.* n. 49.
Magnus Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Magnus ſeu Magnoaldus fit Monachus Luxonienſis a. 600. n. 5. comes aſſiduus S. Columbani, a. 610. n. 12 manet cum S. Gallo, a. 612. n. 10. fit Diaconus, a. 615. n. 1. it Bobium, *ibid.* malè habetur à violatoribus ſepulchri S. Galli, a. 628. n 21. adit Wicthertum Ep. Auguſtenſem, *ibid.* n. 25. conſtruit Eccleſiam, *ib.* n. 26. condit Mon. Faucenſe ſeu Fuſſenſe, a. 629. n. 10. fit Preſbyter, a. 630. n. 18.
Malulfus fit Ep. Siluanectenſis, a. 581. n. 14. curat funus Chilperici R. a. 584. n. 15. obit, *ibid.* n. 26.
Mannacenſe Mon. Autiſſiodori, a. 582. nn. 19. 21.
Manumiſſio triplex, per denarium, per chartam, per epiſtolam. a. 589. n. 4. eius formula, *ibid.* n. 3.
Manus publica, quid, a. 628. n. 16.
Mapinius Ep. Remenſis obit, a. 569. n. 17.
Maracharius Ep. Inculiſmenſis, a. 569. n. 28. a. 576. n. 22.
S. Marcelli Mon. Cabilone, a. 584. num. 22. quis ibi ordo pſallandi inſtitutus, a. 585. n. 43.
Marcellus fit Ep. Vcecienſis, a. 581. n. 6.
Marconeſa, a 562. n. 28. a. 564. n. 1.
Marcus Referendarius, a. 579. num. 3. obit, a. 583. n. 47.
B. Mariæ Mon. Auguſtoduni, a. 600. n. 6. eius Priuilegia, a. 602. n. 7.
B. Mariæ Mon. Cadurci, a. 632. n. 4.
B. Mariæ Mon. Cenomani, a. 572. n. 7.
B. Mariæ Virginis inuocatio & interceſſio, a. 601. n. 23.
S. Mariani Mon. Autiſſiodori, a. 582. n. 19. a. 586. n. 38.
Marius Ep. Auenticenſis, a. 576. n. 24. a. 581. n. 1. intereſt Concilio Matiſconenſi II. a. 585. n. 48. obit, a. 596. n. 19.
Maroueus Ep. Pictauienſis, a. 568. n. 6. a. 587. n. 4. a. 589. nn. 7. 12. a. 590. nn. 18. 19. obit, a. 592. n. 3.
S. Martialis Mon. puellare Pariſiis, a. 632. n. 11.
Martianus Ep. Tarantaſienſis, a. 583. n. 38. a. 585. nn. 11. 54.
S. Martini Mon. Auguſtoduni, a. 600. n. 6. eius Priuilegia, a. 602. n. 7.
S. Martini Mon. Autiſſiodori, a. 623. n. 12.
S. Martini Mon. Treuiris, a. 597. n. 8.
S. Martinus claret miraculis, a. 563. n. 5. a. 569. n. 24. a. 574. nn. 5. 17. a 577. n. 45. a. 589. n. 7. a. 591. n. 7. a. 592. n. 4. a. 593. n. 8. a. 594. n. 2.
Martinus Vertauum aliáque condit Monaſteria, a. 565. n. 12. an Benedictinus, *ibid.* n. 13.
Maternus ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56.
Matiſconenſe Concilium I. a. 583. nn. 1. *& ſeqq.* II. a. 585. nn. 20. *& ſeqq.* III. a. 623. nn. 20. *& ſeqq.*
Matrimonium. Nullus ſacratam Deo virginem aut viduam rapiat, vel puellam accipiat abſque parentum voluntate, a. 566. n. 36. ex Epiſcoporum conſilio vota nuptialia differuntur ad auertendam calamitatem imminentem, a. 567. n. 40. viduæ Clericorum non ineant ſecunda matrimonia, a. 585. num 38 ne quis ducat relictam fratris, a. 586. n. 27. relictam patrui, in religionis habitu dedicatam, a. 614. n. 33. ſororem vxoris, priuignam, conſobrinam, ſobrinam, a 586. n. 27. a 614. n. 33.
Matutinum quomodo celebrandum, a. 590. nn. 43. *& ſeqq.*
S. Mauræ Inuentio, a. 573. n. 3.
Maurilio Ep. Cadurcenſis obit, a. 580. n. 4.
Maurus abdicat ſe Præfectura Mon Glannafolienſis, a. 601. n. 39. obit, a. 604. n. 1.
S. Maximiliani Eccleſia in Boioaria conſtruitur ac dotatur, a. 581. nn. 15. 16.
Maximinus Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Maximus Ep. Aueniouenſis, a. 618. n. 5.
Maximus Ep. Valentinus, a. 567. n. 12.
Maximus naſcitur, a. 583. n. 52. literis eruditur, a. 590. n. 28. docet Grammaticam, a. 600. n. 8. relicta ſponſa fugit Viennam, a. 614. n 41. fit Abb. Limonicus, a. 624. n. 11. occiditur, a. 625. n. 1.
Maximus ſeu Maximinus vltimus Epiſc. Vindoniſſenſis & primus Conſtantienſis quando ſedit, a. 614. n. 13.
S. Medardi Baſilica perficitur, a. 562. n. 38. an Priuilegium ei conceſſum à Ioanne III. PP. *ibid.* n. 50. an à Gregorio I. a. 593. nn. 12. 13.
S. Medardi Mon. Cameraci, a. 619. n. 21.
Medegiſilus Abb. S. Remigii in ſuburbio Senonenſi, a. 614. n. 18,
Medium Monaſterium in ciuitate Bituricenſi, a. 631. n. 25
Melanius Ep. Viuarienſis, a. 588. n. 12.
Melanius pulſo Prætextato fit Ep. Rotomagenſis, a. 777. n. 10. reſtituto Prætextato pellitur, a. 584. n. 28. iterum inſtituitur poſt mortem Prætextati, a. 586. n. 1. obit, a. 598. n. 2.
Mellitus Abb. in Angliam iturus commendatur Regibus & Epiſcopis Francorum, an. 601. n. 1. Londonienſis Epiſc. a. 616. n. 8. fugit in Franciam, *ibid.* reuocatur in Angliam, a. 617. n, 11.
Melmon Ep. Aletenſis, a. 565. n. 8.
Menas Ep. Italus, a. 599. n. 23.
Mennas Ep. Toloſanus, a. 601. n. 1. a. 602. n. 9.
Mercatrudis vxor Guntchramni R. a. 562. n. 29. a. 564. n. 1. obit, a. 565. n. 2.

Mererius, *vide* Maracharius
Metofledis, a. 562. n. 28. a. 564. n. 1.
Meroueus filius Chilperici R. rebellat, ducit Brunichildem, tondetur, fit Presbyter, expetit Ecclesiam S. Martini, a. 576. n. 2. inde fugit in Austrasiam, a. 577. n. 4. obit, *ibid.* n. 43. ſepelitur, a. 585. n. 16.
Meroueus filius Clotarii R. puer in bello capitur, a. 604. n. 7.
Meroueus filius Theodoberti R. a. 612. n. 8.
Meroueus filius Theodorici R. a. 613. nn. 2. 4. 5.
Metenſe Concilium, a. 590. nn. 24. 25.
Metropolitani dicti Patriarchæ, a. 585. n. 60.
Metropolitanorum duo genera, a. 585. n. 61.
Meuennius Abb. a. 565. n. 9. duo conſtruit Monaſteria, *ibid.*
Mietius Epiſc. Lingonenſis, a. 609. n. 9. obit, a. 617 n. 17.
Miſſa vetus Gallica, a. 601. nn. 20. *& ſeqq.* ex ea colliguntur multa contra recentes hæreticos, *ibid.*
Miſſæ Matutinæ, Veſpertinæ, Quadrageſimales, a. 585. n. 22. non celebrentur niſi à ieiunis hominibus, a. 585. n. 28. a. 586. n. 23. in vna die duæ Miſſæ ſuper vno altari non dicendæ, a. 586. n. 15. in altari, vbi Epiſcopus Miſſas dixit, Presbyter illa die Miſſas non dicat, *ibid.* Miſſa pro iis, qui mortem ſibi conſciſcunt, non celebranda, *ibid.* n. 21. oratio pro viuis & mortuis in Miſſa, a. 601 n. 27.
Modegiſilus Ep. Trecenſis, a. 623. n. 13.
Modegiſilus fit Ep. Turonenſis, a. 624. n. 2. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 47. ſubſcribit fundationi Mon. Solemniacenſis, a. 631. n. 19.
Modoaldus Ep. Lingonenſis, a. 617. n. 10. a. 625. n. 45.
Modoaldus Ep. Treuirenſis, a. 622. num. 5. a. 625. n. 42.
Momulus Ep. Mariſconenſis, a. 623. n. 19.
Monachus non habeat peculiarem cellulam, a. 566 n. 30. a. 615. n. 8. nec familiaritatem extranearum mulierum, a. 566. n. 31. nec filios de baptiſmo, a. 586. num. 26. nec quidquam peculiare, a. 615. n. 8. quibus temporibus teneatur ieiunare, a. 566. n. 33. ad nuptias non eat, a. 586. num. 26. vagus quomodo puniendus, a. 614. n. 31.
Monaſterium. Intra ſepta Monaſterii nec baptiſmus conferatur, nec Miſſæ defunctorum ſecularium celebrentur, nec ſæcularium corpora ſepeliantur, a. 615. n. 9.
Mondericus Ep. Tornodorenſe Caſtrum vt Archipresbyter regit, pellitúrque in exilium à Guntchramno R. a. 566. num. 2. tranſit ad regnum Sigiberti, fitque Ep. Ariſidienſis, a 569. n. 27. claret miraculis, a. 581. n. 6.
Monialis non redeat ad illecebras ſeculi, a. 583. num. 25. vaga quomodo punienda, a. 614. n. 31. nec Clericus nec ſecularis Monaſterium puellarum ingrediatur, a. 583. n. 15.
Monon Diaconus it Romam, a. 625. n. 7. reuerſus in Galliam condit ædiculam in Ardnenna ſylua, a. 624. n. 15.
Mons Falconis Mon a. 627. n. 4.
Mons Nonnarum Mon. a. 583. n. 54.
Mons Sanctus ſeu Mons Romarici Mon. a. 620. n. 2.
Monulfus Epiſc. Traiectenſis dedicat Templum S. Seruatii, a. 562. num. 49. pia eius opera, a. 589. n 20. obitus, *ibid.*
Moſſiacum Mon. quando conditum, a. 652. num. 6.
Mulierem hominem non poſſe vocitari qui dixerit Epiſcopus, damnatur, a. 585. n. 20.
Mummolus Abb. Reomaenſis, a. 572. n. 6. fit Ep. Lingonenſis, a. 580. n. 7. intereſt Concilio Matiſconenſi I. a. 583. n. 34. II. a. 585. n. 44.
Mummolus vincit Saxones, a. 572. n. 1. Longobardos, a. 574. n. 1. Deſiderium, a. 576. n. 2. iungit ſe Gundobaldo, a. 585. num. 3. necatur, *ibid.* n. 7.

N

NAMATIVS Ep. Aurelianenſis, a. 583. n. 35. a. 585. n. 47. a. 587. n. 21.
Namatius Epiſc. Inculiſmenſis, a. 625. n. 51.
Nanthildis nubit Dagoberto R. a 628. n. 14. an Monialis, *ibid.*
Nantinus Comes Inculiſmenſis, a. 577. n. 46. a. 578. n. 4. a. 579 n. 7. obit, a 580. n. 2.
Nariſei, a. 580. nn 28. 32.
Nectaria mater Deſiderii Ep. Antiſſiodorenſis, a. 615. n. 6.
Neophyti non ſunt ordinandi Epiſcopi, a. 599. n. 5.
Neſtoriani hæretici, a. 566. n. 55.
Nicaſius Ep. Inculiſmenſis, a. 580 n. 2. increpatur Aureliæ à Guntchramno R. a. 585. n. 14. intereſt Concilio Matiſconenſi II. *ibid.* n. 50. ſedare conatur tumultus Mon. Pictanienſis, a. 589. n. 12. a. 590. nn. 18. 19.
Nicerius Ep. Aquenſis in Nouempopulania, a. 585. n. 20.
Nicetius Ep Lugdunenſis intereſt Concilio Lugdunenſi II. a. 567. n. 14. obit, a. 573. n 2. an auunculus matris Gregorii Epiſc. Turonenſis, a. 574. nn. 13. *& ſeqq.*
Nicetius Ep. Treuirenſis reuocatur ab exilio, a. 562. n. 37. ſcribit Chlotſindæ Reginæ Longobardorum pro conuerſione Alboini R. a. 563. nn. 7. *& ſeqq.* Iuſtiniano Imp. lapſo in hæreſim, a. 566. nn. 54. *& ſeqq.* obit, *ibid.* n. 60.
Nicetius Ep. Veſontionenſis excipit Columbanum Abb. Luxouienſem, a. 609. num. 8. a. 610. n. 2.
Nigualdus Abb. S. Iuliani, Autiſſiodori, a. 623. n. 12.
Niuernum. Iuxta illud oppidum conditur Mon. a. 631. n. 24.
Nonnarum Mons Mon. a. 583. n. 54.
Nonnichius fit Ep. Namnetenſis, a. 583. n. 2.

laceſſitur ab Anneſtio, a. 587. n. 1. adit Baſilicam S. Martini, a. 591. n. 7.
Noricum quos habuit limites, a. 569. n. 10.
Nouiacus Mon. Illuc referuntur reliquiæ SS. Vincentii, Orontii & Victoris, MM. a. 562. n. 33.
Numerianus cum fratre proficiſcitur ad Monaſt. Romarici, a. 638. n. 39.
Numitius Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 631. n. 19.

O

OBLATIO altaris quomodo facienda, a. 585. n. 26. a. 586. n. 13.
Ocmadulus Ep. Aletenſis, a. 565. n. 8.
Odofredus Ep. Carpentoractenſis, a. 590. n. 33.
Ogia Inſula, eius ſitus ac Monaſterium, anno 609. n. 13.
Olympius Abb. Condateſcenſis obit, a. 575. n. 11.
Optatus Ep. Antipolitanus, a. 573. num. 25. a. 585. n. 56.
Oreſtes Epiſc. Vaſatenſis intereſt ordinationi Fauſtiani Ep. Aquenſis in Nouempopulania, a. 585. n. 4. Concilio Matiſconenſi II. ibid. n. 51.
Othmarus, a. 628. n. 21.
Othocarus Ep. Patauienſis, a. 628. n. 27.

P

PADVINVS primus Abb. S. Mariæ, Cenomani, a. 572. n. 7.
Palatium ſeu S. Pauli Mon. prope Veſontionem, a. 625. n. 65.
Palladius Aruernus, a. 567. n. 2.
Palladius in exilium mittitur, a. 626. n. 3.
Palladius Abb. S. Germani, Antiſſiodori, a. 623. n. 12. fit Ep. Autiſſiodorenſis, a. 624. n. 1. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 48. varia conſtruit Monaſteria, ibid. n. 62.
Palladius Ep. Santonenſis transfert corpus S. Eutropii, a. 567. n. 32. a. 589. n. 8. intereſt Concilio Pariſienſi IV. a. 573. num. 22. Matiſconenſi II. a. 585. n. 50. ordinat Fauſtianum Ep. Aquenſem in Nouempopulania, ibid. n. 4. increpatur Aureliæ à Guntchramno R. ibid. n. 14. accuſatur proditionis, a. 587. n. 1. reliquias accipit à Gregorio PP. a. 596. n. 7.
Pallium. An Gallicanum diſtinctum à Romano, a. 583. n. 19. conceditur Siagrio Ep. Auguſtodunenſi ſine Vicariatu Sedis Apoſtolicæ, a. 599. nn. 15. & ſeqq. ex conſenſu Imperatoris, ibid. n. 19.
Pannonia quos habuit limites, a. 569. n. 12.
Papa pro Epiſcopo, a. 601. n. 31.
Papio Ep. Catalaunenſis, a. 580. n. 3.
Pappolus fit Ep. Lingonenſis, a. 572. n. 4. intereſt Concilio Pariſienſi, a. 573. num. 16. obit, a. 580. n. 7.
Pappolus fit Ep. Metenſis, a. 607. n. 19. obit, a. 610. n. 14. conſtruit Mon. S. Symphoriani, ibid.
Pappolus ſeu Pappulus Ep. Carnotenſis, an. 567. n. 34. queritur de Promoto facto Ep. Dunenſi, an. 573. n. 26. intereſt Concilio Matiſconenſi II. a. 585. n. 47. obit, a. 594. n. 11.
Pappus Ep. Aptenſis, a. 583. n. 41. a. 585. nn. 21. 56.
Pariſienſe Concilium IV. anno 573. nn. 12. & ſeqq. V. a. 577. nn. 8. & ſeqq. VI. a. 624. nn. 19. & ſeqq.
Parthenius Ep. Gabalitanus, a. 567. n. 2.
Paſcentius Abb. S. Hilarii fit Ep. Pictauienſis, a. 564. n. 4.
Paſcha. Contentio de die quo celebrandum, a. 576. n. 44. a. 590. n. 22. quomodo celebrandum, a. 585. n. 24.
Paternus Ep. Abrincenſis obit, a. 563. n. 2.
Patricius Ep. a. 602. n. 1.
Patroclus Preſbyter, a. 571. n. 2. obit, a. 576. n. 12.
Paulinus Ep. Auſcienſis, a. 585. n. 64.
Paulus Ep. Leonenſis abdicat iterum Epiſcopatum, a. 566. n. 51. obit, a. 590. nn. 29. 30.
Paulus Monachus Theologienſis, a. 623. n. 9. erudit Grimonem, ibid. fit Ep. Virodunenſis, a. 631. nn. 11. 12.
Pauperes in ſuis ciuitatibus alendi, a. 566. n. 31.
Pebecontus Ep. Lexobienſis, a. 574. n. 22. a. 594. n. 12.
Pelagius ſeu Paladius Ep. Turonenſis, a. 595. n. 34. a. 602. n. 25.
Pentecoſte an dies legitimus baptiſmi, a. 585. n. 25.
Periuri quomodo puniendi, a. 583. n. 30.
Perpetuus Ep. Traiectenſis, a. 596. num. 16. a. 609. n. 14.
S. Petri depoſitio & vtraque Cathedra celebres VIII. Kal. Mart. a. 566. n. 40.
S. Petri Mon. Autiſſiodori, a. 586. n. 38.
S. Petri Mon. Cabilone inſtauratum, a. 601. n. 38.
S. Petri Mon. Remis puellare, a. 593. n. 14.
S. Petri Mon. Remis puellare ſuperius, anno 627. n. 6.
S. Petri Mon. Salisburgi, a. 580. n. 26. a. 633. n. 2.
S. Petri Viui Mon. a. 564. n. 36.
Petrus Diaconus Lingonenſis frater Gregorii Ep. Turonenſis necatur, a. 574. nn. 8. 9. auctor cædis punitur, a. 577. n. 47.
Petrus Ep. Carpentoractenſis, a. 630. n. 20.
Petrus Ep. Metenſis obit, a. 578. n. 8.
Philippus Ep. Viennenſis, a. 567. n. 12. a. 573. n. 14.
Philo fit Ep. Lanteacenſis, a. 615. n. 31.
Photinus Hæreſiarcha, a. 617. n. 3.
Pictauienſe Mon. tumultu percellitur, a. 586. n. 41.
Pictauienſes à Guntchramno R. deficientes vi continentur in officio, a. 585. n. 2.

Piencus Epiſc Aquenſis Metropolitanus, a. 581. n. 11. a. 585. n. 56.
Pientius Ep. Pictauienſis obit, a. 564. n. 4.
Pippinus, a. 613. n. 4. a. 622. n. 2.
Placidina, a. 562. nn. 24. *& ſeqq.* a. 567. n. 28. duæ diſtinguuntur Placidinæ, a. 567. nn. 29. 30.
Plato Archidiaconus Turonenſis fit Ep. Pictauienſis, a. 592. n. 3. obit, a. 599. n. 28.
Pœnitentiale S. Columbani, a. 590. nn. 58. *& ſeqq.*
Polemius Ep. Aginnenſis, a. 573. n. 22.
Polemius Ep. Auſcienſis, a. 585. 64.
Pologronius Epiſcop. Sigeſtaricenſis, a. 585. nn. 11. 56.
Præceptum Clodouei R. pro Mon. S. Petri Senonenſ. refellitur, a. 564. nn. 37. 38. Præceptum Regium de Clericatu, a. 625. n. 21. Præceptum Dagoberti R. pro eligendo Ep. Caduicenſi, a. 629. n. 3.
Præſtaria, quid, a. 564. n. 43.
Prætextatus Epiſc. Rotomagenſis dolo circumuentus pellitur in exilium, a. 577. nn. 8. *& ſeqq.* reuocatur, a. 584. num. 27. orationes à ſe compoſitas recitat in Synodo Matiſconenſi II. a. 585. n. 20. necatur, a. 586. n. 1.
Precaria, quid, a. 564. n. 43.
Precia filia S Goerici, a. 611. n. 6.
Presbyter cum ſua Presbytera non maneat, a. 566. n. 35. veniat ad Synodum, a. 586. n. 12. inter epulas nec cantet nec ſaltet, *ibid.* n. 31. neminem accuſet, *ibid.* n. 32.
Primatus Arelatenſis, a. 595. nn. 3. 4. a. 599. nn. 7. *& ſeqq.* a 604. nn. 4. *& ſeqq.*
Priſcus fit Ep. Lugdunenſis, a. 573. n. 2. intereſt multis Conciliis, *ibid.* n. 16. a. 583. n. 34. a. 585. nn. 11. 44. vbi ſepultus, a. 589. num. 14.
Priſcus Iudæus non vult baptizari, a. 581. n. 2. occiditur, a. 582. n. 5.
S Priuati Mon. a. 584. n. 5.
Priuilegium pro Mon. S. Vincentii prope Pariſios examinatur, a. 566. nn. 10. *& ſeqq.* pro Xenodochio Auguſtodunenſi, a. 602. nn. 13. *& ſeqq.* pro Mon. S. Mariæ Auguſtodun. *ibid.* num. 22. pro Mon. Luxenſi, a 613. n. 18.
Probianus Ep. Bituricenſis quot annis ſedit, a. 567. n. 22. obit, a. 568. n. 4.
Procopii textus de Inſulis Britannia & Brittia examinatur, a. 564 nn. 9. *& ſeqq.*
Promotus Ep. Dunenſis, a. 567. n. 34 damnatur in Concilio Pariſienſi IV. a. 573. nn. 26. *& ſeqq.* amonetur, a. 576. n. 23. poſt mortem Chilperici R. fruſtrà accedit ad Guntchramnum R. a. 584. n. 29. intereſt Concilio Matiſconenſi II. a. 585. n 57.
Promotus Ep. Glannatenſis, a. 573. n. 24.
Protadius, a. 604. n. 7. occiditur, a. 605 n. 1.
Protadius Ep. Veſontionenſis ſcribit librum Rituum, a. 620. n. 5.
Protaſius Epiſc. Aquenſis Metropolitanus, a. 596. n. 8.
Pſallendi ordo Monachis præſcriptus, a. 566. num. 34.
Pſeudopropheta, a. 591. n. 9
Puellæ, quæ abiecto Religionis habitu nubunt, quomodo puniendæ, a. 614. n. 32. a. 625. n. 38.
Pupillorum cauſæ quomodo iudicandæ, a. 585. n. 34.

Q

QVADRAGESIMÆ initium annuntiandum in Epiphania, a. 586. n. 17.
Quinidius Ep. Vaſionenſis, a. 573. n. 15.

R

RACHNACARIVS Ep. Auguſtodunenſis quando ſedit, a. 619. n. 17.
Radegundis à Iuſtino Imp. petit lignum S. Crucis, a. 568. n. 6. obtinet, a. 569. n. 19. it Arelatem ſuſcipitque Regulam S Cæſarii laudatam à Patribus Concilii Turonenſis, a. 570. nn. 3. 4. obit, a. 587. n. 4. eius Teſtamentum, *ibid.* n. 5.
Rado fit Maiordomûs in Auſtria, a. 613. num. 17.
Ragnebertus Ep. Baiocenſis, a. 625. n. 46.
Ragnegiſilus Ep. Trecenſis, a. 631. n. 17.
Ragnemodus Epiſc. Pariſienſis, a. 576. n. 10. a. 585. n. 47. a. 591. n. 5.
Ragnoaldus Ep. Valentinus, a. 583. n. 40. a. 585. nn. 11. 52.
Ragnobertus fit Abb. Curbionenſis, a. 593. num. 3.
Ramelenus frater S. Donati, a. 590. n. 37.
Raptus quomodo punitus, a. 595. n. 7.
Ratharius à Deo punitur ob moleſtiam illatam Theodoro Ep. Maſſilienſi, a. 585. n. 17.
Ratharius ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56.
Ratiſpona vnde dicta, a. 580. n. 28.
Rauchingus admodum crudelis, a. 587. n. 12. necatur, *ibid.* eius vxor confugit in Eccleſiam, *ibid.* n. 13.
Rauracus Ep. Niuernenſis ſepelit Auſtregiſilum Ep. Bituricenſem, a. 624. n. 5.
Rebellis, quis, a. 595. n. 19.
Regalis Ep. Venetenſis, a. 590. n. 12.
Regula S. Cæſarii laudatur, a. 570. n. 4. Regula S. Columbani, a. 590. nn. 38. *& ſeqq.* Regula S. Donati, a. 625. nn. 66. *& ſeqq.*
Remaclus. a. 612 nn. 16. 17. Procurator Regii ſcrinii, a. 624. n. 9. fit primus Abb. Solemniacenſis, a. 631. n. 23.
Remedius ſeu Remigius Ep. Bituricenſis, a. 583. n. 37. obit, a. 584. n. 9.
Remedius Epiſc. Colonienſis, a. 612. num. 6. a. 623 n. 8.
Remenſe Concilium, a. 625 nn. 14. *& ſeqq.*
Repudii libellus, a. 618. n. 5.
Reſpecta Abbatiſſa Mon. S. Caſſiani, Maſſiliæ, a. 596. n. 11.
Rhætia, a 580. n. 28. a. 610 n. 11.
Rhodanus Dux Longobardorum, a. 574. num. 1.

Ribertus Ep Bellouacenſis quando ſedit, a. 631. n. 19.
Richaredus R. wiſigothorum mittit Legatos ad RR. Franc. a. 587. n. 3.
Richarius à Caidoco & Fricorœo eruditur, a. 629. n. 11. profectus in Britanniam, ſeruos ſuos manumittit, a. 638. n. 18.
Richerius Ep. Senonenſis, a. 623. n. 15. a. 625. n. 48.
Richimarus Abb. S. Benigni, a. 632. n. 24.
Ricomerus Ep. Aurelianenſis, a. 573. n. 19.
Rictrudis nubit Adalbaldo, a. 632. n. 18.
Rigunthis filia Chilperici R. profectionem in Hiſpaniam ad Richaredum ſponſum ſuſcipit, a. 584. n. 15. audita patris morte reſidet Toloſæ, *ibid.* n. 24.
Ritzerdus R. Friſiorum, a. 621. n. 5.
Robertus Epiſc. Laudunenſis quando ſedit, a. 625. n. 58.
Robertus Ep. Leaoblenſis, a. 594. num. 18. a 625. n. 135.
Roccolenus, a. 575. n 9. obit, a. 576. n. 8.
Rodomarus Ep. Bellonacenſis quando ſedit, a. 631. n. 19.
Rodobaldus ſiue Rathboldus Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Rodobertus Ep. Sagienſis, a. 596. n. 17.
Romacharius Ep. Conſtantienſis intereſt dedicationi Eccleſiæ Nannetenſis, a. 568. n. 22. funeri S. Prætextati, a. 586. n. t.
Romanus Ep. Autiſſiodorenſis obit, a. 564. n. 3.
Romanus fit Ep. Rotomagenſis, a. 626. n. 13.
Romanus Pontifex per exochen dicitur Papa, a. 562. n. 12.
Romanus, quis, a. 595. n. 17.
Romaricus, a. 611. n. 5. a. 613. n. 4. fit Monachus Luxouienſis, a. 617. num. 5. condit Mon. puellarum, a. 620. n. 2. decipitur ab Agreſtino, a. 623. n. 33. reſipiſcit, a. 624. n. 10.
Romulfus fit Ep. Remenſis, a. 590. n. 24. auget facultates ſuæ Eccleſiæ, *ibid.* num. 26. obit, a. 593. n. 14.
Romulfus pater S. Romarici, a. 612. n. 4.
Rudelo ſeu Rudolphus Epiſc. Conſtantienſis ad Rhenum quando ſedit, a. 614. n. 13.
Rudhelmus ſeu Rudelinus, a. 612. n. 5.
Rufinus Ep. Conuenarum, a. 585. n. 51.
Rupertus ſeu Rutbertus Epiſc. wormatienſis pellitur, a. 577. num. 51. it in Boioariam, a. 579. n. 9. baptizat Theodonem Ducem Boioariorum, *ibid.* n. 10. fundat Eccleſiam Salisburgienſem, a. 580. n. 26. conſtruit Eccleſiam S. Maximiliani, a. 581. nn. 15. 16. proficiſcitur in Hiberniam, a. 582. n. 16. redit in Boioariam, a. 583. n. 53. conſtruit Mon. puellare Salisburgii, *ibid.* obit, an. 623. n. t. fuit Metropolita Boioariæ, *ibid.* n. 3.
Ruſticula puella quinquennis rapitur, a. 561. n. 5. introducitur in Monaſt. Arelatenſe, a. 562. n. 30. fit Abbatiſſa, a. 574. num. 7. falsò accuſatur apud Clotarium II. Reg. & ab eodem dimittitur cum honore, anno 618. n. 5. obit, a. 632. n. 15.
Ruſticus, a. 614. n. 38. fit Archidiaconus Rutenenſis, & Abbas Palatinus, a. 617. nn. 6. 7. Epiſc. Cadurcenſis, a. 621. n. 3. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 50. necatur, a. 628. n. 18.
Ruſticus Ep. a. 602. n. t.
Ruſticus Ep. Vicoiulienſis, a. 585. n. 52.
Ruſticus Ep. Viuarienſis, a. 588. n. 12.
Rwelinus Ep. Lexobienſis obit, a. 574. n. 22.

S

SANDREGISILVS an deturpatus à Dagoberto, a. 619. n. 15.
Saffarius Epiſc. Petragoricenſis, a. 589. n. 12. laborat pro ſedando ſcandalo Mon. Pictauienſis, a. 590. nn. 18. 19.
Saffiacenſe Mon. Autiſſiodori, a 582. n. 19.
Sagittarius Ep. Vapincenſis an damnatus in Concilio Lugdunenſi II. a. 567. n. 18. intereſt Pariſienſi IV. a. 573. n. 25. deponitur in Cabilonenſi I. a. 579. num. 2. iungit ſe Gundobado, a. 585. num. 3. necatur, *ibid.* n. 7.
Sagium. In Diœceſi Sagienſi Monaſt. conditum à S. Cerenico, a. 565. n. 15.
Salaberga cæca viſum recuperat, a. 618. n. 3. nubit Richramno, a. 627. n. 19. Blandino-Baſoni, a. 629. n. 12.
Salapus ſeu Salappius Epiſc. Nemnetenſis, a. 631. n. 19.
Salicis Mon. a. 568. n. 20.
Salicus, quis, a. 595. n. 17.
Saliſburgienſis Eccleſia fundatur, a. 580. n. 26.
Salomon Epiſc. Corentinopolitanus, a. 574. n. 24.
Salonius Ep. Ebredunenſis an damnatus in Concilio Lugdunenſi II. a. 567. n. 18. intereſt Pariſienſi IV. a. 573. n. 24. deponitur in Cabilonenſi I. a. 579. n. 2.
Salonius Ep. Genauenſis, a. 567. n. 12. a. 573. n. 14.
Saluius, a. 614. n. 38. obit, a. 617. n. 6.
Saluius Ep. Albigenſis diſputat cum Chilperico R. lapſo in Sabellianiſmum, a. 580. n. 16. noſcit futura, *ib.* n. 17. obit, a. 585. n. 65. diſtinguitur ab aliis eiuſdem nominis, *ibid.*
Samo primus R. Slauorum, a. 623. n. 34. bellum infert Thoringis, a. 631. n. 2.
Samſon Abbas Limonicus ſeu S. Ioannis, a. 614. n. 41. a. 624. n. 11.
Samſon Ep. Dolenſis obit, a. 564. n. 2.
Samſon filius Chilperici R. naſcitur, a. 575. n. 4. obit, a. 577. n. 43.
Sanctinus Epiſc. Siluanectenſis, a. 566. n. 50. a. 581. n. 14.
Sanctorum inuocatio & interceſſio, a. 601. n. 23.
Santonenſe Concilium, a. 562. nn. 8. 9.
Sapaudus Ep. Arelatenſis, a. 562. n. 30. fidus Guntchramno R. a. 566. n. 2. intereſt Concilio Pariſienſi IV. a. 573. n. 15. Valentino,

a. 585. n. 11. mittit ad Matiſconenſe II. *ib.* n. 53. obit, a. 586. n. 7.
Sapientius Abb. Condateſcenſis, a. 575. n. 11. a. 592. n. 7.
Saturninus Ep. Vanetenſis quando ſedit, a. 618. n. 10.
Sauinus Ep. Benarnenſis, a. 585. n. 51.
Saxones. Variæ eorum ſedes in Germania, a. 569. n. 13. proficiſcuntur in Italiam cum Longobardis, *ibid.* vincuntur à Francis in Gallia, a. 572. n. 1. redeunt in Germaniam, a. 573. n. 1. tributi, quod Francis pendere conſueuerant, relaxationem obtinent à Dagoberto R. a. 631. n. 2.
Scrutinia ſeptem ante baptiſmum fieri ſolita, a. 585. n. 25.
Scubilio fit Abb. S. Vincentii, a. 581. n. 3.
Scubilio moritur, a. 563. n. 2.
Sebaudus Ep. Treuirenſis, a. 618. n. 8. a. 622. n. 5.
Secundellus Diaconus, a. 577. n. 50.
Secundinus fit Ep. Lugdunenſis, a. 602. n. 23.
Securitas pro homicidio; eius formula, a. 582. n. 6.
Sedelenba ſoror S. Clotildis, a. 602. n. 1.
Seguſienſes Parochiæ repetuntur ab Vrſicino Ep. Taurinenſi, a. 599 n. 25.
Senator, *vide* Sinerius.
Senator Presbyter & Abbas præeſt Xenodochio Auguſtodunenſi, a. 600. n. 6.
Senior pro Archipresbytero, a. 601. n. 31.
Senoch Diaconus, a. 566. n. 48. a. 573. n. 9. obit, a. 576. n. 11.
Senochus Ep. Eluſanus intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 52. mittitur in exilium, a. 626. n. 3.
Septimina enutrit liberos Childeberti II. R. a. 589. n. 10.
Sepulchrum Metis violatum, a. 585. num. 63. item ſepulchrum S. Galli, a. 628 n. 21.
Sepultura, a. 586. nn. 17. 19.
Sequeſtratio, quid, a. 614. n. 28.
Serenus Ep. Maſſilienſis, a. 596. nn. 12. 14. redarguitur à Gregorio PP. a. 600. nn. 10. *& ſeqq*
Seuerinus fit Ep. Treuirenſis, a. 597. n. 11.
Sichildis nubit Clotario R. a. 619. n. 6.
Sidonius Ep. Moguntinus conſtruit Baptiſterium, a. 562. n. 43.
Sigbertus frater Regis Orientalium Anglorum fit Chriſtianus in Francia, a. 621. n. 21. regnum obtinet, a. 631. n. 31.
Sigelaicus Ep Turonenſis, a. 619. num. 18. a. 622. n. 6.
Sigibertus Ep. Moguntinus, a 589. n. 6.
Sigibertus I. paternum regnum cum fratribus ſuis diuidit, a. 561. n. 3. extruit Baſilicam S. Medardi, a. 562. num. 38. profligat Hunnos, *ibid.* n. 39. pacem cum illis init, a. 568. n. 3. impetitur à Chilperico fratre, a. 564. n. 1. a. 567. n. 40. a. 573. n. 32. comburit vicos Pariſienſes, a. 574. num 5. eius mors, a. 575. nn. 1. 2. vxor & liberi, *ibid.* n. 7.
Sigibertus filius Dagoberti Regis naſcitur Clippiaci, & baptizatur Aureliæ, a. 630. n. 1.
Sigirannus, a. 619. nn. 18. *& ſeqq.* fit Clericus, deinde Archidiaconus, a. 624. n. 3.
Silueſter Abb. Reomaenſis, a. 572. n. 6.
Silueſter eligitur Ep. Lingonenſis, obitque nondum ordinatus, a. 572. n. 4.
Silueſter Ep. Veſontionenſis, a. 573. num. 20. a. 583. n. 36. a. 585. n. 48.
Siluia, a. 614. n. 38.
Simoniaca hæreſis, a. 595. n. 24. a. 601. n. 2. Simoniaci non ſunt ordinandi Epiſcopi, a. 599. n. 5.
Simplicius Ep. Lemouicenſis, a. 632. n. 10.
Simplicius Ep. Pariſienſis, a. 591. n. 5. a. 601. n. 38.
Sinerius ſeu Senator fit Epiſc. Abrincenſis, a. 563. n. 3.
Sirudis ſeu Surudis ſoror S. Donati, a 590. n. 37. Abbatiſſa Iuſſani Mon. a. 625. n. 65.
Siſenandus auxilio Francorum fit Rex wiſigothorum, a. 631. n. 1.
Slaui vaſtationem patiuntur à Francis, anno 595. n. 20. Slaui Winidi, a. 623. n. 34.
Soſtonius Ep. Namnetenſis, a. 610. nn. 2. 3.
Solarius Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Solemniacenſe Mon. conditur, a. 631. nn. 19. *& ſeqq.* ſeruat Regulam S. Columbani, *ib.*
Sonnatius fit Ep. Remenſis, a. 594. n. 13. celebrat Concilium, a. 625. n. 41. obit, a 631. n. 14.
Sortilegia prohibita, a. 586. n. 9.
Sorus Anachoreta, a. 564. n. 44. a. 582. n. 10.
Spinalium Mon. puellare, a. 626. n. 9.
Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedit, a. 601. n. 30.
Stationes, a. 583. n. 22.
S. Stephani brachium à furibus ſublatum reperitur in medio flumine, a. 620. n. 5.
Stephanus Abb. Lirinenſis, a. 596 n. 10.
Subdiaconus cum ſua Subdiaconiſſa non maneat, a. 566. n. 35.
Sueui ſedes crebrò mutant, a. 569. n. 16.
Sugillaris Ep. Aginnenſis, a. 585. n. 14.
Sulpitii duo diſtinguuntur Epiſcopi Bituricenſes, a. 592. n. 3.
Sulpitius fit Clericus, a. 612. n. 13. Abbas Caſtrenſis, a. 624. n. 6. ſanat Regem, *ibid.* fit Ep. Bituricenſis, *ibid.* claret miraculis, *ibid.* n. 7. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. n. 50.
Sulpitius fit Ep. Bituricenſis, a. 584. num. 9. intereſt Concilio Matiſconenſi II. a. 585. n. 49. conuocat Aruernenſe III. a. 588. n. 1. obit, a. 591. n. 2.
Superpoſitio, quid, a. 590. n. 62.
Suſannus fit Ep. Venetenſis, a. 631. n. 18.
Syagria, a. 599. n. 24.
Syagrius, a 614. n. 38. fit Comes, a. 617. n. 8. obit, a. 628. n. 18.
Syagrius Abbas Mon. Iurenſis à Rameleno conditi, a. 625. n. 63.

Syagrius Ep. Auguſtodunenſis, a. 561. n. 5. intereſt variis Conciliis, a. 567. nnm. 14. a. 573. n. 16. a. 583. n. 34. a. 585. n. 44. laborat pro ſedando tumultu Mon. Pictauienſis, a. 589. n. 12. pro obtinendo Pallio, a. 597. n. 4. illud obtinet, a. 599. nn. 6. 15. & *ſeqq.* curam ſuſcipit connocandæ Synodi, *ibid.* n. 21. obit, a. 600. n. 6. condit Xenodochinm & Cœnobia, *ibid.*

Syagrius Ep. Gratianopolitanus, a. 567. num. 12.

Sancti Symphoriani Mon. Metis, a. 610. n. 14.

Syndulphus Epiſc. Viennenſis, a. 625. nn. 53. 57.

T

Talasivs Abb. Condateſcenſis, a. 592. n. 7. a. 593. n. 9.

Tanguidus ſeu Gutguidus Abb. Gerberenſis obit, a. 590. n. 31.

Tarſitia, a. 582. n. 6.

Taruannæ Eccleſia S. Mariæ conſtruitur, a. 605. n. 3.

Tattinodus Ep. Catalannenſis, a. 580. n. 5.

Tandulphus Ep. Sneſſionenſis, a. 589. n. 9.

Taurus mons, a. 580. n. 29.

Tenenanus ſeu Tinidorus Ep. Leonenſis, a. 616. n. 9.

Terminus & Terminalia, a. 566. n. 41.

Tetradia Eulalii vxor adultera, a. 580. n. 23. a. 590. n. 12.

Tetradius Ep. Carpentoractenſis, a. 573. n. 15.

Tetradius Ep. Veſontionenſis, a. 567. n. 16.

Tetricus Ep. Lingonenſis, a. 567. n. 14. obit, a. 572. n. 2.

Teſtes falſi quomodo puniendi, a. 583. n. 30.

Teudolenus Abb. S. Sequani, a. 631. n. 27.

Thaſſilo fit Dux Boioariæ, a. 590. n. 3. conſtruit Mon. *ibid.* n. 8. vaſtat Prouinciam Slauorum, a. 595. num. 20. obit, a. 607. num. 2.

Thaſſilo II. Dux Boioariæ, a. 617. n. 4.

Thephalia, vbi ſita, a. 566. n. 48.

Themerus Ep. Bellonacenſis quando ſedit, a. 631. n. 19.

Theobaldus ſeu Thenebaldus Epiſc. Sneſſionenſis, a. 589. n. 9.

Theodechildis Regina, filia Clodouei Magni moritur, a. 564. n. 5. landatur, *ibid.* num. 31.

Theodechildis Theodorici R. filia, a. 564. n. 34. condit Mon. S. Petri Senon. *ibid.* n. 36.

Theodegildis, a. 562. n. 28. a. 564. n. 1. truditur in Mon. a. 567. n. 38.

Theodelinda filia Garibaldi Ducis Boioariæ deſpondetur Authari Regi Longobardorum, a. 589. n. 18. nubit eidem Authari, a. 590. n. 3. Agilulpho, *ibid.* n. 6.

Theodo Dux Boioariæ baptizatur, a. 579. n. 10. munificus erga Eccleſiam Saliſburgienſem, a. 580. n. 38. erga Eccleſiam S. Maximiliani, a. 581. n. 15. obit, *ibid.* n. 16.

Theodobertus Dux Boioariæ poſt Theodonem patrem, a. 581. nn. 16. 17. munificus erga Eccleſiam S. Maximiliani, *ibid.* erga Eccleſiam Salisburgienſem, a. 582. n. 15. erga Monaſt. puellarum Salisburgienſe, a. 583. n. 53.

Theodobertus filius Childeberti R. naſcitur, a. 586. n. 14. mittitur Sneſſionem, a. 589. num. 9. fit Rex Auſtriæ, a. 596. n. 1. victo Clotario dilatat regnum trans Æſiam, a. 600. n. 1. paciſcitur cum Clotario, a. 604. n. 7. ſuperior fit Theodorico fratre, a. 605. n. 1. ab eodem vincitur ac necatur, a. 612. nn. 1. & *ſeqq.* eius ætas, vxores ac liberi, *ibid.* n. 9.

Theodobertus filius Chilperici R. a. 562. n. 35. capitur à Sigiberto patruo, a. 564. n. 1. liber dimittitur, a. 565. n. 5. iterum mittitur à patre contra Sigibertum, a. 573. n. 32. a. 574. n. 5. moritur, a. 575. n. 9.

Theodoricus Comes Britannorum, a. 577. n. 49.

Theodoricus Ep. Lugdunenſis, a. 611. n. 15. a. 625. n. 45.

Theodoricus filius Childeberti R. naſcitur, a. 587. n. 8. fit Rex Burgundiæ, a. 596. n. 1. victo Clotario dilatat regnum inter Ligerim & Sequanam vſque ad Oceanum, a. 600. n. 1. victo iterum Clotario ingreditur Pariſios, a. 604. num. 7. victus cedit Theodoberto fratri tres Comitatus, a. 605. n. 1. fœdus init cum Clotario, a. 611. n. 7. vincit necátque fratrem Theodobertum cum eius filiis, a. 612. nn. 1. & *ſeqq.* moritur, a. 613. num. 1. eius ætas, vxor, liberi, *ibid.*

Theodoricus filius Chilperici R. naſcitur, a. 582. n. 11. baptizatur, a. 583. n. 46. obit, a. 584. n. 2.

Theodorus comes S. Magnoaldi, a. 628. n. 21. condit Monaſt. Campidonenſe, *ibid.* n. 24.

Theodorus Ep. Italus, a. 599. n. 23.

Theodorus Ep. Maſſilienſis, a. 581. num. 11. exulat, a. 582. n. 12. a. 585. n. 17. intereſt Concilio Matiſconenſi II. *ibid.* n. 53. lue graſſante quomodo ſe geſſit, a. 588. n. 2. literas accipit à Gregorio PP. pro conuerſione Iudæorum, an. 591. n. 12. transfert corpora SS. a. 594. n. 8. obit, *ibid.*

Theodoſius Ep. Arelatenſis, a. 632. n. 15.

Theodoſius ex Archidiacono fit Epiſc. Rutenenſis, a. 580. n. 6. obit, a. 584. n. 8.

Theodulfus Diaconus, a. 590. n. 17.

Theologienſe Mon. in Diœceſi Treuirenſi, a. 623. n. 9.

Theophanis Chronologia, a. 592. n. 8.

Theudelanes Dux Vltraiuranus, a. 613. n. 17.

Theutarius Presbyter, a. 589. num. 12. a. 590. n. 19.

Tillo fit Monachus Solemniacenſis, a. 631. n. 23.

Tichonius Ep. Anſcienſis, a. 585. n. 64.
Tozzo Presbyter, a. 628. nn. 13. & ſeqq.
Tranſlatio S. Amati, a. 626. n. 11. S. Aratoris, a. 588. n. 3. S. Brachionis, a. 578. n. 5. S. Dionyſii, a. 630 nn. 12. & ſeqq. S. Eleutherii, ibid. S. Eutropii, a. 567. n. 32. a. 589. n. 8. S. Ioannis Reomaenſis, a. 580. n. 8. S. Malloſi, a. 590. n. 21. S. Mauri, a. 588. n 3. S. Ruſtici, a. 630. nn. 12. & ſeqq. S. Saluii, a. 588. n. 3. S. Treuerii, a. 602. n. 24. S. Victoris, ibid. n. 1.
Tranſobadus Presbyter Rutenenſis, a. 580. n. 6.
Trapidius ſeu Trapetius Ep. Arauſicanus, a. 585. nn. 11. 53.
S. Treuerii Tranſlatio, a. 601. n. 24.
Trudo naſcitur, a. 624. nn. 16. & ſeqq.
Turonenſe Concilium II. a. 566. nn. 14. & ſeqq. Mon. puellarum intra atrium ſancti Martini, a. 580. n. 24. Turonorum ſors varia, a. 595. n. 55.

V

VAccæ inferendales cur ita dictæ, a. 631. n. 2.
Valarius Ep. Turonenſis, a. 618. n. 2. a. 619. n. 18.
Valatonius Archidiaconus Vapincenſis, an. 599. n. 22. fit Epiſc. Vapincenſis, a. 604. n. 6.
Valens Ep. Auenionenſis, a. 586. nn. 45. 46.
Valentinum Concilium, a. 585. n. 10.
Valentinus Ep. Argentoratenſis quando ſedit, a. 627. n. 13.
Vandopera Mon. a. 565. n. 14.
Varni vbi ſiti, a. 564. n. 10. à Francis penitus deleti, a. 595. n. 19.
Varochus Comes Britannorum occupat ciuitatem Venetorum, a. 578. n. 3. a. 579. n. 4. prædas agit in finibus Namneticis, a. 587. n. 21. a. 590. n. 12.
Varrenas Mon. Antiſſiodori, a. 582. n. 21.
Vaſcones redeunt in poteſtatem Wiſigothorum, a. 562. n. 5. laceſſunt Nouempopulaniam, a. 587. n. 10. partem illius obtinent incolendam ſub imperio Regum Francorum, a. 602. n 19. pars illa Nouempopulaniæ dicta Ducatus Vaſconiæ, ibid. a. 626. n. 3.
Vedulfus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, Sedémque transfert Atrebatu Cameracum, a. 569. n. 25. obit, a. 580. n. 9.
Venantius II. Ep. Viuarienſis, a. 588. n. 12.
Veneranda, a 562. n. 29.
Veranus Ep. Caballicenſis, a. 562. n. 48. intereſt Concilio Matiſconenſi II. a. 585. n. 53. mittitur ad Clotarium Reg. a. 586 n. 1. ſuſcipit à ſancto lauacro Theodoricum filium Childeberti Reg. a. 587. n. 8. laborat pro ſedando tumultu Mon. Pictauienſis, a. 589. n. 12. vbi ſepultus, ibid. n. 15.
Vaioſia filia S. Arthemii Ep. Senonenſis, an. 609. n. 12.
Vertanum Mon. a. 565. n. 12.
Verus Ep. Rutenenſis, a. 625 n. 50.
Victor Ep. Tricaſtinus, a. 567. n. 13. a. 573. n. 15. a. 583. n. 41. obit, a. 584. n. 10.
Victoriacum vbi ſitum, a. 575. n. 3.
Victorii Mon. Cenomani, a. 572. n. 7.
Victorina filia S. Goerici, a. 611. n. 6.
Victorius ſeu Victurius Ep. Radonenſis intereſt Concilio Turonenſi II. a. 566. n. 47. dedicationi Eccleſiæ Namnetenſis, a 568. n. 22. eius filia legitima nupta Burgoleno, deinde Nactario, a. 566. n. 47.
Vidimaclus Britannus, a. 587. n. 21.
Viduæ Clericorum non ineant ſecunda matrimonia, a. 585. n. 38. a. 586. n. 25.
Viduæ continentiam profeſſæ, ſi nubant, quomodo puniendæ, a. 614. n. 32. a. 625. n. 38. viduarum cauſæ quomodo iudicandæ, a. 585. n. 34.
Vigiliæ Solemnitatum, a. 586. n. 16.
Vigilius Archidiaconus Maſſilienſis, a. 573. n. 1.
Vigilius Ep. Auſcienſis, a. 585. n. 64.
Vigilius Ep Senetienſis, a. 585. n. 55.
Villicus Ep. Metenſis, a. 562. n. 45. quot annis ſedit, a. 566. n. 52.
S. Vincentii Aginnenſis M. Baſilica, a. 585. num. 8.
S. Vincentii Eccleſiæ Cathedrales, a. 588. num. 12.
S. Vincentii Mon. conditum ac dotatum Cenomani, a. 572. nn. 7. 8.
S. Vincentii Mon. prope Laudunum, a. 613. n. 16.
Vincentius Ep. Belicenſis, a. 567. n. 16.
Vindelicia quos habet fines, a. 580. num. 28. a. 610. n. 11.
Vinnochus fit Presbyter, a. 577. n. 45.
Virgilius fit Ep. Arelatenſis, a. 588. n. 4. literas accipit à Gregorio PP. pro conuerſione Iudæorum, a. 591. n. 12. Pallium, a. 595. n. 22. inuitatur ad vices Apoſtolicas ſtrenuè obeundas, a. 601. n. 3. eius geſta, an. 604. n. 8.
Vitus fit Ep. Viennenſis, a. 586. n. 6.
Viſundus primus Abb. Weltemburgienſis, a. 590. n. 8.
Vitalis ſocius S. Ruperti, a. 583. n. 56. fit Ep. Salisburgienſis, a. 623. n. 1.
Vneilenus fit Dux Alemanniæ, a. 588. n. 7.
Vota non ſunt facienda ad lapides terminales, ad arbores, ad fontes, a. 566. nn. 38. 41. a. 586. n. 18.
Vrbicus Epiſc. Reienſis, a. 585. nn. 11. 12. 56. a. 589. n. 12.
Vrbii, a. 630. n. 5.
S. Viſicini Mon. a. 615. n. 2.
Vrſicinus Abb. S. Amantii, a. 632. n. 5.
Vrſicinus fit Ep. Cadurcenſis, a. 580. num. 4. quomodo punitus quòd exceperit Gundobaldum, a. 585. nn. 20. 21. ſubſcribit Concilio Matiſconenſi II. ibid. num. 49. cum Innocentio Rutenenſi Ep. altercatur pro quibuſdam parochiis, a. 588. n. 11.

Vrſicinus Monachus Luxouienſis condit Mon. a. 615. n. 2.
Vrſinus ſiue Vrſicinus Ep. Cooſtanticnſis ad Rhenum quando ſedit, a. 614. n. 13.
Vſucapio, a. 595. n. 6.
Vticenſe Mon. a. 572. n. 9.
Waddo iungit ſe Gundobaldo, a. 585. n. 3.
Wadelinus Ep. Cabilonenſis, a. 601. n. 38. a. 610. n. 15.
Waldalenus primus Abbas Beſuenſis, a. 616. nn. 5. 6.
Waldebertus Monachus Luxouienſis, a. 614. n. 4. fit Abb. Luxouienſis, a. 625. n. 10.
Waldelenus Dux eiúſque liberi, a. 590. n. 37.
Waldrada, a. 610. n. 14.
S. Walerici Mon. ad Somonam, a. 614. n. 3.
Walericus Clericus adit Mon. Autiſſiodorenſe, a. 586. n. 40. Luxouium, a. 590. n. 36. gerit curam Mon. Luxouienſis, a. 610. n. 12. a. 613. n. 18. it Meldas cum Euſtaſio Abbate, a. 614. n. 2. condit Mon. ad Somonam, *ibid.* n. 3. claret miraculis, *ibid.* obit, a. 623. n. 18. eius corpus loco moueri non poteſt, a. 625. n. 12.
Wandelinus primus Abb. Theologienſis, a. 623. n. 9. a. 631. n. 13.
Wandolenus Monachus Bobienſis venit Luxouium, a. 614. n. 2.
Wandregiſilus naſcitur, a. 601. n. 40. vxore annuente fit Clericus, a. 627. num. 3. adit Cœnobium Montis Falconis & aliud conſtruit in Eliſgannio territorio, *ibid.* it in Italiam, a. 632. n. 13.
Waraſci, a. 617. n. 1.
Warnacharius fit Maiordomûs in Burgundia, a. 613. n. 17. obit, a. 626. n. 1.
Warnacharius Maiordomûs obit, a. 599. n. 1.
Warnarius an concertationes habuerit cum Auſtregiſilo & Sulpitio Epiſcopis Bituricenſibus, a. 624. n. 8.
Weltemburgienſe Mon. a. 590. n. 8.
Wichterpus Epiſc. Auguſtanus, a. 624. n. 19. a. 628. n. 25. dicat Eccleſiam à Magnoaldo conſtructam, *ibid.* n. 26. Oratorium Faucenſe, a. 629. n. 10. munificus erga Cœnobium Faucenſe, a. 630. n. 16. dicat Eccleſiam Campidonenſem, *ibid.* num. 17. Magnum ordinat Presbyterum, *ibid.* n. 18.
Wilebertus Ep. Moguntinus, a. 612. n. 5.
Willegiſelus Ep. Toloſanus, a. 625. n. 50.
Wiltaburgum munitur à Francis, a. 631. num. 19.
Wlfilaicus, a. 564. n. 45. a. 594. n. 9.
Wlfundis, a. 629 n. 8.
Wlfini Mon. Autiſſiodorenſe, a. 582. nn. 19. 21.
Winebaudus Abb. S. Germani Autiſſiodor. a. 586. n. 38.
Winebaudus Presbyter Trecenſis, a. 562. n. 10. Abbas S. Lupi, a. 583. n. 44. impetrat à Clotario R. reditum Lupi Ep. Senonenſis, a. 614. n. 18. obit, a. 623 n. 16.
Wirgildus, quid, a. 582. n. 6. a. 595. n. 8.
Wormatienſis Eccleſia ditatur à Dagoberto R. a. 627. n. 1. Ep. Wormatienſis Metropolitanus vtriuſque Germaniæ, a. 577. n. 52.

X

XENODOCHIVM Auguſtodunenſe, a. 600. n. 6. eius Priuilegium examinatur, a. 602. n. 18. *& ſeqq.*

Z

ZABAN Dux Longobardorum, a. 574. num. 1.

INDEX
EPISCOPATVVM ET MONASTERIORVM,
IN QVO

E. Epiſcopatum; M. Metropolitanum; Mon. Monaſterium denotat.

EPISCOPATVS.

A

ABRINCENSIS E. *d'Aurranches.*

NEPVS Ep. Abrincenſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, a. 502. cùm Abrincæ veniunt in poteſtatem Francorum, & a. 511. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe I.

Seuerus, a. 523.

Perpetuus, a. 533. a. 538. a. 541.

Ægidius, a. 549. obit, a. 550.

Paternus fit Ep. a. 550. obit, a. 563.

Sinerius ſeu Senator fit Ep. a. 563.

Lendnualdus.

Childoaldus, a. 625.

AGINNANATS E. *d'Agen.*

Aginnenſium Epiſcoporum catalogus motilus eſt circa ætatem Clodouei Magni, qui tres Aquitanias in ſuam poteſtatem redegit.

Bebianus Epiſc. Aginnenſis in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi ſubſcribit Concilio Aurelianenſi V. a. 549.

Polemius, a. 573.

Sugillarius, a. 580.

Antidius, a. 585.

ALBIGENSIS E. *d'Alby.*

Sabinus Ep. Albigenſis in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus tres Aquitanias ſubigit.

Ambroſius, a. 549.

Saluius, a. 580 obit, a. 585.

Deſideratus fit Ep. a. 585.

Conſtantius Concilio Remenſi ſubſcribit, a. 625.

ALATENSIS E. *d'Alet.*

Machutes ſeu Maclonius fit a. 541. primus Ep Aletenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M Turonenſi, obit a. 565.

Guaruallus fit Ep. a. 565. abdicat Epiſcopatum, a. 567.

Colaphinus fit Ep. a. 567.

Armagillus ſiue Armalus.

Egnogatus ſiue Enogatus vel Ennogatus.

Melmo.

Gofridus.

Ocdnmalus deceſſor Hamonis ſiue Chomani, de quo loquemur Tomo III.

AMBIANENSIS E. *d'Amiens.*

Leonardus Ep. Ambianenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, cùm Clodio Francorum Rex Ambianum capit.

Andooenus, a. 481.

Edibius, a. 511.

Beatus, a. 549. obit, a. circiter 554.

Honoratus fit Epiſc. a. circiter 554. obit, a. 580.

Deodatus fit Ep. a. 580.

Berhardus ſeu Berhandus vel Bercundus aut Bernardus, a. 614. a. 623. a. 627.

ANDEGAVENSIS E. *d'Angers.*

Talaſius Epiſc. Andegauenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, cùm Childericus Rex Andegauum ſuis ditionibus adiungit.

Euſtochius, a. 511.

Adulphus obit, a. 529.

Albinus fit Ep. a. 529. obit, a. 550.

Eutropius fit Ep. a. 550.

Domitianus Concilio Pariſienſi III. ſubſcribit, a. 557. & intereſt dedicationi Eccleſiæ Namnetenſis, a. 568.

Baudigiſius.

Audoueus, a. 572. obit, a. 592.

Licinius fit Ep. a. 592. obit, a. 605.

Cardulphus fit Ep. a. 605. obit, a. 606.

Magnobodus fit Epiſc. a. 606. Concilio Remenſi ſubſcribit a. 625.

ANICIENSIS E. *du Mont-Anis.*

Euodius Epiſc. Vellauenſis ex vrbe Vellaua Sedem Epiſcopalem tranſtulit ad Montem Anicium, priuſquàm hic locus Francis pareret. Succeſſores dicti ſunt Anicienſes in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi. Deſiderantur autem acta nomináque eorum, qui floruerunt ſub Clodoueo Magno eiúſque poſteris penè vſque ad finem ſexti ſeculi.

Aurelius, a. 591.

ANTIPOLITANVS E. *d'Antibe.*

Euterius Epiſc. Antipolitanus in prouincia Narbonenſi II. ſub M. Aquenſi, a. 536. cùm Antipolis ceditur Francis, & a. 541. cùm cogitur Concilium Aurelianenſe IV.

Euſebius, a. 549. a. 554.
Optatus, a. 573. a. 585.

APTENSIS E. *d'Apt.* *

Prætextatus Ep. Aptenſis ſub Regibus Burgundionum, Oſtrogothorum & Francorum, in prouincia Narbonenſi II. cui M. Aquenſis præeſt, viuebat adhuc, a. 541.
Euſebius, a. 546.
Clementinus, a. 549. a. 573.
Pappus, a. 585. a. 585.

AQVENSIS E. M. *d'Aix.*

Maximus Ep. Aquenſis M. prouinciæ Narbonenſis II. a. 536. cùm prouincia illa ceditur Francis, & a. 541. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe IV.
Auolus, a. 549. a. 551. a. 554.
Franco, a. 566.
Pientus, a. 581 a. 585.
Protaſius, a. 596.

AQVENSIS E. *d'Acqs.*

Gratianus Ep. Aquenſis in Nouampopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus Rex Nouempopulaniam ſubigit.
Carterius, a. 541.
Liberius, a. 549.
Fauſtianus ordinatur Epiſc. a. 585. deponitur eodem anno.
Nicetius fit Ep. a. 585.

ARAVSICANVS E. *d'Orange.*

Vindemialis Epiſc. Arauſicanus ſub Regibus Oſtrogothorum & Francorum, in prouincia Viennenſi II. cui M. Arelatenſis præeſt, viuebat adhuc, a. 549.
Matthæus, a. 551. a. 554.
Trapidius, a. 585.

ARELATENSIS E. M. *d'Arles.*

Cæſarius Ep Arelatenſis M. prouinciæ Viennenſis II. a. 536. cùm prouincia illa Francis ceditur, obit, a. 542.
Auxanius fit Epiſc. a. 542. Viuebat adhuc, a. 545.
Aurelianus, a. 546. obit, a. 550.
Sapaudus fit Ep. a. 550. obit, a. 586.
Licerius fit Ep. a. 586. ob. a. 588.
Virgilius fit Ep. a. 588. Viuebat adhuc, a. 601.
Florianus.
Theodoſius, a. 632.

ARGENTORATENSIS E. *de Strasbourg.*

Biulfus ſeu Giulfus Epiſc. Argentoratenſis in Germania I. regnante Meroueo, qui Germaniam I. Francicis ditionibus adiecit, quo tempore Treuirenſis M. Belgicæ I. ius etiam Metropoliticum per vtramque Germaniam exercuit.
Magnus.
Gaoinus ſeu Garoinus, Garinus & Baroinus ætate Clodouei, quo regnante Vormacienſis Epiſc. fit M. vtriuſque Germaniæ.
Landebertus.
Rodobaldus ſeu Rathoboldus.
Magnebertus ſeu Magnobertus.
Labyolus ſeu Laybolus vel Laiblinus aut Vbiolus ſiue Vbelinus.

Gundoaldus ſeu Gundoldus aut Sundarſholdus.
Aldus tempore Clotarii II. R.
Gando.

ARISIDIENSIS E. *d'Arſat.*

Deotarius fit primus Epiſcop Ariſidienſis in Aquitania I. ſub Bituricenſi M. regnante Theodorico I. Supereſt in viuis, a. 569.
Mondericus.
Emmo Remenſi Concilio intereſt, a. 625.

ARVERNVS E. *d'Auuergne.*

Eufraſius Ep. Aruernus in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus tres Aquitanias in ſuam poteſtatem redigit, obit a. 515.
Apollonaris fit Ep. a. 515. obit eodem anno.
Quintianus anteà Rutenenſis Ep. fit Epiſc. Aruernus, a. 515. ob. a. 527.
Gallus eligitur Ep. a. 527. ob. a. 554.
Cautinus fit Ep. a. 554. ob. a. 571.
Auitus fit Ep. a. 571. ob. a. 594.
Deſiderius fit Ep. a. 594.
Auolus.
Iuſtus.
Cæſarius Remenſi Concilio intereſt, a. 625. viuitque Dagoberto Regi diu ſuperſtes.

ATREBATENSIS E. *d'Arras.*

Vedaſtus fit Ep. Atrebatenſis, a. 498. & Cameracenſis, a. 510. in Belgica II. ſub M. Remenſi, obit a. 538.
Dominicus fit Epiſc. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 538. ob. a. 551.
Diogenes fit Epiſc Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 551. ob. a. 569.
Vedulfus fit Epiſc. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 569. Sedem transfert Atrebato Cameracum, ob. a. circiter 580.
Gaugericus fit Ep. Atrebatenſis & Camaracenſis, a. circitar 580. ob. a. circiter 619.
Bertoaldus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. circiter 619. ob. a. 627.
Ablebertus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 627. ob. a. 633.

AVENTICENSIS E. *d'Auanches.*

Chilmegiſilus Ep. Auenticenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub M. Veſontionenſi ob. an. 534. quo Burgundia ſubiugatur à Francis.
Superius fit Ep. a. 534. ob. a. circitar 548.
Ætherius fit Epiſc. a. circiter 548. ob. a. circitar 562.
* Hic Epiſcopus, cuius nomen ignoratur, Epiſcopatum iniit, a. circiter 562. obiitque, a. circiter 576.
Marius fit Ep. a. circiter 576. Sedem Auentico Lauſannam transfert regnante in Burgundia Childeberto. Vide Epiſcopos Lauſannenſes, de quibus infrà.

AVGVSTANVS E. *d'Ausbourg.*

Wicterpus, Dagoberto ſolius Auſtraſiæ Rege, poſt longum interpontificium fit Ep. Auguſtanus in Vindelicia ſub Wormacienſi M. Agemus de illo iterum Tomo tertio.

AVGVSTENSIS E. *d'Aouſte.*
Auguſta Salaſſiorum, quæ parebat Longobardis & Mediolanenſi Metropolitæ ſubiacebat, in Francorum poteſtatem deuenit, a. 574. Tunc auulſa fuit è prouincia Mediolanenſi, Darantaſienſique cœpit acceuſeri Guntchramno Rege. Per annos autem ducentos circiter ac quinquaginta mancus eſt Auguſtenſium Epiſcoporum catalogus poſt Iocundum, qui ſedebat incuute ſexto ſeculo.

AVGVSTODVNENSIS E. *d'Autun.*
Agrippinus Ep. Auguſtodunenſis in prouincia Lugdunenſi I. ſub M. Lugdunenſi, a. 525. cùm Auguſtodunum venit in poteſtatem Francorum, & a. 538. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe III.
Nectarius, a. 542. a. 549.
Eupardus.
Remigius obit, a. circiter 560.
Siagrius fit Ep. a. circiter 560. obit, a. 600.
Leſaſtus fit Ep. a. 600.
Flauianus, a. 610. a. 614.
Rachnacarius.
Auſpicius, a. 625.
Ferreolus fit Ep. ante annum 635.

AVRELIANENSIS E. *d'Orleans.*
Dago Ep. Aurelianenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, a. 494. cùm Clodoueus Aureliam ſuis ditionibus adiungit, ob a. 498.
Euſebius fit Epiſc. a. 498. eſt adhuc in viuis, a. 520.
Leontius, a. 533.
Antoninus, a. 538.
Marcus, a. 541. a. 549.
Treclatus ſeu Tranclatus.
Baudatus.
Ricomerus, a 573.
Namatius, a. 583. ob. a. 587.
Auſtrenus fit Ep. a. 587. a. 610.

AVSCIENSIS E. *d'Aux.*
Nicetius Epiſc. Auſcienſis huius nominis ſecundus, in Nouempopulania ſub Eluſano M. cùm Clodoueus prouinciam illam ſubigit, & a. 511. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe I.
Priſcus.
Marcellus.
Proculcianus II. a. 533. a. 541. a. 549.
Vigilius.
Polemius.
Alectus.
Comus ſeu Conius.
Paulinus.
Fauſtus obit, a. 585.
Fabius fit Ep. a. 585.
Citharius.
Tithonius.
Drocoaldus.
Audericus Remenſi Concilio intereſt, a. 625.

AVTISSIODORENSIS E. *d'Auxerre.*
Cenſurius Ep. Autiſſiodorenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, a 494. cùm Clodoueus Autiſſiodorum capit. ob. a. 500.
Vrſus fit Ep. a. 501. ob. a. 507.
Theodoſius fit Ep. a. 507. ob. a. 516.
Gregorius fit Ep. a. 517. ob. a. 529.
Optatus fit Ep. a. 529. ob. a. 531.
Droctoaldus ſeu Proctoaldus fit Ep. a. 531. ob. a. 532.
Eleutherius fit Ep. a. 532. ob. a. 561.
Romanus fit Ep. a. 561. ob. a. 564.
Ætherius fit Ep. a. 565. ob. a. 571.
Anacharius fit Ep. a. 571. ob. a. 605.
Deſiderius fit Ep. a. 605. ob. a. 623.
Palladius fit Ep. a. 624. viuitque diu ſuperſtes Dagoberto Regi.

B

BAIOCENSIS E. *de Bayeux.*
Patricius Ep. Baiocenſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, a. 502. cùm Baiocæ veniunt in poteſtatem Clodouei.
Vigor regnante Childeberto.
Leucadius, a. 538. a. 541. a. 549.
Lauſcius ſeu Laſcinus, a. 557. a. 563.
Leudoualdus, a. 581. a. 586.
Ragnebertus, a. 625.

BELLICENSIS E. *de Bellay.*
Vincentius Ep. Bellicenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub M. Veſontionenſi, a. 534. cùm Franci Burgundiam ſub iugum mittunt, & a. 567. cùm celebratur II. Concilium Lugdunenſe.
Euroldus.
Claudius.
Felix, a. 585. a. 589.
Aquilinus.
Florentius, de quo iterum Tomo III.

BELLOVACENSIS E. *de Beauuais.*
Numitius Epiſc. Bellouacenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, cùm Childericus Rex Bellouacum capit.
Licerius.
Lietcius.
Themerus.
Bergiſilus.
Rodomarus.
Anſoldus
Ribertus.
Gogerinus.
Auſelmus.
Maurinus, Marinus, Mauricius, a. 632.

BENARNENSIS E. *de Bearn.*
Galactorius Epiſc. de Benarno in Nouempopulania ſub M. Eluſano cæſus eſt cùm Clodoueus bellum contra Wiſigothos in Aquitania gerebat. Succeſſorum nomina deſiderantur vſque ad Sauinum.
Sauinus, cuius quoque ſucceſſores ignorantur, ſubſcribit Concilio Matiſconenſi II. a. 585.

BIGORRITANVS E. *de Bigorre.*

Aper Epiſc. Bigorritanus in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoneus pulſis Wiſigothis tres Aquitanias occupat.

Iulianus, a. 541.

Amelius, a. 580. a. 585.

BITVRICENSIS E. M. *de Bourges.*

Tetradius Ep. Bituricenſis M. Aquitaniæ I. cùm Clodoneus Franciam tribus auget Aquitaniis, eſt adhuc in viuis, a. 512.

Roricius, ob. a. circiter 518.

Stagrius fit Ep. a. circiter 518. ob. a. 523.

Humatus fit Ep. a. 523. ob. a. 527.

Honoratus fit Ep. a. 527. ob. a. 536.

Arcadius fit E a. 536. ob. a. 541.

Deſideratus fit Ep. a. 541. ob. a. 550.

Probiannus fit Ep. a. 550. ob a. 568.

Felix fit Epiſc. a. 568. intereſt Concilio Pariſienſi IV. a. 573

Remedins ſeu Remigius, a. 583. ob. a 584.

Sulpitius fit Ep. a. 584. ob. a. 591.

Euſtaſius fit Ep. a. 591. ob. a. 602.

Apollinaris fit Ep. a. 603. ob. a. 611.

Auſtregiſilus fit Ep. a. 612. ob. a. 624.

Sulpitius II. fit Ep. a. 624.

BLANDINIANSIS E. *de Blandin.*

Theodorus fit primus Epiſc. Blandinienſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, a. 487. regnante Clodouco. Sedet paucis diebus.

Eleutherius fit Epiſc. a. 487. Sedem Epiſcopalem Blandinio transfert Tornacum, a. 496. Vide Epiſcopos Tornacenſes, de quibus infrà.

BRIOCENSIS E. *de ſaint Brieu.*

Vt Briocum oppidum, ita Briocenſis Epiſcopatus in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, nomen ſortitur à S. Brioco, primo illius loci Epiſcopo. Hic è Britannia venit in Armoricam, regnante Childeberto, Clodouei Magni filio. Vixit annos nonaginta. Incertus eſt annus quo Pontificatum ſuſcepit, incertus & annus quo vitam clauſit. Antiſtitum, qui proximè ſucceſſerunt in Epiſcopatum, nomina perierunt.

BVRDIGALENSIS E. M. *de Bordeaux.*

Cyprianus Epiſc. Burdigalenſis M. Aquitaniæ II. cùm Wiſigothi à Francis pelluntur ea Aquitania, intereſt Concilio Aurelianenſi I a. 511.

Leontius Senior, a. 541.

Leontius Iunior, a. 549. ob. a. circiter 567.

Bertehramnus fit Epiſc. a. circiter 567. ob. a. 585.

Gundegiſilus fit Ep. a. 585. viuit, a. 589.

C

CABELLIONENSIS E. *de Cauaillon.*

Philagrius Ep. Cabellionenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Atelatenſi, cùm Cabellio penes Burgundiones & Oſtrogothos erat, peruenire potuit ad a. 536. quo Francis eadem ciuitas ceſſit.

Prætextatus, a. 545. a. 549. a. 551. a. 554.

Veranus, a. 562. a. 585. a. 586. a. 587. a. 589.

CABILONENSIS E. *de Chalon ſur Saone.*

Agricola ſiue Agrœcula Ep. Cabilonenſis in prouincia Lugdunenſi I. ſub M. Lugdunenſi, cùm Franci Burgundiam ſubigunt, obit a. 580.

Flauius fit Epiſc. a. 580. ſubſcribit Concilio Matiſconenſi II. a. 585.

Wadelinus, a. 601. a. 610.

Gelionius.

CADVRCENSIS E. *de Cahors.*

Boetius Ep. Caducenſis in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus Wiſigothos ex Aquitania pellit, & a 511. cùm celebratur I. Concilium Aurelianenſe.

Suſtiaſius, a. 533. a 538. a. 541.

Maximus, a. 549.

Maurilio, ob. a. 580.

Viſicinus fit Ep. a. 580. cum Innocentio Ep. Rutenenſi altercatur, a. 588.

Euſebius, ob. a. 621.

Ruſticus fit Ep. a. 621. ob. a. 628.

Deſiderius fit Ep. a. 629.

CALAGVRRITANVS E. *de Calahorra.*

Vaſconia Meridionalis, cuius vrbs primaria Calagurris Epiſcopatu nobilis ſub M. Tarraconenſi, venit in poteſtatem Francorum, a. 542. nec redit ad Wiſigothos ante mortem Clotarii I. Exciderunt autem nomina Calagurritanorum Pontificum, qui per illa tempora floruerunt ſubiacuerúntque vicino M Nouempopulaniæ.

CAMARACENSIS E. *de Cambray.*

Vedaſtus Ep. Atrebatenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, fit etiam Ep. Cameracenſis in eadem Belgica ſub eodem M. Remenſi, a. 510. ob. a. 538. Succeſſores iidem, qui Atrebatenſes Epiſcopi, de quibus ſuprà.

CARNOTENSIS E. *Chartres.*

Arboaſtus ſiue Arbogaſtus aut Ardoaſtus Ep. Carnotenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, cum Childericus Rex Carnotum occupat, ob. a. 483.

Flauius fit Ep. a. 483. ob. a. 497.

Solennis ſeu Solennius fit Epiſcop. a. 497. a. 509.

Auentinus anteà Ep. Dunenſis, fit Ep. Carnotenſis, a. 509. ob. a. 528.

Ætherius fit Ep. a. 528. ob a. 544.

Leobinus fit Ep. a. 544. ob. a. 556.

Caletricus fit Ep. a. 556. viuit adhuc, a. 566. ob. a. circiter 567.

Pappolus fit Ep. a. circiter 567. ob. a. 594.

Betharius fit Epiſc. a. 594. peruenit ad a. 623.

Bertegiſilus intereſt Concilio Remenſi, a. 625.

CARPENTORACTENSIS E. *de Carpentras.*

Siffredus Epiſc. Carpentoractenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, a. 536. cùm Carpentoracte ceditur Francis.

Clematius, a. 541. a. 549. a. 551.

Tetradius, a. 573.

Boetius, a. 585.

Odofredus, a. 590.

Georgius, a. 604.
Petrus, a. 630.

CATALAVNENSIS E. *de Chaalons ſur Marne.*

Florentius ſeu Florendinus Ep. Catalaunenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, a. 486. cùm Catalaunum deditionem Clodoueo facit.
Prouiderius.
Proditor.
Lupus, a. 535.
Papio.
Eucharius.
Tattinodus.
Elaſius Ep. Sigiberto regnante, obit a. 580.
Ludomerus fit Ep. a. 580.
Felix, a. 589. a. 625.

CENOMANENSIS E. *du Mans.*

Principius Epiſc. Cenomanenſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Turonenſi, a. 510. cùm Cenomanum Clodoueo deditur, ob. a. 513.
Victor fit Ep. a. 513. eſt adhuc in viuis, a. 530.
Innocentius, a. 533. ob. a. 543.
Scienfredus Pſeudoepiſcopus a. 543.
Domnolus fit Ep. a. 545. ob. a. 581.
Badegiſilus fit Ep. a. 581. ob. a. 586.
Bertchramnus fit Ep. a. 586. ob. a. 623.
Hardoindus fit Ep. a. 624. viuit ſuperſtes Dagoberto.

COLONIENSIS E. *de Cologne.*

Energiſlus Ep. Colonienſis in Germania II. M. vtriuſque Germaniæ, ætate Faramundi & Clodionis.
Aquilinus ſeu Solinus poſt interpoſitionem multorum annorum fit Ep. Colonienſis, a. 509. ſub M. Vormacienſi, cui nouerrime attributum fuerat ius Metropoliticum per vtramque Germaniam.
Simoenus ſeu Simoenus.
Charentinus, a. 562.
Ebregiſilus, a. 590.
Remedius, a. 612. Obit regnante iam in Auſtraſia Dagoberto.
Cunibertus fit Ep. regnante in Auſtraſia Dagoberto, cui ſuperſtes diu viuit.

CONSORANENSIS E. *de Coſerans.*

Glycerius ſeu Lycerius Ep. Conſoranenſis in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm tres Aquitaniæ Clodoueo ſubiiciuntur, Pontificatum gerit per annos 44.
Theodorus, a. 549.

CONSTANTIENSIS E. *de Coutance.*

Leontianus Ep. Conſtantienſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, a. 502. cùm Conſtantia venit in poteſtatem Clodouei Regis, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aurelianenſe.
Poſſeſſor, a. 520.
Lauto ſeu Launus, a. 529. a. 530. ſepelit S. Scubilonem, a. 563.
Romacharius, a. 568. a. 586.

CONSTANTIENSIS E. *de Conſtance.*

Maximus ſeu Maximinus Ep. Vindoniſſenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub M. Veſontionenſi, Sedem Epiſcopalem Vindoniſsâ Conſtantiam ad Rhenum transfert regnante Clotario I. cui ſuperſtes viuit.
Rudelu ſeu Rudolphus.
Vrſinus ſiue Vrſicinus.
Gaudentius, a. 611. ob. a. 614.
Ioannes fit Ep. a. 614. viuit adhuc, a. 625.
Boſo Ep. a. 628.

CONVENENSIS E. *de Comenge.*

Suauis Ep. Conuenarum in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus prouinciam illam Gothis eripit.
Præſidius, a. 533.
Amelius, a. 549.
Rufinus, a. 585.

CORENTINOPOLITANVS E. *de Kemper-corentin.*

Morguetenus Epiſc. Corentinopolitanus in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, a. 502. quo Corentinopolis Franciæ dominationi ſubditur, ob. a. 515.
Tremerions fit Ep. a. 515. ob. a. 537.
Fraganus ſeu Ragianus fit Ep. a. 537. ob. a. 559.
Salomon fit Ep. a. 559. ob. a. 582.
Aluretus fit Ep. a. 582. ob. a. 619.
Gulhnetus ſeu Golhoetus vel Golorethus fit Ep. a. 620. ſuperſtes viuit Dagoberto eiúſque filiis.

D

DARANTASIENSIS E.M. *de Tarantaiſe.*

Sanctus Epiſc. Darantaſienſis M. Alpium Graiarum & Penninarum, a. 517. ſub Burgundionibus, an peruenerit ad a. 536. quo prædictæ Alpes Francis ceſſerunt, haud ſcitur.
Magnus.
Martianus, a. 583. a. 585.

DEENSIS E. *de Die.*

Sæcularius Ep. Deenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, a. 534. cùm Franci Burgundiam ſuis ditionibus adiungunt.
Lucretius, a. 541. viuit adhuc, a. 573.
Paulus, a. 585.

DINIENSIS E. *de Digne.*

Hilarius Epiſc Dinienſis in Alpibus Maritimis ſub M. Ebredunenſi, a. 549. a. 554.
Heraclius, a. 573. a. 583. a. 585.

DOLENSIS E. *de Dol.*

Samſon fit primus Ep. Dolenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, regnante Childeberto Clodouei Magni filio, ob. a. 564.
Maglorius fit Epiſc. a. 564. abdicat Epiſcopatum, a. 567.
Budocus fit Ep. a. 567.
Geneuæus.
Rustoaldus ſeu Beſtnaldus.
Armahelus.
Iumahelus ſeu Iuuemenus, de quo iterum Tomo III.

DVNENSIS E. *de Chaſteaudun.*

Auentinus fit primus Epiſc. Dunenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M Senonenſi, a. 497. deinde, a. 509. fit Epiſc. Carnotenſis extincto Epiſcopatu Dunenſi.

Promotus fit Epiſc. Dunenſis regnante Sigiberto, ſed damnatur in Concilio Pariſienſi IV. a. 573.

E

EBREDVNENSIS E. M. *d'Ambrun.*

Gallicanus Epiſc. Ebredunenſis M. Alpium Maritimarum ſub Oſtrogothis, a. 524. a. 527. a. 529. Sub Francis, a. 536. a. 541. a. 549.

Peladius ſeu Palladius, a. 556.

Salonius, a. 573. deponitur, a. 579.

Emeritus fit Ep. a. 579. viuit adhuc, a. 585.

Alfonſus, a. 600.

Albinus, a. 630.

EBROICENSIS E. *d'Eureux.*

Mauruſio Epiſcop. Ebroicenſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, a. 502. cùm Ebroicæ Francis incipiunt parere, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aurelianenſe.

Licinius, a. 538. a. 549.

Ferrocinctus, a. 557.

ECOLISMENSIS E. *d'Angouleſme.*

Lupicinus Epiſc Ecoliſmenſis in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi, cùm Clodoueus victis Wiſigothis tres Aquitanias occupat, in viuis eſt adhuc ſuperſtes, a. 541.

Aptonius, a. 542 a. 549. ob. a. 569.

Meretius ſeu Maracharius fit Epiſc. a. 569. obit, a. 576.

Frontonius fit Ep. a. 576. ob. a 577.

Heraclius fit Ep. a. 577. ob. a. 580.

Nicaſius fit Epiſc. a. 580. a. 585. a. 589. a. 590

Namatius, a 625.

ELVSANVS E. M. *d'Eauſe.*

Clarus Ep. Eluſanus M. Nouempopulaniæ, cùm Clodoueus Wiſigothos pellit ex Aquitania.

Leontius, a. 511.

Aſpaſius, a. 533. a. 541. a. 549.

Laban, a. 573. obit a. 585.

Deſiderius fit Ep: a. 585.

Senocus, a. 625. a. 626.

F

FOROIVLIENSIS E. *de Freius.*

Deſiderius Epiſc Foroiulienſis in prouincia Narbonenſi II. ſub M. Aquenſi, a. 536. cùm Oſtrogothi prouinciam illam cedunt Francis, & a. 541. cùm celebratur IV. Concilium Aurelianenſe.

Expectatus, a. 549. a. 551. a. 554.

Epiphanius, a. 582.

G

GABALITANVS E. *de Iauouls.*

Leonicus Epiſc. Gabalitanus in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus tres Aquitanias in ſuam poteſtatem redigit.

Hilarius, a. 535.

Euanthius, a. 540. a. 541.

Parthenius, a. 567.

Agricola, a. 625.

Iſerus regnante Dagoberto.

GENAVENSIS E. *de Geneue.*

Maximus Epiſcop. Genauenſis in prouincia Viennenſi I. ſub M. Viennenſi, a. 517. in ditione Burgundionum; a. 529. in ditione Oſtrogothorum; an etiam, a. 536. in ditione Francorum, incertum.

Pappulus, a. 549.

Salonius, a. 567. a. 573.

Cariatto, a 585.

* a. 602. hic Ruſticus fuit aut Patricius.

Appelinus, 623.

GLANNATENSIS E. *de Glandeues.*

Claudius Ep. Glannatenſis in Alpibus Maritimis ſub M. Ebredunenſi, a. 536. cùm Oſtrogothi Francis Alpes Maritimas cedunt, & a. 541. cùm celebratur IV. Concilium Aurelianenſe.

Baſilius, a. 549. a. 554.

Promotus, a. 573.

Agrœcius, a. 585.

GRATIANOPOLITANVS E. *de Grenoble.*

VrſulusEpiſc. Gratianopolitanus in prouincia Viennenſi I. ſub M. Viennenſi, a. 536. cùm Oſtrogothi Francis ditiones Ciſalpinas cedunt, & a. 538. cùm celebratur III. Concilium Aurelianenſe.

Syagrius, a. 551. a. 567.

Eſychius, a. 573. a. 589.

L

LACTORENSIS E. *de Lectoure.*

Vigilius Epiſc. Lactorenſis in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus Wiſigothos pellit ex eadem Nouempopulania.

Alerius, a. 549.

LAVDVNENSIS E. *de Laon.*

Genebaldus, a. 497. primus Epiſc. Laudunenſis conſtituitur in Belgica II. ſub M. Remenſi, ſupereſt in viuis, a. 549.

Latro.

Gondulfus.

Elinandus.

Robertus.

Chainoaldus, a. 625. a. 631. ob. a. 632.

Attila ſiue Attola fit Ep. a. 632.

LAVRIACENSIS E. *de Laurich* ſeu *Lorich,* hodie *Lorch.*

Gerardus ſocius S. Ruperti, fit Epiſc. Lauriacenſis in Boioaria ſub eodem Ruperto M. Saliſburgienſi, obit a. 615.

Philo fit Epiſcop. a. 615. de illo iterum Tomo III.

LAVSANNENSIS E. *de Lauſanne.*

Marius Ep. Auenticenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub M. Veſontionenſi, Sedem Epiſcopalem Auentico Lauſannam transfert regnante in Burgundia Childeberto II. obit, a circiter 596.

Macmerius ſeu Manetius fit Epiſc. a. circiter 596.

LEMOVICENSIS E. *de Limoges.*

Ruricius Senior, Ep. Lemouicenſis in Aquitania I. ſub M. Bitoricenſi, cùm Clodoueus Aquitaniam ſubigit.

Ruricius Iunior, a. 535. a. 541. a. 549.

Exochius ſiue Exotius ſedet annos 15.

Ferreolus a. 579. ſuperſtes, a. 591.

Aſclepeus ſiue Aſclepiodorus ob. a. 613.

Lupus fit Ep. a. 614. ſuperſtes, a. 631.

Simplicius.

LEONENSIS E. *de Leon.*

Paulus fit primus Ep. Leonenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi a. 529. regnante Childeberto, abdicat Epiſcopatum, a. 553.

Iaouas ſeu Iehonius fit Ep. a. 553. ob. a. 554.

Tiernomaglus fit Ep. a. 554. ob. a. 555.

Paulus iterum Epiſc. a. 555. abdicat iterum Epiſcopatum, a. 566.

Cetomerinus fit, Ep. a. 566. ob. a. 602.

Goluenus fit Ep. a. 602. ob. a. 616.

Teoenanus fit Ep. a. 616. ſupereſt in viuis, a. 632.

LEXOBIENSIS E. *de Lexobie.*

Riocus fit Ep. Lexobienſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, a. 502. cùm Lexobia venit in poteſtatem Clodouei Regis, ob. a. 515.

Riualloous fit Ep. a. 515. ob. a. 518.

Ioannes fit Ep. a. 518. ob. a. 527.

Gueooaelus fit Ep. a. 527. ob. a 531.

Tirizianus fit Ep. a. 531. ob. a. 532.

Tugdwalus ſeu Tugalus fit Epiſc. a. 532. ob. a. 553.

Rwelinus fit Ep. a. 553. ob. a. 574.

Pebecontus fit Ep. a. 574. ob. a. 594.

Robertus fit Ep. a. 594. ob. a. 625.

Stelercus fit Ep. a. 625. ſedet annos 16.

LEXOVIENSIS E. *de Liſieux.*

Theodobaudus ſeu Theodobaudis Ep. Lexouienſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, a. 538. a. 541. a. 549.

Ætherius, a 584.

LINGONENSIS E. *de Langres.*

Gregorius Epiſc. Lingonenſis in prouincia Lugdunenſi I. ſub M. Lugdunenſi in ditione Burgundionum, deinde Francorum, ob. a. 539.

Tetricus fit Ep. a. 539. ob. a. 572.

Silueſter electus Ep. ob. nondum conſecratus, a. 572.

Pappolus fit Ep. a. 572. ob. a. 580.

Mummolus fit Ep. a. 580. viuit, a. 585.

Mietius ſedet, a. 609. ob. a. circiter 617.

Modoaldus fit Epiſc. a. circiter 617. obit regnante Clotario II.

Bertoaldus fit Ep. ſuperſtite in viuis Clotario II. viuitque ſuperſtes Dagoberto.

LVCENSIS E *de Lugo.*

Cantabria in Ep. Lucenſi ſub M. Bracarenſi venit in poteſtatem Francorum, a. 541. nec redit ad Sueuos ante mortem Clotarii I. Exciderunt autem nomina Lucenſium Epiſcoporum, qui per illa tempora floruerunt ſubiacentiuntque vicino M. Nouempopulaniæ.

LVGDVNENSIS E. M. *de Lyon.*

Lupus Ep. Lugdunenſis M. prouinciæ Lugdunenſis I. a. 534. cùm Burgundiæ regnum à Francis deletur, & a. 538. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe III.

Leontius, a. 542.

Sacerdos, a. 549. ob. a. 551.

Nicetius fit Ep. a. 551. ob. a. 573.

Priſcus fit Ep. a 573. viuit, a. 585.

Ætherius ſedet, a. 589. ob. a. 602.

Secundinus fit Ep. a. 602. ob. a. 603.

Aridius fit Ep. a. 603. ob. a. 611.

Theodoricus fit Ep. a. 611. viuit, a. 625.

LVTEVENSIS E. *de Lodéue.*

Deuterius Ep. Luteuenſis in prouincia Narbonenſi I. ſubeſt M. Narbonenſi quandiu Luteua Wiſigothis paret; poſt annum verò 533. quo Luteua capitur à Francis, ſubeſt M. Bituricenſi. Intereſt Concilio I. Aruernenſi, a 535.

Edibius intereſt Concilio III. Pariſienſi, a. 557. Poſt mortem Clotarii I. Luteua redit ad Wiſigothos.

M

MASSILIENSIS E. *de Marſeille.*

Dalmatius Epiſcop. Maſſilienſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, in ditione Oſtrogothorum vſque ad a. 536. poſteà in ditione Francorum.

Antoninus, a. 544.

Emeterius, a. 554.

Theodorus, a. 581. ob. a. circiter 594.

Serenus fit Ep. a. circiter 594. viuit, a. 600.

MATISCONENSIS E. *de Maſcon.*

Placidus fit primus Epiſc. Matiſconenſis in prouincia Lugdunenſi I. ſub M. Lugdunenſi, ſupereſt in viuis, a. 551. cùm celebratur Concilium II. Pariſienſe.

Saluinus, a 560.

Chelidonius, a 567.

Iuſtus, a. 574.

Euſebius, a. 583. a. 585.

Florentinus.

Decius.

Momolus, a. 623.

Deodatus, a. 631.

MAVRIANNENSIS E. *de Maurienne.*

Hiconius fit primus Epiſc. Maurienenſis in prouincia Alpium Graiarum & Penninarum ſub M. Darantaſienſi, regnante Gunt-

chramno. Intereſt Concilio I. Matiſconenſi a. 583. Supereſt in viuis a. 602. De illius ſucceſſore agimus Tomo III.

MELDENSIS E. *de Meaux.*

Præſidius Ep. Meldenſis in Prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi a. 486. cùm Meldæ Francicis ditionibus accedunt.

Promiſſius.

Mednucus ſeu Medouechus an. 547. an. 549. a. 551.

Edenus.

Bandoaldus ſeu Baudowaldus.

Gondoaldus ſeu Gundoldus aut Gundobaldus a. 614. a. 625.

Pharo a. 627.

METENSIS E. *de Mets.*

Romanus Ep. Metenſis in Belgica I. ſub M. Treuirenſi a. 486. cùm Metæ Clodoueo ſe dedunt, obit a. 489.

Frouminus fit Ep. a. 489. ob. a. 497.

Grammatius fit Ep. a. 497. ob. a. 512.

Agatimber fit Ep. a. 512. ob. a. 525.

Heſperius ſeu Sperius fit Ep. a. 525. ob. a. 542.

Villicus fit Ep. a 543. obit a. 568.

Petrus fit Ep. a. 568. obit a. 578.

Aigulfus fit Ep. a. 578. obit a. 598.

Aruoaldus fit Ep. a. 599. obit a. 607.

Pappolus fit Ep. a. 607. obit a 610.

Arnulfus fit Epiſc. a. 611. abdicat Epiſcopàtum a. 626.

Goericus fit Ep. a. 626.

MOGVNTIACENSIS E. *de Mayence.*

Eutropius Epiſc. Moguntiacenſis in Germania I. ſub Treuirenſi M. Belgicæ I. & vtriuſque Germaniæ, cùm Meroueus Germaniam I. ſubigit. Sedet annos 23. Obit a. 474. Eius anteceſſores olim M. Germaniæ I. amiſſo poſteà iure Metropolitico ſubditi Colonienſi M. vtriuſque Germaniæ; nouiſſimè propter interpontificium Colonienſe eum vtraque Germania attributi Treuirenſi M. Belgicæ I. Succeſſores Treuirenſem M. agnouerunt, donec Ep. Vormacienſis factus eſt M. vtriuſque Germaniæ regnante Clodoueo. Denique ius Metropoliticum octauo ſeculo recuperarunt.

Adelbertus fit Ep. a. 474.

Radherius ætate Clodonei. Tunc Ep. Vormacienſis fit M. vtriuſque Germaniæ.

Adelbaldus.

Laudfridus.

Rothardus.

Sidonius a. 562.

wilebertus.

Leoniſius ſeu Ludegaſtus a. 612.

Rudhelmus ſeu Rudelinus.

Luthwaldus ſeu Landowaldus.

Leowaldus ſeu Lupoaldus a. 625.

N

NAMNETENSIS E *de Nantes.*

Epiphanius Epiſc. Namnetenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi a. 502. cùm Namnetæ Clodoueo deditionem faciunt, & a. 511. cùm celebratur Concilium I. Aurelianenſe.

Marſus a. 530. obit a. 531.

Eumerius ſiue Euemerus fit Epiſc. a. 531. obit a. 550.

Felix fit Ep. a. 550. obit a. 583.

Nonnichius fit Ep. a. 583. viuit a. 591.

Sofronius a. 610.

Leobardus a. 625.

Salapius a. 631.

NEMETENSIS E *de Spire*

Interciderunt nomina Præſulum, qui poſt Synodum Agrippinenſem, cui Ieſſes anno circiter 352. interfuit, Eccleſiam Nemetum ſeu Spirenſium in Germania I. per multa ſecula rexerunt vſque ad Athanaſium, qui ſedebat a. 614. geſſitque Pontificatum annis 40. ſub M. Vormacienſi.

NICAENSIS E. *de Nice.*

Magnus Ep. Nicaenſis in Alpibus Maritimis ſub M. Ebredunenſi a. 549. a. 554. Prouinciam illam Oſtrogothi Francis ceſſerunt a. 536.

Auſtadius a. 581.

Catulinus a 585.

NIVERNENSIS E. *de Neuers.*

Ruſticus Ep. Niuernenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi a. 514. cùm Franci Burgundiam ſubigunt, in viuis ſupereſt a. 541. cùm celebratur IV. Concilium Aurelianenſe.

Aregius a. 549. a. 551.

Æoladius a. 567. obit a. circiter 580.

Agricola fit Epiſc. a. circiter 580. viuit a. 589. obit a. circiter 594.

Fulcilius fit Ep. a. circiter 594. viuit a. 610.

Rauracus a. 624.

NOVIOMENSIS E. *de Noyon.*

Medardus Ep. Viromandenſis in Belgica II. ſub Metr. Remenſi, Sedem Epiſcopalem transfert Nouiomum a. 531. fit etiam Ep. Tornacenſis a. 532. obit a. 545.

Fauſtinus fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis a. 545.

Gundulfus Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis.

Chraſmarus Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis a. 575.

Ebrulfus Epiſc. Nouiomenſis & Tornacenſis obit a. circiter 621.

Acharius fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis a. circiter 621. ſupereſt in viuis a. 633.

O

OCTODORENSIS E. *de Martinach.*

Conſtantius Ep. Octodorenſis in prouincia Alpium Graiarum & Penninarum ſub M. Darantaſienſi a. 517. in ditione Burgundionum. An peruenerit ad a. 536. quo Alpes prænominatæ Francicis ditionibus acceſſerunt, haud liquet.

Rufus a. 541. a. 549.
Agricola a. 565.
Heliodorus Epiſcopalem Sedem Octoduro Sedunum transfert Vide Epiſcopos Sedunenſes, de quibus infrà.

OLORONENSIS E *d'Oloron.*

Gratus Ep. Oloronenſis in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus Wiſigothos è tribus Aquitaniis expellit.
Agreſtius a. 549. a. 551.
Lucerius a. 573. a. 585.

P

PAMPILONANSIS E. *de Pampelonné.*

Vaſconia Septentrionalis, cuius vrbs primaria Pampilona, Epiſcopatu nobilis ſub M. Tarraconenſi, venit in poteſtatem Francorum a. 532. nec redit ad Wiſigothos ante mortem Clotarii I. Deſiderantur autem nomina Pampilonenſium Antiſtitum, qui per illa tempora ſederunt, ſubiacuerúntque vicino M. Nouempopulaniæ.

PARISIENSIS E. *de Paris.*

Apedinius Ep. Pariſienſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, cùm Childericus Rex Pariſios ſuæ ditioni ſubiicit.
Heraclius a. 511. a. 512.
Probatius
Amelius a. 533. a. 538. a. 541.
Saffaracus a. 547. a. 549 deponitur a. 551.
Euſebius fit Ep. a. 551. obit a. 555.
Germanus fit Ep. a. 555. obit a. 576.
Ragnemodus fit Ep. a. 576. obit a. 591.
Euſebius II. fit Ep. a. 591.
Faramodus.
Simplicius a. 601.
Ceraunus a. 614.
Leudebertus a. 625.

PATAVIENSIS E. *de Paſſau.*

Erchenfridus ſocius S Ruperti, fit Ep. Patauienſis in Boioaria ſub eodem Ruperto M. Saliſburgienſi, obit a. 614.
Othocarus fit Ep. a. 624. Epiſcopatum gerit Dagoberto eiúſque filio Sigiberto Auſtraſiæ Regibus.

PATROCORIENSIS E. *de Perigueux.*

Chronopius Ep. Petrocoriccenſis in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi, cùm Clodoueus Wiſigothis Aquitanias eripit, ſupereſt in viuis a. 533. cùm celebratur II. Concilium Aurelianenſe.
Sabandes a. 542.
Charterius a. 581. a. 585.
Saffarius a. 589. a. 590.

PICTAVIENSIS E. *de Poitiers.*

Adelfius Ep. Pictauienſis in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi, cùm Wiſigothi pelluntur à Francis ex Aquitania, ſupereſt in viuis an. 533 cùm celebratur II. Concilium Aurelianenſe.
Elsphius.
Danihel a. 541.
Pientius a. 559. obit a. circiter 564.
Paſcentius fit Ep. a. circiter 564.
Maroueus a. 568. a. 589. obit a. 592.
Plato fit Ep. a. 592. obit a. 599.
Fortunatus fit Ep. a. 599.
Caregiſilus.
Ennoaldus a. 615.
Ioannes a. 625.

R

REDONANSIS E. *de Rennes.*

Melanius Ep. Redonenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, cùm Redones Clodoueo Regi ſubiiciuntur, obit a. 530.
Febediolus fit Ep. a. 530.
Victurius a. 566. a. 568. obit a. 602.
Durioterus fit Ep. a. 603. viuit ſuperſtes Dagoberto Regi.

REIENSIS E. *de Riez.*

Contumelioſus Epiſc Reienſis in prouincia Narbonenſi II. ſub M. Aquenſi, retruditur in Monaſterium ob capitale crimen, antequàm Oſtrogothi prouinciam illam Francis cedant, an. 536. quo fit hæc ceſſio, Reienſis Eccleſia per Viſitatorem regitur ſuperſtite in viuis Contumelioſo.
Fauſtus a. 549.
Emeterius a. 554.
Claudianus a. 573.
Vrbicus a. 585. a. 589,
Claudius a. 625.

RAMANSIS E. M. *de Reims.*

Remigius Ep. Remenſis M. Belgicæ II. cùm Remi Clodoueo ſe ſubdunt, obit a. 533.
Romanus fit Ep. a. 533. obit a. 535.
Flauius fit Ep. a. 535.
Mappinius a. 549. obit a. 569.
Ægidius fit Ep. a. 569. deponitur a. 590.
Romulfus fit Ep. a. 590. obit a. 593.
Sonnatius fit Ep. a. 594. obit a. 631.
Lendegiſelus fit Ep. a. 631.

ROTOMAGENSIS E. M. *de Roüen.*

Creſcentius Ep. Rotomagenſis M. prouinciæ Lugdunenſis II. cùm Clodoueus Rotomagum capit, obit a. 494.
Gildardus fit Ep. a. 494. obit a. 529.
Flauius fit Ep. a. 529. obit a. 544.
Prætextatus fit Ep. a. 544. obit a. 586.
Melantius ſeu Melanius fit Ep. an. 586. obit a. 598.
Hidulphus fit Ep. a. 598. obit a. 626.
Romanus fit Ep. a. 626. ſedet annos 13.

RVTENENSIS E. *de Rodez.*

Quintianus Epiſc. Rutenenſis in Aquitania I. ſub Metr. Bituricenſi cùm Clodoueus tres Aquitanias ſubigit, pellitur in exilium à Wiſigothis, qui Rutenos poſt Clodouei mortem recuperant.
Dalmatius fit Ep. a. 520. ſubéſtque M. Narbonenſi quandiu Ruteni Wiſigothis parent, ſubiicitur autem M. Bituricenſi cùm Ruteni redeunt in poteſtatem Francorum, obitque a. 580.
Theodoſius fit Ep. a. 580. obit a. 584.

Innocentius ſit Ep. a. 584. a. 588.
Verus a. 625.

S

SAGIENSIS E. *de Séez.*

Litharedus Ep. Sagienſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub Metr. Rotomagenſi a. 502. cùm Sagium in poteſtatem Clodouei venit, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aurelianenſe.
Paſſiuus a 533. a. 549.
Milehardus a. 557.
Leudebaudis a. 566. a. 573.
Hildebrandus a. 575.
Rodobertus a. 596.

SALISBVRGIENSIS E. M. *de Saltsbourg.*

Rupertus ſeu Rubertus Ep. Vormacienſis, M. vtriuſque Germaniæ, pellitur a. 577. it in Boioariam an. 579. Boioarios ad fidem conuertit; fit primus Ep. Salisburgienſis M. Boioariæ; duos è ſuis ſociis Epiſcopos conſtituit, Gerardum Laureaci, Erchenfridum Pataniæ; obit a. 623.
Vitalis ſit Ep. a. 623.

SANICIENSIS E. *de Senez.*

Simplicius Ep. Sanicienſis in Alpibus Maritimis ſub M. Ebredunenſi a. 541. & an. 554. Vtrùm autem hic an deceſſor Marcellus a. 536. cùm prædictæ Alpes ad Franciam accedunt, haud liquet.
Vigilius a. 585.

SANTONENSIS E. *de Saintes.*

Gregorius Ep. Santonenſis in Aquitania II. ſub Metr. Burdigalenſi, cùm Wiſigothi à Clodoueo pelluntur ex Aquitania.
Petrus a. 511.
Troianus obit a 532.
Euſebius fit Ep. a. 532. obit paulò ante Clotarium I.
Emerius a. 562.
Concordius.
Didymus.
Palladius a. 573. a. 589. a. 596.
Leontius a. 625.

SEDVNENSIS E. *de Sion.*

Heliodorus Ep. Octodorenſis in prouincia Alpium Graiarum & Penninarum ſub M. Darantaſienſi, Sedem Epiſcopalem Octodoro Seduuum transfert, Concilio Matiſconenſi II. ſubſcribit an. 585.
* a. 602. Ruſticus vel Patricius.
Leutmundus a. 611. a. 616.

SEGESTERICENSIS E. *de Siſteron.*

Auolus Ep. Segeſtericenſis in prouincia Narbonenſi II. ſub Metr. Aquenſi a. 536. cùm prouinciam illam Francis cedunt Oſtrogothi, ſupereſt in viuis a. 554.
Geneſius a. 573.
Pologronius a. 585.

SELLENSIS E. *de Selles en Poitou.*

Auſtrapius fit primus Ep. Sellenſis ceu Caſtri Celſi in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi, Clotario I. totius Franciæ Monarchiam obtinente, obit a. circiter 564. eóque mortuo Sellenſis Epiſcopatus redit ad Pictauienſem à quo nuper auulſus fuerat.

SENONENSIS E. M. *de Sens.*

Eraclius Ep. Senonenſis M. prouinciæ Lugdunenſis IV. cùm Senones parere Francis incipiunt, obit a. 507.
Leo a. 512. a. 533. a. 538.
Conſtitutus a. 549. obit a. 579.
Arthemius fit Ep. a. 579. obit a. 609.
Lupus fit Ep. a. 609. viuit a. 614.
Richerius a. 625.
Hildegarius a. 631.

SILVANECTENSIS E. *de Senlis.*

Modeſtus Epiſc. Siluanectenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, cùm Siluanectum in poteſtatem Childerici Regis venit.
Liuanius ſeu Leuangius obit a. 513.
Paſius fit Ep. a. 513. obit a. 519.
Nonnulus fit Ep. a. 519. obit a. 547.
Gonorigerous fit Ep. a. 547. obit a. 560.
Lethardus fit Ep. a. 560. proficiſcitur in Angliam a. 566.
Sanctinus fit Ep. a. 566. obit a. 581.
Malulfus fit Ep. a. 581. obit a. 584.
Candidus fit Ep. a. 584. obit a. 598.
Agomarus fit Ep. a. 598. ſedet annos 56.

SVESSIONENSIS E. *de Soiſſons.*

Principius Epiſc. Sueſſionenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, cùm Clodoueus Sueſſionem capit.
Lupus a. 511. ſuperſtes a. 535.
Bandaricus exulat a. 558. obit a. 545.
Anectarus fit Ep. a. 545.
Theobaldus ſeu Thenebaldus.
Tondulfus ſeu Taudulfus.
Landulphus.
Anſericus a. 625. de illo iterum Tomo III.

T

TARVANNENSIS E. *de Terouenne.*

Antmundus fit primus Ep. Taruannenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi a. 501 ob. a. 520.
Athalbertus fit Ep. a. 520. obit a. 552.

TOLONENSIS E. *de Toulon.*

Cyprianus Epiſcop. Tolonenſis in prouincia Viennenſi II. ſub Metrop. Arelatenſi, cùm Oſtrogothi ditiones, quas eis Alpes poſſident, Francis tradunt, ſupereſt in viuis a. 542.
Palladius a. 549. a. 554.
Deſiderius a. 573. a. 585.

TOLOSANVS E. *de Tholoſe.*

Heraclianus Epiſc. Toloſanus in prouincia Narbonenſi I. ſub M. Narbonenſi, cùm Clodoueus Toloſam Francicis ditionibus adiungit, abhinc ſubiicitur M. Bituricenſi, obitque a. 509.
Germerius fit Ep. a. 509. obit a. 545.
Magnulfus a. 585.
Mennas a. 601. a. 602.
Willegiſelus a. 625.

TORNACENSIS E. *de Tournay.*

Eleutherius anteà Ep. Blandinienſis in Belgi-

ca II. ſub M. Remenſi, Sedem Epiſcopalem Blandinio transfert Tornacum a. 496. obit a. 532.

Medardus Ep. Nouiomenſis fit etiam Epiſc. Tornacenſis a. 532. Abhinc Tornacenſes Epiſcopi fuerunt idem qui Nouiomenſes, vt obſeruatum eſt ſuprà.

TRAIECTENSIS E. *de Maſtrich.*

Arauatius Epiſc. Tungrenſis in Germania II. Sedem Epiſcopalem Tungris transfert Traiectum ad Moſam, ac paulò pòſt obit a. 450. regnante Meroueo. Circa illa tempora Epiſc. Treuirenſis M. Belgicæ I. fit etiam M. vtriuſque Germaniæ.

Supplicius fit Ep. a. 450.

Quirillus.

Eucherius.

Falco peruenit vſque ad tempora Theodorici Regis. Illo ſedente Epiſc. Vormacienſis fit M. vtriuſque Germaniæ.

Eucherius fit Ep. regnante Theodorico I.

Domitianus a. 535. obit a. 550.

Monulfus fit Ep. a. 550. obit a. 589.

Gondulphus fit Ep. a. 589. obit a. 596.

Perpetuus fit Ep. a. 596. obit a. 609.

Ebregiſus ſiue Euergiſus fit E. a. 609. ob. a. 623.

Ioannes cognomento Agnus fit Ep. a. 623.

TRECENSIS E. *de Troyes.*

Camelianus Ep. Trecenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, cùm Trecæ veniunt in Clodouei poteſtatem, obit a. 536.

Vincentius fit Ep. a. 536. obit a. 546.

Ambroſius fit Ep. a. 546. ſuperſtes eſt in viuis a. 549.

Chardaticus ſiue Ardaricus a. 551. a. 557.

Gallomagnus fit Ep. regnante Guntchramno, obit a. 584.

Agroecius fit Ep. a. 584. viuit a. 586.

Euodius obit ante annum 623.

Modegiſilus.

Ragnegiſilus a. 631.

TREVIRENSIS E. M. *de Tréues.*

Modeſtus Epiſc. Treuirenſis M. Belgicæ I. & vtriuſque Germaniæ, obit anno 486. quo Clodoueus Treuirim capit.

Maximianus fit Ep. a. 486. obit a. 498.

Fibicius fit Ep. a. 498. Vltimus recenſetur è Præſulibus Treuirenſibus qui Metropolitico iure gaudent per vtramque Germaniam, ius enim illud regnante Clodoueo attribuitur Sedi Vormacienſi.

Apruncalus obit a. 527.

Nicetius fit Ep. a. 527. obit a. circiter 566.

Magnericus fit Ep. a. circiter 566. obit a. 597.

Seuerinus fit Ep. a. 597.

Felicius a. 618.

Sebaudus.

Modoaldus fit Ep. regnante in Auſtraſia Dagoberto, viuitque eidem ſuperſtes Dagoberto.

TRICASTINENSIS E. *de Trois-Chaſteaux.*

Heraclius Epiſc. Tricaſtinenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi a. 536. cùm Oſtrogothi Francis ditiones ſuas cis Alpes cedunt, & a. 541. cùm celebratur IV. Concilium Aurelianenſe.

Victor a. 567. a. 573. a. 583. obit a. 584.

Euſebius fit Ep a. 584. intereſt Conciliis Valentino & Matiſconenſi II. a. 585.

TVLLENSIS E. *de Toul.*

Anſpicius Ep. Tullenſis in Belgica I. ſub M. Treuirenſi. cùm Tullum in ditionem Clodouei Regis deuenit.

Vrſus.

Alodius a. 549.

TVNGRENSIS E. *de Tongren.*

Renatus ſeu Reſignatus Epiſc. Tungrenſis in Germania II ſub Colonienſi M. vtriuſque Germaniæ, ætate Faramundi.

Arauatius Sedem Epiſcop. Tungris transfert Traiectum ad Moſam, obitque a. 450. Vide Epiſcopos Traiectenſes, de quibus ſuprà.

TVRONENSIS E. M. *de Tours.*

Licinius fit Epiſc. Turonenſis M. prouinciæ Lugdunenſis III a. 507. quo Clodoueus fugatis Wiſigothis Turonos ingreditur, obit a. 520.

Theodorus & Proculus a. 520. moriuntur a. 522.

Arnulphus fit Ep. a. 522. & paulò pòſt abit.

Dinifius fit Ep. a. 522. obit a. 523.

Ommatius fit Ep. a. 523. obit a. 526.

Leo fit Ep. a. 626. obit a. 527.

Francilio fit Ep. a. 527. obit a. 529.

Iniuriosſus fit Ep. a. 529. obit a. 546.

Baudinus fit Ep. a. 546. obit a. 552.

Guntharius fit Ep. a. 552. obit a. 555.

Eufronius fit Ep. a. 556. obit a. 573.

Gregorius fit Ep. a. 573. obit a. 595.

Pelagius fit Ep. a. 595. obit a. 602.

Leuparius fit Ep. a. 602. obit a. 614.

Agericus fit Ep. a. 614. obit a. 617.

Ginaldus fit Ep. a. 617. obit a. 618.

Valarius fit Ep. a. 618. obit a. 619.

Sigelaicus fit Ep. a. 619. obit a. 622.

Leobaldus ſeu Lethbaldus aut Lebardus fit Ep. a. 622. obit a. 624.

Modegiſilus ſeu Medegiſelus aut Medeſilus fit Ep. a. 624. Viuit ſuperſtes Dagoberto Regi.

V

VALENTINVS E. *de Valence.*

Apollinaris Epiſcop. Valentinus in prouincia Viennenſi I. ſub M. Viennenſi, cùm Franci Burgundiam ſuis ditionibus adiiciunt.

Gallus a. 549.

Maximus a. 567.

Ragnoaldus a. 583. a. 585.

VAPPINCENSIS E. *de Gap.*

Tigrides Ep. Vappincenſis in prouincia Narbonenſi II. ſub M. Aquenſi, cùm Oſtrogothi Francis prouinciam illam ſponte tradunt.

Remedius.

Valleſius a. 549. a. 551. a. 554.

Sagittarius

Sagittarins a. 573. deponitur a. 579.
Atidius ſiue Aregius fit Ep. a. 579. obit a. 604.
Valaronius fit Ep. a. 604.
Potennſſimus Conciho Cabilonenſi ſubſcribit, regnante Clodoueo Dagoberti filio.

VASATENSIS E. *de Baſas.*

Sextilius Ep. Vaſatenſis iu Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus Wiſigothos pellit ex tribns Aquitaniis, & an. 511 cùm celebratur I. Concilium Aurelian.
Oreſtes a. 585.

VASTONENSIS E. *de Vaiſon.*

Alethins Ep. Vaſioueuſis iu prouincia Viennenſi II. ſub Met. Arelateuſi a. 529. in ditione Oſtrogothorum, deinde iu ditione Francorum a. 536. & a. 541.
Theodoſius a. 554.
Quinidius fit Ep. regnante Childeberto, anno citciter 556. ſupereſt in viuis a. 573.
Barthus ſeu Batſius.
Artemius a. 583 a. 585.

VCECIENSIS E. *d'Vſez.*

Probatius Ep. Vceciensis iu prouincia Narbonenſi I. ſub M. Natbouenſi, cùm Clodoueus Vceciam & Toloſam Ciuitates prouinciæ Narbon. I. Wiſigothis eripit, ſubiicitur poſteà M Bituric. cum Toloſa.
Roricins ſub M. Bituticenſi, obit a. 537.
Firminus fit Ep. a. 537. Subditur Met. Arelatenſi, obit a. 553.
Ferteolus fit Ep. a. 553. obit a. 581.
Albinus fit Ep. a. 581. obit eodem anno.
Marcellus fit Ep. a 581.

VENETENSIS E. *de Vannes.*

Modeſtus Ep. Venetenſis iu prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, a. 502. cùm Clodoueus vrbem Veneticam occupat, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aurel.
Macliauus fit Ep. a. 553. obit a. 577.
Eunius fit Ep. a. 577. viuit a. 580.
Regalis a. 590.
Dnminius fit Ep. a. 591. obit a. 602.
Clemens fit Ep a. 602. obit a. 609.
Amans ſiue Amantius fit E. a. 609. ob. a. 615.
Saturnius fit Ep. a. 615. obit a. 618.
Guenninus fit Ep. a. 618. obit a. 622.
Ignorocus fit Ep. a. 622. obit a. 627.
Bamaldus fit Ep. a. 627. obit a. 631.
Suſannus fit Ep. a. 631.

VASONTIONENSIS E. M. *de Beſançon.*

Vrbicus Ep. Veſoutiouenſis, M. prouinciæ Lugdunenſis V. a 541. An autem 534. cùm Franci Burgundiam ſuæ ditioni ſubiiciunt, haud conſtat.
Tetradius a. 551. a. 567.
Silueſter a. 573. a. 583. a. 585.
Nicetius a. 609 a. 610.
Protadius a. 620.
Donatus a. 625.

VICOIVLIENSIS E. *d'Ayre.*

Marcellus Ep. Vicoiulienſis iu Nouempopulania ſub Metr. Eluſano, cùm Clodoueus Franciæ tres Aquitanias adiungit, & a. 533. cùm celebratur II. Concilium Aurelian.

Tom. II.

Ruſticus a. 585.
Filibaudes regnaute Dagoberto.

VIENNENSIS E. M. *de Vienne.*

Iulianus Ep. Vienuenſis M. prouinciæ Viennenſis I. a. 533. cùm celebratur Concilium II. Aurelianenſe, obit an. 534. quo Franci Burgundiam ſubiugant.
Domnus fit Ep. a. 534. obit a. 536.
Pantagathus fit Ep. a. 536. viuit a. 538.
Eſychius a. 549. a. 551.
Namatius obit a. 558.
Philippus fit Ep. a. 558. ſuperſtes eſt a. 573.
Euantius a. 583. a. 585. obit a. 586.
Verus fit Ep. a. 586.
Deſiderius a. 596. obit a. 607.
Domnolus fit Ep. a. 607. ſuperſtes a. 618.
Ætherius.
Clatentius.
Syndulphus a. 625.
Hecdicus regnante Dagoberto.

VINCIENSIS E. *de Vance.*

Deuterius Ep. Vincieuſis in Alpibus Maritimis ſub M. Ebredunenſi, a. 541. cùm celebratur IV. Concilium Aurel. obit a. 588.
Fronimius ex Epiſcopo Agatheuſi fit Epiſc. Vincienſis a. 588.

VINDONISSENSIS E. *de Vindiſch.*

Gramatius Epiſc. Vindoniſſenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub Metr. Veſontionenſi a. 534. cùm Burgundiæ regnum à Francis deletur, ſupereſt in viuis a. 549. cùm celebratur V. Concilium Aurelianenſe.
Maximus ſeu Maximinus Sedem Epiſcopalem Vindoniſſa Conſtantiam ad Rhenum transfert regnante Clotario I. Vide Epiſcopos Conſtantienſes ad Rheuum, de quibus ſuprà.

VIRODVNENSIS E. *de Verdun.*

Poſſeſſor Ep. Viroduneuſis in Belgica I. ſub Met. Treuirenſi obit a. 486. quo Virodunum in poteſtatem Clodouei R. deuenit.
Firmiuus fit Ep. a. 486. obit a. 498.
Videnus ſeu Vitonus fit Ep. a. 498. ob. a. 525.
Deſideratus fit Ep. a. 525. obit a. 550.
Ageticus fit Ep. a. 550. obit a. 588.
Charimeres fit Ep. a. 588. obit a. 602.
Hermenfridus fit Ep. a. 602. obit a. 614.
Godo fit Ep. a. 614. obit a. 631.
Paulus fit Ep. a. 631.

VIROMANDENSIS Epiſc.
D'Auguſte en Vermandois.

Promotus Ep. Viromandenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, cùm Childericus regnum ſuum per illam prouinciã dilatat, Auguſta Viromanduorum aliiſque vrbibus captis.
Sophronius a. 511.
Alnmerus obit a. 530.
Medardus fit Ep. a 530. Sedem Epiſcopalem Auguſta Viromanduorum transfert Nouiomum an. 531. Vide Epiſcopos Nouiomenſes, de quibus ſuprà.

VIVARIENSIS E. *de Viuiers.*

Venantius Ep. Viuarienſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, a. 517. in ditio-

XXxxx

ne Burgundionum, cùm celebratur Concilium Epaonenſe, deinde in ditione Francorum a. 535. cùm celebratur Concilium I. Aruernenſe.
Firminus.
Eumachius.
Agripius.
Melanius II. a. 549.
Ardulfus.
Venantius II.
Longinus.
Lucianus.
Ruſticus.
Melanius III.
Firminus II.
VORMACIENSIS E. M. *de Worms.*
Amandus Ep. Vormacienſis in Germania I. ætate Merouei & Childerici RR. ſub Treuirenſi M. Belgicæ I. & vtriuſque Germaniæ.
Carolus.
Crotoldus an. 503. Fit M. vtriuſque Germaniæ, eaque dignitate gaudent ſucceſſores, donec Sedi Moguntiacenſi reſtituitur, vt dicemus ſuo loco.
** Deſiderantur nomina quorumdam Epiſcoporum.
Rupertus pulſus in exilium a. 577. obit a. 623.
* Deſideratur nomen Epiſcopi, qui ſedit Ruperto adhuc ſuperſtite, & Salisburgienſem Epiſcopatum apud Boioarios adminiſtrante.
Amandus Epiſcopatum init regnante iam apud Auſtraſios Dagoberto.

MONASTERIA.

A

AGAVNVM, Mon.
AGAVNVM Mon. in Ep. Octodorenſi, a. 536. nn. 197. *& ſeqq.* conditur an. 515. ſtante adhuc Burgundionum regno. Hodie nomen gerit ſancti Mauricii. *Saint Maurice.*
Hinmemodus fit primus Abbas a. 515.
Ambroſius obit ante a. 523.
Achiuus fit Abbas ante ann. 523. Eius ætate Agaunum tranſit à Burgundionibus ad Oſtrogothos.
Tranquillus, cuius ætate Agaunum, Octodorum, aliáque cis Alpes loca Francis Oſtrogothi ſponte tradunt a. 536.
S. AMANTII Mon. *S. Amant.*
S. Amantii Mon. in Ep. Cadurcino, a. 606. n. 6. a. 623. n. 12. a. 632. n. 5.
Vrſicinus Abbas obiit cùm Deſiderius Epiſc. erat Cadurcenſis.
Daddinus Abbas conſtitutus eſt ab eodem Deſiderio, qui Cadurci ſedere cœpit anno 629.
AMBILIACVM, Mon.
Ambiliacum Mon. in Ep. Bituricenſi, a. 631. n. 26.
ANDEGAVENSE Mon.
In Andegauenſi Diœceſi Mon. erigitur à S. Meuennio. Vide a. 565. n. 19.
S. ANDREÆ Mon. inferius.
Saint André le bas.
S. Andreæ Mon. inferius puellare Viennæ, a. 558. n. 4 à Remilia Eugenia Anſemundi Ducis filia, in ſuperiore Mon. S. Andreæ nutrita, conditur, Diœceſim Viennenſem adminiſtrante Philippo Ep. cuius Pontificatus initium habet a. 558.
S. ANDREÆ Mon. ſuperius.
Saint André le haut.
S. Andreæ Mon. ſuperius puellare Viennæ, a. 534. n. 25. Conſtruitur à Leoniano ſeu Leuniano S. Petri Abb. ſub Regibus Burgundionum.
Romelia prima Abbatiſſa conſtituitur à Leoniano fratre ſub iiſdem Burgundionibus.
ANISOLA, Mon. *Anille.*
Aniſola Mon. a. 532. n. 11. Ad Aniſolam fluuium conditur à S. Carilepho ex munificentia Childeberti R. in E. Cenomanenſi, temporibus Innocentii Epiſc. Hodie vocatur Mon. S. Carilephi. *S. Calais.*
Carilephus primus Abb. regnante Childeberto.
S. APRI Mon. *S. Evre.*
S. Apri Mon. in Diœceſi Tullenſi, a 584. n. 14.
ARELATENSE Mon.
Arelatenſe Mon. a. 548. nn. 10. *& ſeqq.* Hoc Mon. intra ciuitatem Arelatenſem condit R. Childebertus, & Aurelianus Ep. Regulam Monachis illius loci præſcribit.
Florentinus fit primus Abb. a. 548. obit a. 553.
Redemptus fit Abbas a. 553.
ARVERNENSE Mon.
Mon. apud Aruernos conditur & regitur à S. Brachione a 536. n. 261.
ATHANACVM, Mon. *Aiſnay.*
Athanacum Mon. Lugduni ad Confluentes Araris & Rhodani conſtruitur florente Romanorum Imperio, reparatúrque à Brunichilde Francorum Regina. Vide an. 534. n. 23. & a. 612. n 9.
ATHANVM, Mon.
Athanum Mon. in Ep. Lemouicenſi a. 564. n. 44. Hodie nomen gerit ſancti Aredii. *Saint Yrier.*
Aredius conditor ac primus Abb. obit a. 591.
AVGIA, Mon.
Augia Mon. in E. Conſtantienſi ad Rhenum, a. 622. n. 9.
Haberilla prima Abbatiſſa conſtituitur à S. Gallo, qui deceſſit è viuis a. 625.
S. AVITI Mon. *S. Avy.*
S. Auiti Mon. in E. Carnotenſi, a. 525. n. 20.

Auitus conditor ac primus Abb. obit a. 530.

AVTISSIODORENSE Mon.

Germanus Ep. Antiſſiodorenſis erexit Mon. Autiſſiodori priuſquàm illa ciuitas Francis dederetur, an. 494. n. 3. Vide infrà Mon. Autiſſiodorenſe S. Germani. *S. Germain d'Auxerre.*

B

BALMA, Mon. *la Baulme les Nonnains.*

Balma, an. 534. n. 28. Puellare hoc Mon. ad Dubim fluuium in Ep. Veſontionenſi conditur florente Romanorum Imperio, proximiſque ſeculis varias vices expertum.

BALMA, Mon. *la Baulme.*

Balma, an. 534. n. 24. Puellare hoc Monaſt. Diœceſeos Lugdunenſis in ſylua Iurenſi conditur ſtante Burgundionum regno. Hodie vocatur Mon. S. Romani de rupe. *S. Romain.*

BARBARENSE Mon. *l'Iſle Barbe.*

Barbatenſe ſiue Inſulæ Barbaræ Mon. a. 534. n. 23. Conditur in Arari fluuio prope Lugdunum quarto ſeculo, pace tunc à Chriſtianis Impp. Eccleſiæ reſtituta.

Ambroſius Abbas an. 534. cùm regnum Burgundiæ deletur à Francis, quo tempore ſedet Ep. Lugdunenſis Lupus anteà eiuſdem Mon. Abbas.

BATHENSE Mon. *Baaz.*

Mon. in Batha Inſula Diœceſeos Leonenſis, a. 554 n. 2.

Paulus Abb. anteà Ep. Leonenſis, ſub Childeberto Rege.

S. BENIGNI Mon. *S. Benigne.*

S. Benigni Mon. a. 534. n. 29. Conditur Diuione in Ep. Lingonenſi, regnante apud Burgundiones Gondobaldo.

Euſtadius primus Abbas obit an. circiter 534. quo Burgundia venit in poteſtatem Francorum.

Tranquillus.

Apollinaris regnante Guntchramno.

Gudinus coætaneus Mietio Ep. Lingonenſi.

Bobolenus coætaneus Modoaldo Ep. Lingonenſi.

Richimarus coætaneus Bertoaldo Ep. Lingonenſi.

BESVENSE Mon. *Béſe.*

Beſuenſe Mon. in Epiſc. Lingonenſi, a. 616. nn. 5. 6.

Waldalenus primus Abbas, de quo iterum Tomo III.

BITVRICENSE Mon.

Monaſt puellarum in ciuitate Bituricenſi, a. 631. n. 25.

Euſtadia ſiue Euſtadiola conſtituit hoc Mon. fitque prima Abbatiſſa a. 631.

BLANDINIVM, Mon. *Blandin.*

Blandinium vnum è Monaſteriis Gandenſibus in Epiſc. Tornacenſi, an. 631. nn. 3. 4. Conditur à S. Amando, habet à prima inſtitutione Clericos quos idem Amandus erudit, deinde Monachos, de quibus Tomo III.

BVXIDVM, Mon. *la Boiſſeliere.*

Buxidum, Mon. in E. Cenomanenſi, a. 625. n. 132.

Lenogeſilus conditor ac primus Abbas, anno 625. Clotario II. Francorum Rege, & Hadoindo Ep. Cenomanenſi.

C

S. CÆSARII Mon. *S. Ceſaire.*

S. Cæſarij Mon. puellare Arelatenſe, a. 536. n. 45.

Cæſaria ſoror S. Cæſarij, prima conſtituitur Abbatiſſa à fratre anno 512. obit ante fratrem.

Cæſaria II. cui vita S. Cæſarij dicatur poſt an. 542. ſuperſtite in viuis Childeberto R.

Liliola obit a. 574.

Ruſticula fit Abbatiſſa a. 574. obit a. 632.

Celſa fit Abbatiſſa a. 632.

CAMPIDONA, Mon. *Kempten.*

Campidona, Mon. in E. Auguſtano Vindelicorum, a. 628. n. 24.

Theodorus conditor ac primus Abbas, anno 628.

CARANTONIVM, Mon. *Charenton.*

Carantonium Mon. in E. Bituricenſi, a. 631. n. 24.

S. CASSIANI Mon. *S. Caſſien.*

S. Caſſiani Mon. puellare in Ep. Maſſilienſi, a. 536. n. 43.

Reſpecta Abbatiſſa an. 596. Lege Gregorium Magnum lib. 6. ep. 12.

CELLA, Mon.

Cella ſeu Cella Leobardina vel Cella Leobardi, Mon. in Ep. Argentoratenſi, a. 586. n. 42.

Leobardus conditor ac primus Abbas, a. 586. obit a. 618.

Anaſtaſius fit Abbas a. 618. præéſtque annos 40.

CELLVLA S. EVSITII, Mon. *Sellæ.*

Cellula S. Euſitij, Mon. ad Carum fluuium in Ep. Bituricenſi, a. 531. n. 5.

Euſitius primus Abbas.

Leonardus.

CENOMANENSE Mon.

Cenomanenſe Mon. Virginum a. 541. n. 66. Hoc Mon. inter Sartham & ciuitatem Cenomanicam erexit Treneſtina, cùm Cenomania Childeberto Regi parebat, & Diœceſim Cenomanenſem adminiſtrabat Innocentius Epiſc. qui migrauit ad Deum a 543.

CERASIVM, Mon. *Ceriſy.*

Ceraſium, Mon. in Ep. Baiocenſi, anno 530. n. 15.

Vigor conditor ac primus Abbas, poſteà fit Ep. Baiocenſis regnante Childeberto.

S. CERENICI Mon *S. Cerenic.*

S. Cerenici Mon. in Ep. Sagienſi, anno 557. n. 39.

Cerenicus, annuente Milehardo Epiſc. Sagienſi, Cœnobium conſtruit poſt a. 549. ibíque primus Abb. obiit poſt a. 565.

CHRISMATVM Mon.

Chriſmatum Mon. in Ep. Baiocenſi, a. 530. n. 15. Hoc Mon. conſtructum eſt à S. Vigore Ep. Baiocenſi, hodie Prioratus eſt, & in memoriam ſui conditoris appellatur Prioratus S. Vigoris. *S. Vigor.*

CINCILLACENSE Mon. *Tintillant.*

Cincillacenſe Mon. in Ep. Venetenſi, a. 504. n. 2.

Albinus fit Abb. Cincillacenſis a. 504. deinde Ep. Andegauenſis a. 529.

COACENSE Mon.

Coacenſe Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 582. n. 19.

COLOBERONENSE Mon.

Coloberonenſe Mon. in E. Bituricenſi, anno 525. n. 18.

S. COLVMBÆ Mon.
Sainte Colombe.

S. Columbæ Mon. puellare prope Viennam, a. 534. n. 16.

COLVMBARIENSE Mon.

Columbarienſe Mon. in Ep. Bituricenſi, an. 576. n. 12. Hoc Mon. erectum fuit à S. Patroclo Preſbytero, qui migrauit ad Deum a. 576.

CONDATESCENSE Mon.

Condateſcenſe Mon. in Epiſc. Lugdunenſi, a. 534. n. 24.

Romanus erigit hoc Monaſt. eiúſque primus eſt Abb. ante a. 444.

Lupicinus.

Eugendus, de cuius nomine idem Mon diu dictum eſt Mon. S. Eugendi, *S Oyan*, vt poſteà de S. Claudij nomine vocatum eſt ad hodiernam vſque diem Mon. S. Claudij, *S Claude.*

Minauſius.

Antidiolus a. 534. cùm Burgundiæ regnum à Francis extinguitur, obit a. 542.

Olympius fit Abb. a. 542. obit a. 575.

Sapientius fit Abb. a. 575. obit a. 592.

Talaſius fit Abb. a. 591. obit a. 593.

Dagamodus fit Abb. a. 593. obit a. 628.

Audericus fit Abb. a. 628. obit a. 631.

Iniurioſus fit Abb. a. 631.

CRONOMENSE Mon. *Cournon.*

Cronomenſe Mon. in E. Aruernenſi, a. 508. n. 26. a. 509. n. 11. Hoc Mon. florebat in Aruernia, cùm Clodoueus ex Aquitania Wiſigothos expulit.

CVLTVRA DEI, Mon. *la Couture.*

Cultura Dei, Mon. in Epiſc. Cenomanenſi, an. 589. n. 16. Hoc Monaſt. erectum eſt à Bertchramno Ep. Cenomanenſi, qui ſedit ab a. 586. ad annum 623.

CVRBIO, Mon.

Curbionenſe Mon. in Ep. Carnotenſi, in pago Drocenſi, a 563. n. 6. a. 593. n. 3.

Launomarus condit hoc Mon. a. 563. fit primus Abb. obiit a. 593.

Ragnobertus fit Abb. a. 593.

S. CYRICI Mon *S. Cirgues.*

S. Cyrici Mon. in E. Aruernenſi, a 615. n. 30. Hoc Monaſt. conditum eſt priuſquàm Aruerni Francis parerent.

Abraham conditor ac primus Abb. tempore Sidonii Apollinaris.

D

DAOVGALENSE Mon *Daoulas*

Daougalenſe Mon. in Ep. Corentinopolitano, a. 538. n. 74.

Iehonius ſeu Iaonas, primus Abbas conſtituitur ea Monacho Teuenecenſi, abdicat ſe regimine Monaſterii a. 550.

Tuſucanus fit Abb. a. 550.

DECIMIACENSE Mon.

Decimiacenſe Mon. in Ep. Autiſſiodorenſi, a. 582. nn. 19. 21.

S. DIONYSII Mon. *S. Denys.*

S. Dionyſii Mon. in Epiſc. Pariſienſi, in vico Catholacenſi, a. 627. n. 20. nouum conditur à Dagoberto R. a. 630. nn. 8. *& ſeqq.*

Dodo Abbas an. 627. a. 630. De illo iterum Tomo III.

DOLENSE Mon. *Dol.*

Dolenſe Mon. a. 529. n. 8.

Samſon fit primus Abbas Dolenſis regnante Childeberto, deinde ante a. 541. fit Epiſc. eiuſdem loci, Monachis Kerſeunteum ablegatis.

DORNATIACVM Mon.

Dornatiacum Mon. puellare in E. Veſontionenſi, an. 616. n. 6. Hoc Mon. Dornatiacum à loco dictum eſt. Vocatur etiam Mon. S. Mariæ *de Battant.*

Adalſinda, filia Amalgarii Ducis, qui Monaſterium condidit, prima fit Abbatiſſa Clotario II. Monarchiam totius Franciæ iam adepto.

DVRINENSIA Monaſteria. *de Durin.*

Durinenſia Monaſteria, vnum virorum, alterum puellarum, in Epiſc. Namnetenſi, a. 565. n. 12. conduntur à Martino Abb. Vertanenſi.

E

EBORIACVS, Mon.

Eboriacus, corruptè *Eueriacus*, Mon. puellarum in Ep. Meldenſi, an. 614. n. 4. Hodie nomen gerit beatæ Faræ primæ Abbatiſſæ, vocatúrque *Faremonſtier.*

Fara prima Abbatiſſa ſupereſt in viuis anno 632.

ENIXIONENSE Mon. *Anſion.*

Enixionenſe ſiue Henſionenſe Mon. in Ep. Pictauienſi, an. 508. n. 21. Hodie vocatur Monaſterium S Iouini de Marnis. *S. Iouin de Marne.*

Lemiegiſilus Abbas ſub Wiſigothis.

Generoſus Abbas ſub Wiſigothis, deinde ſub Francis.

EBREDVNENSE Mon. *d'Ambrun.*
Ebredunenſe Mon a. 548. n. 96.
Beroaldus Abbas Monaſterij muris Ebredunenſibus adiacentis, cùm Ætherius Epiſc. erat Auenticenſis, hic autem Auentici ſedere cœpit a. circiter 548.

S. EVSEBII Mon. *S. Euſebe.*
S. Euſebij Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 625. n. 62. conditur à S. Palladio, qui Pontificatum Antiſſiodorenſem ſuſcepit a. 624.

F

FAVCENSE Mon. *Fuſſen.*
Faucenſe Mon. in Ep. Auguſtano Vindelicorum, a. 629. n. 10,
Magnoaldus ſeu Magnus primus Abbas inchoauit hoc Mon. an. 629. ſuperſtes vixit ad annum vſque 655.

FERRIOLACENSE Mon.
Ferriolacenſe Mon. in Ep. Vceeienſi, a. 558. n. 7. Hoc Mon. ita dictum à S. Ferreolo ſeu Ferriolo conditore, Ep. Vcecienſi, qui Regulam Monachis ibi degentibus præſcripſit, geſsitque Pontificatum ab a. 553. vſque ad a. 581.

FONS ROGI, Mon. *Font-Rouge.*
Fons Rogi, Mon. in Epiſc. Antiſſiodorenſi, a. 543. n. 2.
Romanus Abbas a. 543.

FONTANETENSE Mon.
Fontanetenſe Mon. in Ep. Autiſſiodorenſi, a. 582. nn. 19. 21.

G

GABALITANVM Mon.
Gabalitanum Mon. puellare, a. 628. n. 11.
Enymia ſoror Dagoberti Regis, prima fit Abbatiſſa.

S. GALLI Mon. *S. Gal.*
S. Galli Mon. in Ep. Conſtantienſi ad Rhenum, anno 615. n. 1. gerit nomen conditoris.
Gallus conditor ac primus Abbas obit anno 625.

GANDA, Mon. *Gand.*
Ganda ſeu Gandenſe Mon. in E. Tornacenſi, an. 631. nn. 3. 4. conditur à S. Amando, habet à prima inſtitutione Clericos quos idem Amandus erudit, deinde Monachos, de quibus Tomo III.

GAVDIACVM Mon.
Gaudiacum Mon. in Ep. Biturricenſi, an. 631. n. 24.

GENOLIACVM Mon.
Genoliacum Mon. in Epiſc. Petrocoricenſi, a. 542. n. 2.
Sanalus Abbas regnante Clotario I.

GERBERENSE Mon. *Gerber.*
Gerberenſe Monaſt. in Ep. Leonenſi, a. 545. n. 8.
Tangnidus ſeu Gurguidus, regnante Childeberto, primus Abbas conſtituitur à ſancto Paulo Ep. Leonenſi, ipſius Mon. conditore, obit a. 590.

S. GERMANI Mon. Autiſſiodorenſe.
S. Germain d'Auxerre.
S. Germani Mon. in Epiſc. Autiſſiodorenſi, a. 586. n. 38.
Allodius Abbas ſuperſtite adhuc in viuis ſancto Germano.
Winebaudus a. 586.
Palladius, qui factus eſt Ep. Autiſſiodorenſis a. 624.

S. GERMANI Mon. Cenomanenſe.
S. Germain du Mans.
S. Germani Monaſt. Cenomanenſe, a. 589. n. 16.

SS. GERVASII & PROTASII Mon.
SS. Geruaſij & Protaſij Mon. Viennæ, a. 534. n. 27.

GLANDERIA, Mon.
Glanderia, Mon. in E. Merenſi, a. 587. n. 22. Conditorem agnoſcit Arnoaldum circa a 587. Nomen hodie gerit S. Martini cui dicatum eſt. *S. Martin aux Cheſnes.*

GLANNAFOLIVM, Mon. *Glanfeüil.*
Glannafolium Monaſt. in Ep. Andegauenſi, a. 543. n. 13.
Maurus fit primus Abbas an. 543. abdicat ſe regimine Monaſterij, a. 601.
Bertulfus fit Abbas a. 601. obit a. 606.
Florianus fit Abbas a. 606.

GRESSVS, Mon. *Grees.*
Greſſus, Mon ad Brigiam riuum in E. Cenomanenſi, a. 532. n. 13.
Almirus conditor ac primus Abbas regnante Childeberto, & Diœceſim Cenomanenſem adminiſtrante Innocentio Ep. ſupereſt in viuis a. 559.

GRININCENSIA Monaſteria.
Grinincenſia Monaſteria in Ep. Viennenſi, a. 534. n. 26.

GVERNIENSE Mon. *Guern.*
Guernienſe Mon. in E. Aletenſi, a. 565. n. 8. Conditum eſt à S. Machute ſeu Maclouio, qui primus fuit Ep. Aletenſis, tenuitque Pontificatum ab an 541. vſque ad annum 565.

GVRTHONENSE Mon. *Gourdon.*
Gurthonenſe Mon. in Ep. Cabilonenſi, anno 534. n. 31.

H

S. HILARII Mon. *S. Hilaire.*
S. Hilarij Mon. in ſuburbio Pictauienſi, anno 508. n. 19. Conditum eſt hoc Monaſt. florente in Galliis Romanorum Imperio.
Fridolinus Abbas, cùm Pictauium in poteſtatem Clodouei R. venit.
Paſcentius Abb. ante an. 564. quo factus eſt Ep. Pictauienſis.

S. HILARII Mon.
S. Hilarij Mon. ad Moſellam in E. Metenſi, a. 509. n. 7.
Fridolinus anteà Abb. S. Hilarij in ſuburbio

Pictanienſi, hoc Mon. quod hodie S. Naboris Cœnobium appellatur, conſtruit regnante Clodoueo Magno, illúſqua loci primus fit Abbas.

I

INSVLA Mon. *Iſle.*
Inſnla, Mon. in Ep. Treeenſi, a. 486. n. 19.
Anentinus Abb. abdicat regimen a. circiter 534
Fidolus fit Abb. a. circiter 534.
S. IOANNIS BAPTISTÆ IN GAELO Mon.
S. Iean Baptiſte de Gael.
S. Ioannis Baptiſtæ in Gaelo Mon. in E. Aletenſi, a. 565. n. 8.
Menennius conditor ac primns Abb. coætaneus SS. Samſoni, Maglorio & Machuti. Hodie nomen facit Monaſterio. *S. Méen de Gael.*
S IOANNIS BAPTISTÆ Mon. Andegani.
S. Ioannis Baptiſtæ Mon. prope muros Andegauenſes, an. 605. n. 2. Conditum eſt à S. Licinio Ep. qui factus eſt Ep. Andegauenſis a. 592. obiitque a. 6[illegible]
S. IOANNIS BAPTISTÆ Mon. Viennæ.
S. Ioannis Baptiſtæ Mon. Viennæ, anno 534. n. 27.
S. IVLIANI Mon. *S. Iulien.*
S. Iuliani Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 586. n. 38. a. 625. n. 62.
Niginaldus Abb. ætate Deſiderij Ep. qui Pontificatum Antiſſiodorenſem geſſit ab anno 605. vſque ad a. 623.
Hoc Mon. qnod virorum erat, anxit, & virginum deinceps eſſe voluit Palladius Ep. qui prædicto Deſiderio in Epiſcopatum immediatè ſucceſſit.
IVRANSE Mon.
Mon. in ſalin Iurenſi, ſuper Nouiſonam fluuiolum in Ep. Veſontionenſi, a. 625. n. 65. Conditum eſt à Rameleno fratre S. Donati Ep. Veſontionenſis, qui Concilio Remenſi ſubſcripſit a. 625.
Siagrius primus Abbas.
IXIVM Mon.
Ixium Mon. in E. Bituricenſi, a. 531. n. 3.
Faretrus Abbas ſub cuius diſciplina vixit S. Deodatus coætaneus Clodoueo R.

K

KALA, Mon. *Chelles.*
Kalenſe Mon. puellare in E. Pariſienſi, a. 537. n. 2.
KEMPARLAGIVM Mon. *Kemperlé.*
Kemperlegium, Mon. in E. Corentinopolitano, a. 574. n. 24. Conditum eſt a. circiter 550.
Gurthiernus primus Abbas.
KERFEVNTEVM, Mon.
Kerſeunteum, Mon. in Ep. Dolenſi, a. 529. n. 8.
Maglorius, regnante Childeberto, primus Abbas conſtituitur à Samſona tunc facto Ep. Dolenſi, fit & ipſe Ep. Dolenſis anno 564.

L

LAVCONNENSE Mon.
Lauconnenſe Mon. in E. Lugdunenſi, anno 534. n. 24.
Lupicinus primus Abb. poſteà Condateſcenſis. Vide Monaſt. Condateſcenſe, de quo ſuprà.
S. LAVRENTII Mon.
S. Laurentii Mon. in ſuburbio Pariſienſi, a. 547. n. 7. Illius loci Abbas falsò creditur Domnolus, qui factus eſt Epiſc. Cenomanenſis a. 545.
S. LAVTHENI Monaſteria.
S. Lautheni Monaſteria in E. Veſontionenſi, a. 534 n. 28.
Lanthenus Abbas illorum Monaſteriorum regnante apud Burgundiones Gundebaldo.
LERINVS, Mon. *Lerins.*
Lerinanſe Mon. in Ep. Antipolitano, a. 536. n. 179.
Honoratus conditor ac primus Abb. vertente quarto ſeculo, poſteà fit Ep. Arelatenſis.
Maximns, poſteà Ep. Reienſis.
Fauſtus, poſteà Ep. Reienſis.
Porcarius S. Cæſarium in ſodalitium Monachorum admittit.
Honoratus II. a. 507.
Marinus a. 536. cùm Oſtrogothi Francis ditiones ſuas cis Alpes ſponte cedunt.
Florianus a. 550.
Stephanus a. 596.
Cono a. 600.
LIMONICVM Mon.
Limonicum Mon. in Ep. Viennenſi, a. 614. n. 41.
Samſon Abb. a. 614. obit a. 624.
Maximus fit Abb. a. 624. obit a. 625.
Magnentius fit Abb. a. 625.
LOCCENSE Mon. *Loches.*
Loccenſe Mon. in Epiſc. Turonenſi, a. 508. n. 31.
Vrſus Abbas regnante Alarico R. wiſigothorum, dubium an vixerit etiam ſub Clodoueo Francorum R.
LOCVS KIRECI, Mon. *Loc-Kirecq.*
Locus Kireci, Mon. prope Kerſeunteum in E. Dolenſi, in loco cui nomen *Land-meur*, a. 520. n. 11.
Kirecus ſeu werocus condit Monaſt. a. 522. éſtque illius loci primus Abbas, donec an. 528. abit ad Parœciam Danielis, alio Abb. ſubrogato.
LVCIONENSE Mon. *Luçon.*
Lucionenſe Mon. in Ep. Pictanienſi, a. 508. n. 22. Nomen à Lucio conditore dicitur accepiſſe, cùm Romani Galliâ potiebantur.

S. Lvpi Mon. *S, Loup.*

S. Lupi Mon. prope muros Trecarum, a. 583. n. 44. a. 623. n. 14.

Audericus Abb. peruenit ad vltima tempora Gallomagni Episc.

Winebaudus Abb. constituitur ab eodem Gallomagno Episc, cuius obitus in a. 584. cadit, vixit autem Winebaudus post a. 614.

Lvtra, Mon. *Lure.*

Lutra, Mon. in Episc. Vesontionensi, a. 611. num. 11.

Deicolus condit Mon. Lutrensia fitque primus Abb. a. 611. abdicat sa regimine Monasterii, a. circiter 615.

Columbinus fit Abb. a. circiter 615. obit post a. 625.

Lvxovivm, Mon. *Luxeuil.*

Luxouium Mon. in E. Vesontionensi, a. 590. num. 36.

Columbanus conditor ac primus Abbas pellitur, a. 610. Walericus per eius absentiam gerit curam Monasterii.

Eustasius fit Abb. a. 613. ob. a. 615.

Waldebertus fit Abb. a. 625. de illius promotione ad Episcopatum Meldensem agemus Tomo III.

M

Magdvnvm, Mon. *Meun.*

Magdunum, Mon. in Ep. Aurelianensi, a. 549. num. 18.

Liphardus primus Abb. obit, Diœcesim Aurelianansam administrante Marco Ep.

Vrbitius.

Maivs Mon. *Mairmoutier.*

Maius Mon. in Ep. Turonensi, a. 508. n. 4.

S. Martinus conditor ac primus Abbas ob. a. 397. Arcadio & Honorio Augg.

Galbertus.

Aychardus.

Guilermandus.

Peregrinus.

Andemundus

Dominicus.

Ildemarus.

Mansfradus.

Deodatus.

Vulginus.

Benedictus.

Hildricus.

Martinus II.

Godo.

Latinus.

Gimo.

Fundilius.

Bonifacius.

Eustochius, a 585.

Mannacense Mon.

Mannacense Mon. in Ep. Autissiodorensi, a. 582. nn. 19. 21.

S. Marcelli Mon. Cabilona.

S. Marcelli Mon. Cabilone, a. 584. num. 22. conditur à Guntchramno R.

S. Marcelli Mon. Viennæ.

S. Marcelli Mon. Viennæ, a. 534. n. 27.

Mariacvm, Mon. *Mairé.*

Mariacum, Mon. in Ep. Pictauiensi, a. 559. num. 12.

Iunianus primus Abb. ob. a. 587.

Auiamundus fit Abb. a. 587.

B. Mariæ V. Mon. Augustoduni.

B. Mariæ Virg. Mon. puellara Augustoduni, a. 600. n. 6. Hodie vocatur Mon. S. Andochii.

Thessalia prima Abbatissa tempore Gregorii Magni.

B. Mariæ V. Mon. Cadurci.

B. Mariæ Virg. Mon. Cadurci, a. 632. n. 4. Erectum à Desiderio qui Cadurcensem Episcopatum suscepit, a. 629.

Claudius primus Abbas.

B. Mariæ V. Mon. Cenomani.

B. Mariæ V. Mon. in E. Cenomanensi, a. 572. n. 7. conditum à S. Domnolo Ep. Cenomanensi, qui sedit ab a. 545. vsque ad a. 581.

Paduinus primus Abbas.

B. Mariæ V. ac SS. Apostolorvm Mon. Suessiona.

B. Mariæ Virg. & SS. Apostolorum Mon. Suessione conditur à Clotario R. post obitum S. Medardi, cuius nomen hodie gerit. *S. Medard de Soissons.*

B. Mariæ V. Mon. Vesontione.

B. Mariæ Virg. Mon. puellare Vesontione, a. 625. num. 65. Conditum est à Flauia matre S. Donati.

Sirudis prima Abbatissa, soror S. Donati, qui Concilio Remensi subscripsit, a. 625.

S. Martialis Mon. *S. Martial.*

S. Martialis Mon. puellara Parisius, a. 632. n. 11. Conditum est à S. Eligio nondum Episcopo.

Aurea prima Abbatissa, a. 632.

S. Martini Mon. Augustodunense.

S. Martini Mon. in suburbio Augustodunensi, a. 600. n. 6. Conditum à Siagrio Ep. qui finem viuendi fecit, a. 600.

Luppo primus Abb.

S. Martini Mon. Autissiodori.

S. Martini Mon. Autissiodori, a. 623. n. 12.

S. Martini Mon. Treuiris.

S. Martini Mon. Treuiris, a. 597. n. 8. Conditorem agnoscit S. Magnericum, qui factus est Episc. Treuirensis, a. circiter 566. obiitque, a. 587.

S. Martini Mon. Turonis.

S. Martini Mon. Turonis, a. 508. num. 4. Inchoatum à S. Martino, a. 461. absolutum, a. 472.

Leo Abb. fit Ep. Turonensis, a. 526.

S. Martini Mon. Viennæ.

S. Martini Mon. Viennæ, a. 534. n. 27.

In Martinis Mon.

Mon. in Martinis Taruannæ, a. 552. num. 3. Hoc Mon. conditorem habuit Athalbertum Ep. qui Morinorum Ecclesiam rexit ab a. 520. ad a. 552.

S. MATTHÆI FINISTERRÆ Mon. *S. Mahé.*

S. Matthæi Mon. in E. Leonenſi, a. 555. n. 21. Gurguidus ſeu Tanguidus anteà Gerberenſis Abb. condit hoc Mon. & illius primus fit Abb. Paulo Leonenſem Epiſcopatum poſt Tiernomagilum iterum adminiſtrante, obit a. 590.

S. MAXENTII Mon. *S. Maixent.*

S. Maxentii Mon. in E. Pictauienſi, a. 507. n. 9.

Agapitus Abbas, ſub cuius diſciplina vixit Maxentius.

Maxentius, cuius nomen loco inditum ad hodiernam vſque diem perſeuerat, Abbas ætate Clodouci Magni.

S. MAXIMINI Mon. *S. Maximin au Dioceſe d'Aix.*

S. Maximi Mon. in Ep. M. Aquenſi, a. 536. n. 167. paulò recentius Cœnobio Maſſilienſi S. Victoris, de quo infrà.

S. MAXIMINI Mon. *S. Maximin au Dioceſe de Treues.*

S. Maximini Mon. in E. Treuirenſi, conditum florente in Galliis Romanorum Imperio.

Fibicius ex Abb. S. Maximini fit Ep. Treuirenſis, a. 498.

S. MEDARDI Mon. *S. Medard.*

S. Medardi Mon. prope muros Cameracenſes, a. 619. n. 21. Conditum eſt à. Gaugerico Ep. Atrebatenſi & Cameracenſi, qui ſedere cœpit a. circiter 580. obiitque a. circiter 619.

MEDIVM MONASTERIVM, Mon. *Monſtier-Moyen.*

Medium Monaſterium in ciuitate Bituricenſi, a. 631. n. 25.

MENATVM, Mon. *Menat.*

Menatenſe Mon. in Ep. Aruernenſi, a. 508. n. 26. celebre, priuſquàm Clodoueus ex Aquitania Wiſigothos expelleret.

Brachio fit Abb. regnante Theodoberto Clodouei nepote, obit a. 576.

MANTVNIACVM, Mon. *Mantenay.*

Mentuniacenſe Mon. in Ep Trecenſi, a. 505. num. 2.

Romanus conditor ac primus Abbas regnante Clodoueo, fit Ep. Remenſis, a. 533.

Leo fit Abbas, a. 533.

MICIACVM, Mon. *Mici.*

Miciacenſe Mon. in E. Aurelianenſi, a. 498. num. 2. conditum ex munificentia Clodouei R.

Euſpicius fit primus Abb. a. 498. ob a. 501.

Maximinus, cuius nomen hodie gerit hoc Mon. *S. Meſmin*, fit Abb. a. 501. ob. a. 520.

Auitus fit Abb. a. 521. Miciaco diſcedit, a. 525.

Theodemirus Auito ſubrogatur.

Maximinus II. ſeu Iunior.

MOGOARA, Mon. *Moguer.*

Mogoera, Mon. in E. Lexobienſi, a 520. n. 9. Conditur à Tugdwalo, regnante Childeberto I.

MOLOMIENSE Mon. *Molomt.*

Melundenſe ſeu Molundenſe aut Molomienſe Mon. in Ep. Lingonenſi, a. 496. n. 154. Conditur à Clodoueo R.

MONS FALCONIS, Mon. *Mont-Falcon.*

Mons Falconis, Mon. in E. Remenſi, a. 627. num. 4.

Baldericus ſeu Baltfridus conditor ac primus Abb. regnante in Auſtraſia Dagoberto.

MONS NONNARVM, Mon. *Nunberg.*

Mons Nonnarum, Mon. in Epiſc. Saliſburgienſi. Conditur à S. Ruperto primo E. Saliſburgienſi, qui migrauit ad Deum a. 623.

Erndrudis ſiue Erendrudis prima Abbatiſſa, Soror S. Ruperti.

MONS SANCTVS, Mon.

Mons Sanctus, Mon. puellarum in E. Tullenſi, a. 620. n. 2. Conditum eſt à S. Romarico, vnde & hodie Mons Romarici vocatur, *Remiremont.*

Magdefledis ſeu Mectefledis prima Abbatiſſa, ob. a. 622.

Gegoberga fit Abbatiſſa, a. 622.

MOSSIACVM Mon. *Moiſſac.*

Moſſiacum Mon. in Ep. Cadurcenſi, a. 632. num. 6. inchoatum regnante Clotario II. perfectúmque ſedente iam Cadurci Deſiderio, qui factus eſt Ep. a. 629.

N

NANTVS, Mon. *Nanteuil.*

Nantus, Mon. in Ep. Conſtantienſi, a. 538. num. 75.

Mareulfus ex munificentia Childeberti R. condit hoc Mon. a. circiter 538. primus Abb. conſtituitur, obitque a. 556.

NERIENSE Mon.

Neteenſe Mon. puellare in Ep. Bituricenſi, a. 558 n. 5. Conditum eſt à S. Patroclo, qui tranſiit ad Deum a. 576.

S. NICETII Mon. *S. Nizier.*

S. Nicetii Mon. in E. Viennenſi, a. 534. n. 27.

S NICETII MON. *S. Nizier.*

S. Nicetii Mon. Lugduni, a. 589. n. 14.

Anſtregiſilus Abbas ſub Æthetio Ep. Lugdunenſi, factus eſt Ep. Bituricenſis, a. 612.

NIGELLA ABSCONDITA, Mon. *Nelle la repoſte.*

Nigella abſcondita, Mon. in Ep. Trecenſi, a. 505. n. 3. Conditur pro viris ac fœminis ex liberalitate Clodouei R. & Clotildis Reginæ.

NIVERNENSE Mon.

Mon. iuxta Niuernum, a. 631. n. 24.

NOBILIACVM, Mon. *Noaillé.*

Nobiliacum, Mon. in Epiſc. Lemouicenſi, a. 549. n. 20.

Leonardus, à quo nomen hodie loco eſt, *S. Leonard*. hoc Mon. conſtruxit ex munificentia Theodoberti I. R. fuitque primus Abbas.

NOVIACVM, Mon.

Nouiacus, Mon. in Ep. Auenticenſi, a. 548. n. 96. a. 562. n. 32.

O

OGIA, Mon. *Oye.*

Ogia, Mou. in Ep. Sautoueuſi, a. 609. n. 13.

ONIA, Mou.

Onia, Mon. in Ep. Bituricenſi, a. 508. u. 31.

P

PALATIVM, Mon.

Palatium ſeu S. Pauli Mon. prope Veſoutiouem, a. 625. n. 65. Conditum eſt à S. Donato Veſoutionenſi Ep. qui Coucilio Remenſi ſubſcripſit a. 625.

PANATALA, Mon. *Penets.*

Penetale, Mon. iu Ep. Dolenſi, a. 529. o. 8. Conditur à S. Samſone, qui primus Dolenſis Ep. fuit regnante Childeberto, vitámque clauſit a. 564.

S. PATRI Mon. Autiſſiodori. *S. Pere d'Auxerre.*

S. Petri Mon. Autiſſiodori, a. 586. n. 38.

S. PATRI Moo. ad Brigiam. *S. Pierre ſur Braye.*

S. Petri Mou. ad ſontes Brigiæ iu E. Cenomanenſi, a. 532. n. 14. inchoatur à S. Boamiro ſub Childeberto R. & Innocentio Epiſc.

S. PATRI Mon. Cabiloue. *S. Pierre de Chalon.*

S. Petri Mon. Cabiloue, a. 602. n. 38. Conditum eſt aut reſtauratum à Flauio, qui Cabilouenſ. Epiſcopatum ſuſcepit a. 580.

S. PETRI Mon. Remis. *S. Pierre de Reims.*

S. Petri Mou. puellare Remis, a. 593. u. 14.

S. PATRI Mon. Remis. *S. Pierre de Reims.*

S. Petri Mou. Remis puellare ſuperius, a 627. u. 6. Iucboatur à S. Balderico, regnante tunc iu Auſtraſia Dagoberto.

Booaprima Abbatiſſa, ſoror S. Balderici.

S. PATRI Mou. Salisburgii. *S. Pierre de Saltsbourg.*

S. Petri Mou. Salisburgii, a. 580. u. 26. Couditum à S. Ruperto primo Epiſc. Salisburgienſi, qui migrauit ad Deum a. 623.

Vitalis primus Abb. in Epiſcopatum Salisburgienſem S. Ruperto ſucceſſit a. 623.

S. PATRI Mon. Senonenſe. *S. Pierre le Vif lez Sens.*

S. Petri Mou. in conſpectu ciuitatis Senoneuſis, a. 564. n. 36. Erectum eſt à Theodechilde filia Theodorici I. R.

S. PATRI Mou. Vieunæ. *S. Pierre de Vienne.*

S. Petri Mon. Vienuæ, a. 534. u. 25.

Leonianus ſeu Leuuianus conditor ac primus Abbas, antequàm Burguudia Francicis ditionibus adiongeretur.

SS. PETRI ET PAVLI Mon Pariſiis.

SS. Petri & Pauli, aut SS. Apoſtolorum, vel S. Petri Mon. Pariſiis prope regium Palatium conditur à Clodoueo R. & Clotilde Regina, a. 508. u. 38. a. 557 u. 2. ibi quieſcit S. Genouefa, quæ nomeu hodie Cœnobio tribuit. *Sainte Geneuiéue.*

SS. PATRI ET PAVLI Mon. Rotomagi.

SS. Petri & Pauli, aut SS. Apoſtolorum, vel S. Petri Mon. Rotomagi, a. 533. n. 45 conditum à Clotario R ibi ſepultus S. Audoenus, à quo nomen hodie Cœuobio. *S. Ouen de Roüen.*

PICTAVIANSA Mon.

Pictauienſe Mon. a. 544. nom. 99. Constructum à Radegunde Regina in ciuitate Pictauienſi.

Agnes prima Abbatiſſa, benedicitur a. 559.

Leubouera, a. 589.

PONTINIACVS, Mon.

Pontiniacus Mon. in Ep. Bituricenſi, a. 508. num. 31.

PRINCIACVS, Mon.

Princiacus, Mon. iu Ep. Bituricenſi, a. 508. uum. 34.

Faterius Abb. eo circiter tempore, quo Clodoueus Aquitaniam in ſuam poteſtatem redegit.

S. PRIVATI Mon. *S. Primas.*

S. Priuati Mon. in E. Gabalitann, a. 584. n. 5.

Lupentius Abbas obiit ſedente tunc Catalauni Leudomito Epiſc. qui Pontificatum iniit a. 580.

R

REOAVSRVS, Mou. *Reuers.*

Redeneriacum Mon. in E. Baioc. a. 530. n. 15.

Vigor conditor ac primus Abb. deinde Ep. Baiocenſis regnaute Childeberto I.

S. RAMIGII Mou. *S. Remy de Sens.*

S. Remigii Mon. iu E. Senonenſi, a. 614. n. 18.

Medegiſilus Abb. coætaneus Lupo Epiſc. Senonenſi, qui Pontificatum iuiit a. 609.

RAOMAVS, Mon.

Reomaus, Mou. in Epiſc. Lingonenſi, a. 486. num. 25.

Ioannes, à quu nomen hodie loco eſt Monaſterium S. Ioannis, *Monſtier ſaint Iean*, Cœnobii couditor ac primus Abbas, obit a. 539.

Silueſter fit Abbas, a. 539. perueuit ad tempora Pappoli Lingoueuſis Ep. qui ſedere cœpit a. 572.

Mummolus fit Abbas Pappolo Lingonenſem Epiſcopatum obtinente, eidémque Pappolo in Epiſcopatum poſteà ſuccedit a. 580.

Leopardinus fit Abbas, a. 580.

RVBIACENSE Mon. *Royac.*

Rubiacenſe Mou. in ciuitate Aruerna, a. 525. num. 17.

RVIANSA Mou. *Ruys.*

Ruieuſe Mou. iu E. Venetenſi, a. 520. n. 6.

Gildas regnante Childeberto I. conſtruit hoc Mon. fitque primus Abb. illius loci, cui nomen hodie, *S. Gildas de Ruys*, obit a. 565.

S

SAFFIACENSE Mon.

Saffiacenſe Mon. in Epiſc. Autiſſiodorenſi, a. 582. o. 19.

SALICIS Moo.

Salicis Moo. in Ep. Veſontionenſi, a. 568. num. 20. haod procul à loco cui nomen Anagrates, vbi S Columbanus primùm conſedit annuente Guntchramno R.

Carantocus Abbas neceſſaria vitæ miſit ad S. Columbanum, qui ouperrimè venerat in Gallias.

S. SALVATORIS Mon. *S. Sauueur.*

S. Saluatoris Moo. puellare Maſſiliæ, a. 536. n. 43. conditum priuſquàm in ea regione dominateotur Franci.

SOTSCIACVM Mon. *Cheſay.*

Sciſciacom Moo. in Epiſc. Abriocenſi, a. 502. oum. 6.

Paterous ex primo illius loci Abbate factus eſt Ep. Abrincenſis, a. 550.

SACKINGENSE Mon. *Seckingen.*

Seckingenſe Moo. in Epiſc. Vindoniſſenſi, a. 509. n. 7.

Fridolinus antè Abbas S. Hilarii conſtruxit hoc Mon. rexitqne cum Abbatis titulo, regnante in Burgundia Sigiſmundo.

SEDACIANVM Mon.

Sedacianum Moo. in Epiſc. Petrocoricenſi, a. 542. n. 1.

Martinus Abb. cùm Eparchius ibi Moonachum induit.

SEGESTRENSE Mon.

Segeſtreoſe Mon. in Ep. Lingonenſi, a. 534. oum. 30.

Seqnanus, à quo nomen hodie Cœnobio eſt, *S. Seine*, conditor ac primus Abb. floruit ſub Borgundis & Fraocis. Superſtes erat in viuis a. 539.

Tendolenus Abb. a. 631.

SENAPARIA, Moo.

Senaparia, Mon. in E. Turonenſi, a. 508. n. 31.

Leobatius primus Abb.

S. SEVERI Mon. *S. Sener.*

S. Seueri Mon. io Ep. Conſtantieoſi, a. 523. num. 17.

Seoerus boc Moo. conſtruxit rexitqoe temporibus Childeberti I. R. donec in Epiſc. Abrincenſem aſſnmptus eſt.

SITIVENSE Mon. *Sitiu.*

Sitiuenſe Mon. in E. Taruannenſi, a. 519. n. 2. Dictum eſt etiam Vlterenſe conditúmque ab Antimundo primo Epiſc. Taruanoenſi, qui ſedit ab a. 501. ad an. vſque 520.

SOLEMNIACVM, Mon. *Solognac.*

Solemniacum, Mon. in Epiſc. Lemonicenſi, a. 631. nn. 19. *& ſeqq.* Erectum eſt à S. Eligio oondum Epiſcopo.

Ramaclus fit primus Abb. a. 631.

SPINALIVM, Mon. *Eſpinal.*

Spinalium, Mon. puellarum in E. Tullenſi, a. 626. oum. 9. Conditum eſt ad Moſellam à Goerico Abbooe Ep. Metenſi, qoi S. Aroulpho in eremom profecto ſucceſſerat.

S. SYMPHORIANI Mon. Auguſtoduoenſe. *S. Symphorien d'Autun.*

S. Symphoriani Mon. apod Auguſtodunum, a. 548. n. 5.

Germanus Abb. conſtituitur à Nectario Auguſtodooenſi Ep. ante a. 548. fit Ep. Pariſienſis, a. 555.

S. SYMPHORIANI Mon. Bituricenſe. *S. Symphorien de Bourges.*

S. Symphoriani Moo. prope muros Bituricenſes, a. 557. n. 23.

Auguſtus primus Abbas conſtituitur à Probiano Bituricenſi Epiſc. qui ſedere cœpit a. 550. ipſúmque Mon. erexit.

S. SYMPHORIANI Mon. Metenſe. *S. Symphorien de Mets.*

S. Symphoriani Mon. Metis, a. 610. nom. 15. Erectum eſt à Pappolo Ep. Meteoſi, cotus obitus incidit in a. 610.

T

TAVRIACVS, Mon.

Tauriacus, Mon. in Ep. Bituricenſi, a. 508. num. 31.

TAVENECENSE Mon. *Landt-Tenennec.*

Teuenecenſe Mon. in Ep. Coteorinopolitano, a. 529. n. 5.

Iudulus Abb. martyrio coronatur, a. circiter 538.

THEOLOGIENSE ſeu TABVLEIENSE vel DOLOGIENSE Mon. *Tholey.*

Taboleium ſeu Doleia, vel Theologium Moo. io Ep. Treuirenſi, a. 623. n. 9. conditum ſob initium Dagobertini Principatûs io Auſtraſia.

Wandelious primus Abbas regebat adhuc Mon. a. 631.

TRECORENSE Mon. *Treguer.*

Trecorenſe Mon. io Ep. Leaobieoſi, a. 520. n. 9. faueute Derocho viro prædiuite conſtructum à Togdwalo, qui poſteà factus eſt Ep. Lexobienſis, a. 532.

TVRONENSIA Monaſteria.

Duo Monaſteria in Epiſc. Turonenſi, a. 536. o. 261. Hæc Monaſteria erecta ſunt à S. Brachione, qui Abbates illis præpoſuit, antequàm ipſe Abbas Menatenſis fieret.

Tertiom Moo. Toronenſe illúdque puellare, a. 580. nom. 24. Erectum eſt *infra atrium S. Martini* ab Ingeltrude quæ vitam clauſit a. 590.

V

VANDOPERA, Moo. *Vandewre.*

Vandopera, Moo. in Epiſc. Cenomanenſi, a. 565. o. 14.

Leonardus cooditor ac primus Abbas obiit ſedente Cenomani Domoolo Ep. qui factus eſt Epiſc. a. 545. & ad Deum migrauit a. 581.

VARRENAE, Mon.
Varrenas, Mon. in Epiſc. Autiſſiodorenſi, a.582.n.21.
S.VENANTII Mon. *S.Venant.*
S.Venantii Mon.in E.Turonenſi, a.508.n.4.
Syluanus Abb.
Venantius Syluani diſcipulus, cuius nomen inditum poſteà Monaſterio.
Licinius, qui factus eſt Turonenſis Epiſc. eodem anno quo Clodoueus Turonos cepit.
Guntharius, qui factus eſt Epiſc. Turonenſis, a.552.
VENETENSE Mon. *de Vannes.*
Venetenſe Mon. puellare, a.553. n.11. Hoc Mon. in ſuburbio Venetenſi conditum eſt à S.Triſina, S. Gildæ coætanea, quæ vitam inter Moniales ibi duxit.
VERTANVM. Mon. *Verton.*
Vertanum, Mon. in Epiſc. Namnetenſi, a 565.n.12.
Martinus conditor ac primus Abbas, ordinatus eſt Preſbyter à Felice Namnetenſi Ep. qui diſceſſit è viuis a.583.
VICTORII Mon.
Victorii Mon. ad flumen Sartam in E. Cenomanenſi, a.572.n.7.
S.VICTORIS Mon. *S. Victor.*
S. Victoris Mon. Maſſiliæ, a.534.n 43.
Caſſianus conditor ac primus Abb. obiit, cùm Maſſilia Valentiniano III. Rom. Imperatori parebat.
Anaſtaſius, a.581.
S.VINCENTII Mon. prope Cenomanum.
S. Vincentii Mon. in ſuburbio Cenomanen- a.572.n.7. Hoc Mon. conſtructum, dicatum ac dotatum fuit à Dumnolo Epiſc. qui Cænomanenſem Diœceſim rexit ab a.545. ad a. vſque 581.
S.VINCENTII Mon. prope Laudunum.
S. Vincentii Mon. prope Laudunum, a.613 num.16. Conditum eſt à Brunichilde Regina.
S. VINCENTII Mon. prope Pariſios.
S. Vincentii Mon. in ſuburbio Pariſienſi, a.542. num. 32. Conditum eſt à Childeberto R. poſt a.542.
Autharius primus Abbas obit a.561.
Droctoueus fit Abbas, a.561. obit a.581.
Scubilio fit Abbas, a.581.
S. VINCENTII Mon. Viennæ.
S. Vincentii Mon. Viennæ, a.534.n.27.
VIVARIS, Mon.
Viuaris, Mon. in E. Bituricenſi, a.525.n.18.
VORMACIENSE Mon. *de Worms.*
Vormacienſe Mon a.503. num.3. regnante Clodoueo conditum à Crotoaldo Epiſc. Vormacienſi.
S.VRSICINI Mon. *S.Vrſitz.*
S.Vrſicini Mon. circa Dubim fl. in E.Veſontionenſi, a.615.n.2. Erectum à S.Vrſicino Monacho quondam Luxouienſi & S.Columbani diſcipulo.
VTICVM, Mon. *Ouche.*
Vticum, Mon. in Ep. Lexouienſi, a.572.n.9.
Ebrulfus hoc Mon. condidit, a.572. rexitque ad a. vſque 596. hodie Cœnobio nomen inditum S. Ebrulfi, *S. Euroul.*
S.WALARICI Mon. *S. Valery.*
S. walerici Mon. in Ep. Ambianenſi, a.614. num.3.
Walericus hoc Mon. conſtruxit, a.614. rexitque ad a. vſque 625.
Blitmundus factus eſt Abbas, a.627.
WELTEMBVRGIENSE Mon.
waltemburgienſe Mon. in Epiſc. Salisburgienſi, a.590. n.8. Erectum à Thaſſilone Duce Boioariæ, regnante Childeberto II.
Viſundus primus Abbas.
WLFINI Mon.
wlfini Mon. in Epiſc. Autiſſiodorenſi, a.582. nn. 19.21.

Y

YVELINVM, Mon. *Veanne.*
Mon. puellare de Yuelino, *Noſtre Dame de Veanne*, Maſſiliæ, a.536. n.43. Conditum eſt à Caſſiano, cùm Maſſilia Imperatori Rom. ſubiacebat.

FINIS.

ERRATA.

PAG.3.*lin.*37. ſex, *lege* ſeptem. *lin.*38. decem, *lege* nouem. *lin.*41. *dele* triceſimum-ſeptimum. *p.*11. antonomaſiam, *lege* exochen. *p.*72. *lin.*16. accipunt, *lege* accipiunt, *p.*80. *lin.*26. obiit decimo-quinto Kal. Maias, *lege* in viuis ſuperſtes adhuc erat. *lin.*34. poſt decennium, *lege* poſt annos duodecim. *in marg. dele* obit. *p.*104. *lin. vlt.* Monaſteris, *lege* Monaſterii. *p.*129. *lin.*27. mirificè augmentauit, *lege* Monaſticum inſtitutum, quod illic florere cœperat, mirificè augmentauit. *p.*168. *lin.*22. inſulis, *lege* infulis. *p.*182. *lin. vlt.* [illegible], *lege* [illegible]. *p.*214. *lin.*23. [illegible], *lege* [illegible]. *p.*308. *lin.*6. ſeptingenteſimo, *lege* quingenteſimo, *p.*321. *lin.*35. ert, *lege* erat. *p.*403. *in marg.* reliquæ, *lege* reliquiæ. *p.*457. *lin.*22. Ratomagi, *lege* Rotomagi. *p.*770. *lin.*7. Lonegoſilus, *lege* Lonogeſilus.

PARISIIS,
IN TYPOGRAPHIA REGIA,
CVRANTE SEBASTIANO CRAMOISY,
Regis Architypographo.

M. DC. LXVI.

A01 1470401

Digitized by Google

H.27.

Digitized by Google